Por Diego Sanz de Montes

R. P.
HIERONYMI
DE GVEVARA
IN MATTHAEVM
COMMENTARII,
TOMI PRIMI PARS SECVNDA;
DE AVGVSTISSIMO IMMACVLATÆ
MARIANÆ CONCEPTIONIS
MYSTERIO.

R. P.

HIERONYMI

DE CEVALLOS

IMMACULATHAEUM

COMMENTARII

TOMI PRIMI PARS SECUNDA,

DE AUGUSTISSIMO IMMACULATAE

MARIANAE CONCEPTIONIS

MYSTERIO.

COMMENTARII
IN MATTHAEVM,

AVTHORE R.P. HIERONYMO DE GVEVARA
SOCIETATIS IESV THEOLOGO,
Cui Hiſpalis ortum, Segovia dedit originem,

TOMI PRIMI PARS SECVNDA;

DE AVGVSTISSIMO IMMACVLATÆ
MARIANÆ CONCEPTIONIS
MYSTERIO.

EXCELLENTISSIMO DOMINO
D. ENECO VELEZ DE GVEVARA,
COMITI OGNATENSI, &c.

PRODIT NVNC PRIMVM QVADRVPLICI INDICE illuſtrata: uno Obſervationum; altero locorum ſacræ Paginæ; tertio rerum & verborum; quarto annotationum ad ſacras Conciones.



Anno 1640.

BIBLIOTECA PROVINCIAL
SO A

CVM PRIVILEGIO.

MADRIDII,
EX OFFICINA FRANCISCI MARTINEZ.

COMMENTARII

IN MATTHAEUM.

AUTHORE R. P. HIERONYMO DE CAVALCA

SOCIETATIS IESV THEOLOGO,

Cui Hispalis olim, Segovia deinde originem,

TOMI PRIMI PARS SECUNDA,

DE VIRGINIS IMMACULATAE

MARIANAE CONCEPTIONIS

MYSTERIO.

EXCELLENTISSIMO DOMINO

D. ENECO AREAS DE CAVALCA,

COMITI OCNATENSI, &c.

PRODIT HANC PRIMAM CANDORIS INDICE
illibatae: non Opificum nomine, aperto foecundi Nili Pagina, texto textum
et perpetuum: dignato munificentiam ad Nostros Conciones.

EX OFFICINA FRANCISCI MARTINEZ.
MADRIDII.

CAMPRIANECIO.

ANNO
1694.

FACVLTAS R. P. PROVINCIALIS IN CASTELLANA PROVINCIA.

EGO Ildephonſus del Caño Provincialis Societatis IESV in Provincia Caſtellana, poteſtate ad id mihi facta à Reverendo admodum P. N. Mucio Vitteleſchi, noſtro Præpoſito Generali, facultatem facio, ut Tomus inſcriptus, *Commentarij in Matthæum*, à P. Hieronymo de Guevara, noſtræ Societatis Theologo conſcriptus, & eiuſdem Societatis gravium, doctorumque hominum iudicio approbatus, typis mandetur. In quorum fidem has litteras manu noſtrâ ſubſcriptas, & ſigillo noſtro munitas dedimus. Salmanticæ die 31. Martij anno 1635.

Alonſo del Caño.

LICENCIA DEL ORDINARIO.

NOS el Doctor don Bartolome Alvarez Alfonſo, Maeſtreſcuela i Canonigo en la ſanta Igleſia de Avila, Proviſor i Vicario general en ella i ſu Obiſpado, por ſu Señoria don Pedro Cifontes de Loarte Obiſpo de Avila, del Conſejo de ſu Mageſtad. Viſta la Aprobacion i Cenſura hecha por el ſeñor don Antonio Payno, Canonigo de Eſcritura de la dicha ſanta Igleſia, damos licencia para que el Padre Geronimo de Guevara de la Compañia de Ieſus deſta Ciudad pueda hazer, è haga imprimir, è imprima el libro intitulado: Comentarios ſobre ſan Mateo. *Dado en Avila en diez y ſiete dias del mes de Março de mil i ſeiſcientos i treinta i cinco años.*

D. Bartolome Alvarez Alfonſo.

Por ſu mandado
Antonio de Requena.

CENSVRA DOCTORIS D. ANTONII de Payno, olim Canonici Magiſtralis Abulenſis, nunc Conchenſis.

IVSSV Domini D. Bartholomæi Alvarez de Caldas, Vicarij generalis Illuſtriſsimi Domini D. Petri de Ciſontes & Loarte, Abulenſis Præſulis, Commentarios in primum Matthęi caput R. P. Hieronymi de Guevara legi: aperuêre publici plauſus viam, expectatiſsimi voluminis iam diu vulgata vota, & dum perpendo cẽſoria lance arcanam huius immortalis laboris ſapientiam, eam Fidei Orthodoxæ conſonam moribus, pietati, religioni, Eccleſię utiliſsimam iudico, & nihil in ijs ſapientiæ vigilijs ſpongia dignum, ſed potius integrum opus æternitatis ſeu candidatũ, ſeu alumnum; doctrinæ opes, ingenij feliciſsimum acumen certant, & fœderantur ad ingentem magni nominis famam. Dum aciẽ acutiſsimi ingenij demiror, Lirinenſis verba uſurpo: *Ingenio nonnè tam gravi, ac vehementi excelluit, ut nihil ſibi ad propugnandum propoſuerit, quod non aut acumine irruperit, aut pondere eliſerit? Cuius tot penè verba tot ſententiæ, quot ſenſus tot victoriæ*, cap. 23. Cõmonitor. 1. Dum verò Patrum plaudo eruditioni, ingenij dexteritate lucenti, & abditas retrò elapſis ævis mentis illuſtriùs expoſitas intueor, idem Lirinenſis occurrit: *Quodcunque igitur in hac Eccleſia Dei agricultura fide Patrum ſatum eſt, hoc idem filiorum induſtria decet excolatur, & obſervetur, hoc idem floreſcat, & matureſcat, hoc idem proficiat, & perferatur, fas eſt enim, ut priſca illa cœleſtis Philoſophiæ dogmata, proceſſu temporum excurentur, limentur, poliantur*, cap. 30. Cernes tãto Authore Patrum ſtellas, quæ ad æternitatem erudiunt multos novæ lucis opibus illuſtriùs micantes, ſacræ Paginæ arcanos ſenſus, latentiſque divinæ Sapientiæ receſſus novæ intelligentiæ ſplendore perfuſos; viget, floret, matureſcit novæ huius lucis ſplendore altior, cultiorque eruditio. Aget per poſteritatis ſeriem inoffenſos curſus, clarum Authoris nomen, de quo magnorum Oratorum alvo adſcripto, aptè ille: *Quorum longè Princeps Demoſthenes, ac penè lex orandi*, Quintil. lib. 10. cap. 1. legem eum ſcribendi dixerim, & in ſacris litteris interpretãdis, & illuſtrandis alterum Hieronymum Doctorem maximum redivivum, ſive magnitudinem ingenij, ſive doctrinæ miracula, ſive eruditionis admirationem perpendo. Sic cenſui. Latis in Abulenſi civitate die 14. Martij, anno Domini 1635.

Doctor Antonius Payno.

CEN-

CENSVRA

R. P. M. F. ANGELI MANRIQVE, ORDINIS Ciſtercienſium quondam Miniſtri Generalis, nunc in Academia Salmantina ſacræ Theologiæ Veſpertinam Cathedram Regentis, & Philippi Quarti Potentiſsimi à ſacris Concionibus.

COMMENTARIOS in primum caput Matthæi, Authore R.P.Hieronymo à Guevara, Societatis IESV, de mandato ſupremi Senatus, ſumma cum animi voluptate legi: opus omninò ſuis numeris conſtãs, & abſolutum; nec minus pium, & doctum, quàm ſubtile. Multa in eo ex antiquis deprompta, multa inventa; utraque cum delectu, atque iudicio; neque (quà noſtra hæc tẽpora laborant) ambitione ſcribendi velut congeſta; ſed concinnè diſtincta, & ordinata; ut longum alias opus breve ſit; quippè in quo non invenias, quod poſsis demere. Atque, ô utinam perficiat, qui incepit, in communẽ omnium Theologorum, maximè autem concionantium, utilitatem! Ergo quia conſonum doctrinæ ſanctorum Patrum; quia ad promovendam pietatem fideliũ, ac reformandos mores valdè conducens; dignum iudico, quòd in lucem prodeat; imò quòd novam Matthæi Evangelio, & per ipſum Eccleſiæ lucem dedat. Matriti in noſtro Ciſtercienſium Monachorum Cœnobio, quintodecimo Kalendas Maij, anno à Partu Virgineo M.DC.XXXV.

Fr. Angelus Manrique

Suma de la licencia, i privilegio Real.

EL Padre Geronimo de Guevara de la Compañia de IESVS, tiene licencia i priuilegio del Rei nuestro señor para imprimir por tiẽpo de diez años este libro intitulado. *Commentarij in Matthæũ, &c.* y en èl se prohibe con graves penas, que nadie le pueda imprimir, ni vender, ni traer de fuera destos Reinos sin el beneplacito i licencia del dicho Padre, como consta largamente de la cedula Real, refrendada por Francisco Gomez Lasprilla su Secretario, y despachada en el oficio de Francisco de Arrieta escrivano de Camara de su Magestad, en Madrid à siete de Mayo de 1635.

Suma de la Tassa.

LOS señores del Consejo Real tassaron este Libro del Padre Geronimo de Guevara, que intitula, *Commentarij in Matthæum*, à cinco maravedis cada pliego, como consta del testimonio que dello dio Francisco de Arrieta escrivano de Camara de su Magestad, en Madrid à 11. de Febrero de 1640.

ERRATA.

PAg.7.col.2.lin.6.in Spiritus sanctus, dele in. ¶ Pag.8.col.2.lin.34.sumet, lege tumet. ¶ Pag. 210.col.1.lin.27.Saul, lege Esau. ¶ Pag.217.col.1.lin.15.Solis, lege Sol. ¶ Pag.234.col.2. lin.17.ed, sadauget, lege sed auget. ¶ Pag.250.col.1.lin.20.corruptibilitate, lege incorruptibilitate. ¶ Pag.252.col.2.lin.34.originam, lege originem. ¶ Pag.309.col.1.lin.14.quatur, lege quatuor. ¶ Pag.351.col.2.lin.35.de Didymo, dele de. ¶ Pag.444.col.2.lin.23.viscendum, lege vescendum. ¶ Pag.451.col.2.lin.42.cum, lege cum. ¶ Pag.457.col.2.lin.36.strim, lege statim. ¶ Pag.487 col.2.lin.6.ocietatis, lege societatis. ¶ Pag.558.col.1.lin.28.mentem, lege montẽ. ¶ Pag.575.col.2.lin.20.homo, lege humo. ¶ Pag.577.col.1.lin.19.confessus, lege confessus. ¶ Pag.596.col.2.lin.53.generis, lege pulveris. ¶ Pag.608.col.1.lin.34. debiam, lege debitam. ¶ Pag.625.col.2.lin.penult.feruur, lege fertur.

LIber hic nomine inscriptus de Augusto immaculatæ Mariæ Conceptionis mysterio, Authore R. Patre Hieronymo de Guevara, Societatis Iesu, demptis his mendis respondet suo exemplari. Datum Matriti die 19. mensis Ianuarij, anno 1640.

Doctor D. Franciscus Murcia de la Llana.

AD

AD ORNATISSIMVM VIRVM,
EXCELLENTISSIMVM PRINCIPEM
ENECVM DE GVEVARA,
HISPANIÆ MAGNATEM,
COMITEM OGNATENSEM,
IN SENATV MILITARIVM ORDINVM PRÆSIDEM,
IN POTENTISSIMI HISPANIARVM REGIS AVLA A CONSILIJS AVSTRIACI, ATQVE HISPANICI DECORIS, ET STATVS, TO

MYSTERIVM pulcherrimum, & dulciſsimum inter cætera, quæ poſt Eccleſiam conditam novimus, nova fœminæ nativitas, novus Virginis ortus, & (ut publicâ voce gratiùs perſonet calamus) *Mariæ Deiparæ immaculata Conceptio*, Regium, atque divinum NOBILITATE, & VICTORIJS plenum ſtemma prætendit. Vis audire VICTORIAS? Vicit cõcepta Virgo hoſtem potentiâ præferocem, ingenio callidum, uſu promptum, ex antiquo ius vincendi habentem, utque plus dicam, eum vicit, qui aſſuetus erat viciſſe. Nec minus admirandæ Conceptionis maieſtas NOBILITATIS veræ ſacramentum eſt. Qua melior altera hominum mater Maria exoritur, tam longè libera à diaboli iugo, adeò omnis notæ ſervilis integra, ut in ea nobilitatis ſplendor, purus ſine nebulæ fœce, totuſque pleno radio, nulla obſcuritate præeũte, refulgeat. NOBILITATIS nomen eſt claritudo; ut hoc pacto poſsimus compellare nobilitatem, diem. Sed ubi hic dies? Reliquorumnè hominum nobilitatem diẽ appellare æquum eſt, quos tam turpiter commaculavit origo? Primæ fortè diei, quam miſer orbis vidit, cæterorum mortalium nobilitatem comparabo; quum *Factum eſt veſpere & mane dies unus*. Auctoritati Patrum debemus, quod tã præclarè notatum eſt, altè oraculum ſacrum eò loci, *veſperam* ante *matutinum* repoſuiſſe. *Veſpere & mane*? Malum omen. Compoſuiſſet utinã, *mane & veſpere* diẽ. Nam, cùm *veſpere* & *mane* diem conflãt, prior locus tenebris datur; & quid boni ſperandum fuit ab eo die, qui ab obſcuritate principium ſumplit? Non hæc Mariæ dies, quam videlicet non *veſpere* & *mane* componimus; ſed puro & ardenti meridie. Non nobilis Maria ſolo triumpho, non morte, non partu, non moribus, non naſcendi gloria, ſed & origine nobiliſsima. Hæc verò nobilitatis die potitur, nam quem tenebræ & nævi in initio deturpant, quis vocet diem? Genes. 1. 5.

Expoſui TIBI, Princeps Excellẽtiſsime, argumentum materiãque publici

libri, favoris TVI, laboris mei. Cui cùm patronum quærerem, Patrem veriùs, cuius tutela vagaretur ſecurius, cuius ſplendore adornaretur illuſtrius, cuius adoptione publicâ gratiâ, tam periculoſo ſuſcepto itinere, cõtra ſcopulos vulgi, atque tam varia eruditorum iudicia aſſequeretur; neminem anteponendum TIBI propoſui. In TE enim, cui deditus ob mille nomina, palàmq; addictus vivo, inſigne quodam tanti myſterij, quamquam adumbratum exemplar vidi. VICTORIARVM face ſplendeſcere Conceptionẽ Virginis, proprio veluti ſtẽmate, notabamus. Et TVVS animus tã aſſuetus vincendo eſt, ut illi numen clariores humanæ ditionis VICTORIAS conſecraſſe videatur, aut illũ VICTORIJs conſecratũ habuiſſe. Ambo Imperia, Cæſareũ, & Regiũ; Germanũ & Hiſpanum; Auſtriacũ atque Catholicũ in iſtius conſtãtiſsimæ laudis TVÆ comprobationẽ teſtes ſponte vocentur. Quæ res perarduæ, quæ impedita negotia, quæ conſilia difficillima utrique Imperio, poſtquàm Vir fuiſti, occurrerunt (novimus autẽ TE à iuventute ipſa Virtũ) quæ TE actore, explicatore, atq; Duce, compoſita, & ſuperata non ſint? Felicitatẽ, quam ſuis rebus ambo amabant, in TE uno quæſierunt. Ita enim exiſtimabant oportere (quod ſine immẽſo honoris TVI cumulo factum non fuit) ut Catholica, ſive Auſtriaca virtus ab aggeratione coniuratorum, à dolo & proditione amicorum, à licẽtia & temeritate hæreticorum optatã ſanctis armis victoriam iure ſperare poſſent, & reportare tandẽ. Videbant enim animũ TVVM non victorem modò, ſed victoriarum veluti artificẽ; cogitabantque TVVM pectus ſacram eſſe fornacẽ, ubi victoriæ conflabantur ad nutum. Cùm igitur tot bella, tot hoſtes adverſus Auſtriacos Germanum & Hiſpanũ, impiè, & perditè conſpiraſſent; plus momẽti ad ſalutem fuit, quod uterque Auſtriacus in TE uno tot furijs, atque peſtibus opponendo, maturè & ſalubriter conſpirarit. Fregiſti multorũ potentiã unus.

Eſt id conceptæ Virginis VICTORIAS adumbrare; NOBILITATEM non minus adumbras. Virginis proprium fuit, ſervili numero nunquam reponi poſſe; laude ſimili GVEVARICA Domus potitur, quæ nimirum nihil in ſua gente plebeium, vel in priſca ætate permiſit. Non habuit Virgo nobilitatem poſt naturam; ſed cum nobilitate perſonam; Vos non, iam conſtituta familia, nobilitatem comparaviſtis; ſed floruiſtis, parta gloria, nobiles ſtatim ac noti; imò ſtatim ac nati, nobiles. TVA igitur, Excellentiſsime Princeps, TVA gens eſt, quæ, quò longius eius memoria repetatur, nobilior evadit. Cui tanta demũ claritudo eſt, ut quaſi exiguum ſit, principium habere nobiliſsimum, dedignata fuerit habere principium. Sceptrum dedit antiquitas Nilo inter flumina, optimo cõſilio. Quia videlicet Nili fons, & ſcaturigo nulla reperiebatur: at magnus erat quacunque flueret Nilus: GVEVARICÆ Domus principia nulli annales notare auſi ſunt (adeò omnis hiſtoriæ pennam illius prętervolavit antiquitas.) Vbicunque enim GVEVARÆ nomen ſonat, nobile eſt inter primos. Grande decus alijs familijs eſt, præſtantibus factis deſignata habere principia. Mortale tamen decus. Nobilitatem verò præferre omni principio vetuſtiorẽ, ubique fulgentem, quo magis conceptæ Deiparæ gloriam, ipſiuſque Numinis dignitatem adumbrat, plus divinum cenſuerim.

Ve-

Verùm hactenus generalia libavi. Liceat, DOMINE, liceat ſanctius ærarij nobilitatis Tuæ tantillum aperire, & reducto ſipario nonnulla Capita commoſtrare Familiæ. Hiſtoria (quæ à ſecretis eſt temporum) veſtræ Domui ſeptingentos annos notæ vetuſtatis attribuit: & ultra hos oſtendit antiquam. Laudo genium Hiſtoriæ, & ingenium commendo. Septem Orbi Triones; ſeptẽ Planetæ cœlis imperitant. Deinde ſeptem ſæcula curſu ſeptingentorum annorum conficiuntur. Benè ergo ac ſapienter hunc numerum TVÆ genti deſcripſit, ſeptem Trionibus parem, parem Planetis; ut Aſtrorum Principes, & arbitri cœli uno ſæculo nobilitatis veſtræ, æqua pro ſingulis diſtributione facta, ſine tumultu, atque æmulatione gloriarentur. Tantæ virtutis & molis fuit GVEVARICAM nobilitatem condidiſſe, ut memoria temporum in illius propalatione ſupremis rerum cauſis adulari debuerit:

Tantæ molis erat GVEVARAM condere gentem.

Sed cuius auſpicijs tam ſumptuoſa maieſtas præmoliebatur? Credam, DOMINE, non tam in gentis TVÆ decus, quàm in glorioſiſsimum natalis TVI ſplendorem felicitandum, tantum tam immaneque claritudinis pondus oppulento ſæculorum apparatu fuiſſe præſtructum. Nimirum, quia in optima prole, in uno, TE ſcilicet, nõ ſobole ſolùm, ſed & SOLE familiæ, ſuprema Aſtra defixiſſent obtutus ſuos, non ignara futuri. Sed quid eſt, ſeptingentos annos notaſſe. Æſtimabor ſæculis ſeptem nobilis demonſtrari, ſi octavo ſim vilis? Hic rurſus iuvat, Hiſtoriæ gnaviam admirari. Deſcripſit ſeptem ſæcula non præfixit. Nam illud *ultra*, quo glorioſiùs eſſe progreſſam GVEVARIANAM claritatem, perſuadet, metam evertit. *Vltra*, parvula ſono vox, immenſa ſenſu, dum nullos exprimit, nullos abijcit annos; æternitatis ſe fecit æmulam. Multũ memoriæ ſæculorum, GVEVARA, debes. Nam, ut ſeptem cœli Principibus in re ſibi gratiſsima, ſingulis ſine aliorum invidia, obſequeretur, ſeptem ſæcula TVO nomini adſcripſit; ne verò terminum tantæ glorię ignobiliter appoſuiſſe videretur, ultra hũc adhuc numerũ floruiſſe reſpõdet; ſed illud *ultra* videamus.

Qui primus inter maiores TVOS monſtratur, VELA eius nominis Comitum primus in Alaba Comes fuit. Quis dubitet, quamquam is priori loco inter excelſos avos TVOS monſtratur; non tamen fuiſſe omnium primũ? Nam qui hunc genuit, dubio procul, maximum Virum, maximum Principem, nobilis Heros erat. Etenim

Quantus erat genitor, cui VELA natus erat?

Sed abrumpendum eſt vetuſtatis filum in præſentia mihi, & ſiſtendus ante veſtram æternitatem volatus: ut ab hoc viro citiùs aſcenſum parem ad TE moræ, & amoris mei ſtadium. Igitur VELA tantæ vir potentiæ, tantæ auctoritatis Princeps fuit, ut contra Comitem Caſtellæ Ferdinandum Gonſalidem ad defenſionem ſupremæ in ea Provincia poteſtatis bellum ſuſtinere potuerit. Præſtans argumentum magnitudinis. Tantum igitur ardorem animi VELA habebat, ut Ferdinando ſummo Caſtellæ Comiti, Duci ſummo frontem oſtendere non dubitaret? Tantum virium, ut armis ſe tutari à Caſtellæ potentia vellet? Tot copias, ut cum exercitu occurrere poſſet, & quaſi ex æquo loco pugnare?

nare? Si rebellis fuiſſet, potentia erat, at non fidelis. Quum verò iuris legitimè defendendi gratiâ Provinciam armavit, neceſſe eſt, potentiam habuiſſe auctoritati coniunctam. Magna vos maieſtate VELA perfudit, contra Caſtellæ Comitem legitimè armatus, quibus dedit, ut *Comites Dei favore* nuncuparemini, Maximus erat, qui ſummo occurrit. A VELA hoc GVEVARÆ nobiliores, Velidæ (id eſt Velez, Hiſpanâ voce) iam inde dicti. Floruêre in ijs Provincijs ſumma cum auctoritate apud populum, ſummaque apud Regem Navarræ gratia. Nam, cùm is, imitatione dixeris, aut æmulatione quadam Franciæ, duodecim familias ſelegiſſet, quarum Principes viros Pares ſui Regni vocaret; priori loco GVEVARICAM Domum nominavit. Inde in publicis tabulis, ſchedis, & ſyngraphis, *Navarrorũ Principes*, frequenti titulo ſcribebantur. Præſtant his nobilem fidem publica inſtrumẽta in Victoriæ tabulario repoſita. Vide maiores TVOS, EXCELLENTISSIME PRINCEPS, vide quàm maiores præfulſerint. Libenter omittam, quæ de Sanctio Abarca Navarræ Regẽ memorantur; uno, aut altero Scriptore renuente. Nam qui de reliqua avorum gloria certior es, præcupere, niſi fallor, non potes Grandem illum ſtrepitum, & cothurnatam imploratione, qua tamen iure appellaveris:

GVEVARA ex atavis edite Regibus.

Anni fluunt, & mutantur imperia, Fortunæ eſt inquietam eſſe; eſt æmula temporis, quod ſingulis momentis eſt aliud; ſtudet illã ipſam, quæ ſumma eſt, variabilitatem ſuperare; ſuo ipſius favori invidet. Nec vinculis, nec obſequio detinetur; duobus placêre neſcit. Avara eſt; nunquam enim inducit in animũ multis benefacere. Prędatrix eſt; nam poſſeſſa furatur. Iniqua eſt, quia unum nudat, ut alterum veſtiat. Pauperrima eſt. Quid enim habet, ut locupletet hunc quem amat; niſi id, quod rapit ab eo, quem odit? Ita cùm Caſtellæ potentia creviſſet, & langueſcerent vicinæ Provinciæ, cùm oporteret iam valentioribus brachijs innecti, aut alienos ſubire faſces; GVEVARÆ, atque MENDOCIJ Alabam ſine vi, una manu, eaque libera, Regi Caſtellæ tradidêre. Deinde GVEVARICA Domus generoſa animi granditate eximium Regi genium adornavit, in quo pariter publici ſtatus bono conſuluerit. Quippè quæ ceſſerit iuri, quo potiebatur in eum ordinem ruſticorum, qui *Infanzones* appellabantur, gradum quendam (ut arbitror) tertię nobilitatis. Atque id quidem in libertatis argumentum, tranſanctum eſt; patronatus quoſdam veluti ſpecie cõmutationis Caſtellæ Rege permittente. Habes ipſe hac de re, EXCELLENTISSIME DOMINE, ſymgrapham Regiam, Regis manu ſubſcriptam; perſtatque alia ſimilis in cartophylacio Victoriæ, omni ſolemnitate legũque poſtulatis munita, quæ ius tuum nõ nobilitat ſolùm, ſed vim illius in quamcunque ætatem tuetur. Et ſanè tam decora traditio liberæ Provinciæ, quæ nunc Navarræ Regno, nunc Caſtellæ prõ arbitratu ſuo adhęrendi, & conſuetudinem, & poteſtatem habebat, magnam flagitabat compenſationem.

Ditione imminuta, non decrevêre honores. Sæpè maiores TVI Regium ſanguinem ſuo iunxerunt, acceptis in uxores neptibus Regijs. Victoriæ in Franciſcanorum Conventu ſepulchrum eſt oſsibus & memoriæ datũ Iſabellæ,

quæ

quæ, cùm Alfonſum Caſtellæ Regem avum agnoſceret, Petro Comiti nupſit. Denique toto tempore ante Philippum Primum ſummis honoribus, & anteſtationibus fruebatur, eo loco & ordine, quem primi optimatum coram Navarro, Caſtellanoque Rege ſolebant ſervare. Eos titulos privilegiaque præferebant, iis actibus interveniebant, quæ utriuſque Regni competebant Dynaſtis. Mox verò cùm contumelia temporum, & conturbatione Regnorum, militari civilique impenſa, reddituum, bonorumque copiæ exhauſtæ eſſent, & pro tanta dignitate res familiaris in anguſto verſaretur: GVEVARÆ Principes retractis cordatiſsimè è publico pedibus, montanę ſuæ regioni adhæſerunt, gaudebantque pleno prudentia, atque maieſtate receſſu. Imitandũ profectò à Principibus tam nobile exemplar; ſi vera gloria, non libido, nec luxus occupaſſet multorum animos. Hoc ſtatu rerum Philippus advenit; infortunato GVEVARIS tempore. Novas enim nationes novi mores ſequuntur, novus Rex novam pompam inducit, nova potentia novam gratiam quærit: ita Dynaſtis reliquis circumvallantibus Philippũ, vel conſervatis, vel evectis; GVEVARICA Domus ab aulica adulatione remota, & in receſſu ſuo quieta, eo caruit honore, quo Optimatibus Regni (GRANDES Hiſpaniæ nominantur) licet operto capite adeſſe ſuo Regi, & intra templa ad dexteram Regiam in publico ſubſello ſedere. Vt mirari poſsimus tantam vim nobilitati veſtræ eſſe, tantum pondus ineſſe, ut cum improbitate tot annorum, cum quaſſatione Provinciarum, cum extenuatione bonorum habito certamine, integram ſui generis gloriam hucuſque retinuerit, nihil de veneratione publica amiſerit. Colenda eſt claritudo veſtra, cui fortuna divitias & pompam, nonnullaque potuit inſignia auctoritatis aufetre; maieſtatem nominis non potuit abolere. Auſa eſt de apparatu detrahere, quia famam non poterat libare. Strepitum valebat impedire; non valebat virtutem: cùm nimirum expugnatâ tot annis familiâ, tamen conſtans clari ſanguinis virtus, in tam lõgo ordine ſæculorum inſignes viros dederit quot genuerit. Dicam quod Theodoricus Rex de ſanguine Deciorum maximâ laude prædicabat: *Qui tot* (ait) *annis continuis, ſimul ſplendet claritate virtutis; & quamvis rara ſit gloria, non agnoſcitur in tam longo ſtemmate variata. Sæculis ſuis producit nobilis vena primarios. Neſcit inde aliquid naſci mediocre. Tot probati, quot geniti.* Apud Caſſiod. lib. 10 var. ep. 6.

Ex hac familia (quâ enim aliâ gigni debuit tam egregia propago?) nobilitate primùm TVA, deinde illius ſummâ gloriâ ENECVS GVEVARA, TV ipſe, PRINCEPS EXCELLENTISSIME; ex hac familia dixerim; at non huic familiæ, ſed toti orbi natus es. Genitorẽ habuiſti PETRVM VELIDEM, avum ENECVM ſynonymum TVVM: bis avum PETRVM VELIDEM alium, ſub cuius nomine alter ENECVS, parens eius Dynaſtiam Salinularum fundavit. His relatis maioribus, nonnè ſatis copioſè nobilitatem TVAM prædicaverim? Cum Theodorico eodem loci apponam: *Origo ipſa iam gloria eſt; laus nobilitati connaſcitur*. Natus es igitur nobiliſsimi caudicis prẽſtantiſsimus ſurculus, pulcherrimæ arboris ſuaviſsimus fructus, lætiſsimi pradi gratiſsimus floſculus. Sed quid TE his nominibus tam audacter appello? Si, quum res ipſæ iu-

iuvant, præpoſterâ licet appellatione uti, nec turpe eſt ob arcanam cauſam naturæ nomina mutare, nõ TE ſtirpis TVÆ germen exiſtimare debeo; ſed radicem. Tantum enim virtutes TVÆ, conſilia, arteſque per omnes gradus maiorum Tuorum gloriæ, atque maieſtatis perfudere: ut, cùm de nominis claritate agitur, non TE ſobolẽ nobiliſsimæ familiæ veneraturi ſimus; ſed auctorẽ. Ingens profectò laus; quod magni tot Heroes Parentes TVI ſunt; at quanto maior, quod unus TV (qualis, ô ſuperi, vir!) vera proles illorum es? Plus famæ & nominis genti præbes, quam ipſa TIBI: ut prodigij loco ſis habendus, qui cùm tantum à genere ſplendorem accipias, plus reddideris. Si tamen id abolendum eſt, quod proculdubio modeſtiâ TVâ, & gentilitiâ charitate non ſuſtines, ſcio quo TE nomine appellem. Prolem vocabo, ſed qui ad agendas in Catholicis imperijs excubias, & ad veram augendam Numinis religionem, es natus, & ornamenta TVÆ gentis:

Chara hominum *ſoboles, magnum Iovis incrementum.*

Tantiſper purgato Marone, vero cognomine nuncupandus es.

Quibus verò meritis Patronum meum, ad tam ſublime nomen attollo? De TVIS rebus præclarè geſtis aliquid delibare debeo. Si laude offenditur caſtiſsimus pudor, à ſeveritate modeſtiæ ad magnitudinem TVAM provoco. Quoniam ſi virtus TVA multa pertulit, quæ benè lata, digna ſunt laude; conſtantia TVA addere laudi poteſt, dum poteſt ipſam perferre laudem. Scilicet hoſtem, vitâ ſervatâ, ſtrenuum, robuſtum ſuperare, virtutis eſt: laudes autẽ rerum benè geſtarum, ſano audire iudicio, grandius nomen meretur, quàm nomen virtutis. Plurimum cœlo debes, cui ab auctore conceſſum eſt, hoſtem vincere ad laudem promerendam, & poſt meritum reſiſtere laudi. Vix ergo habitis primæ pueritię rudimentis, cùm cæteri pueri inter crepundia ludũt, à Parente in Flandriam es miſſus: aut, quoniam in Patriæ & Regis obſequiũ iter erat; non miſſus, ſed profectus. Quid eſt addendum? Mare calcaſti puer. Optimo ſanè auſpicio; nimirum, ut qui toties omni ætate navigaturus eras, ſemel mare molli pede pulſares; & adulationis eſſet loco, quod in grandioribus videtur iniuriæ. Tetigiſti admodum puer Belgium; vel, ut apertiùs dicam, minori rei quàm litterarum differentia tetigiſti bellum; adeòque puer, ut totis duobus annis, quibus primùm ibi fuiſti, neceſſe eſſet, ut inermis incederes, neque à natura, neque à magiſtro TVO permiſſus gladium militari more geſtare. Quæ tamen hæc nova pueritia dicenda eſt? Bombardas tẽtare pro turbine? pro flagello movêre gladiolum? Glandes ferreas habêre pro nugis? TE, Parentemque TVVM Claudianus laudet, dum fauſta Imperij Honorij præſagia celebrat:

Mox, ubi firmaſti recto veſtigia greſſu,
Non tibi deſidias molles, nec marcida luxu
Otia, nec ſomnos genitor permiſit inertes.
Sed nova per duros inſtruxit membra labores,
Et cruda teneras exercuit indole vires.
Frigora ſæva pati, &c.
In galea portare nuces.

Opti-

Optimum omen. Gloriâ rectè factorum, militari ardore, patientiâ caſtrenſi, belli & pacis conſilijs nutritus es puer. Hinc, vir ingens (ut reor) ſive ſagatos Principes, ſive togatos, civitates, & caſtella in omne tempus devinxiſti. Caius Cæſar cognomento Caligula apud Germaniam in Romanorum caſtris nutritus, hoc ſolo nomine cunctos militiæ ordines incredibili amore occupavit. Auctor eſt Tacitus. Qua tanta gratia armatus, cùm tenuit imperium, priores Principes magnitudine rerum geſtarum haud dubiè potuit anteire, niſi Cæſaris nomen, & faciem Imperij turpiſsima omnium ſcelerum obſcœnitate fœdaſſet. TV verò, qui inter militum ſtrepitum, Ducum exempla, & Senatorum iudicia adultus, mox ad dignitates gradu facto, cumulum quoque in altius ſuſtuliſti virtutum, neceſſe erat (quod eventu probatum eſt) ut, magna quavis ſuſcepta cauſa, omnium ordinum animos ad TVAM, æquam, cordatam, ſalutarem opinionem adduceres. Quod dominandi genus eſt nobiliſsimum.

Creveras. Anno autem ſextodecimo nondum expleto, pacis impatiens, vires exercendi curioſus, pugnę avidus, Regi placendi cupidus. Hiſpanis flammis tumidus vivo ad fuiſti bello. Prælianſque ad Obſonianam arcem Ducatus Bergenſis præcipuam, ab ingruente Anglorum multitudine es captus. Decora captivitas, quæ libertatis amittendæ non extitit; ſed aperiendę cauſa virtutis. Quinque menſium intervallo detentus, poſtquàm notum fuit Orbi, ſcire TE, adhuc ætate tenera, in Regis gratiam captivitatis mala tolerare, ratus ingenuitatem TVAM carcerem ulteriùs non decere, ei ſtatim prima occaſione arrepta, ſtrenuè ſimul & animosè conſuluiſti. Redemptis enim Regis nomine alijs quingentis, qui eodem caſu in Anglorum venerant poteſtatem, TV Regio animo gregarium ſimulans, eluſa Britannorum cuſtodia, ſolo aſtutiæ & audaciæ pretio libertatem TIBI feciſti. Notaſti factum? Cæca ſolet eſſe modeſtia. Exiſtimo TE quid laudis ei inſit, minimè perſpexiſſe. Meum erit igitur indicare TIBI. Quingenti reliqui pro Rege quoque libertatis iacturam fecerant. Neſcio an pugnantes TVO more. Nemo tamen ſe ipſe aſſeruit. Cuncti ſunt à Rege redempti. TV TE verò, qui pro Rege libertatem amiſeras, in eãdem induſtria TVA vindicabas. Pro Rege captus; non à Rege redemptus. Prædam hoſtium eſſe pro Rege, decorum meritò arbitrabaris, à Rege redimi non flagitabas. Quaſi nolles alieno beneficio eſſe liber. Sola libertas TVA iſtius nominis digna eſt, quam nemini debes.

Perrara laus, quæ TE, DOMINE, fecit reſurgenti Chriſto perſimilẽ. Omnes homines, quibus fortuna fuit in Religionis defenſionem occumbere, pro Rege Deo, libertate deperdita, tumuli carcerem, capti à mortis ſtipatoribus, intravêre. Nemo tamen ſe ipſum eripere ab immani potentia valuit, & diuturnioris vitæ recuperare libertatem. Solus Chriſtus, qui tormentorum vi datus eſt diræ mortis captivus, & in ſepulchri carcerem non minus detruſus, ipſe ſe ad immortalis vitæ libertatem, deriſo mortis ſatelletio, reduxit. Ea fuit nobiliſsimi triumphatoris laus, præſtantiaque maior. En imitatio TVA. Libertas optima pars vitæ cenſetur. Audacior autem vitæ loco libertatem accipiet ſolam. Quocircà libertatem amittere, ferè eſt deponere vitam; mortiſque genus

cap-

captivitas est. Quingenti igitur TECVM, facta libertatis iactura pro Rege, non ineptâ ratione occubuerant. Et illi, ut à captivitatis exitio ad libertatis vitã revocarẽtur, alieno beneficio indiguêre. TVA verò tanta excellentia est, ut TE ipsum eandem ad vitam veluti propria virtute restitueris. Nonnè id fuit, glorioſiorem Christiani triumphi partem ſubtili quadam compoſitione redolere, & reſurgentis imaginem gerere? Ioſephi quoque (quod nova ratione est commendandum) vincula æquasti. Ille dum domino fidem præstaret, ab illo miserè per fœminæ fraudes decepto, ad carceris calamitates damnatur. Adoleſcentia TVA, dum Regi fidem exhiberet egregiam, Regium ius, nomenque tueretur, ab hoſtibus capitur. Ioſephi virtus ad ſpeciẽ oppreſſa in carcere poſuit ſummæ patientię tyrocinium. TIBI tractandarum nationum hoſtiumque conſilio flectendorum ſchola doctiſsima, captivitas fuit. Ille ab Ægyptio Principe malè mulctatus Ægypti Regem, totamque Ægyptiorum nationẽ egregiè ſibi conciliavit. TV captus à Britannico Duce, Regem Britanniæ maximè, & Britannorum totum nomen, ſummam nactus apud ipſos auctoritatem, faciles admodum in agendis rebus habuiſti. Optanda captivitas, quæ TE Ioſephum, quæ TE Chriſtum ſumma cum gloria referre fecit.

Sed inquiramus licet, quæ TE potentia, quævè fata militiæ natum, & in caſtris nutritum averterit à bello: ſi unquam tamen averſus à bello. Decertaſſe arbitror pro poſſeſsione TVI, belli, atque pacis geniũ, dum TE ambo ambiũt habere ſibi. Si ardor animi, ſi corporis vires, ſi membrorum agilitas, ſi diſciplina militaris, ſeu Patriæ charitas, ſeu Regis amor, ſive ſtudium gloriæ quæratur, genius belli vincebat; debebaris bello. Cùm ſapientia quæritur, cùm prudentia percupitur, cùm conſtantia laudatur, cùm ſilentium auditur, cùm ſuadela diligitur, cùm omnes artes, atque notitiæ, ſimulandi & diſſimulandi facultas, neceſſariæ ſunt, cùm uni denique omnium est committenda ſalus, pacis genius TE repetit. Quippè bellicæ dotes præcipuum aliquid ſui habent cum ferarum laude commune; robur nimirum, motum, ardorem, corporis patientiã, & duritiem. Pacis artes totæ divinę ſunt. Nihil ex eis bellicæ poſſunt arrogare ſibi. Arma igitur togæ ceſſerunt. Si enim quod optimum in bellica parte cẽſetur, est victoriam parare: bellicũ TE virum dicere oportebit, qui inermi manu tot victorias egiſti.

Itaque libertate recuperata, ſub Duce Parmenſi belli artes urgebas, donec in expeditione Britanniæ celeberrima malis, claſſe Regia ad Anglicas fauces tempeſtate & monſtris amiſſa, Hiſpaniam hucuſque dolentem miſerabilis luctus afflixit. Ibi LATRONE DE GVEVARA naufragium paſſo, qui PETRI COMITIS OGNATENSIS filius, hæreſque erat, reditus in Hiſpaniam maturandus omninò fuit. CATHARINA namque de GVEVARA, PETRI COMITIS filia natu maior, poſt Latronis obitum nullo fratre relicto, in hæreditatem ſuccedebat: oportebatque tantam fœminam TIBI coniungi, qui vir eras ex tota Familia propinquior. Ne maſcula ſeries, quæ à VELA ipſo in veſtra gente ſingulari naturæ privilegio duraverat, tunc primùm miſero Latronis caſu abrupta, obtenebrari videretur. Igitur facultate diſcedendi è caſtris à

Par-

Parmenſi Duce ex ritu militiæ impetrata, in Hiſpaniam advolaſti, nuptijſque cum CATHARINA uxore celebratis, Comes Ognotenſis es factus.

Splendidius hîc quanti TE facerent, aperuêre fata. TIBI potentia, TIBI gentis apex ſervabatur, ut maximas res, quibus iam olim parabaris, maieſtate nominis adiutus perficeres. Latet enim ſub obſcuro inops virtus, & in altiſsima quiete deliteſcit. Pompę potentia non eſt virtus vocanda; at ſtrepitu opus eſt, ut poſsit virtus præfulgere. Nihiloſeciùs capax animus TVVS intra TE latuiſſet. Et quamvis theatrum ſit ampliſsimum mentis TVÆ, maius orbe noſtro, nobis tamen, potentia & auctoritate deficiente, fortè poſſet mens excelſa perire. Perire igitur debuit LATRO DE GVEVARA, ut quæſtũ faceret Reipublica TVI. Reges enim Principibus viris nominis dignitate, & opum facultate pollentibus, ad magna negotia capeſſenda poſſunt, voluntque uti. Quapropter neceſſe erat, ut TE in familiæ culmen, & LATRONIS hæreditatem ſublato, virtuti potentia iungeretur; quo ſine mora aureum inſtrumentum inciperes eſſe chariſsimarum artium, quod Regia dextra nunquam abijceret. LATRONEM igitur non in Anglico mari interijſſe dicam; ſed TVÆ gloriæ fuiſſe mactatum. Non illum abſorbebat Oceanus, ſed animus TVVS maior Oceano. Salamon ut regnaret, duo Principum capita expectatione ſceptri cõfracta ſunt. Ingenuis enim, atque natu maioribus Ammone & Abſalone trucidatis, Berſabeę natus arripuit Imperium. Tanti conſtitit Salomonem regnaſſe. Ne videlicet eius quoque ſapientia ſine purpuræ flore, ſine auri fulgore, ſine dignitate & potentia, perinde atque dotes multorum, inutili radio ſplẽderet. Benè eſt. Verùm uterque Princeps æmulatione quadam impius flagitio ſuo pœnas meritò dedit. Impudens ille Regiã fœdaverat: imò hominum genus, & naturæ pudorem violaverat inauditâ libidine. Crudelis alter, quippè raptatus ambitione regnandi, turbavit patriam, pugnavit in Patrem. LATRONI verò, cùm vitâ extinctâ, aufertur potẽtia, quæ TIBI defertur, omne ſcelus alienũ eſt. Et tamẽ fatis rapitur? Hoc ſit prodigium gloriæ TVÆ. Vt familia GVEVARICA, ut Hiſpaniæ, & Orbis Catholicus præſentia TVA, conſilijs, factiſque potirẽtur, optimus alioqui Princeps, cui ſuccederes, de medio eſt ſublatus. Vide in quod culmen natus ſis. Perijt qui laude dignus erat, ut totum Orbem TVA laude repleres.

Igitur Comitatu uxoris potentior, ipſa uxore felicior, Philippi aulã intraſti vocatus. Et placuêre brevi obſequia; quæ TE Regibus fecêre pergratum. Si recenſere velim, quibus officijs, atque mãdatis frequẽtiſſimus Regi inſervieris, quibus curis in eius gratiam animũ in ipſo iuvẽtutis flore ornaveris, eſt longiſsimus labor. Satis eſt retuliſſe, ſive itineribus Regũ adires comes, ſive miniſtrares in Palatio, ſive ex Sacrario

veſtrarum ædium Regia ſtudia, cauſaſque perageres, niſi maximarum rerum poſtulatione præſentiam TVAM, nunquam à Regibus longè fieri, eſſe permiſſam. Quaſi Philippi omnes à Secundo, Theodorici voces, cùm de TE ſermo eſt, uſurparent: *Gratus eſt nobis eorum ſemper aſpectus, qui noſtris animis glorioſis actionibus inſederunt. Quoniam perpetuum obſidem dederunt amoris ſui, qui apud nos probati ſunt ſtudere virtuti. Proinde magnitudinem tuam glorioſo nobis ſervitio comprobatam ad comitatum noſtrum evocamus.* Qua in causâ, VIR MAXIME, aliquam concepiſſe animus videtur, quæ præter TE, nulli competat, laudem. Tribus Philippis inſerviviſti unus, gratuſque fuiſti. Nullum aliud noſtrum Imperium videt, aut colit viri caput, qui TVAM gloriam potis ſit hac in parte exæquare. TV Dynaſtarum decus, ſenum maieſtas, rara virtutis, ac valetudinis commendatione tribus Monarchis potuiſti ſolus inſervire, & placere. Favete mortales. Oſtentum eſt, quantuſcunque ille ſit, unum virum tribus Regibus æquè placuiſſe. Idcircò libertatis noſtræ aſſertorem Chriſtum ab Eoæ gentis Principibus adoratum iri, maximus honor eius eſt: propterea nimirum, quod tribus Regibus unicus placuit puer. Neque hinc tam facile abſcedo. Secundus ex Philippis TE iuvenem probavit: Tertius virum elegit: Quartus ſenem conſuluit, & ſacratiora oracula TVÆ prudentiæ tradidit. Sanè verò quicunque probatur, quicunque deligitur, cuicunque conſulitur, cui nihil magnum tegitur, gratiſsimus eſt. Novo miraculo perſtringor. Naturæ namque contumeliâ uſu-venit, ut quibus in adoleſcentia omnes arridemus, tædium ſui ingerant viri: qui viri verò magno uſui fuerunt, ſenectutem ingreſsi, prorſus intolerabiles, moroſique fiant, nulli amplius negotio idonei. TVA tam ingenua conditio eſt, ut reſciſſo naturæ decreto, nihil horum ſis paſſus. Omnem ætatem in TE uno probare, & amare feciſti. Hæc dicta compendio, tam vera, tam publica laudi TVÆ ſufficerent. Sed orbem offendam, ſi nonnullas res ſuo illius bono à TE partas, quæ dignitatem TVAM magis, ac magis honeſtavêre, ingrato ſilentio præterlabor.

Apud Caſſiod. lib. 3. var. cap. 28

Vertebatur annus à partu VIRGINIS milleſimus ſexcenteſimus decimus quintus, cùm in Imperij ſtatu, & inter Auſtriacas partes hæc erat facies rerum. Imperator Mathias, deſperata prole, annis gravis, morbis gravior, cùm attenuatis viribus, peſsima valetudine uteretur, extremum diem expectabat. Sceptris enim mors quoque vivit, ne ad impietatem & amentiam vertatur Imperij gloria, irreligioſa ſtatim futura, ſi æterna. Ventum eſſe videbatur ad tempus, quo Pannoniæ & Bohemiæ duo regna, duæque nobiliſsimæ Provinciæ Morabia, & Sileſia, certa iuris ratione, quæ Auſtriaco Hiſpano

fa-

favebat, Iberiæ Regnis iungerentur. Erat id factu difficillimum. Otiosè dixero: etenim quo ævo, quo loco facilia fuêre incrementa potentibus? Hiſpanis maximè, quibus conſtituta dos eſt, nihil poſſidere ſino bello? Itaque erat illud difficillimum factu: quin etiam (ſi benè Latini celerem tranſitum novæ voci permittant) erat *impoſſibile* omninò. Quia non ſolùm communes Hiſpaniæ oblatratores tantæ poſſeſsioni adverſaturi eſſe videbantur, ſolita æmulatione ſtimulati; verùmetiam gentis Auſtriacæ ipſi Principes per Germaniam diverſi admurmurabant, adnitentes Principatum ampliſsimum tenêre apud ſe, ſi quomodo poſſent Imperium quoque retinere. Et quamquam iſto nomine Auſtriaca Domus commendari, celebrariſque ſoleat, quod nimirum Principes familiæ minores gentis caput ſtudioſiſsimè colant, ab eius oraculis pendeant, maieſtatem augere ſtudeant: hac in causâ Hiſpanico deſerto Philippo, qui functo Mathia (ut iam reputabatur) primus Familiæ Princeps erat, deficere à ſe viſi ſunt, ut proficerent ſibi. Vſque adeò omnis benevolentia ipſi amanti præ cęteris domeſtica eſt. Nemo mihi generoſos iactus amantium, & amoris quaſi φαντασειαν iactare velit. Omnis amans omnia alia longius collocata ſe videt. Quapropter nihil eorum ante ſe amat, qui viliora cætera exiſtimat, utens oculis, quibus parva ſunt, in diſtanti quæcunque ſunt ſita. His accedebat momentum maius. Inſitum eſſe popularibus animis, ſive Catholicorum, ſive hæreticorum commemorem greges, viri prole Ferdinandi primi non conceſſa à cœlo, Mathia defuncto, penes ſe ſtare poteſtatem eligendi quem vellent. Id ego præcipuè timuiſſem, inſanum plebis præiudicium, inconditos vulgi clamores, effrænam licentiam multitudinis. Sapienter populo monſtri nomen eſt factum. Motu enim potitur, ac vivit; & caret capite. Monſtrum autem inter animantia cenſetur, quod acephalum eſt. Totum prætereà Imperium in ſpem venerat accipiendi novos moderatores; augurabaturque, Mathiæ ſine ſobole obitum, qui iam inſtabat fatale momentum, & gladium eſſe, quo liberrimè Auſtriæ iugum elabi, & habenas tanti regiminis perfringere poſſet. Opem ferebat iſti ſententiæ, animoſque faciebat, Gallicanæ colligationis reliquias adhuc fumare, & ex illo igne, qui ſub doloſo cinere latens ſopiebatur, proſilire ſcintillas: imò (ut palàm) renovatam in parte videri Henrici Quarti Regis Francorum conſpirationem, cuius mala eiuſdem Regis morte præmaturâ averterat Numen. Vltimum difficultatis pondus erat, turpius illud profectò, atque indigniùs, iamdudum ſine voluntate Mathiam regnare, quam uni ex aulicis purpurato Chriſelio vili quietis pretio vendide-

rat. Et ipſe Chriſelius vir vafer, ac ſtrenuus, ſummum in aula Imperi gradum cùm tenuiſſet, totum Imperatoris animum fuerat graſſatus: inque Mathia ſuo: vitæ partem exiguam, libertatis ſolùm nomen ſervabat. Vt portentoſo genere dignitatis amplior ſervo, quàm Domino poteſtas ineſſet. Quippè Mathias ægrè & in ſolas quidem Provincias auctoritatem exercebat: Chriſelius præter iſtarum dominationem ſimul Principi imperitabat. Hic erat nodus omnium explicatu difficillimus. Quia eius viri ſententia, ſive ambitione, ſive pravo alio ſtudio teneretur, perquàm longiſsimè dubio procul à vero, & à bono aberrabat.

Iam verò ad tot portenta difficultatum ſuperanda, ad ſuſtinendam immenſam molem, ad implicatiſsima expedienda negotia quis Alcides, quis Atlas, quis Genius mitteretur? Dicam TE, HEROS MAXIME; dicam ENECVM GVEVARAM ab Hiſpano Monarcha deſtinatum: & ſatis erit: quia ſi non dixiſſem, nominaſſe cauſam, vivo TE, ſatis erat. Maximum TE, & optimum comperiſſe iam tunc, neceſſe reor, qui ſummam ſecretorum ſuorum ad Imperij maieſtatem ſpectantium fidei TVÆ, atque prudentiæ committebat: *Dum ad Imperiale ſecretum* (verba ſunt Caſsiodori) *tales conſtet eligi, in quibus reprehenſionis vitium nequeat inveniri*. PHILIPPVS itaque Hiſpaniarum Rex eo nomine Tertius rei gravitatem meditatus, communicatoque conſilio, legatum TE ſuum conſtituit, & vocato in ſacrarium, animi ſui ſtudia, atque propoſitum TIBI totum aperuit, & quid fieri vellet, oſtendit. Vt Germaniam appulſus Oenipontum ires, ARCHIDVCATVS AVSTRIANI ſedem: convenires Archiducem (FERDINANDVS brevi Imperij ſucceſſor, hic erat) paciſcereriſque cum eo: ut, pacto inito, ius, quod Pannoniæ Regnum & Bohemiæ, adiunctaſque Moraviæ & Sileciæ provincias Catholicæ maieſtati deferebat, in eum transferres; ijs acceptis, datiſque conditionibus, quæ TIBI maximè probarentur, pro nata re in ipſa occaſione paciſcendi; ut ſuadela, optimiſque legationis artibus temperares Provinciam, lenires popularium tumultus, & componeres Principum animos; ut denique ſcribere milites, copias comparare, educere exercitus poſſes; rem ad arma venturam, & vi potius gerendam, ſi fortè arbitrareris. Reputanſque PHILIPPVS quàm procul, & ad quales quantaſque res Oratorem ſuum deſtinaret, non eſt gravatus, nec dubitavit conferre TIBI (plenipotentiam dicunt) plenam certè illimitatam, & verè Regiam poteſtatem, quâ inſtructus in his rebus agendis ſingula capita ex animi TVI ſententia definires, auctor belli, atque pacis futurus, ut velles. Quid hoc eſt?

Mul-

Multis, quorum oculos tanta hæc perſtringet auctoritas, exiſtimabitur PHILIPPVS Regem TE, non Legatum feciſſe, & penè alium ſuppoſuiſſe PHILIPPVM. Sed cur miremur animo TVO ſemper Regio, velut ex mutuo, eſſe commodatam ſceptri vim, atque auctoritatem maieſtatis aliquando? Voluit PHILIPPVS, ut quem ampliſsimo virtutum imperio regnantem continuò ipſe complectebatur, ipſo ſupremæ poteſtatis uſu coronatum, cuncti ſemel Regem veneraremur. Quibus autem verbis exiſtimem TIBI fuiſſe Regem in ultima dextræ deoſculatione, in honorifico fortaſsis amplexu locutum? Non auderem ad hæc, niſi & alterius Regis verba (quibus pertenui admota mutatione uti valeam) Aurelius Caſſiodorus offerret. Non decebat Regio ori eſſe adſcriptam orationem non Regiam. Audi igitur, DOMINE, ſi memor es, nec verò poteris immemor eſſe, repetam TIBI ſacra verba, quibus animum TVVM Maximus PHILIPPVS & honeſtabat, & commonebat diſcedentem: *Exploravimus efficaciam tuam per diverſos induſtriæ gradus. Meruiſti gratiam varijs actionibus æqualiter probatus; ideò præſenti tempore in* Germaniam *Vicarium te* noſtrum, *noſtra mittit auctoritas. Vnde perpende, qualia de te videamur habere iudicia, quando ad illos populos mitteris componendos, quos noſtris* maioribus *credimus ſpecialiter acquiſitos. Chara eſt Principi gloria: & neceſſe eſt de illis amplius eſſe ſolicitum, unde ſibi* Regnorum *veniſſe ſentit augmentum. Age igitur mandata: ſi cupis in te proficere noſtra iudicia. Turbulenta non ames, avara declina, ut talem te* arbitrum *Provincia ſuſcipiat, qualem* Hiſpanum *Principem miſiſſe cognoſcat.* Epiſtol 16. Theodorici Regis ad Gemel. ap. Caſsiod. lib. 3. var.

His acceptis mandatis ſeptimo Kalend. Auguſti die PATRONO Hiſpaniæ dedicato, optimis auſpicijs Matrito decedens, domum, familiares, clientes, & non modicam Regiæ partem viduam feciſti. At brevi magnis emenſis itineribus Pragam ingreſſus, Principem civitatem Bohemiæ, ante Pragenſis habitator es viſus, quàm venturum fama dixiſſet. MATHIAS, quoniam pro Regum nomine Solem uſurpare ſolemus, præcipitabat in Occaſum. Chriſelius aulæ potentiſsimus eò petulantiæ pervenerat, ut potentia fretus auderet ſpernere Regis Hiſpani poſtulata. Ac proinde, quàm rerum Dominus in Germania videbatur, vir togatus, ſed durus ingenio: tam palàm partium Auſtriacarum conventiones timebatur conturbaturus, & FERDINANDI Archiducis in Imperatorem eligendi immodeſtiſsimus interpellator futurus. Viderint Principes, num oporteat huius ordinis aulicorum potentiam certis taxare calculis; quot gradibus in cœlum aſſurgat ille thronus, cui

aulicos inferunt: niſi velint auctoritati ſuæ improvida munificentia incommodare. En Auſtriæ Caput Chriſelium ornaverat: Chriſelius Auſtriæ gloriam, & ius diſsipabat. Temperent bonitati maieſtates, quoniam ſi peccant, non præbebit excuſationi locum hæc bonitas. Quinimò quoties ita peccatur, improbitatis mala duplicantur. Tunc enim & vitium admittitur, & virtus corrumpitur. Duplex autem ſceleris nomen eſt, non peccare ſolùm, ſed virtute corrupta, id eſt, per generoſitatis abuſum peccare. Verùm ab hac ſententia abſcedant, velim, & oculorum aciem avertant, obtrectatores optimorum, qui calumniandi aviditate, dum virum non diſtinguunt à viro, dum generalia vitiorum nomina accommodant temerè, virtutem cum vitio confundunt, & frequenter condemnant probos. Congruere id exiſtimate, qui legitis, Seiano, & ſi quis alius carcerem Chriſelij more eſt promeritus. Iſti namque quos fides & amor in Regem, temperantia, modeſtia, patriæ ſtudium ardentiſsimum, & publicæ curæ probaverunt, digni ſunt, quos ament Monarchæ, quos potentiæ participes faciant, admittantque ad ſacratiora adyta maieſtatis. In his anguſtijs tamen Imperator MATHIAS, ob dignitatem viri, ætatis honorem, reverentiam Imperij arbiter partium neceſſario malo fuit aſſumendus. Hæc erat extrema calamitas arbitrum habere MATHIAM, qui ſui poteſtatem non habebat, totus à Chriſelio poſſeſſus. His de cauſis, VIR PRVDENTISSIME, Catholicam, id eſt, divino afflatu monſtratam, novamque rerum gerendarum rationem excogitaſti, atque inijſti. Circũvenimur (inquis ad ARCHIDVCEM) Optime FERDINANDE, periculis. Hinc machinatione Chriſelij, hinc reverentia maieſtatis. Perimus igitur, niſi utrique malo concordes occurrerimus. Imbecillitati MATHIÆ leniter medicemur. Ducamus molliter nolentem. Surdus etenim eſt, non valebunt ſaluberrimæ voces illius tarditatem excitare. Vel, ſi dormitat certè (quandoquidem vehemens dulcedo benevolentiæ, quæ illius animum erga purpuratum hunc gravat, non ineptè ſomni nomen aſſequitur) à nobis ſuæ Auſtriæ, & Catholicorum cauſâ vigilantibus, res eſt agenda. Chriſelij artes iuſtâ aſtutiâ frangamus. Bis paciſci nos iuvat; attende conſilium: Duo enim fœdera diverſa rem peractura ſunt. Vnum vanum feriemus ea formâ, quæ perturbantium ſtudijs adulari videatur, & qualem optet ipſe Chriſelius. Conditiones idoneas continebit ad ſpeciem, quarũ palpo, & favore perſuaſi, quietius atque ſecurius in poſterum agant. Firmius aliud, atque ſolidius inter nos, non ſtatim publicum futurum, pangemus: quo quæ oportet, quęque ad optatũ finem provehere cupimus, ſtabili ratione firmentur. Ad

hanc

hanc pactionem verò iungemus dextras. Hæc leges feret ſimul tabulæ, ſimul inſculptas animo. Neque cavendum erit, Archidux pie (quid enim aliud generoſum animum TVVM poterit retardare?) ne fucus hic iuſtiſsimus mendacij nomine mulctetur. Hoſtis enim violentia, ut non faciat licentiam mentiendi; tribuit tamen faciendi mendacium. Mentiri id non erit; ſed contra apertam vim, & fraudes detectas latentem adhuc diſsimulationem obarmare. Hâc viâ, cœlo concedente, cauſam obtinebimus. Virtute vis, mali aſtu doli ſunt ſuperandi.

Hac à TE habita oratione, acquievit conſilijs Ferdinandus. Quia nimirum futura maieſtas præſentem TVAM mentem altè penetravit. Et ex illo viam ad honorabile iudicium, quod de TVA virtute Ferdinandus, atque præſtantia iam Imperator habuit, fortunatiſsimè eſt auſpicatus. Duo fœdera inita, ut in colloquio fuerat conſtitutum. Poſtremis tabulis, quarum vim ratam, & inconcuſſam haberi placuit, omnia ea, quæ Philippus Tertius optarat, & TIBI commendarat ex animo, ſcripta continebantur. Adſint, precor, narranti quicunque magni viri ad tantum arcanum admiſsi ſunt, ſive ex Imperij, ſive ex Hiſpaniæ aula miniſtris. Non gravabuntur hi, ut generoſi, ut veri amantes ſunt, ſimpliciſsimæ narrationi meæ fidem auctoritate ſua facere. Sanè verò ſumma laus fuit, ſingula unum virum eviciſſe, quæ Regi ſuo nondum facta probarentur, ut fierent; & mox facta eſſent placitura. Simul his Comicia coguntur; quæ non tam ad deſtinandum moderatorem Regnis coacta videntur, quàm ut theatrum eſſent nobiliſsimum ubi ſapientiæ TVÆ maieſtas, atque dexteritas agendi glorioſiſsimè ſpectarentur. Ibi cernere licuit, quantum unius viri prudentia poſsit in favorem optimæ cauſæ. TV namque, SAPIENTISSIME PRINCEPS, æquiùs mihi invocande cum Horatio:

Mercuri facundi, nepos Atlantis.

Sanctiori uſus caduceo, ita omnia paraveras, devincieraſque convocatorum præcipua capita, ut poſt horas tres poſt propoſitam ab Imperatore cauſam Ferdinandus Mathiæ ſucceſſor, uniuſque Regni hæres palàm creditus, acceptuſque ſit; die dictâ, qua coronaretur. Atque id quidem tanto eſt putandum miraculo ſimilius, quanto confectum ipſo inſcio Imperatore, nihil ſuſpicante Chriſelio, ijs quoque Principibus Auſtriacæ gentis, quibus commoda erant hæc acta, ignorantibus. Sed fabulari videor. Hiſtoriæ ne hæc oratio viam fecit, an fulmini? Portentum, an caſum narravit? Tantam igitur rerum molem brevis clauſula effundet? Quieſcere flagitationes populorum, partium ſtudia ſedari, ſpem Regnorum deponi, diſsidentia vota componi, Principem, quem maximè fugerent factiones ante Comicia, celerrimè eligi, tam facilè factu, tam proclive eſt? Rurſus autem hæc cuncta antequàm geſta ſint, quoniam ita oportebat ab ipſo Imperatore neſciri; quin etiam ex ijs nihil eſſe ſubodoratum Miniſtrum aulæ potentiſsimum, num credi ab ullo poteſt? Palàm, Vir admirande, palàm dicam; Omnem animi ſenſum ad tantæ rei novitatem ſtupor arripuit; imparque cala-

mus cumulatiſsimæ laudationi, quam TVO facto eſſe debitam videt, ut hoc ſaltim ſcribere cordatè videatur, rei maieſtati apertâ confeſsione ſuccumbit. Facto exhibuiſti virtutem, quæ vel mentis animoſos conatus exiſtimabatur tranſvolare. Fatendum eſt igitur plura TE ſemper, ac maiora fuiſſe præſtiturum, quàm ſtylus queat dicere.

Tanta itaque re confecta:

Extemplò turbati animi, ſimul omne tumultu
Coniurat trepidè Pa-Latium.

Chriſelij animus in opinato eventu, perquàm aſperè tangitur. Superatum ſe videt, diſrupta retia, diſiectos dolos, fraudem prudentia propulſatam, vim cõſilio coërcitam. Hæc videt, & frendet. Poſtquàm autem per omnes iræ, atque furoris motus intoleranter divagatus, flammas & fulmina ſpiraturus timeri poſſet; hæret, ſtupetque frigidus, dum ſe minorem multò negare non valet, quàm ſibi anteà videbatur. Ipſe Mathias improbare conſilium non poteſt. Probare autem non amat facta, quæ facienda ignoraſſet. Occultè dolet, ſed quia non ab hoſtibus, nec ſeditioſis civibus, vel auctoritate imminutâ: verùm ab optimis Principibus, & fideliſsimis amicis Auſtriaco nomini, & Religioni Romanæ incumbentibus, tranſactam putat rem;

Vultu ſimulat, premit alto corde dolorem.

Tandem Chriſelius cautiùs agere in poſterum, non ita ſibi fidere, ſatagere, quærere, hunc invenire vindictę modum. Celebranda erant lapſu ſex menſiũ proximè ſequentium in Pannoniæ Regno Comicia. Hæc ſagax animus, & tũc iracundia concitatior, dum alium modum non reperiebat, quo Regnis gravis eſſet, quatuor diſtulit annos. Quo tempore reliquis in rebus, bellica, ac civili adminiſtratione ita ſe geſsit, eaque egit, quibus Chriſelij caſum inſtare, ipſumque certo impetu citius, quàm optaſſet vel hoſtis in vltimam calamitatẽ proruere, non obſcurè conſtaret. Quamquam enim emenſo quadriennio, Pannoniæ Comicia ſunt habita, reclamante eo, atque fremente; tamẽ meliores Procerum, atque optimi Principum penè deſperaverunt, poſſe hunc ſanis cõſilijs, atque cauſarum honeſtate ad conventum Imperij opportunè convocandum adduci, & confirmandum ea, quæ ad patrimonium Auſtrię conſtituendum diſtinctè pertinerent. Quid iam cauſæ quæratur, cur punitum Chriſelium, cur detractum ab aula, deturbatum à ſolio, & ad extremum orbis viderit captum? Occultè ſugi ſolent venena, quæ validiora corpora in flore corrumpunt, latenter ſerpere tenuiſsimus ignis, cuius Regum palatia indomito fragore inflammantur: neſciri vitia, quibus ſpectata Capitolia, diu admiſſę cœlo turres, orbis miracula caſu ſubito decidunt. Latentiora adhuc fata eſſe ſolent, quibus tacitè corrodentibus ſericum; unde pondus fortunæ pendebat viri aulæ potentes triſtiſsimâ ruinâ everruntur. Chriſelij cauſæ non adeò abditæ fuêre. Nam ille vir cæteris verſutiæ artibus inſtructus; neſcivit tamen eſſe clàm exitialis. Sed obvolvenda ſunt, quæ detecta fœtorem ſpargunt. Præterquàm quòd togæ, quam geſtavit, multum venerationis eſt deferendum.

Sed attuliſſe videor Chriſelij mala, & in tranſcurſu cladem tantæ potentiæ retu-

retuliſſe. Quid hoc eſt rei? Qui caſus orbem famâ complevit, palatia timore occupavit. Dynaſtas patientiam edocuit, Procerum modeſtiam inſtruxit, potentiorum audaciam repreſsit, Auctores laude cumulavit, itane verò referendus eſt negligenter? Exiſtimabor triſtiſsimæ tragœdia ſpectatione elanguiſſe, & territa manu non adornatam poſuiſſe ſcriptionem; ſed in ſchædam caſu calami lituram eieciſſe. Nihil minus; ſed quæ tenuiora iudicabam, narrabam obiter, & cadere non ſcribi volebam. Quod pretium mihi erit, ſi memorem, abijci, capi modo, quē paulò antè ſuperatum, & in mari magnarū rerum conſultatione referam eluſum? Paratæ erant aures captum audire, quē nuper accepêre fruſtratum. Illud miraculi inſtar erat, hoc laude caret. Tunc enim dominator aulæ vincebatur, modò pernicioſus vir capitur. Vno facto, COMES EXCELLENTISSIME, uno conſilio ſimul Principem aulæ in cauſa ſuperaſti, ſimul incapax caput excluſiſti ab arcanis, ſimul hominem exitioſum in arcem conieciſti. Dum tamen iuvat rem, ut geſta eſt, ferri, referam, ſi ſuſtines audire. Viennę in primaria Auſtriæ civitate, intra oppidi mœnia, intra palatij tecta, intra aulæ ſacraria, circumſiſtitur, capitur, comprehenditur, ille CHRISELIVS Principis favore munitus, togâ nobiliſsima indutus, aulæ potens, Deſpota imperij; qui dabat mandata, diſpenſabat occulta, quem plebs timebat, quem nobiles colebant; calcari, à Fortuna iuſſus; ligari, à nemine viſus; cùm eſſent ſatellites, ſuæ felicitatis alumni; cùm eſſent urbani præſidiarij, ſuæ liberalitatis clientes; Auſtriacis agentibus, curſorijs eſſedis, mutatis quadrigis incredibili velocitate intra triginta horarum ſpatio ab univerſa Imperatoris ditione ſemotus: Principibus Hiſpaniarum Legato ſtimulatore poſcēte publicâ ſalute. Exclamabo, ô Fortunam! ut cæteri affectus otij tædio premantur. O Fortunam! Quamdiu vetuſtus ille error ſuperſtes erit? Quamdiu perſeverabit indeletus? Homines, quos fortuna complectitur, bonis omnibus natos arbitramur; fortunatos atque felices eos dicimus. Quaſi verò idem ſit à fortuna foveri virum, & eſſe felicem. Cenſete Mecum iam hinc mortales. Extra fortunam quippiam mali quilibet pati poteſt; miſerrimus eſſe nō poteſt. Pauper fortaſſe miſer eſt: miſerrimum verò nemo pauperem dixerit, niſi Iobum ex divite pauperem. Nonnulla calamitas eſt, in hoſpitalis Ponti habitare barbariem, nulla tamen prudentia calamitoſiſsimos hominum exiſtimare accolas Euxini; præter Naſonem unum, Tomos ex Romanis delicijs, & populi favore reportatum. Obſcura tandem fata ſunt aperientis ludum pueritiæ, & venalia elementa docentis; nihilominus ſuam quoque gloriolam, & togæ nitorem Ludi-magiſtri ferunt; miſerrimus ſolus Dionyſius fuit Corinthi viſus ex Syracuſarum Rege magiſter. Opes enim verò, deliciæ, favor populi, faſtigium dignitatis, fortunæ partes reputātur. Nemo igitur extra fortunam miſerrimus eſt; quia ille ſolus, quem favore ſuo demulſerit, capax reperitur ad ſummam calamitatem peruenire. Ingenium crudele fortunæ. Inſinuat, velle TE facere felicem, ut miſerrimum facere poſsit. Sine fortunę bonis, miſeri quidem eſſe valemus, miſerrimi minimè. Quid agat igitur verſuta ſævitia? Aufert tolerabiliores miſerias, quas infortunati poſſumus capere, ut fortunatos affligat cum fœnore.

Sed

Sed quibus auribus hæc epiſodia accipiunt, qui putant ſe chariores alumnos fortunæ? Quid ſi perſeverent favores? Illanè contemnenda, atque obiurganda fortuna erit? Egregia tutela fortunæ. Conniveo ſint mora, & aſſentior totus. Optima illa eſt, ſi fortuna eſſet. Genium eſt fortuna divinius, quod diuturnæ conſtantem, nunquam interruptam felicitatem pollicetur, & præſtat. Vnius in Melandria SAGRAPIS hæc tam rara, tam nobilis conditio felicitatis memoratur. Qui præter gentis maieſtatem, præter capaciſsimam mentem, præter formæ decorem, & alias quamplurimas, tum naturæ, tum equeſtris diſciplinæ charitates, ſuo in Regem amore, ſua religione apud Numen, ſua comitate erga omnes, ſapientia admirabili, patientia infatigabili, incredibilibus vigilijs, modeſtus, temperatus, ac verè doromiſus ſummum in IPPOPHILI aula gradum conſecutus es poteſtatis, ut, cùm à prima Regis pueritia ſupremum tenuerit faſtigium, nunc charior, nunc meritò gratior perſeveret; &, quot anni labuntur, tot trabalibus ſuffigat fortunam. Ille, ut multi perhibent Melandrorum, ſine pompæ ambitione ſpectabilis, ſine ſtrepitu potentiæ acceſsibilis, per ſingula modeſtè compoſitus, hoc magis coli, commendariq́ue debet, quo *novum eſt* (ut ait Theodoricus) *ſub amore Principis modeſtiam ſervare*. Huius viri felicitatem, SAPIENTISSIME DOMINE, nulli componendam, ſi amoveas, reliquorum hominum ſoli illi felices ſunt, quorum eſt oblita fortuna. In Chriſellium quàm truculentè egit! Nudavit, abiecit, detruſit in arcē, & negavit tunc mortem. Non ut, vita ſervata, miſeriarum partem detraheret; ſed ut miſerius ille vir mulctaretur, cogitans ſe miſerum eſſe. Vita cum bonis reliquis uno impetu fortunæ ſublata, calamitates in exordio finirentur. Superſtite vita, calamitoſius vapulavit, tumulationem ſuæ dignitatis cōtemplatus. Verùm ne tamdiu adſcribamus fortunæ, quæ ſuperùm monitu, iuſtiſsimorū Principum manu confecta ſunt. Felix ictus Catholicorum rebus expediens, toti Germaniæ ſalutaris. Quo in caſu, quâ TV verò prudentiâ (ferat audire modeſtia tua) quâ arte, quo ſimul ardore, ne ceſſarent incepta maiori malo, cuncta explicaſti. Comes facto, Dux conſilio, Princeps cauſa, monſtrando, ſuadendo, ſtimulando, monendo, inſiſtendo, ſapienter, vehementer, acriter, opportunè, conſtanter, totum negotium confeciſti. Quæ non laus eſt, ita omnia ordinaſſe, & opere cōpleſſe, ut neque purpurę læderetur maieſtas, nec Imperatoris amitteretur gratia, nec ſummi Pontificis compararetur ira? Hoc facto TVA nobis admirabiliter virtus eſt viſa; quoniam à Matritenſi cortinâ tanto orbe diviſus, ipſis rebus non patientibus moram, & intervalla conſultandi negantibus, quæ TV miſſo Matritum filio, ut rem maturiori conſilio gereres, ſolertiſsimè procuraveras, ſola TVÆ mentis oracula, quamquam à Rege TVO à principio legationis inſtructa, ad explicandas novitates, tantamq́ue molem ſubvertendam, adire potuiſti. Noverat Philippus quem miſiſſet. Quis iam gloriæ TVÆ offendiculum ponere audeat? Quis de laudis TVÆ conſtantia detrahere? Habes TVÆ invictæ virtutis, ac meritorum teſtem maximæ dignitatis Purpuratum: teſtem ſimul & hoſtem. Eo enim tempore (ut rerum ſtatum, & laudis TVÆ partem, decerptis ex Ennodiano Panegyrico verbis attexam) *Pulſa erat principalis orbe*

Apud Caſſiodor. lib. 4. var. epiſt. 4.

Ennodius in Paneg.

rebe-

reverentia, & in poſſeſſionem nullo adſcitus ſanguine acceſſerat. Qui aula potitus, poſtquàm metu hoſtes ſuos debellaverat, nihil ſupereſſe quod gereret. Cùm animos tuos impulit lux naturæ; ne aut cauſa melior, te coram poſito, ſubiaceret; aut non beneficium neceſſitatis tempore redderes. In ipſis congreſſionis tuæ foribus ceſſit invaſor. Vſus es in tuorum filem meritorum TESTE PVRPVRATO.

Tantis confectis rebus, tanto parto triumpho, novæ moles, novæ calamitates ſuccedebant, quæ per fata virtuti TVÆ iam inde amolienda dabantur. Improbitas temporum, atque hominum vitia honori TVO, ſuâ malignitate militabant. Chriſelius, dum Rempublicam gereret, quædam imperatoria decreta ſupprimendo, obſcuriora alia publicando, apertis hæreticorum poſtulatis occultè conſentiens, Bohemię bellum excitarat. Mathias bonus, piuſque Princeps, ante extinctum ſeditionis incendium aſsidua belli moleſtia, impar fortaſsè indignationi, impar dolori, ceſsit fatis. Vacuum Imperium ex vetuſta ſanctione Comitem Palatinum Rheni, & Ducem Saxoniæ Vicarios habet. Indicendi Conventum Imperij, & Principes ſuffragatores convocandi ius, & auctoritas ad Moguntinum Præſidem pertinet. Ad hunc ſtatim concurſum. Monetur, ut in Comiciorum celebratione morem legibus gerat, ſtata tempora ſervet; Palatinus verò nequiter ſimulato pacis amore, adduci nequit, ut turbata Germania, pendentibus animis omnium, Principes cieri ſinat in Conventum. Oportere Bohemiam ſedari, recedi ab armis, ut pacatâ republica, rebellione purgatâ liberior ſuffragiorum uſus maneret. Vel expectarent, vel darent pacem; ardenti bello ſacra Imperij Comicia nunquam commodè cogi. Et ferè hæc erat ſententia ſingulis, qui turbulenta ſerio nollent. Igitur, cùm cenſerent Bohemorum cauſa, & exitus belli quantum dubioprocul momenti eſſent allatura, magno ſive detrimento, ſive proventu Comiciorum, ei rei Auſtriaci Principes vigilantiſsima cura TVA uſi, incubuêre toti, & in Bohemia brevi ad mentem, & æquitatem revocandâ, cuncta virtutis & induſtriæ machinamenta tentavêre. Pace dubia & deſtinata Principibus conveniẽdi die; Ferdinandus Rex Bohemiæ, & Pannoniæ Francofurtum: eodem cæteri electores venêre. Interim TV, cui (quantum ad Auſtriacas partes, & Romanæ Religionis ſpectabat) non Senatoriæ ſolùm; ſed & militares excubiæ agebantur, intentus ad omnia, integer ad ſingula, in Bohemiæ fines neceſſario itinere advolas; ut eas copias equitum, peditumque, qui TIBI in ea provincia parebant; opportunis mandatis inſtrueres; convenireſque Comitem Vvucovium (is Imperatorium exercitum ſumma cum auctoritate ductabat) collatiſque cõſilijs magnum aliquid ab Auſtriacis armis Vvucovij ductu amborum auſpicijs præſtaretur. Apparebat enim quamlibet in ea rerum conditione victoriam, ſive illuſtre factum vicinum victorię maximam opportunitatem præbiturum electioni faciundæ. Sin minus Regis Hiſpani copias, firmiores adventu TVO redderes, & ad omnem belli motum TVIS conſilijs paratiores. Erat namque TIBI reditus maturandus ad Imperij Comicia, ut Regi Ferdinando aſsideres. Quippè cùm eſſes ubique proficuus, deſiderabaris ubique.

Auguſtam aulam, ſacraſque ſedes, ubi Principes ius habentes ſuffragij ad

Ro-

Romanorum Regem eligendum ſolemne eſt, arbitris remotis conſidere, Francfordia claudit. Sita civitas intra Palatinatus Rheni ditionem. Cuius Princeps bello Bohemorum prætenſo, quod planè animos potentiorum ſolicitudine oneraverat; itemque uſus auctoritate Vicarij, quæ tota Imperij vacatione ad illum ſimul, atque Saxoniæ Ducem attinebat; callidè conflarat exercitum, & ſonitu armorum ambitioſa conſilia perflaverat. Hunc reguli nonnulli Potentatus, Landtgravi, non minori ſui fiducia, inſanientium turma ſecuti. Omnium vota huic uni deſiderio mactabantur: ut maieſtatem Chriſtiani Imperij ab Auſtriaca Domo avocarent. Porrò hæreticorum ipſi proceres in facinus iſtud tanto ſtudio ferebantur, ut eſſent parati, quemvis alium Catholicum Imperatorem animo lubenti ſuſcipere, lege hac, ne ex Auſtriaca gente eſſet. Rati nimirum ſub Catholico Principe, quotus ille ſit quiſque, ægrè poſſe nomen hæreticorum attollere caput; ſub Auſtriaco, ne ægrè quidem, quod nõ nemo Principum Catholicorum, imò multi ex ijs pro hoc errore (ne opinionẽ, ne ſententiam appellem) fervidius, quàm par eſſet, extabant. His potiſsimùm rebus fiebat, ut Ferdinandi cauſa ſummam difficultatem pateretur, inque ſummo diſcrimine, & capitis & cauſæ propter hæreticorum audaciam, & dolos ipſe Rex verſaretur. Adeò anxio Ferdinandi animo, ut, cùm regreſſus à Bohemia prope civitatem conſtitiſſes eo in loco, quem ante Imperatorẽ pronuntiatum tranſcendere, nulli legato, nulli Principum licet; acciperes à Ferdinando litteras, quibus ſignificabat, ſibi obſeſſo periculis indigna fata inſtare, niſi maturaret Francfordia egredi; abieciſſe ſe ſpem omnem Imperij; quare TVVM dumtaxat ſpectare hominis ſapientiſsimi & amantis Auſtriæ iudicium; ſuis enim benè placere ſententiam, procuratore in Comicijs relicto, liberandi caput, & Auſtriæ provincijs adhærendi. Opus hic fuit præſtantia animi non minore, quàm TVA, & compoſitiſsimo genere ſuadelæ, ut Regem ſemel metu perculſum, à tutiori ſententia avocares. Reſcripſiſti igitur; &, niſi fallor, litteræ TVÆ hunc ſenſum retulere. Vellet Ferdinandus vir fortis, id eſt, ſimilis ſibi eſſe. Non adeò eſſe timendum; nam, ut hominum manus audaces eſſent, vel veneni, vel pugionis capaces; tamen Auſtriaci Regis maieſtate, copiarum Hiſpaniæ ſubſidijs, & cœleſti potiſsimum tutela illigari. Si quid animi gererent, totum ab opinione noſtræ diffidentiæ habituros; arrogantiæ cætera, non virtutis eſſe. Ergo laudare TE cavendi prudentiam; verùm res ipſas, ut tunc extarent, opus tamen conſtantis viri, quàm prudentis habere. Si tamen recedendi ſententia ſuæ menti inſediſſet, addere TE conſilium ut recreãdi animi gratiâ ſimulet ſtudium venationis. Hoc aſtu videri à TE Ferdinandũ in receſſu, & conveniri poſſe. Dignitatem Regiam venationem, non fugam decere. Poſt collatas rationes amborum, ſi duraret is animus, nihil impediturum, quin ex libero cœlo recederet. Lectis his litteris probavit Ferdinandus animi ſagacis conſilium; &, ut amplecti quoque videretur, iuſsit ad venationem plagas parari. Abit igitur Francofurto adornata venationis ſpecie. Aſsident venatores:

Griſſumque canes comitantur herilem.

Poſt-

Poſtquàm verò ſaltum intravit, & ſilvarum latebras tetigit, non multum progreſſus venatores dimittit, arbitros removet. Ac TE in deſtinata ſilvæ parte reperto, conſilia communicat, quæ res intus gerantur, demonſtrat, formidinis cauſas evolvit, deſperatæ rei ſigna recenſet, totum animum pandit. Grande incrementum laudis TVÆ. Non videbatur Ferdinandus nemora penetraſſe, auditurus, vel ENECVM GVEVARAM, vel Hiſpaniæ Legatum; ſed rogaturus Deorum aliquem in luco ſedentem, & reſponſa dantem ex adyto, cùm TE in ſilva quæſivit. Ita lieeat, ad vehementem ſignificationem magnæ rei, more profanorum, ſaluis religionibus, loqui. Ad hæc TV, poſt auſcultatum Regem, optimis rationibus uſus, agis partes conſtantiæ. Oſtendis quantum in re Imperij, quam ipſe deſperaverat, ſit hucuſque progreſſum; Trevirenſium, & Moguntinorum Antiſtites pro Ferdinando ſtare conſtãtes; Saxoniæ Ducem eiuſdem ſententiæ futurum; huius animi ſui minimè fraudulenta ſigna præbuiſſe; ſeptimum ſuffragium ſuum eſſe. Cur ergo deſperaret? Hæc eadem, quamdiu placuit, venationis larvam durare, agente extra mœnia Ferdinãdo, promones inceſſanter, efficaciſsimè urges. Excogitas, paras, apponis omnes modos, quibus illi Principes firmiores reddãtur: huic invigilas, huic inſudas rei. Quæ duo præſtitiſti, tùm, ut Colonienſis Elector, ſpe depoſita, Bavari Ducis fratris ſui, cauſam deſerturus eſſe videretur, & in Ferdinandi nomen iturus; tùm, ut alacrior Ferdinandus, omni metu ſoluto, in civitatem reverteretur. Quantæ verò commendationi TVÆ, legatorum maximè, ille reditus parabatur! Subit iterum Francfordiæ mœnia Ferdinandus, & à colloquio TVO, conſtantia & ſolertia, intrat modò penè Imperator in eam civitatem, unde nuper vix Rex prodierat. Igitur die, pronuntiandis ſuffragijs, dictâ, Ferdinandum, Archiducem Auſtrię, Pannoniæ Regem, atque Bohemiæ, Regem Romanis, Imperatorem toti Orbi Chriſtiano cunctorum ſuffragia præficiunt; fruſtrà Marchione Brãdeburgico, & Comite Palatino Rheni frementibus. Quorum iſte propter pacta Bohemica quamquã obſiſtere electioni, & amoliri dignitatem à Ferdinando ſumma vi curaviſſet; tamen vani conatus neque id peregerunt, neque ſuffragiorum diem in longius diducere potuerunt. Igitur planè victus ſuccubuit. Et mutire non audens, hoc magis rumpebatur, quod non modò conturbandæ Auſtriacæ fortunæ facultatem non eſſet aſſecutus; ſed cogebatur Archiducis felicitati ſubſcribere: & quem maximè odiſſet, pro eodem ferre ſuffragium. Et certè novum erat victorię genus, tanti TE animum Principis ſententiæ fruſtratione, veluti ſaxo, confregiſſe; & rurſus ab eo, quamquam invito TVI Ferdinandi ſuffragatore, tam honorificam extorquere voluntatem. Primam hanc prodigiorum partem exiſtimem; ſanè quidquid in his Comicijs geri videmus, prodigij nomine non temerè eſt cenſendum. Ferdinandus, qui nuper capiti ferrum timebat; pro iugulo torquem mox accipit, laurum pro ſica, coronam pro vulnere. Qui in medio Comitiorum fervore vix aliqua ſuffragia numerabat; die dictâ ſingulis potitur; & quem paucorum vota optabant, cunctorum ſuffragia pronuntiarunt. Interim Bohemi rebelles, concio & cœtus Pragenſes impudenter, impiè, furiosè bacchati, hunc ipſum Ferdinandum, gravitatis Au-

ſtria-

ſtriacæ,& Catholicæ Religionis ob noxam,Bohemiæ Regno hæretica auctoritate privaverant. Eundem illum Comitem Palatinum flagitaverat vulgi inconditus clamor,ac Regem ſuum S. P. Q. B. publicis ſuffragijs proclamaverat. Tum detonuerant tempeſtates illæ biduo antequàm Ferdinandus Francofurti Romanorum Rex legeretur. Quid, ſi ante acta Imperij Comicia properaſſet Francofurtum venire Bohemica fama,vel facti notitiam importunus curſor tuliſſet? Quid acciditſſet tandem? Quos motus animorũ afferret? Quam non ſibi auctoritatem,atque iactantiam Rhenanus præſumeret? Quinã Principum extitiſſent conſtantes? Superi ergo Imperatoris electionem, ſuperi, dico,magnâ manu celeraverant:ne,turbatis tanta novitate Germaniæ Principibus,tota Imperij ſtructura corrueret. Et hæc non prodigia arbitremur? Maora ſunt, quàm quæ vulgari vi, & conſueta regula rerum præſtantur aliquando,& geruntur. Da igitur,Catholice Comes,Religioſiſsime Legate,Dux,atque Princeps pie,ſine,Numini; ſine,altaribus ſacris intactam hanc laudem libemus. In maximarum rerum partem quamſæpiſsimè admiſſus, huius ſpectator velis eſſe,non auctor. Satis eſt TVÆ laudi; paraviſſe materiam; & pietati, exoraſſe divos. Conantem me his factis TVI nominis exornare dignitatem, tot miracula à commendatione tua revocarunt.

Comicijs habitis,tribus acceptis à novo Imperatore coronis, Germaniæ proceres in diverſa abiêre. Palatinus verò impos mentis, novi nominis incapax,& appetens tamen, in ſuas primùm provincias iter, deinde in Bohemiam maturavit. Acceptaverat enim iam animo honorificas voces, & peramplavota Bohemorum,quibus in Regnum vocabatur. Optabatque, arrepta quamcitiſsimè occaſione regnandi,ſibi imponi coronam: ne tanti motus, interpoſita mora, conquieſcerent, ſeditionis ardor ipsâ rumorum aurâ tepeſceret, & Bohemiæ,quæ vertiginis malo laborabat,mentis uſus, re infecta, rediret. In his anguſtijs felicitatis conſtitutus, rebus,ut licuit, potuitque comparatis, inſanæ expeditionis iter aggreditur. Pragam intrat, iusiurandum omnium ordinum audit, Regum infulas ſumit; ita Regni ſolium conſcendit. Bellum hinc ortum Imperatori novo tot timores iniecit, tot anxium curis pectus, tot doloribus perculit, ut, niſi fuiſſet conſtantiſsimus, brevi haud dubiè illius animo imperandi pœnitentia ſubiret. Iuſti voluminis argumentum eſt, explicare quot ſe cinctum periculis viderit Imperator, quoties neceſſe habuerit, vel proditionis Scyllam, vel ſeditionum evitare Charybdim. Vnum de TE, Vir maxime, minimè omittam, quoniam Regis TVI maieſtatem extollit: quam à TE ſcio,nõ ultra TVVM honorem modò;ſed præter omnem noti nominis affectum amari. Subſidio miſerat Rex Hiſpaniæ Philippus propinquo ſuo Ferdinando auxiliarem exercitum. Is TVIS auſpicijs militabat,atque mandatis regebatur. Nihil igitur in Bohemico bello difficile, nihil perarduum fuit; vel tentarum ſine præſentia, vel inceptum ſine virtute,vel confectum ſine conſtantia copiarum illarum. In quibus movendis, nunquam interrupta felicitate uſus,ſive invaderent,ſive occurrerent; propugnando,vel expugnando; ſive prælijs,ſive velitationibus ageretur,laureata ſemper Philippi ſigna ſuſtuliſti. Cuius laudis atteſta-

ſtatores illi ipſi nati æmuli Hiſpaniæ gloriæ, palam, & paſsim extitêre, fatentes Philippica auxilia, ad nutum TVVM egregiè in omnem partem convolantia triplicem primum coronam Archiduci dediſſe, poſtmodum victoriã Pragenſem attuliſſe.

Poſt tot belli, atque pacis negotia, cùm Ferdinandus verè iam imperaret, ægrè ab eo miſsione impetrata, reditum in Hiſpaniam comparaſti. Nimirũ ut clariſsimis Hiſpaniæ Proceribus admiratione ſimul eſſes, & exemplo futurus, qui gerendæ Reipublicæ capaces cùm ſint, ad bella & legationes peridonei, malle ſolent urbanæ lautitiei, & voluptatibus vacare, otij ſuavitate delibuti. Neſciunt profectò quantæ laudis, quantæ dulcedinis res ſit, à diſtantiſsimis provincijs, à convictu nationum, à pertractatione cauſæ communis, linguã eruditam, mentem induſtriam, celeberrimam famam ad domeſticos lares reportare. Cùm verò eſſes ad Matritenſes delicias minimè natus, deſcendentem ex equo novi TE labores ſuſcipiunt. Aſtrorum eſt, nunquam quieſcere, munus. Neque diſplicet labor, quoniam, ſi pœna eſt, lucendi ob ſcelera ſola mulctantur. Eſt autem culpæ genus ſuaviſsimum, orbi prælucere; cuius cauſa nemo poteſt ſine voluptate puniri. Aſtris ergo ſimillimus Europæ præfulgens quieſcere non debebas. Imperij Comicia direxeras, Ferdinandum Imperatorem, eligendum adiuveras, electum firmaveras: Bohemiam pacaveras, tyrannum expuleras. Ecce mitteris Romam. Quàm ſapienter Philippus nova TIBI loca præſcripſit, ubi Hiſpanicas res novo conſilij genere, id eſt novo ſplendore, illuſtrares: *Non enim unius loci vir debet dici, à quo multa videntur impleri*. Igitur novi Imperij Regiam, Caput Orbis Chriſtiani VRBEM adis Legatus. Romani cives æqui plerumque rerum æſtimatores TE præſentiâ pergratum, famâ ante notiſsimam admirantur, & colunt. Libenter Chriſti Dei Vicarius, ſummus Pontifex audit. Legationis mandata ſolita Regis aſſenſione, ſolita laude peragis. Hinc rurſus in Hiſpaniam evocaris. Dij boni! Qualis vir! Quale caput! Tria Orbis terræ claudit Imperia celeberrima, ut nos Chriſtiani numeramus. Hiſpanicum Solis curſui non impar, ſub Monarcha Philippo: Chriſtianum ſub Pontifice ſummo, Sole maius, quod ab Hiſpano, feliciſsimè, velut in Catholicis ulnis geſtatur: Romanum ſub electis Auſtriacis intra Germaniam conſtitutum. Nullum ſine TVA præſentia eſt. Sapientia TVA triplici voto triplicis Imperij exoptatur. Extimavit Theodoricus ſummæ gloriæ loco eſſe prædicandum, quòd in Caſsiodori familiâ duo extitiſſent viri, quorum alter in Orientis Imperio, alter in Occidentis Rempublicam tetigiſſet Senator: *Genus* (inquit) *in utroque Orbe præclarum, quod gemino Senatui decenter aptatum, tanquam duobus luminibus oculatum, purißima claritate radiavit. Quo enim te aliqua nobilitas ultrà diſtendit, quàm fide, quæ in utroque orbe clara eſſe promeruit?* Quanto glorioſior eſt GVEVARICA familia TE uno! Quod in tribus viris celebraviſſet Theodoricus, tanquã eminentiorem laudis gradũ, in uno cernimus. Luculẽtior commendationis modus inveſtigandus eſt tribus par, ut lauderis tribus maior. Caſsiodor. lib. 4. var. epiſt. 4.

Ad propinquiora tempora venio. Stupeant rerum inſpectores curioſi, & naſuti ponderatores: Regibus novis ſuccedentibus, novis annorum volutionibus re-

recurrentibus, TE ſemper fuiſſe antiquum. Reges annorum numero mutari poſſe, veneratione TVAM non poſſe. Præcidenda ſunt multa. Anni labuntur, neſcio quot, cùm Philippus huius nominis Quartus Ferdinando Auſtriaco iuveni, Toletano Præſuli maximo, purpuræ geſtatori nobiliſsimo, Belgico gubernatori ſignato, Catholicorum ſpei, hæreticorum metui, profanorum invidiæ (uno compendio) fratri ſuo chariſsimo, TE iubet aſsidere: *Cognoſce* (inquit) *quid ex meritis tuis æſtimavimus, quando illius conſilio te vides aſsociatum, qui Imperij noſtri* adeò tangit *arcanum*. Hæc ait:

Athalaric. ap. Caſsiodor.

Admonitor facti, figendaque ſenſibus addit
Verba, quibus magni geminatur gratia doni.

Claudian. in panegyric. 2. in laud. Stilic.

Num potuit grandius, atque honorificētius de TVA virtute iudicium ſive cōcipere, ſive pandere Rex Hiſpaniarum? Cùm primum tantus frater à ſua præſentia avocatur, TVÆ ſapientiæ commendatur. Iuberis Barcinone agentem comitari; illi pro frequenti Senatu eſſe, pro legibus, pro Genio, pro Philippo. Rex in TE uno oculos iecit fortunæ vim habentes, atque fatorum. In TE unū, cùm eſſent tam multi? Imò verò quia proximè poſt cortinæ Matritenſis oracula TV ſequebaris unus:

Digna legi virtus-ultrò ſe purpura duplex
Obtulit.

Nimirum magiſterio TVO inſtruendam, adiuvandam experimentis, & conſilio. Sic enim debeo exiſtimare. Tanta TE Ferdinandus gratulatione accepit, quanta prudentia PHILIPPVS elegit.

Hucuſque TVVM nomen proceſſerat. Ac, niſi hominū nequitia, novis editis monſtris, quotidianâ germinatione gloriaretur, nihil TIBI reſtare videbatur agendum, ut poſsideres eminentis gloriæ cacumen. Germania verò eſt (optimi, & peſsimi fœcunda provincia, venenorum æquè, atque medicaminū ferax) quæ nixu uno, uno videlicet Vvalenſthæmio Fridthlando genito, monſtra illa parturijt; adfuêre naſcenti

Claud. Pan. 2. in Stilicon.

Numina monſtriferis, quæ Tartarus edidit antris.
Ac primum ſcelerum matrem, quæ ſemper habendo
Plus ſitiens patulis rimatur faucibus aurum,
Traxit avaritiam. Cuius fœdiſsima nutrix,
Ambitio, quæ veſtibulis foribuſque potentum
Excubat, & pretijs commercia poſcit honorum.

Hunc cùm monſtravit orbi mater, non edidiſſe hominem in lucē, dicerē poſſis more conſueto: ſed lucem ipſam fœda nocte texiſſe. Quem etiam cùm accepit humus in gremium, ceſsiſſe dicitur, & ſubſidiſſe ad pondus inſolitum; quaſi refugeret ad communes amplexus tam ingratam prolē admittere. Igitur Fridthlandi perfidiâ (quod paulò explicatius mox referendum eſt) novis belli ſeminibus, novis ambitionibus tumebat Germania. Pace contrita, vix pertenuia ramenta quietis aureæ reperiebantur, quibus collectis ſtatus rerum in publicæ concordiæ formam valeret conflari. Magna iam mala ſentiebantur. Multo maiora præſentiebantur. Hoſtes Auſtriæ novæ potentiæ acceſsione

ne ſuccreverant. Exitium & Hiſpaniæ parabant. Impetebat totam gentem Auſtriacam atrociſsimus pugio. Quaſſabatur Imperium. Deſerenda eſt, ut video, Orator invicte, rurſus Hiſpania TIBI. Germania repetenda. Quis dubitet? Superatum portenta, ad arcendam perniciē ibis. Vocaberis procul dubio à Philippo, neque mora: vocaris. Quamquam enim non ille tantum mali timuerat, quantum ab impijs parabatur; tamen piorum Regū legationibus maiora præſtantur, quàm mentes hominum cogitarant. *Cape* (inquit, novæ, atque ſummæ legationis) *dignitatem, quam tibi non immeritò tribuit Regalis auctoritas. Diu namque noſtris ordinationibus geminum mutuatus obſequium, & conſilij particeps eras, & diſpoſita laudabiliter complebas. Subijſti ſæpè arduæ legationis officium. Reſtitiſti Regibus non impar aſſertor, coactus iuſtitiam noſtram, & illis oſtendere, qui rationē vix poterant obſtinatione ſentire. Non te terruit contentionibus inflammata Regalis auctoritas: ſubiugaſti quinimò audaciam veritati, & obſecutus ordinationibus noſtris in conſcientiam ſuam barbaros perculiſti.* Theodor. ap. Caſsiodor. lib. 4. var. epiſt. 3. Nunc cùm cauſa capitis agatur (id poſſet meritò adieciſſe) noſtrarum vitæ, atque diadematis defendendi, legatio iſta ſummæ TIBI ſit curæ, ſummis vigilijs, ſit menti, ſit cordi graviſsima: nam & coronæ erit: *Plerumque* enim *honor ex commendatis acquiritur. Nihil tale eſt, quale pretioſa diademata cuſtodire. Illa, quæ potiora credimus, ad conſervandum melioribus damus. Et, in quibus ſuſtinere damna non patimur, fidelioribus profectò mentibus applicamus.* Theodor. Artemidoro. Poſt patrocinium Numinis, & cœlitum gratiam, quos placabiles ſemper, arduis in rebus, commodo noſtro, beneficio ſuo ſentimus: quantum pro mortali parte eſt, exploratore TE, caduceatore, ſuperatore à nobis conſtito ſecuri reddimur. Quia nimirum, *nec viri fortis in te deeſt ſecuritas, nec cautela metuentis.* Ennod. in Paneg. Quas non vires hæc in animo TVO Regis optimi mandata generarent? Quā non alacritatem ingererent? Quam felicitatem non ſererent? Iure tam excelſa, tam Regia, tantæ mandata ſuavitatis ſemina victoriæ vocabā. Itaque maximus ipſe eras; ſi tamen minor antè fuiſſes, dubio procul, iſtâ ſuſceptâ cauſâ ſubitò virtutum incremento renaſcereris ſummus. Tanti eſt, Catholicis curis cauſæ iuſtiſsimæ tutelam mandari. Tanti eſt, iuſtiſsimum Regem habere mandantem.

Hac tanta alacritate Germaniam profectus, Viennam tenes. Statimque ad iniunctæ legationis curas, admotâ manu, hunc gradum mali, hanc cauſam eſſe reperis. Ferdinandus Secundus virtutis mirum in modum amantiſsimus, honoris largiendi cupidiſsimus, cùm aliunde Vvalenſthæmius Fridthlandus meritò rerum benè geſtarum, magnam apud ſe fidei exiſtimationem haberet, hunc cunctis Imperialibus copijs ſumma cum auctoritate præfecerat. Iſtis propemodum capitibus ius attributæ poteſtatis continebatur. Poterat pacis fœdera ſtabilire, firmare futura, quantumvis inita fuiſſent, ipſo Imperatore inconſulto: protrahere vetera bella, nova movere: inferre, defendere bellum: educere in campum exercitus, in hyberna dimittere, ſtativa mutare, præliari, ſtare in caſtris, novas pro bello contributiones iubere, abolere antiquiores, novas ſcribere copias, militaria officia detrahere, atque tribuere, ut maximè vellet. Tantam eſſe illi viro auctoritatem attributam, ipſe Imperator

tor Ferdinandus per neceſſarium iudicabat. Cur, ait, hominem perpetuo bello exercitatum à puero, per omnes militiæ gradus laude rectè factorum ad tãta belli decora evectum, rei militaris ſciẽtiſsimum, in Principem ſuum magnâ probatâ fide, cur non hoc peſsimo Reipublicæ tempore, cunctæ auctoritatis Ducem efficiam? Nimirum acutiſsimis ſtimulis militares viri exercitandi ſunt: poſtquàm cumulatum Fridthlandum honoribus poſt res præclarè geſtas ſuſpiciunt, fortiores ſpe ſuâ futuri. Digne voces, quæ ab Imperatore proferrentur; ſed quæ fallerentur, indignæ. Non adeò ingenuam, atque cognatam nobilitatis vero genio indolem in Ferdinando veneraremur, ſi non erraviſſet. Planè verò nobilitatis ipſa natura ſinceritati propinquior eſt, quàm verſutiæ; citius exhibet alteri fidem, quàm retineat apud ſe ſuſpicionem. Dum cautus ſit, dum favori temperet, dum quod amat, quod æſtimat, partim tegere ſciat, opinione falli, aliquando etiam Principem decet. Plerique aulicorum eâdem exiſtimatione decepti Fridthlando tenebantur. Ipſi aulæ miniſtri aurei clavi contrectatores, captivi obmuteſcebãt ſub hoc errore: rimantes genus noſtrum non adeò ſuperos eſſe pertæſos, non tantum ab agendi tramitibus exorbitaviſſe mortalium mores, ut Fridthlandia (ita dicere ſit mihi permiſſum) id eſt, novi generis ingratitudo magis inviſa, magis fœda, timeri poſſet in homine ullo. Alij demum quos nonnullæ cum Duce ſimultates pupugerãt, ingenioſioreſque reddiderant, vel callidior natura cautiores, mali aliquid nõ ſurdo naſo ſubodorati; tamen immenſæ potentiæ ſuccumbebant, & gratiæ magnitudine, quâ Principis animum detentum videbant, tanquam Auguſta tempeſtate rapiebantur. Ita reliquorum more ſilebant: cùm neque Cæſari fideles eſſe auderent, neque Fridthlando hoſtes. Denique Caſtaneti Comes ordinarius Germaniæ Legatus, qui proximius omnium acceſſerat ad avertendã eam peſtem, tamen quia nimis palàm, & uno quaſi impetu rem Imperatori detulerat, repulſam eſt paſſus.

T v verò

---------- *Et quorum melior ſententia menti.*

decernebatis longè aliter. Immodicam videri poteſtatem, quam Cæſar Fridthlando eſſet largitus. Non hunc conſtituiſſe Ducem ſummum; ſed planè Imperatorem! cùm, Imperio diſſecto, meliorem, ac potentiorem partẽ, quæ cõſtat belli, & pacis arbitrio, eſſet à ſe amolitus, & in Fridthlandum contuliſſet, vix civili ſibi relicta. Principis gratiam quodam pelagus eſſe, unde Auguſti favoris aquæ ſacræ per minorum Magiſtratuum divortia in eximium quemque deriventur, ſi pro uno homine implendo exhauriatur; cæteris nihil ſupereſſe, quod ebibant. Rem ſupremi periculi hanc eſſe Principibus inprimis. Propterea àque Monarchicam rationem nunquam appetere nimis inſignes viros, qui rebus geſtis æquare videantur ſummæ poteſtatis dignitatem, niſi qui modeſtiæ laude probatiſsimi pariter florent: nempè quod tales ſi quãtum factis meruêre, non aſſequantur, querulos, atque obiurgatores ſcit ſe habituram; ſi nanciſcantur, inſolentes. Par eſſe, ut viros optimos diligat; ſed neceſſarium, ut amoris ſignificationem cohibeat. Excellentiores plurimi

eſſe

eſſe faciendos,nõ ita tamen à Principe æſtimandos, vt eos pretio totius potentiæ emere videatur,quaſi ſui nõ eſſent. Oportere,ut Ducibus ſummis magnam auctoritatem Principes tribuant,ne belli gerendi opportunitates, & ipſæ victoriæ præterlabantur; tantam verò nunquam iuvari attribui, quantâ ſivelint abuti Duces,captivi ſint Reges. Hoc modo laborare in præſentia Cæſarem ſub Duce Vvalenſthæmio concludebatis.

Sed demum quæ medicamina adhiberentur? Quæ quæreretur ratio medelæ? Iudicium graviſsimum fuit, id eſt, omnium, nihil ſuper hac re momenti agi poſſe,niſi ægrotantis ipsâ manu ageretur,hoc eſt Cæſaris. Fuit verò egregiè excogitata ſententia,id eſt, TVA: Cæſaris manum nullis ſugillationum, & calumniarum machinis dimovendam eſſe à Fridthlandi favore, niſi priùs ſingula accuſationis capita ad ipſum deferrentur: atque hæc probata, comperta,liquidò conſtantia,dilucidè digeſta,meridiano clariora,cernenda oculis,manu tangenda. Si ſecus fiat, Cæſaris mentem veris criminibus fidem negaturam,fidelitatem admonentium pro crimine habituram. Igitur in id negotij accingeris, ſanè difficillimi:

Herculis hìc opus eſt. Vrget labor Hercule dignus. Amphitr. Honor.

Prima tibi comperiendorum ſcelerum induſtria extitit;moderatè loqui;videri credere famæ probitatem; & tamen præcavere, & quaſi monſtrum eſſe pulcherrimum adverſus Fridthlandum; nec iam amicum, nec ſatis hoſtem. Quàm acutè! Nam qui ſtatim in limine dialogi totum benevolentiæ ſuç hauſtum repentina, & immoderata chariſsimorum laudatione in vulgus effutiunt, capaces non ſunt, iuſtas eorum laudes audire. Ac more eõdem, quicunque ſimultatis venena per incompoſitam calumniationem inimici, in ipſo aditu colloquiorum evomunt, tumente una, & alterâ buccâ, oculis ignitis, vocis diverſitate, ſpernuntur; unde iuſtas querelas, & veras contumelias illius, cuius ſugillant famam, à nemine audiunt. Ad temperati viri aures, dum omnia negligit, & ſingula attendit, res omnes probè, pravè factæ quantumvis ſilentio latentes certa via procurrunt. Laudabas aliquando Fridthlandum. Non laudem ementitus (quod nulli Oratori Catholico licet) ſed repetita tantùm vulgi voce. Nonnunquam etiam quæ laude digna in eo cenſebas, impensè laudabas. Ea arte fiebat, ut quibus Dux inviſus eſſet,ægrè ferentes Fridthlandi famam tuo ore verſari, magni quippè honoris acceſsio fiebat illis cõmendationibus, quas voce repeteres, quid ipſi de eiuſdem infamia,vel flagitijs noviſſent, vel dicto, vel motu, ſpontè, vel invitè detegerent. Hic tibi trames inquirendi certiſsimè in Vvalenſthæmij acta novus apetiebatur. Quid verò exerro, atque defatigor indagine cauſarum,quibus effectum eſt,ut ſingula,prout publica ſalus poſtulabat, comperires omninò? Dicam modò potiſsimam cauſam. *Fuit quoque in te pars altera vitæ laudabilis, quòd arcana morum probitate claudebas multorum conſcius. Placere ſi quidem meruiſti cunctis, dum ſemper diligenda cuſtodis, ſilentium in ſecretis, in actionibus efficaciam, in obſervationis labore frequentiam.* Erant ſiquidem intra mœnia Vrbis Regiæ,& in vexillis quoque,pauci illi,ſed tamen nonnulli,apud quos

Theodor. ap Caſsiodor. lib. 4. var. ep. 3. Theodor. ad Steph. ap Caſsiodor. lib. 2. ep. 22.

quos Vvalenſthæmij nomen peſsimè audiebat. Hi ſcelerum notitia prægravabantur, ſed neque ſatis inveniebant conſtantiſsimum aulæ miniſtrum, cui deferrent indicia. Diſcerpebanturque dolore iuſtiſsimo, cùm manifeſtatione proditionum imminentem cladem avertere à Republica optarent; nec vir occurreret, quem ſincerè crederent ſe habituros Cæſari fidum, ſecurum ſibi. At, inquiunt, Viennæ præſens eſt Hiſpaniæ Legatus, & in tanta virorum inopia Comitem Ognatenſem habemus, capaciſsimum pectus, ſagax iudicium, vigiles oculos, ſtrenuam & efficacem manum. Sanctiſsimum Numen! Divi tutelares Germaniæ! Non eius in totum obliti, hoc uno nobis præſtito ductore in auxilium, ſatis calamitati noſtræ indoluiſtis. Hunc quoque magnum eſt adveniſſe à Matritenſibus fatis inſtructum.

Igitur TE conveniunt, & corde ſedato, proditis in primis indicijs, ſcelera patefaciunt. Hanc Fridthlādini pectoris imaginem pingunt. Cum ignotis & notis Auſtriacæ gentis inimicis fœdus pepigerat. Scandali cauſa certa nomina occludo. Quàm verò turpe eſt, apud nobiliſsimos Principes tantam dignationem inveniſſe fœdifragium, ut ſecum is poſſet pari cōditione paciſci! Idem quotquot ubiq; oſtenderetur Auſtriacæ gloriæ corroſores reponebat in ſuos. Ex benevolis huic nomini viris, apertos hoſtes; ex hoſtibus cruētis ſibi deſtinabat amicos. Addictam ſibi habere militiam ſtudebat. Ductores ordinū, Capitaneos, vexilliferos per indulgentiam criminum, per cumulationem honorum, per benevolentiæ aſſentationem illiciebat ad ſe. Audaciores ſtrategi largitione privata, auctione ſtipendij; commendatione fortitudinis capiebantur. Totum militiæ corpus, opportunè repræſentatâ mercede militari, extraordinario donativo, viciniæ, & ſubactarum civitatum horrenda vaſtatione permiſsâ ſecum ferebat. Ambitam his modis potentiam parabat. Mens erat omnium fœderatorum Gentem Auſtriacam evertere funditùs, & fundamenta maieſtatis eruere ex imo. Imperium aut omnino abolendum, aut alteri cuidam erat tribuendum. Erant Principes Auſtriæ ſubito fato imparati, ac proinde (ut dicitur) abinteſtato perituri. Ideircò patrimonium ampliſsimum præmaturè ſectum ſtabat. Omnes partes aſsis tam opulenti diſtributæ erant adamuſsim. Hic ex dodrante, ex triente ille, alter ex ſemiſſe hæres fuerat commodiſsimè ſcriptus. Atque id opportuno conſilio; nimirùm, ut fœderatis quoque liceret, pompam feralem modeſtè ducere, & tot Heroum manibus pacatè parentare. Niſi enim ſecreti auſcultatores mihi mentiuntur, ſuæ etiam rixæ fuerunt in partitione alienæ rei. Quamquam illud minimè affirmare auſi ſunt: num rixatione ardenti, pugnis aliquando opus fuerit. Accidiſſe enim iſtis mihi quidem videtur, quod accidiſſe in caſtris Pompeij Conſularibus viris Lentulo, Scipione, Domitio contendentibus, ipſe Cæſar eſt auctor. Cùm enim Pompeianæ potentiæ plus æquo confiderent, occiſum Cæſarem, aut captum putarent, rem pro confecta habent. *Iam inter ſe palàm de præmijs, aut Sacerdotijs contendebant, in annosque Conſulatum definiebant. Alij domos, bonaque eorum, qui in caſtris erant Cæſaris, petebant.* Poſt pauca. *Iam de Sacerdotio Cæſaris Domitius, Scipio, Spintherque Lentulus quotidianis contentionibus, ad graviſsimas verborum contumelias palàm deſcenderant.*

Lib. 3. de Bell. civil. longè poſt med.

Ma-

Maiori hic vitio patrimonium Auſtriacum dilaceraverant in partes, haſque & perampla ſacerdotia, quæ Auſtriaco ſanguine, vel auctoritate tenerẽtur ſibi diviſerant colligationis Primipili, & deſtinato vendicaverant. Vni Pannoniæ Regnum; alteri Moravia & Sileſia provinciæ obveniebant. Fridthlando proditori, Regni nomine, pacta erat Bohemia. Optima provincia, quę tot Principum votis expetitur; ſed peſsima nupta, quę tot procis aurem accommodat. Miſera eſt, paſſa tam frequens bellum: miſerior tunc, ſi in præmiũ ſceleris perfido Duci eſſet attributa.

Ad hæc exequenda decreta (trepidat calamus) ipſe Ferdinandus Auſtriacus, ipſe Cæſar Auguſtus, ipſe Imperator, ipſe Chriſtiani nominis tutor, commiſsione impiorum, ſacrilegio carnificum, ferro furiarum atrociſsimè erat perimendus. Neque ſoboli parcebatur. Nobiles hoſtiæ trahebantur ad iugulum, & ad improbitatis aram adductæ, manus gerebãt penè vittis præcinctas. Hiccine etiam Ferdinandus, quem videmus, quem colimus, quem Religioni unicę vivere, quem nobis optamus, *Secundus* iubebatur occidi, ne *Tertius* regnaret. Vbicunque per utramque Germaniã caput emineret, quod Auſtriaco ſanguine cenſeretur, eidem pœnæ ſubiacebat. Incredibile dictu eſt, tot furores ſub unius Fridthlandi Ducis ſinu capi potuiſſe. Vbi patentius aperitur, quantâ omnium iniuriâ, quanto maieſtatis periculo, collatæ in hunc fuerint tantę dignitates, belli, & pacis tam abſoluta dominatio. Fuit ille (quo ſummum culmẽ ſuæ felicitatis enarravero) Vvalenſthæmij Baronis frater, natu poſterior. Mediocris nobilitatis fundamenta minimè ſuſtinere potuerunt tantam molem honorum. Degeneravêre in eo præmia. Et hominis mores ipſas dignitates dehoneſtavêre. Quod ſi accedere velim ad Fridthlandi res geſtas, atque merita tanti Ducis expendere; ſcio non minus ingratam prudentibus hâc quoque parte eſſe futuram auctoritatem, & potentiam, quâ penes Cæſarem tantum invaluit. Quippè merita viri, neque numero, neque dignitate tanta fuêre iudicio ſincere æſtimantium, quanta ante proditionem detectam, fama clamavit. Quod ut orbis intelligat, è re erit, & ex audientis voluptate, ſi Guſtavi Adolphi Suecorũ Regis apophthegma narremus. Tres viros referebat Princeps, atque Dux ſummus apud Cæſarem ijs annis tractare arma: Tillium, Papenhæmium, Fridthlandum. Et addebat ex tribus, Tillium quidem Ducẽ fuiſſe, ſed iam diutius Ducem non eſſe: Papenhæmium fuiſſe, atque eſſe. Fridthlandum nec eſſe, nec fuiſſe. Eadem igitur accommodatione exiſtimationis ſe erga ſingulos uti: hac ſcilicet ratione; ut Tillium ſenem veneraretur; Papenhæmium virum timeret; Fridthlandum meram bullam militiæ contemneret. Nihil igitur mirum, ſi vir minor multo eâ dignitate quam gerebat, naufragium ſub tanta potentia pateretur, & amitteret mentem. Quo facilius ab aſtutiſsimis Auſtriæ hoſtibus capi potuit, & proditionibus irretiri.

Ille itaque, quas ſuprà recenſebam, trucidationes, atque clades paraverat. Erant cuncta breviſsimè, id eſt, intra duos menſes peragenda. Luctuoſiſsimum expectabatur exitium. Laborabat Europa, tantis cincta periculis, Catholica nutabat Religio, Romanum collabebatur Imperium. Verùm Fridthlandi:

Claud. in ſex. Conſ. Honorij.

Non tamen ingenium tantis ſe cladibus atrox
Dejcit: occulto tentabat tramite mortes,

Ibidem.

O cunctis Erebi digniſsimè pœnis!

Idem de bell. Getic.

Non ita Romanum fati violentia nomen
Opprimit, ut veſtros nequeat punire tumultos

Idē in ſex. Conſ. Honor.

Nam ---------- *Fortior obſtat.*

Præſtantiſsime Domine, Dux, atque Legate ſolertiſsime, cura TVA:

Cura Ducis, quis enim divinum fallere pectus
Poſsit, & excubijs vigilantia lumina Regni,
Cuius conſilium non unquam repperit hoſtis,
Nec potuit texiſſe ſuum?

Ergo machinis pertentatis omnibus, detectis inſidijs, compertis proditionibus Cæſarem adis. Summa rerum quanto ſit in periculo admones, fraudes, & pacta & totum proditionis ordinem diſtinctè recenſes: quæ ſibi, atque ſuis, id eſt, Cæſari, gentiq́ue Auſtriacæ haberet Fridthlandus fata comparata, patefacis. Singula, ut ad faciendam fidem tantorum flagitiorum, & apud tantum Imperatorē, opus erat, confirmas. Quibus ille iam creditis, primùm obſtupuit; deinde, ne cadere animo videretur, & ſub imagine tantorum malorum deliquium pati maieſtatis, diſtulit cauſam, tribuſque ſummis Viris ſibi, atque TIBI addictis cuncta librantibus, ſententiam (quæ nimirum ſtatim apparebat fatalis futura) pacatè pronuntiavit. Quo habito Senatu Vvalenſthæmium perfidiæ monſtrum, ac perduellionis reum, omnium voces pronuntiant: capite condemnāt, & quoniam TVA potiſsimùm felicitate, atque prudentia, COMES EXCELLENTISSIME, tanta clades avertebatur, mādatis TVIS ſtare omnes à Cæſare iubentur, in re perficienda. Mortis genus non ſtatuunt. Ne ſcilicet una deſtinatâ ſupplicij formâ, putarent imperiti, cæteras minimè eſſe promeritum. Nam ſi latronibus de trabe proiectis, fune gula cōprimitur, hic fuerat graſſator oppidorum. Si depravatores monetæ flammis tabeſcūt, hic erat maieſtatis adulterator. Si perduellibus lictores à tergo cervices concidunt, hic Regis, hic patrię erat proditor. Igitur cunctis inter ſe flagitijs acri contentione certantibus, ac quolibet ſibi in pœnam legem ſancitam poſtulante Fridthlandum, hæſere iudices: incerti nimirum cui vitio plus iuris ineſſet in profligatiſsimi hominis caput. Quamobrem ut aliqua ratione addictus à ſe omnibus ſupplicijs unâ ſententiâ videretur, mortem, non genus decrevêre. Omnes pœnas ſubire debebat, qui poſt omnes adhuc plures promeruit. Nihilominus, cùm ad extremū iudices viderent futurū, ut qui omne flagitiū ſuperaverat, modo omni ſupplicio maior evaderet, hoc ſolū lethi genus probare ſe clamant, quo citius occidatur. Moderetur ira furori ſuo, & ne ad cruciatus quidē viverevelit, qui, quādiu vivit, eſt Reipublicę peſtis. Præterquàm quòd immodica deſertoris Ducis potentia, graviſsimi periculi inſtantia, infligendæ necis penè inſuperabilis difficultas otiū liberius cōſultādi de pœnę genere omne dirimebāt. Ergo nec narrationi diutius vivat. Infecero chartā, ſi, explicatis flagitijs, nō oppido laniænā deſcribo. Verū & hoc, Domine, opportunū quoq;, & TVIS auribus diuturnū videtur. Quapropter ſatis ſit retuliſſe: Egræ cubantē peſsimā ferā ab optimis ve-

na-

natoribus fuiſſe confoſſam: Cæſaris iuſſu, TVA cura, atque ductu, alienâ manu. Volve oculos nunc, gratiſsimus erit Fridthlandi conſpectus. Quo indignãtius vivum ſuſtinuiſti, hoc magis placebit occiſus. Sanè enim qui turpiſsimus homo erat, pulcherrimè truncus eſt. Quid illi perfidiæ artes proficuæ fuêre?

Nihil ſibi periurum ſenſit prodeſſe furorem. Claud. In ſext. Conſ. Honor.

Illi ipſi, quibus maximè fortaſſe fidebat, ad arcis ſecretũ, ad thalamum ducũt ſine mora Auguſtiſsimos Cæſaris lictores, adiutores TVOS:

Inſidias retegunt, & in ipſa cubilia fraudum Idẽ Panег. 2. in laud. Stilich.
Ducunt.

Ite: *Nunc, nunc, ò ſocij temeratæ ſumite tandem* Idẽ de bell. Gothic.
Germaniæ *pœnas. Obſeſſi Principis armis*
Excuſate nefas.

Ivêre, peregere: *Et*, hic eſt, *famæ clamor in caſtra pervadit*, Paulò pòſt.
Quem diſcors, odiſſque anceps civilibus orbis;
Non ſua vis tutata diu: dum fœdera fallax
Ludit, & alternæ periuria venditat aulæ.

Huic: *Cui natura* feros *animis ingentibus artus* Paulò pòſt.
Finxerat, immaniſque oculos infecerat ira,
Vulneribus pars nulla vacat.

Quid ad hæc copiæ?

Sic Ducis ad aſpectum cuncti ſtupuere, rebelles. Lõgè antè.

Admiratio itaque, ſtupor ſenſus, animi horror, & quidquid huiuſmodi nominibus uſurpare ſolemus, nil amplius eſt ſecutum. Non clamorem, non murmur, non vocem edidêre. Attonita agmina dixiſſes, hos conſcientia, hos caſus novitate perculſos, ictu Ducis trucidatos iacere. Nam quod magno temporis intervallo palàm reſpirare auſi fuerint, incertum eſt. Quo tranſacto, poſtquàm optimi facti lux per ordines caſtrorum longè, latèque ſpargebatur, refectos & menti reſtitutos placidiſsima gratulatio ſuſcepit.

Nunc quotæ laudes, COMES HEROICE, partem rei geſtæ, quæ TIBI tãta competit, exprimere, vel ſaltim adumbrare valebunt, ne dicã, æquare? Satis eſt, rem eſſe ſingulorum iudicio teſtatam, qui in ea cauſa poſſunt ferre iudicium. Quoniam verò inter plauſus ſanctioris Europæ, inter commendationes Auguſtioris purpuræ, meas quoque graciles voces aure TVA ſublimi benevolentiſsimè ſoles dignari; addam pariter penſum laudatiunculæ meæ, ſtudio magis elaboratæ, quàm ingenio, quæ ſuperbum donarij nomẽ non præſumat habere; ſed tributi. Subegiſti igitur, FIDELISSIME LEGATE, TVORVM Principum poteſtati perduellẽ. Iacere feciſti proculcatũ ad Cæſaris pedes caput nefarij deſertoris, quoniã pedes ſuos improbè moverat adverſus caput ſanctiſsimi Cæſaris. Iucundum ſpectaculũ orbi terrę tribuiſti, quamdiu illa ora nunquam conſervantia pudoris, illi oculi nunquam conticentes inſaniæ, illæ manus nunquam temperantes vindictæ ſtrata proterebantur. Quàm benè ſub calcaribus hunc egeſti iacere, qui detrectabat Imperijs ſubiacere: *Singularis beneficij fructus* (inquit ille diſertus) *eſt ambitionis refrænatio.* TV Æ virtutis fructum, non bonum; ſed optimũ dicimus: perinflati enim, & pertumentis gladia- Ennod. in Paneg.

toris ambitionem depreſsiſti, deieciſti, conculcaſti, non refræna ſti tantũ. Vicisti, DVX STRENVISSIME, Imperatori TVO, Ducem alĩ imperatoria cuncta arma perfidè corrumpentem: Germaniæ, dirum provinciarum exitiũ; libertati turpiſsimum iugulũ. Viri nobiliſsimi TIBI dati in auxilium, præſtantes operarij iuſsionis TVÆ, freti primùm auctoritate Cæſaris, & cauſæ ſanctitate, deinde, TVO conſilio, hortatu, atque documentis inſtructi; & in omnẽ fortunæ mutationẽ compoſiti, medias incerti exercitus ſtationes, armatas dubiorum Prætorianorum cohortes animoſiſsimè perruperunt, & immanis belluæ truces vultus conſtanter conſpicati, pila moverunt. Occubuit gigas ille timẽdus: & cadentis impetus, quo humus icta eſt, victricibus laureis viam aperuit, quæ repentè in arcis penetralibus cũ inſcriptione publicæ ſalutis viſæ ſunt naſci. Quo in caſu quamquã laus incredibilis ad actores referenda eſt; ſumma verò ad auctores. Atque ex ijs, cùm TE præcipuum fateri ſincera multorũ affirmatio minimè retardetur, iure dicere poſſum: ferrum quidem aliorum fuiſſe, victoriam TVO adſcribendã nomini. Multos ille hoſtes Cæſaris copijs, & benevolentia præſertim armatus fuderat. Triumphalia nõ ſemel, dum fidelis eſſet, meruerat. Modò, cùm pudens eſſe, cùm fidus deſijt; inauditâ TVA virtute coactus eſt, ut de ſe quoque triumphum præberet. Quæ laus vim ſuperûm Gothico laudatori manifeſtè tangere eſt exiſtimata. Par eſt, ut hoc in loco, ad Ferdinandum TVVM ſubita gratulatione convertar, & oratione mendicata, modeſtius, ſi non adeò ingenioſius, utar: *Quoties tibi vicit*, dicebat Ennodius de
In Paneg. Friderico ad Regem Gothum (ego mutuo Fridthlandum) *Quoties tibi vicit, qui contra te ſumpſerat vota pugnandi, Fridthlandus! Qui poſtquàm fidem læſit, hoſtes tuos interitu comitatus eſt. Adſit divinitas, & beneficia ſua in ævũ producat. Nam Fridthlandus poſtquàm tibi de adverſarijs tuis peregit triumphum, de ſe præbuit.* En iam iterum Patrone, atque Domine, ſi tamen iterũ, & non potius continuò, mea TECVM oratio eſt: Servaſti, SANCTISSIME CVSTOS, Auſtrianorũ opes, maieſtatẽ, & vitam, mihi pretioſiorem præ meâ, TIBI charioré præ TVA, Catholicis ut communem tuendam. Laudo manum, quæ nefarium percuſit, TVAM deoſculor, quæ capitalem ictũ à Cæſare repulit. Multorũ fuit leonẽ perimere: Lyſimachi unius, traiecta fera, Alexandrũ ſervare. Cumulandi igitur ſummis laudibus ſunt, quicunque Fridthlandũ glorioſiſsimè obtruncaverunt. Vnus ENECVS omnium animis inſerendus, cuius excubiæ ab Auſtriæ collo ſecurẽ averterunt. Fatalem ſibi virum adventare Germaniam triſtiſsimis augurijs cogitavit Fridthlandus, ex quo Philippus in Hiſpaniâ detractum à latere fratris, legatum TE in eam provinciam dimiſit. Cõſternatuſque animo, licèt certus cauſæ non ſatis eſſet; tamen ſe illicò pertimuit prædam futurum TVI conſilij, quod iam præcavebat devaſtationem eſſe perfidiæ. Ita ſimul cum Cæſare (qui honor maximus TVVS eſt) TE petebant venenata odia iſtius præfecti flagitiorum, & integræ factionis. Sic TV quoque deſtinatus à ſuperis Catholicæ Reipublicæ excubitor, invigilando, ſatagendo, & maieſtati opitulatus es, & colligationum ſubſtructiones demolitus ad imum. Summo iure: *Te, inclyte Domine, laus reſpicit*
Ennod. in Paneg. *diadematis defenſi; ſi te illarum rector partium non amavit; perculſus profait Reipublicæ.* Quam igitur monitu divino Ferdinandus Cæſar omnes in ſinum TVVM

ope-

operis perficiendi curas effudit! Etenim ſuperare tot præliorum victorem, proſternere tot copiarum Ducem, fallere tot dolorum artificem, vulnerare, mactare militarem Imperatorem in caſtris, res erat per ſe difficillima, niſi TE auctore nunquam futura. Quamobrem, cùm duo potiſsimum ad ſuæ cauſæ felicitatem refirmandam, ſolito vehementius exoptaret Cæſaris animus; cùm certitudinem agendi, tùm celeritatem conficiendi; TE deſtinavit unum, reputans geri, quæ TVO conſilio, certiſsimè; quæ TVA diligentia, celerrimè. Ergo pœnituit furias, molem ſe eſſe machinatas, quam TV diſſolveres; & puduit tantum inſudaſſe TVO nomini. Cùm enim viderent, ſuo TE hoſte conſtituto, TVA adverſum ſe certante potentia, diſsipãda eſſe fumi ritu quæquæ ingenioſiores commentæ erant furiæ machinamenta; per ſtygias iurarunt, nunquam ſe tantam cladem gentis Auſtriacæ fuiſſe conaturas, ſi TE amolitorem à Philippo mittendum antè capere potuiſſent. Cuius armis ac legationibus tanta geruntur, ita more maiorum, ſaluti publicæ, id eſt, Romanæ Religioni, atque oppreſſorum Principum calamitati cõſulitur, ut ſincerius id dicere Hiſpaniarum Regibus poſsim, quod Anaſtaſio Imperatori ſcripſerat Theodoricus: *Vos eſtis totius Orbis ſingulare præſidium, quod cæteri dominantes iure ſuſcipiunt, quia in vobis ſingulare aliquid ineſſe cognoſcunt.*

TE verò tantis onuſtum laudibus, meritò tot triumphorum inſignem novæ res prenſaverunt. Macte, Heros; adhuc Germania eſt palæſtra certantis, & ſtadium currentis gloriæ TVÆ. Duce occiſo, copiæ quidem fidem tenuerant. Nihilo tamen ſecius præterito malo, & difficultate præſenti impedita erant omnia, ut minus poſſet optatiſsimum Hiſpani Ferdinandi iter in Belgiũ celerari. Id plurimorum animi iniquè ferebãt: quòd Iſabellâ functâ, viduæ gubernatore Provincię, aut iam lugerent, aut certè lugerentur. Præſertim cùm præſtantiſsimus Suecorũ exercitus ſub Imperio Guſtavi Horni, & Ducis Vvimarij non longè ſtreperent, & alij hoſtes fortaſsè propinquius. Igitur multorum expugnatâ ſententiâ, qui iter intutum, animos audaces cenſebant, ſuadela, atque precibus conſtantiſsimè perſeveraſti Ferdinandũ rogare: veniret, copias ſuas cũ exercitu Germani Ferdinandi Pannoniæ Regis animoſus Princeps coniũgeret: tuta omnia ſic reddi. Valuêre autẽ, & prævaluêre TVÆ preces. Cõfectũ iter eſt; iuncta agmina ſunt. Itum & hoſti obviã: pugnatũ, ſuperatum, triũphatũ. Vt non inani quadã ratione colligere poſsimus preces TVAS, ſuaſionẽ, conſtantiã Nordthlinganã clariſsimã victoriam peperiſſe. Quam propterea nec reportatã eſſe, nimis admiror. Perdifficilius enim TIBI fuit, inardeſcere facere animos Senatorũ, qui magnanimũ Ferdinandũ æquo timidius perterrebant, quàm quod tantum exercitum, uno fugato Duce, altero capto, fuerint duo Ferdinandi ductores, duo Scipiones Auſtriaci. Quid enim ambo coniũcti Principes, quid magnũ non præſtarẽt? Vtinam unis caſtris, ſi ita optari poteſt, ubique rem gererent. Sed negant ſuperi tantam felicitatem immeritis. Timor verò, is præſertim, quem prudentiæ larva componit, à vetuſto gloriatur, ſibi primum inventum eſſe nomen invicti.

Putaſſet aliquis, nihil ſupereſſe moliendũ; non dico ad ſpacia gloriæ TVÆ ſuperimplenda, quam per Europæ populos ſplendore ſtagnantem, iampridẽ vi-

videramus. Sed neque ad Auſtriæ res conſtabiliendas in Germania. At hoſtiũ numero, pertinaciâ, & potẽtiâ fiebat: ut vel nihil profuiſſe confecta, vel omnia infecta eſſe viderentur. Ergo penſaſti animo difficillimũ illud, ſed fore ſaluberrimum factu, ſi Cæſarem inter atque Saxoniæ Ducem pacis fœdera firmarentur. Dux enim per ſe potentiſsimus, iunctiſque amicitia Principibus maior, magnũ pondus rebus addebat. Ita ſanè Auſtriaca caſtra firmiori vallo cingebantur. Qui lapides moti nõ ſunt, ut Saxo ab hac mẽte moveretur? Ab hoſtibus pacis quæ nõ iactæ ſagittæ? A Politicis quæ nõ tentatæ fraudes? Aulici hæreſis, quæ non diſploſere tormenta? Ergo hoſtium terrore, Politicorũ machinis, hæreticorũ minis oppugnatus eſt Saxo. Quid, niſi ut res ea digna evaderet, cuius laus tua eſſet? Tantum ſcilicet virum, tantam viri virtutem non ad mediocria quædam, nec ad magna præſtanda ſuperi deſtinavêre; ſed ad ſumma. At autem tanti Ducis, atque ſociorum amicitia magnum aliquid & commodi, & viriũ uno quoque tempore præferebat. Summæ laudis nondum auctori erat. Poſteà verò quàm contumaciſsima interpellatione hoſtium in ſummã facti dignitatẽ crevêre pacta, iam tum poſſe cœperunt, nomen & numerum rerum à TE geſtarũ cumulare. Viciſti igitur pace conſtanti cum Saxoniæ Duce ſtabilita. Heus hoſtes modò, Hæretici, Politici, amabo vos; promite, promite veſtri doloris ſenſum. Sub Oratore Hiſpano quàm benè vapulaſtis!

Erat animi TVI ultimũ actum tragœdiæ nobiliſsimæ, quam dederas in Germaniç theatro perfectiſsimum facere, ac totum ſpectaculũ glorioſiſsimè claudere. Et ut erat, egiſti. Veſtigãs enim quid gratiſsimi officij ſub diſceſſum parare poſſes TVO Regi, abditũ Regiæ mẽtis adortus ſacrarium, quid præcipuũ tunc cuperet, cùm nondum cuperet, deſtinaſti. Quid autem illud fuit? Planè quod alij nemini erat cogitatum, & mox auditum exſibilaretur à ſingulis: Cõventum Principum Imperij ſtatim vocare, novũ eligere Regem Romanorũ, alieniſsimo tempore, nullo exemplo, vivo & vegete Cæſare. Nõ id TIBI Ferdinandus pater, non filius Ferdinãdus Rex Pannoniæ inſinuaverat, neuter optaverat, neuter in animum induxerat. Ipſe Rex Hiſpaniarũ Philippus (ut magis miremur) qui in rebus Auſtriæ providendis, multo eſt ſolicitior omnibus conſul, & antelucanus inſpector, nondum ad TE mãdata detulerat, quæ iã agitabas. A TE conſultus negare non potuit graviſsimum animi ſui votũ TIBI eſſe factũ familiare. Sed neque hoc ipſum aſſeverare penitus audebat, quod ſibimet vix ipſe patefecerat. Quid? Novas TV leges legationis inducis. Aut plus in poſterum Legati nomen ornatiſsimũ feres. Quia nimirũ tam præclarus Regij propoſiti executor abiſti, ut voluntatẽ, quam nondũ ſibi ſatis explicant Reges, perſpectam habeas: & adultam progreſſu diligentiæ, quæ vix fœtu concepto intra animum Regũ abſcondita lateat. Igitur ſacri Imperij Comicia, viſa omnibus in primo conſpectu admirabiliora miraculis, figmentis abſurdiora, TE auctore, deprecatore, Duce; TE demum laudatiſsima cum improbitate urgẽti omnes, coacta celebrataque ſunt. Ferdinandus filius dictus Rex Romanorum. Quæ miracula! Nuper vix eramus incolumes: una nunc domus duos habet Imperatores? Fuit id ſine tergiverſatione regnare. Poſtquàm artibus TVIS carcer effractus erat, Dux perduellionis occubuerat, hoſtes potentiſsimi fuſi fue-

rant

rant, Ferdinandus frater Belgium tenuerat, inter Cæsarem & Saxonem convenerat; Imperium modò iustissimè præripere, & collocare in tuto bellè ante vulgare tempus: hoc dominari erat. Quàm verò divinitus contigisse crediderim, ut mentem illam tam salutarem quieti publicæ præmaturè gestares, eãque faceres probari Principibus! Ferdinandus Cæsar, cuius obitum nemo paulò antè tam in propinquo esse, tam præsentem timebat; vivus, conventu habito, vix menses numeravit. Dij boni! Quæ calamitates, quæ mala, quæ Principum perturbationes, quæ fœderum monstra, si ante habita Comicia expiravisset, nõ sequerentur Cęsaris funus? Quis FERDINANDVM TERTIVM dixisset? Palàm patet in tantarum rerum molitione, TVA usos esse Superos manu. Cur enim TIBI nova mẽs est ingesta, tantus ardor admotus ad præcoquendũ cõventum Principum, nisi quod decreverãt Superi, duos simul gentis Austriacæ Imperatores superimponere hostibus Austriæ, quia unum sustinere noluerãt? Cessate igitur miseri hæretici, & semirupti æmuli, cessate allatrare huic nomini, & pessimè velle; quamdiu Numinis sinu fovetur. Vnum Cæsarem Ferdinãdum Austriacum trucidare conati estis. Gladius sacrum collum reveritus belluam traiecit; & pro successu alter Cæsar Ferdinãdus Austriacus, priori superstite, est natus. Computate, conferte nunc mecum, nam Arithmeticè egregiè calluistis. Familiæ, cui ex destinato dumtaxat ictu unus Imperator repullulat, ab executo quot repullulare debuissent? TV, VIR MAXIME, si modestia patitur, contemplare quid egeris. Duos Ferdinandos Austriacos simul Cæsares solicitudo TVA cõstituit. Iniuria ergo TVI nominis Prisci æneas Aquilas bis caput habentes effingebant. Iam enim non Romanæ Aquilæ, sed Austriacæ melius, TE satagente, bicipites sunt. Nec verò tenuis gloriæ loco est ponendũ, quod gnavitate, atque industria TVA res movente potissimum, viri duo humanæ dignitatis culmen tenuerint, ut re vera evenit. Quippè suffragia Principũ fuerunt; principium autem constantissimum, quo ambo Ferdinandi in utraque calculatione superarent suffragijs, industria TVA stabilivit: inviti enim quidã in Austriacos consentiebant: ab his suffragium extorsisti. Alij non illibentes: hi nimirum ut suffragarentur, promeruisti. Suprà cœperam dicere respicere TE laudem diadematis defensi. Timidè elogium obtruncaverã. Animosior nunc, & fortè etiam reverentior, totum Ennodij locum effundã: *Par TE* (inquit) *inclyte Domine, laus respicit donati diadematis & defensi*. Rectè igitur pace maiestatis hoc dicam. Duobus Imperijs maior es, qui duo dedisti.

Hæc mihi dum laudanda videntur; non satis audeo damnare præteritos casus. Et ferè amo pericula, quibus toties perituri fuimus. Exitus namque tã optandi, quos ope Numinis præsertim adiutus, pariter & sapientiæ TVÆ invigilatione dedisti rebus summa mala minantibus, pessimos aditus amari fecerũt. Detestabar potentiam Criselij, dolis oblitam bonitatem Mathiæ, Pannoniæ, atque Bohemiæ regna ab Archiduce Ferdinando, Imperiũ ab Austriaca domo averti cupita. Cùm autem video hæc prudentiæ TVÆ dexteritate tã gloriosè confecta, mulctatam imprudentiam Criselij, procuratã maiestatem Mathiæ, hæredem Regnorum Ferdinandum, Imperium in Austriaca gente retẽtum, iram omnem amisi. Penè Chriselius, penè placent Principum disidia.

Bo-

Bohemos perduelles; Rhenani Palatini væſaniam execrabar omninò. Sed ex quo licuit,nõ iam TVO ſolùm conſilio,verùm & copijs Philippi ſub imperio TVO belligerantibus,tot partes celebrare victorias, Bohemiam ſubactam, amentem Principem tam præclarè ſubraſum, omnem turbulentum affectũ in cæteros, gratulationes TVÆ profligant. Vacuum omni inimico motu cordis imperium gaudia TVA ſuſcipiunt. Turpiſsimam colligatorum manum armatam in Cæſarẽ,furioſos Fridthlandi conatus diris devovebã,poetis ſuccẽſens, quod tres tantummodò diras retuliſſent, quibus traderem tam ſacrilegum caput. Rurſus verò,quoniam TE excubitore, & ſubodoratore dolorum, TE flagitiorum optimo iudice, TE verò cõſule publicæ ſalutis proditæ inſidiæ ſunt, vera facies Principum viſa, obtruncatus Dux graſſatorum,fides copiarum alita,duo magni Duces hæreticorum victi, duo maximi Catholicorum victores: in indignantem animum longè aliæ flammæ proſiliunt. Fugiunt omnes ex ore contumeliæ,probra,& iracundæ devotiones, quibus impietatem impetebam, & magna mihi virtute opus eſt, ne laudem Fridthlandum: *Sub te enim vidimus eventus optimos de adverſitate generari, & fieri ſecundorum matrem occaſionem periculi.* Sub his erat TIBI deferenda Germania, Secundo Ferdinando nondum vitâ perfuncto. Ab illo prius miſsionem expectare debebas. Ires igitur,& extrema maieſtatis veneratione præmiſſa à Cæſaris oculis nunquam rediturus abires? Aut ille,cui chariſsimus eras, TE à ſe permitteret abire? Permiſit,ne Imperatoris amor TIBI forſan incommodus eſſet, dum indulgere cuperet ſibi. Voluit Domino TVO PHILIPPO ſuum optimum referre Legatũ. Voluit Regi Hiſpaniarum miraculi loco monſtrare illum virum, quem ipſe ægrè ferebat, ſolum vocare virum. Ergo proficiſcendi poteſtate, nec ab invito, nec ſpontè facta (nam oppoſiti motus animum ſuſtinentis, & renuentis iter TVVM penitus divellebant)abi, inquit, Princeps Legationum, tutela Imperij, triũ Ferdinandorum fortuna, Religionis excubiæ. Abi,& quacunque iter egeris, habe faventes Superos.

Ennod. in Paneg.

Hìc extitit non lentior,non obſcurior curſus rerũ TVARVM in Germania potiſsimùm. A qua provincia toties artibus TVIS,aut ſervata,aut ſubiecta,deberes nunc veterum inſtituto GVEVARA GERMANIVS dici. Hæc ſit tabula factorum TVORVM rudi penicillo depicta, ubi quamquam multa obſcurari neceſſe eſt,tria tamen in extremo quaſi epiſodio deſcribã craſsioribus lineis,quæ maximè cupio,ut omnium oculos ſua mole perſtringant. Primũ eſt, tantam TE in cauſis agendis opportunitatem ſervaviſſe, tanta conſtãtia fuiſſe pollicitum,quidquid expectandũ Principibus ſuaſiſſes, tamque adamuſsim aſſenſiſſe eventus fortunam pollicitationibus TVIS, ut ſucceſſus quique feliciſsimi TVO nutu componi viderentur, non diligentia comparari. Nemo ducebat,optare TE; ſed habere fortunam: aut futuros caſus ſperare; ſed intereſſe, & gaudere præſentibus. TVVM eſt,quod Rex Athalaricus de avo ſuo quondã exſcripſerat: *Cùm futuris rebus eum crederes habere tractatum. Nam quod concepiſſet animus,reddebat ſemper effectus.* Nec ſatis erat, ſi inſurgerent hoſtes, aut deficerent fide amici,quominus videretur obtemperare TIBI fortuna. Illi enim nec detrahebant de ſucceſſu; & victoris nomen addebant. Hanc quoque laudem

Apud Caſſiod lib. 9. var. epiſt. 24.

TIBI esse præreptam ab Ennodio, res ipsę declamant. Quoniam *congressui tuo nullus hostium, nisi qui laudibus adderetur, occurrit. Militavit trophæis, qui restitit voluntati. Nam semper aut pietati tuæ peperit subiectus gloriã, aut qui præsumpsit, tela virtuti.* In Paneg. Sic igitur dubitandi licentia nulla relicta est, quin Catholica mens, atque manus ope Numinis continuò fuerit docta, atque adiuta. Alterum, quod commẽdatum in primis Proceribus maximopere velim, referã: id nempè TIBI ubique omnium fuisse antiquissimum, ut amplificares Christianæ Religionis dignitatem, auctoritatem adderes sacro Romano nomini. Apparebat, cuius Regis Legatus esses, Catholicus Catholici. Ponebas enim Cornelianam politiam post cultum Numinis. Prima hæc Principum studia futura sunt, si qui amant simul audire benè, simul gerere etiam feliciter. Antiquæ Religiones Deorũ eosdem Reges, eosdem Sacerdotes habere in tutamen pietatis solebant:

Rex Anius, Rex idem hominum, Phœbique Sacerdos.

Nunc cum veriori oraculo instructi ad hoc monstruin horruimus, tamen compertum est, de summi Sacerdotis dignitate hanc partem summis Regibus non esse detractam, ut cultui divino istic amplificando, hic retinendo toto potentiæ pondere incumbant. Quàm igitur TV, Catholice Comes, ad istam laudẽ natus! Quasi ad nullam aliam. Id quoque Ennodius de TE scripserat: *Te summi Dei cultorem ab ipso lucis limine institutio vitalis instituit. Nunquam amplificabas honoribus tuis, quod eventus dexter obtulerit; Scis in te curam penes Deum perfectionis esse substantiam. Agis, ut prospera mereari adipisci! Sed vniuersa adscribis auctori. Exhibes robore, vigilantia, prosperitate Principem, mansuetudine Sacerdotem.* In Paneg. Altè nimirũ id menti TVÆ insederat, tacitaque id voce sine intervallo recolebas: amplificãdæ Regis mei provinciæ sunt: sed nullam Deo amittente aram. O igitur Virũ digniorem, quàm sago, quàm caduceo, purpurâ! Quo si honore cares, istud tamẽ in ornamentum TVVM cedit. Etenim, *Singulare est actibus implere sanctissimum, & veneranda nomina non habere.* Ibidem. Vltimum commendationis caput exemplar TE fecit fidelitatis & amoris in Principem. Huc enim studij TVI summa, atque votorum referebatur, ut orbis intelligeret Hispaniarum Regis potentiam, cuius eras Legatus, tum Austriæ suæ, tum Religioni magis suæ, totam impẽdi: neque quidquam præclarũ utriusque cõmodo TE gessisse in Germania, quod Philippi consilio, auctoritate, & armis non fuisset præparatum. Atque id quidẽ, nisi nudare TVVM nomen omninò parte maxima laudis contendisses, citra omne adulationis blandimentum, sincerè verũ erat. TV verò TIBI asperior quàm hostes, TIBI durior quàm æmuli, non tam detrectare TVAM laudẽ, aut subticere, quàm obliviscì, aut nescire malebas. Itaque dum, quãta molitus, quãta assecutus sis, memoramus, qualemque TE Legatum Regi TVO præbueris, TIBI dicit Athalaricus: *Fuisti nimirum summa temporum laus: ut illum* (Theodoricum avum intelligit) *sic ad omnia solicitum inoffensa redderes famulatione securum, dum molem tantam viribus sustineres.* Cassiodor. ubi sup. Cùm verò TVÆ glorię succedit locus, quasi suspectam, & de proditione postulatam putares omnem laudem, quæ alteri, quàm Regi tribuitur; hæc una TVA auditur vehemens & generosa vox: *Intelligant ab eo fluxisse, quod gerimus.* Ennod. in Paneg.

Quæ

Quæ honeſtamenta nunc igitur, quæ opes, quæ laudes, qui dignitatum cumuli inveniendi ſunt tantæ virtutum copiæ pares, tanto numero præclarè factorum æquales? Et à qua manu? Fortaſsè tamen pudorem tuum provocat hæc de præmijs iniecta tractatio, offendit ſtudium ardentiſsimum commodi publici, amorem in Philippum excruciat. Qui enim tanto Regi, genti, provincijs, Religioni tã eſt egregiè famulatus, quid præmij quærere debeat poſt laborem? Cenſes enim quicunque ſola præmij cupiditate ducuntur, ut rem publicam gerant, ut Regibus inſerviant; hos decentiorem quidem mercaturæ modum exercere; ſed tamen mercaturæ. Ergo niſi indecorum eſſet Philippo tantum virum inornatum abire, careres omni prẹmio libenter, rerum geſtarum conſcientia dives, colligenſque vectigal quod laudi TVÆ totus perſolvit Orbis. Ille verò quâ benevolentiâ, quâ curâ, quâ maturitate, & munificentiâ ſuos excipit, id minimè eſt paſſus. Ac prẹter commendationes & gratiarum, gradumque opinionis altiſsimum, quem apud eum tenes, pridem TE militarium Ordinum Senatui ſumma cum auctoritate præfecit. His deinde diebus Hiſpaniæ Magnatem effecit. Neque verò, quod iuſsit hunc honorem in TE ſiſtere uno, & per hæredes nondum excurrere, exiſtimandus eſt anguſti meriti tua facta cenſuiſſe. Sequutus eſt Rex conſuetis arcanis ſæculi retroacti præiudicium. Propterea enim culpæ temporũ id permisêre fata, ne GVEVARICA Domus, novo Rege venienti, in perturbatione Rerum omnium hunc gradum dignitatis retineret, quem diù poſſederat, ut conſtare nunc poſſet, non à te haberi fortunæ favore; ſed laude; neque naturæ tranſmiſsione; ſed magnis meritis, & à Magno Rege. Florebit tantiſper in TE ad oſtentationem ſummæ virtutis acceptus honor; cùm illi erit ſatisfactũ, brevi in ſobole TVA, ut nemo non ſperat, amborum ſucclamantibus meritis, & Regis maximè ſummâ munificentiâ incrementum habebit. Nec honoribus TVIS terminũ dignitates hæ ponunt. Latior eſt liberalitatis Regiæ orbita. Altiùs evolat meritorum TVORVM ala. Magna adeptus es præmia: adhuc præmia mereris. Optimorum eſt de TE clamor:

Martial. *Præmia cùm laudis ferret, adhuc poterat.*

referre maiora. Id TIBI Heroicæ voluptatis eſt loco. Nam eminenti Viro,

Caſsiod. *hic eſt probatæ conſcientiæ gratiſsimus fructus, ut quamvis ſumma potuerit adipiſci; iudicatur tamen ab hominibus plus mereri.*

Vt video, DOMINE, ſcriptio hæc, poſt exactum orationis moleſtiſsimæ curſum in occaſu eſt. Extremum ſpiritum TECVM quoque definiat. VIVE igitur, cui vita cum honore fuit, conſcientia cum laude, facta cũ gloria. VIVE, qui Europæ viviſti, magis Germaniæ, plus adhuc Auſtriaco nomini, Religioni magis. VIVE, & Matritenſi quiete potitus, rogantibus Principibus, oracula præbe decora ſimul, atque pia, Arcæ ſanctæ perſimilis, quæ poſt tantum peregrinationum iter emenſum, tandem in ſummo Templo Ieroſolymæ quievit. VIVE; & æternùm vives, fama, nomenque maius GVEVARICÆ Domus, cuius antiquitatem detracto ſitu, novo auro terſiſti, novo flore, novo colore picturaſti: cuius revocaſti magnitudinem: cuius amplificaſti dignitatem.

tem. Si ſingulares viros connumerem, Maiores TVOS fortaſsè obſcuras; TE tamen amabunt. Poſteris gradum adimis gloriæ, quo ſe ulterius attollant; nec tamen querentur. Superſtites in honorario gentis ſcuto pro ſtemmate potiori imaginem TVAM inſculpent. Quæ poſt manes TE manēt laudes, ſecuræ decurrent; nam & quæ incolumem TE celebravêre, ſine interpellatione auſcultatæ ſunt: *Neſcivit quiſquam de te ſubmurmurare contraria, cùm tamen de principali gratia* fortaſſe *ſuſtineres invidiam. Derogare cupientes* (ſi ulli fuerunt) *vicit integritas actionis. Nam quælibet malitia formidat, contra manifeſta bona aliquid profiteri, dum generalibus odijs videtur exponi.* Quod à me iamdudum modeſtia TVA exigit, libenter cōticeſcam: ſatis opulentum arbitratus quęſtum laboris mei, ſi occaſione ab his chartis accepta, TE laudet, qui nunquā agnovit, quiſque agnovit, TE laudet: *Hæc de geſtorum tuorum cumulis maiore voto, quàm eloquentia deguſtare placuit, melioribus intacta derelinquēs: video, qui me vincat facundia, nemo circa te tranſcendere valebit affectu.* Vale Domine. Matriti 4. Kalendas Februarij ann. Domini 1640.

Caſsiodor. lib 9. var. cap 14.

Ennod. in Paneg.

Poſt oſculum manus

Hieronymus de Guevara.

AD

LECTORI.

OPVS hoc intemeratę Mariæ Conceptioni dicatum, inter tot librorum ſatellitia, quibus myſterij veritatem hæc ſæcula ſtiparunt, gregarij ſaltem militis, & locum expetit, & munus ambit. His auſpicijs fidenter lucē videt, nec cenſoriam Criticorum virgam reformidat; quippè argumenti præclara dignitas errori nebulas (ſicubi coaluerint) diſsipabit; & pronus in adoreas Mariæ legentium plauſus hoc ſale condiet, quæ ut inſipida faſtidierit, hoc ornatu illa veſtiet quæ forſan ut incondita exhorruiſſet.

Reddenda nihilominus eſt ſcriptionis ratio, & operi aſſociāda tutela. Cauſantur enim aliqui (ut ex prioris voluminis editione deprehendi) libri ſeriē non ſatis è re Cōcionatorum concinnari, relicto aliorum more, qui non tam libros, quàm conciones ipſas ſuppeditant; omne laboris, & induſtriæ pondus ſuccollantes, quò placidiùs legens feratur. Sed nihil æſtimo in hac parte peccatum. Plus virium amo in ingenio Lectoris mei, cuius eſt ſcripta ſubigere, expolire, cōponere, atque ita ſuis uſibus adaptare, ut quæ omnibus proſtrant, fucum faciant quaſi ſoli dicenti præluxiſſent. Etenim nolle digerendis Scriptoris rebus incumbere, ſed illas memoriter è ſuggeſtu reddere, macies eſt mentis iam effætæ, & elanguidæ, cui vigor emarcuit; nec tam valet nutriri quàm repleri. Scribenti autem incumbit & voluptati conſulere, & utilitati ſervire, quæ profectò potiora ſunt, & ſolidiora, quoties ita miniſtratur materia, ut non omnes apices mutuo dedantur, ſed aliquid ſuū, quod impenſius diligat, Concionator inveniat. Quem in locum opportunè præfatur Cyprianus ad Fortunat. his verbis: *Id quod poſueram, divinæ lectionis auctoritate ſolidavi, ut non tam tractatum meum videar tibi miſiſſe, quàm materiam tractatibus præbuiſſe. Quæ res in uſum ſingulis proficit utilitate multorum. Nam ſi confectam & paratam iam veſtem darem, veſtis eſſet mea, qua alius uteretur, & forſan non pro habitudine ſtaturæ & corporis, res alteri facta minus cōgruens haberetur. Nunc verò lanam ipſam, & purpuram miſi, quam cùm acceperis, tunicam tibi pro voluntate conficies, & plus ut in domeſtica tua, atque in propria veſte lætaberis, & cæteris quoque ut conficere & ipſi pro arbitrio ſuo poſſint, quod miſimus, exhibebis.* Vbi vides, quanti hunc modum ſcribendi fecerit Cyprianus · & ſimul deprehendes, cur tot antiquorum Patrum illuſtria loca, nec vulgaria (de quo Lectori iudicium) non innuo dumtaxat, ſed plenius exſcribo, verbis ipſorum potius quàm meis conceptionem meam exprimendo; nimirum ut non tam tractatum meum videar edidiſſe, quàm copioſam dicendi ſegetem demeſuiſſe tractantibus?

Cyprian.

Hac in re non ſolus Cyprianus præivit teſſelatum hoc ſcribendi genus tradens, & cōmendās, ſed & alij optimæ notæ, inter quos Gregorius Niſsiæ Epiſcopus initio Hexameron profitetur ſe non tam arborem offerre, quàm plantam aliorum dictis quaſi maiori arbori inſertam, ut eius innixa radicibus, & humore enutrita coaleſcat, ramuſque fiat, ſubdens: *Meam itidem ego cogitationem quaſi germen, aut ſurculum magnæ arbori, nempè præceptoris noſtri* (Baſilij, idemque de alijs Patribus iudicium eſt) *ſapientiæ inſeram, occaſioneque mihi inde ſuppeditata tanquam humore quodam irrigatus pro viribus ramus eius efficiar.* Nulli ergo mirum erit, ſi illud mihi glorioſum duxero, quod Niſſenus in eadem cauſa ſibi glorioſum æſtimavit. Vt taceam plurimum è re Lectoris videri non unum, aut alterum verbum inſeri, ſed & totum adnecti: ſic enim magni aperiuntur inveniendi fontes; & perſpici valet, non tormentis, aut cruciatibus Patres produci, ut eorum quæ dicuntur, fidem faciant, ſed ſponte id ipſum, & ſine vi præſtare. Vidi enim non paucos quædam invertētes, intercidentes alia, & ex duabus ſententijs longiſsimè diſsitis, tertiam affluentes à ſenſu Patrum valdè alienam, quod parum erat, niſi ſæpiſsimè foret contraria. Quæ omnia accurata, & ſi quibuſdam minus iucunda, locorum recenſione refugi. Lectoris verò erit illa verba concionibus deligere, quæ ſcopo ſibi præſtituto opportuniora fuerint, quæ & ego plerūque innuo, & ſeorſim expēdo. Valeto, & tertiam huius primi Tomi partem, quæ elucubrationi capitis primi Matthæi finem imponit, & iam ſub prælo eſt, expectato.

Gregor. Niſſen.

OBSERVATIO DECIMAQVINTA.

Ab omni originis labe sanctissimæ MARIÆ Dominæ prorsus expers clara Conceptio.

VRPI quidem ingratitudinis nota meritò taxarer, pietatis officia, & devotionis cultum erga optimam Parentẽ Mariam si non persolverem; meritus qui de generosa ambitione, qua ipsius filiorum nobili numero nomen contendo dare, licèt indignus, dejicerer. Iure Iesuitarum Scriptorum indignationem subirem, & dedignationem, qui dedecus ducerent in suam inclytã me adcisere Societatem, si purissimum illum splendorem, promicantiaque lumina gratiæ, quibus Mariæ Conceptio & provincta fuit, & accincta, pro viribus exilis licèt, & obtusi ingenij, non propugnarem. Cùm id præcipuè Commentaria nostra exigant, etenim num. 30. ostendimus, ideò Matthæum Christi & Mariæ progeniem descendendo recensuisse, naturæq; ordinem, & euripos ad illam iam propriùs accedendum fregisse, vel non proterminasse: Lucam verò utriusque, nempè Filij & Parentis, prosapiam per ascensus numerasse, ut discrimen, quo à cæterorum hominum generatione, Christi & Mariæ generatio dissidet, assignaretur. Cùm id prætereà exposcat sanctæ Matris Ecclesiæ (cui nefas erit non satisfacere) providus ordo, quæ Conceptionis Marianæ solemnijs præsens Evangelium, velut tanto mysterio parturiendo, idoneum fulcimentum destinavit, sacravit. Nec ea mentis vertigine nuto, ut existimem, me huius mysterij fulgoribus vel scintillam addere, tantamq; sacramenti pompam aliquo vel levi ornatu posse provehere: sed piæ devotionis conatus erit, & filialis audaciæ ardor, bruto saltem thure divinum hoc Sacrarium gratiæ suffire. Adsit, ò utinam, tãtæ Reginæ benigna attentio, nec dedignetur sacrũ Numen augustæ suæ puerperæ, & purpuræ nobili origini rusticos manipulos libari, & elevari. In quo, ut distinctiori, lucidioriq; tramite procedam, sacri Textus ordini insistam, contendens ex ipso intemeratum Marianæ substantiæ primum fontem delibare.

SECTIO PRIMA.

Ea verba: LIBER GENERATIONIS IESV CHRISTI, Marianæ Conceptionis immunitatem adserunt.

§. I.

Maria quo pacto, Liber Generationis appelletur.

1 *CHRISTVS Dominus Liber, in quo legendum, quid nobis sit agendum, ex Psalm. 39. 9. per Incognitum.*
2 *Christus plus gloriatur de titulo Libri, quàm sermonis, ex Psalm. 39. 10. quia diutiùs permanent scripta, quàm sermo, per Trithem. Gerson, & Bercorium.*
3 *Christus Liber, ex Psalm. 138. 16. per Brunonem, & gloss. Incognit.*
4 *Christi librum legi, nil est aliud, quàm ipsum imitari, locus Psalm. 138. per Hilar. & August. illustratus locus Apocalypsi 19. 30.*
5 *Idem argumentum adstruitur, ex Ioan. 19. 30. per Sixtum Senens.*
6 *Maria quomodo Liber generationis Iesu Christi, per Richard. de S. Laurent.*
7 *Alia eiusdē rei interpretatio, locus Psal. 39. 9. per Ambros.*
8 *Ex titulo libri desumitur nitor Conceptionis Mariæ, locus Isai. 8. 1. & Richard. de S. Laurent. lucem accipit ex 2. ad Corinth. 3. 2.*
9 *Idem Isai. locus adstruit puram Mariæ Conceptionem, per Epiphan.*
10 *Antoninus ex eodem loco Isaiæ decerpit sanctitatem Conceptionis Mariæ.*
11 *Eandem delibat Andreas Ierosolym. ex Isai. 29. 12. qui eluceſcit ex Cant. 4. 12. per Gregor. Nissen.*
12 *Eundem Isai. locum interpretatur Richard. Puram Mariæ Cōceptionem profiteri pignus divinæ gratiæ, & amoris, ex eodem Richardo.*
13 *Evincit puram Mariæ Conceptionem Richard. ex Ierem. 36. 32.*
14 *Idem immunem ostendit à macula Conceptionem Mariæ, ex Ezech. 2. 9.*

1 PRAEMITTENDVM est CHRISTVM Dominū Libri nomine in sacra Pagina insigniri, & non absque ingenti mysterij pondere Librum appellari, in quo quæ nobis agenda sunt, dum eius attendimus præclara acta, legimus, quæ nobis vitanda docemur; eximiæ enim Christi virtutes in eius factis elucentes, veluti sententiæ sunt, & monimēta, quæ nos in vita spirituali instruunt, & eas attentâ mēte evolvisse, & inspexisse vim & nomen lectionis habet. Qui verò legit, dum quæ meditatur, in se trāscribit, effectus tanti exemplaris effigies, verè quæ legit, memoriâ retinet; nam frustraneum est, & inane legisse, quod statim è memoria excidendo evanuit, & inutili conamine transumis à prototypo imaginem, quæ protinus deformanda est, & oblitteranda. Sic Incognitus, seu iam cognitus Michaël Ayguanus locum Psalm. 39. 9. interpretatur: *In capite Libri scriptum est de me, ut facerem voluntatem tuam, &c. Annuntiavi iustitiam tuam in Ecclesia magna, &c.* qui sic scribit: *Et quia sapientia quamvis communis tribus Personis, Filio tamen appropriatur, sicut potentia Patri, & charitas Spiritui Sancto; ideò hic liber prædestinationis, & scientiæ Dei Filio Dei, id est, ipsi Verbo incarnato appropriatur, in quo quisque nostrum legere debet, quid agendum, quid sequendum, quid cavendum, quid timendum, quid amandum. Se ipsum ergo Christus Librum appellat; in capite Libri scriptum est de me; id est, in me, qui sum Liber humani generis, in quo legere debet, id est, qui sum forma iustitiæ hominibus.* Mich. Ayguan. Psal. 39. 9.

2 Postquàm verò se Christus Librū humano generi editum ostēdit, mox se Ecclesiæ Prædicatorem aperit: *Annuntiavi* (inquit) *iustitiam tuam in Ecclesia magna*: ut discrimen sanciat inter Scriptorem, & Prædicatorem, librum & sermonem; priùs quidem se dicit Librum, deinde vocem, quò sic præferat libri magisterium magisterio verbi, Scriptorem Prædicatori; magisque se glorietur verbum scriptum, quàm prolatū, doctrinamque effundentem per librū, quàm per vocem. Nam ut scitè Trithemius ait de laudib. Scriptor. *Maior est Scriptoris pietas officio prædicantis, quia illius cum tempore perit monitio, istius perseverat in annos multos annuntiatio. Prædicator loquitur dumtaxat præsentibus: Scriptor prædicat etiam futuris: illius sermo semel auditus in nihilum redigitur; istius lectio millesies* Psal. 39. 10. Trithem.

ſies repetita nunquam minuitur. Cùm Prædicator deficit, ceſſat officium: Scriptor etiam mortuus in volumine moribus facit inſtitutum. Et inferiùs: *Parum valet officium Prædicantis, ſi Scriptoris miniſterio non iubetur. Quid ergo prædicabit, ſi Scriptor, quod legat, non ſcripſerit? ex pietate igitur Scriptoris utilis efficitur ſermo prædicantis: niſi enim ille ſcriberet, iſte, quod prædicaret, non haberet.* Accinnit Ioann. Gerſon. de laudibus Scriptor. tom. 1. *Scriptor Eccleſiam ditat, Scriptor Eccleſiam armat, Scriptor Eccleſiam cuſtodit, Scriptor Eccleſiam honorat, Scriptor poſteris ſal ſapientiæ adminiſtrat, Scriptor largitur, miſeretur, & commodat.* Quocirca Petr. Bercor. in dictionar. moral. verb. *Epiſtola*, auſus eſt ſcribere, Apoſtolos carceribus detentos plus Eccleſiæ inſtituendæ profuiſſe, quàm libertate ſermonis fungentes; quia licèt vinctis non eſſet poteſtas divini Verbi enuntiandi, erat facultas ſcribendi, & longiùs uberiuſque cœleſtem doctrinam ſcriptis, quàm vocibus diſſeminabant, cumulatioreſque animorum ſegetes metebant: *Plus profuerunt Apoſtoli carceribus detenti, vel abſentes, quàm liberi, vel præſentes. Tunc enim epiſtolas ſcripſerunt, quæ ad ſuſtentationem fidei & morum, ubi non ſunt diſperſæ, quantum in ſe fuit, totum mundum converterunt. Præſentes pro paucis regionibus, & populis loquuti ſunt, qui nunc pro magna parte à Fide diverterunt. Epiſtolæ verò ad remotas partes delatæ proficiunt, & de die in diè fideles ad Chriſtum convertunt. Et ſic dico, quòd plus valuerunt epiſtolæ, quàm verba, magis ſcripta, quàm dicta, & plus abſentia, quàm præſentia.*

3 Hunc tituli Librum ſtrenuo vaticinio Chriſto addicit Regius Pſaltes: *Imperfectum meum viderunt oculi tui, & in Libro tuo omnes ſcribentur: dies formabũtur, & nemo in eis*, Pſalm. 138. 16. Quò loci, imperfectum ſuum vocat paſsionem ſuam, qua aſſumptæ carnis infirmitas prominuit: ſeque Librum appellat, ubi iuſti quique, ob virtutum claritudinem appellati dies, ſcribuntur, dum ad Chriſti Domini formam & virtutum ſplendorem ſe componũnt. Quem locum lepidè ſanè; & ingeniosè interpretatus eſt Bruno: *Oculi diſpoſitionis tuæ præviderunt, & voluerunt imperfectionem meam, id eſt, mortem meam, quæ ſumma debilitas eſt, & imperfectio, ſcilicet cùm adeò conſummatus ſim in omni perfectione ſanctitatis, ideòque ut per me fideles ſalventur, dignus ſim, placuit diſpoſitioni tuæ, ut ſecundum mortalitatem imperfectus eſſem & debilis, & pro ſalute meorum futurorum moriar; & per hanc imperfectionem mortis meæ, in me Libro tuo dies ſcribentur, id eſt, in exemplo mei, qui ſum Liber tuus, quem propoſuiſti exemplar iuſtitiæ in omnibus; ſcribentur dies, id eſt perfecti effecti, efficientur illi, qui futuri ſunt dies, id eſt, clari & illuminati in ſcientia; diſcipuli mei ſcilicet. Quòd autem ſe Librum dicit, & dies ſcribendos eſſe ad exemplum ſui aſſerit, à ſimilitudine dictum eſt optimè Libri, ad cuius exemplum cæteri Libri ſcribuntur. Exponit autem, quomodo ad eius exemplum ſcribentur, addendo ſic. Dico, quòd in me Libro dies ſcribentur, ſcilicet formabuntur ad exemplum mei, id eſt, interiùs in virtutibus fient formoſi; & nemo formabitur in eis remanens. Ac ſi dicat: Cùm plures ad eorum exemplum formoſi ſint efficiendi, nullus tamen in eis ſpem ponet formoſitatis: ut dono ipſorum putet ſe formoſum fieri. Vnde Paulus: Numquid Paulus crucifixus eſt pro vobis? aut in nomine Pauli baptizati eſtis? Nemo, inquam, in eis ſpem habebit formoſitatis.* Et exponens verba Pſalm. 39. 9. *In capite Libri ſcriptum eſt de me*, cenſet, Pſalmiſtam his verbis ſibimet aſſonuiſſe modulantem poſteà præfata verba Pſalmi 138. 16. *In Libro tuo omnes ſcribentur*, inquit enim: *Liber autè dicitur Chriſtus, eò quòd ad correctionem morum noſtrorum in eius vitæ exemplo ſtudere debeamus, ceu quilibet in Libro cauſa inſtructionis ſtudet. Vnde alibi Pſalmiſta: In Libro tuo omnes ſcribentur;* ſubſidiatur gloſſa Incognita: *In me Libro tuo omnes docentur, quem me dediſti omnibus formam iuſtitiæ.*

4 Ex quibus decerpimus, hominem in Chriſti Libro ſcribi, nil eſſe aliud, quã Chriſtum imitari, & in ſe exprimere, quæ in ipſo Libro legerit; ſcribitur igitur in hoc Libro, qui aliquid per imitationem è Chriſto ebiberit, & huius Libri ſcriptura eſt is, qui forma Chriſti effectus eſt, ut præclarè innuit Hilarius in præſenti, docens nil aliud eſſe in Chriſti Libro exarari omnes & formari, quàm *ut conformes ſint gloriæ corporis Dei, & parturiantur, donec formetur in eis Chriſtus.* Quamobrem mutua quædam viciſſitudo, & reciproca actio inter Chriſtum Librum & homines, qui in eo ſcribendi ſunt, conſurgit, nam Chriſtus ſcribendus, parturiendus, & formandus eſt in homine, priùs quàm homo in Chriſti Libro formetur & ſcribatur; præcedere namque debet Chriſtus formatus in homine, & delineatus per imitationem, ut ſic in Chriſti Libro formetur & exaretur. Ex quo rurſus evenit, ut plerumque non totus homo ſcribatur in hoc Libro. Nam qui perfectus eſt,

& Chriſti imaginem omnibus virtutum numeris abſolutam gerit, ſicut totus Chriſtus in eo effigiatus eſt, & formatus, ſic totus ipſe in Chriſti Libro ſcribitur, & ipſemet Liber Chriſti eſt; qui autem imperfectam, & diminutam Chriſti æmulationem ſubijt, quia aliquam dumtaxat Chriſti virtutem in ſe tranſumpſit; ſicut Chriſtus imperfectus in eo eſt, ſic ipſe diminutè, & imperfectè dicitur in Libro Chriſti ſcribi, nempè quoad id tantùm, quod à Chriſti ſimilitudine ſuxit. Vnde Pſalmiſta ait: *In Libro tuo omnes ſcribentur*, Pſalm. 138. 16. *Omnes*, inquit, ne imperfectos à Chriſti Libro videatur expungere; quod ſcitè admonuit Auguſtinus hìc: *In Libro tuo omnes ſcribẽtur, nõ ſolùm perfecti, ſed etiam imperfecti. Non timeant imperfecti, tantum proficiãt: nec quia dixi, Non timeant, ament imperfectionem, & ibi remaneant, ubi inventi ſunt: Tantum proficiant, quantum in ipſis eſt. Quotidie addant, quotidie accedant, tamen à corpore Domini non recedant, ut in uno corpore, & in his membris compaginati poſſint mereri, de ſe dictam eſſe vocem iſtam; Imperfectum meum viderunt oculi tui, & in Libro tuo omnes ſcribentur.* Fideles ergo in uno corpore ſtrictè compacti, cùm abſolutam & conſummatã à Chriſto ſimilitudinem hauriunt, integrè ſcribuntur in Chriſti Libro, qui autem exilem, & decurtatam, imperfectè; qui verò à corpore proſciſsi abſcedunt, ſicut omnimodam Chriſti ſimilitudinem deperderunt, ſic in Chriſti Libro nullatenus inveniuntur ſcripti, nec levis eorum mentio fit. Ex his venit intelligendus locus Apocalyp. 13. 8 *Et adoraverunt eam* (nempè beſtiam) *omnes, qui inhabitant terram, quorum non ſunt nomina ſcripta in Libro vitæ Agni, qui occiſus eſt ab origine mundi*, cap. 13. 8. Ennihil habet in Chriſti Libro exaratum, qui imagine Chriſti abolitâ, beſtiæ charactere conſigniuntur.

Pſal. 138. 16. Auguſtin.

Apoc. 13. 8

5 Profectò verbum illud, quo prolato Spiritum Chriſtus exhalavit; *Conſummatũ eſt*, Ioann. 19. 30. Libri metaphoram redolet. Quaſi dixerit Chriſtus, Liber ſum, in quo ſcribendo vitæ meæ tempus inſumitur, & ex geſtis meis & functionibus, veluti periodis, & capitibus conſtruitur; Crucem aſcendens, ut vitam in ea deponam, ultimum Libro caput imponitur, ideòque Crucis myſterio peracto, ut aperiam finem iam Libro eſſe inditum, clamo: *Conſummatum eſt*, quod quidem eſt, ac ſi dixerim; iam perfectus Liber eſt, operi finis indatur, & cum fine ſuo Liber prodeat. Quocirca aptè Sixtus Senenſis celebrem, & conſpicuum Librum appellavit Chriſtum in Cruce diſtentũ lib. 2. Bibliot. verb. Vitæ Liber: *Hic igitur Agnus in Cruce ſublatus, & occiſus dicitur vitæ Liber, non ob id tantùm, quòd mors eius ſit vita noſtra, vita, inquã, & reſurrectio à morte peccati, vita præſentis gratiæ, & vita ſempiternæ felicitatis, ſed quia Chriſtus in ligno Crucis exaltatus ſit, veluti quidam celebris, & conſpicuus Liber, nõ papyro, ac membranis, verùm in ipſa Chriſti carne, ac membris aptatus, nõ atramento, miniovè conſcriptus, ſed pretioſo & incõtaminato ſanguine Agni immaculati; non calamis & avium pennis, ſed ſpinis, clavis, flagellis, ac lanceis à capite uſque ad calcem exaratus, & gemino ligno Crucis quaſi intra duas tabellas compaginatus, & concluſus. Ex quo quidem Libro poteſt quilibet Chriſtianus ſumere perfectiſſimã Chriſtianæ vitæ inſtitutionem. Neque ullus eſt, quamtumlibet rudis, & hebes homuncio, qui, modò velit, in ipſo veluti in compendio, non ſtatim, & quaſi unico intuitu, legere & ediſcere valeat, quæcunque ſunt ad piam & verè Chriſtianam vitam neceſſaria, innocentiam ſingularem, humilitatem, obedientiam, altiſſimam paupertatem, ſublimem totius mundi contemptum, aſſiduam patientiam, dolorum tolerantiam incredibilem, ardentiſſimam charitatem, & cæteras omnes virtutes ad æternæ beatitudinis aditum maximè neceſſarias. Ob id enim Liber vitæ agni, expanſis totius carnei voluminis paginis, in Cruce tanquam in pobilio aperiri, extendique voluit, ut in ipſa Crucis forma, & affixi corporis effigie legeremus, & ceu in ſpeculo contemplaremur, qualem deceat eſſe formam, & exemplar optimi Chriſtiani, nempè, ut ſe ad imaginem crucifixi hominis componat, &c.* Hæc forſan divinitus meditatus Matthæus, Hiſtoriam ſuam ab hac voce, *Liber*, auſpicandam duxit, *Liber generationis Ieſu Chriſti*: & qui Chriſtum Librum cœleſtem agnoſcens ſciebat aptiori ſe initiaturum exordio, ſi inchoaſſet, *Generatio Libri Ieſu Chriſti*, ne ſtultorum mentes in limine novitatem horrerent, & in myſterij arcanum ſtatim impingerent, mitiùs rem diggerens, maluit ſuum volumen inſcribi ſic: *Liber generationis Ieſu Chriſti.*

Ioã. 19. 30.

Sixtus Senenſ.

Matth. 1. 1.

6 Cõſultò præmiſimus gloriæ dignitatẽ, quæ Chriſto Domino ex Libri titulo ſuboritur, ut manu ducamur ex ijs ad evincendã ſingularẽ Mariæ maieſtatem, mirificam puritatis in ipſius etiam conceptionem illapſæ prærogativam. Mariam namque Filius participem glorioſi nominis *Liber* effecit, dignatuſque eſt, ut quæ nominis maieſtate honorabatur, ſacramenti quoque conſortium in-

intraret. Plures ſanè ſunt Eccleſiæ Patres, qui in nomine Libri Mariæ imponendo coëunt; eorũ tantùm ſenſum proferam, qui ex eo nomine ſpecialem gratiam in Marianam Conceptionem irrogatã adſtruunt. Satis idoneè ad inſtitutum Richardus de Sanct. Larent. lib. 12. de laudibus B. Mar. ſerm. 2. de ipſius Nativitat. propoſita verba: *Liber generationis Ieſu Chriſti*, de ſanctiſsima Domina interpretatur, inquiens: *Liber generationis Ieſu Chriſti, ſupple, hic eſt; ſed quia quod exponitur de Chriſto, poteſt exponi de B. Virgine, ut in pluribus, poteſt dici: Liber generationis Ieſu Chriſti hæc eſt; ſicut dicitur: Viſio Iſaiæ, ſubaudi, hæc eſt.* Dicitur meritò Maria Liber generationis Ieſu Chriſti, quia puriſsima Chriſti generatio temporalis totius maculæ Adæ expers in nullius creaturæ puræ generatione expreſsiùs legitur delineata, quã in Mariæ Conceptione; licèt enim Mariæ generatio eam Chriſti generationis ſingularitatem, & dignitatem non attigerit; nempè quòd viri opus non fuerit, abſciſus eſt enim lapis ſine manibus, Spiritu ſancto ſubigente, cogente, & compingente materiam illam ad tantum opus ex Mariana ſubſtantia deſumptam, in eo tamen ſimilitudo aliqua inter Filij & Matris generationem intervenit, quòd ſicut Spiritu ſancto adſtante & operante, generatio Chriſti fugit debitum & labem Adæ, quæ Adæ propaginem ignoravit; ſic Mariæ generatio, licèt per humanam Adæ propaginem immiſſa, protegente & operante Spiritu ſancto, debitum & nævum Adæ neſcivit; diſſimilis ſanè ratio in utraque generatione, ſed in eo quòd utraque Adæ infectione caruerit, ſimilis gratia. Appelletur ergo Liber generationis Ieſu Chriſti, ſingulari iure, Maria; in cuius licèt generatione modus generationis Chriſti non exprimatur, nec legatur, viſitur tamen adumbrata, & legitur prærogativa gratiæ, quæ Adæ noxã prorſus avertit; quam quidem lectionẽ nullius puræ creaturæ generatio ſuppeditare valet.

Richar. de S. Laurent.

7 Liceat aliter excogitare, quo pacto Maria Liber generationis Ieſu Chriſti poſſit adſciri, iuxta ea quæ ſuperiùs numero 4. aſſeruimus: nempè hominem in Chriſto ceu in Libro ſcribi, nil aliud eſſe quàm Chriſti facta imitari, eique per ſimilitudinem actionum adhærere; unde prius eſt Chriſtum formari & ſcribi in homine, quàm hominem ſcribi, & delineari in Chriſto tanquam in Libro. Accerſenda eſt ergo ſola Maria Liber generationis Ieſu Chriſti, quæ ſola exordium & initium Libri, hoc eſt, generationem Chriſti imitata eſt. In corpore Libri ſcribentur inſti, nam *in Libro tuo omnes ſcribentur*: quia quæ Chriſtus geſsit, iuvante Deo, potuerunt imitari; & priùs ſcribi in ſe per æmulationem, ut ipſi poſteà ſcribantur in Chriſto. In exordio tamen, & origine, hoc eſt, in compactione, & generatione Libri nullus iuſtus ſcribetur niſi Maria dumtaxat: quia ſola Mariana generatio Filij generationis altiſsimam metam potuit per ſimilitudinem attingere, evadendo immunis à peccato, ſicut Chriſti generatio illius prorſus expers fuit: ergo in initio ſeu generatione Libri Ieſu Chriſti Maria ſcripta eſt, quæ Libri generationem imitata eſt. Cùm ergo in Maria præcurrerit generationis Chriſti ſimilitudo, ut poſsit ipſa in Libri Chriſti generatione ſcribi, æquo iure nomen Libri generationis Ieſu Chriſti ſortita eſt; nam in Conceptione Mariæ, iam poterat per ſimilitudinem ſpecialis quædam generationis Chriſti gratia legi ceu in Libro. His conſonat locus Pſalmi 39. 9. *In capite Libri ſcriptum eſt de me*; loquitur perſonam gerens Chriſti Regius Vates; ſed in cuius Libri capite ſeu exordio ſcribitur de Chriſto? inquirit Ambroſius in præſenti: cenſet ipſe in initio Veteris Teſtamenti, ubi de Adæ creatione, & Evæ formatione diſſeritur. Quàm nobilis Adæ creatio? quam ut perageret ignobilem limi materiam divinæ manus ſuſceperunt, purgaverunt, attrectaverunt, ut dignè animam Spiritus Dei afflatum in eam infunderent, ſicque pura & ingenua emergeret Adæ creatio. Coſtam deinde dormientis Adami Deus excepit, & attactu ſuo ſanctificavit, ut Evæ ædificium extrueret; fieretque eius formatio, ſanctitate compacta non inferior coniugis creatione. In his ergo protoparentum productionibus, quæ caput antiqui Teſtamenti evaſerunt, ſcriptum fuit de Chriſto, in illo enim priſtinæ paginæ capite iam veluti exarabatur opus Spiritus ſancti tractantis materiam in Mariæ utero, ex qua formandum erat Chriſti corpus, ut eius generatio exundanti gratiæ effuſione ſplendeſceret: *In capite Libri ſcriptum eſt*, inquit Ambroſ. *ſcriptum profectò de Chriſto in principio Veteris Teſtamenti, quòd venturus eſſet, ut in redemptione hominũ Dei Patris faceret voluntatem, quando ſcriptum eſt; quia Evã in ſpecie Eccleſiæ ad hominis adiumenta formavit.* Si verò per Libru intelligas Mariam, ſtat etiam optimè quòd dixerit Chriſti nomine Pſaltes: *In capite Libri*, hoc eſt in initio, & primo fundamento vitæ Mariæ:

Pſal. 39. 9.

Ambroſ.

Scriptum eſt de me; quia in vitæ illius inchoatione, ſeu conceptione, iam illuſcebat meæ generationis nobilitas, eiuſque quædam lineæ, ſeu litteræ ducebantur. Tamen ſi cogitaverit Regium Pſalmidicum voce Mariæ ea verba emiſiſſe: *In capite Libri ſcriptum eſt de me*; quia ſcriptura, quæ de Chriſto enuntiatur, quoque interpretatur de ſanctiſsima Parente, ut Richardus de Sanct. Laurent. cenſet: favet etiam Marianæ Conceptioni locus, in quo gloriatur nobiliſsima Regina de ſe præceſſiſſe ſcriptum in capite Teſtamenti Veteris, hoc eſt in formatione protoplaſtorum; quocunque enim limus Adæ exprimebatur, defœcabaturque, & Adæ coſta à Deo ornabatur, non ſolùm cogitabatur mundiſſima Chriſti generatio, ut Tertulliani mens eſt, ſed & Mariæ puriſſima Conceptio, quia Filij & Parentis ſicut eadem eſt caro, eadem debet eſſe nobilitas: quòd ſi per Librum Chriſtum accipias, ut frequenter Patres, haud infirmius teſtimonium ſplendidæ Mariæ Conceptioni patrocinans conſurgit; plaudit enim ſibi Maria, quòd *in capite*, hoc eſt, in principio vitæ, ſeu generatione Filij, *de ſe ſcriptum fuerit*: nam in conceptione Chriſti, qui Liber eſt omnium iuſtorum, legitur de Maria, quod de reliquis non legitur; imitata eſt enim Parens nobilitatem generationis Filij, quam reliqui æmulari non valuerunt. Et quia imitata, iuxta ſuperiùs adſtructa, ibi ſcripta, ſcribitur enim in Chriſto, quod ab eo per ſimilitudinem delibatur.

8 Præſidium fert traditæ diſciplinæ Richardus de Sanct. Laurent. lib. 12. de laudibus Mariæ, ſerm. de eius Nativit. qui poſtquàm Mariam Librum generationis Ieſu Chriſti appellavit, ut iam præmiſimus, illud exponens Iſai. 8. 1. *Et dixit Dominus ad me: Sume tibi Librum grandem, & ſcribe in eo ſtylo hominis*, ſic inquit: *Hic eſt Liber grandis, de quo dicitur Iſai. 8. Sume tibi Librum grandem, & ſcribe in eo ſtylo hominis. Nota, quòd Spiritus ſanctus multoties loquitur Prophetis, non ut ipſi faciant, quod eis indicitur, ſed ut deſignetur quid Spiritus ſanctus operaturus ſit. Liber iſte Maria, quæ ſic dicitur Liber, ſicut Apoſtolus 2. Corinth. 3. Corinthios nominat epiſtolam ſuam; & dicitur Liber iſte grandis dignitate, ſcientiæ profunditate, multimoda difficultate, ſententiarum inſcrutabilitate, & omnimoda utilitate.* Ergo nomine Libri Maria intelligenda eſt, *Generationis Chriſti*, hoc eſt, in qua Chriſti generatio, illiuſque puritas totius avitæ labis expers adumbrata, & veluti inſcripta præceſsit. Et ut hanc fuiſſe mentem Richardi convincam, in examen, & elucidationem voco verba illa: *Liber iſte Maria, quæ ſic dicitur Liber, ſicut Apoſtolus nominat Corinthios epiſtolam ſuam.* Quæ ut intelligantur, Apoſtoli verba præmittenda ſunt: *Epiſtola noſtra vos eſtis ſcripta in cordibus noſtris, quæ ſcitur & legitur ab omnibus hominibus, manifeſtati, quòd epiſtola eſtis Chriſti, miniſtrata à nobis, & ſcripta non atramento, ſed ſpiritu Dei vivi*, 2. ad Cor. 3. 2. Sic ergo Maria formatus Liber, ſicut Corinthij effecti epiſtola Pauli, cuius ſcriptioni, & veluti fabricationi materiâ non atramentum miniſtravit, ſed Spiritus Dei, ut nulla in eiuſmodi epiſtola eſſet macula, nigredo nulla, nil quod carneum ſaperet, ſed ſpirituale: ſic in Marianæ compaginatione ſubſtantiæ, & coagulatione, ut nomen Libri cœleſtis mereretur, nil fuit atratum, nil infectum, nil ab hominibus acceptũ, quo denigraretur; divina enim operatio Librum hunc & ſcripſit, & perfecit, ut non tã humanum opus videretur, quàm divinũ. Deinde ſic dicetur etiam Maria, *Liber generationis Ieſu Chriſti*; ſicut Paulus dixit Corinthios epiſtolam ſuam; nam quemadmodũ in vita moribuſq; Corinthiorũ, legebatur ſeu innoteſcebat ſpiritus Pauli, zelus, ardor, labor, ſolicitudo, ſedulumque virtutum ſtudium, per eamque epiſtolam circumferebatur Apoſtolus omnibus commendatus, ut elegantèr elucubratur Iuſtinianus noſter: ſic Maria dicitur, *Liber generationis Ieſu Chriſti*; quia ipſa ſola eſt, quæ ſuæ generationis, & conceptionis prærogativis, cœleſtibuſque gratiarum donis illã ab omni originis macula prætuentibus, illucẽſcenti quodã ſplẽdore, oſtendit eminentiſſimam ſanctitatem, & gratiam Chriſti Filij generationi delatã; quæ quidem in Maria velut in Libro eam prodente perfectiùs elucet, legiturque quã in creatura alia. Nulla eſt enim ſimilior generationi Filij, quàm Matris generatio.

9 Ex eodem Iſaiæ loco, quo Liber aſſeritur Maria, Epiphanius huius Reginæ originalem dignitatem, quâ cæteris præfulget creaturis, miro ingenij acumine deducit; vice enim verborum illorum: *Sume tibi Librum grandem*, legit ipſe Hæreſi 30. *Accipe ſegmentum chartæ recentis, ac maioris.* Sed quo pacto Liber ingens granditate ſegmentum chartæ, ſeu Libri nuncupatur, non enim ſatis ſibi videtur cohærere Liber grãdis, & ſegmentũ Libri? imò ideò profectò Liber grandis Maria, quia ſegmentũ Libri. Non enim eo ordine, eâ ſtructurâ, humanâque operâ Marianus compaginatur Liber, quâ humani generis volumen extruitur, & compingitur, ſectus eſt Marianus Liber

2. ad Cor. 3. 2.

Iuſtinian.

Iſai. 8. 1.

Epiphan.

ber ab uſu, communique conſuetudine, quâ reliqui conſumuntur, & conficiuntur. Nam cùm cæteri lege peccati ab Adamo elabente ſoleant vitioſè, & deformiter conglutinari, avulſus & diſſectus ab ea conſuetudine Liber Mariæ affabrè & ſtudioſè, communique turpitudine devitatâ conglutinatus eſt, Spiritu ſancto adſtante, & exornante illius extructionem, univerſaliſque conſuetudinis fluxum omnia infeſtantem dimovente. Accipe Epiphanium: *Dixit Iſaias: Accipe ſegmentum chartæ recentis ac maioris: ubi ſegmenti uſus eſt vocabulo, quòd etſi virili ſemine propagata ſit Virgo, ea tamen ſit à naturali hominum conſuetudine velut ſecta*: deſcendit quidem è virili ſemine Maria, ſed eius propago & generatio pravam virilis ſeminis conſuetudinē humanas ſemper generationes polluentem & inficientem non experta eſt, quia ab ea diſſecta, & velut diſciſa eſt. Non ſanè ambiges de Epiphanij mente, ſi attenderis ipſum ex eodem Iſaiæ loco digniſsimam Chriſti generationem labem humanæ originis procul arcentem fuiſſe conteſtatum; ſubiungit enim: *Vniverſi quippè homines è virili ſemine gignuntur. At Chriſti generatio uti naturaliter ex muliere, Maria ſcilicet Virgine, naturam duxit humanam; ità præter naturam ab originis humanæ conſuetudine reſecta eſt.*

10 B. Antoninus ſe interpretem eiuſdem loci præbens, Mariæ Libri Scriptorem ſpiritum ſanctum deſignat, quippè qui illam à conſueto naturæ trámite divulſerit. B. Antoninus. Etenim 4. p. tit. 15. cap. 5. ait: *Dicitur Maria Liber, quia continuit in ſe divinam Sapientiā, id eſt, Filium Dei, de quo Libro dicitur Iſaiæ: Sume tibi Librum grandem, & ſcribe in eo ſtylo hominis. Liber iſte grandis fuit B. Maria; fuit grandis, quia continuit divinam Sapientiam, cuius nō eſt numerus: Scriptor huius Libri fuit optimus, quoniam Spiritus ſanctus, qui omnium eſt Artifex, & omnem habet ſapientiam.* Certè ſi divina Sapientia ſcribenda erat in Libro Mariæ, inconſentaneum erat, & importunum, ut ab inſipientiæ, & ſtultitiæ litteris auſpicia ſumeret, primamque vitæ illius paginā Auctor pravitatis contaminaret, primumque illius florem iniquitatis veneno laſſaret. Hanc tortuoſitatem, deformemque concipiendi modum damnat Antoninus, cum Spiritum ſanctū Mariani Libri appellat Scriptorem; ſi enim ab exordio uſque ad finem Librum Marianæ vitæ ſcruteris & evolvas, nihil invenies, quod Spiritus ſancti non ſit. Quæ enim conventio Spiritus ſancti, & Beliat, lucis & tenebrarum? Quod commercium Spiritus ſancti, & dæmonis, ut Libri, cuius Scriptor & Auctor nominandus erat Spiritus ſanctus, dæmon auctor & ſcriptor priùs diceretur, & haberetur, eumque pravitatis ſuæ characteribus ſpurcaret, ſigilloque iniquitatis poſsideret, & infamaret, antequàm in Spiritus ſanctus in ſcripturæ ſuæ opus illud ſuſciperet? Nonnè ſatis foret indecorum, & abſurdum; ut de Libro, cuius Scriptorem ſe Spiritus ſanctus exhibet, gloriaretur dæmon, dicens: In capite huius Libri ſcriptum eſt de me? Et verè ſcriptum eſſet de dæmone in capite Mariani Libri, ſi in exordio, & Conceptione vitæ eius, elementa iniquitatis ſuæ ille impreſſiſſet, & expreſſiſſet. Idem autem Antoninus ad ea verba Pſalm. 76. *Et ipſe fundavit eam Altiſſimus*, ſic inquit rurſus: *B. Maria Liber fuit, quia continuit in ſe divinam Sapientiam, id eſt, Filium Dei: in libris enim continetur ſapientia deſcripta; & ex hoc innuitur totalis eius puritas, ſcilicet in anima & corpore; quia ut Sapient. 1. dicitur: In malevolam animam non introibit Sapientia, nec habitabit in corpore ſubdito peccatis.* Cùm B. Maria Liber Sapientiæ fuerit, quàm congruè dignèque aſſeritur: *Liber generationis Ieſu Chriſti*, qui divina Sapientia eſt! Quapropter cœleſtis ſapiētiæ generatio temporalis, virtute divini Spiritus operante, in illa fuit exarata & perfecta, ut in Maria, & ex Maria divina Sapientia hominibus innoteſceret: *Et ex hoc innuitur totalis eius puritas, ſcilicet in anima & corpore*: & quæ, oro, eſt totalis in anima & corpore puritas, niſi quæ labe originis caret? Quo enim pacto credendum eſt, divinæ Sapientiæ ſcripturam, aliquando ſcripturā iniquitatis & ſtultitiæ præceſſiſſe; & qui divinis ſuſcipiēdis deſtinabatur ſcriptionibus, primævæ ignorantiæ elementis prævaſiſſe corruptam? Vbi diffidium videtur aſſignare Antoninus inter dignitatem unionis phyſicæ & realis, quā divina Sapiētia Marianæ carni ſe conſtruxit, & auctoritatem unionis moralis, & affectivæ, quā per gratiam iuſtorum animis ſe immiſcet; verè indecens nō eſt, ut in corpore ſubdito peccatis habitet divina Sapientia per gratiæ præſentiam, & ingrediatur uniēda affectivè animæ, quæ aliquādo malevola fuerit. At tāta eſt maieſtas & celſitudo unionis phyſicæ divini Verbi, ut anima & corpus, cuius carni connectendum ſit Verbum, procul ſemper debeāt eſſe à ſubiectione & ſubactione peccati, ita ut anima in nullo inſtanti malevola potuerit appellari, & corpus nunquam ſubditum fuerit peccatis. Quamobrem Antoninus, ut divino teſtimonio fulciat, quantum deceat, oporteatque animum & corpus Mariæ totali puritate ornari, in quod ingteſſu- B. Antoninus.

ra erat divina Sapientia eius carnē per realem,& arctissimā unionem sumptura, inducit meritò locum Sapient. 1.4. inquiens: *Et ex hoc innuitur totalis eius puritas, scilicet in anima & corpore, quia ut Sapient. 1. dicitur: In malevolam animam non introibit sapientia, nec habitabit in corpore subdito peccatis.*

Sapient. 1. 4.

11 Huc etiam spectasse autumo Andreā Ierosolymit. serm. in salutat. B. Mariæ, cùm inquit: *Benedicta tu in mulieribus, quam Isaias Propheticis oculis conspicatus Prophetissam, & Virginem nuncupavit, laterem insuper & locum, visionemque, & libri caput, idque sigillo consignatum manifestè appellavit.* Locus Isai. sic se habet cap. 29. 11. *Et erit vobis visio omnium sicut verba ligni signati, quem cùm dederint scienti litteras, dicent: Lege istum; & respondebit: Non possum, signatus est enim.* Andreas verò ex alio exemplari transtulit: *Libri caput*; & cuius caput libri? nempè Evangelici: *Libri Generationis Iesu Christi*: quem titulum velut caput operi suo Matthæus imposuit, in quo ait Andreas Mariam designatam, cuius dignitas & excellētia ut promicet, ait: *Libri caput*, quod quidem in Maria est sigillo munitum, & consignatum; quo profectò verbo Mariæ cādor originalis omnem exterminans obscuritatem, quæ per naturæ traductionem ei posset obtingere, mirè perlucet. Nam si vim sigilli, & potestatem dispicias, & eius functionem, & effectū rimeris, quem rei infert sigillatæ. Gregorius Nissenus ad ea verba Cant. 4. 12. *Hortus conclusus, Soror mea, Sponsa, hortus conclusus, fons signatus*, homil. 9. in Cant. aperiens quid fuerit operata sigillatio in Sponsa, scribit: *Fons signatus, perinde est, ac si dicas, custoditus. Quoniam ergo signaculum ei, quod per ipsum custoditur, hoc donat, ut minimè surripiatur, signo furem deterrens. Quidquid autem non surripitur, Domino manet integrum, videtur hic laus Sponsæ de summa virtute ferre testimonium.* Maria ergo est Liber, qui caput habet sigillum fultum: caput, inquam, quod initium est, & cōceptio vitæ eius; á concep tione enim sumit caput, & exordium hominis vita. Quocirca habere caput sigillatum, nil est aliud, quàm habere generationem custoditam & sigillatam, quæ quidem prædæ raptoris nunquam patuit, quæ nulla illius incursione fuit temerata, aditum illi interdicente sigillo, imò cum pavore & tremore deterrente, & procul fugante, ita ut præ eximia reverentia, nec adortus conatum machinari fuerit ausus. Quapropter mansit libri caput Domino integrum, nec aliqua ex parte sui fraudatū, aut vitiatum. Quod herclè verum nō esset, si in aliquo momento á fure fuisset depræ-datum, aut pollutum.

And. Ierosolym.

Isai. 29. 11.

Cant. 4. 12.

Greg. Nissen.

12 Nec omittenda est nobilis interpretatio huius Isai. loci 29. 11. quam in honorē Deiparæ peperit devotionis affectus Richard. de S. Laurent. ubi sup. *Maria est Liber signatus, de quo legitur Isai. 29. erit vobis visio omnium sicut verba Libri signati, quem cùm dederint scienti litteras, dicent: Lege istum, & respondebit: Non possum. Signatus est enim Liber iste Iudæis sigillis septem, sicut dicitur Apocal. 5. Argumentantur enim sic contra veritatem huius Libri: Virgo fuit, ergo sterilis. Concepit, ergo corrupta est. Portavit, ergo gravata. Peperit, ergo cum dolore. Iacuit, ergo debilis. Purificata est, ergo immunda. Circumcidit puerum, ergo puer habuit originale, ideò Liber iste positus est in latere arcæ, Deut. 31. ut sit Iudæis in testimonium, id est, in damnationem. In hoc autem Libro tot sunt litteræ quot virtutes, & qui non habet virtutes, nescit litteras, nescit legere in hoc Libro.* Signatus vocatur Marianus Liber, quia prærogativæ & gratiæ cœlitùs ei cencessæ multis occultæ sunt, & obscuræ, & quasi sub sigillo conclusæ; quas ideò nec aperiunt, nec intelligunt, quia naturæ consuetudini, & ordini nimis adhærent, legumque universalitatis reliquos homines comprehendentium prolixâ observantiâ detinentur, ideòque quia solemne ius naturæ est, ut Virgo sterilitate prematur: quæ concipit, corrumpatur: cuius uter fœtu sumet, gravescat: quæ parturit, doleat: quæ purgatur, immunda præcesserit; de Mariæ virginitate philosophātur infœcunditatem: de eius conceptu: corruptionem: de uteri graviditate molestiam, de eius partu cruciatuum torturam, de eius purificatione legalem squalorem: verè errāt, qui ut sigilla privilegiorum, quæ in Libro Mariæ scripta sunt, solvant, à naturæ lege, & tramite obstinatè nolunt resilire: quomodo enim inri naturę, & eius institutis nimium addicti, semperque in ea oculos defixos habentes, intelligent, quæ præter naturā sunt: verè damnatur modus argumentandi de ordine & consuetudine legis ad Mariam: sic cæci Iudæi, ut ait Richardus, in præfatis miserè errarunt: sic etiā sæpè viri fideles, quæ in Mariæ Libro sigillantur, nec evolvunt, nec percipiunt; nimiū enim observatores sunt legis illius humano generi semper imminentes: *Omnes in Adā peccaverunt*; nec attendunt divinam potētiam, quæ ab ea immunem præstare valuit Mariam, sicut à præhabitis liberam statuit, supra naturam est opificium Mariæ, ideóque naturæ legibus, & disciplinis nequit mēsurari. Non enim quia omnes peccaverunt

Isai. 29. 11.

Richar. de S. Laurent.

in

in Adam, credant Mariam communi labi ſubiacuiſſe, à qua Deus illam valuit præſervare, & præſervavit. Certè frequenti orationi, omnigenæque virturis ſtudio inſiſtẽdum eſt ijs, quibus ſigillum puriſsimæ Conceptionis Mariæ adhuc occluditur: *Quia in hoc Libro tot ſunt litteræ, quot virtutes, & qui non habet virtutes, neſcit litteras, neſcit legere in hoc Libro.* Privilegia enim, & gratiarum fontes, qui in Mariæ animum confluxerunt, adeò exundantes ſunt, ut vix ſit, qui eorum plenâ notitiâ imbuatur; hæc eſt enim gloria Chriſti, ut quemadmodum nemo noſcit Patrem, niſi Filius, ſolus ſit Filius, qui perfectè calleat gloriam virtutis Matris, quapropter ſubiungit Richardus: *Maria eſt Liber, quem vidit Ioannes Apocal. 5. in dextera ſedentis in throno ſignatũ cum ſigillis ſeptem; in hoc enim Libro continetur omnis ſcientia, quæ pertinet ad ſalutem, quem tenet Chriſtus in dextra, non in ſiniſtra, quia ſpiritualem ſcientiam, quæ in eo latet, bonis aperit, ideò dicitur teneri in dextera Dei, quaſi ad aperiendum; malis claudit, ideò dicitur ſignatus. Et nota, quòd Ioannes flebat multum, quia nullus dignus inventus eſt ſolvere ſignacula Libri, niſi ſolus Agnus, quia nemo novit Patrem, niſi Filius, & cui Filius voluerit revelare, ſicut dicit de Patre Matth. 14. ſunt autem hæc ſigilla: primùm, quòd ſine corruptione facta eſt fœmina, &c.* In dextera Dei inſtar Libri ſignati eſt Maria, qui locus iuſtitiæ, & ſanctitatis eſt, utpotè per eam iuſti in ultimo iudicij examine diſcernendi. Nil lævum, nil ſiniſtrum fuit in Maria; illius gratus aſpectus iuſtis ad dexteram locatis aperiendus: impijs verò obſeratus, & obſignatus. Signatus eſt Marianus Liber improbis: quaſi eorum aſpectui ad hunc librum ſit via intercluſa. Adeò enim eſt puriſſimus, ut vel à pravis videri, ſui quaſi reputet maculam; & ideò dicitur ſignatus, ne impiorum oculorum prædæ, & impreſſioni ſit obvius. Quo pacto ergo poſſeſſa fuerit à dæmone Maria, & eius ſubacta dominio, quæ impietatis refugit aſpectibus maculari? Signatus dicitur præterea, quia privilegia gratiæ ei delata non omnibus ſunt manifeſta, & cognoſcenda traduntur ijs, qui ad dexteram Dei ſunt, ideò ſignatum librum dextera Dei tenet. Non aſſeram impios eſſe, & reprobos, qui prærogativam mundiſſimæ Conceptionis Mariæ (quam adhuc Eccleſia non diffinivit, & ſanxit, licèt pro ea militet altaria erigens, ſolemnia inſtituens, indultaque, & gratias Cõceptionis imaginibus concedẽs) non fatentur; multi enim præclaræ notæ, & vitæ homines ei non aſſentiunt, quia hoc myſterium adhuc illis ſub ſigillo eſt: at non inficiabor, ijs, quibus apertum eſt huius ſacramenti ſigillum ad dexteram Dei ſtatui, qui locus eſt favoris, & amicitiæ, quaſi ſingulare pignus divinæ gratiæ accipiant, & locum prædeſtinationis teneant ij, quibus Marianæ Conceptionis ſigillum alijs obſignatum referat, & expandit Deus. Quare meritò ſubdit Richardus: *Et nota, quòd Ioannes flebat multum, quia nullus inventus eſt dignus ſolvere ſignacula Libri, niſi ſolus Agnus, &c.* Non abs re ſanè ſpectat ad Ioannem, utpotè ſpecialem Mariæ Filium ipſi à Chriſto commendatum, eiuſque curæ, & amori concreditum, pia fundere lamenta, eò quòd Mariana privilegia, & excellentiæ (quorum prima eſt Conceptio illibata, humanique contagij expers, quam ſignat Richardus, dũ ait: *Primùm, quòd ſine corruptione facta eſt fœmina*; formamur omnes in corruptione, abſque corruptione formata eſt ſola Maria) adhuc aliquibus quaſi ſub ſignaculo occludantur. Et licèt ſplendidiſsimæ Marianæ Conceptionis arcanum iam matutinare cœperit, eiuſque exoriens fulgor ab Eccleſia ſummo in honore haberi, non tamen apertè, & manifeſtè eſt reſeratum; impoſitum quidem oppoſitum ſentientibus ſilentium, ſed ſentiendi libera unicuique permiſſa poteſtas. Quod quidem eâ ratione à Deo ſic fuiſſe proviſum arbitror, ut favoris, & gratiæ ſuæ inſignia apud ſe ipſum ſervet, nec confuſè, indiſtinctèque ea elargiatur: ut qui ſolus novit Matris immaculatam ab origine ſanctitatem, eam pro liberalitatis, & amoris ſui arbitrio diſpenſet, & aperiat: plurimumque cœleſtis muneris acquiſiviſſe ſe putent ij, quibus dignatus eſt eam Filius revelare, itaque Mariam credere ab omni traduce infectæ naturæ immunem, ſolemne eſt divinæ dignationis pignus, & cœleſtis gratiæ ſingularis ſplendidaque nota.

13 Prætereà Richardus de S. Laurẽt. ubi ſup. in commendationem candidiſsimæ Conceptionis Mariæ aſſumit interpretandum locum Ierem. 36. 32. *Ieremias autem tulit volumen aliud, & dedit illud Baruch filio Neriæ Scribæ; qui ſcripſit in eo ex ore Ieremiæ omnes ſermones Libri, quem combuſſerat Ioakim Rex Iudà igni, & inſuper additi ſunt ſermones multò plures, quàm anteà fuerant.* Combuſto igitur priori libro, qui exaratus manu Baruch ex ore Ieremiæ vaticinium continebat in Regem, ſucceſsit Liber denuò ſcriptus à Baruch, & à Ieremia dictatus, & novis ſermonibus, & myſterijs, quæ in priori ſcripta non fuerant; ditatus, & exornatus: huic ſiquidem Richardus comparans Mariam ſic ſcribit: *Maria eſt Liber, quem ſcripſit Baruch ex ore Ieremiæ,* Ierem. 36. 32. Richar. de S. Laur.

miæ, qui ex ore Ieremiæ ſcripſit omnes ſermones Libri, quem combuſſerat Rex Iudà igni, & inſuper additi ſunt ſermones multò plures, quàm anteà fuerant. Baruch Scriptor Spiritus ſanctus Scriptor Patris. Ieremias eſt Pater; os Ieremiæ Filius eſt, quaſi diceretur à tota Trinitate. In Beata Virgine bona nobis data, & deſtructa per Ioakim Regem Iudà, id eſt per Adam, reperta ſunt, & etiam plura, & meliora bona, quàm priùs. Multò enim beatior fuit Maria, quã Adã, & quidquid amiſimus, nobis per Mariã reſtitutũ eſt cũ multo fœnore gratiarũ. Opus totius Trinitatis fuit Maria; Liber à tribus Perſonis editus; divina mens Patris concepit gratiarum, & dotum cœleſtiũ privilegia in eo Libro ſcribenda, & communicavit ori ſuo, qui eſt Filius, ut per divinum Verbum enuntiarentur Spiritui ſancto; qui digitus Dei eſt, ſcribenda. Livoris ſui igne labefactavit dæmon gratias, & dona, quæ in primo volumine, nempè in Adamo, fuerant divinâ manu exarata; ſed ſermones omnes & munera, quæ in illo perierunt deleta, reſcripta fuerunt in Maria: ſic enim Textus ait: *Qui ſcripſit in eo ex ore Ieremiæ omnes ſermones Libri, quem combuſſerat Ioakim Rex Iudà igni*: & verè ſi prima origo Mariæ, & eius Conceptio illæſa nõ maneret, liberaque ab igne primæ maculæ genus humanum depopulante, nequaquã gratiæ omnes, quæ ſcriptæ fuerunt in Adamo, inventæ fuiſſent in Maria; deeſſet enim gratia & ſanctitas, quâ compacta fuit, & concreta Adami formatio; ergo Cõceptio Mariæ, ut verum teneat loci interpretatio, illuſtrata fuit ſplendoribus ſanctitatis: & eâ ratione quidquid genus humanum amiſit per Adamum, gaudet ſibi reſtitutum per Mariã cum multo fœnore gratiarum; in Maria etenim ſpectavit candorem illum originalẽ, quo humana propago conciperetur, ſi Adamus inobedientiæ crimine nõ fuiſſet adſtrictus, eumque locupletioribus gratiarũ muneribus cumulatum.

Richar. de S. Lauren. Ezech. 2. 9.

14 Demũ Richardus extricandũ aſſumit locum Ezech. 2. 9. *Et vidi, & ecce manus miſſa ad me, in qua erat involutus Liber; & expandit illum coram me, qui erat ſcriptus intus & foris, & ſcriptæ erant in eo lamẽtationes, & carmen, & væ.* Diffusè pius Doctor ſingula verba explanat, æſtimans in Libro hoc figuratam eſſe Mariam, & gratiarum dignitatem ei conceſſam: non niſi in manu Dei primùm apparet Marianus Liber, nam per manum miſſam Dei manum

Polychron.

intelligit Polychronius: ſic enim oſtendit Deus, proprium locum Mariæ, & thronum ſemper extitiſſe Dei ulnas; non enim niſi in manu Dei poteſt videri, aut cognoſci Maria, qui locus immunitatis eſt & ſecuritatis; nam quod in manu Dei eſt, hoſtium incurſibus non patet, dicente Domino de ſuis ovibus, Ioann. 10. 28. *Et non rapiet eas quiſquam de manu mea*; oſtendit igitur divina manus involutum Mariæ Librum; quia occulta ſunt gratiarum munera in eo ſcripta; aliquid earum explicuit Apoſtolica prædicatio, & quotidie habet, quid explicet & evolvat Eccleſia ſancta: nec enim cenſendũ eſt, ideò aliqua eximia prærogativa caruiſſe Mariam, quia eam adhuc diffinitivo iudicio Eccleſia non evolverit; quod enim involutum eſt, non ideò non exiſtit, quia non apparet; neque deperditur, aut ſubſtantiâ caret, quod abſconſum eſt: *Vel ideò dicitur hic Liber involutus, & ſcriptus* (ſubiungit Richardus) *quia in eo fuerunt omnes theſauri ſcientiæ & ſapientiæ abſconditi.* Erat ſcriptus Liber intus & foris: intus, per virginitatem mentis; foris per integritatẽ carnis; & quæ eſt mens virgo, niſi quæ nunquã corruptionẽ culpæ fuerit paſſa? Sicut enim caro, quæ ſemel integritatem deperdidit, & violata eſt, virgo appellari nequit, ſic mens quæ ſemel peccato deturpata eſt, verè virginitatem dicetur amiſiſſe: unde ſi Mariæ mens virginitate eſt ornata, neceſſum eſt dicere, eam in Conceptione communis labis turpitudini non ſuccubuiſſe. Denique ad ea verba deveniens Richardus: *Scriptæ erant in eo lamentationes, & carmen, & væ*, inquit: *Totum non convenit huic Libro; Lucifer enim in ſui natura ſcripſit væ, & hoc indelebiliter; Adam in ſui natura lamentũ, ſed delebiliter; ſed in Libro iſto indelebiliter ſcriptum eſt carmen, & hoc ſine væ.* Quomodo enim carmen ſine væ ſcriptũ ſit in Libro Mariæ, ſi piaculũ & væ Adæ in eo expreſſum fuiſſet?

§. II.

Conceptio Mariæ qua ratione generationi humanæ verbi exæquatur.

5 *DIggeruntur verba Paſchaſ. confertur mundities intellectus uteri paterni, ex qua divina generatio prodijt, cum utero Mariæ, ex qua temporalis. Locus Iſai. 53. 8. mixtim de utraque generatione expoſitus à Patribus Athanaſ. Procop. Idem locus tam de Chriſti, quàm Matris generatione intellectus à Richardo de S. Laurent.*

6 *Parilitas divinæ & humanæ Chriſti generationis in commendationem illibatæ Conceptionis Mariæ, ex Hugon. de Sanct.*

Ioã. 10. 28.

Sanct. Victor. cuius verba librantur.

7 *Ebibit lucem locus Hugonis, ex Leone, Ambroſ. & Prudent.*

8 *Provehitur inter humanam, & divinam generationem ſimilitudo, ex Theodoto & Epiphan.*

9 *Ex loco Pſalm. 2. 7. tripliciter à Patribus enodato evincitur triplex Filij Dei uterus, nempè intellectus paternus, vulva virginalis, & alvus ſepulchri, in quibus pariter originalis munditia emicuit, locus Auguſt.*

1 LIBER GENERATIONIS, in qua verba ſic Paſchaſ. *Quæri etiã poteſt, & profundiſſima quæſtio videtur: cur Matthæus publica voce, Liber Generationis Ieſu Chriſti dixerit, cùm Iſaias clamet, & dicat: Generationem eius quis enarrabit? Si enim, quis, pro impoſsibilitate ibi accipitur, quomodo hic iſte generationem eius narrare poſsibile ſibi iudicavit? Niſi quia ibi de generatione, quæ ſecundùm divinitatem eſt, dictum putamus; hìc autem de generatione, quam pro nobis ſecundùm hominem ſuſcepit, quamquam & iſta magna ex parte inenarrabilis eſſe credatur.* Itaque & divina generatio ineffabilis eſt, & Chriſti generatio temporalis ſuo modo indicibilis: quia plura ſunt, in quibus utraque generatio ſimilitudinis vinculo fœderatur. Temporalis enim divinæ ordinem, & ſeriem videtur imitata; æterna quidem ſine Matre, temporalis ſine Patre: æterna è fœcundiſſimo, ſed virgineo paterni intellectus utero erumpẽs; temporalis in virgineo alvo fœcũditate ditato elaborata, utraque nobilitatem, ingenuitatem fontis ſui, & originis connotans. Nam ſicut divina generatio expetit ſanctitatem, à qua procedit; quæ in ſuo neutiquã fuerit principio ullâ maculâ labefactata; ſic conſequens erat, imò & decens, ut temporalis generatio ſanctitatem, & puritatem expoſceret Matris, quæ in ſuo principio labem omnem detrectarer. Quocirca ſicut nomen divinæ Generationis commendationem omnigenæ puritatis, & excellentiæ principij ſui imbibit; ſic temporalis Verbi generatio omnimodam ſublimitatem, & nitorem illibatum materni pectoris prædicat. Vnde velut ſi mutuâ, & conſonâ quadã harmoniâ Generatio divina Verbi, & humana ſibi reſpondeant, placuit Spiritui ſancto utramque eiſdẽ vocibus vaticinij portendi: *Generationem eius quis enarrabit?* ait Iſai. cap. 53. 8. quem locum paſsim Patres de æterna Generatione interpretantur: & frequenter quoque de tẽporali, ut Athanaſ. lib. 1. de Incarnatione Verbi: *Hic qui natus eſt è Virgine inenarrabilem habet ſecundùm carnem generationem. Non enim habet patrem ſecundùm carnem, cùm ipſe ſit conceptus ex Virgine & Spiritu ſancto.* Ita enim ſimilis evadit temporalis generatio æternæ, ut eiſdem utraque vocibus enũtietur; & quæ intereſſet ſimilitudo inter utramque, ſi altera Patrem exigeret totius fontem ſanctitatis, altera verò Matrẽ, quæ primordialis nævi notam ſubiret? Favent his verba Procopij Gazæi, qui rationem inveſtigans ob quam inenarrabilem effuderit Vates Chriſti generationem, ex ſequentibus verbis eam depromit: *Generationẽ eius quis enarrabit? quia abſciſſus eſt de terra viventium.* Quaſi ex eo, quòd terreni cẽſus nil ei inhæſerit, ſed ex ſubſtantia fuerit cõpactus, quam humanum nunquam affecit contagium, Chriſti Generatio ineffabilis adſtruatur: *Si Generationis modus quæratur, ideò enarrari nõ poteſt, quòd tollitur à terra vita eius, id eſt quòd eorum, qui in terra degunt, ipſa eius ſit in carne longè vita excelſior, qui ſolus peccatum non admiſit.* Verè non penitùs à terra Chriſti caro ſublata videretur, ſi de illa ſumeret carnem, quæ in ſui origine turpitudine fuiſſet generis coagulata, & luteæ filiorum Adami maſſæ prurigine cõſpurcata. Cæterùm ſi Chriſti Generatio ideò dicitur inexplicabilis, quia eius vita in tantum omnium ſublimior vita mortalium evehebatur, ut totius expers extitiſſet peccati. Hinc puritas Generationis, ſeu Conceptionis Mariæ evincitur: cuius vita adeò cœleſtis fuit, & terrigenis omnibus altior, ut Deo ſolo ſit inferior, quam nec in primordio nulla lues terrenæ tinxit pravitatis. Vnde Richard. de S. Laurent. lib. 8. de laudibus Mariæ: *Maria* (inquit) *mõs eſt, quia omni terra adiacente ſuperior, id eſt, omni pura creatura: cœlo, id eſt ſolo Chriſto Deo, & homine inferior. Vnde B. Anſelmus: Nihil æquale Mariæ, nihil niſi Deus maius Maria.* Quapropter analogâ quadam proportione de utraque & Filij, & Parentis generatione dictũ à Prophetа piè credendum eſt: *Generationẽ eius quis enarrabit?* Nam ideò utraque inenarrabilis eſt, quia Mariæ, & Filij vita à terra tollitur: *Id eſt*, iuxta Procopium, *quòd eorũ, qui in terra degunt, ipſa eorum ſit in carne longè vita excelſior, qui ſoli peccatum non admiſerũt.* Sicque vaticinium hoc Iſai. æquè invenio de ſtirpe & germine eius interpretatum eſſe Richardum lib. 4. *Generationem eius quis enarrabit? eius, id eſt, Chriſti, vel eius, id eſt Virginis.*

Paſchaſ.

Iſai. 53. 8.

Athanaſ.

Procop.

Richar. de S. Laur.

6 Si verò contendas adhuc Iſaiæ prædictionem de æterna Verbi generatione eſſe ac-

accipiendam; verè non ibis inficias, temporalem generationē Chriſti ad illius fuiſſe ſimilitudinem in Marianæ originalis incorruptionis commendationem efformatā, cuius cum illa proportionem, & parilitatem luculenter Hugo de Sanct. Victor. excogitavit, Apolog. de Verb. Incarn. cap. 3. *Quia à corruptione genus humanum liberandū erat; idcircò pretiū redemptionis incorruptum eſſe debuerat. Propterea Mater Virgo electa eſt, ut de munda immaculatus naſceretur, ut ſicut in cœlo Deus habet Patrem immortalem æternus: ſic in terra haberet Matrem Virginem incorruptus. Igitur in cœlo qualis Pater, talis Filius: & in terra qualis Mater talis Filius. In cœlo autē cū Patre æternus & immenſus; & in terra cū Matre immaculatus & manſuetus. In cœlo cū Patre incorruptus & ſublimis; in terra cū Matre virgo & humilis. In cœlo imago Patris; in terra imitator Matris. Talis ergo Agnus, qualis Mater agni, ex mūda mūdus, ex Virgine incorruptus. Per Virginem veniens ad nos, per virginitatem præcedens nos: per incorruptionem veniens ut peccatū tolleret, per virginitatem præcedēs ut virtutem demonſtraret; veniens ut conferret remedium, præcedens ut daret exemplum. Non enim potuit arbor bona malum fructum facere; quoniam omnis arbor ex fructu ſuo cognoſcitur. Radix integra, ramus incorruptus.* Pro ſententia Hugonis enucleanda adverte in præſenti ab illo: *Incorruptionem, incorruptum, mundum, & immaculatum*, non pro virginitate, & virgine ab illo accipi, ſed pro integritate perfectæ iuſtitiæ, quæ omnem à ſe immunditiā, & corruptionem etiam originalem excutit. Evincitur id ſanè manifeſtè ex illis verbis: *Quia à corruptione genus humanum liberandum erat, idcircò pretium redemptionis incorruptum eſſe debuerat.* Liberandum utique erat genus humanum nō à corruptione virgineæ integritatis, ſic enim matrimonium abolere conaretur Verbum adveniens: ſed à corruptione peccati, & ideò pretium redēptionis omnino debuerat eſſe incorruptum; hoc eſt omnem à ſe abijciens maculam, pro qua offerebatur, diluenda. Attende ergo nūc ſimilitudinem, quam philoſophatur Hugo inter æternam, & temporalem Chriſti generationem: *Propterea Mater Virgo electa eſt, ut de munda immaculatus naſceretur.* Vt immaculatio in Filio, mūditiei reſponderet in Matre, & quemadmodum Filiū eſſe immaculatum, non illius dumtaxat virginitatem, ſed etiam prædicat originalis & actualis labis extruſionem; ſic matrem mūdam eſſe, non dicit Virginem illam eſſe ſolummodò, ſed virgineam mentem quoque eſſe nactam, & nullâ originis infectione violatam. Quapropter ſubdit: *Vt ſicut in cœlo Deus habuit Patrem immortalem æternus, ſic in terra Matrem haberet Virginem incorruptus. Igitur in cœlo qualis Pater, talis Filius; & in terra qualis Mater, talis Filius. In cœlo cū Patre æternus & immēſus; & in terra cū Matre immaculatus & māſuetus.* En quomodo immaculatio in Filio ſimilis perhibetur Matris puritati, ut non de integritate tantummodò corporis, ſed de iuſtitiæ totali, & originali munditia intelligatur fluxiſſe comparatio.

Hugo de S. Victor.

7 Quòd ſi adhuc obſtinato defendas animo, virginitatem ſolùm Filij cum Matris integritate ab Hugone comparatam, & in hanc dumtaxat ſimilitudinem Chriſti temporalem generationem, & Verbi æternam coire, quòd utraque à virgineo principio emanarit; ſanè non inficiaberis ratione Hugonis firmam adhuc, & validam ſtabiliri, ſi à Magno Leone ediſcas, Verbi temporalem generationem, non ſolùm in Mariano utero, ſed quodammodò in ipſius fuiſſe mente præformatam, & perfectam: ſic enim ſerm. 1. de Nativit. Domini ait: *Virgo Regia Davidicæ ſtirpis eligitur, quæ ſacro gravidāda fœtu, divinam humanamque prolē, priùs conciperet mente, quàm corpore.* Ergo incorruptus debuit præcedere Virginis animus, virgineoque flore Mariæ mens decebat, ut niteret, quæ incorruptum & virginē erat conceptura. Quamobrem velisnolis Marianæ menti, quæ Chriſtum concepit, & Parens illius effecta eſt, aptare cogeris verba Hugonis: *Vt ſicut in cœlo Deus habuit Patrem immortalem æternus, ſic in terra Matrem haberet virginē incorruptus. Igitur in cœlo qualis Pater, talis Filius: & in terra qualis Mater, talis Filius, &c.* Hinc eſt, quòd D. Ambroſ. lib. 2. de Virginib. Mariam non ſolùm corpore, ſed etiam mente Virginem aſſerat: imò ideò viguiſſe virginitatē in illius corpore, quia viguit in mente, quaſi ab hac in illud effuſam, & derivatam: *Virgo* (inquit Ambroſ.) *non ſolū corpore, ſed etiam mente.* Quod etiam cecinit Prudentius Poëta relatus ab Ildefonſ. lib. de perpetua Virginit. Mariæ.

Magn. Leo.

Ambroſ.

Pubertas ſignata manet, gravis intùs, & extrà
Incolumis florens de fertilitate pudica.
Virginitas, & prompta Fides Chriſtum bibit alvo
Cordis, & intactis cōdit paritura latebris.

Mariæ autem animum virginē extitiſſe nil aliud eſt, quàm ullius peccati haud paſſum fuiſſe corruptelam. Quo pacto enim ſi originalem notam ſubiret, Virgo diceretur, cùm tunc verè à dæmone temeratus & inqui-

Gerſon. quinatus præcucurriſſet? Quocirca Gerſon. ſerm. de Conceptione Mar. præindicata referens verba Ambroſ. ait: *Aliàs non virgo mente, ſi peccato originali corrupta*, & cui dubium, magis Deo alienum indignumque eſſe animum originali flagitio vitiatum, quàm virginitatem corporis licito nuptiarum uſu violatam? ſi in levioribus divinam providentiam ſolertem, & ſedulã credimus, ut decentem unigenito Dei thalamum præpararet, in gravioribus illius curam, & vigilem perſpicaciam defeciſſe credemus?

8 Hanc aptam ſimilitudinem inter humanam Verbi generationem, & divinam interiectã diſſertè exercuit Theodotus ſerm. de Nativit. Salvator. inquiens: *Nam & tuũ quoque Verbum, quædam mentis tuæ proles eſt: at poſtquàm Verbum iſtud, quod mens tua peperit, elementis, ac litteris volueris exprimere, & in charta ſermonem efformare, manu litteras deſcribis, non quòd tunc ſui eſſe exordium ſumat, cùm per litteras exaratur, iam enim ex mente enatum erat. Sed agedum ſimilitudinem ipſi prototypo adaptemus. Hìc itaque mentem cernis, ibi Patrem: hìc Verbum ex mente productum agnoſcis; ibi Verbum eſſentiale ſubſiſtenſque ex Patre natum vides: hìc manum per litteras Verbum parientem conſpicaris, ibi Verbum per corpus virgineum generatum. Non quòd ea ſuo partu aliquod divinitati initium ſubminiſtraverit, ſed quòd Deum inhumanatum humanis aſpectibus conſpicuum viſibilemque reddiderit.* Itaque quẽadmodum Verbum interiùs ab intellectu genitum, & in ipſo exceptum in chartam manus miniſterio transfundis, quæ veluti exterior Verbi nativitas eſt, manu calami veluti obſtetricatione illud enitente, & in papyro effundente: ſic Verbum æternum ab intellectu paterno generatum, & in ipſo intimè ſuſceptum, ſecundò ſcilicet temporaliter natum eſt, cùm Pater illud digito Spiritus ſancti in Virginis alvum, velut in puriſſimam chartam effudit. In qua Theodoti cogitatione uterus Mariæ Verbum à Patre genitum excipiens humaniter generatum, cum intellectu confertur paterno, Verbum à ſe genitum ſuſcipiente; ut hinc ediſcamus non minorem ſplenduiſſe divinam Sapientiam, & curam in humana divini Verbi productione, quàm in prima circa ipſius Verbi honorem, & dignitatem. Nam quemadmodum non dignè proſpiceretur divini Verbi maieſtati, ſi in æterna ſui à Patre proceſſione in mundiſſimo, & puriſſimo Patris intellectu non exciperetur, dignum tãtæ proli quaſi vectaculum intimè parante, cui ullam vel leviſſimam unquam obrepſiſſe umbram nefas foret, & impium ſuſpicari; ſic in ſecũda Verbi generatione non pium erit, æſtimare Verbum internum Patris digito Spiritus ſancti exteriùs veluti exaratum, & exceptum in charta, quæ aliquando fuerit denigrata, & diabolicis litteris offuſcata. Nec enim minus auguſtum eſt Dei Verbum, vel illius magis imminuta maieſtas in prima, quàm in ſecunda ſui productione, ut Pater Verbo primogenito nobiliſſimam ſedẽ pararet, & ingenita, & increata ornatam ſanctitate, ſecundam verò genito adornaret ſedem, quæ Belial quondam deſerviſſet: à pijs mẽtibus hoc prorſus proteletur extraneum. Itaque Beata Maria meritò Liber generationis appellatur, in cuius utero, dũ humana Chriſti generatio perficitur, divina veluti exarata, & adumbrata oſtenditur; in hoc ſenſu accipio verba illi Epiphanij de laudibus Virginis, ubi Mariam alloquens ait: *Liber incomprehenſus, qui Verbum, & Filium Patris mundo legendum exhibuiſti.*

Theodot.

Epiphan.

9 Non ignobile deſumes argumentum, quo prædicta fulciantur, ex loco Pſal. 2. 7. *Dominus dixit ad me, Filius meus es tu: ego hodie genui te.* Quem locum de triplici Chriſti generatione interpretantur Eccleſiæ Patres. De æterna Verbi generatione illum accipiunt Cyrillus, Athanaſ. Auguſt. & alij, quos refert Suarez tom. 2. in 3. par. diſp. 45. & Lorinus in præſenti. De temporali Chriſti generatione, Chryſoſt. Cyrillus, Gregor. Niſſen. & alij quamplures, quos præindicato loco invenies. De reſurrectione verò Chriſti Domini (quæ generatio meritò appellatur, eſt enim generatio quædã, cùm ſit præexiſtentis corporis ad vitam revocatio) explicant locum Hilarius, Theophilus Antiochenus, Ambroſ. Chryſoſt. Euſebius, relati quoque à Suar. & Lorino ſuprà. Si verò inquiras, cur triplicem hunc litteralem ſenſum trinam Filij Dei generationem complectentem uno & ſimplici nexu quaſi geminos fratres regia mens, obſtetricante Spiritus ſancti afflatu, contenderit parturire? Autumo, ut innuat trinum uterum, ex quo Chriſtus generatus prodijt, analogâ quadam ratione ſpecialique ſimilitudinis proportione convenire; quæ in eo utique conſiſtit, ut eorum nullus ab alieno, & extraneo fuerit unquam poſſeſſore præoccupatus, nec ullo unquam dedecore, aut turpitudinis nævo obſcuratus; quod quidẽ imprimis indubitato elucet in feliciſsimo illo paterni intellectus utero, in quo Dei Filius ab æterno gignitur; fœcunda enim vulva illa ſicut ab æterno habet, quod à ſe ſit, ſic quod ſanctiſsima, & puriſsima ſit. Prodijt deinde Chriſtus Dominus in reſurrectione à tumulo velut à vulva quadam generatus, qui quidem tumulus, ut tantæ deſer-

Pſalm. 2. 7.

Cyrillus. Athanaſ. Auguſtin. Chryſoſt. Cyrill. Greg. Niſſen.

Hilar. Theophyl. Antioch. Ambroſ. Chryſoſt. Euſeb.

ſerviret generationi, nativâ ſemper integritate, & munditiâ floruit, nec mortis fœtido hoſpitio præceſsit aliquando inhoneſtus, ſeu indecorus, quod quidē admonuit Matth.

Matth. 27. 59. *27. 59. Et accepto corpore Ioſeph involvit in ſindone munda, & poſuit illud in monumento ſuo novo, quod exciderat in petra.*

Luc. 23. 53. Lucas verò cap. 23. 53. ait: *Et poſuit eum in monumento exciſſo, in quo nondum quiſquam poſitus fuerat.* Marianus denique alvus humanæ, & temporalis Chriſti Domini generationis glorioſa officina fuit. Cur ergo ſolus Mariæ uterus à paterna vulva, à vulva ſepulchrali in hac excellentia, & prærogativa integritatis diſſimilis caderet? Cur diceretur à dæmone poſſeſſus, & præceſſiſſe à tam turpi incola deturpatus? Si indignum fuit, ut ſepulchrum, quod inſtar uteri immortale corpus erat effuſurum, iura mortis præſentiret, & alterius cadaveris præcluderet ſordes: num indignius corpori Chriſti pararetur habitaculum, & illius formationi minus providè, & decenter uterus ornaretur, ſi is eligeretur, qui mortis fuiſſet fœtore ſuffitus, & dæmonis cavea præceſsiſſet? Ab hac ſuaſione fideles animos pietas procul aberruncet. Ergo ut pariter ornatā trinam Dei Filij vulvam nativâ, & ingenitâ munditiâ adſtruat Regius Vates, illarum vaticinium ſub una, eâdemque myſterij voce effudit, ut vocis, & partus unitas ſimilitudinis harmoniam, quâ fœderantur, promulgaret. Ideòque D. Auguſt. Marianum uterum cum ſepulchri munditia confert, in idque utrumque coire affirmat, quòd Mariæ pectus à nemine, ſicut tumulus, fuit poſſeſſum; & quemadmodum hunc legalis impuritas, ſic Mariæ mentem ulla ſordes neutiquam maculavit; ſerm. enim 133. de temp.

Auguſt. ait: *Beatum ergo corpus Domini noſtri Ieſu Chriſti, quod cùm naſcitur, ex utero Virginis gignitur: cùm recedit, iuſti tumulo cōmendatur. Beatum planè corpus, quod virginitas peperit, & iuſtitia cuſtodivit: cuſtodivit enim illud Ioſeph tumulo incorruptū, ſicut ſervavit illud Mariæ uterus illibatū. Sicut enim pollutione ibi non tangitur, ſic mortis corruptione non læditur. Vbique beato corpori defertur ſanctitas, ubique virginitas. Novus illud venter concepit, novus tumulus clauſit.* Sanctitatē ait Auguſt. corpori Chriſti, & ab utero Mariæ, & à ſepulchro pariter deferri; ex eo quòd ſicut iſtud impollutum ab initio fuit, ſic ille ab origine novus, ab origine illibatus, qui vetuſtatis ſordes non præguſtavit: & lib. 3. de ſymb.

Auguſt. ad Catech. cap. 6. inquit: *Homo enim novus ſine ulla corruptione, ex Virgine procreatus, in monumento novo poſitus eſt, in quo nondum quiſquā poſitus erat mortuus, ut ſanctitas virginalis uteri in omnibus ornaretur ex convenientia inviolabilis ſepulchri.*

§. III.

Cur dignum fuerit, ut hiſtoria Mariæ quemadmodum & Filij, ab illius Conceptione exordiatur.

10 CHRISTI & Matris hiſtoriam congruè præter ordinem ab ipſa generatione Hiſtoricus intexuit, per Euthymium.

11 Moyſes & Matthæus in infigendo libris ſuis titulo aptè ſibi reſpondent, ex Beda & Anſelmo, ex quo arguitur Mariæ innata puritas.

12 Locus Tertulliani expendens harmoniā præſcriptionum utriuſque Teſtamenti, & illius arcanum, ex quo nobilis Mariæ origo decerpitur.

13 Rectus providentiæ ordo, dum nobilitatē principij cum finis perfectione cogit decertare, ex Hieronymo.

14 Immunem Conceptionem Mariæ debitā Filio adſtruit locus Heſychij noviter enodati, Mariam totius Trinitatis complementum appellantis.

10 LIBER GENERATIONIS. Verè inuſitatum, & inſuetum exordiū videbitur alicui præfixum à Matthæo vitæ, & geſtorum Chriſti Domini hiſtoriā inſtituenti; tritiorem profectò, & frequentiorem hiſtoricorum ſectatus fuiſſet morem, ſi inſcripſiſſet: Liber Nativitatis, & geſtorum Ieſu Chriſti. Hic enim communiter titulus præponitur libris, qui illuſtrium virorum vitas, & facinora pandūt; ſed divino Spiritus ſancti arcanoque conſilio ductus Evangeliſta, dum ſic exorditur, hiſtoriamque ſuam, non Librum vitæ Chriſti Domini, ſed generationis appellat: vaſtum diſcrimen aperit, quod inter Chriſtum, & reliquos homines proterminatum verſatur. In reliquis enim hominibus, quantumvis virtute inſignitis, & geſtorum ſplendore coruſcis, privilegia, excellentiæ, & mirabilia vix nativitatem antevertunt, & cùm præcociùs maturantur, & citiùs matutinant, ipſam nativitatem auroram ſui habent, & ab utero matris iuſtitia, & gratia ornati prodeunt. Gratiarum privilegia non ita ſublimiùs ſcandunt, ut ipſum vitæ & humanæ ſubſtantiæ primum initium

in

in ipſa conceptione quærant, & honorent; nam à prima illa mundi ſtrage univerſi in ipſa naturæ humanæ ſuſcipiendæ origine inſenſibilia quædam vulnera, & miſeram tabē, quâ Deo inviſi in primo ſui eſſe redduntur inſtanti, auſpicantur. Quapropter qui texere hiſtoriam illuſtris cuiuſpiam viri aggreditur, ne ab infelici, & turpi quadam obſcuritate exordiatur, non à generatione illius incipit, quâ dæmonis ebibit filiationem, ſed à nativitate inchoat. Cæterùm gratiarum chorus, & prærogativarum concurſus non tunc in Chriſto Domino promicuerunt, cũ effuſus ab utero eſt, ſed cùm in illo generatus: ipſi enim originalis illuviei pruritus eſt obſtruſus, & via præpedita, & oppilata; quinimo in primo ſuæ generationis initio plenos torrentes Dominus gratiarum exhauſit, nec in ultima vitæ meta ſanctior, quàm fuerit in prima, evaſit. Quapropter meritò Evangeliſta in hiſtoriæ ſuæ enarratione, nõ à Chriſti Domini natalitio, quod quidem vulgare eſſet, ſed à generationis illius ſolemnijs duxit initium: ideò non liber vitæ Ieſu Chriſti ait, ſed *Liber generationis Ieſu Chriſti.* Quod accuratè admonuit Euthym.

Euthym. *Per generationem intelligit hìc Ioannes Chryſoſtomus nativitatem, dictio ſiquidem Geneſis, cùm ſit generalis, etiam hoc ſignificat. Sed ex quo Chriſtus ſupernaturaliter natus ex Virgine, naturalem renovavit nativitatem; reliquum eſt, ut Evangeliſta naturale nativitatis renovaverit vocabulum generationem ipſam vocans.* Sedulò libranda ſunt verba illa: *Ex quo Chriſtus ſupernaturaliter natus ex Virgine, naturalem renovavit nativitatem.* Res dicitur renovata, cùm denuò inſtauratur, & quod illi deperditum erat, ita reficitur, ut ad primævã ſui venuſtatem, & perfectionem revocetur. Si primas hominum formationes inſpicias, invenies Adamum, & Evam à Domino eâ fictione conditos, quæ Chriſti generationis ſimilitudinem præſeferret, & proportione ſervatâ eos ſimili puritate à Dei manibus, & halitu traxiſſe vitam, quâ Chriſtus in utero parentis traxit. Nam ſicut Chriſtus Dominus in ipſa ſui conceptione univerſa gratiarum, & virtutum ſupellectili gaviſus eſt: primi Parentes originali iuſtitiâ & gratiæ dotibus ornati prodierunt procreati. Hunc ingreſſum ad vitam originali iuſtitiâ adornatum per protoparentum piaculum amiſſum plangimus: & qui ſanctior eſt, in ipſo vitæ fonte, & conceptionis momento ſpiritum purum haudquaquam haurit, ſed turbidum, & parentum fuligine atratum: Verùm Chriſtus Dominus cùm in uterum Virginis deſcendit, & in ipſa generatione muneribus gratiarum accingitur, antiquam hominis formationem gratiâ originali cõpactam inſtaurat, & ita naturalem hominũ nativitatem renovat, Adami conſtructionẽ in ſe reſtituens, & veluti recapitulãs. Quare optimè aſſeruit Euthymius, Chriſtum ſupernaturaliter natum, naturalem renovaſſe nativitatem; quod ut oſtenderet Evangeliſta, non fuit nativitatis nomine uſus, quod quidem aliorum etiam aptabatur hiſtorijs, ſed generationis: *Liber* (inquiens) *generationis Ieſu Chriſti*, ut Chriſti excellentiam, & dignitatẽ ſanctitatis à generationis initio fluxiſſe monſtraret.

11 O quàm congruè, concinnèque prædictis aſſonat titulus, quẽ ſuæ hiſtoriæ præfixit Moyſes, in qua de Adamo, & mundi, creaturarumque opificio ſermonem inſtituebat! *Hic eſt Liber generationis Adam,* Geneſ. 5. 1. *Iſtæ ſunt generationes cœli & terræ, quando creatæ ſunt, in die quo fecit Dominus cœlum & terram,* Geneſ. 2. 4. Sed quorſum non dixit: *Hic eſt Liber* nativitatis, ſeu ortus, ſed *generationis Adæ*? Planè ut indicaret gratiæ privilegia, doteſque iuſtitiæ, quibus præditus erat protoplaſtus ab illius prima productione duxiſſe originem: quapropter conſequens fuit, & neceſſum hiſtoriam ab illius generatione inchoare. En quàm aptè hiſtoriæ primi parentis, Chriſtique Domini hiſtoriæ idemmet titulus inditur: *Liber generationis Adæ*; & *Liber generationis Ieſu Chriſti.* Vt prænotetur utrumque in ſui generatione iuſtitiæ munere fuiſſe ditatos, & in eo utrumque adunari. Idem viſere oportet in virgultis, plantis, & arboribus, quæ divina tunc potentia produxit; nam illorum viror, elegantia, venuſtas, totos ſe ſimul in primo eorum productionis initio explicarunt. Nunc enim germina ad naturalem vitam educuntur, quemadmodũ homines ad ſupernaturalem. Priùs enim quàm arbor aſſurgat, & florum, fructuũque pompâ veſtiatur, in ſemine ſub terra obſcura, & deformis latet, & à lutea virtute poſſidetur, & diſſolvitur; ſic enim homo priùs quàm ad gratiæ lucem, & vitam proveniat, à peccati luto detinetur, tenebrarumque horrore circumdatus iacet, & oppreſſus. Ergo primus homo, primaque mundi germina æquali nobilitatis productione promicuerunt generata, alter enim in ſua generatione gratiæ virore, altera quidem pomorum pulchritudine, & honore vernarunt, perfectionemque fuerunt ſortita. Quocirca ſacer Hiſtoricus ab eorũ procreatione primum hiſtoriæ ſuæ ſumpſit exordium. Egregiè Beda apud gloſſ. *Iſtæ ſunt generationes cœli & terræ, in die quo fecit Dominus cœlum & terram, & omne virgultum agri, quia protulit terra herbam virentem, non*

Geneſ. 5. 1.

Geneſ. 2. 4.

Beda.

ſicut

ſicut modò cum irrigatione pluviarum, vel induſtria hominum multa procreãtur. Sed aliter prima herbarum, & arborum facta eſt creatio ſolo ſcilicet Dei imperio ſine pluvia, & opere humano. Reſpondent ergo ſibi mutuâ, & parili ſimilitudine Evangelij initium: *Liber generationis Ieſu Chriſti,* & initium hiſtoriæ orbis: *Iſtæ ſunt generationes cœli & terræ, &, hic eſt Liber generationis Adam.* Vt moneamur, utraque in ſua generatione pulchritudinis gratia eſſe compacta, & calamiſtrata. Adhæret his Anſelmus aſſerens: *Benè congruit novum Teſtamentum Veteri, quia illud incipit à generatione primi hominis, & creatione mundi, & iſtud ſimiliter à generatione ſecundi hominis, & reſtauratione mundi.* Ergo ſapiẽti & acordi providentiâ ſancta Mater Eccleſia à divino Spiritu acta, ut illibatam Mariæ, ab omniq́ue labe originali exſortem conceptionem adſtruat, in eius celebritate in lucem prodit Librum Chriſti generationis, amicis, & conſonis obtutibus Librum generationis Adæ reſpicientem, iubetq́ue perlegi, ut ad hanc generationum ſeriem indicet Mariæ generationem pertinere: eiuſq́ue hiſtoriam, quemadmodum Adami, & Chriſti, à prima illius generatione debere inchoari: quippèq́ue ſicut Chriſti & Adami generatio gratiæ dotibus, & originali iuſtitiâ præfulta, & præventa fuit. Vt quid ergo, ſi ſordida, & ignobilis Mariæ conceptio fuiſſet, in eius ſolemnijs puriſsimæ Chriſti generationis Liber proferretur, niſi ut illius turpitudinem amplius depalaret; nã oppoſitis iuxta ſe poſitis, ſicut quæ pulchra ſunt, pulchreſcunt, & vernant amplius; quæ deformia, & turpia, amplius ſordeſcunt & vileſcunt.

Anſelmus.

12 Quæ quidem robuſtiorem accipient firmitatem, ſi doctrinæ Tertulliani ſedulum attentumq́ue animum exhibeas. Qui quidẽ quaſi conſonantiam perpendens, quæ in utriuſque Teſtamenti titulo cõcorditer perſtrepit: nimirum, *Hic eſt Liber generationis Adæ*, & *Liber generationis Ieſu Chriſti*, integrum Domini noſtri ſcopum, plenãq́ue ſolicitudinem eò tendere aſſerit, ut in advẽtu ſuo, quidquid rectitudinis, quidquid virtutis & gratiæ ab illo primordiali rerum ſtatu, quem ipſe ſtabilierat, condideratq́ue, excidiſſet: ſuâ virtute & potentiâ redivivũ, reſtauratũq́ue cõpendiaret. Ideòq́ue ait, ipſummet ſibi ut peculiare nomen principiũ & finẽ, primum & noviſsimum, alpham & omegã impoſuiſſe, Iſai. c. 41. 4. & Apoc. 22. 13. quaſi ipſe ſit qui primus omnia perfectione cõdiderit, & quæ defluxa fuerant, noviſſimè reſtituerit, & in priſtinam pulchritudinem revexerit. Huc cenſet illud Chriſti Domini ſpectaſſe pronuntiatum; cùm ſciſcitatus, an liceret homini dimittere uxorem quacunque ex cauſa? reſpondit: *Non legiſtis, quia qui fecit hominem ab initio, maſculum, & fœminam fecit eos? & dixit: Propter hoc dimittet homo patrem, & matrem, & adhærebit uxori ſuæ, & erũt duo in carne una; itaq́ue iam nõ ſunt duo, ſed una caro. Quod ergo Deus coniunxit, homo nõ ſeparet. Dicunt illi: Quid ergo Moyſes mandavit dare libellũ repudij, & dimittere? Ait illis: Quoniam Moyſes ad duritiã cordis veſtri permiſit vobis dimittere uxores veſtras, ab initio autem non fuit ſic*, Matth. 19. 4. Vide quomodo fidem matrimonij individuã, iam laſſatam, ob lapidea Iudæorum corda, teſtatur Dominus ſibi incumbere ad perfectionẽ unitatis, quâ ab initio à ſe fuit fundata, revocare. Sic circumciſio à Chriſto fuit abrogata, & extincta, ut totus homo, ſicut à principio, integer maneret, & immutilus; ſic licentia ciborum facta, ut, ſicut ab initio, libera eſſet homini ex omnibus edendi facultas. Ideò latroni in Cruce ſub Paradiſi nomine Regnum Cœlorum pollicitus fuit: *Amen* (inquiens) *dico tibi, hodie mecum eris in Paradiſo*, Luc. 23. 43. ut hominẽ à Deo in Paradiſo locatum, quem primum ſcelus à Paradiſo expulerat, in Paradiſum, ſicut à principio erat, introduceret. Nunc auſculta Tertul. lib. de Monogamia cap. 5. cuius verba licèt ſuprà fuerint in alterius inſtituti cõfirmationem relata, oportet nũc advocare: *Dicit & Apoſtolus ſcribens ad Epheſios: Deum propoſuiſſe in ſemetipſo ad diſpenſationem adimpletionis temporũ ad caput, id eſt, ad initiũ, reciprocare univerſa in Chriſto, quæ ſunt ſuper cœlos, & ſuper terras in ipſo. Sic & duas Græciæ litteras ſummã & ultimam ſibi induit Dominus initij, & finis concurrentium in ſe figuras, utique quemadmodum Alpha, ad Omega uſque devolvitur, & rurſus Omega ad Alpha replicatur: ita ut oſtenderetur in ſe eſſe, & initij decurſum ad finem, & finis recurſum ad initiũ: ut omnis diſpoſitio in eũ deſinens, per quem cœpta eſt, per ſermonem ſcilicet Dei, qui caro factus eſt, proinde deſinat, quemadmodum & cœpit. Et adeò in Chriſto omnia revocãtur ad initium, ut & fides reverſa ſit à circumciſione ad integritatem carnis illius ſicut ab initio fuit, & libertas ciborum, & ſanguinis ſolius abſtinentia, ſicut ab initio fuit. Et poſtremò totus homo in Paradiſum revocatur, ubi ab initio fuit. Quantum pertinet itaq́ue ad initij reſtitutionem, id à te exigit, & diſpoſitionis, & ſpei tuæ ratio, quod ab initio fuit, ſecundùm initiũ, quod tibi in Adã cenſetur.* Igitur ſi Filij Dei propoſitum in œconomia incarnationis ſuæ fuit, omnia inſtau-

Iſai. 41. 4. Apocal. 22. 13.

Luc. 23. 43.

Tertull.

ſtaurare, & innovare, & in eam conditionem perfectionis, quam à principio habuerũt, recedere: ut ſic recurſus fuiſſet finis ad initiũ, ipſéque Alpha & Omega inveniretur; huiuſmodíque conſilio pluralitatẽ excluſit uxorum, ut unitas, & fides coniugij ad ſuum caput repedaret, abolevit circumciſionem, ut integritas hominis ad initium remearet, libertatem ciborum indulſit, qualis fuerat ab initio, hominẽ in Paradiſum induxit, ut ad Regiam ſuam regrederetur. Profectò hoc Dei propoſitum decurtatũ, hic divinæ diſpoſitionis ſcopus nõ plenè attactus videretur; ſi puri alicuis hominis generatio non ad ſuũ initiũ, & caput rebitaret, ut ipſe Dominus humanæ quoque formationis extitiſſet principium & finis, Alpha & Omega; talẽq; inveheret in orbẽ humanæ ſubſtantiæ fictionẽ, qualẽ primò in Adamo operatus fuit, nimirum virtute originali conditam, & quaſi ſubactã. *Et ſi in ſemeptipſo propoſuit Deus ad diſpenſationem adimpletionis temporum ad caput, id eſt ad initium, reciprocare univerſa in Chriſto, quæ ſunt ſuper cœlos, & ſuper terrã in ipſo*: non ſolùm in illo reciprocãda erat prima Adæ in gratia originali formatio, quia ipſe non purus homo erat; erat ergo reciprocãda in Maria, de qua ipſe carnẽ erat ſumpturus: nã cùm in parẽte decurrebat ſimilis formationi Adæ generatio, in ipſo cẽſebatur reciprocari; ut ſic divini propoſiti ratio perfectè maneret collineata.

13 Et quidẽ rectus diſpoſitionis, perfectæq; providẽtiæ ordo requirit, ut principiũ iũgitur & finis de pulchritudine, perfectione q; decertent, nec alter ab altero patiatur ſuperari, iuxta doctrinã illã Hier. epiſt. 7. ad Horõtian. *In omnibus rebus præſtantiora ſunt principia & finis: ſi domũ conſideres, potiora omnibus fundamẽta & culmina; ſi agrũ, ſatio & meſſis, plantatio & vindemia, quàm iocũda inſitiva arborũ, quã fructus votivi. Ita ergo cœlũ primò eſt cõditus noviſſimus homo, quaſi quædam cœleſtis in terra creatura, nã etſi in corpore cũ beſtijs cõfertur, animus tamen cœleſtibus annumeratur.* Et mehercle in exẽplis à Hieronymo adductis, finis principiũ venuſtate, & excellentiã antevertit, nã culmina domus operoſiora ſunt, & formoſiora fundamẽtis, quæ rudiores & impoſitiores lapides ambiũt; meſſis quoque alacrior, ſed & ditior ſatione, arborũ fructus feſtiviores, & utiliores earũ inſititi)s; & cui dubium, quòd cœlo dignitate, & perfectione anteſtetur homo? Quale ergo erit, ſi principium & finis, quæ in Filio Dei de Maieſtate pugnant, principiũ præclarius fine evadat, & Dominus quatenus finis eſt, paciatur à ſe vinci quatenus principiũ? Quæ finis triumphatio tunc ſanè eveniret, ſi Chriſtus rationẽ finis induens non æqualem formationem in pura creatura ederet ei, quam principij nomen ſuſtinens protulit in Adamo? Oportebat ergo, ut à Chriſto fine puræ creaturæ cõpingeretur generatio omni virtutum ſupellectile conſpicua (& quæ hæc alia dignum ut foret, niſi Mariæ) ut ſic in Chriſto ratio finis neutiquã à ratione principij devicta, & humiliata iaceret.

14 Hanc Mariæ puriſſimam generationẽ ad Filiũ ſpectare efformandã, eiq́ue ſpeciali iure debitã ex illo difficili Heſychij pronũtiato hom. 2. de Deipara, contendã decerpere, ubi cum Arca Noẽ Mariã conferens ait: Heſych. *Illa tres contignationes & mãſiones habebat, hæc totius Trinitatis cõplementũ, quãdoquidẽ Spiritus ſanctus adveniebat, & hoſpitabatur, & Pater obumbrabat, & Filius utero geſtatus inhabitabat*. Oportet enim Heſychij ſententiã nõ mutilam, & detrũcatã referre, & pro explicatione illius integritati adaptãdæ decertare. Opus ergo, & labor erit in inveſtigãda ratione, quâ cõplemẽtũ totius Trinitatis Mariæ ineſſe cõperiamus. Et quidẽ ut indubitatũ præmittimus, ſanctiſsimam illã Triadẽ in ſe perfectiſſimã, abſolutiſsimã, cõpletiſſimamq́; ſemper extitiſſe, nilq́ue in illa præijſſe unquã vacuum, aut lacunoſum, quod temporũ decurſu complendũ foret. Itaque hoc Trinitatis cõplementũ ex ipſius Trinitatis operibus, in quibus illius virtus, & potentia emergat manifeſta, indagandũ eſt. Et tũc dicimus perfectã Trinitatẽ, cùm trinæ Perſonæ opera expleverint, quibus virtutẽ ſuã, & operandi dignitatẽ manifeſtarint; quia tunc illarũ cognitio quaſi ſuũ complementũ in noſtro intellectu habet, quaſi ex reſultu quodã tũc trias prædicetur cõpleta, cùm illius cognitio in nobis ex eius operibus perfectionẽ, & complementũ ſuũ acceperit. Verumenimverò pro Heſychij dogmate interpretando tria præmitto. Primum opus, quod ſibi ut propriũ beata adſciſcit Trinitas, fuiſſe hominis formationẽ, quaſi ab eximio facinore voluerit ſuã venditare dignitatẽ, & maieſtatẽ efficiẽtiæq́ue mirã virtutẽ. Quapropter in mundi opificio fabricando divinæ naturæ unitas dũtaxat innotuit: *In principio creavit Deus cœlũ & terrã*, Gen. 1. 1. Nomine enim Dei ſolùm deitatis exprimitur unitas, & hoc dũtaxat nomine ſimplici ornata divina virtus orbis integram molẽ cõficit. Cùm verò ad hominis plaſmationem ventũ eſt, iã deitatis unitati accedit manifeſta pluralitas perſonarũ, & ait: *Faciamus hominẽ ad imaginẽ & ſimilitudinẽ noſtrã*, Gen. 1. 26. Digna quidẽ divinæ virtutis depalla tione opus illud, in quo triadis eluceret imago. Hinc Tertul. lib. adverſ. Praxeam, c. 12. myſteriũ Trinitatis evin-

evincit in humanæ naturæ emolitione, quippè quæ propriſsimum Dei opus primo relatum: *Si te adhuc numerus* (inquit) *ſcandalizat Trinitatis, quaſi non connexa in unitate ſimplici; interrogo, quomodo unicus, & ſingularis pluraliter loquitur. Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinẽ noſtram; cùm debuerit dixiſſe: Faciam hominẽ ad imaginem & ſimilitudinem meã, ut potè unicus & ſingularis? An quia ipſe erat Pater, Filius, Spiritus: ideò pluralem ſe præſtans, pluraliter ſibi loquebatur? Imò quia iã adhærebat illi Filius, ſecũda perſona ſermo ipſius, & tertia Spiritus in ſermone, ideò pluraliter pronuntiavit: Faciamus, & Noſtram, & Nobis.* Atverò quòd ſic humanæ naturæ fabrica commẽdata aſſurgat tanquã opus Dei virtutem exprimẽs, teſtatur præter Theodoretum, & alios Patres, Ambroſ. allatus à Lypomano: *Tãta dignitas humanæ conditionis eſſe cognoſcitur, ut nõ ſolùm iubentis ſermone, ſicut alia ſex dierũ opera, ſed conſilio ſanctæ Trinitatis, & opere Maieſtatis divinæ creatus ſit homo.* Quapropter tanquã in opere ſibi appropriato imagine ſuã veluti ſigillo Regio voluit illum inſigniri. Vnde ſubdit Ambroſ. *Nec ob hoc ſolum quòd conſilio ſanctæ Trinitatis ſic excellenter à conditore conditus ſit, ſed etiam quòd ad imaginem & ſimilitudinem ſuã ipſe Creator omnium eũ creavit.* Et paulò pòſt: *Imaginem unitatis omnipotẽtis Dei anima habet in ſe, quæ quoque ſanctæ Trinitatis quandam habet imaginẽ, &c.* Præmitto ſecundò, licèt opera ad extra totius ſint Trinitatis, quæ indiviſè tota Trinitas efficit, inficiandum non eſſe, ſpeciali quadam appropriatione quædam opera uni attribui perſonæ, quæ non appropriantur, ſeu attribuũtur alteri; quod quidem ex ſequenti prænotatione clarum fiet. Prælibo tertiò, ſeriem operum Veteris Teſtamenti attributivè ad Patrem ſpectare, novi verò ordinem ad Filium. Hoc ſanè paſsim invenies in Tertull. Moyſes verò Barcepha 1. par. de Paradiſ. cap. 28. ait: *Verùm ijs, & alijs uſus eſt Pater in Veteri Teſtamẽto, Filius in Novo, & ita probatæ doctrinæ Magiſtri exiſtimare malunt, Deum Patrem in Veteri, Filiũ verò in Novo Teſtamẽto apparuiſſe.* Hinc eſt, quòd Tertul. primi parentis formationem Patri ſingulariter appropriat lib. de Trinit. c. 21. *Quis enim non ſecundam Filij poſt Patrem agnoſcat eſſe perſonam, cùm legat dictum à Patre conſequenter ad Filiũ: Faciamus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram: & poſt hæc relatũ: Et fecit Deus hominẽ, ad imaginẽ Dei fecit illum?* Ergo primæ Trinitatis perſonæ virtus, & efficientiæ poteſtas in primo homine formando emicuit, è cuius manibus nõ modò purus, ſed & dives evaſit originali iuſtitiâ in ipſa formatione locupletatus. Iam ergo oportet, ut ſimilis humanæ compagis æqualiſque formatio Filij, & Spiritus ſancti perſonis appropriata reſpondeat, quò ſic totius Trinitatis complementũ ſplendeat, & in nobis cognitio operativæ virtutis trium Perſonarũ expleatur. Et quidẽ virtute Spiritus ſancti fabricata eſt ſecunda generatio Verbi in Mariæ utero; quæ quidẽ primi hominis reſpicit formationẽ, cùm è ſancti Spiritus miniſterio, & virtutis operatione ſecundus prodeat Adamus, quemadmodũ è Dei Patris manibus primus nativâ, & ingenitâ gratiâ in ipsâ ſui primâ origine præditus. Quòd verò tẽporalis Chriſti generatio Spiritui ſancto approprietur, teſtatur ipſe Paranimphus aliger: *Spiritus ſanctus ſuperveniet in te, & virtus Altiſſimi obũbrabit tibi. Ideòque & quod naſcetur ex te Sanctũ, vocabitur Filius Dei*, Luc. 1. 35. Cæterùm ſi nulla iã eſſet creatura humana, cuius puriſsima foret origo, ab omni ꝙ; labe expers generatio, quæ Filio ſecũdæ Trinitatis perſonæ ut propria adciſceretur, incompleta profectò, & veluti manca quoad extimã virtutis, & operationis oſtenſionẽ Trinitas videretur. Igitur cũ Maria ab Heſychio totius Trinitatis complementũ ſit nuncupata, ipſaque velut Novi Teſtamenti effuſerit Aurora, cuius opera Filio attribuuntur: reliquũ eſt, ut ſentiamus ſecundæ perſonæ Trinitatis operatricẽ, & effectricem virtutem in Mariæ generatione demonſtratã, quæ quidem ſimilis illi promicuit, quam Pater in Adamo perfecit, nempè gratiæ muneribus, & dono iuſtitiæ originalis ornata; ſic tripli cis humani corporis trinam formationem gratiâ originali concretam, tres divinæ Perſonæ inter ſe partitæ ſunt, ut formatio Adami Patri, Mariæ Filio, Chriſti Domini Spiritu ſancto reſponderet: eoꝙue modo totius trinæ virtutis oſtenſio manifeſtata compleretur. Quamobrẽ Bernardus Mariæ fabricam Filio ſingulariter ut propriam attribuit, ſerm. 2. de Nativit. Mariæ, eã cum Noë arca conferens, ait: *Arca etiam Noë ſignificat arcã gratiæ, & excellentiã ſcilicet Mariæ. Sicut enim per illã omnes evaſerunt diluviũ, ſic per iſtam peccati naufragiũ: illam Noë, ut diluvium evaderet, fabricavit: iſtam Chriſtus (qui eſt pax noſtra) ut humanũ genus redimeret, ſibi præparavit: illa ſuperferebatur aquis diluvij, iſta non ſenſit naufragiũ ullius vitij.* Et deinde Mariæ Teſtamẽti Arcæ cõparãs ſubdit: *Illã fecit Bezeleel, iſtam condidit Emanuel.* Ergo cũ tota Trinitas, quò magnificẽtiã ſuam oſtentaret, humanũ opus ut proprium aſſumpſerit, ſingulæ perſonæ ſingulas

Tertull. — Ambroſ. — Luc. 1. 35. — Moyſes Barcepha. — Tertull. — Bernard.

las humani corporis puriſsimas, & mundiſsimas formationes, ut proprias ſibi vindicarunt. Pater nobilem Adami effictionem, velut umbrã & pignus Chriſti futuri: Filius Mariæ conceptionem, tanquam temporalis ſuæ generationis auguſtæ officinæ fabricam: Spiritus ſanctus Filij Dei in utero Mariæ generationem, cuius virtute concretum & compactum ſanctiſsimũ illius corpus fuit. Quocirca optimè ait Heſychius, in Maria inventum eſſe totius Trinitatis complemẽtum, cùm in ea hoſpitaretur Spiritus ſanctus, ut opus ſuum perficeret; baiularetur Chriſtus, ut in opere à ſe cõdito, & ſibi præparato, obumbraret, & protegeret Pater, qui quondam in Adamo opus ſuum fabricavit, in umbram, pignuſque & Marianæ fabricæ à Filio, & Chriſti fabricæ à Spiritu ſancto condendæ. Qui quidem producendæ generationis modus Mariæ à Patre, cùm in ea incarnationis myſteriũ perageretur, demonſtratus eſt, divinâ virtute umbras, & lineas ducente, quibus à Mariana mente cõſpiceretur, exerenteque prototypum & exẽplar, ad cuius formam & Pater Adamum olim, & Filius ipſam nuper condiderat. Sic rem cõminiſcente Athanaſ. ſerm. de ſanctiſſima Deipara: *Neque enim ſuſpicandũ eſt, quòd ſecundùm ſimplicem naturæ ſuæ proprietatẽ Virgo in ſe habitantem Deũ videre potuerit, aut quòd ipſa animata, rationalis, & intellectualis incarnatio conſpicere valuerit, ſed quatenus poſſibile fuit, utpotè obumbrante illã virtute Altiſſimi, & umbras lineamentaque quaſi faciente, ut videret, quatenus fieri poterat, Deũ in ſe habitantẽ. Atque ſecundùm hanc proportionem potiùs loquendũ eſt, quòd Deus fecerit hominẽ ſecundùm imaginem Dei: ſecundùm imaginẽ enim & ſimilitudinem iſtius incarnationis, & aſſumptæ humanitatis hominẽ Deus fecit. Vt in ſe geſtans illud, quod ſecundùm ſimilitudinem, & imaginem Dei effigiatum erat, nihil ambiguũ relinqueretur de incarnatione, & humanitate aſſumpta.* Huic Heſychij dogmatis interpretationi obijcies; ex ea ſolùm convinci Mariam Filij, non totius Trinitatis, extitiſſe complementum, oſtenſionemque virtutis; ſed cùm in tribus perſonis non minus eluceat proprietas, quàm in perfectione æqualitas, & unius perſonæ defectus in totius redundet Trinitatis iniuriam: profectò ſi mũdiſſima humani corporis productio appropriaretur Patri, & Spiritui ſancto in oſtentationem magnificentiæ, & virtutis, non verò Filio; defectus extimi complementi, non in Filij dedecorem ſolùm, ſed in totius Trinitatis detrimentum effluereret.

Athanaſ.

§. IV.

Generatio Mariæ quemadmodum & Filij in mũdi creatione præſignata, & illuſtratus locus Proverb. 8. 22. Dominus poſſedit me, &c.

15 *CHRISTI generationem in prima orbis molitione expreſſam haud inficiatur Anaſtaſ. Sinait.*

16 *Conſilium, quo ducta fuerit Eccleſia, ut hic generationis Liber primam rerũ generationem reſpiciens in Marianæ conceptionis celebratione evolvatur, ex loco Proverb. 8. 22. per Petr. Damian. & Richardum.*

17 *Exponitur locus Proverb. præfatus, & quæ fuerit perfecta poſſeſsio, ex Cyrillo Alex. quia Deus Mariã poſſederit. Locus Proverb. 8. 30. ex Richardo & Salon.*

18 *Mariæ conceptio creatio nuncupata ab Anſelmo, & Iſidoro, & quamobrem.*

19 *Emergit pura conceptio Mariæ, ex eo quòd à Domino enuntietur creata. Locus Pſalm. 50. 7. & Iob 3. 3. ex Severian. locus Geneſ. 9. 20. ex Ambroſ.*

20 *Originalis Mariæ puritas, ex eo quòd in initio præceſſerit poſſeſſa, ex Ianſen. & B. Brigitta.*

21 *Alia nominis initij interpretatio, ex Tertul. quæ inducitur Maria iuxta Brigit. in Dei poteſtate creata.*

22 *Aperitur quare Maria in initio viarum Dei præextiterit creata, ex D. Ambroſ.*

23 *Secunda ratio deſumpta ex Tertul. & Hieron. in conceptionis Deiparæ laudem, per Richardum, & Andr. Ieroſolym.*

15 LIBER GENERATIONIS. Ex hoc titulo ſimilitudinem evincunt ſacri Interpretes inter primordialis creaturæ geneſim, & Chriſti generationẽ, ut incarnationis œconomiam quandam proportionem cum prima mundi molitione habuiſſe credamus: in qua ſub pluribus umbris, & licèt obſcuris imaginibus illa fuerit delineata. Sic Anaſtaſ. Sinait. lib. 6. Hexamer. *Qui ſtudioſè audiunt eũ, qui iubet & dicit: Scrutamini ſcripturas: accipiant in manus Libros cœli ac terræ: & alium, qui dicit: Liber generationis Ieſu Chriſti Creatoris cœli ac terræ. Et illi diligẽter reputãtes, quæ hodie facta ſunt, inveniẽt ſigillatim, & extra defectũ omnia ſimili modo eſſe in utriſque Adã primo, & Adã ſecũdo.* Et tuſiùs S. Paſchaſ. Anaſtaſ. Sinaita.

S. Paſchal. *Liber (inquit Matt.) generationis Ieſu Chriſti. Cur autẽ tali exorſus ſit præmio, non re factum credimus. Futurum enim forſitan ab hũc Fauſtũ noverat, qui Teſtamentũ Vetus non reciperet; & ideò tali uſus eſt principio; ut ex eo hunc continuò repercutiat, ac condemnet. Nã Liber principij Veteris Teſtamẽti Geneſeos denique ex initio voluminis appellatur, quia in eo ſecundùm noſtrã interpretationem ſcriptum legimus. Hic eſt Liber generationis Adæ, & illud iſtæ generationes cœli, & terræ, quando creatæ ſunt. Ex quo conſtat quocunque tamen modo, ex eo, quòd in primordio ibidem generatio cœli, & terræ inſcribitur, quia inde Geneſis appellatur. Et ideò dignũ profectò fuit, Novi Teſtamenti initium, quantũ poſſibile erat, ſimili modo præſignari, ut eiuſdem Novi, ac Veteris Teſtamenti unum Deum Authorem taliter promulgando Evangeliſta monſtraret. Præſertim cùm idẽ Matthæus Hebræo ſermone eiſdẽ, qui ex Hebræis crediderant, ſcripſerit: ut quod dudùm iam ex lege perceperant, manifeſtiùs recognoſcerent, & probarent; quòd verò Evangelium Chriſti teſtimonium habeat à lege & Prophetis, ſicut conſequenter in multis declarabitur locis. Nec dubium hoc innuere voluiſſe, per quem creata, & facta ſunt omnia: unum eundemq; Deum utraque pagina deſignari. Alioqui quamvis conſuetudo ſit Hebræorum ex initio Libris nomen imponere, videtur conſonũ eſſe, ut utriuſque Teſtamenti principiũ uno vocetur nomine. Et notandũ, quòd ſicut illud ſecundùm litteram carnali Iſraeli proponitur, ita iſtud in Chriſto ſpirituali copioſiùs deſtinatur. Nam & uterque eorũ Liber apud Græcos Biblos Geneſeos titulo prænotatur. Quamvis & hic nõ immeritò cœli & terræ generatio inferri poſſit: quia videlicet in Chriſto, cùm ſit Deus & homo, utraque natura veriſſimè comprehenditur.*

16 Reor equidem meritò ab Eccleſia in puriſsimæ Marianæ cõceptionis ſolemnijs hunc Librum Chriſti generationis pãdi, qui primi orbis fabricam, & conſtructionẽ reſpicit tanquam ſui præductam imaginem: ut erudiamur ex Chriſti generatione Mariæ immunem ab omni labe generationem eſſe probandã, cuius prærogativæ, & excellẽtiæ in primordiali molimine, ſicut & Chriſti Domini privilegia & immunitates præcucurrerunt præfigurata & adumbrata. Quod nõ infirmitet adſtruit locus ille Proverb. 8. 22.

Proverb. 8. 22. *Dominus poſſedit me initio viarum ſuarũ, antequàm quidquam faceret à principio.*

LXX. Seu ut transtulit LXX. *Dominus creavit me initium viarum ſuarum.* Quem locum de divino Verbo carnis noſtræ amictum ſibi aptante explicant paſsim Eccleſiæ Patres. Clemens Roman. lib. 5. cõſtit. Apoſtol. cap. 19. Greg. Nazianz. orat. 4. de Theolog. Athanaſ. ſerm. 2. 3. & 4. contra Arrian. Auguſt. lib. 1. de Trinit. cap. 12. & Hieron. in cap. 4. Mich. Deinde quia quadã ſimilis excellentiæ, & perfectionis cognatione Maria & Filius ſibi mutuò reſpondent, eundem locum exponunt ſacri Interpretes de B. Virgine Petr. Damian. ſerm. de Nativ. Mariæ, cùm ait: *Hæc eadẽ beatiſſima Virgo ante conſtitutionem mundi in conſilio æternæ Sapiẽtiæ electa & præelecta*, Richard. de S. Laurẽt. lib. 4. de laudib. B. Mariæ, & Dionyſ. Carthuſ. in præſenti: ſub uno eodemque dogmate, & pronuntiato divinus Spiritus Chriſti Domini, & Mariæ complexus eſt dignitatẽ & prærogativarum cumulum, ut innuat excellentias, & indulta à Filio in Matrem derivata, quantum pura illorum capabilis fuit creatura, & propter inter Matrem & Filiũ interiectam ſimilitudinem, quemadmodum Sapiẽtiæ incarnatæ auguſta maieſtas in prima orbis molitione, ita Mariæ nobilitas fuit præfigiata, utraque ſub eadem imagine tanquam parilis ſimilitudinis comprehenſa & expreſſa. Vnde Richard. de S. Laurent. lib. 7. inquit: *Maria primarium opus Dei, ſic Geneſ. 1. In principio creavit Deus cœlũ & terrã: & ipſa primarium opus Dei dignitate, & præfiguratione. Vnde ipſa dicit Proverb. 8. ſecundùm aliam litterã, Dominus creavit me initio viarum ſuarum.* Et lib. 4. *De excellẽtia ſuæ creationis loquitur Maria: Ab initio, & ante ſecula creata ſum. Vnde Prover. 8. Vbi nos habemus: Dominus poſſedit me initio viarũ ſuarum: dicit alia translatio: Dominus creavit me initio viarum ſuarum. Vel ab initio, id eſt ab æterno creata ſum in præſentia Dei, vel creata, id eſt præviſa creari quodam privilegiato modo. Vel ab initio creationis mundi creata ſum, id eſt præfigurata creari per creationẽ.* Quibus verbis tres adnectit, quæ ſimul ſtãt, & amico fœdere iungitur, interpretationes Richardus; aſſeritque ab æterno creatã dici Mariam, eò quòd ab æterno fuerit præelecta, & prædeſtinata, & præviſa creari ſpeciali quodam privilegio, quo à cõmuni hominum corrupta, & fœdata productionis via eximebatur, & tandem in primæva illa orbis conſtructione, & creaturarum eductione adumbrata, & præindicata.

Clemens Roman. Gregor. Nazian. Athanaſ. Auguſt. Hieron. Petr. Dam. Dionyſ. Carthuſ. Richar. de S. Laurent.

17 Cæterùm ſi verba expẽdimus, quibus ſanctiſſima Domina ſe in creaturarum opificio evulgat imaginatam; manifeſtè privilegium & immunitas, quã illius conceptio longè ſublimior à trita, & detrita hominũ generatione diſcriminatur, prædicãt: *Dominus* (inquit) *poſſedit me.* Nimirùm poſſeſſione perfectã, quam primus Deus ut verus

Ma-

Mariæ Dominus nactus fuerit, indignum ducens, ut alius tanto potentiæ ſuæ operi prior dominaretur. Quæ propriſſimè debeat appellari poſſeſſio, admonuit Cyrill. Alexandr. in Collect. in Gen. cap. 7. ad illud
Gen. 14. 22. Gen. 14. 22. *Levo manum meam ad Dominũ excelſum poſſeſſorem cœli & terræ* (inquiẽs)
Cyrillus Alex. *Solus autem ea dicitur poſſidere, ut qui primus ea poſſederit.* Quaſi dicat: Solus is ingenui poſſeſſoris ſibi nomen arrogat, qui in rẽ primus inducitur poſſidendã. In initio viarũ Dei poſſeſſam ſe gloriatur Maria à Domino; ille ergo fuit tam locupletis, & fœcũdi prædij feliciſſimus poſſeſſor. Profectò ſi Maria in principio viarum ſuarũ, hoc eſt in momento primo cõceptionis ſuæ, à quo ſuæ vitæ viæ ſumebant exordium, maculam cõtraxiſſet originis, potiùs à dæmone, quàm à Deo poſſeſſa videretur dicenda; poſſet nãque iniquus hoſtis ſuperbè ſe iactare, & efſutire ſe primum Mariæ poſſeſſorem, imò & ſolum, ſi ſolus poſſeſſor is dicendus eſt, iuxta mentem Cyrilli, qui primus rem poſſederit. Non ab ſimilis eſt expoſitio Hierony. in epiſtol. ad Cyprian. quem locum de
Hierony. divina, & increata Sapientia explicans ait: *Poſſeſſio ſignificat, quòd ſemper in Patre Filius, & Pater in Filio fuerit.* En quo pacto huius nominis poſſeſſio vis, & poteſtas illum ut proprium ſpectat poſſeſſorem, qui primum rei poſſeſſionem obtinuerit. Quapropter ex eo, quòd ab illo æternitatis ſine initio principio, Filius fuerit in Patre, Pater quoque viciſſim in Filio, Filius ſe poſſeſſum à Patre plaudit. Quaſi, ſi hæc poſſeſſio in primo illo æternitatis momento defeciſſet, à nomine quoque defeciſſet poſſeſſionis. Increata ergo Sapientia, cùm temporaliter creatur, & in utero Matris generatur humanitùs, idem gloriæ ſtemma ſibi aſciſcit: *Dominus poſſedit me. Poſſeſſio autem ſignificat, quòd ſemper in Patre Filius, & Pater in Filio fuerit*, hoc eſt, quòd in nullo momẽto vitæ Chriſti Domini Pater deſierit eſſe in Chriſto, aut Chriſtus deſierit eſſe in Patre: ideòque Chriſtus ſibi gloriosè blanditur de Patre ſui poſſeſſore, quòd in prima ſuæ humanæ ſubſtantiæ productione fuerit in ſe ipſo Pater, iſque ipſe in Patre. Hoc maieſtatis ſuæ inſigne effudit in parentem Mariam Dei Filius, ut ipſa privilegio obtineret, quod ipſe unionis hypoſtaticæ dignitate. Quapropter vult, ut idẽ gloriæ dogma Mater de ſe ipſa fausto præconio efferat: *Dominus poſſedit me.* Poſſeſſio autem ſignificat, quòd ſemper in Deo Maria, & Deus in Maria fuerit unione gratiæ hoc vinculum peragente; nec ſimilitudinem poſſeſſionis, quâ Pater erga Filium gaudet, adipiſceretur ſanctiſſima Deipara, ſi in aliquo vitæ ſuæ momento Deus ab hac poſſeſſione cecidiſſet, eãque ſibi præripuiſſet infeſtus perduellis. Non leve, nec tenue robur hæc accipit explicatio ex illo Proverb. loco cap. 8. 30. *Et delectabar per ſingulos dies, ludẽs corã eo omni tempore, ludẽs in orbe terrarum, & delitiæ meæ eſſe cũ filijs hominum.* Quem locũ explicant Patres de feſtivo ludo, hilari iubilo, lætaque exultatione, quâ Dei Verbũ ab æterno cum Patre perfundebatur. Richardus verò exponit de exundante lætitia & plauſu, quo Dei exultabat Sapientia in creaturarũ productione ex præviſione, & præelectione Mariæ Matris. Ait enim: *Cùm enim ſint Filio delitiæ eſſe cum filijs hominum, ſingulares ſunt ei delitiæ eſſe cum Matre, de qua carnẽ aſſumpſit. Quia cũ in omni creatura ſit per eſſentiam, in iuſtis ſit per gratiam, excellentius fuit in ea per gratiam, quæ fit gratia plena: excellentiſſimè, ac ſimpliciter per unionem. Vnde eam fecit locũ voluptatis.* Sic lib. 4. de laudib. B. Mar. Quocirca ex hac cum Maria perfectiſsima unione, quam ab æterno præſpiciebat increata Sapientia, quoſdam capiebat luſus, & quaſi ſimiles choreas gaudij ducebat, ijs quæ ex unione, ſeu identitate, quam habebat cum Patre, illi proveniebãt; ſiquidem utraque eiſdẽ voluit vocibus explicari. Salonius autem Vienen. hæc Filij crepundia feria & oblectationis luſus interpretans ait: *Numquid Sapientia, id eſt Dei Filius, pueriliter ludebat cum Patre? Abſit. Sed quod dicit ludens, intelligendũ gaudens: ludebat enim per ſingulos dies, gaudebat ſe eſſe unum, id eſt, unius ſubſtantiæ cum Patre à principio ex diebus æternitatis. Quomodo ludebat omni tẽpore in orbe terrarum? Quia cùm tempora orbis, & creaturæ eſſe cœpiſſent, ipſe Filius gaudebat, quia ipſe quod erat, ſemper in Patre manebat.* Verè ad hunc modum gaudebat divina Sapientia, & oblectabatur corã Maria, quam Matrem ſui ipſius futurã prævidebat omni tempore; ludens in orbe terrarum, quia delitiæ illius erant eſſe cum illa. Nimirum ludens gaudebat per ſingulos dies, ſe unius ſubſtantiæ cum Matre futurum. Et quomodo ludebat omni tempore in orbe terrarum? Nempè quia cùm tempora, & creaturæ eſſe cœpiſſent, ipſe Filius gaudebat de excellentiſsima gratiæ unione, quâ ultra creaturas univerſas cum Matre ſe prævidebat copulandum; & quòd ipſe, ex quo Mariæ extitiſſet, in illa ſemper erat manſurus: & à primo Marianæ conceptionis momento ipſi intimè coniungendus, quemadmodum cum Patre eundem ſe gaudebat à principio æternitatis. Quòd verò hæc feſtiva voluptas hilaritatiſque plauſus,

Proverb. 8. 30.

Richard.

Salonius.

Filio ex prævisione Matris obveniat, omninò ab origine puriſſimæ, cui ſemper ipſe per gratiam in ipſammet illius generationem illapſam inſederit: docet luculenter Petrus Damian. ſerm. de Annuntiatione:

Petr. Dam. *Numquid in Angelis voluptatem habet Altiſſimus, in quibus ipſe reperit pravitatem? Numquid in conſtellatione, vel ſcintillatione ſtellarum, quarum aliæ convertuntur in ſanguinem, aliæ cadunt de cœlo, aliæ in tenebras obſcurantur? Numquid in aëre, vel igne, vel ventis? Nequaquam. Quia non in igne Dominus, non in commotione Dominus, non in Spiritu Dominus: ſi verax eſt ille, qui curru igneo, & equis igneis eſt aſſumptus in cœlum; numquid aquis, ubi furens, & tortuoſus Leviathan immoratur? Aut in terra, quæ ſub maledicto Adæ ſpinas emiſit & tribulos? Non eſt locus voluptatis, niſi uterus Virginis.* En optimā rationem, ob quam divina Sapientia in orbe terrarum cùm tēpora, & creaturæ eſſe cœpiſſent, cum ſola Maria fuerit oblectata: in reliquis enim creaturis nonnullam reperit, & prævidit pravitatem, vel pravitatis umbram, ut in ſtellis, igne, aquis, terra, quæ Adæ maledictioni ſubiacuit, illiuſque extulit inſigne. Sola fuit Maria, á qua omnis macula, omnis tenebrarum origo, univerſumque primævæ maledictionis veſtigium procul fugatum, ac proinde digna ex qua divina iucundaretur ſapientia, & cum qua ſolemniū luſorum celebritatem iam tunc exinde inſtitueret.

18 Si verò LXX. inſectemur verſionem:

LXX. *Dominus creavit me initium viarum ſuarū*: non imbecilliorem depromemus munitionem pro Marianæ Conceptionis immunitate propugnāda. Crebriùs enim forſan ex ea Eccleſiæ Patres Mariæ conceptionē nūcupant creationem. Beatus enim Anſelmus

Anſelmus homil. 1. de Mariæ conceptione, ſic ait: *O quanta iſta dies, in qua noſtræ reparatricis anima dignè creatur, & ſacratur, & ſanctiſſimo corpori unitur! Non eſt verus amator Virginis, qui reſpuit colere diem cōceptionis, & creationis eius.* D. autē Iſidorus in Miſſali Mixtarabico in feſto Aſſumptionis, aſſerit:

D. Iſidor. *Talē multòque verè creditur Matrem creaſſi, qualem divinitus per eam tranſiens, decus virgineum non amiſit.* Et ſubdit: *Dū ab illo creari, ita eſt ab ipſo cōcipi.* Accedit Proclus, qui in hom. de Chriſti

Proclus. nativit. hæc pronuntiat: *Ita ex utero virgineo prodiiſſe virgineum illud Numen, nihil quidquā polluit: quam etiam citra ſui labem creaverat, ex hac etiā nulla macula contracta proceſſit.* Horum Patrum ſenſa eò ſanè tendunt, cùm Mariæ conceptioni nomen induunt creationis, ut eam omninò illibatam, & intemeratam adſtruant. Sic Anſelmus puriſsimæ Mariæ conceptioni nomen adiungit creationis. Iſidorus autem contendens Filium, qui ab utero Matris effuſus illius ſacravit, non minuit integritatem; talē illam in conceptione ſervaſſe, hoc eſt inviolatam, & incorruptam, ut hanc originis immunitatem innueret, noluit Mariam conceptam dicere, ſed creatam, & illius conceptionem per modum creationis effectam. Nec ideò cenſendum eſt, eruditos Eccleſiæ Patres de rigoroſa, & perfecta creatione loquutos, quæ omnem rei præexiſtentiam, ex qua educatur, excludit, cùm creare, nil ſit, quàm ex nihilo rem producere (ideòque Iſidorus cùm verbum *Creare*, præmiſiſſet, ne impropriſſimâ ſignificatione illo uſus videretur, verbum *Concipere* illi adiunxit) ſed de quadam translatitia, & accommodatitia nominis creationis poteſtate, & acceptione, quæ Mariæ conceptionem ab omni originali reatu expertem indicaret. Sub duplici enim conſideratione poſſumus naturæ humanæ communem maſſam accipere, ſub prima, ut præciſam ab omni originalis nævi propagatione, nec primi flagitij pruriginem communicantem eam comminiſcamur: cùm in hoc ſtatu præciſſionis Mariam concipi contemplamur, illius conceptio neutiquam poteſt dici creatio; cùm ex præexiſtente materia, & parentum natura educatur, nec aliquid in ea intelligamus, quod præexiſtenti materiæ, ex qua illius ſubſtantia editur, non reſpondeat. Sub ſecunda conſideratione poſſumus naturā humanam meditari originali fuligine atratam, & primi criminis macula commixtam, & veluti ſubactam, & compactam, eamque per naturalis propaginis tubellos, ſeu euripos infundentem; & cùm in eo ſtatu naturæ Mariam concipi attendimus, eius quidem conceptio aliquam creationis induit rationem, quatenus ex nullæ infectione educta, quæ quodammodò ex nihilo poteſt dici creatio, hoc eſt, ex nihilo originalis labis; quia nulla originis lues præexiſtit, ex qua educeretur; atque adeò proceſsit ſerpentis contagij, primordialiſque veneni in humanam generationē graſſantis expers, & inſcia, ac ſi á parentibus ſuſcepta non fuiſſet, nec genita, ſed à Deo, qualis olim primus ille parens, fabricata, atque creata. Ac proinde quantum ad hanc formalem rationem æquè Maria, ac Sapiētia incarnata, ut proprium gloriæ ſuæ ſtemma potuit ſibi ea verba vindicare: *Dominus creavit me initium viarum ſuarum.* Quia ſola Mariæ cōceptio & incarnati Verbi generatio ex univerſa filiorum Adæ generatione nihilū originalis infectionis ſuppo-

nunt

nunt, ut tanquam creationes ex eo nihilo producentur. Quòd autem Mariæ conceptio ex eo creatio vocetur, quia ex nullo originali procedit contagio, docet Concilium Baſilien. ſeſſ. 36. in quo creatam Mariam vocabant, qui ab omni originali culpa eam immunem contendebant. Ibi enim ex placito eorum, qui mundiſsimã Mariæ adſtruebant conceptionem, quorum votis annuit ſtatim Conciliũ, ſic aſſeritur: *Alijs autem à cõtrario dicentibus, à principio creationis ſuæ Deum ipſam diligendo, gratiam eidem contuliſſe, per quam à macula originali illam beatiſſimam perſonam liberans, & præſervans, ſublimiori ſanctificationis genere redemit, cùm fundaret eã Altiſſimus ipſe, & ipſam fabricaret Filius Dei Patris, ut eſſet Mater eius in terris.*

Conc. Baſilien.

19 Creatam & productam ſe gloriatur Maria à Domino, ex quo non tenue fundamentum ad originis ſuæ ingenuitatem ſtabiliendam offert. Nam cùm divinæ efficientiæ opus extiterit omnino nobile, & perfectum, oportebat, ut à principio emergeret: quaſi Deo indecorum ſit, & indignum opificem eum operis informis, & defectuoſi nũcupare. Poſſet meherclè Deus reliquorũ infantium generationes, & puerperia tanquã non ſua detrectare, & eorũ authoris nomen vel à ſe abigere, vel occulere; quia cùm ex conceptione ex legis præſcripto contagiũ ſtatim, & neceſſariò erumpat, & macula ipſa adeò in conceptionem refundatur, ut eã totã aſpergat, & verè maculoſa & infecta accerſatur, quamvis univerſali providẽtiâ illi Deus aſtet, abſolutè eam ſibi imputari iure poteſt vereri. Sic Regius Vates conceptionẽ Deo renuit adſcribere, Matremque illius authorem prædicat: *Ecce enim in iniquitatibus conceptus ſum, & in peccatis concepit me mater mea*, Pſal. 50. 7. Sic Iob cõceptionis ſuæ opificem Deum ſiluit, quaſi eam illi aſſignari erubeſcens: *Pereat dies, in qua natus ſum, & nox, in qua dictum eſt; conceptus eſt homo*, cap. 3. 3. imò exoptat, ut Dei operibus conceptionis ſuæ dies non annumeretur: *Dies ille vertatur in tenebras, non requirat eum Deus deſuper*, n. 4. & n. 6. *Noctẽ illam tenebroſus turbo poſſideat, non cõputetur in diebus anni, nec numeretur in mẽſibus.* Vnde ſatis idoneè ad noſtrum inſtitutum Severianus apud Caten. Græc. ait: *Peccati diem Iobus exoptat extingui, quo ſe ſcelere obligavit Adamus. Totius enim humanæ naturæ perſonã ſuſcipit, dicitque, dies pereat, quo à virtute ad ſcelus homo migravit, atque ad ærumnas, & interitũ ruit, munere immortalitatis amiſſo. Nã ſi hæc interpretatio probabilis nõ eſt; cur nõ dixit: Dies pereat, in quo creatus ſum; ſed dies pereat, in quo natus ſum? Nempè, ut oſtenderet, tum nobis generatione opus fuiſſe, cùm ob parentalem labẽ orbem terrarum mors eſt ingreſſa. Ita cùm David peccatum deploraret, ad antiquum flagitiũ refert orationem: Ecce (inquit) in iniquitatibus cõceptus ſum, & in peccatis concepit me mater mea. Debilitata enim eſt lubrica natura.* Illud appẽdas, quæſo, cùm ſacer Textus purã, & immunem cõceptionem, à communi generatione, & prima ſorde conſpurcata contẽdit diſtinguere, communem & infectã per nomen conceptionis, & nativitatis deſignare; mundã verò & illibatam nomine creationis exprimere: ideò, inquit Severianus: Nõ dixit Iob, pereat dies in quo creatus ſum; hoc enim verbo privilegium & immunitas productionis portẽdebatur, ſed; pereat dies, in quo natus ſum: quia nomen conceptionis & nativitatis ut condiſtinctum à creatione maculã deſignat originis. Quamobrem ut ſublimiorem, quâ edita eſt Maria, procederet productionem à communi ſorde emerſam, verbum creandi ſibi aſcivit, & ſe Dei opus teſtata eſt: quia nihil in ea, quod Deus fugiat, aut cuius architectum ſe vereatur confiteri, unquam inventum eſt. Semper ab initio grata, & pulchra divinis oculis extitit, & ideò ſe à Deo teſtatur creatã: *Dominus creavit me.* Quaſi dicat: Si à momento conceptionis gratiarũ non fuiſſem dote ditata, à Deo effectam me accire, haudquaquam auderẽ: eorũ enim, quæ aliqua criminis nota, aut piaculi offundũtur umbra, dedignatur authoris nomen divina bonitas. Vt hanc mentẽ fulcias, optimum argumentũ delibabis ex illo Gen. 9. 20. *Cœpitque Noe vir agricola exercere terram, & plãtavit vineam.* Sed quorſum Noe terræ culturæ datus non triticum ſeviſſe, aut hordeum, ſed vites plantaſſe dicitur? Num non magis humano victui triticum, quàm vinum neceſſarium? Vt quid non priùs inducitur ſemina terræ, quàm vites cõmittens? Cur ſe potius ſationis vineæ quàm tritici authorem affectat? Nec in dubium credam vocandum providum Noe agriculturæ labori incumbentem omiſiſſe ſemina terræ ſpargere; hoc iudico primum illius opus, primamque curam, cùm triticum præcipuum ſit hominis alimentum, deinde vitiũ ſtuduiſſe ſationi, ſed tamen pia ductus ille mente, & ingẽti dignâque de Deo æſtimatione actus authorem ſe maluit vitium, quàm tritici iunuere, tritici ſationem Deo ut authori dimittens. Cùm enim triticum, & hordeum non ita luxui, & voluptati, quæ quidem peccati illecebræ ſunt, ac vinum deſerviant, cernens vinum propinquam ducere cum ſcelere, & ebrietate cognationem, quàm è veſtigio ille expertus eſt

Pſal. 50. 7.

Iob 3. 3.

Gen. 9. 20.

Severian.

triticum verò cum iuſtitia inire neceſsitudinem, utpotè alimentũ neceſſarium, quod illa præſcribit; optimè de Deo ſentiens, & ipſius puritatem, & ſanctitatem reveritus, ut eum authorem virtutis adſtruat, tritici ſationem, ut authori illi defert, nec ſibi arrogat; atverò vineæ plantationem illiuſque ſuccum, in quo eſt luxuria, teſte Apoſtol. ad Epheſ. 5. 18 Epheſ. 5. 18. indignum ducit Deo adſcribere; ut indecorum divinæ efficientiæ id pronuntiet, in quo aliquis ſtimulus, vel umbra peccati inſulgeat. Ideòque ſe vineæ nuncupat ſatorem, & authorem, quaſi id, quod indicio aliquo flagitij inficitur, opus humanũ fuerit, nõ divinum. Strenuè Ambroſ. lib. de Noë & arca cap. 29. Qui poſtquàm ſtatum Ambroſ. quæſtionis præmiſerit dicens: *Quid eſt, quòd iuſtus primùm vineam plantat, & non triticum aut hordeum?* Subijcit: *Vnde illud maiori ſolicitudine ſolvendũ arbitror, quia iuſtus priùs quæ voluptaria, quàm quæ neceſſaria ſunt, requirit. Neceſſarij enim ſunt fructus tritici, & hordei, ſine quibus nõ poſſumus vivere, vinum autem voluptarium & cauſa delectationis datum. Quod, quia iuſtus eſt, ideò ſibi magis hoc, quod ſecũdum erat, quàm quod primum eſt, vindicavit. Neceſſaria enim alimenta Deo detulit, quod erat. Superfluum autem vinum hominibus, & non neceſſarium, ſed fortè dicas: ita ſine potu non poſſe homines vivere, quemadmodum etiam ſine cibo. Neceſſarius ergo potus ſicut cibus, non abnuo. Siti utique neceſſarius à Domino conſtitutus, non repugno: & ideò ad potum neceſſarium fontes, & flumina convenit derivare: quæ non utique manu hominis effecta, ſed Domini Dei noſtri iuſſu, & operatione fluxerunt.* Nil elegantiùs. Vide quomodo pietatis iure ſervetur, quãvis vini Deus author extiterit, illius productionem ipſi abſcondere, & veluti denegare urbanius, ne quod ſceleris aliquo colore tingitur, illi adputetur; ſanè pior, & religioſior, quàm Noe Maria; quæ cùm liberè, & confidenter ſe à Deo creatam clamat, manifeſtè indicat, in ſua creatione, & conceptione nullum obtinuiſſe ius humanum vitium, nihilque illi ineſſe, quod putridæ propaginis fœtidum halitum redoluerit.

20 Nec ſimpliciter Maria ſe creatam à Domino, & poſſeſſam, ſed in initio vendicat: Ianſenius. *Dominus* (inquit) *poſſedit me in initio*, Ianſenius in hunc locum cenſet, illius intelligentiam ab alijs Scripturæ locis petendam: *Intelligendum eſt* (inquit) *quomodo & illud Eccleſiaſt. Ab initio, & ante ſecula creata ſum. Et Eccle. Prior omnium creata eſt Sapientia. Et rurſum eodem capite: Ipſe creavit eam in Spiritu ſancto.* Vnde creatam Mariam eſſe in initio, idem erit, atq; creatam, & conceptam in Spiritu ſancto, hoc eſt illius virtute, ſeu gratiarum infuſione. Nam nomen initij aptè ad hoc Spiritui ſancto cõpetit. Cùm enim liberalitatis, & largitatis donum ei ſigillatim approprietur, Dator quippè munerũ plauditur ab Eccleſia, meritò initium, hoc eſt, fons & origo gratiarũ poterit appellari. Ergo in ipſo Datore munerum, ſeu gratiarum effuſione cõcepta eſt, & creata Maria, ornante Spiritu ſancto Anæ parentis uterum, ut mundiſſimè felix Marianæ ſubſtantiæ formatio compingeretur. Quæ ergo lues, quæ originis macula illum uterum intraret, quem Spiritus ſanctus præornabat admirabilem ſanctiſſimi corporis compagem? Quod verò Maria creata, ſeu concepta fuerit in initio, hoc eſt in Spiritu ſancto, fatetur ſancta Brigitta ab ipſa ſanctiſſima Domina per revelationem accepiſſe. Sic enim lib. 1. revelation. cap. 9. inducit eam ſe alloquentem: *Ego volo tibi dicere, quàm dulciter Filius meus dilexit corpus meum, & quàm dulciter animam meã. Ipſe coniugium patris mei, & matris tanta caſtitate coniunxit, ut tunc non inveniretur caſtius coniugium, & nunquam convenire vellent, niſi iuxta legem, ſolummodò cauſa ſuſcitandi prolem. Et cùm ſibi nuntiatum eſſet ab Angelo, quòd Virginem parerent, unde ſalus mundi procederet, magis voluiſſent mori, quàm carnali amore convenire, & voluptas in eis mortua erat. Tamen pro certo dico tibi, quòd ex charitate divina, & ex verbo Angeli nuntiantis convenerunt carne, non ex concupiſcentia aliqua voluptatis, ſed contra voluntatem ſuã ex divina dilectione: & ſic ex ſemine eorum per divinam charitatem caro mea compaginata eſt.* Perpende hæc ultima verba: *Per divinam charitatem caro mea compaginata eſt*: hoc eſt, Spiritu ſancto, qui charitas Dei eſt, adſtante, & omnem procul maculam, quæ naturali propagationi imminebat (ſi verum eſt, quod proximè imminebat) amandante, corpus meum puriſsimum cõditum eſt, & vide quantum in ornandũ Marianæ vitæ limen ordo naturæ immutabatur, & invertebatur; ſiquidem coniugij nexus, qui Marianæ Conceptioni inſerviebat, adeò à legibus, & præſcriptis exorbitavit naturæ, ut qui paſsim fuerit voluptatis officina, illecebrarum tumultus, incentivum ardoris, libidinis æſtus, ibi clauſtrum obedientiæ, voluptatis & voluntatis abnegatio, grata hoſtia, ſuave ſacrificium, in quo igne charitatis obluctans eorum animus dicabatur, fuerit inventus. Perpende illa verba: *Et cùm ſibi nuntiatum eſſet ab Angelo, quòd Virginem procrearent, unde ſalus mundi procederet, magis voluiſſẽt mori, quàm carnali* Sancta Brigitta.

nali amore convenire, & voluptas in eis mortua erat. Et ex verbo Angeli nuntiantis convenerunt carne: non ex concupiſcentia aliqua voluptatis, ſed contra voluntatem ſuam ex divina dilectione. Vnde materia illa, ex qua Mariæ conceptio erat aptãda, & conflanda, non tam à voluptate, & naturæ impulſu, quæ emortua erat, quàm ex obedientia, & divina dilectione effluebat: ut potiùs in obedientiæ ſacrario, & ſacrificij ara, quàm in naturæ officina Maria creata videretur. Quapropter lib. 6. cap. 49. ſic
S. Brigitta ait: *Mater Dei loquitur. Si alicui volenti ieiunare, qui deſiderium haberet comedendi, ſed voluntas reſiſteret deſiderio, præciperetur à ſuperiore, cui obediendum eſſet, quòd propter obedientiã comederet; & ille propter obedientiam contra velle ſuum comederet, illa comeſtio maiori remuneratione digna eſſet, quàm ieiunium. Per ſimilem modũ coniunctio meorum parentum fuit, quando ego concepta fui: & ideò veritas eſt, quòd ego concepta fui ſine peccato originali, & non in peccato.* Vide quomodo Maria ex obedientia cõcepta, ac proinde originis macula non attacta; quia cùm originalis reatus à parentum inobedientia emanaverit, æquum erat, ut quæ ex parentum pullulabat obedientia, inobedientiæ damna non ſentiret. Eadem repetit cap. 55. *Mater Dei loquitur. Quando pater meus, & mater mea matrimonialiter convenerunt, plus fecit hoc obedientia, quàm voluptas; & plus operata eſt ibi charitas divina, quàm voluptas carnis. Nam hora, in qua ego concepta ſum, benè poteſt vocari aurea hora, & pretioſa; quia alij coniuges conveniunt ex voluptate carnali, mei autem parentes convenerunt ex obedientia, & præcepto Dei.* Si ergo in Mariæ conceptione plus charitas divina, & Spiritus ſanctus, quàm opus effecit humanum, optimo iure blanditur ſibi Maria dicens: *Dominus creavit me in initio*, hoc eſt in Spiritu ſancto. Vnde ſerm. Angelico cap. 2. eadem Brigitta ait: *Lætabatur Noe eò quòd arca ſua interiùs & exteriùs ita bituminanda erat, quòd ſentina aliqua in eam nequiret inſtillare. Lætabatur ex eo Deus, quòd voluntatem tuam præſciebat tam bonã debere fieri ex ſua bonitate, quàm unctione Spiritus ſanctus intus & foris.*

21 Aliter interpretari poſſumus: *Dominus creavit me in principio*, iuxta mentem Tertull. qui lib. adverſus Hermog. cap. 19.
Tertull. ait: *Poſſunt & aliter principium interpretari, non ab re tamen. Nam & in Græco principij vocabulum, quod eſt arge: non tantùm ordinativum, ſed poteſtativum capit principatum. Vnde & Argontes dicunt Principes & Magiſtratus. Ergo ſecundùm hanc quoque interpretationem principium pro Principatu, & poteſtate ſumetur; in Principatu enim, & poteſtate Deus fecit cœlum & terram.* Ergo Mariam creatam eſſe in principio nil aliud eſt, quàm fuiſſe conceptam in principatu, & poteſtate, non in ſubiectione naturæ legis infectæ: ſi enim contagio humanæ originis deſerviret, & communi piaculo in ſuæ conceptionis momento ſuccumberet, quo pacto in imperio, & poteſtate fuiſſet creata? Num ſi originalis reatus fluxum ebibiſſet, dæmonis principatui non ſubiaceret? iugum dæmonis, & imperium ſuſtinens, quomodo poſſet in ſua conceptione gloriari, Dominus poſſedit, ſeu creavit me in principatu? Quæ commixtio imperij lucis, & tenebrarum? Prætereà iuxta mentem Tertull. qui adverſus Hermogenem argumentabatur, contendentem mundum non ex nihilo creatum, ſed ex præcedenti, & præpoſita materia factum: cœlum & terram in principio, hoc eſt in poteſtate, & principatu fuiſſe condita, idem eſt ac ex nihilo fuiſſe educta: nam creationis functio lucidior, & inſignior eſt divinæ potentiæ oſtẽtatio. Et iuxta hunc ſenſum Mariam in principio, hoc eſt in potentia, & principatu fuiſſe creatã, idem erit ac actionis creationẽ illius conceptionẽ fuiſſe imitatam eo modo, quem num. 18. explicuimus. Idem erit, ac divinæ Potentiæ oſtenſionem in eius creatione fuiſſe exertam, dũ eam à communi humani cenſus penſione immunem reddit, naturæ tubellos in ea infringens, ne effluens per illos virus ſanctiſſimam fœminam tangeret. Quocirca meritò divini principatus, ſeu potentiæ filia poteſt Deipara nominari. Confirmant hæc, quæ Brigitta lib. 3. cap. 8. ab ipſa cœleſti
Domina accipit; *Deus ſuper omnia benedictus, qui me ſua Potentia creavit, & Spiritus ſancti virtute replevit, ad me ardentem charitatem habuit.* En quomodo iam manus amicas conſerunt, & præcedentis, & huius numeri explicatio. Nam creari Mariam in principio fuit, in Dei potentia, & in Spiritu ſancto concipi; ita ut hæc duo inter ſe mutuâ, & reciprocâ prædicatione convertantur. Mariam in Dei principatu & potentia concipi, eſt in Spiritu ſancto concipi: & eam in Spiritu ſancto creari, eſt in Dei principatu & poteſtate creari. Brigitta.

22 Nec ſolummodò Maria ſe poſſeſſam & creatam in initio, aut principio aſſerit, ſed *in initio viarum ſuarum.* Vt verò exponamus, quid ſit Mariam in initio viarum Dei concipi, & quâ viâ ex hoc illius conceptionis immunitas evincatur; operæpretium eſt præmittere alias eſſe vias Dei, dæmonis alias, atque utrumque hominem

per

per vias ſuas ingredi contẽdere. Divus Ambroſ. lib. de interpellat. Iob vias, de quibus Spiritus ſanctus in præſenti ioquitur, interpretatur virtutes, & ſapientiam incarnatam in principio eſſe creatam, nil aliud eſſe ſentit, quàm in glorioſa virtutum prærogativa eſſe formatam. Nam puriſsima illius generatio, licèt unionis hypoſtaticæ iure, novoque modo, quo operata conſtitit, debita Chriſto fuit, collata tamẽ cum univerſa hominum generatione prærogativæ, & immunitatis nomẽ poteſt ſuſtinere. Ait ergo Ambroſ. Ambroſ. *Chriſto ſervabatur magnarum prærogativa virtutum, quia ipſe eſt virtutum principium, ſicut dixit: Dominus creavit me principium viarum ſuarum.* Aliæ ſunt viæ dæmonis, quas ab ipſa hominis conceptione ſternere molitur; de quibus idem Ambroſ. lib. de Salom. ſuper cap. 30. Proverb. Idem. in fragmento poſt cap. 5. inquit: *Serpens, id eſt, diabolus in auribus Adæ & Evæ ſemitam fecit: fecit & in pedibus, quibus interdictum fuerat iter ad arborem, fecit & in manibus, quibus contracta ſunt poma; fecit in lateribus, dum ab eis non ut fuerant conceſſæ, celebratæ ſunt nuptiæ.* Ergo virtutum, quæ Dei viæ ſunt, initium poteſt excogitari illud, quod in Chriſto Domino habuerunt, à cuius generatione exorſæ ſunt, ac proinde optimo iure Chriſti generatio temporalis initium virtutum, ſeu viarum Dei poteſt appellari; à qua, veluti à ſuo principio, fluere cœperunt, & veluti ſterni. Viæ quoque dæmonis, quæ quidem vitia & peccata ſunt, initium ſuum ab hominum generatione ſumunt, quas quidem in Adamo & Eva aperuit, & per ſeminalem traducem in quolibet ex eorum filijs aperit, ab eorum conceptione eas deducendo. Ergo ſoli ſapientiæ incarnatæ, & Beatæ Mariæ illud proloquium competit ſibi vindicare: *Dominus creavit me in principio viarum ſuarum.* Viarum, inquam, ſuarum, ut à vijs dæmonis diſcernantur, quæ in hominum generatione ſuum ſtatuunt initium. Quaſi utraque ſeorſim & ſapientia carne noſtrâ amicta, & Maria, à qua eam accepit, dixerit. Cùm in reliqua hominum turba viæ dæmonis initium habeant, quia eorum vitæ principium, hoc eſt cõceptionem, præoccupant, indeque extructæ deſcendunt: in me viæ Dei, hoc eſt virtutes, ſuũ ſumunt exordium, quia generationem meã meæ utique vitæ initium poſsidendam obtinent, & ab ea curſum ſuum inchoant: hinc aſſero, Dominum me creaſſe principium viarum ſuarum, vel poſſediſſe in viarum ſuarum initio, quia in conceptione, à qua initiũ viarum Dei deſumitur, vel dæmonis in homine, me totam poſſedit: viæ virtutum, hoc eſt Dei, in cæteris hominibus initium non habent, quia initium eorum vijs dæmonis committitur, & in eorum conceptione illarum principium dedicatur: atverò viæ Dei ſuum in me habent exordium, quia in meæ generatione, utpotè in vitæ meæ initio cõſident, in meque initium, à quo defluant, inveniunt, quæ in alijs non habent. In cæteris viæ Dei initium reperiunt profanatum, & vitiatum; in me purum, & illuſtre, ſicque efferor à Domino præ cæteris poſſeſſa in initio viarum ſuarum.

23 Sed divinam Sapientiam conditam in initio viarum Dei, ſeu creatam initium viarum Dei, idem ſonat, ac conditam eſſe in initio creaturarum, & principio orbis, iuxta plurium Eccleſiæ Patrum ſententiam: ſive quia divina Sapientia formam, ſeu exemplar præſtiterit divinæ Omnipotentiæ ad orbis extructionem. Sic Tertull. lib. adverſ. Hermog. cap. 30. *Si ergo per ſophiam Dei* Tertull. *omnia facta ſunt, & cœlum & terrã Deus faciens in principio, id eſt initio, in ſophia ſua fecit. Denique ſi principium materiã ſignificaret, non ita Scriptura inſtruxiſſet, in principio Deus fecit, ſed ex principio. In ſophia enim primò fecit, in qua cogitando, & diſponendo iam fecerat.* Sive quia Sapientia incarnata divinis obſervatur aſpectibus, cùm mundum Deus fabricaret, creaturarum omnium perfectiones, & excellentias illi adaptans, ipſarumque in ea veluti faſciculum colligans, & ſummam colligens; & in hunc ſenſum interpretantur non ignobiles Eccleſiæ Patres illud Pſalm. 39. 8. *In* Pſal. 39. 8. *capite Libri ſcriptum eſt de me.* Quaſi tota creaturarum numeroſa, & locuples ſupellex, & temporum decurſus Liber quidam ſit: & illa prima rerum molitio huius Libri caput, in quo incarnatæ Sapientiæ prærogativæ, & dignitas præceſſerint exaratæ. Sic inter alios Hierony. in quæſt. Hebraic. qui illam refellens verſionẽ, *In Filio fecit Deus* Hieronym. *cœlum & terram*, quam ſectabantur Iaſon, & Papiſcus, ſubdit: *Magis itaque ſecundùm ſenſum, quàm ſecundùm verbi tranſlationẽ de Filio accipi poteſt, qui in fronte Geneſeos, quæ caput librorum omnium eſt, cœli & terræ Cõditor approbatur, unde in Pſalterio de ſe ipſo ait: In capite Libri ſcriptum eſt de me.* Ad huius inſtar ſentiunt Eccleſiæ Patres, Beatam Mariam creatam principiũ viarum Dei, ſeu in initio viarum Dei poſſeſſam, quæ quidem in prima orbis fabrica divinis oculis obijciebatur tanquam totius creationis myſterium, ut omnium creaturarum perfectionibus ornaretur, & quaſi ſublime cœlum eſſet, in quo creaturarũ prærogativæ liberaliùs viſerentur ſparſę; earũque excellentiæ, & pulchritudines inſtar ſtellarum in eo ordinatè defixarum ſplendi-

didius, quàm in ipſis ſcintillarent, & quod in illis erat imago, vel umbra, in Maria veritas eſſet, eamque ceu ſui complementum ſpectarent, & expectarent. Ideò Richardus de Sancto-Laurent. ut num. 16. retulimus,

Richar. de S. Laur. inquit: *Ab initio creationis mundi creata ſum, id eſt, præfigurata creari per creationem*; & And. Ieroſolym. num. 3. relatus Mariam *Libri caput* appellavit, &, ni fallor, ad

Pſal. 39. 9. illud Pſalmi alluſit 39. 9. *In capite Libri ſcriptum eſt de me.* Vtè loco, è quo Eccleſiæ Patres Chriſti Domini excellentias in fronte Geneſeos ſcriptas contineri cenſebant, in eodem ipſe Mariana privilegia exarata fuiſſe ſentiret. Iam ergo Marianæ conceptionis auguſtam maieſtatem, & immunitatem ex prima rerum creatione operæpretium erit auſpicari.

§. V.

Quænam præcipuè rerum in orbis opificio creatio puriſſimæ Mariæ conceptionis inſigni præcurrerit vexillata.

24 *EXviſceratus locus B. Brigittæ.*

25 *Mundiorem quatuor elementorum materiam Marianæ conceptioni aſſervatam teſtatur B. Brigit.*

26 *Cœli molitio puriſſimam Mariæ cõceptionem pronuntiat, ex Richard. & Bonavent. Geneſ. 1. 1. Cœlum prius quàm terra conditum contra naturæ ordinem, quæ petit priùs fundamentum, quàm tectum, ex 1. Corint. 3: 10. per Anſelmum; & eo pacto cœli creatio pro Mariæ conceptione excubat, quæ naturæ ſeriem non expectat; favent Chryſoſt. & Procop. Cœli creatio purior & nobilior, quàm creatio telluris, ex Severiano, ob multiplicẽ rationem, quæ Marianæ cõceptionis immunitati ſubſidiatur. Primam tradunt Chryſoſt. & Procop. quia cœlum excellentius Dei opus. Secundam Iunilius & Rupert. quia cœlũ ſedes, & thronus Dei. Quomodo in creatione cœli Mariæ conceptione ſtuduerit Deus, aperit interpretatio vocis illius,* In principio, *Geneſ. 1. 1. hoc eſt, in Verbo, per Orig. & Auguſt. Interpretatio verborum Irenæi illuſtrata, ex Rupert. & Suarez. Cœlum propter Mariam conditum, ex Rabbi Anchelos. Fax præfertur difficili loco Procop. ex Cicerone; & ex Geneſ. 2. 2. item & ex Proverb. 8. 27. & 30. per Richardum de S. Laurent. ex quibus evincitur Deum laborem mundi fabrefactandi fuiſſe ſolatũ conſideratione mundiſſimæ Mariæ conceptionis, quæ cœli creatione inſeminabatur. Tertiam affert Iunilius, quia cœlum futurum erat Regia, & habitaculum cœleſtium ſpirituũ Maria dignitate præit Angelis, ex Richardo de Sanct. Laurent. Quartam alij, quia cœlum, primarium Dei opus: quod nomen nanciſcitur Maria, Eccli. 24. 5. ex Ildefonſ. & Richardo de S. Laurent. Quintam, quia cœlum divinorum arcanorum eſt quaſi tabulariũ, dignitas Tabularij, ex loco ad Coloſſen. 2. 3. per Anſelmum. Quæ ratio Mariæ competit, ex Richardo de Sanct. Laurent. Sextam, quia in elaborando cœlo Deus perfectiorem obſervavit figuram, nempè orbicularem, & quæ omnem à ſe explodit anguli deformitatem, propter quod cœlum appellatur Maria à Richardo de S. Laurent. Deinde cœlum differt à terra, quia terra primò apparuit quaſi ſordibus & fœcibus ſubſidens, ex Anaſtaſ. Sinaita, cœlum ſublimius evectũ, ex Tertelliano, locus Anaſtaſ. lucem mutuatur à Chryſoſtomo.*

27 *Vlterius nobilis Mariæ origo ex cœli creatione panditur, ex D. Thom. & Epiphan.*

28 *Aquarum opificium Mariæ indemnem conceptionem plaudit. Locus 3. Reg. 18. 44. Mundior proſilit aquarum productio præ cæterorum elementorum creatione, ex Anaſtaſ. Ambroſ. Tertul.*

29 *Adhuc ex aquarum honoris privilegio, Marianum privilegium enatat, ex Tertul. in everſionem infectæ originis inſurgunt. Locus Paul. ad Roman. 6. 3. ex Theoph. & 1. Corint. 10. 1. ex Anſelm. Aptat hanc dignitatem aquarum Mariæ Chryſolog.*

30 *Difficilis locus Tertull. lepidè reſeratus.*

31 *Dignitas originalis Mariæ ex aquarũ nativa excellentia proterminatus. Locus Geneſ. 1. 2. ex Tertull. qui illuſtratur.*

32 *Cõfirmat prædicta locus 3. Reg. 18. 44. ex Ioan. Ieroſolym. & Richard. explicãtur verba Ioan. Ieroſolym. locus Geneſ. 3. 15. lucem accipit, ex Cyrillo Ieroſol.*

33 *Lucis exortus, lucidum ortum Mariæ quo pacto præmonſtrarit, ex Richardo, qui expenditur.*

34 *Id ſtabilitur ex Geneſ. 1. 4. per Anaſt. Sinait. & Richard.*

34 AB hoc ſanè inſtituto non abhorrent verba B. Brigittæ ſerm. Angelico cap. 10. *O Anna, mater reverenda! quàm pretioſum theſaurum in* B. Brigitta.

tuo

tuo baiulaſti utero, quãdo Maria, quæ Mater Dei fieri debebat, in ipſo quievit. Verè ſine omni ambiguitate credendum eſt, quòd materiam illam ſtatim quando in Annæ utero concepta, & collecta fuit, de qua Maria formari debebat, ipſe Deus plus diligebat, quàm omnia humana corpora à viro, & muliere generata, & generanda per mũdum univerſum. Vnde, venerabilis Anna, verè nuncupari poteſt omnipotentis Dei gazophylacium, quia ipſius theſaurum ſuper omnia ſibi amabilem in ſuo utero recondebat. O quàm propè erat iugiter cor Dei huic theſauro! O quàm piè & alacriter huic theſauro oculos ſuæ maieſtatis infixit, qui poſtmodum in Evangelio ſuo ſic ait: Vbi eſt theſaurus tuus, ibi eſt cor tuum! Quorum verborum nucleum & arcanum ut revelemus, fax illis præferenda eſt: & primum eſt Brigittam loqui de Maria in primo momento ſuæ conceptionis efformata, hoc manifeſtè indicant verba illa: *Verè ſine omni ambiguitate credendum eſt: quòd materiam illã ſtatim quando in Annæ utero concepta, & collecta fuit, de qua Maria formari debebat, &c.* illud diſquiſitione dignum eſt, quòd Mariam in ipſa conceptionis actione divinæ Potentiæ theſaurum, & gazophylacium appellat, & hoc à divino Spiritu acceptum. Quod ſanè trifariam interpretor. Theſaurus enim divinæ Omnipotentiæ Mariæ cõceptio fuit, non quòd ex ea tanquam ex depoſito creaturarum divitias effuderit, ſed vel quia ipſa in ſua conceptione, adeò pulchra, grata, ſuavis, & amabilis divinæ Potentiæ orbem iam fabricaturæ apparuit, ut ex illius amore, & propter ipſam venuſtam hanc orbis molem condiderit, eo ſenſu quo is quia mortuus eſt, theſaurus tuus meritò nuncupatur, quia ille eius veluti Dominus eſt: & pro illius arbitrio, ſeu dilectione ad theſauri effuſionẽ alliceris illecebrosè. Vel quòd Maria divinæ Potentiæ tunc obviam venerit, ut in eius conceptione omnium creaturarum producendarum excellentiæ recapitularentur, & quidquid perfectionis in ſingularum creaturarũ productione prodibat, in ipſa ſummatim, & quaſi in epilogo breviatum, & defœcatum ęogeretur; ſicque Maria excellentiarum & dotum, quæ ſparſæ figillatim in creaturis vernabant, theſaurus nobiliſsimus exiſteret, & eius conceptio compendium eſſet divinæ Potentiæ largitatis. Vel quòd Maria in illo ſuæ conceptionis momento, quaſi quoddam myſterii, & gratiarum abyſſus effecta formam ſeu exemplar divinæ Potentiæ creaturis producẽdis miniſtraverit. In quo ſenſu illud pronuntiatum D. Auguſtini iam alibi à nobis præ illuſtratum poſſumus accipere: *Si formam Dei te appellem, digna exiſtis.* Formam, inquam, id eſt, exemplar; ex quo tanquam ex prototypo divina Potentia perfectionem, & pulchritudinem delineabat in creaturis, ita ut in ſingulis aliquid Marianæ venuſtatis colluceret tranſcriptum, & tranſumptum. Iam ad illa verba explicanda deveniamus: *O quàm propè erat iugiter cor Dei huic theſauro! O quàm piè & alacriter huic theſauro oculos ſuæ maieſtatis infixit, qui poſtmodum in Evãgelio ſuo ſic ait: Vbi eſt theſaurus tuus, ibi eſt cor tuum!* Non modica laus Mariæ provenit, cùm in ſua conceptione theſaurus divinæ Potentiæ appellatur; qui divinum animum ſibi firmiter annexum retinebat. Quæ umbra, quæ peccati macula ibi inſideret, ubi divinus halabat animus? Quomodo theſaurum ſuum à dæmone pateretur Dominus poſsideri? Quomodo divinum cor alliciebat illa, quâ deteſtabilis hoſtis equitabat, & cuius dorſo fungebatur? Quæ enim coniunctio & fœderatio, luci & tenebris, Chriſto & Belial? & meherclè ſi in ſua conceptione Maria theſaurus eſt divinum cor pulchritudine ſuâ irretiens, & ſibi fibulans, verè Deo iniurioſus, & infeſtus eſt, qui eam dæmonis tunc mancipium ſtatuit. Nam ſi Maria tunc à dæmone capta, & triumphata, à dæmone pariter divinũ animum & captum, & triumphatum aſſerere conſequens eſt: & quis tale monſtrum nõ horreat? Abſit ſacrilegij nefandi barathrũ. Facilè enim ex verbis Chriſti Domini id arguitur, Matth. 6. 19. *Nolite theſaurizare vobis theſauros in terra, ubi ærugo, & tinea demolitur, & ubi fures effodiunt, & furantur. Theſaurizate autem vobis theſauros in cœlo: ubi neque ærugo, neque tinea demolitur, & ubi fures non effodiunt, neque furantur. Vbi enim eſt theſaurus tuus, ibi eſt cor tuum.* Quorum verborum ſcopum qui perfectè collimaverit, ſentire tenetur, in tãtum hominis animum à ſuo capi, ſeu præripi theſauro, ut qui theſaurum furetur, illius ſimul deprædetur & animum, illi veluti infuſcatum, & viſcosè immerſum; ac proinde Chriſtum Dominum monuiſſe iuſtos theſaurum ſuum in cœlos recondere, qui ſi à cœleſtibus excipiatur, illorum pariter excipitur animus; eiſque interdixiſſe, ne eũ in terra reponerent, quia theſaurus terræ commiſſus cùm dæmonis prædæ pateat, ſi ab illo ſurripiatur, & animum quoque ab illo expilari neceſſum eſt. Sic hunc locum commẽtus eſt Hilarius Cano. 5. in Matth. *Corde noſtro ſedem theſauri utrã ſit ſequutus habituro, & intelligentiæ noſtræ lumine, aut cum pecunia damnoſa futuro, aut cum Deo ſempiterna.* Et clariùs Orig. in præſenti: *Illi nequiſſimi dæmones, & malè articuloſi, qui*

Matt. 6. 19.

Hilarius.

D. Auguſt.

Origen.

qui innumerabilium corda effodiunt, iſti multos, & magnos theſauros furantur. Iſti effoderunt per aviditatem cor Eſau. Iſti furati ſunt ei prælaras theſaurorum primitias cum benedictionum donis. Iſti effoderũt per avaritiam Iudæ cor, & huic Apoſtolatus magnum furati ſunt theſaurum. Propter quid? Quia non theſaurizavit ſibi in cœlo, ubi iſti ſuprà dicti fures nõ effodiunt, neque furantur; ſed ſuper terram theſaurizavit. Si ergo ex Domini ſententia, adeò arctiſsimo viſco theſauro ſuo animus agglutinatur, ut in illius redigatur poteſtatem, qui tyrannidè theſaurum oppreſſerit, & captivum tenuerit; cùm Maria divinæ Potentiæ theſaurus ab ipſius conceptione fuerit; nõnè qui huic theſauro cẽſuerit incubuiſſe dæmonẽ, cogetur aſſerere, & divino incubuiſſe animo theſauro ſuo intimè colligato? & quis hæc audeat effutire?

25 Quod verò quæ in quatuor elementis puriora erant, & defæcatiora, & ab omni prorſus expurgata ſorde, Marianæ Deus conceptioni præparârit, quò quâ curâ, quâ providentiâ de illius munditia pulſaretur, oſtenderet; accepit B. Brigitta ab Angelo
B. Brigitta. ſerm. Angeli. cap. 1. *Vnde omnia illa, quæ creanda erant, ea forma, eoque modo poſteà pulcherrimè creavit, ſicut ab æterno illius aſpectui pulcherrimè adſtabant increata. Inter omnia tamen, quæ tunc erant increata, unum erat coram Deo, quod ſummè cætera excellebat, de quo & ipſe maximè lætabatur. In illo namque increato quatuor elementa, ſcilicet ignis, aër, aqua & terra, quamvis etiam increata tunc eſſent, in hũc modum divino aſpectui æternaliter apparebant. Quòd ſcilicet aer in eo ita levis fieri debebat, quòd contra Spiritum ſanctum unquam non efflaret. Terra quoque in illo increato creari debebat, tam bona, & tã fructifera, quòd nihil in ea creſcere poſſet, quod ad omnia neceſſaria utile non eſſet. Aqua ita ſic tranquilla, quòd undecunque ventorum turbines afflarent, nulla unquam procella in ea penitùs moveretur. Ignis etiam ita altus, quòd eius flamma, & calor manſioni, in qua ipſa Deus erat, appropinquaret. O Maria, Virgo puriſſima, & fœcundiſſima Mater! hoc ipſum tu es. Sic namque & talis ab æterno divino aſpectui increata adſtitiſti, ac deinde de ſuprà dictis tam puris, & claris elementis materiam tui benedicti corporis habuiſti. Talis utique coram Deo ante creationem tuam increata aſſiſtebas, qualis poſtmodum effici meruiſti: & ideò à principio omnia creanda in Dei conſpectu ad eius maximum gaudium plurimum excellebas.* En quonam pacto fuerit in principio creata Maria, & illius conceptio puriſſima in quatuor elementorum creatione nobiliter commendata, quæ quidem puriſſimam ſui materiam, & ab omni labe expertem illius corporis compagini tributarunt. Taliſque Maria effecta eſt, & concepta, qualis divinis oculis abæterno objiciebatur: adeòque objiciebatur pulchra, ut ex illius aſpectu exhilarati rubeſcerent: nam præſentabatur è ſubtiliori aeris portione conflata, divino Spiritui obſiſtere neſcia, ex graciliori & mundiori terræ materia, quæ maledictionis ſpinoſæ aſperitati non ſubiaceret: ſemper ferax, & frugifera, ſentium & tribulorũ ignara; ex aquæ cryſtallino humore nunquã tenebris obtecto, nec primi peccati procelloſo turbine immutato, quem pacata ſemper & tranquilla ſerenitas obvallabant; ex ignis ſublimiori, & expurgatiori flamma, quæ è vicinia divinæ manſionis quodam veluti ſanctitatis honore illuſtrabatur; inter tot divinæ Providentiæ curas, inter tot materiæ præſtructas puritates, quis aditus vel rimula labefactatæ originis invaſioni in Mariana conceptione aperta dehiſceret.

26 Deinde Mariæ ab omni originali piaculo immunitas in cœli creatione non obſcurè viſitur adumbrata. Mariã cœli nomine paſsim evulgant Eccleſiæ Patres. Celebre eſt illud D. Bonavent. ſerm. 1. de Beat. ſemper Virgine Maria: *Domina fuit firmamentum uniformiter ſemper motum, & cœlum ſtelliferum per omnium gratiarum Dei copioſitatem.* D. Bonavent. Sed Richard. de Sanct. Laur. lib. 7. de laudib. B. Mariæ aſſerit eam cœlũ fuiſſe primo die creationis conditum, illiuſque conceptionem in cœli creatione adũbratam: *Cœlum* (inquit) *eſt Maria, quia primarium opus Dei. Vnde Geneſ. 1. In principio creavit Deus cœlũ & terram. Et ipſa primarium opus Dei dignitate & præfiguratione.* Richar. de S. Laur. Sed quo, quæſo, pacto cœli creatio puriſsimæ Mariæ conceptionis lineas duxerit; difficile non erit agnoſcere. Si ordinẽ verborum Hiſtorici vigili mente diſcutias, ait enim; *In principio creavit Deus cœlum & terram,* Geneſ. 1. 1. quibus quidem verbis oſtendit, cœlum primò conditum, deinde terram, ſed hæc adverſum præſcriptam naturæ ſeriem prorſus militat; ſi enim viſibilem mundum inſtar domus, ſeu Regiæ ædis mediteris molitum, quam fingendus à Deo homo incoleret, optima ſanè rerum ratio poſtulabat, ut primũ terra crearetur, poſteà cœlum; terra enim fundamentum, & ſolum eſt huius mundialis molis; cœlum tectum, & operimentum, quod fundamento ſuperimponitur: & quis, oro, architectandæ domus arte, & prudentiâ peritus, omiſſo fundamento, contignationem, tectumque decernit extruere, erigereque; nequit enim Geneſ. 1. 1.

quis

quis altiora domus ædificare, niſi priùs iacto fundamento, conſtructiſque parietibus, quibus tecti moles innitatur. Vnde Paul. 1. Corint. 3. 10. inquit: *Dei ædificatio eſtis,* 1. Cor. 3. 10. *ſecundùm gratiam Dei, quæ data eſt mihi; ut ſapiens Architectus fundamentum poſui, alius autem ſuperædificat.* Quaſi dicat: Rectæ architecturæ ordo exigit, ut prius quàm ſuperædificetur, fundamentum præſtruatur; ordo Eccleſiæ moliendæ, mihi à Deo creditus eſt; ideò ut ſapiens Architectus fundamentum poſuit. Accedant nunc ij, ad quos ſuperædificare ſpectat; in quem locum Anſelmus. Anſelmus: *Vt ſapiens Architectus, id eſt, Princeps ædificij, qui fundamentum domus ædificandæ ponit in loco firmo ex fortibus, & quadratis lapidibus; ſapiens Architectus eſt, qui iuxta diſciplinam Auctoris collocat fundamentum, id eſt, qui iuxta traditionem Salvatoris evangelizat Fidem. Alius autẽ ſuperædificat; ſuperædificat quiſquis prædicationem Apoſtolorum ſuperveniens prædicat.* En quomodo à naturali architecturæ ordine diſciplinam evincit Apoſtolus ſpiritualis ædificij inchoandi, & promovendi, & quemadmodum inſipiẽtiæ & ſtultitiæ argueres artificem ſuperioribus domus intentum, & fundamenti oblitum; ſic hæreticæ pravitatis, & amentiæ incuſat Apoſtolus, qui ſpirituale ædificium inchoaturus, à fundamento Fidei non exorditur, & eo neglecto, charitatis, cæterarumque virtutum, quæ velut tectum conſiderantur, diſciplinam inſtituit. Quo ergo pacto exorſurus Deus mundi fabricam, à cœlo, quod tectum eſt, deſumit initium, deinceps̃que terram veluti fundamentum ſternit? Certè ut potentiam, ſapiẽtiamque conditoris agnoſcas, eumque Deũ eſſe ſcias, qui nullis legibus ſubeſt, neque naturæ præſcriptis arctatur, ordinemque naturæ pro arbitrio ſuo ſcit & valet infringere. Etenim hæc ſapientiæ & potentiæ ſuæ facultas in orbis exordio voluit, ut innoteſceret, mundiſsimæ Mariæ conceptionis iam ex tunc præſtruens viam, quæ cœli inſtar fabricanda erat, & quemadmodum in cœli creatione conſentaneum non fuit, ut Deus naturæ ordinem teneret, architecturæque leges obſervaret, ſic æquũ exiſtimavit Deus, ut Mariæ conceptio, in qua cœlum ſuum, & ſedem meditabatur, à cõmuni ſtatuto exorbitaret, nec in ea architectanda humanæ fabricæ ſeries attenderetur; ſi enim iuxta humanæ architecturæ præſcripta, cuiuſque hominis ædificium à macula Adæ inſurgit deturpatum, cuius infectionem in ipſa prima inchoatione participat, ab ea lege eripiatur Maria, quæ Dei cœlum futura erat; notumque fiat ſicut in cœli molitione, ita in Mariæ conſtructione Deum naturæ legibus non conſtringi. Ita Chryſoſt. ſerm. 1. in Geneſ. de ieiunio & eleemoſ. tomo, quem edidit Fronto Ducæus: *In principio fecit Deus* Chryſoſt. *cœlum & terram. Cur autem primùm cœlũ fecit, deinde terram, antè tectum quàm ſolũ? Vides & in hoc nihil eſſe ſimile humanis artibus, nec hominum regulis voluntatem ſervari divinã. Apud nos adminiculis & fulcimentis opus eſt, ibi verò voluntas opus efficit, & præbet ſermo virtutem.* Eodem ſenſu ſectatur Procopius: *Sed mirabile eſt hoc,* Procopius. *ſi quis hoc ædificium conſideret, quòd primũ expandit cœlum, deinde demum collocavit terram, quaſi ſi architectus quiſpiam primò faſtigium erigat, poſteà demum pavimentum paret. At nihil præter opinionem hìc accidit, ſiquidem Deus non ſubiacet naturali neceſſitati, neque artis conſequio addictus eſt.* Si autem ulteriùs progrediaris, ſolerterque cogites, quam ob cauſam ſanxerit Deus in creatione cœli ordinem deperdere naturæ, prærogativamque illi deferre, quæ terræ denegata eſt; perfectum enim illud condidit, purum, conſpicuum, apparuitque in primo inſtanti ſplendidum, omni ab eo maculâ, aut imperfectione prorſus abductâ: terra verò deformis turpiſque efficta eſt, & veluti horrido caligine compacta, ait itaque Textus: *Terra autem erat inanis &* Geneſ. 1. 2. *vacua, & tenebræ erant ſuper faciem abyſſi*, Geneſ. 1. 2. de qua ita ſcribit apud Lypoman. Severianus: *Aquila tranſtulit: Terra autem erat inanitas, & nihil. Idem autem cum inviſibili. Nam quemadmodum dicimus aliquem informem eſſe, nõ quòd formæ expers ſit, ſed quia turpi ſit forma, & mutũ illum dicimus, qui malæ vocis eſt. Sic terra erat inviſibilis, hoc eſt, ſine ornatu, minimè aſpectu & viſu digna, utpotè quæ nondum fructibus, plantis, fluminibus, fontibus, reliquiſque, quæ eam lætam, ac viſu iucundã efficiunt, ornata eſſet.* O bone Deus, quàm diſpar cœli terræque formatio! cœli perfecta, quà perfectum conditum eſt: terræ turpis, & vilis, quà edita eſt deformis & tenebroſa: videtur enim terræ productio peccato coacta, & valdè illi ſimilis, quà educũtur filij Adæ. Quid enim tam peccato ſimile, quàm inanitas & nihil? idem ſanè nomen convenit & terræ in ſua creatione, & homini in ſua cõceptione: quid ergo divinæ Providentiæ ſuaſit, ut tam diſſimili creatione cœlum à terra diſtingueret? Plures rationes huius diſcriminis aſſignãt ſacri Patres; & omnes quidem pro puriſsima Mariæ cõceptione aciem conferentes, propugnãteſque, conſentaneum valdè fuiſſe Mariam à reliquis hominibus in conceptionis dignitate diſcernere, quemadmodum æquum duxit divina Sapientia cœlum à terra in creatio-

tionis perfectione diſcriminare. Primam tradit Chryſoſt. ſerm. 1. de ieiun. in Geneſ. ubi ſuprà: *Quam ob cauſam cœlum perfectũ condidit, terram verò paulatim compoſitã eſſe refert Moyſes? Quia in melioribus elementis perfectum extitit opus eius.* Et homil. in Geneſ. ait: *Cuius gratia, dic, quæſo, cœlum clarum & abſolutum creavit, terrã autem deformem effecit? Neque hoc temerè factum. Sed ut cùm didiceris meliorem creationis partem ab eo formatam & abſolutã, poſteà neque de alijs dubites, neque putes tale quid virtutis infirmitate factũ.* Chryſoſtomo ſubſidiatur Procopius: *Quid fit autem, quòd cœlum perfectum & abſolutum propoſuit Deus, & terram paulatim artificioſa manu exornavit ſecundùm Scripturæ teſtimonia? Cauſa in promptu eſt; ut cùm videas in potentiore & artificioſiore elemẽto creando eius vim intelligas, quòd terram potuiſſet, ſi voluiſſet, perfectam, & omni ex parte conſummatã nobis illicò dare.* Igitur iuxta utriuſque Interpretis mentem oportuit puriori, & perfectiore creatione cœlũ à Deo honorari, tum quia dignior, & nobilior creatura evaſit quàm terra; tum ne infirmitatis, aut imbecillitatis Deus accerſeretur: ſi enim impura & infecta omnia in ſui productione exiſterent, cogitaret forſan aliquis id à Dei tenuitate emanaſſe, qui vel unã creaturã nequiret in prima eius formatione perfectam, & conſummatã condere. Et quis, quæſo, ex his arma pro Mariana conceptione tuenda non capeſſat? Quæ dignior, quæ auguſtior creatura, quàm Maria, utpotè ad ſublimius Dei opus deſtinata & creata; ſi ergo cœlum quia dignius & altius terrâ perfectiorem eductionem ſortitus eſt, quid ni ſplendidiori conceptione honoraretur Maria, quàm reliqua hominum terrea maſſa, cum qua ſi Mariam conferas, Olympus Maria eſt? Deinde valdè divinæ Providentiæ fuit conſentaneum conſilium, ut una ſaltem pura creatura eſſet, quæ in ſui productione primi hominis plagam non ſubiret; ab eiuſque contagio potenti Dei brachio libera eriperetur: ne ſi omnes abſque ulla exceptione eiuſmodi ſtragi ſuccumberent, præſumeret impietas, id ex divinæ Potentiæ defectu prodijſſe, non valentis hominem à primo illo vitæ offendiculo liberare. Teſtetur ergo Dei omnipotentiam, inter demerſas hominum conceptiones indemnitas formationis Mariæ. Secundam rationem, ob quam terræ cœlum creationis maieſtate præcelluerit, excogitavit Iunilius, apud Lypoman. *Terra autem erat inanis, & vacua: ut quid enim hæc de terra prætermiſſo cœlo intulit, niſi quia de cœlo nil tale intelligi voluit? Ipſum enim eſt cœlum ſuperius, quod ab omni huius mundi volubili ſtatu ſecretum divinæ gloriæ præſentiæ manet ſemper quietum.* Suffragatur huic interpretationi Rupertus apud eundem: *Creatis cœlo & terra, cœlum quidem non omni ornatu inane, vel vacuum erat, quippè quod ex lumine divinæ maieſtatis reſplenduit, ſicut ad illius ſimilitudinem cœlũ iſtud viſibile aër Solis huius refulget lumine.* Cœlũ itaque, in quo ſedes & thronus divinæ maieſtati parabatur, æquum fuit, quòd ingenuâ & purgatâ creatione formatum prodiret; quod quidem ab initio ſuæ creationis ſplendentibus radijs gloria Maieſtatis illuſtraret, ſic ex tunc accurata providentia ſedi ſuæ, & Regiæ divina maieſtas conſulebat. O quàm ſpatioſius magiſque inclytum cœlum Maria extitit! quippè quæ quem cœli capere non poterant, ſuo gremio continuit: imò magis penita Dei ſedes, & intimus thronus Maria evaſit quàm cœlum; cœlum quidem Dei ſedes eſt, & divinæ præſentiæ receptaculum, ſed eius non ſibi copulavit ſubſtantiam; at Mariæ, quam ſedem & umbraculum ſuum Deus effecit, ſubſtantiam ſibi adaptavit, & mirabili unione ſibi conſtrinxit: ſi ergo cœlo in ſua creatione gloria, quâ undique illuſtraretur, debebatur, quia in Dei ſedem creabatur, profectò arctiori iure puriſſima conceptio debebatur Mariæ ſublimiori Dei throno quàm cœlũ, utpotè cuius ſubſtantiam ſibi per unionem erat in æternum religaturus. Hæc non invenuſto lumine reſpergentur, ſi ſcruteris arcanum, quod ſub voce illa, *In principio*, delitescit, *In principio creavit Deus cœlum & terram*, Geneſ. 1. 1. Nam iuxta haud ignobilium Patrum placitum cœlum creatum fuiſſe *in principio*, idem eſt, ac conditũ fuiſſe in verbo *Servatore Ieſu*. Sic Origenes homil. 1. in Geneſ. *Quod eſt omnium principium, niſi Dominus noſter, & Salvator omnium Chriſtus Ieſus, primogenitus omnis creaturæ? In hoc ergo principio (hoc eſt in Verbo ſuo) Deus cœlum & terram fecit; ſicut & Evangeliſta Ioannes in initio Evãgelij ſui ait, dicens: In principio erat Verbũ, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum. Hoc erat in principio apud Deũ; omnia per ipſum facta ſunt, &c.* Aſtipulatur Auguſtinus lib. de Geneſ. ad litter. imperfecto: itaque in principio productum eſſe cœlum, eſt in Chriſto eſſe productum, hoc eſt per Chriſtum tanquam per ideã & cauſam exemplarem, quæ opifici condendarum creaturarum formas præſentabat; & quid eſt, quòd intellectualis prototypus curã gereret formam miniſtrandi, mundiſſimæ & puriſſimæ cœli creationis, ab imperfecta terræ productione diſtinctæ, niſi ut ſuggeret

Chryſoſt. Procopius. Iunilius. Rupertus. Geneſ. 1. 1. Origenes. Auguſtin.

ret nobis iam tunc Parentis ſuæ conſuluiſſe dignitati & ingenuitati, cuius conceptionis à reliqua generis humani conceptione diſtinctæ lineas in cœli fabricatione præductabat? Etenim abſonum ſatis divinæ Providentiæ fuiſſet, curaſſe perfectã cœli creationem, quia cœlum ſedes eius, Parẽtis ſuæ conceptione neglectâ, quæ intimius ſui tabernaculum eſſet extitura. Alium autẽ parturiunt ſenſum verba illa: *In principio*, hoc eſt, in Chriſto, *creavit Deus cœlum*. Nempè propter Chriſtum fuiſſe creatum, vel tanquã cauſam finalem, vel meritoriam. Quoties enim Paulus ſcribit, nos iuſtificatos eſſe in Chriſto, & in illo benedictos; interpretãtur ſacri Patres, & Theologi, iuſtificatos & benedictos eſſe propter Chriſtũ: & quis, quæſo, optimi conſilij ordo præiviſſet, ſi Chriſtus in rerum primordio cauſa evaſiſſet finalis, ſeu meritoria cœleſtis formationis, quã contenderet perfectiorem, terræ creatione, ſi in illa non adumbraret ſingularem prærogativam impertiendam Matris ſuæ conceptioni? Etenim nefas eſt credere, plus fuiſſe ſolicitũ de cœli, quàm Parẽtis claritudine. Huc profectò elegantiſsimè tendunt verba Irenæi lib. 4. cap. 23. *Dei Filius inſeminatus eſt ubique in Scripturis*. Nimirùm hic totius orbis ortus, hoc pomarium, hæc vinea, non ad finem aliũ à Deo plantari condique videtur, quàm ut inde hoc germẽ, hæc arbor, hic fructus, hic racemus Deus homo oriatur: cohæretque cum ea ſentẽtia, quam egregiè defendit noſter Suar. in 3. par. diſp. 5. ſect. 2. Deum primariâ intentione, & primâ voluntate, quâ voluit ſe creaturis communicare, voluiſſe myſteriũ Incarnationis. Quocirca eruditè & piè Rupertus lib. 3. de Trinit. cap. 20. inquit: *Religioſè eſt dicendum, reverenterque eſt audiendũ, quia propter hunc hominem gloria & honore coronãdum Deus omnia creavit*. Ergo piè aſſerendum eſt, mundiſsimam Mariæ conceptionẽ in cœli creatione fuiſſe inſeminatam & inſitam. Nam id ad gloriam Incarnationis maximè ſpectat, rectiùſque intelligitur, quo pacto propter Chriſtum fuerit illud conditũ. Hæc omnia profectò ſanctiori robore firmantur in unanimi Doctorum Hebræorum conſenſu (quos refert Benedictus Fernandez ſect. 1. in cap. 1. Geneſ. num. 5.) aſſerentium mundum propter Mariam à Deo eſſe efformatum. Quamobrem Rabbi Anchelos locum Geneſis, *In principio*, interpretans ait: *In principio nimirum propter ſapientiã creavit Deus cœlum & terrã; hoc eſt amore Virginis Matris Mariæ, quæ eſt mundi ſapientia, creavit Deus mundum; propter illam creatus eſt mundus, & propter illam ſuſtentatur*. Et D. Bernard. ſerm. 3. in Salve Regina: *Propter Mariam totus mundus factus eſt*. Quid ni fabricaret Deus cœlum propter Mariam creatione puriſsimâ, ipſamque conceptione ſordidiſsimâ in lucem ederet? His præterea non inlepidè adnectam Procopij ſententiam in locum Geneſis præfatum: *Hoc tantum tam immenſum cœlum aſtris collucens, permanens, tãto tempore durans, Deus per iocum, ac quaſi ludens maxima facilitate creavit; quod diſſertè his verbis expreſsit Iſaias: Qui ſtatuit cœlum & fornicem, & id extendit ceu tabernaculum ſuper terram*. Quid eſt, quòd aſſerat Procopius, Deum iucundiùs, feſtiviùs & oblectantiùs mundum præ cæteris edidiſſe creaturis; nam ea verba: *Summa facilitate*; idem ſonant, ac ſummâ propenſione & voluptate. Nam facilitas, inclinatio eſt, & propenſio ad aliquid promptè dicendum, aut faciendum, ferèque in meliorem partem accipitur; nam propenſio in deteriorem partem uſitatiùs proclivitas dicitur. Sic Cicero 4. Tuſcul. *Proclivitas ad ægrotandum, ſed hæc in bonis rebus, quòd alij ad alia bona ſunt aptiores, facilitas nominetur; in malis proclivitas, ut ſignificet lapſionem*. Neceſſe eſt ergo affirmare aliquid ſpecialius Deum meditatum fuiſſe in cœli conſtructione, quod tabernaculi inſtar ædificavit, ut rationem evincamus, ob quã cum mole ſua & opere terram ſuperet, Deũ in illius opificio concipiamus deliciis affluentem, & ſummâ facilitate & hilaritate utentem, ac veluti ludentem. Nõnè in iſtius orbis machina extruenda defeſſum ſe, ac veluti labore laſſatum Deus inducit, cùm Textus ait: *Et requievit die ſeptima ab univerſo opere, quod patrarat*, Gen. 2. 2. Quorſum ergo in ſola cœli molitione Deum ſe iucundum & facilem oſtentat? Certè quia in cœlo nobili creatione condendo, & in modum tabernaculi architectando, exemplar veluti meditabatur Mariæ Parẽtis ſuæ formationis, quæ totius œconomiæ ſuæ eximium, præſtantiſsimumque tabernaculum erat futura: intuebatur enim, ſicut cœlum cæteris creaturis nobilitate, & munditiâ creationis præſtabat, fore ut Maria, quam in tabernaculum ſuum ab æterno prælegerat inter homines univerſos, puritate & ſublimitate conceptionis emineret. Adeòque ea Deum cogitatio exhilarabat, ſolatioque & voluptate perfundebat, ut qui in cæteris orbis partibus creandis fatigari labore, in cœli fictione ludere, & oblectari videretur. O quàm aptè idoneèque ſapientiſſimæ menti Procopij congruunt verba Proverb. 8. 27. ubi de Sapientia incarnata dicitur: *Quando præparabat cœlos, aderam*; id eſt ſimul cum Patre cœlos creante aderam,

Irenæus.
Suarez.
Rupertus.
Benedictus Fernandez
Rabbi Anchelos.
Procopius.
Cicero.
Geneſ. 2. 2.
Proverb. 8. 27.

una

unâ cum ipſo æthera formans, & gaudens, quòd in illorum formatione honorem, & gloriam Tabernaculi mei Mariæ, quæ puriſsimè ad illorum formam concipienda erat, conſiderabam, unde lætus eram, gaudioque, & luſibus exultabam ea omni tempore mente volvens. Quare Textus ſubiungit

Proverb. 8. 30. verſ. 30. *Et delectabar per ſingulos dies, ludens coram eo omni tempore, ludens in orbe terrarum, & deliciæ meæ eſſe cum filijs hominum.* Quem locum luculenter ad noſtrum inſtitutum elucubratur Richard. de Sanct. Laurent. lib. 4. de laudibus Ma-

Richar. de S. Laur. riæ: *Singulares ſunt ei deliciæ eſſe cum Matre, de qua carnem aſſumpſit. Quia cùm in omni creatura ſit per eſſentiam, in iuſtis ſit per gratiam, excellentius fuit in ea per gratiam, quæ fuit gratia plena, & excellentiſſimè, & ſimpliciter per unionem, unde eam fecit locum voluptatis.* Et magis perſpicuè lib. 10. *Decor domus Domini eſt pulchritudo Mariæ, quam Deus delectat inhabitare. Vnde dicit Proverb. 8. Et deliciæ meæ eſſe cum filijs hominum; & decor huius domus maximè in duobus conſiſtit, in carentia omnis mali, & ornatu omnis boni*: & verè nullam creaturam invenies, quæ omni malo ſemper caruerit, niſi Mariam, quippè quæ etiam in ipſa conceptione originis pravitate caruit. De nulla alia affari poteſt, quòd omni malo fuerit deſtituta. Ecce, ni fallor, nactus es rationem, ob quã ſenſerit Procopius cœli creationem anteſtatam fuiſſe ſingulari nobilitatis ſpecioſitate creationi terræ, quæ abſurda & tenebroſa comparuit; nempè quia cœlum materiale, Dei Tabernaculum præfigurabat divinum Mariæ tentorium, ideòque in illo feſtivum, & hilarem ſe exhibebat Deus, quia in eius extructione præolfactabat voluptatis ſuæ locum, decoremque Regiæ totius mali carentia: & omnigenæ virtutis pulchritudine ornandæ; in terræ mole condenda quaſi moleſtiam, & laborem ſentiebat Deus, in cœlo verò creando ludum inſtituebat, dum illius creationi intentus mente auguſtam Mariæ conceptionem & pertractabat, & dedicabat. Tertiam rationem ob quam æquum fuit, ut cœli creatio perfectior evaderet, quàm terræ, aperuit Iunilius apud Lypomanum:

Iunilius. *Non ergo ſuperius illud cœlum, quod mortalium omnium inacceſſibile conſpectibus inane creditum eſt, & vacuum, ut terra, quæ nihil in ſua prima virentium germinum, & viventium produxit animantium creatione, quia nimirum ſuis mox incolis creatum, hoc eſt, beatiſſimis Angelorum agminibus impletum eſt, quos in principio cum cœlo, & terra eſſe editos, ac mox conditionem ſuam ſimul, & totius primordialis creaturæ ad laudem Conditoris retuliſſe teſtatur ipſe Conditor, qui loquens ad ſanctum ſuum famulum Iob, dicit: Cùm me laudarent aſtra matutina, &c.* Si ergo cœlum nobiliorem ſortitum eſſe creationem, quàm terram, cenſet Iunilius, quia futurum erat Regia, & habitaculum cœleſtium intelligentiarum, quæ ſimul cum illo fuerunt à Deo condita; dedecebat enim nobiliſſimæ ſpiritualis ſubſtantiæ dignitatem locus, qui in primo ſui inſtanti impuritatis argueretur; quomodo cœli creatio adſtruëdæ illibatæ Mariæ conceptioni fortiſſimi argumenti arma non creditur miniſtrare; quæ in habitaculum, Regiam, & thronum ipſius Dei fuit præelecta, & prædeſtinata? Nonnè potiori iure divina ſubſtantia ſedem exigit totius labis expertem, quàm Angelica? Quod quidem amplius clareſcet ex Mariæ dignitate ſuper omnes æthereos Angelos evecta: quocirca conſentaneum non erat illi inficiari honoris privilegia, quæ illis fuêre delata. Ait enim Richardus de Sanct. Laurent. lib. 4. de laudibus Mariæ:

Richar. de S. Laur. *Non ſolùm excedit Maria dignitatem omnium Sanctorum, ſed etiam dignitates omnium cœleſtium Virtutum; ſuperior eſt enim Angelis gloria, quia plus meruit, ſcilicet quòd aſſumeret ex ea naturam humanam, qui noluit aſſumere Angelicam. Ad Hebræos 2. Nuſquam Angelos apprehendit, ſed ſemen Abrahæ apprehendit; ſuperior partu, quoniam Dominum Angelorum genuit; ſuperior honore, quoniam eam Deus ſuper choros Angelorum collocavit; & ideò admirabilis eſt ipſis Angelis. Vnde dicunt Cantic. 8. Quæ eſt iſta, quæ aſcendit, &c. innixa ſuper Dominum? cùm ipſi ſint ſub dilecto: ſuperior revelatione, quia ſicut dicit Bernardus: Dominus ſecretum ſuæ incarnationis prius ipſi quàm alicui Angelorum revelavit.* Si enim Deus tam ſolicitè Angelorum dignitati proſpexit, ut æquum duceret, cœlum nobilitate creationis præhonorare quàm terram, quia eorum ſedes futurum erat: credendum eſt, paſſum illum eſſe Mariam, quæ Angelos tanta evincit excellentia dignitatis conceptionis turpitudine conſpurcari? Quartò putant alij ideò cœlum antevertere terræ creationis conſpicuitate, quia primum, ſeu primarium Dei opus effulſit. Adeò enim primus effectus ſuæ cauſæ cenſetur colligatus, & confibulatus, ut quidquid obſcuritatis in ipſo emergat, cauſa adciſcatur. Quapropter oportuit cœli creationem nullo defectu obſcurari, ne, cùm cœlum primum divinæ poteſtatis ſit opus, defe-

ſus in cauſam reſilere putaretur. Mariam ſanè primogenitam ante omnem creaturam vocat divina Sapientia: *Ego ex ore*
Eccli. 24. 5 *Altiſſimi prodivi primogenita ante omnem creaturam*, Eccli. 24. 5. & aprè coniunxit *primogenita*, & *ante omnem creaturam*. Nam ut Ildefonſus ait ſermon. de Purifi-
Ildefonſ. cat. Mar. *Ex quo colligitur primogenitum eum vocari debere, ante quem nullus: & non eum tantùm, quem fratres ſequuntur.*
Richar. de S. Laurent. Richardus de Sancto-Laurentio commendans prioritatis dignitatem, quâ creaturas reliquas præcedit Maria, lib. 4. de eius laudibus, ſic ſcribit: *De excellentia ſuæ creationis loquitur Maria: Ab initio, & ante ſecula creata ſum; id eſt, à Deo Trinitate. Vnde Proverbiorum 8. ubi nos habemus: Dominus poſſedit me in initio viarum ſuarum; dicit alia translatio: Dominus creavit me in initio viarum ſuarum, vel ab initio, id eſt, ab æterno creata ſum in præſcientia Dei; vel creata, id eſt præviſa creari quodam privilegiato modo; vel ab initio creationis mundi creata ſum; id eſt præfigurata creari per creationem.* Primum Dei opus appellatur Maria, quia in mundi creatione quærebatur à Deo, & ideò in ea præfigurabatur, quapropter in nobiliorum effectuum creatione ipſa inſeminabatur. Et nota, quòd agnoſcens Richardus in voce, *ab initio*, prioritatis excellentiam, quâ Maria reliquis Dei operibus ſuperfertur, expendit non vocari conceptam, ſed creatam, id eſt (ut ipſe ait) *Præviſa creari quodam privilegiato modo*; quaſi ſanciat, privilegium nobilitatis in creatione ei operi eſſe debitum, qui reliqua eiuſmodi primatu antecedit. Clariùs ipſe Ri-
Richar. de S. Laur. chardus lib. 7. in principio, ubi ideò dignitatem creationis cœli & nomen Mariæ adæquat; quia tam illud, quàm ipſa primarium Dei opus appellantur: *Maria cœlum, quia cœlum primarium opus eſt, unde Geneſ. 1. In principio creavit Deus cœlum & terram; & ipſa primarium opus Dei, dignitate, & præfiguratione. Vnde ipſa dicit Proverb. 8. ſecundùm aliam litteram: Dominus creavit me in initio viarum ſuarum: Eccli. 24. Primogenita ante omnem creaturam: ibidem 26. Ab initio, & ante ſecula creata ſum.* Aiunt quintò alij, cœlum creationis immunitate terræ, ideò eſſe prælatum, quia locus eſt, Dei arcana, & abditiora ſacramenta continens. Tabularium enim plura iure obtinet privilegia ex eo, quòd ei publica inſtrumenta, & Regiæ litteræ aſſervandæ tradantur; ædificatur namque in munitiſſimo loco, & ab omni elementorum, & adverſariorum infeſtatione ſecuro, ex materiaque nulli obnoxia corruptioni. Quamobrem Chriſti dignitatem, imò & divinitatem arguit Apoſtolus ex eo, quòd fuerit veluti tabularium, & theſaurus totius divinæ ſcientiæ, & ſapientiæ; *In quo ſunt* (inquit) *omnes* 2. ad Coloſ. 3. *theſauri ſapientiæ & ſcientiæ abſconditi*, ad Coloſſenſ. 2. 3. Theodoretus autem idcircò vocari Chriſtum Theſaurum totius ſcientiæ, & ſapientiæ autumat; quia cognitionem myſterij Incarnationis electis propinat, ex eoque illud hauriunt beati: *In Chriſto* (ait ille) *abſconſi ſunt omnes ſapientiæ & ſcientiæ theſauri, quoniam per ipſum revelatur in futura vita omnibus hominibus diſpenſationis ſcopus.* Hoc ſanè nobiliſsimè inſigne creationis in cœlo vexillatur in Mariæ gloriam, cui meritò iure cœleſtis tabularij, glorioſa conceptio, & ſingularis immunitas debetur: ſurrexit enim illius ædificatio in loco tutiſſimo, quem communis adverſarij inſidiæ, & peſtilens halitus corruptionis ſuæ contagio, neque inficerent, neque attingerent; præſertim cùm in ipſa cœleſte incarnationis arcanum (ſeculis obſeratum) patratum fuerit, eiuſque cognitio in illa repoſita, ut ex Maria illam purius & ſecurius Eccleſia ebiberet. In hanc mentem devenit Richardus de Sanct. Laurent. ubi ſuprà: qui ideò cenſet Mariæ nomen cœli debitum, quia tum virtutum, tum ſacramentorum Dei univerſitas in illa fuerit reſignata, & dedicata: *Maria cœlum eſt, quia continet ar-* Richar. de S. Laur. *cana Dei. Hæc arcana virtutes cognitæ ſoli Deo, quarum univerſitatem in ſe continuit: vel hæc arcana, Filius adhuc ignotus mundo, qui abſconditus eſt per incarnationem, Coloſſenſ. 1. Myſterium abſconditum. De hac duplici abſconſione toties in Canticis replicatur: Abſque eo quod intrinſecùs latet, Iſai. 45. dicit Chriſto Propheta: Verè tues Deus abſconditus, nempè in utero Virginali.* Demum aliorum arbitratur ſtudium cœli formationem nobiliorem evaſiſſe quàm terræ, quia in eo condendo divina Sapientia perfectiorem obſervavit figuram, & quæ totius vitij, & anguloſæ deformitatis invenuſtatem repelleret; cœlum enim orbiculare eſt, & perfectiſſimæ rotunditatis formam retinens; nec ullus eſt, qui ambigat, orbicularem formam cæteris dignitate, & perfectione præſtare. Conſentaneū ergo erat, ut cœlum, cui in ſui creatione, & conſtructione, forma perfectior & venuſtior militabat, creationē ſortiretur principem, omnique vitio carentem; ne Dei ſtudia inter ſe decertarent, & inconſequentiæ incuſarētur, viſus enim eſſet Deus

in

in ſuis conſilijs parum ſibi conſtare, ſi ex uno latere perfectiori formâ cœlum contenderet honorare, dum illud effingeret; & ex alio eius creationem impuram relinqueret, & vitioſitatis umbris deturpatam. Quapropter Richardus de Sanct. Laurent. ſuperiùs, ob præſtantiſſimæ formæ perfectionem ait, Mariæ cœli nomen optimo iure adaptari; longè enim fuit ſemper à Maria anguli ſuſpectio, in quo culpæ ſingularitas agnita eſt à Bernardo, & quemadmodum à prima ſui creatione angulum cœlum non agnovit, ita neque Maria maculam. Sic enim ille ſcribit loco præfato; *Maria cœlum eſt, quia orbiculare eſt, & rotundum, & perfectionis circulo congyratum. Corpora ſiquidem cœleſtia formam ſphæricam habent, patet in cœlo, Sole, Luna, & Stella qualibet, & tali figura deſignatur æternitas principio carens & fine, cuius appetitus, & deſiderium figura ſphærica figuratur; cuius modi appetitum, & deſiderium habuit Maria præ omnibus creaturis. Vnde dictum eſt ei Luc. 1. Ne timeas Maria, inveniſti, quod quærebas. Item quoniam orbicularis figura ſine angulis eſt, in quibus duplicitas figuratur, ſimplicitatem deſignat, quam virtutem Maria habuit ſuper omnes, quæ unum petijt, & accepit, ſciens quòd unum eſt neceſſarium, Luc. 10. De his qui ſunt duplices animo, & ideò inconſtantes in vijs ſuis Iacob. 1. dicitur Sophon. 1. Dies Domini ſuper angulos excelſos; id eſt, ſuper omnes angulоſos, & ſuperbos. Per hoc enim removetur ab ea omnis mala ſingularitas, & omnis immunditia, quia ſicut dicit Bernardus, ubi ſingularitas, ibi angulus, ibi proculdubio ſordes, ibi rubigo, ubi etiam angulus ibi non eſt planities, ſed ipſa tota fuit æqualis per iuſtitiam, tota plana per manſuetudinem. Item quia figura orbicularis inter omnes figuras maxima eſt capacitatis, rectè figurat Mariam, in cuius viſcera ſe contulit ille factus homo, quem non capiebat totus orbis, &c.* Et proculdubio ſi Maria in primo ſuæ conceptionis inſtanti culpæ angulum fuiſſet paſſa, quâ eius animus ſordeſceret, & rubiginaretur, neutiquam poſſet orbicularis appellari, nec propter eam rationem cœlo conferri: & non quidem abſque ſacramenti ſingularis arcano, pariter in figura orbiculari coëunt, & puritatis undequaque perfectæ, & capacitatis ſignificata, duoque hæc ſimul in forma circulari præmonſtrantur, manuſque amicè conſerunt; ut agnoſcas puritatem abſolutam, quæ omnem excludit vitij, & peccati angulum maximæ capacitati neceſſariò ſemper eſſe innexam. Ideòque Mariæ, quæ capacior fuit ipſo cœlo (nam quem cœli capere non poterant, ſuo gremio contulit, & accinxit) debita fuit puritas, quæ nullum ſordis angulum amplecteretur. Quamobrem quia omnibus creaturis capacior, omnibus mundior, & ſic duplici titulo, & capacitatis, & puritatis orbicularis, & cœleſtis formæ inſigne præfert. Capacitatis, inquam, & puritatis utriuſque ſimul inter ſe colligatæ, quia capacitati divini puerperij ſumma debet puritas infibulari. Iam rurſus ex mente Tertulliani, & Anaſtaſij Sinaitæ argumentum noſtrum ut nobiliremus, ediſcamuſque, quali excellentiâ procerita-teque ſupra reliqua tunc creata cœlum fuerit in ſua creatione evectum. Sic Textus habet: *In principio creavit Deus cœlum & terram; terra autem erat inanis, & vacua, & tenebræ erãt ſuper faciem abyſſi, & Spiritus Domini ferebatur ſuper aquas*, Geneſ. 1. 1. Digeſtum ordinem primæ illius creationis, rerumque tunc productarum ſitum, & ſedem diſtinxit Tertul. lib. adverſus Hermog. cap. 31. *Suggeſtus autem cœli & terræ primò tunc fuerant tenebræ, & abyſſus, & ſpiritus, & aquæ. Nam terræ quidem ſuberat abyſſus & tenebræ; ſi enim abyſſus infrà terram, tenebræ autem ſuper abyſſum, ſine dubio, & tenebræ & abyſſus infra terram: cœlo verò ſpiritus, & aquæ ſubiacebant. Nam ſi aquæ ſupra terram, quæ eam texerant, Spiritus autem ſuper aquas, pariter Spiritus & aquæ ſuper terram: quæ verò ſuper terram, ea utique infra cœlum; & ſicut terra abyſſo & tenebris, ita cœlũ Spiritui, & aquæ incubabat, & complectebatur.* Itaque abyſſus, & tenebræ ſuggeſtum terræ præbebant, quibus ipſa inſidebat, terra verò aquæ, & Spiritus ſedes; aqua autem, & Spiritus cœli iam puriſſimus thronus, quo auguſtius à ſua origine excipiebatur. Cæterùm ſi inquiras, quid terra abyſſo, & tenebris ſupervectata deſignet, è veſtigio tibi ſatisfaciet Anaſtaſ. Sinaita lib. 1. Hexamer. *Quod enim terra erat in initio inferis obruta, id prius deſcripſit terra genitam noſtram naturam ſedentem in tenebris, & in umbra mortis.* Apparuit ergo terra in ſua creatione naturam humanam præfigurans Adami peccatis tenebris involutam, & umbræ inſiſtentem mortis, qualem omnes Adæ filij eã forent poſteà participaturi. Cùm ſic primævi peccati turpi imagine terra oblita in ſua creatione emergeret: cœlum innotuit Spiritui tanquam ſolio Regio innixum, quaſi Spiritus ſanctus medius interiectus eſſet inter cœlum & terram excubias præſtruẽs, cuſtodiã parãs, eratque quaſi pro Regio ſatellitio præcavens ne tenebroſus aliquis vapor cœli nobilitatem inficeret, & qui Marianæ cõceptionis miniſterio erat in poſterũ

Richar. de S. Laur.

Gen. 1. 1.

Tertull.

Anaſtaſ. Sinaita.

adſtiturus, omnem procul abigens originis noxã, & obſcuritatem; iã tunc in cœli creatione huius ſolicitudinis exercebat præludia, Marianæ conceptionis imaginẽ ab originalis conceptionis umbra defendens, & protegẽs. Quapropter cœli in ſua creatione dignitatem, & ingenuitatis ſingularitatem meditatus Anaſtaſ. ubi ſup. inquit: *Placuit Deo, ut fieret cœlum tanquam Deus.* Et verè cœlũ utpotè Mariæ imago in ſui molitione divinitatis maieſtate coruſcavit. Nã puriſſima Mariæ conceptio non modicũ incarnatæ ſapiẽtiæ generationẽ æmulata eſt: cùm munditiã, quam hæc iure hypoſtaticæ unionis eſt nacta, illa gratiæ privilegio ſit adepta, & utraque Spiritus ſancti virtute abſque omni corruptionis livore compacta. Neque abſque ponderatione omittendus eſt modus is dicendi Anaſtaſij, qui ut mundiſſimã cœli creationẽ adſeveraret, inquit: *Placuit Deo, ut fieret cœlum tanquam Deus*: Dei enim inſtar eſt, qui omni prorſus maculâ caret: unde qui abſque flagitij ſorde conditur, tanquã Deus conditur: inſigne enim & ſtemma Dei, quo à reliquis ſe hominibus homo effectus ſecernit, eſt ab omni immũditia immunitas. Sic Chryſoſtom. meditans rationem ob quã Deus in peccati fœditatem prolabi permiſerit Davidem egregium Vatem Dei amicum, tot muneribus gratiæ redimitũ, virtutumque ſupellectile inſignitum, quippè qui animum gereret Dei formam effectum; eam ſanè excogitavit, ne ſi à peccato liber evaderet, Deus haberetur, divinitatiſque inſulas portaret. Ait ergo Chryſoſt. tom. 6. orat. de S. David, inquirens rationem ob quam permiſerit Deus egregiũ ſanctitate Prophetam peccato deturpari. *Venturus erat ad terras Servator hominum, carnali nimirũ præſentia noſtræ carnis maſſam ipſe ſumpturus, & cum hominibus converſaturus. Sed quidem, & quia Deus erat, & ſine peccato ſolus permiſit utique iuſtos pro ſuo quemquam arbitrio, ac voluntate peccare humanitus, nihil eos in peccatum inducens ipſe, ſed ad ſuum quemque ſcopum pro arbitrio, ac voluntate ire patitur. Sic Abrahã minimè credens peccavit, & peccati Deo pœnas dedit: & ſerviet (inquit) ſemen tuum annis quadringẽtis. Rurſum etiam Moyſes: Si glorificaſti Deũ, quando aquã de petra donavit ingratis. Ad quem propterea Deus, & videbis terrã Promiſſionis, nec ingredieris in eã. Itaque alio, atque alio modo aliũ, atque alium in peccatũ labi ſinit, ut humano in corpore unus ipſe nulli affinis culpæ inveniretur. Quare propterea David cùm peccati culpam ei nũ agnoſceret, his apud Deũ verbis uſus eſt: Tibi ſoli peccavi, & malũ coram te feci; ut iuſtificeris in ſermonibus tuis, & vincas cũ iudicaris, &c.* Chryſoſt.

Meritò ergo ait Anaſtaſius Mariã inſtar Dei effectam, ut indicet eam nunquã ulli labi fuiſſe ſubditam, quæ quidem prærogativa ſolius divinitatis ſingularis æſtimatur & propria.

27 Hæc divina Spiritus ſancti cura pro cœlorũ mundiſſima origine tutanda, eluceſcet amplius ex quæſt. illa, quã D. Th. agitat 1. p. q. 61. art. 3. utrum Angeli ſint creati in cœlo Empyreo: & licèt Angelicus Doctor affirmativã ſententiã fuerit amplexus, negativã tamen ſectãtur Aug. lib. 3. de Genel. ad litter. c. 10. aſſerens fuiſſe creatos in ſuperiore parte aëris; & Rupert. lib. 1. in Gen. c. 11. D. Thom. Auguſt.

Si igitur ratione ſciſciteris, ob quã in ſupremo cœlo nõ fuerint creati, ſed extra; ea quidẽ in promptu eſt, ob divini throni dignitatẽ, & authoritatẽ. Cùm enim ſtatim ac creati pravi Angeli in iniquitatẽ fuerint delapſi, ſi in Empyreo procreati fuiſſent, in cœlo quidẽ peccaſſent: divinaque ſedes licèt alieni criminis maculis veluti lãguiſſet reſperſa, & quàm Deo indignũ, & indecens ut Regiũ ſolium, & aula crimine polluta ſordeſceret, & alieno contagio marceſceret profanata. Quam mentẽ nõ obſcurè decerpo ex verbis Ruperti: *Quid enim? nũquid putamus, quòd de cœlo fuerunt Angeli, & nõ potiùs hic facti, & in cœlũ translati? Nempè non magis facti ſunt in cœlo, quàm homo plaſmatus in paradiſo. Plaſmatus nãque fuit homo extra paradiſum, & poſitus in paradiſo ſicut ſcriptũ eſt: Plantaverat autẽ Dominus Deus paradiſum voluptatis à principio, in quo fecit hominem, quẽ formaverat. Ita nimirum, & Angeli extra cœlũ conditi, & in cœlũ trãſlati, non natura, ſed gratia cœlũ inhabitãt; de cœlo namque nemo venit, niſi qui ſuper omnes eſt.* Hæc ultima verba recto libramine põdera: *Non natura, ſed gratia cœlũ inhabitãt. De cœlo nãque nemo venit, niſi qui ſuper omnes eſt*; quaſi dicat: quia cœlũ Regia Dei eſt, Deus enim qui ſuper omnes eſt, de cœlo tanquam de Regia ſua deſcendit, ideò oportebat, ut Angeli qui naturâ peccabiles erant, donec iã in gratia fuiſſent firmiter radicati, cœlum nõ inhabitarẽt. Nec enim decorũ Deo erat, ut in illius ſuggeſto aliqua peccati impẽdẽtia vel immineret. Sic in ſano ſenſu interpretor verba illa: *Nõ natura, ſed gratia cœlũ inhabitãt.* Nũ non perpẽdis quàm fuerit ſolicitus Spiritus ſanctus, & anxius pro cœli puritate propugnãda, cui irrogari cẽſebat injuriã, ſi eius ditionẽ peccati infamia auſa eſſet permeare? Sed ad hanc accuratam providentiã credo ipſum ſtimulatum ex eo, quòd cœlum ſanctiſſimã à ſua creatione Mariam portenderit. Quæ quidẽ verius Dei aula, thronus, Regia, ſolium, & intimius, quàm cœlum fuit. Iuvo; exclamavit Rupert.

vit Epiphan. in ſerm. de laudibus Deiparæ:
Epiphan. *O uterum impollutum habentem circulum cœlorum, qui Deum incomprehenſum, in te verò comprehenſum portaſti! O uterum cœlo ampliorem, qui Deum in te non coarctaſti! O uterum, qui cœlum es ſeptem circulis conſtans, & capacior illis exiſtis! O uterum, qui es octavum cœlum ſeptem firmamentis celſiorem!* In prioribus ſanè verbis videtur ſpectaſſe ad ea, quæ prætulimus, Epiphan. *O uterum impollutum habentem circulũ cœlorum, qui Deũ incomprehenſum, in te verò comprehenſum portaſti!* quaſi dicat; Si cœlorũ circulus adeò fuit immaculatus, & impollutus, ut haudquaquã in eo Angelica nequitia fuerit excepta, ne vel exteriùs inquinaretur; & ius hoc adverſus pravitatẽ obtinuit, eò quòd Regia Dei eſſet. Tibi, qui in tuo utero incomprehenſum comprehẽdiſti, quẽ cœlo capacior non arctaſti, quo iure dominaretur iniquitas? ſi iniuria Dei cenſebatur vel extima, & aliena in cœlo macula, quæ Deo non reſultaret iniuria, ſi originalis in te intima noxa inveniretur? Si toto, ut ita dicam, animo Spiritus ſanctus pro cœlorũ indemnitate ſatagens, ne Dei aula inficeretur exteriùs; pro te vigilias præſtruens iam fatiſceretur, & te, quæ ſublimius Dei es ſacrariũ, ab infeſto hoſte exedi in tui origine pateretur? Abſit hoc à religioſa pietate.

28 Iam ad aquarum creationẽ deveniamus, quæ auguſtæ Marianæ cõceptionis nobiliſsimi vexillifera fuit: & ab illo 3. Reg. 18. 44. delibo exordiũ, cùm pro optata pluvia exoranti Eliæ puer ſpeculator nũtiavit:
3. Reg. 18. 41. *Ecce nubecula parva quaſi veſtigiũ hominis aſcendebat de mari.* Quem locũ illuſtrant de B. Virgine Ioan. Ieroſol. cap. 32. de inſtitut. Monachor. & Richard. de S. Laur. lib. 12. de laudib. B. Maria; quorũ verba inferiùs ſcribentur. Nunc diſcutio, cur nubecula Mariã in ſuo aſcenſu ad vitã deſignans, potius ſpectatur à mari, quàm à montium faſtigijs, vel alio loco, in quo conflantur nubes aſſiduè, ſcandere? Huic quæſtioni obviat Richardus aſſerens mare *excellentiſsimũ humanæ vitæ ſtatum deſignare*, ſic lib. 12. Nunc autem quo pacto mare perfectiſſimum vitæ humanæ ordinem demonſtret, oportet inquirere. Nec illud erit difficile indagare ex prima aquarum creatione, quæ quidẽ Maria appellata eſt; iam ex ſuo initio Mariæ nomẽ ſuſtinens, vel adumbrans, ut intelligeretur illius præmiſiſſe figuram: eiſdem enim litteris & Mariæ, & aquarum congregationis nomen
Gen. 1. 10. conſtat: *Congregationeſque aquarũ appellavit Maria*, Gen. 1. 10. ſic placuit Per. Chry-
Chryſol. ſol. *Maria Mater vocatur, & quando non Maria Mater, congregationes, inquit, aquarũ appellavit Maria.* Ibi maris creationis, ſeu aquarum credimus mentionem factam, ubi Textus ait: *In principio creavit Deus cœlum & terrã, & terra erat inanis & vacua, & tenebræ erãt ſuper faciem abyſſi, & Spiritus Domini ferebatur ſuper aquas*, Geneſ. 1. 1. Perpende iã quo privilegio, qui quę gratiæ prærogativâ aquæ inter cætera tunc creata præfulgeant. Nã inprimis cœlum, & terra quaſi bruta, informia, & veluti infecta in ſua creatione emerſerunt: nã terra quaſi indigna apparuit, quę videretur præ illius deformitate, & ſqualore, hoc enim illud autumo importare: *Terra erat inanis, & vacua*; incõpta enim, & inornata producta eſt. Cœlum tunc incompoſitum fuit, nullo ſiderum coruſco diſtinctum, nulli lucis honori confidẽs. Aqua ſola tũc promicuit perfectâ creatione procedens, nihil ad ſui decorem, & ornatum deſiderans, quæ quidem Spiritu ſanctũ in ſe veluti equitantẽ primò oſtentavit; quaſi ſibi blandiretur, quòd ornatior, & dignior illius ſedes inter cætera exiſteret; & ut melius dicam, velut quæ venditaret ſe nobiliſſimè, & auguſtè creatam, quæ tanquã ſuæ nobilitatis, & ingenuitatis ſtemma Spiritũ ſanctum in ſua creatione exerebat: nec enim voluit divina Sapientia nomen aquarũ ſine prævio nomine Spiritus ſancti inſidentis audiri, unde non ait Textus, & ſuper aquas terebatur Spiritus ſanctus: ſic enim innuerentur præiiſſe aquas, & deinde Spiritum ſanctũ in illas deſcendiſſe; ſed *Spiritus ſanctus ferebatur ſuper aquas*, quaſi aquæ illum ſupervehentes fuerint creatæ, ſumpta metaphora ab ſpeculatore, cuius vigili aſpectui prior occurrit eques, quàm equus; utpotè altior equo quo vectatur. Quæ omnia attẽtè meditatus eſt Tertul. lib. de Baptiſ. cap. 3. *In primordio fecit Deus cœlum, & terram, terra autẽ erat inviſibilis, & incompoſita, & tenebræ erant ſuper abyſſum, & Spiritus Dei ſuper aquas ferebatur. Habes, ò homo, inprimis ætatẽ venerari aquarum, quòd antiqua ſubſtantia; dehinc dignationem, quòd divini Spiritus ſedes; gratior ſcilicet cæteris tunc elementis: nam & tenebræ totæ adhuc ſine cultu ſiderũ informes, & triſtis abyſſus, & terra imparata, & cœlũ rude; ſolus liquor ſemper materia perfecta; læta, ſimplex, de ſuo pura, dignũ vectaculũ Deo ſubjiciebat.* Tertull.
Ecce quo ingenio in mari, & aquis perfectiſsimus naturæ humanæ præindicatus ſtatus; excellẽtior quippè illius ordo prior ille fuit, quẽ in primo homine Dei effecto manibus, & originali inſtitiâ prædito enituit, in eo enim invẽta eſt natura humana in ſua perfectione, & integritate ſancita. Et quis inficietur eam aquarum creationem præfiguraſſe reliquarum rerum productiones. Nam ille tenebrarum pallor, & horror, abyſſi tri-

triſtitia, telluris informitas, cœli ruditas, quid niſi imperfectionem, & corruptionem humanæ naturæ lapſæ in ſuis generationibus portendebant? Quapropter Anaſtaſ. Sinaita lib. 1. Hexam. ait: *Oportebat terram à Deo factam ſtatim ab initio tanquam condemnatam, & abyſſo tanquam inferis traditam.* Et D. Ambroſ. lib. 1. Hexam. cap. 17. *Inviſibilem terram legimus, quæ nondum Verbo Dei, & perfectione viſitabatur.* Sola aqua extitit, quæ integræ naturæ privilegia, & perfectiones in ſe velut in vexillo offerebat. Ergo meritò aquarum congregatio Mariæ nomen baiulat: *Et congregationes aquarum appellavit Maria.* Conſentaneũ enim erat, ut Mariæ ei nomen imponeretur, quæ illius originalis gratiæ promulgabat ſtẽma. Sicque non à myſterio vacabat, quòd nubecula Mariam prælineans potius aſcenderet de mari, quàm ab alio loco; à quo enim Marianus aſcenſus ad vitam dignius, quàm à mari, quod quidem eius exaratam habebat originalem immunitatẽ, ab initio auſpicaretur?

Anaſtaſ. Sinaita. Ambroſ.

29 His ſi aliud adiungas ex mente Tertulliani, Marianæ conceptionis gloria ex aquarum primo ſuggeſtu, lucidius quidẽ ſplẽdebit; inquirens enim Tertullianus quamobrem aqua reliqua elementa tot honorum titulis fuerit anteſtata, eã eſſe cogitavit rationem, quia in baptiſmi miniſterium, quo originali draconis virus exarmandum erat, ipſeque ſerpens ſuffocandus, eſſet elevanda. Sic enim lib. de Baptiſ. cap. 3. recitat: *Huius memores pronuntiationis tanquã præſcriptionis, nihilominus quàm ſtultum, & impoſſibile ſit aqua reformari tractamus. Quid utique iſta materia tãtæ dignationis meruit officium? Vt opinor authoritas liquidi elemẽti exigenda eſt. At quin plurima ſuppetit, & quidem à primordio. Nam unum ex his eſt, quæ ante omnem mundi ſuggeſtum impolita adhuc ſpecie penes Deum quieſcebãt. In primordio (inquit) fecit Deus cœlum & terram, terra autem erat inviſibilis, & incõpoſita, & tenebræ erant ſuper abyſſum, & Spiritus Dei ſuper aquas ferebatur. Habes, ô homo, imprimis ætatem venerari aquarum, quòd antiqua ſubſtantia, de hinc dignationẽ, quod divini Spiritus ſedes gratior, ſcilicet cæteris tunc elemẽtis. Nam & tenebræ totæ adhuc ſine cultu ſiderum informes, & triſtis abyſſus, & terra imparata, & cœlum rude, ſolus liquor ſemper materia perfecta, læta, ſimplex de ſuo pura dignum vectaculũ Deo ſubijciebat. Quid, quòd exinde diſpoſitio mũdi modulatricibus quodammodò aquis Deo conſtitit. Nam ut firmamentum cœleſte ſuſpenderet, immediatè diſtinctis aquis fecit. Et ut terram aridam ſuſpenderet, ſegregatis aquis expediit. Ordinato de hinc per elementa mundo, cùm incolæ darentur primis aquis, præceptum eſt animas proferre. Primus liquor, quòd viveret, edidit, ne miram ſit, in baptiſmo ſi aquæ animare noverunt. Nam ipſius quoque hominis figurandi opus ſociantibus aquis abſolutum eſt de terra materia, non tamen habili, niſi humecta, & ſuccida; quam ſcilicet ante quartum diem ſegregatæ aquæ in ſtationem ſuam ſuperſtite humore limo temperarant. Si exinde univerſa, vel plura proſequar, quæ de elementi iſtius authoritate commemorem, quanta vis eius, aut gratia, quot ingenia, quot officia, quantum inſtrumentum mundo ferat, vereor, ne laudes aquæ potius quã baptiſmi rationes videar congreſſe: licèt eo plenius docerem, non eſſe dubitandum, ſi materiam, quam in omnibus rebus, & operibus ſuis Deo diſpoſuit, etiam in ſacramentis proprijs parere fecit. Si quæ vitam æternam gubernat, & in cœleſti procurat; ſed ea ſatis erit præcerpſiſſe, in quibus & ratio baptiſmi recognoſcitur prima illa, quæ iam tũc etiam ipſo habitu prænotabatur ad baptiſmi figuram Dei Spiritum, qui ab initio ſupervectabatur ſuper aquas, intinctos reformaturum.* Itaque in honorem baptiſmi ex aquis deſumendi tot maieſtatis, & ſingularis gloriæ muneribus aquas Deus à principio locupletavit. Nam cùm in eiſdem decreviſſet iam Deus ſacramentum noſtræ redemptionis ſtatuere, hoc enim nomine conſignire baptiſmum videtur Apoſtolus inquiens: *An ignoratis, quòd quicunque baptizati ſumus in Chriſto Ieſu, in morte ipſius baptizati ſumus? conſepulti enim ſumus cum illo per baptiſmum in mortem,* ad Roman. 6. 3. in quem 16 cum ſic Theophyl. *Quod Chriſto eſt crux, & ſepulchrum, id nobis eſt baptiſma.* Dignum ſatis erat, ut inter omnia primò creata aquæ originali puritate, nativâque mũditiâ adornatæ ederẽtur. Suggeſtus enim, & veluti primum theatrum, quo redemptionis noſtræ umbraticum licet ſpectaculum depallandũ erat; vel levem quampiam maculam quis non cenſeret æquum, ut à ſe in ſua abigeret creatione? En iam quo pacto novus alius titulus erigitur, ſeu figitur in aquis, quo Mariæ credamus debitam præfuiſſe cõceptionis ſuæ immunitatem. Quid enim Mariæ capaciſsimus uterus gratiarũ mare, quàm inſtar generalis baptiſmatis fons eſt, quo omnes recipimur, ut ex illo abluti à priſtinis illis ſordibus eruamur. Auſcultemus Paul. docentẽ: *Nolo enim vos ignorare, fratres, quoniam patres noſtri omnes ſub nube fuerunt, & omnes mare tranſierunt, & omnes in Moyſe baptizati ſunt in nube, & in mari,*

Tertull.

Ad Rom. 6. 3.

Theophyl.

1. Corint. 10. 1.

1. Co-

1. Corint. 10. 1. in quem locum ſic Anſelmus: *Baptizati ſunt in nube, & in mari, quia ſubmerſis hoſtibus ſuis erepti ſunt à morte, quod nobis præſtat baptiſmus, & purgati ſunt à peccatis prioribus, ut ultrà non imputarentur illis, & mundarentur ab ignorantia Dei, quæ premebat omnes gentes, ut idonei forent accipere divinam legē, baptizati ſunt, quia ſignum baptiſmi acceperūt.* Præceſſit ergo mare illud baptiſmi figura ex eo, quòd infectatos, & captivos Iſraëlitas à Pharaone, dæmonis typo, excepit ſuo utero, & ab illius poteſtate exceptos in libertatis ſtationem traduxit victores. Præceſſit quoque Beati Mariæ uteri imago, ex eo, quòd fuerit ſignum baptiſmi: Maria enim veluti ſalutis ſalum eſt, cùm illius protectione, & meritorum congruitate excepti veluti in novam reformamur creaturam à diriſsimi Pharaonis imperio duriſſimo excuſſi, & in ſecuritatis littus tranſvecti. Accipe Petrum Ravennatem ſerm. 146. *Maria Mater vocatur, & quando non Maria Mater? Congregationes, inquit, aquarū appellavit Maria. Nonnè hæc exeuntem populum de Ægypto concepit utero, ut emergeret cœleſtis in novā creaturā renata progenies? iuxta illud Apoſtoli; Omnes ſub nube fuerunt, & omnes mare tranſierūt, & omnes in Moyſe baptizati ſunt in nube, & in mari.* Quaſi dicat, cùm in uterū ſe Dei Filius Mariæ captivi larvâ contectus immiſit, omnes illius alvum cum ipſo pariter, & in ipſius habitu expreſſi intravimus: unde nō ſolū Chriſtū, ſed & nos ipſos quaſi concepit. Hinc eſt, quòd Chriſtum ab illa naſci, nil fuerit, quàm nos ab illa veluti à quodā baptiſmi generali fonte renaſci. Igitur ſi aquis quondā primitiva fuerūt originis, & creationis privilegia conceſſa, ex eo quòd baptiſmi redemptionis noſtræ ſacramenti inſignia prima prætulerint; quis Mariæ originis ſuæ audeat immunitates, & excellentias denegare, cùm quandā veritatem baptiſmi in ſuo utero, & effectus baptiſmi efficaciæ nō abſimiles præmōſtrarit? Quapropter in illa aquarū antiqua creatione Mariæ intueor geminā fuiſſe præmiſſam imaginem, & repetitam umbram, & ob utramque à Deo præ cæteris elemētis aquā fuiſſe honoratam originis Maieſtate.

Anſelmus.

Pet. Ravennates.

30 Nunc liceat, prius quàm ulterius progrediamur, in honorem nitidiſſimæ Marianæ cōceptionis, & lætā illius feſtivitatis ſolemnia, verba illa præfixa Tertulliani appēdere, & illuſtrare: *Quid quod ex inde diſpoſitio mundi modulatricibus quodāmodò aquis Deo cōſtitit.* Ex quibus eliciam mundiſſimā Parentis conceptionem, adeò Filio condēti orbem extitiſſe gratam & feſtivam, ut illius ſuavitatis memoriā, ſeu præviſione laborem extruendæ molis veluti feſellerit, & relevaverit. Modulatrices aquas vocat Tertullianus in primordio à Deo conditas. Etſi non me lateat, modulatrices aquas à Tertulliano vocatas iuxta verbi *modulor* poteſtatē, quod idem ſignificat, ac menſurare, eò quòd terra cœlumque media inter aquas conſtiterint. Nam cùm firmamentū Deus in medio aquarum appenderit, ſeu libraverit, deorſum ſurſumque aquis vergentibus: aquas modulatrices fuiſſe, poteſt intelligi ex earum cōmenſuratione mundi rationem menſuratā, & diſpoſitam. Sed ſi ad aliā, quā pollet verbum *modulor*, ſignificationem attendamus, nempè cantus edere, & carmina pangere; aquas illas modulatrices à Tertulliano accerſitas ideò arbitror, quia murmur illud, ſeu ſtrepitus, quo fluctuantes undæ leniter à ſpiritu agitatæ perſonabant, dulcem quendā concentum temperatamque harmoniā reddebant, ſicque fluctus ad numerum ab aura pulſati, & murmure illo modulatè crepēres canorā quadam dulcedine, muſiciſque plauſibus divinum laborem ſolabātur. Sic interpretor Tertull. dicentem: *Quid quod exinde diſpoſitio mūdi modulatricibus quodammodo aquis Deo conſtitit.* Sed quid, quæſo, modulatum illud murmur, muſicuſque ſonus in Dei auribus reſonabat? Quos ſenſus, quodve myſterium divinæ menti obijciebat? Verè cùm aquæ ob dignitatem, & privilegia ſuæ creationis, quibus cætera elementa antevertebant, puriſſimæ conceptionis Mariæ imaginem, & myſterium præferrent, dum hūc illuc fluitando cōcordi concentu crepebāt, nil aliud, quàm hymnum in ſuæ creationis gratitudinē, & immunitatis pariter Marianæ conceptionis plauſum Deo videbātur decantare. Itaque dū Deus totius orbis fabricæ intentus erat, aquæ tanquā Regij Sacelli modulatrices, ut Deum demulcerēt, & à ſuo labore recrearent imperfectis vocibus immaculatæ conceptionis Mariæ carmina cōcinebant, eâque ipſe allectus mellodiâ opus ſuum indefeſsè cōplebat, quaſi noſtro idiomate diceremus: *Al ſon de una letrilla que le cantaban ſus muſicas las aguas, trabajaba Dios en la fabrica de el orbe. Quid quod ex inde diſpoſitio mūdi modulatricibus quodammodò aquis Deo conſtitit.*

Tertull.

31 Sed ut advertas quàm aptè, & apprimè aquæ illibatā Mariæ conceptionē in ſuæ creatione expreſſerint, ſcito, eas quadā veluti divinitate fuiſſe cōpactas, & nō niſi Numen quoddā inviſceratū, & intimè in ſe ipſis repoſitum habētes in lucē prodijſſe Tertul. ad illa verba Gen. 1. 2: *Et Spiritus Dñi ferebatur ſuper aquas*, diſpiciēs quis ſpiritus hic fuerit, qui aquis ſupernatabat, cēſet nō Spiritum fuiſſe ſanctum, ſed ventum, aut aërem;

qui vitali quadam, & fœcundâ commotione aquas ad uberes rerum partus efficiebat prægnantes: & rationem subiungens ob quã à sententia Spiritum sanctum illum fuisse testante diverterit, eam nimirum assignat, quia aquæ creaturæ labiles & imbecilles tãtam divinitatis molem, ni illicò debiscerẽt, non valerent sustinere, lib. enim adversũ Hermog. cap. 33. sic scribit: *Qui super aquas ferebatur, librator, & afflator, & animator universitatis, non ut quidam putant ipsum Deum significari Spiritum, quia Deus Spiritus. Neque enim aquæ Dominum sustinere sufficerent.* Igitur iuxta mentem Tertulliani, qui asserverit, Spiritum illũ aquis incũbantem fuisse divinum, aquarum suggestũ ipsa divinitate quodammodò fuisse fulcitũ, & veluti ammatum sentire coarctatur: ut sic divinitas divinitati inniteretur, & ipsa se ipsam absque defectione, & ruina aquarum sustentaret. Quapropter sibi ipsi constans Tertul. consequentiæque servans tenorem, & vim, cùm posteà melius sapiens Spiritum sanctum in aquis descendisse tenuerit, coactus fuit dicere, aquas sanctitate quadam fuisse coalitas, & conoretas, & divinitate quadam imbibitã in ipsisque contentã, apparuisse creatas: ut sic dignè sanctitudo Numinis, Numinis sanctitatem absque ullo periculo baiularet. Accipe illum lib. de Baptism. cap. 4. *Sanctum autẽ utique super sanctum ferebatur, aut ab eo, quod superferebatur, sanctitatem mutuabatur. Quoniam subiecta quæque materia, eius quæ desuper imminet, qualitatem rapiat, necesse est, maximè corporalis spiritalem, & penetrare, & insidere facilem per substantiæ suæ subtilitatẽ.* Mentior, si non insigne expressum sublimeque Marianæ conceptionis vexillum aquæ tetenderint, & explicuerint. Quid enim fuit, illas in sua creatione aurigæ in modum Spiritum sanctum sibi ipsis insidentem ostentãtes emersisse, nisi iam ab ipsa creatione sanctitatem, & divinitatem quandam concepisse, ut tantam virtutem sufferre sufficerent? Videtur enim quædam in eis umbra Verbi incarnationis præcessisse. Nã postquàm Angelus Mariæ annuntiasset: *Spiritus sanctus superveniet in te*, Luc. 1. 35. illicò subiungit: *Et virtus Altissimi obumbrabit tibi*: quasi dicat; ut Spiritus sancti virtutem operantem, & tantæ maiestatis pondus feras, Patris virtus, & sanctitas te intetiùs proteget, solidabitque; hoc est: *Et virtus Altissimi obumbrabit tibi*. Sic Chrysol. locum hũc meditatus est: *Obũbrat Dei virtus, ne portatura Deum fragilitas humana succumbat*, serm. 143. Parili modo ait Tertul. ne Spiritu sancto, & illius Maiestati aquis incubanti aquarum fragilitas succumberet, quædam Altissimi virtus aquarum naturam præmuniebat intùs; & Deitati insidenti quoddam veluti fulcimentum subministrabat; eoque ingenio aquæ Marianæ cõceptionis typi baiulatrices eam prædicebant non absimilem Filij sui incarnationi evasisse. Nam cùm Spiritus sanctus adesset Annæ utero, ut illius virtute Mariæ generatio sanctitate cõpingeretur, Patris virtus uterum Annæ præfulciebat, eique obumbrabat, ne tantæ virtutis ministerium gestando deficeret, sicque intra divinitatis quandam obsidionem, quã undique parentis alvus accingebatur, & naturalis propagationis via obstruebatur, purissima Mariæ conceptio operata est.

Tertull.

Idem.

Luc. 1. 35.

Chrysol.

Hæc cogitatio, & sentiendi modus egregiè illustrabitur, si ad illum locum 3. Reg. 18. 44. recurramus, num. 28. præindicatum, cuius explicationem ut centrum suũ reperiret, hucusque protelamus: *Et ecce nubecula parva quasi vestigium hominis ascendebat de mari*: in qua verba Ioan. Ierosolymit. lib. de instirut. Monach. cap. 32. *Maria in hoc suo spirituali ascensu non fœminã, quam imitaretur, sed hominem habuit exemplum*. Si verò dilceptes, quare Maria ad vitam oriens hominis pedam, seu vestigium potius quàm fœminæ fuerit imitata? duplici, nec incompto, nec trito responso obviabo. Richardus de Sanct. Laurent. lib. 12. de laudib. B. Mariæ, hunc locum de Christo Domino interpretans ait: *In tempore gratiæ apparuit nubecula gratiæ, id est, Christus, quasi vestigium hominis, & nõ dicit, vestigium simpliciter, sed quasi vestigiũ, quia non opere viri, sed opere Spiritus sancti conceptus est, & natus*. Itaque quasi vestigium hominis fuit Christus in sua generatione, quia non hominis generationem imitatus est, defecit enim in illa humanæ generationis modus, cùm non ex seminali viri virtute, sed operatione Spiritus sancti illam supplentis processerit; defecit enim naturalis humanæ originis sordes, quã generatio hominum in ipso suo initio polluitur, & maculatur. Ad hunc ergo modum interpretor ego locum Ioannis Ierosolymit. asserentis Mariam in sua conceptione non fœminam fuisse æmulatam, sed hominem habuisse exemplum. Sed rogo, quem hominem? Ausim dicere Christum. Conceptio enim Mariæ non plenè incarnationis Christi vestigium, sed quasi vestigium fuit, quia non integrum illius retinuit exemplum, cùm ex viri, & fœminæ congressu fuerit generata, habuit tamen quasi vestigium illius, & dimidiatam cum illa similitudinem, quia sicut in Christi incarnatione pullulantis maculæ scaturigo, quã sordescit natura, locum non invenit, sic illi in Mariana conceptione omnis fuit ad-

3. Reg. 18. 44.

Ioã. Ierosol.

Richar. de S. Laurent.

tus

tus obturatus,& oppilatus. Subſcribit huic interpretationi Richardus, qui lib. 12. de laudibus B. Mariæ contendens parentē Filio exæquatam ſic ait: *Maria in moribus ſimilis Filio; unde nubes quæ aſcendebat de mari, 3. Reg. 18. quaſi veſtigium hominis dicitur habuiſſe, quia Chriſtus adæquatus eſt ei.* Pergam iam ad ſecundam verborum elucubrationem; & ut illam aperiam, præmitto: in hoc diſſidere plantam viri, à fœminæ planta, quod ſerpentini veneni ingruentes inimicitias mulieris talo fuerint comminatæ, non viri calcaneo: *Ipſa conteret caput tuum* (dictum eſt ſerpenti Geneſ. 3. 15.) *& tu inſidiaberis calcaneo eius.* Quapropter propoſitus veneni iactus ſcopus, planta non viri, ſed fœminæ fuit: mulieris calcaneo videbantur ſemper imminere ſerpentis ſimultates, fœmineum veſtigium draconis evomitę peſti ſemper erat obnoxium, utpotè in cuius utero humanæ generationes conflabātur, & cùm finis fœmineæ fabricæ fuerit ſobolis procreatio, cùm dicitur ſerpens mulieris talo inſidiatura, idem eſt ac dixiſſe, ſerpentem mulieris proli fore inſidias extructurum: fine per calcaneum, qui extrema pedis pars eſt, deſignato. Quapropter veſtigium mulieris, repentis ſerpentis veſtigium ſemper inſectabatur, & erat veſtigium veſtigio adiunctum, quemadmodum iuxta fugientis pedas pedæ inſequentis imprimuntur, quo indicebatur ſerpentis aſtutiam, & verſutiam mulieri fuiſſe plantæ minatam; & ipſius veneni iacula, & damna mulieri fuiſſe deſtinata, illiq́ue ſemper impendiſſe. Iuxta hæc ergo contendiſſe videtur Ioan. Ieroſolym. non ſolùm immunem præextitiſſe Marianam conceptionem ab omni originis damno, ſed nec ſub illius debito, ſeu ruinæ communis ingruentia, aut periculo fuiſſe; quaſi originalia venena ſerpentis Mariam nunquam ut ſcopum ſuum aſpexerint: non enim illi feriendæ primævæ cicutæ ſucco madentes ſagittæ deſtinatæ ſunt. Ideò ait: *Maria in ſuo ſpirituali aſcenſu nō fœminam, quam imitaretur, ſed hominem habuit exemplum*; hoc eſt: Maria limen vitæ attingens non veſtigijs fœmineis inſtitit, nec velut fœminam callidus eam ſerpens intuitus eſt, non illius obſervavit calcaneum, nec ipſius eſt inſidiatus veſtigijs, eam velut non ſui iuris attendit, & quaſi Maria proles mulieris non foret, Orientem illam, nec obſervavit, nec lædere curavit. Ex his aliam invenies cauſam, ob quam de mari aſcendentem in ſua conceptione Mariam Vates ſpectarit: viam tibi ad eam indagandam præmuniet, & ſternet Cyrill. Ieroſolym. Qui de Chriſto aquas Iordanis ingreſſo ut baptizaretur, ſic ait Catech. 3. *Draco erat in aquis, ut ait Iob, qui ore capiebat Iordanem. Cùm igitur conterēda eſſent capita draconis, deſcendens in aquas ligavit ſortem, ut facultatem calcandi ſupra ſerpentes, & ſcorpiones accipiamus.* Alluſit Cyrillus ad illud Pſalm. 73. 13. *Contribulaſti capita draconum in aquis*, ſeu vertit Hieron. *Contriviſti*. Quaſi aquæ ſtadium, & palæſtra fuerint, ubi Chriſtus Dominus erat cum dæmone confli&turus, & illius caput, ſeu initium primi veneni effuſi abſciſſurus: ideò in aquis eum à Chriſto conterendum prænūciat Regius Pſaltes; Sic Hieron. *Tu confregiſti capita draconum in aquis, potentiam dæmonum in Baptiſmo ſubieciſti. Tu confregiſti capita draconum in aquis, id eſt diaboli.* Converte nunc oculos ad vaticinium illud de Maria nuntiatū, & in ipſa completum: *Ipſa conteret caput tuum*, Geneſ. 3. 15. & vide quàm mutuā paritate pulchrāque ſimilitudine in atterendo ſerpentis capite ſibi Filius Materque reſpondeant. Victoriam, quam Chriſtus de dæmone in aquis reportavit, illius ibi caput concidens, & triumphator ab eis egrediens, maturiorem, & celeriorem voluit in Matre demonſtrari; ac proinde ſtatuit, ut in ſua cōceptione inſtar nubeculæ de aquis aſcendētis deſcriberetur, quaſi in ipſo aſcenſu ad vitam victoriam iam de diabolo perfeciſſet, & in aquis illius caput iam contriviſſet, ibiq́ue indicaretur perfectionem, & complementū obtinuiſſe prædictionem illam, *Ipſa conteret caput tuum.*

Idem

Cyrill. Ieroſolym.

Hieronym.

Gen. 3. 15.

33 Sed in creatione lucis ſplendidiſſimā Mariæ conceptio haud illum ſuſtinuit velamen, & palàm reſerata coruſcat: *Dixitque Deus: Fiat lux, & facta eſt lux*, Geneſ. 1. 3. huius lucis radijs promicantem Mariæ cōceptionem involutam, eiſque velut faſcijs aureis fuiſſe circumplicatam, non obſcurè ex Richardo de S. Laurent. evincemus. Qui lib. 7. de laudib. B. Mariæ, ait: *De hac luce dicitur Geneſ. 1. Dixit Deus: Fiat lux, & facta eſt lux. Dicturus erat Pſalmiſta Pſal. 118. tempus faciendi, Domine, diſſipaverūt legem tuam. Et Dominus: Fiat lux, & facta eſt lux: quaſi iam diceret Mariæ illud Iſai. 49. Dedi te in lucem gentium. Deus enim hanc lucem fecit, quando Beatam Virginem de tenebris lucere, & ſplendeſcere dixit, 2. Corint. 4. 6.* Vt verò conceptionem Mariæ nobili gratiæ fulgore fuiſſe amictam ex his Richardi verbis arguatur, attendendus eſt primò locus Pauli, quem allegat: *Quoniam Deus, qui dixit de tenebris lucem ſplendeſcere, ipſe illuxit in cordibus noſtris ad illuminationem ſcientiæ claritatis Dei in facie Chriſti Ieſu.* Vbi Apoſtolus illuminationem Fidei, & gratiæ in cordibus noſtris cum creatione lucis primordialis comparavit, ut do-

Geneſ. 1. 3.

Richard. S. Laur.

doceret in ipſa illuminatione, & productioni charitatis non minus tenebras peccati à cordibus noſtris effugari, quàm tenebræ illæ, quæ omnia primitus occupabant, diſſipatæ evanuerunt in ipſo primo lucis oriente, & quemadmodum cum luce in primo ſuæ creationis momento tenebrarum horrorem non fuiſſe compoſsibilem, ſic nec cum charitatis, & gratiæ productione peccati poſſe compati obſcuritatem. Si igitur Mariæ lux fuit illa, quam Deus fecit, & quam de tenebris lucere, & ſplendeſcere dixit in divinæ charitatis, & gratiæ figuram præoſtenſam, cogimur dicere, illius conceptionem, ſicut & productionem gratiæ incompoſſibilitatē obtinuiſſe cum peccato. Deinde Richardus lib. 12. cenſet, in primæ lucis creationē divinæ Sapientiæ generationem æternam, & temporalem prævaſiſſe adumbratam. Sic enim inquit: *Dixit Deus, id eſt, Pater genuit Filium. Patris enim dicere, eſt Verbum generare, quia Verbum cùm dicitur, generatur. Fiat lux, id eſt naſcatur Filius in utero Virginis. Et benè dicitur: Fiat lux, & facta eſt lux, quia omnes filij à Chriſto, nativitate naſcuntur in utero filij tenebrarum & iræ, & etiam nativitate ex utero.* Conceptionē Chriſti ideò cenſet Richardus in illis verbis: *Fiat lux*, fuiſſe præmonſtratam, ut diſtinctionis indicia præferat à reliquis hominum conceptionibus, qui in tenebris, & umbra mortis conſtituti vitæ dantur. Ergo cùm ſentit in eiſdem verbis Marianum ortum in utero Matris eiſdē præxtitiſſe verbis prælineatum, iudicat quidem eū à reliquis hominum conceptionibus diſcretum pariter ex eo, quòd ſplendidus effulſerit: alioquin prima de Chriſto eorum verborum explicatio exarmata, & evacuata prorſus rueret.

Richard.

24 Id amplius fiet perſpicuum ex eis verbis, quæ Deus lucis adiunxit creationi. Poſtquam enim dixiſſet: *Fiat lux, & facta eſt lux*, illicò ſubiecit: *Et vidit Deus lucem, quòd eſſet bona, & diviſit lucem à tenebris*, Geneſ. 1. 4. Sed quorſum lux potiorem, & celeriorem gratiam in divinis oculis invenit, quàm reliqua creata, quæ illam præceſſerūt? nec enim de cœlo, nec de terra aquiſvè ſcriptum legimus pronuntiaſſe Deum, quòd eſſent bona. Quid pulchrius gratiuſque in hac prima luce emerſit, quod divinū prærripuerit aſpectum, in ſuique complacentiam allexerit? Forſan id evenit, quia in cæteris antè creatis generalis quædam primi peccati Adæ imago fuit expanſa, quæ quidē luce ex oriente defecit, & deſtructa diſparuit. Nam ante lucem omnia ſub tenebris erant, ab eiſque ſubiugabantur obſcuritatis confuſione indiſtincta, & quemadmodū tetra nox à rebus proprias notas ſingularumque naturarum indicia deprædatur, quaſi omnia in unam coëant informitatem, ſic prioribus rebus propria diſcretionis forma ſuperiacto tenebratum tegmine fuit deperdita: in unaque iacuerunt veluti ſubſtantiæ bruta ruditate commixtæ, humani generis ſic maſſam ſub primi peccati nigredine latitantem fuſcatam, & deformem adamuſsim exprimentes. Quæ quidem primi peccati feralis umbra lux haudquaquam in ſua creatione ſuſtinuit, ſed acerrimè ita adverſus eā decertavit, ut illicò primis radiorum ſuorū telis eam profligaverit. En quamobrem à Deo fuerit bona nuncupata, quia nec formam, nec umbram ſecum primævæ obſcuritatis extulit, ſed à prima ſua creatione illā exoſa durum illi bellum indixerit. Accinit Anaſtaſ. Sinait. lib. 1. Hexamer. de Chriſti ediſſerens incarnatione: *Dixit ergo facta eſt lux, non autem fecit lucem: ut per illud facta eſt, intelligas, voluntarium, proprium-que, & lætabundum Verbi cum Patre, beneplacitum in incarnatione, non autem Verbū illud ſubijſſe coactum, & neceſſitate adductum. Quem etiam videns Pater ſic carnem geſtantem lætus eſt, & ideò dicitur: Et vidit quòd eſſet bona. Si enim omnia, quæ fecit Deus, ſunt valdè bona, quomodo non dicit Scriptura illas tenebras, quæ erant ante lucem eſſe bonas; neque aquas illas bonas; neque abyſſum, quæ obſcurabatur, bonam? Dicens ergo Scriptor: Et vidit Deus lucē, quòd eſſet bona, oſtendit, quòd omnia illa, quæ venerunt ante lucem veram, quæ illuminavit omnem hominem venientem in hunc mundum, & terram obſcurarunt, obruerunt, demerſerunt, & ſuffocarunt, non eſſe bona; adeò ut ipſa carens lumine, inviſibilis, & incompoſita, & infrugifera ſuſtineret contrarios ſpiritus, qui ante lucem Chriſti in terra obtinuerunt dominatum.* Nulla profectò quàm creatio lucis magis conſentanea Marianæ conceptionis imago præfulſit, quæ in ſua creatione pulchra, & grata Deo apparuit, & divinos oculos in ſui amorem inflexit, ideò quòd inter omnia illa, quæ primi peccati macula ſorduerunt umbraticè, lux præceſſerit, quæ eam non admiſerit: fuit enim Maria quæ inter omnes filios Adæ profluentem parentalis flagitij originem non ebiberit. Vnde Richardus de Sanct. Laurēt. lib. 7. ait opportunè: *Nox enim quædam lōga admodum ab Eva fluxit ad Mariam, quam finivit in ortu ſuo, & fuit nox illa ſolitaria, nec laude digna, Iob. 3.* Quaſi tenebræ quæ ab orbe condito uſque ad creationem lucis invaluerunt, noctem illam figurarint, quæ ab Eva decurrit uſque ad Mariæ conceptionem.

Anaſtaſ. Sinait.

Richar. de S. Laur.

Geneſ. 1. 4

(†)

§. VI.

§. VI.

In primi hominis creatione Marianæ conceptionis privilegia ſplenduerunt.

35 EX dignitate, & privilegijs primi Adæ plaſmationis puritas originalis Mariæ commendatur, locus Tertul.

36 Expenditur locus Geneſ. 2. 7. ex Anaſt. Sinaita, Elia Cretenſi, Tertull. Richard. de Sanct. Laurent. & Amedæo.

37 Confert Petrus Damianus Adæ productionem cum Mariæ conceptione, ut eam puriſſimam evincat; illius expenduntur verba, & illuſtrantur, ex verbis Richardi ad locum Luc. 2. 10.

38 Rurſus lucem accipit locus Damiani à Matth. 27. 45.

35 CVM *Liber generationis Ieſu Chriſti*, & *Liber generationis Adæ* (ut ex prædictis accepimus) cõſonâ ſimilitudine compaginẽtur, & tanquam cortex, & nucleus ſibi mutuò adhæreant, ad dignitatem generationis Chriſti ſpectabit ex primi Parentis plaſmatione argumentum deſumere, quò puriſsima generatio Deiparæ inconcuſsè ſtabiliatur. Verba Tertul. de hominis opificio, quamvis tritiora, non tamẽ diſſimulanda, quæ quidem Marianæ conceptioni facilem viam complanant. Lib. enim de reſurrect. carnis cap. 1. diſcrimen ſtatuit inter rerum omnium, & hominis formationem; alia utique creaturæ ſervitutis quadam nota, & veluti ſigillo inuſtæ condebantur, ideòque veluti dominiosè urgebantur, & ad imperium Domini utpotè ſervilis conditionis prodibant: *Dixitque Deus: Fiat lux*, Gen. 1. 3. *Dixit quoque Deus: Fiat firmamentũ in medio aquarum*, num. 6. &c. Atverò homo nõ niſi præmiſsâ divinâ cõſultatione, & initò divinæ Providentiæ conſilio, ubi decretum eſt, ut illius fabrica non niſi divinis manibus extructa conſtaret: ex quo hominis regalis, & auguſta authoritas promineret: *Caro autem, & ſermone Dei conſtitit propter formam, ne quid ſine ſermone. Faciamus enim hominem antè præmiſit. Et amplius, manu, propter prælationem, ne univerſitati compararetur. Et finxit, inquit, Deus hominem. Magnæ ſine dubio differentiæ ratio pro conditione ſcilicet rerum. Minora enim quæ fiebant, eo cui fiebant. Siquidem homini fiebant, cui mox à Deo addicta ſunt. Meritò igitur ut famula iuſſa, & imperio, & ſola vocali poteſtate univerſa proceſſerant. Contrà homo, ut Dominus earum, in hoc à ipſo Deo extructus eſt, ut dominus eſſe poſſet, dum fit à Domino.* Deinde circumſtantias dignitatis ex opificij actione ſolicita, & accurata amplificat ſup. cap. 6. *Perſequar itaque propoſitum, ſi tamen tantũ poſſim carni vindicare, quantum contulit ille, qui eam fecit, iam tunc gloriantem quòd illa puſillitas, limus in manus Dei, quæcunque ſunt, pervenit: ſatis beatus, etſi ſolummodò contactus. Quid enim ſi nullo amplius opere ſtatim figmentum de contactu Dei conſtitiſſet? Adeò magna res agebatur, qua iſta materia extruebatur. Itaque toties honoratur, quoties manus Dei patitur, dum tangitur, dum decerpitur, dum deducitur, dum effingitur. Recogita totum illi Deum occupatum, ac deditum, manu, ſenſu, opere, conſilio, ſapiẽtia, providentia, & ipſa imprimis adfectione, quæ lineamenta ductabat. Quodcunque enim limus exprimebatur, Chriſtus cogitabatur homo futurus.* Et paulò inferiùs: *Ita limus ille iam tunc imaginem induens Chriſti futuri in carne, non tantùm Dei opus erat, ſed & pignus.* Ex quibus ſanè verbis tanquam ex fertili, & referta pharetra, ſtrenua poteris exerere tela, quibus puriſſimã Mariæ conceptionem protegas. Nam ſi ut Dominus emergeret, & extaret inter univerſa creata homo à ſuæ formationis initio, ſtatuit Deus, ut fieret à Domino, dignitatẽ enim, & nobilitatis conditionem effectus à ſua cauſa trahit: nec enim in famulum naſcitur, qui à Dominicis fabricatur manibus. Quomodo enim Domina in ſua conceptione Maria, quæ ut propriam pronuntiati illius gloriam prædicat: *Dominus creavit me*, Proverb. 8. 22. iuxta LXX. & quæ poteſtas, quod dominium, quæ authoritas, quæ ab infelici dæmonis ſubiectione infauſta deſumeret auſpicia? Quo enim pacto Domina creata fuiſſet à Domino, ſi originalis ſervitutis fluctibus ſubnataſſet? Præterea ſi ex eo, quòd conſtructus homo futuri Chriſti cõſurrexerit imago (nam ut Tertul. ibi cap. 5. ait: *Benè autem quòd plures, & duriores quæque doctrinæ totam hominis figulationẽ Deo noſtro cedunt.* Duriores doctrinas explicat Pamelius firmiores, & ſolidiores) tãtam promeritus eſt divinæ Providentiæ, & ſolicitudinis dignationem, ut, quò nobilius & glorioſiùs effingeretur, totus Deus illius formationi intenderit, & veluti inſudarit; ne quid informe, rude, indecorum, ſordidumvè in illius compaginatione viſeretur: Chriſti veluti iniuriam, & inhoneſtatem reputans quidquid indecens in eius appareret imagine. Credendumnè erit in Mariæ conceptione, in qua non iam ſui typum, ſed ſuum intimum ſacrarium, ſed & ſuammet carnẽ me-

Geneſ. 1. 3.

Tertull.

LXX.

Tertull.

di-

ditabatur Dei Filius, divinæ Providentiæ defeciſſe ordinem, curamque fuiſſe defatigatam, aditumque in illa reſeraſſe, quo iniqui hoſtis tabido contagio vitiaretur? Si totus Deus fuit in Chriſti pignore, & imagine perficienda, ſi pleno conſilio, & ſolidâ manu in protoparentis ipſius digna formatione invigilavit: totum credam Deum oblitum, illius autem evacuatum conſilium, & ignavam manum, excubias ſomnolentas, vigiliaſque pigras egiſſe in Parentis tanti Filij generatione? Quæ providentia negligẽtiæ, & ſocordiæ inſimulata non erubeſceret, ſi in ijs, quæ longiora & magis aliena, ſolicitam & anxiam, in ijs verò, quæ propriora ſunt, & proximiora tepidam, & deſidem ſe comprehenſam cerneret?

36 Sed ad illam iam materiam occurramus, ex qua hominis primi molẽ cogere,
Geneſ. 2. 7. & concernere divina Sapientia ſtatuit: *Formavit igitur Dominus Deus hominẽ de limo terræ*, Geneſ. 2. 7. terra igitur materiam operi ſuppeditavit. Sed quæ terra? Num quæ maledictionem ebiberat? Quæ tribulos germinarat? Quæ aratri fuerat iniurias paſſa? Quæ ſemina velut maritata, & iam corrupta conceperat? Quæ futuræ maledictionis poſt peccatum fulminandæ aliquam ſubiret umbram, induiſſet imaginem? Apage. Nova erat terra illa, nuper ab imperio Dei fluxa, integra, pura ſubſtantia, nec extraneæ mixta qualitati, inviolata, incorrupta, ut qualem ſpectares terram nobilem, & à ſuo principio mundam, omniſque contumeliæ, & vitij expertem, ex qua primum plaſma, hoc eſt primus Adam fingebatur, talem Mariã crederes, ex qua ſecundus, & cœleſtis Adamus generaretur. Quod verò in primæva illa terra Mariana ingenuitas ex tunc iam promicaret: ſic inprimis teſtatur Anaſtaſ. Sinait.
Anaſtaſ. Sinaita. lib. 1. Hexamer. *In principio fecit Deus cœlum & terram, ſeu fecit in principio temporali, ſeu placuit ei, ut fieret cœlum tanquam Deus & terra propter Ieſum hominẽ. Quãdo autem ei placuit hæc creatio? Quando cœpit producere ſenſilia. Sciebat enim fore, ut hæc illa paterentur, & corrumperentur à peccato Adæ, & ſua benignitate, & clemẽtia prævenit mali, quod erat paſſurus incurſionem, ante affectionem, & vitium parans medicum*; quaſi diceret: terram illam in humanitatis Ieſu figuram creatã, ex qua Adamus velut ipſius figura erat efformandus: ideò à principio conditam indicat, ut non ruinæ Adami ſubiacentem, ſed in illius remedium præparatam, & deſtinatam: non inquam maledictam, ſed ante omnem maledictionẽ, & illa antiquiorem in maledictionis pharmacum prævium excogitatam crederemus. Deinde accipe Eliã Creten. ſerm. in ſalutat. B. Mariæ: *Salve ſancta Virginalis tellus, ex qua novus Adam ineffabili fictione formatus eſt, qui veterem ſaluti reſtitueret.* Credam hos duos Patres ſuam decerpſiſſe ſententiam à Tertull. lib. de carne Chriſti, cap. 17. De novitate enim Dominicæ incarnationis ſic loquens, ait: *Sed tota novitas iſta, ſicut & in omnibus de veteri figurata eſt, rationali per Virginem diſpoſitione homine Domino naſcente. Virgo erat adhuc terra nondum opere compreſſa, nondũ ſementi ſubacta, ex ea hominem factum accipimus à Deo in animam vivam. Igitur ſi primus Adam de terra traditur, meritò ſequens, vel noviſſimus Adam, ut Apoſtolus dixit; proinde de terra, id eſt carne, nondũ generationi reſignata in ſpiritum vivificãtem à Deo eſt prolatus.* Dices ex horum Patrum ſententia ſolum evinci, terram, id eſt Mariæ carnem, de qua Chriſtus Dominus fuit formatus, Virginem extitiſſe, nec ullo coniugalis congreſſus indicio ſignatam, quẽadmodum terra illa, de qua Adamus emerſit effictus, intacta, & virgo præcucurrit. Sed cũ terra illa Adami conſtructioni materiã ſuppeditaret, nullam ſubierit maledictionis exuſtionem, ab omniſque fuerit flagitij labe exſors: cur inficiaberis eam in Marianæ terræ imaginem extuliſſe & inſigne? Deinde demonſtrabo, ex eo quòd Deus virginẽ terram elegerit, ut dignum thalamum Filij ſui generationi præpararet, recto & inviolabili providentiæ iure obſtrictum manſiſſe ad eã etiam eligendam terram, quæ omni puritate originali fuiſſet ornata, & ab univerſo piaculo immunis. Vt hoc adſtruam, præmittã verba Richardi de S. Laurent. lib. 4. de laudibus B. Mariæ, qui eam explicans ſententiã Bernardi: *Ad hoc ut de Maria Deus carnẽ aſſumeret, neceſſariò fuit præparata.* Sic ait:
Richar. de S. Laur. *Oportebat enim, ut Redemptor noſter iuſtus eſſet cum Deo, mortalis cũ hominibus. Propper hoc decebat eum habere Matrem Virginem, ut in matre mortali conciperetur mortalis, & in Virgine conciperetur iuſtus. Decebat enim Deum, ut non naſceretur niſi de Virgine. Decebat Virginem, ut non pareret niſi Deum. Ad hoc ergo totum neceſſariò præparabatur virginitas Mariæ, quia nulli alij Virgini, quàm Mariæ hoc privilegium debebatur.* Ex quibus verbis hic arguo. Magis Deo divinæque iuſtitiæ repugnat defectus iuſtitiæ, & ſanctitatis, quàm defectus integritatis: quia defectus virginitatis ſine peccato, imò cum merito, poteſt inveniri; nam conventus connubialis, ſi ritè fiat, meritorius eſt. Hoc ſanè per ſe notum apparet, quia magis à Deo alienum & degener eſt, quod peccatum eſt, quàm id quod ſcelere caret. Si ſanctiſſima Virgo originali pur-

Elias Creten.

Tertull.

gini

gini extitiſſet obnoxia, peccato quidem cõtaminata fuiſſet, verumque eſſet de illa prædicari fuiſſe aliquando peccatricem; ſed ſi iuxta legitima præſcripta coniugij florẽ deperdiſſet virginitatis, defectus quidem virginitatis promicuiſſet in ea; ſed cum meriti lucro, & gratiæ augmento. Ergo hi Patres, qui affirmant Mariam præornatã neceſſariò virginitate, ut aſſumens Deus ex illa carnem iuſtus conciperetur, à fortiori tenentur dicere, in Maria nullã præceſſiſſe peccati corruptionem. Nam ſi ex violata Mariæ virginitate Deus ex illa naſcens iuſtus non conciperetur, minus quidem iuſtus eſtimaretur, ſi peccati fuiſſet corruptione vitiata, quia hæc corruptio magis Deum dedecet, imò repugnat, quàm illa. Quapropter Patres, qui ſentiunt neceſſariò Mariam virgineo decore præextitiſſe venuſtam, ut digna Dei Mater eligeretur, ipſeque ſanctus, & iuſtus appareret, adſtricti ſunt dicere, Mariam animi & corporis virginitate munitam, illamque terram virginem, ex qua concretus fuit Adamus, non ſolùm Mariani corporis, ſed & animi præſignaſſe virginitatem, cùm hæc ad Dei maieſtatem, & decentiam oſtentandam, & authorandam magis deſideretur, quàm illa: alioquin quadam veluti ſtultitiæ nebulâ divinam Providentiam offunderent, quam in ijs, quæ minoris ſunt momenti ſolicitam, & anxiam depalarent: in ijs verò quæ maiora ſunt, & Dei gloriam maximè decent, labilem, pigram, & inertem. Quemadmodum Princeps meritò ſocordiæ, & incuriæ accerſeretur, qui fœminæ nupturus ignobili, & turpi, Regni ius & naturæ ordinem inverteret, nihilque intentatum relinqueret, ut veſtis nitore, & elegantiâ futura ſponſa fulgeret, generiſque turpitudinis, & infamiæ notæ, quam omninò poſſet elicere, imò & prævenire, ne eam incurreret, prorſus oblitus. Quid enim aliud eſt perfectum, & integrum corpus, quàm pulchrum quoddam indumẽtum nitiduſque amictus animi, in cuius rectitudine vera & nativa nobilitas ſplendet, ſicque curaſſe Deum de integritate corporis materni, & erga animi nobilitatem, & ingenuitatem dormitaſſe, fuiſſet quidem veluti de externo tantùm Mariæ ornatu ſolicitum, & erga turpitudinem veram, ignavum ſe præbuiſſe? Quocirca D. Anedeus Epiſc. Lauſanen. homil. 3. de laudib. Mariæ, ex virginitate terræ, de qua procreatus fuit Adamus, non ſolùm virginem adſtruit Mariam, ſed totius contagij expertem. *Porro* (inquit) *præfata terra eandem virginem demõſtrat, terræ nomine appellatam propter quandam ſimilitudinem. Sicut enim verus Adam de terra incorrupta, nullumque paſſa contagiũ formatus eſt, ſic terris terra virgo novum Adam procreavit.*

D. Anedeꝰ.

37 Egregiè Petrus Damian. ſerm. 40. ex Adæ formationis, & Mariæ conceptionis mutuâ ſe ſimilitudine reſpicientium collatione, & paritate in fulgoribus, à Maria omnem tenebroſæ originis ſuſpicionem amandat: ſic enim recitat: *In meridiano lumine primus ille parẽs creatus eſt, factus ad imaginem, & ſimilitudinem conditoris. Quid enim clariùs, quàm creatum creanti non eſſe diſſimilem? Faciamus* (inquit) *hominem ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram. Imaginem dedit ei in æternitate, ſimilitudinem in moribus. Sed ille tanti privilegij dignitate reiecta, apoſtatæ ſpiritui falſa promiſſione delinitus inhæſit: & ſe cum poſteritate ſua perpetuæ morti deſtinavit, & tenebris. Ab illa hora tenebræ factæ ſunt ſuper univerſam terram uſque ad Virginem: nec inventus eſt aliquis, qui vel exiret de tenebris, vel tenebras diſſiparet; ſed mundo creſcente, concrevit & tenebroſa vorago; donec in denſiſſima conglobata nigredine humanum genus nocte terribili ſepelivit. Hæc eſt illa nox ſolitaria, nec laude digna; de qua ſcriptum eſt: Poſuiſti tenebras, & facta eſt nox: in ipſa pertranſierunt omnes beſtiæ ſilvæ, quia crudeles, & indomiti ſpiritus dimotis repagulis humanum genus totis viribus obtriverunt. Sed nata Virgine ſurrexit aurora: quia Maria veri prævia luminis nativitate ſua mane clariſſimum ſerenavit. Hæc eſt illa matutina in medio nebulæ, quæ in cœli cardine ſummo ſplendore coruſcans orbem ſubditum ſplendidioribus radijs incoloravit. Hæc eſt aurora, quam ſequitur, imò de qua naſcitur Sol iuſtitiæ ſolius Solis claritati ſuccumbens. Hæc eſt Aurora, quam ille non vidit, qui vidit omne ſublime, & orat beatus Iob, ut ei multa ſuppreſſione claudatur, dicens: Nũ videat ortum ſurgentis Auroræ. Nam ſicut aurora terminum noctis, diei initium adeſſe teſtatur, ſic & Virgo noctem expulit ſempiternam, & de die diem, de terra ſuæ virginitatis exortum terris infudit.* Quæ verba ut illuſtrem, præfabo, ſermonem hîc fieri à Petro Damiano, non tam de nativitate ſanctiſſimæ Mariæ, quàm de illius conceptione, quod ſanè illius verba attentè libranti elucebit. Nam illud: *Hæc eſt illa nox ſolitaria, nec laude digna, de qua ſcriptum eſt: Poſuiſti tenebras, & facta eſt nox, in ipſa pertranſierunt omnes beſtiæ ſilvæ, &c.* Quid eſt aliud quàm nox illa peccati, quæ a generatione hominis ſuum inchoat initium, à qua ut Mariam eximat, ſubdit, *Sed nata Virgine ſurrexit Aurora.* Et niſi iuxta frequentem Patrum loquẽdi morem nativitatem pro conceptione uſurparet, ab ingruenti originali tenebrarum expanſione eam neutiquã redderet immunẽ,

Petr. Dam.

nec

nec ſpecialem de illa prærogativam prædicaret, cùm ſanctitas in nativitate fuerit in alios iuſtos infuſa. Hoc ſanè clariùs illa verba demonſtrant: *Hæc eſt Aurora, quam ille non vidit, qui vidit omne ſublime, & orat beatus Iob, ut ei multa ſuppreſſione claudatur, dicens: Non videat ortum ſurgentis Auroræ.* Nec aliud eſſe poteſt ortus ſurgentis Auroræ, quàm ipſum vitæ principium, ſeu conceptio. Vnde Gloſſa hunc locum Iob 3. 9. interpretatur de æterna generatione: *Ortus* (inquit) *eſt initium claritatis æternæ*: & Richard. de S. Laurent. lib. 7. illum exponit de temporali Chriſti generatione: *Nativitas Filij de Patre ſemper eſt perfecta, nũquam eſt præterita, vel futura, quia ſemper Filius naſcitur de Patre, cùm illa generatio ſit æterna. Item de hac Aurora dicitur Iob 3. ubi loquitur de Iudæo, qui eſt membrum diaboli, qui de diabolo ſignificatur per noctem, cùm dicitur: Noctem illam tenebroſus turbo poſſideat; & ſubditur de Iudæo: Expectet lucem, & non videat, nec ortum ſurgentis Auroræ. Expectabat enim Iudæus ſuũ Meſſiam, & illam lucem non vidit, nec Auroram ſurgentem.* Iam mente Damiani ſic illuſtratâ, concinnè perſtrepit conſonantia, & ſimilitudo, quam inter Adæ formationẽ, & Mariæ ortum, ſeu conceptionem ſtatuit. Quid enim de Adamo ait? *In meridiano lumine primus ille parens creatus eſt, factus ad imaginem, & ſimilitudinem Conditoris.* Cenſet Sole ſuam altitudinem, & vim, ſeu pompam luminis nacto, primum hominem, qui ad veſperam occidit, à Deo creatum: utroque ſubare & naturali, & gratiarum ſupernaturali veluti in ſua plenitudine aſſociato, ut illius formationem illuſtraret. O quàm pulchra, quàm decora illa prima hominis creatio, quàm & Phœbus pleno ſuo ſplendore cingebat, & cœleſtis gratia protuberato luminis gurgite irradiabat! Quid deinde? cecidit ille: *Et ab illa hora tenebræ factæ ſunt ſuper univerſam terram uſque ad Virginem*; hoc eſt, ab illius flagitio velut à tenebrarum fertili oſcitatione hiante, offuſio orta ſupra genus humanum propagata eſt, hominibuſque in ipſo conceptionis momento proteruiter dominata, ſed hoc uſque ad Virginem tantùm: in cuius generatione meridiana illa lux, quæ in Adami formatione ſplenduit, rediviva coruſcavit. Perinde enim eſt, ac ſi dixiſſet, lux illa meridiana, intra cuius radios creatio primi hominis prominuit, ipſo peccante occaſum ſuum, & mortem invenit, & ſub tenebrarum graſſantium in orbem ſepulchro veluti tumulata eſt: ſed meridiani illius luminis occaſus uſque ad Virginem dumtaxat protelatus eſt, in ipſius enim conceptione ſuſcitatum iam ſuũ ſplendorem poſſedit. Quapropter B. Mariæ conceptio, reſurrectio quædam Adami formationis fuit, nam huius ſplendor, qui in humanæ generationis propagatione velut mortuus, & ſepultus iacebat, in Mariæ conceptione primo illo coruſco, quod habuit in Adamo, ſe redimivit. Ac proinde Adami, & Mariæ creatio pariſi quadam habitudine, & pulchritudinis claritate ſibi mutuò reſpondent. Hæc profectò mens Damiani. Accinit his egregia loci illius expoſitio Luc. 2. 10. ubi paſtoribus loquens Angelus ſic ait: *Evangelizo vobis gaudium magnũ, quod erit omni populo, quia natus eſt vobis hodie Salvator, qui eſt Chriſtus Dominus.* Sed cùm ſub medio noctis imperio, & tenebris orbi dominantibus hæc Angelus paſtoribus detulerit; cur, quæſo, *hodie* aſſerit, non verò hac nocte? Numquid vel illuxerat Phœbus? vel irradiarat Aurora? vel primævi lucis ſplendores diei initium induxerant? Quo igitur impulſu diei potius quàm noctis meminit? Certè nomen noctis ominoſum erat, illam innuens primam umbram peccati, quã primi parentes in orbem intruſerant; & ut hanc cœleſtis nuntius admoneret omninò ab eo loco extirpatam, ubi aderat Aurora Maria, aderat & plenus dies, quem Sol divinus ſuo lumine coronarat, nomen refugiens noctis diem enuntiat, quia ubi adſtat Maria, ibi adſtat & Filius, ad quos uſque dumtaxat nox prima peccati ſuam provexit ditionem, & illæſos omiſit, noctis mentio infanda eſt. Sic Richardus de Sanct. Laurent. lib. 7. de laudibus B. Mariæ: *Dicitur Oſee 6. Quaſi diluculum præparatus eſt egreſſus eius. Diluculum dicitur ortus Mariæ, quia fuit diluculum diei gratiæ, quia uſque ad ipſam duravit nox, quam prima mater in mundum introduxit. Ortus verò Chriſti fuit plena dies, ideò dictum eſt paſtoribus: Natus eſt vobis hodie Salvator, qui eſt Chriſtus Dominus.*

38 Sed ut auguſtiorem adhuc ſenſum ex illis Petri Damiani verbis eliciamus, dum ait: *Ab illa hora tenebræ factæ ſunt ſuper univerſam terram uſque ad Virginem*, autumo ſanè ad verba illa Matth. eum alluſiſſe cap. 27. 45. *A ſexta autem hora tenebræ factæ ſunt ſuper univerſam terram, uſque ad horam nonam.* Ita ut tenebræ, quæ ab hora ſexta uſque ad nonam Domino in Cruce pẽdente fuerunt evolutæ, & diffuſæ, tenebras adumbrarint illas, quæ ab Adami occaſu uſque ad Virginem fuerũt proterminatæ. Harum ſpiſsâ, & dẽsâ confuſione urgente, veluti tunc Dominus premebatur, illarumque onus & horror illum uſque ad mortem conſtringebant. Ideoque Evangeliſta ſubdit: *Et circa horã nonam clamavit Ieſus voce magna dicens: Eli, Eli, lamma ſabacthani, hoc eſt*

Gloſſa. Richar. de S. Laur. Luc. 2. 10. Richar. de S. Laur. Matth. 27. 45.

eſt, Deus meus, Deus meus, ut quid dereliquiſti me? num. 46. quaſi diceret: ut quid, dilectiſſime Pater, meis obijcis oculis omnem ab Adamo generationem peccati obſcuritate concretam, & coactam, ſucceſsivè, & abſque interruptione ulla profluentem? En hoc tenebrarum protractum protelum non eſt, qui interrumpat, ſub hac continuata tenebroſæ generationis humanæ ſerie en premor, & morior, cur me ſic ſub illa coarctatum, & anxium dereliquis? eluceſcat iam reviviſcente Sole, & ab hoc tenebrarum tumulo reſurgente, Matris meæ conceptionis puriſsimæ imago, quæ prolongatum hunc tenebrarum fluxum intermittat, & tandem nondum hora nona completa, in qua exoriente redivivo Sole nitida Marianæ cõceptionis effigies erat reſeranda, ſpiritum Filius emiſit, quaſi illa hæreditaria obſcuritatis haud intermiſſa ſucceſsio ſpectata in illis tenebris divinam vitam oppreſſerit. Quæ quidem ſi diutius expectaret, ut in Sole à tenebris evoluto, & emerſo maternæ conceptionis puritatis imago ei obverſaretur, vires reficeret, ſpiritũ recrearet, vitaque eſſet longius dilata, & illius dulciſsimus aſpectus mortis aditum quodãmodò præpediret: quæ in Deum incurſare eiuſmodi ſuavitate delibutum nõ auderet. En quàm bellè ſub his verbis Damiani: *Ab illa hora tenebræ factæ ſunt ſuper univerſam terram, uſque ad Virginem*, ſenſus verborum Matth. deliteſcit: *A ſexta autem hora tenebræ factæ ſunt ſuper univerſam terram, uſque ad horam nonam*. Quaſi ante horam nonam, hoc eſt, ante præſignatam Parẽtis immaculatam conceptionem, expiraverit Chriſtus; in Sole enim radios ſuos reſarciente, & ab univerſa tenebrarum illuvie mundante Marianæ conceptionis inſigne emergendum erat.

§. VII.

In primæ fœminæ formatione Marianæ conceptionis privilegia præſtituta.

39 Illuſtrior Evæ quàm Adami productio; locus Geneſ. 2. 18. ex Tertull. quia Evæ ſexus Mariæ vicinior quàm Adami.

40 Prima dignitas, qua mulieris formatio viri formationem anteſtat, eminet ex ipſius loco Geneſ. 2. 7. ex Ruperto.

41 Secunda deſumitur ex artificis dignitate, nam mulierem Deus, hominẽ verò Angeli condiderunt, ex Abulenſ.

42 Tertiam offert materiæ utriuſque conjugis diſcrimen, nam Adamus ex vili limo, mulier ex Adami corpore Dei halitũ retinente.

43 Hæc inglorioſos titulos Marianæ conceptioni erigendos præmeditata.

44 Eadem demonſtrantur ex Ambroſ. & Philon.

45 Eadem adſtruuntur ex Anaſtaſ. Sinait. & Philon.

46 Primum nomen, quod nacta fuerat mulier, poſt peccatum amiſit, & ſucceſſit ei ignobile, quaſi ingenuam appellationem Mariæ haudquaquam primo crimine infectæ cædens, ſtabilitur id ex loco Tertulliani.

39 DIGNIOR ſanè viſa eſt aliquibus Evæ, quàm Adami formatio, & ampliori nobilitatis ſtemmate promicãs. Et ſi cauſam inquiramus, eã facilè delibabimus à Tertull. docente, in cuius typum, & myſterium fuerit illa producta: qui ad illa verba Geneſ. 2. 18. *Dixit quoque Dominus Deus: Non eſt bonum hominem eſſe ſolum, faciamus ei adiutorium ſimile ſibi*, lib. 2. adverſus Marcion. cap. 4. ait: *Eadem bonitas, & adiutorium proſpexit, ne quid non boni. Non eſt, inquit, bonum ſolum eſſe hominem; ſciebat enim illi ſexum Mariæ profuturũ*. Richardus autem de Sanct. Laurent. lib. 1. de laudibus B. Mariæ, ait: *Fuit Dominus cum Maria, & ipſa cum Domino, in eodem labore, & in eodẽ opere noſtræ redemptionis. Mater miſericordiæ Patrem miſericordiarum adiuvit in opere noſtræ ſalutis. Vnde prædictum erat Geneſ. 2. de prima muliere: Non eſt bonum hominem eſſe ſolum, faciamus ei adiutorium, &c. illa enim litteràlis Eva viro ſuo non fuit adiutorium, ſed deſtructoriũ magis: hæc autem in adiutorium*. Præmiſſo ergo, quòd primæ mulieris formatio in typum, & imaginem animatam, & in eodẽ ſexu ſculptam, ideòque magis vicinam Marianæ conceptionis præceſsit: operæpretium nũc eſt diſpicere, quantis ea prærogativis, & excellentijs hominis creationem anteſtata fuerit.

Gen. 2. 18.

Tertull.

Richar. de S. Laur.

40 Et primam illius præeminentiam ex loci, & ſitus diſcrimine, quo uterq; fuit coniux effictus, deſumamus. Adamus quidem extra paradiſum conditus eſt, ut patet ex verbis illis Geneſ. 2. 7. *Formavit igitur Dominus Deus hominem de limo terræ, & inſpiravit in faciem illius ſpiraculum vitæ & factus eſt homo in animam viventem. Plantaverat autem Deus paradiſum voluptatis à principio, in quo poſuit hominem, quẽ formaverat*. Eva autem in paradiſo fuit creata,

Geneſ. 2. 7.

ta, quia de coniugis coſta iam paradiſum incolentis deducta eſt. Huius privilegij dignitatem ediſces ſanè à Ruperto lib. 1. in Gen. cap. 11. ubi rationem indagans reddenſque, quare Angeli in cœlo Empyreo non fuerint creati, ſed extra, & poſteà ad illud delati, ſic
Rupert. inquit: *Quid enim? numquid putamus, quòd de cœlo fuerint Angeli, & non potius hic facti, & in cœlum translati? Nempè non magis Angeli facti ſunt in cœlo, quàm homo plaſmatus in paradiſo: plaſmatus namque fuit homo extra paradiſum, & poſitus in paradiſo. Sicut ſcriptum eſt: Plantaverat autem Dominus Deus paradiſum voluptatis à principio, in quo poſuit hominem, quē formaverat. Ita nimirum Angeli extra paradiſum conditi, & in cœlum translati, non natura, ſed gratia cœlum inhabitant.* Itaque Angeli extra cœlum conditi ſunt, & in cœlum poſteà tranſvecti, ne nimium de ſuæ naturæ ſublimitate ſuperbirent putantes tãtam eam eſſe, cui cœlum ut patria deberetur, ideòque ibi non gratiæ privilegio, ſed naturæ iure fuiſſe creatos; extra cœlum ergo in lucem prodierunt, ut cùm ad illud deducerentur, cognoſcerent habitationem illã non ſibi naturalem, ſed gratioſo Dei munere conceſſam. Itaque inter formationem Adæ extra paradiſum, & Evæ intra illius mœnia creationem, hoc quidem diſcrimẽ poſſumus excogitare; quòd paradiſi commoratio Adamo gratioſa extiterit, mulieri autem quaſi naturalis, & ingenita, tantum enim viſa eſt cedere Adami creatio creationi coniugis, ut ille veluti beneficio obtinuerit, quod hæc naturâ; itaque dignitas formationis Adæ accolam illum tantùm paradiſi fecit, Evæ autem creatio adeò exuberavit, ut illam fecerit incolam, quaſi tantæ nativitatis nobilitatem maieſtatis ſuæ iure exegerit.

41 Iam utriuſque creationis diſparem ingenuitatem, ab ipſarum opifice & authore efflagitemus. Nam Deus fœmineæ fabricæ mirificus artifex extitit, atverò hominis molis extiterunt Angeli. Quod quidem eleganter adnotavit Abulenſ. q. 395. in cap. 13.
Abulenſ. Geneſ. *Sed quæretur, quis formaverit mulierem ex coſta? Dicendum, quòd Deus illud fecit, ſicut expreſsè vult ſacra Scriptura, ſcilicet: Tulit unam de coſtis eius, & ædificavit eam in mulierem. Aliqui tamen dicũt, factum hoc per Angelos velut miniſtros Dei, ſic dicit Magiſter lib. 2. Sentẽt. diſtinct. 18. Sed hoc non videtur, quia non erat aliquid in formatione mulieris, quod Angeli poſſent facere. Quia ibi fuerunt quatuor. Primum, ablatio coſtæ de Adam; ſecundum, repletio vacuitatis; tertiò, converſio exterioris materiæ in coſtam, ut eſſet ſufficiens ad quantitatem corporis mulieris; quartum fuit converſio coſtæ illius miniſtratæ in corpus mulieris, id eſt formatio corporis de illo: ſed nullum iſtorum potuerunt facere Angeli, ergo non facta fuit formatio mulieris miniſterio Angelorum. De primo patet, quia ad ablationem coſtæ immiſſus fuit ſopor, & iſte dicitur à Deo immiſſus, ſcilicet immiſit Dominus ſoporem in Adam, & ita non Angeli. Secundò, quantum ad hoc, quia non videtur quomodo Angeli potuerunt talem ſoporem immittere, cùm ille ſit præternaturam, & Angeli non ſunt domini naturæ, ut poſſint uti ea ad voluntatem ſuam. Tertiò, quantum ad iſtud idem, quia coſta ablata fuit ſine dolore aliquo, & etiam ſine nocumento Adæ, cùm non debeat poni pœna aliqua in Adam ante peccatum, ſed dolor, aut nocumentum ſunt pœnæ. Angeli tamen non poterãt iſtud, quia Angeli nihil poſſunt in rebus naturalibus niſi utendo natura ſicut inſtrumento, ut non poſſunt calefacere aliquid ſine igne, aut ſine calefactiva, & ita de cæteris, niſi quantum ad motum localem; nam iſtud poſſunt ſupra vires totius naturæ, ſcilicet impellere aliquid, aut ſubitò tranſponere; & tamen quod per diviſionem continui nõ ſentiretur dolor, non pertinebat ad motum localem, ſed ad alterationem, quam non poſſunt facere Angeli, niſi mediantibus rebus naturalibus, & tamen natura non ſufficit ad hoc, ideò neque Angeli. & dato quòd aliquid ſit in natura, per quod poſſint mortificari membra, ita ut non fiat in eis ſenſus nocumenti, qui eſt dolor, tamen nec natura ſufficit ad hoc, quòd membra ſana abſcindãtur de continuo ſine læſione aliqua facta in ipſo cõtinuo, & alijs partibus coniunctis: tamen taliter fuit neceſſe fieri, ne eſſet pœna in Adã ante peccatum, ideò non potuit fieri per Angelos.* Et poſtquàm ſigillatim, quæ probanda ſuſceperat, validis argumentis communierit, demùm concludit: *Ideò melius dicitur, quia fœmina totaliter formata fuit à Deo, & non fecerunt ibi aliquid Angeli, niſi intelligeretur miniſtratio coſtæ, id eſt præſentatio eius facta Deo: ſed hoc nihil videtur, quia cùm Deus coſtam abſtulerit Adæ, non erat neceſſaria alia præſentatio, ſed eadem operatione, qua coſtam auferebat, formaret illam in mulierem, & non oportebat eſſe alterius operationem mediam. Si tamen ponatur operatio media, non erit niſi movere localiter eã de loco, ubi detracta fuit, ad Adæ locum, in quo formata fuit. Nam non fuit formata in præſentia Adæ, cùm dicatur, quia adduxit Deus poſteà mulierem ad Adã, & adductio fuit de loco formationis. Non fuit autem ſic de formatione corporis Adæ, ſicut de formatione corporis Evæ. Nã corpus Adæ poterant formare Angeli, & veri-*

ſi-

ſimile eſt, quod formaverũt, ſed corpus Evæ non potuerunt. Ratio diverſitatis eſt, quia corpus Adæ formatũ eſt de limo terræ: formatio autem de luto eſt per modũ artis. Ideò nõ ſolùm Angeli, ſed etiã homines poterant formare, ſicut figuli formãt ſtatuas. Fuerũt autẽ duo in formatione corporis Adæ; unum erat figuratio luti, nã de luto factũ eſt, quod reductũ fuit ad certam figuram; aliud erat ipſum lutum ſic figuratum facere eſſe corpus humanum, quod erat per formã, id eſt animã dantẽ eſſe; utrumque autẽ vocatur formatio. Primus modus eſt formatio, prout formatio dicitur à forma, quæ eſt figura, ut accipit Ariſtot. in prædicamento qualitatis: ſecundus modus formationis, accipitur forma, quæ eſt actus, & perfectio rei prima. Primã formationẽ fecerunt Angeli, quia ipſi figuraverũt lutũ illud, cũ ipſi poſſent facere, ſecundã autẽ formationẽ ſolus Deus fecit, quia ſolus ipſe animã creare poterat, & infundere corpori. Cùm autẽ dicitur, quòd formavit Deus homĩnẽ, accipiũt de formatione ſecũda, quæ eſt dare formã. Et hoc ſoli Deo cõpetit, ut intelligatur littera de eo, de quo in veritate accipi poteſt. Itaque mulieris opificium ad tantum gloriæ faſtigiũ pervenit, ut illud primũ fuerit humanum opus, quod Dei munus dedicatẽt.

42 Denique materia, ex qua mulier fabricata conſurrexit, quo honore, quâ dignitate virilis corporis materiam non prætulit? terra enim limũ Adami figmẽto ſuppeditavit: corpus verò Adæ iã perfectum, iã divino afflatu, & ſpiraculo honoratum Evæ cõſtructioni materiam miniſtravit. O quàm ſumptuosè, quàm munificè, quãtis amoris, & gratiæ titulis illa formatio conſurrexit clarior, cui non ignobile, & ſordidum lutum, ſed pura, defæcata, & ſpiritu ditata materia, fortitudineque ſolidata inſervivit!

43 Illuſtrior ſanè, ſed & proprior Evæ formatio Marianæ cõceptionis præextitit imago, quæ iã non de inſenſibiliũ creatione, nec de hominis formatione, ſed de Mariæ ſexus productione parabatur, eòque aptior, & expreſſior, quò ſanctiſſimæ Dei Matri muliebris cõditionis cognatione vicinior. Cùm enim nullus futurus eſſet purus homo, qui ſordido originis infectæ profluvio nõ conſpurcaretur, cõſentaneũ quidẽ fuit, ut omne primæ maculæ veſtigiũ, ſeu umbra in primi hominis formatione nõ penitus aboleretur; & cùm naſcitura eſſet mulier abomni originali labe expers, æqua ratio poſtulabat, ut primæ mulieris formatio ipſius conceptionẽ delineans Protoparentis puritatis, & dignitatis privilegijs excederet creationem; quò ſic ab ipſo rerũ initio eluceret muliebrem ſexum puri hominis cõditioni eſſe anteverſurũ, ex qua null' eſſet ab illo primo naufragio evaſurus liber; unâ ſibi fœminâ de hac libertatis, & immunitatis gloria blandiẽte. Ideòq; Eva in Mariæ gratiã, & veluti illius privilegiorũ baiula, cuius typũ, & inſigne gerebat, non ut homo extra paradiſi ſepta, ſed in ipſummet paradiſum adciſcitur, ſeu reſervatur creãda, in ipſum, inquã, paradiſum, qui locus iuſtitiæ, Regiaq; erat ſanctitatis, qui primæ maledictionis in terrã omnẽ ſtatim graſſaturæ, neutiquã obnoxius futurus erat, ut iã aloco ſanctitas conceptionis Mariæ cõmendaretur, & immunitas; locus enim qui nunquã temerãdus eã creandã excepit, illam haudquaquam cõtaminandã teſtabatur; nec paſſus eſt Deus, ut primum vitæ Marianæ initiũ, vel umbraticè in terram caderet, quam primæ maledictionis execratio deturpandam expectaret. Creatur ergo Maria in loco gratiæ, ut gratia ſanctitatis, nõ tam gratuitò, quàm veluti iure naturæ, & lege municipij ad illã ſpectaſſe credatur. Et quidẽ ſi verum eſt, quod aſſeruit Philo lib. de ſacrific. Abel & Cain: *Longa experientia docetur, quòd quidquid innatum eſt animæ, longo uſu confirmatur.* Cùm locus ille gratiæ, paradiſus ſcilicet, Mariæ veluti patria fuerit, qui quidẽ ipſius animę à Deo infuſam gratiam quaſi ingenitã profitetur, credendum eſt Mariam priùs peccati municipem, quàm gratiæ evaſiſſe? Philo.

44 Dignum itẽ fuit ad hanc Marianã gloriã præmonſtrandã, ut Deus, qui hominis ſtatuam elaborandam, & perpoliendã Angelis tradiderat, corporis muliebris opus ipſe ſuſciperet perficiendũ, ut author ſuã in effectũ dignitatẽ refunderet, divinũque opus à maximo ſuo nobilitaretur opifice; ipſaque divina dignatio mutis quibuſdã vocibus, ſed micãtibus cœleſtis efficientiæ radijs in ipſo ſuo opere adminiſtrãtẽ hoſtẽ clamaret: Noli me tãgere, quia Numinis ſum: nã ut elegãter Ambroſ. in Pſal. 47. *In operibus ſuis cõditor, & in ædificationibus ſuis ædificator agnoſcitur, ut etiã ſi nomẽ nõ audias, tamẽ ex operũ qualitate artificẽ deprehendas.* Et in cap. 9. epiſt. ad Roman. inquit: *Opus Dei aliquid maieſtatis eius ſimile habet.* Quo ergo pacto Dei eximio opere exiſtente Maria, cuius vel imaginẽ ipſe in Eva delineandã ſuſcepit, antiquus ille draco audaciã ſuã adverſus illam animaret? Nũ niſus ſuos in divinã Majeſtatẽ in Maria effulgentem intenderet? Quomodo enim opus ſuum ſuſtineret Deus priùs veluti deſtructum, quàm ædificatum, quod priùs turpitudinem, quàm venuſtatem, errorem q; priùs, & defectionẽ oſtẽderet, quàm ordinẽ? Quid ni, ſi opus Dei nuper erectũ priùs abominatione, quàm Numinis maieſtate infantaretur? *Perfectiſſimũ enim* (inquit Philo lib. de plãtatione Noẽ) *oportuit effingi maximũ opus ab opifice maximo. Nõ fuiſſet autẽ per-* Ambroſ. Idem. Philo.

fectiſſimum, ni ex perfectis completum eſſet partibus. Quomodo enim maximum Dei opus, nempè Maria, ex perfectiſsimis cõſtãs conſiſteret, ſi prius depreſſum illud, quàm expreſſum comminiſcaris?

45 Nec minus rationi fuit conſonum, ut materia, de qua Eva, Mariæ nimirũ imago, ingenuitate, & dignitate materiam, de qua creatus fuit homo, præiret. Nam in terra, quæ Adami formationi materiam præbuit, non prorſus extirpatum fuit primævi flagitij operculum, ſeu veſtigium. Nam ut Anaſtaſ. Sinait. lib. 1. Hexamer. recitavit: *Oportebat terram à Deo factam ſtatim ab initio tanquam condemnatam, & abyſſo tanquam inferis traditam.* En quomodo terra, ex qua effictus fuit Adamus, iam à principio umbram ſubijt maledictionis, quæ poſt primũ ſcelus futurum erat, ut illi implueret. Atverò ut in materia, de qua condenda erat Mariæ imago, quæ non excogitavit? quæ non molita eſt divina Sapientia, ut vel levem nebulam, & indicium peccati ab ea longiùs arceret? Nam in primis coſta, quam in mulieris corpus extruendum tractavit, præviè fuit ſpiritu originali iuſtitiâ imbuto animata. Deinde ut ab Adamo coſtam coniugis figmẽto præbente omnem pedam, & ſignum dimoveret peccati, non Angelorum miniſterio, ſed ſuâ ipſius virtute coſtam ab illo extraxit. Nam ut ex Abulẽſ. num. 41. præindicavimus, ideò Angelis fœmineæ fabricæ conſtructio adlegata non fuit, quia ſine dolore eam ab Adamo nequirent avellere; dolor autem quippè, qui pœna eſt, indicaret peccatum. Vt autem nullum in Adamo materiam ſuppeditante uxoriæ fabricæ peccati emergeret indiciũ, mulieris ædificationem ſuæ omnipotentiæ Deus iniunxit. Num non perpendis quantũ ſtudij divina Providentia Marianæ conceptionis puritati, vel in ipſius imagine impenderit? Hìc ſatis aptè quadrare arbitror doctrinam Philonis lib. de confuſ. linguarum. Vbi ſcribit: Philo. *Supereſt & illud conſiderandũ, Deum bonorum tantummodò cauſam eſſe, mali autem prorſus nullius: quandoquidem ipſe bonum omnium antiquiſſimum, & perfectiſſimum. Decet autẽ ſuæ naturæ propria operari optimum optima: improborum autẽ pœnas per eius miniſtros ſanciri; atteſtantur meis dictis illa verba perfecti meditatoris. Deus, qui nutrit me à iuuẽtute mea, Angelus qui eripit me ex malis omnibus. Hic quoque nunc fatetur germana bona, quæ ſtudioſas animas nutriunt, ad ſolum Deũ Authorem referenda: malorum autem portionẽ commiſſam Angelis.* Sic explicat Philo locũ Geneſ. 48. 15. ubi Iacob ait: *Deus qui paſcit me ab adoleſcentia mea uſque in præſentẽ diem: Angelus qui eruit me de cunctis malis.* Vt adſtruat, quæ perfecta ſunt omniſq; mali expertia Deum opificem obtinere; quæ verò aliquam mali rationem induunt, qualia ſunt, quæ vindictam & ultionem important (ſolet enim divina ultio in ſacris litteris mali, ſeu malitiæ nomine deſignari, 1. Paralip. 21. 15.) & ea, quæ aliqua peccati umbra obliniuntur, Angelorum miniſterio adſcribi. Vt Dei bonitas in ſua opera veluti transfundi, in ipſiſque elucere oſtendatur, nihilque in eis, quod undequaque perfectum, & abſolutum non ſit, prominere. En iam habes optimam rationem, ob quam virilis ſtatuæ fabricam Deus Angelis dimiſerit, mulieriſque corpus ſibi adornandum reſervârit. In hominis enim opificio non nihil viſebatur mali, nam terra, ex qua cõcernebatur, velut damnata tenebris obvolvebatur, & humani piaculi umbraticâ quaſi tinctione incolorabatur; ideòque ſtatuam illam conflandã quaſi detrectabat Deus, Angeliſque erigendã, & diſtinguendam deſtinavit. Atverò muliebre corpus, cuius apprimæ perfectioni incũbebat, & veluti illius providentia inſudabat, ut admoneret, omnem ab eo mali ſuſpicionem, & peccati indicium procul relegatum, ſuæ omnipotentiæ conſignavit extruendum.

46 Iam ex his nanciſceris rationem, ob quam mulier poſt ſcelus patratum, quod poſteritatis infectioni limen aperuit; à primævo defecit nomine ab Adamo indito, aliudque novum, ſed infame illud, & inhoneſtum obtinuit; duo quidem nomina ſortitam mulierem fuiſſe invenies, alterum poſt illius creationem, ſeu plaſmationem: *Dixitque Adam: Hoc nunc os ex oſſibus meis, & caro de carne mea; hæc vocabitur Virago, quoniam de viro ſumpta eſt*, Geneſ. 2. 23. Alterum quidem poſt damnationẽ in eam eiuſque ſobolem fulminatum. Nam poſtquàm præſcripſiſſet Scriptura Geneſ. 3. 19. *In ſudore vultus tui viſceris pane, donec revertaris in terram, de qua ſumptus es, quia pulvis es, & in pulverem reverteris.* Statim num. 20. addit: *Et vocavit Adam nomen uxoris ſuæ, EVA, eò quòd mater eſſet cunctorum viventiũ.* Sed hoc intereſt inter primum & ſecundũ nomen, quòd primum ingenuũ ſanè fuit & auguſtum, muliebriſq; originis ſplendidæ gloriam exprimens, & ab ipſa auſpicatum: nam explicans rationem Adamus, ob quam viraginem mulieré accerſat, inquit: *Quia de viro ſumpta eſt.* Quapropter nobilitatẽ, & ſplendorẽ creationis nomẽ ipſum pandebat, cumq; mulier in nomine velut in columna ærea meiſſum geſtabat. Atverò nomen ſecundum ignominioſum quidẽ, & ſordidum extitit, ignobilem prurigine peccati à muliere in ſobolem effuſam trajectamque ſugillans: quod apertius evolvit

Gen. 2. 23.

Gen 3. 19.

Chal-

Chaldæus, qui vice illorum verborum: *Eò quòd eſſet mater omnium viventium*, tranſfert: *Eò quòd eſſet mater omnium filiorũ hominis.* Quaſi mulieris peccatum radicem eã putridam, conſtituerit, à qua quidquid tabi ramos infecerit, emanarit. Sed ut quid hæc mutatio nominum in prima coniuge cõſulta eſt? Quorſum nova illi appellatio impoſita, & nomen primũ abraſum? Meherclè ut mutatam in ea conditionem, & veluti alteram ſubſtantiam deſignaret; in hoc enim nominum diverſitas, & oppoſitio data eſt. Sic didici ex Tertul. lib. adverſus Hermog. c. 25. Nam ut inſaniam hæretici refelleret contẽdentis ex his verbis Geneſ. 1. 1. *In principio creavit Deus cœlum & terram, terra autẽ erat inanis & vacua*, duplicem in primordio extitiſſe terram, aliam univerſale quoddam & antiquum Deo, coæternumque principium, quod quidem Deo orbem molienti materiam ſuppeditabat, alteram verò terram elementum, ex illo principio nomine terræ inſignito deductum: unum & idem nomen ſubiectorum diverſitati & diſſimilitudini impoſitum, tanquam quid ludricum & penè ſtultum irridet. Sic enim ait: *Hoc ſi ita eſt, alia nobis obvolvitur quæſtio, an cõpetat terram hanc, quam Deus fecit ex illa, ex qua fecit, cognomentũ derivaſſe? Audio quidem apud Hermogenem terram illã informem, & inviſibilem, & rudem fuiſſe; hanc quidem noſtram proinde formam, & conſpectum & cultum à Deo conſequutam. Aliud ergo factã, quàm erat ex ea, ex qua facta eſt. Porrò aliud facta, non potuit cum ea denominatione ſociari, à cuius cõditione deſciverat. Si nomen proprium materiæ illius fuit terra; hæc, quæ non eſt materia, aliud ſcilicet facta, terræ quoque nõ capit nomen alienũ, & ſtatu ſuo extraneum.* En quo cõſilio prima coniux pro ſtatus ſui mutatione diversũ nomen eſt cõſequuta. Etenim cùm ex nobili viri latere, ingenua immaculataque formatione proſiluit, auguſtum quidem nomen eſt nacta, & quòd primæ ſuæ originis puritatẽ, & nitorem præferret, ideòque appellata virago, eò quòd de viro ſumpta: ſub hoc nobilitatis ſtemmate pulcram, & intemeratã B. Mariæ generationem adumbravit, primaque illius lineamenta duxit. Atverò poſteà quàm miſerè ab hac gloriæ dexteritate decidit, peccatoque ſe mancipans infauſtæ generationis viventium evaſit origo, ſimul & dignitatis nomen amiſit. Aliudque ſucceſſit, quod ſordes inſtillãdas in poſteros declararet. Nam ut verbis Tertul. utar: *Porrò aliud facta nõ potuit cum ea denominatione ſociari, à cuius conditione deſciverat.* Et ut evincamus primam mulierem in Mariæ prototypum fuiſſe creatam, per peccatum autem in Mariæ antitypum fuiſſe converſam, & ex illius ſimili effigie in diſſimilem prorſus corruiſſe: illud advertas, quòd nomen ſecundùm mulieri datũ tale quidem fuiſſe excogitatũ, quod hanc mulieris primæ cum Maria contrarietatem deſignaret, idcircò nomen Eva nacta eſt ex contraria litterarũ collocatione compactum, quæ ſalutationẽ Angeli ad Mariam delatam exprimunt: *Ave.* Sic volunt plerique, quos innominatos memorat Lypoman. *Putant multi Ave dictum eſſe ab Eva per inverſionem litterarum, ſicut contraria fuerunt, quæ invexit Eva his, quæ beata Virgo intulit.* Ergo mutatio nominis primæ mulieris pro diverſa illius conditione nõ ignobile Marianæ puritati teſtimoniũ præbet. Nam in originali gratia illa creata, & nobilis creationis gloriam nomine primùm accepto proferens Marianæ prærogativæ prima vexillum extulit; ſceleri verò primo immixta, quod originalem intulit in orbem labem, nomẽ obtinuit ex æquo Mariano ſplẽdori oppoſitum: quod quidem enũtiaret Mariam cum prima origine peccati non contubernium aliquod, aut conſortium, ſed apertam ſimultatem obtinuiſſe, illique non pacẽ aliquando, ſed durum, dirumque bellum, & perpes indixiſſe.

Chaldæus.

Tertull.

Lypoman.

§. VIII.

Aliter ex voce generationis præfixa in propugnationem Marianæ puriſſimæ Conceptionis arma deſumpta.

47 *INſcriptionem libri ſui Matthæus veluti Geneſis inſcriptioni objcit, ut quemadmodum ſecundus Adamus adverſatur primo, ſic illius generatio huius generationi, ex Ruperto ad locũ Gen. 5. 2.*

48 *Quo pacto Maria ad librum generationis novi Adæ adciſcatur. Nomen Mariæ idem ac nomen Ieſus, ex Petro Galatino.*

49 *Infringitur telum in prædicta intortum, ex loco Iob 40. 19. per Rupertum.*

50 *Maria armata in prima ſui origine contra imminentes peccati ictus, locus Pſal. 37. 5. illuſtratus ex loco Cant. 6. per Rupertum.*

51 *Aliter vibratum telum diſtorquetur per Paſchaſ.*

52 *Ratio ob quam Chriſti generatio non per proavos Mariæ, ſed per Ioſephi progenitores excurrerit, ex Ruperto in Marianæ conceptionis ingenuitatem.*

53 *In huius libri generationibus, non tam naturæ curſus, quàm divini Verbi effectrix virtus ſpectanda, ideò tres Reges di-*

vino Verbo iniurij ex ea expulsi, per Rupertum.

54 Tertiò iam telum disijcitur, & expenditur locus Matth. 1. 18. ex Chrysost. & Ildefons.

47 LIBER GENERATIONIS IESV CHRISTI. Duplicé reperio generationis librũ in ſacra Pagina; alterũ in quo generatio Adæ, alterũ in quo Chriſti recenſetur generatio: Geneſ. enim cap. 5. 1. dicitur: *Hic eſt liber generationis Adæ*; Matthæus verò in præſenti ait: *Liber generationis Ieſu Chriſti.* Autumo autem Matthæum ſic librũ ſuũ inſcripſiſſe, ut quemadmodũ Chriſtus Dominus Adæ opponitur, ſic generationem cõtra generationem, & librum cõtra librum indicet ſtatutum, ut ſtrenuè admonuit Rupert. *Sicut primus ille homo de terra terrenus, noviſſimus verò iſte de cœlo cœleſtis, ita liber generationis Adã liber terrenus; & iſte liber generationis Ieſu Chriſti liber eſt cœleſtis.* Iã ex his arma colligo in Marianæ puritatis protectionem. Adæ namque liber humanæ ignobilitatis infamiæq; liber eſt, cùm enim primùm aperitur, ſtatim in frõte mortalis maſſæ dedecus apparet. Vix etenim librum hunc infelicem evolves, cui inſcriptio impoſita eſt: *Hic eſt liber generationis Adã*, cùm tuus in ea verba aſpectus impinget: *Et vocavit nomen eorum Adam*, Gen. 5. 2. quaſi cunctos Adæ poſteros innuat, cum Patris nomine, & ſcelus quoque hæreditario iure traxiſſe, & quia univerſa ſoboles parẽtis fuit infamiæ notã inuſta, ei meritò parentis etiã nomẽ obtigit, ut eadẽ nominis appellatio ilã denotet parẽtalis criminis evaſiſſe participem. Hæc conſequentia haudquaquã Rupertum ſubterfugit; aſſerit enim: *Omnes in terreno libro ſcripti fuerunt ex peccato primi illius hominis*; velut ſi aſſerat: nomen filij geſtaverunt parentis, quia illius ſe cuncti flagitio plangent reſperſos.

Rupert.

Rupert.

Geneſ. 5. 1.

Geneſ. 5. 2.

Rupert.

48 Sed inquires: quo pacto ex hoc libro fuerit expũcta Maria, & ex quo arguetur capite infectam Adæ originẽ illam nõ ebibiſſe, ac proinde ad librum Chriſti generationis, qui nobilium, & procerum eſt, fore addicendã? Cui dubio facilè ex Mariæ nomine viã evaſionis paro. Non enim abſque ingenti myſterij pondere Beatiſsima Virgo nomine Mariæ in hoc mũdiſſimæ generationis libro reperitur: *Virũ Mariæ, de qua natus eſt Ieſus.* Cæterũm ſi Petr. Galatino lib. 7. de arcanis, c. 2. & 13. fides adhibẽda eſt: nomẽ Mariæ in Hebræo eiſdẽ elementis ac nomẽ Ieſus fabricatum cõſurgit, quod quidẽ nomen idẽ eſſe, ac celebre illud ineffabileque Dei nomen IEOBA, teſtatur. Quamobrẽ affirmat doctiſſimum Magiſtrum Hebræum nomine Hecados, quẽ reliqui ut ſupremum ſuſpiciebãt, ſanctumque appellabant, docuiſſe eadẽ elementa, quibus Chriſti imperiũ vaticinatus eſt Iſai. c. 9. 6. *Et factus eſt Principatus eius ſuper humerũ eius*, Mariani nominis cõſtructionis deſerviſſe: *Ab his dictionibus* (inquit) *Lemarbe hamiſra, quod eſt, cuius imperiũ ſuper humerũ eius, oritur, Miriã Sara, quod eſt Maria Domina.* Voluit enim divina Sapiẽtia tale Mariæ excogitare nomẽ, in quo Chriſti Domini non ſolùm nomen, ſed etiã imperiũ interſereretur, ſic enim docet, quicunque Mariæ maculã, aut noxam infert, ſuo nomini illam, & imperio irrogare, litturãque, quæ Mariam obſcurat, ſuũ quoque nomen & Principatum atrare. Iã ex his argumentum paro. Si generationis Adæ librum evolventes, & perlegẽtes in eo nos ipſos invenimus infamiã affectos, & eâ oblitos tabe, quâ ille primò deperijt, ob eamque cauſam illius nos omnes nomine inſcribimur: *Vocavit nomen eorum Adã*, ut qui illius participamus, ipſius quoque ſordes communicaſſe intelligamur; quis aſſerat Adæ maculã attigiſſe Mariam, quæ illius nomini oppoſitum nomen hæreditavit, ut cuius expuit nomẽ, ab illius infecta origine inveniatur extranea? Præterea ſi librũ Chriſti generationis explicantes Mariam invenimus ab illius nomine decerpſiſſe litteras, ex quibus nomẽ ſuũ cõtexeret, divinumque imperium ſub Mariani nominis elementis contectũ, & enuntiatum; quis erit, qui non cenſeat Mariam potius ad librum generationis Chriſti, qui quidẽ nobilium eſt, quàm ad Adæ librum; librũ inquã ignobiliũ, & originali labe tactorũ ſpectare? Reperimus ergo in libro Chriſti generationis, qui cum libro generationis Adæ tanquã ſibi contrario ex frõte militat, eiuſmodi nomen nactam fuiſſe Mariam, quod nomẽ Dei eſt, eiſdemque quibus Dei appellatio litteris efformatum, divinique imperij enuntiationem in ipſis imbibitam, ut dum ſe ab Adæ nomine, & imperio diſpeſcit, ab illius ſe libro, & generationis ditione diſpeſcuiſſe prænuntiet, & ſcriptionem, & veluti ſobolẽ libri Chriſti nobilitatis extitiſſe teſtetur.

Iſai. 9. 2.

Petr. Galatinus.

49 Sed validum telũ diſtringes forſan adverſus prædicta: ſi enim, inquies, liber hic Matthæi, liber generationis Chriſti eſt, qui quidẽ adverſus generationis Adæ librum feraliter pugnat, quorſum tot hominũ origines exarantur in eo, quæ haudquaquã ad librum Chriſti generationis attinent, ſed Scripturæ libri Adæ generationis ſunt? Duas, quibus huic illudas difficultati, tibi orbitas demonſtrabo. Primum aſſeram, hoc ita divino cõſilio fuiſſe proviſum, ut quantũ origo Mariæ

à præ-

à præfixis in libro hoc generationibus diſcriminetur, ſplendeat. Verba Iob de enormi monſtro illo Leviathan faciens ſic c. 40. 19. inquit: *In oculis eius quaſi hamo capiet eũ.* Iob 40. 19. Verè induſtrius, & callidus piſcator, qui hamo contendit piſces illudere, quos mactet, longum funiculũ parat, in cuius extremo pẽdeat ſubligatus hamus, is quidem aptâ eſcâ coopertus, ut illius ſuavitate laceſſitus piſcis faciliùs deceptus ineſcetur. Hoc piſcâdi genere adverſus dæmones functus Dominus reſtim hãc protelatã parẽtũ, quos Matthæus velut filum parat, à quo pendeat hamus, extendit. Hanc enim proavorũ Chriſti ſeriem meritò reſtim vocavit Paſchaſ. *Ab Abrahã* Paſchaſ. (inquiens) *reſtis genealogiæ rectè nectitur.* Hamus verò qui huius funiculi extremitati hæret, Chriſtus eſt in Mariæ ſinu, ut uterque hami muneri deſerviat, quod ut indicet Evangeliſta, reſtim parentũ ad Ioſephum dũtaxat provexit, quæ ibi exciſſa Mariam, & Chriſtũ hami vice ſuſtinet. Sic enim habes: *Iacob autem genuit Ioſeph virum Mariæ, de qua natus eſt Ieſus.* En quo pacto in Ioſeph reſtis, ſeu funiculus obruptus manſerit, illiq; Maria & Chriſtus tanquã quid extraneũ cohæſerint, quemadmodũ alienũ eſt à fili natura hamus, qui illi ſubnectitur; eſca verò, quâ uterque abſconditur, ut diabolũ eludat, Parentum ſcelera ſunt, quos ibi computat Matthæus, ut dum Maria, & Chriſtus ſub his deliteſcunt, ſtrangulationẽ dæmoni extruãt, & interitum; contuens igitur eſcã diabolus illius cupidine allectus devorat hamũ, & miſerè exviſceratus iacet. Itaque inſtar hami ſunt Chriſtus & Maria, qui quidẽ quaſi alteram naturam à Parentibus conſtituunt, adeò ab omni ſorde, & originis labe purã & defæcatam, ut ſi aliquando ſub apparẽtibus peccati ſpeciebus ſimulare ſe conentur, peccatricem parentum carnem quaſi expoſtulent, quâ ſubtegantur, ut dæmoni piſcatorias inſidias moliantur. Quamobrem Parẽtes Chriſti & Mariæ, qui in Libro generationis Chriſti recenſentur, non tam induci videntur ut proavi, quàm ut operculũ, & tegumentũ, ſub quo in dæmonem inſulturi Parens Filiuſque obvelẽtur. Rupert. Ad hæc ſpectaſſe reor Rupertum ſic fantem: *Generatio Ieſu Chriſti ab Abraham uſque ad Ioſeph virum Mariæ, de qua Ieſus natus eſt, quaſi longa piſcantis linea eſt, cui ferreus hamus ſubligatus carne adoperitur, ob hoc ut piſcis edulio provocatus, quod foris patet, ferro ſe ipſum ſtrangulet, quod intus latet.* Appende verba Ruperti, qui productã Parentũ ſeriem uſque ad Ioſeph, reſtim eſſe piſcatoriã aſſerit, quod verò ab ea quaſi quid diſtinctum, alteriuſque naturæ pendet, Chriſtum eſſe & Mariam.

50 Mens hæc Ruperti, quæ Mariã veluti inſtar hami ferreã, ſeu calybeam, ut eã à parẽtibus ipſius diſcernat, meditatur: teſtimoniũ nõ ignobile mihi ſuggeſſit, quo Mariam ab originalis culpæ ictu haudquaquã labefactatã communiã. Infeſtus humani generis hoſtis acies ſuas in ipſo vitæ noſtræ limine primo, ſeu ad illã ingreſſu locat explicatas, ut vix primum vitæ ſpiritum hauriamus, cũ nos ab ipſo percuſſos, & poſſeſſos lugeamus. Quapropter Vates Regius ait: *Poſuerũt ſigna ſua ſicut in exitu ſuper ſummum,* Pſal. 73. 5. Quem locũ ſic interpretatur Theodoret. *Trophæa, quæ inſignia, & indicia victoriæ ſunt, erexerunt ſuper portas noſtras*; quaſi dicat: ut adverſarij ſuperbè ſe iactent in ipſo introitu, & primo vitæ noſtræ inceſſu nos ab ipſis disiectos corruiſſe, & triumphatos, victoriæ inſignia, quæ vexilla ſunt, in valvis ipſis extulerunt, & præfixerunt. Nec enim ab umbris, in quibus prius quàm eſſemus obducti, complicabamur, poſſumus nos expedire, primumque pedem in hac vita figere, quàm ab immaniſſimo hoſte comprehendamur, & ſpoliemur. Hoc expreſsiùs ornat translatio Hieron. *Poſuerũt ſigna ſua in trophæũ manifeſta in introitu deſuper.* Et quem introitũ deſuper excogitabimus, niſi illum, ad quem cùm primùm cõcipimur, appellimus? Igitur cùm primum hunc ingreſſum attingimus, ab huiuſmodi hoſtiũ piraterio dilapidamur, & clepimur, nec antè Spiritu fruimur, quàm nudemur; nulla enim maior, aut calamitoſior nuditas quàm peccati. Vt innuit illis verbis Ezech. 16. 4. & 8. *Quando nata es in die ortus tui, &c. eras nuda, & confuſionis plena.* Igitur in Mariam per conceptionis portas ingredientem cũ callidiſsimus hoſtis impegit, armatam illam, & ferream experiẽs cõnatus ſuos vireſque caſſas, & deluſas præſenſit, ictuſque in illam iacti illæſam, & abſque ullo ſui veſtigio in ipſa impreſſo relinquẽtes evanuerunt. Quod ſanè non obſcurè enũtiat locus ille Cant. 6. 9. *Viderunt eam filiæ, & beatiſſimam prædicaverunt, Reginæ, & laudaverunt eam. Quæ eſt iſta, quæ progreditur quaſi Aurora conſurgens, pulcra ut Luna, electa ut Sol, terribilis ut caſtrorũ acies ordinata?* Triplici illã laudationis, & commẽdationis appellatione ſignant, Auroræ ſcilicet, Lunæ & Solis, quæ triplicẽ Marianæ vitæ ſtatum ſuo ordine indicat, conceptionem nẽpè, fœcunditatem, quâ ſuperveniente Spiritu ſancto ditata eſt, & in cœlos aſſumptionẽ. Cõgruè Mariæ lucidiſſimæ conceptioni nomen aptatur Auroræ; Aurora enim veluti cõceptio, & prima inchoatio diei eſt, quâ de noctis ſui non eſſe, ad eſſe ſuæ lucis aſcendit, & lucida actio eſt: ideòque appellatur diluculum, quod quidem non tenebrarũ horrore, ſed ſubaris ſplendore informatur; Luna

Pſal. 73. 5.

Theodoretus.

Hieronym.

Ezech. 16. 4. & 8.

Cant. 6. 9.

quoque tunc plena fuit, cùm divinitate Filij completam ſe mirata eſt, plenumque ſui uteri orbem cœleſti virtute undequaque perfectum; tandem Solis nomen, ad cœlos provecta, & lumine redimita, ultimoque gloriæ coruſco promicans promerita eſt. Sic Rupertus, qui iuxta frequentem Patrum morē, ſeu phraſim, nativitatem uſurpat pro cōceptione, ut attentè illius verba perpendenti liquebit: *Quàm pulcer ordo in iſta laudatione, in iſta tuæ pulcritudinis, ò Beatiſſima, prædicatione! Primùm conſurgēs ut Aurora, deinde pulcra ut Luna, deinde electa ut Sol. Quādo nata es, ò Virgo beata, tunc vera nobis Aurora ſurrexit, Aurora prænuntia diei ſempiterni; quia ſicut Aurora quotidiana finis præteritæ noctis, & initium diei ſequentis, ſic nativitas tua finis dolorum, & conſolationis fuit initium, finis triſtitiæ, & lætitiæ nobis extitit principium.* (Diſpice quo pacto ſub nativitatis nomine de conceptione ſermonem Rupertus inſtituat. Nam prima exultationis noſtræ ſpicula erumpere, primi gaudij noſtri flores gemmare, non in Mariæ nativitate, ſed iam diu in conceptione cœperunt.) *Quando autem Spiritus ſanctus in te ſupervenit, & Filium Virgo concepiſti, Virgo peperiſti, tunc tu & ex tunc pulcra pulcritudine divina, pulcra* (inquā) *non quomodocunque, ſed ut Luna. Sicut enim Luna lucet, & illuminat luce non ſua, ſed ex Sole concepta; ſic tu, ò Beatiſſima, hoc ipſum quod tam lucida es, non ex te habes, ſed ex gratia divina gratia plena. Quādo autem de hoc mundo aſſumpta, atque ad æthereum thalamum translata es, tunc tu, & ex tunc electa ut Sol.* Nec ſine ſuo libramine verba illa omittenda ſunt: *Sicut enim Luna lucet, & illuminat luce non ſua, ſed ex Sole cōcepta, ſic tu, ò beatiſſima Virgo, &c.* Quod quidem Philoſophiæ documentū non ad Lunam dumtaxat coarctatur, ſed pari robore militat in Aurora, cuius ſplendor non quidem ſuus (ut quid in Aurora diſtinctum à Sole meditamur) ſed Phœbi eſt: ex radijs enim Solis iam emergentibus matutina cōflatur. Vocatur ergo Aurora Mariæ cōceptio, quia ſicut in Aurora, cùm primùm apparet, Solis iubar illam efformans aſſiſtit, ita conceptioni Mariæ iam divinitatis fulgor eam illuſtrans adſtabat. Sequens verò commendationis elogium integrā Marianæ vitæ rotam inſequitur: *Terribilis ut caſtrorū acies ordinata*, ita ut in quolibet vitæ illius ſtatu, ſive ut Aurora, ſive ut Luna, ſive verò ut Sol ſpectetur Maria, ut armata, & communita undique phalanx hoſtibuſque pavorem incutiens prædicetur; igitur dum Auroræ inſigne in ſua cōceptione beatiſsima Virgo erexit, cœleſtis quædam cohors effecta, divinis ſignis inſtructa, rutilāſque apparuit. Quamobrem in Marianæ vitæ primo limine geminum cuneum ornatum iam ut ſe mutuò debellet, licet contemplari, alterum quidē æthereum Olympica ſigna explicantem, alterum verò tartareum feralia circumferentem, de quo Regius Vates: *Poſuerunt ſigna ſua in trophœum manifeſta in introitu deſuper.* Quis horum exercituum, quæſo, dum alter cum altero ſigna confert, victoriam reportabit? Credam illum, qui ita fuerit ordinatè digeſtus, & compoſitè inſtructus, militariſque diſciplinæ legibus adaptatus, & illarum obſervatione præmunitus, ut horrificum ſe, & minacem alteri oſtenter. En id obtigit Mariæ inſtar Auroræ conſurgenti, tunc enim ſimul terribilis ut caſtrorum acies ordinata viſa eſt: *Quid verò eſt, ut caſtrorum acies ordinata?* (inquit Rupertus) *Non enim à magno intellectu vacat iſta comparatio, & idcircò ſubtiliter eſt intuenda. Scimus enim, & conſtat, quia caſtrorum acies tunc hoſtibus terribilis oſtenditur, quando ita fuerit conſtipata, atque denſata, ut in nullo loco interrupta videatur. Nam ſi ita diſponitur, ut locus vacuus, per quem hoſtis poſſit ingredi, dimittatur, iam profectò ſuis hoſtibus terribilis non eſt.* Ergo Maria dum ut Aurora in ſua conceptione præfulſit, ut caſtrorum benè diſpoſita acies horrorem ſuis hoſtibus iniecit, quia haudquaquam diſciſſa, ſed ita ſe conſtiparam eis exhibuit, ut nulla viſeretur in ea ſciſſura, nulla rimula, per quam inimicorum tela illā poſſe ferire confiderent. Vice illorum verborum: *Terribilis ut caſtrorum acies ordinata*; vertunt alij: *Terribilis ut caſtra vexillata.* Vt iam tunc in Maria cœleſtia ſigna præfixa oſtenderet adverſus ſigna lethalia, quæ inimicus in introitu deſuper expandebat. Verumenimverò ſi ut Hieron. epiſt. ad Ruſticum Monach. ait: *In quovis grandi exercitu unius ſignum expectatur*: cernens humani generis adverſarius, qui vexillatas cohortes ſuas in Mariam vitam ingredientem conſtruxerat, cœleſte ſignum in ipſa exoriente ſe oſtentans, quaſi iam deſperans de triumpho vexilla ſua complicuit, & depreſſit. Si igitur ab initio ortus ſui Maria ita præmunita emerſit, & inſtructa, quid mirum quòd duro ferreoque hamo eam Rupertus compararit?

Rupert. Idem. Hieron.

51 Nunc iam aliud effugiū dubio præhabito num. 49. meditabor. Cur ſcilicet in hac Chriſti generatione adnumerārit Matthæus Principes, & Heroēs, qui ob ſordium ſuarum ignominiam ad librum generationis Adæ adſcribuntur? Et ut nodum nodo diſſolvam, inquiro, quamobrem ſacer Hiſtoricus opus ſuum nomine, ſeu titulo

tulo, *Liber generationis Ieſu Chriſti* inſcripſerit, cùm ipſemet quadraginta in ipſo
Matt. 1. 17 generationes fuiſſe replicatas teſtatur: *Omnes itaque generationes* (ait) *ab Abraham uſque ad David generationes quatuordecim; & à David uſque ad tranſmigrationem Babylonis generationes quatuordecim; & à tranſmigratione Babylonis uſque ad Chriſtum generationes quatuordecim*, cap. 1. num. 17. Aptius enim eſſet, & congruentius, ut librum illum generationum, quàm unius Ieſu Chriſti generationis diceret. Reverâ conſilium Evangeliſtæ eò tendit, ut ingenuitatem, & ſplendorem Dominicæ generationis in lucem ederet, quare reliquas generationes ideò exeruit, ut ex ijs ſcopum ſuum perfectiùs collimaret, geſtorum enim divini Verbi præfixi Patriarchæ umbram, & lineas præduxerunt. Quamobrem in hac genealogia non tam ut originem ab Adamo trahunt, recenſentur, quàm ut divini Verbi ordinem inſequuntur. Quod quidem ſtrenuè percalluit Paſchaſ. *Cur autem generationis liber ſingulari notetur numero, cùm quadraginta per ordinem replicentur? nullũ dubium, quia unius tantùm quæritur Ieſu Chriſti, cæteræ verò propter hanc inſinuandam ad medium deducuntur.* Itaque cùm Matthæus Mariæ progenitores pandit, non videtur attendere, quid in eis carneum, & humanum, ſed quid ſpirituale, & divinum effulſerit: ut intelligamus, Mariæ originem non tam ab illorum infecta maſſa, quàm ab eorum ſpiritu propagari.

52 Singulariter in præſenti diſcutiendam aggrediar quæſtionem vulgariter agitatam: nempè, cur Matthæus rectam generationis lineam non duxerit ab Abraham, uſque ad Ioachimum Mariæ Parentem, & Chriſti avum, hoc enim optimus texendi genealogiam ordo exigebat; ſed obliquam à Ioſephi proavis Mariæ propinqui educens Chriſti originem? Quem nodum ut aperiam, præmittam Ruperti ſententiam:
Rupert. *Non enim illud* (inquit) *ſolum attendas, quòd Abraham, ſecundùm carnem, genuit Iſaac, & Iſaac, ſecundùm carnem, genuit Iacob, & ſic de cæteris. Sed & hoc potius quòd Abraham, ſecundùm promiſſionem, genuit Iſaac, & Iſaac, ſecundùm promiſſionem, genuit Iacob. Hoc namque animadverſo prolixius liber, & grandis pagina per ſingulas ferè genituras apparet, dum promiſſionis Verbum in memoriam repoſitam recogitare facit, quid & qualiter ad illos Patres ſanctos Deus loquutus eſt. Iam hìc conſiderandum eſt de hoc ipſo generationis libro, quod ita terminatus eſt: Iacob autem genuit Ioſeph. Nonnè illam potuiſſet lineam ſequi, qua perveniret ad eum, qui Mariam ſecundùm carnem, genuit, niſi potiorem illam æſtimaret genituram, quæ eſt fidei, ſive promiſſionis, quæ eſt auditio, ſive obſervatio verbi Dei? Siquidem & ipſe Dominus hoc teſtatur, noſque cognoſcere vult, qui, ubi extollens quædam mulier vocem de turba, dixit: Beatus venter qui te portavit, & ubera quæ ſuxiſti. Quinimò ait: Beati qui audiunt verbum Dei, & cuſtodiunt illud. Et alibi: Quicunque enim fecerit voluntatem Patris mei, qui in cœlis eſt, ipſe meus frater, & ſoror, & mater eſt.* Quaſi dicat; expendas velim in his generationibus divini Verbi in efficacem, quaſi illarum divinum Verbum ſit Author: in ijs enim ipſius promicat efficientia, nam ut promiſsio divini Verbi immobilis ſtaret, veritatemque obtineret, ipſum æternum Verbum has omnes generationes eduxit, direxit, & quaſi obſtetricavit. Itaque Iſaacum, Iacobum, Davidem, &c. non tam in libro hoc, ut filios humanæ prolis paginis inſertes, quàm ut divini Verbi nobilia quædam germina. Quamobrem in illorum generationibus non nihil divinitatis licet comminiſci, eaſque aliquo modo divinas accerſere, quatenus quædam divini Verbi operatio in ipſis effulget & affectio. Itaque præfatæ generationes licèt ex ea parte, quâ ab Adamo per naturæ euripos derivantur, ad librum attineant Adami, univerſaque infamiæ exuſtione notentur: quâ verò à divini Verbi operatrice virtute deſcendunt, nobiles cenſentur, & ad Chriſti librum, qui quidem ingenuitatis, & claritudinis eſt, addicuntur. Iam ergo ad rem deveniamus. Sedulò cogitans Matthæus Mariæ & Chriſti generationis originem diſponere quaſi medius hæres inter ipſorum proavos, Ioſephique progenitores, & certò ſciens rectiùs & directiùs à Mariæ prædeceſſoribus genealogiã nectendã; hos omiſit, quia in his viam quandã humanæ, & carnalis ſucceſsionis meditatus eſt, eoſque prælegit, qui ad Ioſephum Mariæ neceſſarium directo tramite deſcendebant; etenim in his tum humanæ generationis reſtim reſpectu Mariæ, & Chriſti intendebat ſucciſſam; tùm divini Verbi nobilem virtutem, & operationem ſpectabat eas permeare, in illiſque verbum velut cauſam ſuo honori conſulentem diſcurrere; ut ex his ſe eliceret, prædicaretque, Mariæ & Chriſti generationem ab humanæ originis ordine maculoſo & infecto præciſſam; ab ijſque proavis, quos ipſe in ſuo Evangelio computat, Mariam & Chriſtum non effundi, quâ ad librum Adæ attinent, ſed quà conſpicua, & clara divini Verbi effectio in eorum generationibus prominebat, ſicque ſiqueat Ma-

riæ, & Chriſti generationem,nõ tam humanâ virtute,quàm divinâ efficientiâ ab ea Adami graſſantem prurigine dimovente fuiſſe coalitam, & compactam. Sed iam clariora Rupert. Ruperti verba in medium proferamus: *Quæ pars decoris, ſive genituræ decentis, maximè decet liber generationis Ieſu Chriſti, quia videlicet quemadmodum Apoſtolus dicit: Nõ qui filij carnis, hi ſunt filij Dei, ſed qui filij ſunt promiſſionis, & æſtimantur in ſemine. Quomodo Iſaac, quem genuit Abraham, & Iacob, quem genuit Iſaac, non filij carnis, ſed filij ſunt promiſſionis? Videlicet, quia non ſolùm ſuſceperunt hæreditatem paternæ fidei, verùmetiam non tam uſu naturæ, quàm dono gratiæ provenit hoc ipſum, quod geniti ſunt.* Et ut coronidem rei imponat, inquit: *Hoc revera multum attinet ad intentionem Evangeliſtæ, quia niſi potiorem illam æſtimaret genituram, quæ eſt carnis, poterat genealogiam texere ſic, ut patrem illum contingeret, qui beatiſſimam Mariam ſecundùm carnem genuit.* Ergo intentio & ſcopus Evangeliſtæ in eo eſt, ut à Mariæ & Chriſti generatione procul amãdaret quidquid fœtorem humanę maſſæ exhalabat, immitteretque quidquid divini Verbi odorem cœleſtiſque nobilitatis vaporem ſpiraret. Dignum namque, & valdè conſentaneum erat, ut divini Verbi Genitrix à divino Verbo veluti genita præceſsiſſet, ideò de ipſa canit Eccleſia:

O glorioſa Domina!
Excelſa ſuper ſidera,
Qui te creavit providè,
Lactaſti ſacro ubere.

Glorioſam Mariam vocat ab ipſo ſuæ conceptionis initio, aſtriſque puriorem, & celſiorem. Nam ſubiungens rationem ob quã eam & gloriam ornatam, & ſideribus nitidiorem appellarit, addit: quia ab illo providè creata es, cuius labijs rorem tui infundiſti lactis; velut ſi dicat: quia verbi effectrix, ideò à Verbo effecta; ideòque ex quo ab ipſo effecta, Domina, & glorioſa, & ſuper ſtellas evecta.

53 Præclarum tibi offeram teſtimoniũ, quod quidem adſtruat in præindicatis generationibus, non tam attendendum eſſe fluxũ carnis, & curſum humanæ propaginis, quàm quandam divini Verbi expeditionem arcanam, vi in illis conſilium ſuum ſtatuentis, & exequentis. Quamobrem reperies, eos Chriſti prognitores ab hac genealogia, vel abraſos, vel ſuppreſſos, qui haudquaquam divini verbi ordini inſervierunt, erga ipſum que ſe exhibuerunt infenſos; quaſi verbum divinum eos à ſua genealogia voluerit expunctos, qui à fidelium animis illud ſtudebant amandare. Veluti ſi Chriſtus Dominus dixerit: illud meæ eſt gloriæ inſigne, & nobilitatis ſtemma ab his me Genitricemque meã deſcendere proavis, in quorum generationibus opus quoddam, & efficientia divini verbi emicuit; quamobrem ſi qui præceſſerunt divini verbi contemptores, & extirpatores, nolo eos parentum meorum glorioſo nomine inſigniri, eorum nomen à mea, Parentiſque meæ proſapia deleatur: deficit enim in eis ea nota idque indicium, quo Parentes mei, & proavi emerſi dignoſcuntur. Ad verba illa: *Ioram autem genuit Oziam*, advertunt ſacri Interpretes, Matthæum tres Chriſti proavos omiſiſſe, ſilentijque tenebris reliquiſſe obrutos, & à genealogiæ arbore veluti indignos, ſeu degeneres ramos abſciſſos, nempè Oziam, Ioram, & Amaſiã. Si verò cauſam diſquiras, ob quam hi tres Reges huiuſmodi fuerint ludibrio affecti, eoque ſpoliati honore, quo reliqui Chriſti proavi conſpicui: ab alijs nunc rationibus ſuperſedens, noſtro inſtituto aperiam magis conſentaneam, & idoneam. Quamvis enim verum fuerit, pleroſque Chriſti proavos in hac genealogia recenſos ſceleratos fuiſſe, & Deo exoſos, non tamen in id ſceleris barathrum devenerunt, ut adverſus divinum verbum eiuſque Cõcionatores bella cierẽt, verbum Dei auſcultabant, illiuſque fontium ora haudquaquam obturabant, Prophetiſque Deiq; præconibus, ut divinum verbum effunderent, faciebant facultatem. Hi tres dumtaxat in id ſe flagitiorum profundum iniecerunt, ut divinum verbum illiuſque miniſtros deteſtarentur, eorumque odio deflagrarent, & aditum eis, & poteſtatem illius ſeminandi interdicerent. Ergo (ait Dominus) à meorũ prædeceſſorũ catalogo eos, ô Hiſtorice ſacer, eradas inter meos proavos computari illos ne patiaris, avitæ Parentum meorum gloriæ ſigno ipſos diſcingito. Qui enim in mea ſunt genealogia adſcripti, eatenus ut Parentes veneror, quatenus in eis divini verbi ordo, & ardor ſe præbent conſpiciendos, qui ſi in tribus Regibus obſcurantur, eos quoque in genealogia mea obtenebrari, & tumulari oportet. Ego, Genitrixque mea viam divini verbi in proavis noſtris ſe prodentem terimus eam, ut quid noſtrum in illis agnoſcimus, quæ ſi in tribus Regibus deperdita eſt, & confuſa, reliquum eſt, ut nihil in eis quod ad nos ſpectat, revereamur: ideò à proſapiæ noſtræ ſplendore deturbentur. Num manifeſtum nõ eſt, Chriſtum & Mariam gloriam ducere ab his ſe proavis, quos adnumerat Matthæus, trahere originem, non quatenus naturæ viã inſectantur, ſed quatenus divini verbi trames in eis aperitur? ſiquidem tres Reges, in quibus divini verbi ſplendor prorſus oc-

ci-

cidit, tanquam non proavos à genealogiæ ſuæ reſti volunt abſcindi; quaſi Chriſtus, & Maria nil in proavis ſuis, quod verè eos hoc nomine ditet, niſi divinum diſpiciant. Accipe Rupertum rem luculenter diſſerentem:

Rupert. *Tres de medio ſuccidit, videlicet Oziam, Ioram, & Amaſiam. Quam ob cauſam? Nimirum propter impiſſimam Athaliam matrem ſuam, cuius imitati ſunt homicidia, occidendo Prophetas Domini, ſicut illa & mater eius Iezabel in Samaria. Et quidem Manaſſes quoque multum ſanguinem iuſtũ fudit, verùmtamen reſervatus eſt, quia pœnitentiam egit. Et hoc revera multum attinet ad intentionem Evangeliſtæ, de qua ſuprà dictum eſt; quia niſi potiorem illã æſtimaret genituram, quæ eſt fidei, vel promiſſionis, quæ eſt auditio, ſive obſervatio verbi Dei, quàm illam, quæ eſt carnis, poterat genealogiam ſic texere, ut patrem illum cõtingeret, qui B. Mariam ſecundùm carnem genuit. Qualem enim locum habere deberent inter Parentes carnis verbi Domini, bi ſub quibus nec ſaltim loqui licuit Prophetis verbi Domini? Denique Prophetam Domini, qui fuit auſus loqui in nomine Domini Prophetam, & Sacerdotem Zachariam filium Ioiadæ Sacerdotis Ioas interfecit, & non eſt recordatus miſericordiæ, quam fecerat Ioiadas pater illius ſecum, ſed interfecit filium eius. Poſt hunc Amaſias Prophetæ dicenti ſibi à Domino: Cur adoraſti Deos, qui non liberaverunt populum ſuum de manu tua? reſpondit: Num conſiliarius Regis es? Quieſce, ne interficiam te. Etenim cæteri quoque præter David, & Ezechiam & Ioſiam omnes peccaverunt, verumtamen ſub illis prophetare licuit Prophetis, quod pertinebat ad huiuſmodi genealogiam. Atque idcircò iſti ſoli de memoria præſenti, de libro generationis Ieſu Chriſti repulſi ſunt, qui verbum Dei audire, vel præcones verbi Dei vivere paſſi non ſunt.*

54 Præterea aliam propoſitæ difficultatis evaſionem expediam, verùm primæ nõ valdè abſimilem, quæ honori puriſsimæ Marianæ conceptionis non inermiter militat. In eius enim ſolemnijs ſtatuit ſancta Mater Eccleſia hanc Matthæi genealogiam decãtari, ut quemadmodum ex ea conſtat, quãtum Chriſti generatio a reliquis generationibus diſcriminetur, in quam veluti colliſæ curſum ſuum terminaverunt, ſic quantum Mariæ conceptio ab eiſdem diſsideat, evincatur, quam earum fluentum non clauſit, ſed excluſit: *Iacob autem* (inquit Evangeliſta) *genuit Ioſeph virum Mariæ, de qua natus eſt Ieſus.* Poſtquàm enim tres theſſera decades generationum Matthæus enumeraſſet, eas ad Chriſtum deducendo ait: *Chriſti autem generatio ſic erat.* Sed quorſum *erat*, & non *eſt*? Nonnè, ô Matthæe, opus tuum inſcripſiſti, *Liber generationis Ieſu Chriſti*, & ut oſtendas eam te ab Abrahamo & Davide petere, ſubdis, *Filij David, Filij Abraham.* Cur ergo non ſubmittis: *Chriſti autem generatio ſic eſt*? Ad Chriſti generationem quæ præmiſſa ſunt, num non ſpectant? eſtnè quid à præindicatis diverſum Chriſti generatio? Vt quid ergo adiungis: *Chriſti generatio ſic erat*? Egregium ſanè Evangeliſtæ ingenium, ut adſtrueret, quàm latum, vaſtũque diſſenſionis chaos inter Chriſti generationem, & præhabitas fuiſſet productum. Quaſi dicat: has protuli in medium, ut quâ nobilitatis prærogativâ, & honore, & nitore ab eis Chriſti generatio diſsideat, oſtentetur; illæ enim præceſſerunt generationes obnoxiæ peccato, maledicto primo additæ fermento primæ defectionis ſubactæ; hæc verò pura, nitida, ſplendens, omni ſuperior contagio, puritatem, & ingenuitatem in ipſo ſuo cãdidiſsimo, & albicanti fonte delibans, opere enim, & virtute Spiritus ſancti conflata eſt. Idcircò præhabitis generationibus recenſis ſubdo: *Generatio autem Chriſti ſic erat*, quia diſſimilem prorſus ab illis orbitam init, & quemadmodum illæ præceſſerunt, non eſt. Accipe Chryſoſt. apud D. Th.

Chryſoſt. *Ac ſi dicat Evangeliſta; generatio quidẽ eorum patrum, quos expoſuimus, ſic fuit, quẽadmodum retuli: Chriſti autem generatio non ſic, ſed ita erat. Cùm eſſet deſponſata Mater Ieſu Maria Ioſeph. Quaſi enim aliquid novum dicturus præmittit modũ generationis dicere, ne audiens virum Mariæ, æſtimes natum eſſe lege naturæ.* Eundem ſcopum collimavit Rupertus: *Hìc amplius*

Ruperti *ſplendet iſte Liber generationis, & in hoc eſt tota utilitas libri, omni legenti, vel audienti credere, quia Chriſti generatio ſic erat, quia de Spiritu ſancto Maria Virgo, prius quàm convenirent, conceperat: quàm diſſimilis generatio hæc generationibus cæteris, generationibus quamvis rectorum, ut fuit Abraham, ut fuit Iſaac, ut fuit Iacob.* Eandem mentem, ſed luculentiùs explicatã retinuit Ildefonſ. lib. de perpetua Virginit. S. Mariæ: *De Chriſti nativitate iure dictum credimus, generationem eius quis enarrabit? Quia & iſta ineffabilis eſt, & mira nativitas carnis: non ſicut hæretici canunt, communi lege naturæ, ſed ſacramento gratiæ. Nam quod naſcitur Deus homo ex Virgine, non eſt ordo naſcendi, ſed poteſtas. Et ideò non eſt, quod requirat humana ſapientia in hac nativitate, niſi quia Verbum caro factũ eſt, & natus eſt, ut voluit: vel quando, vel quomodo voluit. Alioquin quis capiet, quod inauditum & ineffabile eſt? vel quis intelli-*

Ildefonſ.

gen-

gentiam carnis hîc requiret in eo, ubi totū est divinum, & incomprehēsibile, quod narratur? Ait namque Evangelista: Generatio Christi sic erat. Vtique generatio ista carnalis sic erat: de qua non dixit, sic facta est, sed sic erat, quia generatio erat apud Patrē ineffabilis; quando per hanc præscriptam, & ineffabilem generatus est ex matre. Vnde quod erat, utique semper erat: & quod semper erat ex æternitate, potuit fieri ex tempore, quidquid factum est in eo mirabile. Vnde plurimum desipiunt, qui dicunt, eum communi lege naturæ esse natum, qui non ea lege constat esse conceptus, quoniam hæc est lex nascendi; quæ nunc lex nascendi vocatur ex vitio primæ damnationis est; & ideò ait Apostolus: Fuimus omnes nos aliquando filij iræ sicut & cæteri: sed absit à fidelium cordibus, ut Christus natus credatur filius iræ, sicut cæteri nascuntur vitio corruptionis, &c. Providè ergo, & sapienter Evangelium hoc ab Ecclesia in ornamentum Marianæ conceptionis ascisitur. Vbi historico tot Principum progeniem texente, texturæ ordo in Maria, & Christo defecit, tanquam utriusque generatio alterius staminis, vel seriei fuerit. Vt unde discrimen innotuit inter Christi, & aliorum generationes, inde quoque Virginis conceptio ab illis dissentire, & dispesci crederetur. Innuit ergo Ecclesia nō aliter de purissima Mariæ conceptione omnem Adami maculam procul à se abigente, quàm de Filij generatione sentiēdum. Quāobrem Evangelium, quod Christi adstruit generationem, ab omni humanæ corruptionis labe immunem solemnijs Marianæ conceptionis addicit: ut quomodo dictum est, *Christi autem generatio sic erat*, ut tantam generationem nullā peccati origine fœdatā à reliquis generationibus Evangelista secerneret: intelligeretur ipsum Evangelistā scripturum, si Mariæ conceptionē narrare suscepisset: *Mariæ autem generatio sic erat.* Quod sanè consultò omisit, quia cùm infectarum generationum ordinem, quē inchoarat, fregisset, priùs quàm ad Christum & Mariam pervenisset, subdidisset que: *Christi autem generatio sic erat*, ut eam ab illo ordine exclusam indicaret, consequens erat, ut idem de eius Genitrice dictum intelligeretur, cuius etiam conceptionem à corrupta illa generationum serie dissecuerit.

SECTIO SECVNDA.

Ex nomine IESV in præfato Evangelij titulo emerso puritas conceptionis Mariæ indicitur.

LIBER GENERATIONIS IESV. Nomen Iesu Salvatoris, & Redemptoris munus in Christo ostendere nemo vocavit in dubium. Concors hîc est Patrum Ecclesiæ animus, in quo prodendo, & fulciendo diutiùs immorari otiosum duco.

§. I.

Virtus & efficacia nominis IESV, ad Deiparam ab omni originis contagio præservandam.

1 *DIVI nominis IESV vis, & efficientia in hominis captivitate dissolvenda, & originali piaculo profligando eminet, ex loco Cant. 1. 2. cohæret locus Psalm. 44. 9. ex Episcop. Christopolit.*

2 *Idem firmatur ex interpretatione nominis Iesu, quod sonat Salvator apud Hebræos, apud Græcos verò Medicus, ex Cyrillo Ieros. cuius præcipuum munus est præcavere, quàm curare, ex August.*

3 *Invalidatur obiectio decerpta, ex loco Matth. 9. 12.*

4 *Loci Matthæi vera interpretatio, ex Maldonato: lucem accipiunt Chrysol. & Beda.*

5 *Pro Maldonati & Chrysol. sententia verum est sub ictu peccati constitutum posse nuncupari peccatorem: probat Aug. abstrusus Hieronym. locus panditur: qua ratione Angeli redempti, ex Bernard.*

6 *Apta ex his præfati loci Matth. expositio; locus Galeni. Quomodo prædictū locum evolvat Toletus iuxta Bedæ expositionem; locus August.*

Mu-

7 *Munus optimi Medici & Redemptoris eſſe imminentibus morbis viam occludere; probat locus Pſalm. 85. 13. ex Aug. locus Luc. 1. 48. per Tolet. Bedam & Gerſon.*

8 *Corollarium ex præhabitis.*

9 *In hac genealogia perbellè latet virtus nominis Ieſu ad viam impediendam originis infectioni, ex Chryſoſt.*

10 *Quo pacto Filij, Matriſque nomen ſibi mutuò cohæreant, in Mariæ nobilitate originis elucubranda, ex Hebræis.*

11 *Prædicta lucem mutuantur à loco Proverb. 31. 30. & Iſai. 30. ex Richardo.*

12 *Infeſtus Ieſu nomini videtur exiſtere, qui Mariæ conceptionem ab ipſo luſtratã inficiatur. Elegans interpretatio loci Matth. 13. 45. ex Richardo.*

1 DIVINI nominis activitatẽ, eiuſque in homine à dæmonis poteſtate redimẽdo virtutem & vigorẽ ſtrenuè indicat elogium illud Spõſæ: *Oleum effuſum nomen tuũ,* Cant. 1. 2. ſententia à præactis verbis videtur pendere, quæ ſic habent: *Meliora ſunt ubera tua vino, fragrantia unguentis optimis.* Et ſubdit: *Oleum effuſum nomen tuum;* quaſi dicat, ex unguentorum fragrantia, quã delibutus undequaque exhalas, dignoſceris, ac proinde conſentaneum eſt, ut nomen tibi ex ipſo pretioſo unguento fingamus. Quapropter oleum unguentum aromaticum, & pretioſum in præſenti deſignat: atque ideò LXX. vice olei unguentum tranſtulêre. Si verò inquiras; quæ erant aromata, ex quibus unguentum iſtud, quod nomini Sponſi adaptatur, conficitur? obviabit tibi Regius Pſaltes odoramenta deſcribens, quorũ ſuſfitum lacinia Sponſi ſpirabat: *Myrrha & gutta & caſia à veſtimentis tuis,* Pſal. 44. 9. ubi *gutta,* quidam autumant generale nomẽ eſſe, & quodvis ſtillativum aroma deſignare. Alij autem, quos refert Stapulenſis, ſentiunt denotare picem, ſuccumvè balſami, qui & opobalſamum dicitur. Caſia verò, teſte Plinio lib. 12. cap. 20. aromatum fruticẽ ait denotare, cuius cutis cortexvè abradatur. Si ergo ab unguenti ſpiramine, quod Sponſi redolebant veſtes, nomen illi inditũ fuit, unguentum autem, quo ipſi madebant, ex myrrha, balſamo, alijſque odoriferis fruticibus, quales ſunt Cinnamomũ & Nardus, condiebatur; operæpretium eſt, ut nomen Sponſi horum aromatum odorem effunderet. Rurſus ſi perconteris, quâ ratione ſtatuerit Deus, ut unguentum, quod nomini Sponſi congruit, ex his aromatibus potius quàm ex alijs commiſceretur? Credam id divinitus ordinatum, ut ex ijs cœleſtis nominis virtutes delibarentur. Myrrha enim à corruptionis contagio præſervat, illiuſque præcavet damna, balſamus autem ſubiectâ materiam permeat, illiuſque intima blandè penetrat & pervadit. Nardus verò ad ſe allicit, & mirâ ſuâ ſuavitate odoratũ recreat, & pellicet. Ergo nominis Sponſi eſt præſervare, & præfulcire, attrahere, & penetrare. Et quale nomen hoc Sponſi eſt, quod unguenti effuſi elogio commendat Sponſa, niſi venerabile, & ſacratiſſimum nomen IESV? Conſule Patrum, & Interpretum Senatum, præcipuè Bernard. ſerm. 2. de Circumciſione. Bernard.

Cant. 1. 2.

Ergo nominis IESVS virtus quomodocunque ſanativa eſt, hoc eſt, non ſolùm morbum depellit, ægritudinemque fugat, ſed ab illa præſervat, vigoreque ſuo animam ab ea illæſam, & intactam cuſtodit. Verumenimverò hanc cœleſtis Numinis efficaciam non inficiaberis in lãguoribus animi actualibus, quos non ſolùm, poſtquàm in illum graſſati ſunt, videmus quotidie nominis IESV vi coërceri & arceri, ſed antequàm illum infeſtent & devaſtent, dum adhuc imminent, vel ne etiam immineant, experimur humanam mentem adverſus illorum invaſiones, & impreſſiones præſtrui & præfulciri: & ſi tantam virtutem præſervativam, & expulſivam nõ auſis erga actuales ægritudines huic nomini denegare, quâ ratione illi erga originale contagium præmunitivam efficientiam diffiteberis? Verè præſervativa huius nominis virtus decurtata quodammodò eſſet, mutila, & imperfecta, ſi in originali labe præcludenda deficeret. Ergo ut nil imperfectum, nil non undequaque abſolutum in hoc nomine, quod eſt ſuper omne nomen, effingamus, myrrham illud redolere credamus, virtutemque ex illo præſervativam efflui, quæ virus originale compeſcat, latiſsimam tritamque illius viam in omne genus humanũ aliquando oppilet, & præſcindat, curſumque illius præconicemus prævio effrænatum, ne ſanctiſsimam Mariam attingeret, in ipſaque dumtaxat ſingulari prærogativâ huius nominis præcautricem virtutem effulſiſſe. Accipe Epiſcop. Chriſtopolitan. in locum præfatum: *Nomen tuum eſt pretioſiſſimum, & odoriferum, ſicut oleum aromaticũ effuſum. Ad cuius intellectum notandum eſt, quod ex myrrha, & cinnamomo, & nardo, & balſamo, & cæteris aromatibus cõficitur quoddam oleum aromaticum longè pretioſiſſimũ, & eſt valdè penetrativum ratione balſami, & valdè attractivum ratione nardi, & ab omni corruptione præſervativum, ratione myrrhæ; quod quidem oleum quanto magis diffunditur, tantò magis operatur, & penetrat, & attrahit, & delectat: ita ergo propriè* Epiſcop. Chriſtopolitan.

priè illa persona Christi confecta ex tribus aromatibus, scilicet ex Verbo divino, & anima rationali, & carne, quæ quidem persona Christi est nomen Dei signatum per istud nomen Iesus Novi Testamenti, & diffusum per totum mundum fuit penetrativum, & præservativum, & sanativum, sicut oleum aromaticum effusum super capita Regũ & Sacerdotũ. Nam primò illud nomẽ præservavit Virginem Matrem suam ab omni culpa, tam originali, quàm veniali, quàm actuali, sed omnes alios fideles sanavit, & curavit ab originali, licèt quosdam præservavit ab actuali, sed alios omnes sanavit, & curavit ab originali, & veniali, & actuali, & sic illud nomen fuit præservativum & curativum.

2 Id ex ipsa nominis IESV significatione, & potestate haud difficile erit elicere, quam tradit Cyrill. Ieroſolym. Cateches. 10. *Iesus itaq; apud Hebræos significat Salvatorem: in lingua verò Græca Medicum sonat, quandoquidem & corporum Medicus est, & animarum curator, cæcorum sensilium sanator, & mentium illuminator; claudorum curator, & peccatorum dux ad pœnitentiam; qui dixerat paralytico: Non pecces amplius, & tollens grabbatum tuum ambula. Cùm enim propter animi morbum languerit corpus, priùs animam curavit, ut corporis etiam induceret sanitatem.* Meritò nomen Iesus & Redemptorem sonat, & Medicum; ut ex Medici munere opus ipsius redemptionis adstruamus. Ad Medici enim officium non solùm languentia membra ab ægritudine solvere spectat, sed illud est nobilissimum, & solertissimum medicinæ ingenium, si impendentes lassitudines, & debilitates deterreat, & adversus illas sana corpora præmuniat, efficiatque, ne illis afficiantur; iuxta vulgarem Physicorum doctrinam: *Melius & potius est præcavere, quàm curare.* Ergo Medici nomen quale fuerit munus Redemptoris, enodat, non enim ijs limitibus arctatur, ut credatur redemptionem ad illos dumtaxat propagandam, qui suis vẽditi sceleribus sub dæmonis potestate vincti detinentur, sed id esse præstantissimum, & excellentissimum Redemptoris facinus, si ingruentem captivitatem depellat, suâq; virtute præcaveat, ne qui liberi sunt, in miseram incidant servitutem. Sic D. Augustinus relatus à Catherino: *Sicut duo officia Medicinæ, alterum quo sanatur infirmitas, alterum quo custoditur sanitas: sic & duo dona gratiæ, unum quod aufert carnis cupiditatem, alterum, quod facit animæ perseverantem virtutẽ, ita ut uterque indigeat Medico, & qui infirmus est, ut infirmitas sanetur, & qui potest infirmus fieri, ut servetur in sanitate.* Ecce ministerium Redemptoris, & Medici quàm aptè, quàm amicè sub unico claudũtur nomine Iesu, & curativam, & præservativam virtutem propinante.

Cyrill. Ieroſolym.

D. Augustin.

2 Sed adversus hæc aptè videtur militare locus Matth. 9. 12. *Non est opus valentibus Medico, sed male habentibus.* Ex quo elicitur medicinam non sanitatem tuendam, & præstuendam, sed ab ægritudine liberandam insectari, & circa hanc libertatem tanquam obiectum proprium versari: ac proinde Redemptoris quemadmodum Medici munus esse non animum adversus ingruentia vitia præfulcire, aut præcavere, ne in servitutem deveniat, sed vitijs fœdatum expurgare, & emptum iam à dæmone redimere. Sed Christi verba ipso subsidiante assertionem nostrã propugnare perspiciemus. Nam hoc Christi Domini pronuntiatum explicat sententia, quam statim ipsa divina Sapientia submittit: *Non enim veni vocare iustos, sed peccatores.* A Medici enim officio arguit ad Redemptoris munus, & quemadmodum valetudine præditi Medicum non desiderãt, sed languore correpti, sic neque iusti Redemptore, sed peccatores. Quapropter ad hos vocandos, & liberandos, non verò iustos, se descendisse testatur. Vnde in eo sensu veritatem obtinet, valentes Medico non egere, sed ægros, in quo fides sustinet iustos à Christo non vocatos, neque redemptos, sed peccatores.

Matt. 9. 12.

4 Iam ergo discutiamus, quo veritatis fulcimine innitatur hoc Christi proloquium: *Non veni vocare iustos, sed peccatores.* Adversari enim videtur sacræ Paginæ passim docenti omnes peccato fuisse immersos. Ad Rom. 3. 22. *Iustitia autem Dei per Fidem Iesu Christi omnes, & super omnes, qui credunt in eum. Non enim est distinctio; omnes enim peccaverunt, & egent gloria Dei,* & 2. Corint. 5. 14. 15. *Si unus pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sunt, & unus pro omnibus mortuus est Christus.* Plures autem fuisse iustos tempore quo Christus in orbem se dimisit, sacra testatur Historia. Quomodo ergo Christus adveniens iustos reperit, & nemo est, qui iustus reperiatur? Quem nodũ ita dissolvo. Verè iustos invenit Christus, attentâ actuali, quâ ornabantur, sanctitate ipsius mentibus elargitâ; si autem illos Christi gratiâ nudos contempleris, peccatores omnes invenies, quâ si carerent, peccati cæno erant volutandi, & interitui cuncti pendebant obnoxij; sic Christus omnes peccatores invenit, qui nisi ob merita ipsius iusti haudquaquam forent, & quos Christi prævenit gratia, ne in peccatum impingerent; sub hoc sensu peccatores dicuntur, & redẽpti; quia sub peccati impendentia positus, &

Ad Rom. 3. 22. 23.

2. Cor. 14. 15.

sub

ſub eorum conſideratione criminum, quæ poteſt perpetrare conſtitutus, verè peccator apparet, peccatoriſque nomen valet ſuſtinere. Qui verò eum ab eiuſmodi imminentia liberat, nec ſinit ſuâ illum virtute cadere in ea, quæ poſſet incurrere, verè illius Redemptor dicendus eſt. Ecce quo pacto omnes, eos etiam qui iuſti erant, venit Chriſtus vocare, & redimere, quia licèt quandoque iuſti, & aliquis ſemper iuſtus, ſub aliquo ſtatu univerſi peccatores extiterũt, & Chriſti meritis à peccato vel præſervati, vel mundati.

Maldonat. Sic amicâ pace diſsidentia loca fœderat Maldonatus: *Scripturæ autẽ, quæ in hac re videntur eſſe contrariæ, ad hunc modum cõciliandæ ſunt. Invenit Chriſtus veniens, ut probatum eſt à nobis, aliquos iuſtos, & tamen neminem, ut aliæ Scripturæ docent, iuſtum invenit; aliquos, qui re vera iuſti erãt, neminem qui per ſe, id eſt ſine ipſo Chriſto, iuſtus eſſet. Nã ipſi illi, qui antequàm Chriſtus veniret, iuſti unquam fuerunt, non niſi per eius gratiam & fidem, & vi futuri adventus eius fuerunt iuſtificati, ut Petrus teſtatur Act. 15. 11. Per gratiam Domini Ieſu Chriſti credimus ſalvari, quemadmodum illi: illa ipſa Chriſti Mater B. Virgo Maria omnium iuſtorum hominum iuſtiſſima, quam à peccato etiam originali præſervatã credimus, inter eos numeratur, qui gratia Dei indiguerunt, & propter quos etiã Chriſtus venit, quia ſi Chriſtus non veniſſet, eius gratia præſervata non fuiſſet.* Igitur ſenſus eſt, iuſtos, qui per ſe iuſtitiâ ſunt prædití, non veni vocare, quia in hoc ſenſu ſolus Deus iuſtus eſt, peccatores autem veni allicere, id eſt, qui Dei gratiã eguerunt, quorũ vel ſcelera præcaventur, vel abolentur flagitia; quo ſenſu, qui Dei non ſunt, peccatores ſunt. In hunc intellectum interpretor Petrũ Chry-

Petr. Chryſolog. ſologum effantem ſerm. 30. *Non veni vocare iuſtos, ſed peccatores. Nõ repulit iuſtos, ſed quia ſine Chriſto innocens non habetur in terris. Non veni vocare iuſtos, ſed peccatores: ſic dicendo non repulit iuſtos, ſed quia omnes reperit peccatores. Audi Pſalmiſtã: Dominus proſpexit ſuper filios hominum; ut videat ſi eſt intelligens, aut requirẽs Deũ. Omnes declinaverunt; ſimul inutiles facti ſunt, non eſt, qui faciat bonum, non eſt uſque ad unum.* Atverò venerabilis Beda aliâ viâ incedens à noſtro inſtituto non recedit. Attendens enim Beatum Lucam aliquid Mat-

Beda. thæi verbis adieciſſe, nempè, *Non egent, qui ſani ſunt, Medico, ſed qui malè habent. Nõ veni vocare iuſtos, ſed peccatores ad pœnitentiam*, cap. 5. 31. 32. inquit: *Quomodo ergo non venit vocare iuſtos, ſed peccatores, niſi quia ſicut Lucas hæc referens apertius dicit: Non veni vocare iuſtos, ſed peccatores ad pœnitentiam? Omnes namque electos ad Regnum cœlorum Dominus vocat, ſed illos ſolùm ad pœnitentiam vocat, quos peccatis gravioribus involutos invenit. Quos verò iuſtitiæ deditos operibus reperit, non eos ad pœnitentiam præteritæ converſationis, ſed ad profectum magis vitæ perfectioris invitat. Vocat peccatores, ut per pœnitentiam corrigantur, vocat iuſtos, ut magis magiſque iuſtificentur.* Quorum verborum mentem ſic illuſtro. Cùm Medici itidem, & Redemptoris bina ſint munia, & à malis præſervare, & illa expellere; munus curandi, & animi agritudinis excutiendæ erga peccatores dumtaxat exercetur; ideò peccatores ad pœnitentiam accerſuntur, & invitantur; & ad id muneris iuſti non pellicentur, quos præſervativa facultas, & præcautrix virtus reſpicit, gratiam illis infundens, quos & ab imminẽtibus vitijs præmuniat, & ad cumulatiora incrementa perducat.

5 Priorem ſenſum Maldonati & Chryſologi ut adſtruamus, ambigendum non eſt, eos, qui ſub peccatorum poteſtate ſe cõmiſcuntur, & eorum tyrannidi obnoxios, & veluti addictos, meritò poſſe ſe ſceleratos nuncupare, aſſererèque ea ſe cõmiſiſſe ſcelera, in quæ nunquam devenerunt, neque devenient. Satis enim eſt cogitare illorum ſe ditionis impendentiæ, quamvis à longe, ſubiacere, eaque poſſe perpetrare, ut cum Chriſti gratia in ea haudquaquam ſe deiectos contemplantur, redemptos, & liberos ab ijs ſe plaudant, gratiaſque Deo referant, eò quòd illa, veluti ſi illa commiſiſſent, ſibi indulſerit. Elegans eſt teſtimonium Auguſt.

Auguſt. lib. 2. confeſſ. cap. 7. *Gratias tibi agam, & confitear nomini tuo, quoniam tanta dimiſiſti mihi mala & nefaria opera; gratiæ tuæ deputo, quòd peccata mea tanquam glaciem ſolviſti: gratiæ tuæ deputo & quæcunque non feci mala. Quid enim non facere potuit? Omnia mihi dimiſſa eſſe fateor, & quæ mea ſponte feci mala, & quæ, te duce, non feci.* En ſe Auguſtinus inducit velùt eorum omnium peccatorum perpetratorẽ, in quæ potuit dilabi, ea omnia ſibi à Deo fuiſſe condonata teſtatur. Perpende illa verba: *Omnia mihi dimiſſa eſſe fateor, & quæ mea ſponte feci mala, & quæ, te duce, non feci.* Quæ verò, Chriſto duce, nõ fecit, omnia ea ſunt, in quæ potuit incurrere, & de facto non impegit. Peccatorum autem illorum eo ipſo quis ſe fatetur authorẽ, à quibus ſe affirmat abſolutum: nam ut ab illis ſe evulget expeditum, neceſſe eſt, ut iam eis ſe præviderit implicatum. Si autem eorum ſcelerum ſe poteſt quis opificem vocitare, in quæ potuit irruere, quis, quantumvis iuſtiſsimus, peccatorumque omnium expers, originalis etiã,

peccatoris nomen effugiat? Ex his difficilis & abſtruſus Hieronymi locus clarâ & ſalubri luce perfundetur. Illud enim Pauli cõ-
Ad Epheſ. 1.22. mentans ad Epheſ. 1.22. *Et omnia ſubiecit ſub pedibus eius, &c.* ſic ſcribit: *Cur autem*
Hierony. *omnia, id eſt Angeli, Throni, Dominationes, Poteſtates, & Virtutes cæteræ, quæ nunquã fuere contrariæ Deo, eius pedibus ſubijciãtur, videtur obſcurum. Poteſt itaque reſponderi, quòd abſque peccato nullus ſit, & ſidera ipſa non ſint munda coram Deo; omniſq; creatura paveat Creatoris adventum. Vnde, & Crux Salvatoris, non ſolùm ea, quæ in terra, ſed etiam quæ in cœlis erant, purgaſſe perhibetur.* Quo ergo fultus ingenio, ſeu rationis præſidio, aſſerit Hierony. cœleſtes, & ſpirituales intelligentias, quæ Deo nunquam contrariæ evaſerunt, abſque peccato nõ fuiſſe, ac proinde crucis ſalutiferæ myſterio purgatas extitiſſe, & redemptas? Numquid boni Angeli aliquando peccarunt? Si verò peccati fuerunt expertes, quomodo mundati & redempti? Atteſtatur Hierony. peccatores Angelos Deo ſubiectos, nõ quod ſe ſcelere contaminarint actuali, ſed quòd à ſe, & ex ſe non habebant ſanctitatem, & ex natura ſua erant peccabiles, & deviare in ſcelera potuerunt, quemadmodum qui rebelles fuêre, & apoſtatæ, ijs verò qui ſub poteſtate, ſeu poſsibilitate peccati degunt, non indignum, nec extraneum eſt prorſus peccatoris nomen. Iam ex his conſequens eſt, ut dicantur ſancti Angeli à Chriſto Domino purgati, & redempti. Cùm enim ex Chriſti merito & gratia ſanctitatem fuerint nacti, in ea perſtiterint, præſervatiſque fuerint, ne deteſtabiliter laberentur, non abſque ratione, munere dicuntur redemptionis potiti. Nam qui ab eo ſcelere, quod alios abſorbuit, & à quo abſorberi pariter ipſe potuit, eripitur, non minus redemptionis beneficiũ videtur nactus, quàm qui iam emerſus educitur. Quamobrem non eſt veritus Bernard. ſanctos Angelos abſolutè appellare redemptos, ex eo quòd ex Chriſti gratia præcautum illis fuerit, ne quemadmodum ſuperbi, corruerint. Sic enim ait ſerm. 22. in Cant.
Bernardus. *At Angelis, inquis, quomodo redemptio fuerit, nõ video. Neque enim authoritas Scripturarum uſpiam aſſentire videtur, eos aliquando, aut peccato extitiſſe captivos, aut morti obnoxios, ut neceſſariam haberent redemptionem, exceptis dumtaxat illis, qui ſuperbiæ lapſu irremediabili corruentes, redimi deinceps non merentur. Si itaque Angeli nunquam redempti ſunt. Alij utique non egentes, alij nõ promerentes, illi quidem, quia nec lapſi ſunt, hi autẽ quia irrevocabiles ſũt; quomodo tu dicis, Dominum Ieſum Chriſtũ eis fuiſſe redemptionem? Audi breviter. Qui erexit hominem lapſum, dedit ſtanti Angelo, ne laberetur, ſic illum de captivitate eruẽs, ſic hunc à captivitate defendens, & hac ratione fuit æquè utique redemptio, ſolvens illum, & ſervans iſtum.*

6 Ex his iam ad legitimam loci illius: *Non eſt opus valentibus Medico, ſed male habentibus*, elucubrationem deveniamus: quæ ex interpretatione præindicata ad verba illa: *Non enim veni vocare iuſtos, ſed peccatores*, indaganda eſt. Igitur cùm divina Sapientia enuntiat, valetudine præditis Medico non eſſe opus; præcautricem virtutem, præſervativamque ſcientiam ad Medici miniſterium ſpectare nequaquã inficiatur. Senſus eſt iuxta interpretationem Maldonati. Qui valetudine à ſe, & ex ſe potiuntur, nulliq; languori imminenti ſuccumbunt, Medico non egent. Egent verò infirmi, quorum nomen, & numerum intrant, vel qui actuali febri corripiuntur, vel qui illi ex natura, & radice ſua ſunt obnoxij: deſiderant enim illi Medicum, ut curentur; hi, ut præſerventur, qui dum adverſus ægritudinem impendentem præfulciuntur, ab ea non minus dicuntur eripi, quàm qui illâ præoccupati ſanãtur. Imò prius curandi genus præcipuum locum in medicina obtinet, & nobilior ſciẽtiæ pars eſt, ut teſtatur Galenus lib. de valetudine Galenus.
tuenda, cap. 1. *Quoniam autem & dignitate, & tempore ſanitas morbum præcedit; utique & nobis, quemadmodum & hæc ſervãda ſit, priùs tractare convenit, pòſt autem quo pacto commodiſſimè morbus ſit abigendus.* Atverò iuxta Bedæ expoſitionem textum Lucæ inſequentis: *Non egent, qui ſani* Bedæ.
ſunt, Medico, ſed qui male habent. Non veni vocare iuſtos, ſed peccatores ad pœnitentiam, ſic loci intellectus eliciendus eſt. Quẽadmodum iuſti ad pœnitentiam non invitãtur, ſed ad cumulatiores virtutis profectus, quibus altius eorum ſalus radicetur; alliciũtur autem peccatores, quia pœnitentia animi quædam curatio eſt; ſic qui ſani ſunt, non egent Medico, qui eos ad curationem invitet, etenim qui benè valet, non indiget curari; egent tamen Medico, qui morbo laborant, ut ab eo curationis arte expediantur. At iuxta hanc mentem Chriſtus Dominus præſervativam facultatẽ munus Medici eſſe non it inficias. Sic Cardinalis Toletus: *Ar-* Cardin. Tolet.
gumento Chriſtus cauſam ſuam defendit, quod à rerum ſimilitudine accipiatur. Medicus corporum non tam cum ſanis, quàm cũ infirmis converſatur, & his mederi curat, quia plus indigent quàm ſani, quibus ſola præſervativa medicina ſufficit. Multò igitur convenientiùs qui animabus medetur, cum publicanis, & peccatoribus converſari debet: hi enim indigẽt, quia infirmi ſunt ſpiritu

ritu propter peccatà. Si igitur irrationabile eſſet, arguere medicum corporum, viſitantem magis infirmos quàm ſanos, irrationabilius eſſet reprehendere me, qui cum publicanis, & peccatoribus manduco, & frequenter converſor, ut hac via eos à peccatis revocem, & ſpiritualem illis conferam ſanitatem. Non igitur taxatur Medicus, eò quòd extra munus ſuum vagetur, & ſuæ facultatis metas tranſiliat, dùm præcautrici erga ſanos medicamini inſiſtit; ſed quòd ſolicitudinem erga infirmos omittat, quod quidem & neceſsitas, & pietas expoſtulat, ſicque in eo eventu & imprudentiæ, & inordinatæ charitatis incuſaretur. Quòd verò ad medicinæ munus deſideretur, tanquam quid nobilius & liberalius præcautrix & præſervativa facultas, maioreſque teneatur referre Medico gratias, qui à quo potuit corrumpi morbo, prævie & illæsè expeditur, quàm qui ſaucius ab illo abſolvitur: ingenuè fatetur Auguſt. lib. 2. de confeſ. cap. 7. ſic Dominum alloquens:

Auguſt. *Qui autem vocatus antè ſequutus eſt vocem tuam, & vitavit, quæ me de me ipſo recordantem & fatentem legit, non me derideat ab eo Medico ægrum ſanari, à quo ſibi præſtitum eſt, ne ægrotarem. Imò verò amplius Deum diligat, quia per quem me videt tantis peccatorum meorum languoribus exui, per eum ſe videt tantis peccatorum languoribus nõ implicari.* Ecce quàm aptè ſub eodem nomine Ieſu, Chriſtus Dominus, & Redemptor, & Medicus oſtendatur, ex perfecta exactaque Medici functione depallans, qualem ſe abſolutum Redemptorem erga homines exhibuerit. Nam quemadmodum medicinæ dogmata, & officium defectuosè obit, qui medendis languoribus ſolummodò ſtudet, nec ad munimenta præparanda ad illos abigendos progreditur, ſic Redemptoris munus veluti indecorè & decurtatè ſuſcipit, qui captivum à ſervitutis catena valet explicare, nequit tamen, ne is in captivitatẽ incidat, præpedire.

7 Splendidum iam & conſpicuũ tibi teſtimonium præſentabo, quo diſcas optimi Redemptoris, ſicut & Medici provinciam eſſe præcavere, ne quis in ſervitutẽ, aut morbum adigatur, & qui huiuſmodi fuerit potitus dono, verè dicendum eſſe à ſervitutis iugo erutum, & ab infirmitate revocatum. Attentâ mente diſcute locum illum Pſal. 85.

Pſal. 85. 13 13. *Quia miſericordia tua magna eſt ſuper me, & eruiſti animam meam ex inferno inferiori.* Verba ſunt hæc, vel Chriſti Domini pro beneficio membris ſuis collato gratias Patri agentis, vel membri Chriſti ipſius Domini ore pro tanto dono Deo gratificantis. Duo ſunt difficilia, tum quis infernus inferior ſit, de quo ereptũ ſe fidelis animus gaudet? Tum, quamobrem miſericordiam hanc ſibi impenſam, magnam nuncupet? *Quia miſericordia tua magna* (inquit) *ſuper me.* Duplicem infernum invenies, ſi locum illũ ſubterraneum mediteris, quo antiquorum Patriarcharum, & Deo charorum incluſæ animæ detinebantur, donec adventaret ille, qui libertatis gratiâ impertitâ eos exhilararet; infernus autem, ſed inferior, eſt is, in quem damnatorum animæ ob ſcelera ſua detruſæ atrociſſimas in æternũ pœnas ſolvunt. Cùm ergo membrum Chriſti clamat, ſe ab inferiori inferno revocatum, iam liquet intelligendum eſſe ab eo erutum inferno, ubi inextinguibiles ignes perfidi & evomunt, & devorant, hic enim inferior infernus eſt. Sed rurſus reſilit difficultas: quo pacto ab huiuſce inferni poteſtate expeditus dicitur, cùm illic degentibus nefas ſit ad ſuperos remeare; in inferno enim nulla eſt redemptio. Si ergo ibi redemptioni præcluſus eſt aditus, quomodo fidelis ſe ab illo redemptum vocitat? Iam opus eſt, ut à ſcirpo nodos diſſolvamus. Verè nulla in inferno ijs eſt redemptio, quos ſemel eius diglutierint fauces, inviolabiliter enim retinet, quos ſemel eſt deprædatus: at ille poteſt ab inferno liberari, qui ob flagitia ſua illi eſt effectus obnoxius, ad quem iam infernus veluti ius habet, & quaſi peculium illum reſpicit; vel etiam ab inferis dici poteſt revocatus, qui ob peccata, quæ poteſt patrare, quit in illos incidere. Prior enim dum ſuperveniente gratiâ, & peccatorum condonatione ab æthereis flãmis ſervatur, ab eis non ſe dubitat ereptum, nec minorem gratiam æſtimat ab illis præſervari, quàm ab eiſdem perpeſſis extrudi. Poſterior autem dum Chriſti gratia præcavet ſcelera, ob quæ in infernum inferiorem ſe ſenſerat deijciendum, verè Deum ſuum Redemptorem teſtatur, à quo ſe clamat ab inferis deductum. Sicut qui, acceptis à Medico remedijs, quibus valetudinem ſuam à morbo tuetur, gratias ei habet, quòd eius munere fuerit ab ægritudine liberatus. Et, ut oſtendat Regius Pſaltes hanc redemptionẽ, quæ ſervitutem & carcerem præcavet, non vulgarem eſſe, ſed eximiam, nobiliſſimaque Redemptoris dignam, & quæ recto iure redemptionis nomen promeretur, eam miſericordiam magnam appellat. Attende quàm apprimè & compoſitè verba Vates texuerit: *Quia miſericordia tua magna eſt ſuper me, & eruiſti animam meam ex inferno inferiori.* Accipe Auguſt. rem præclarè ediſſerentem in præſenti: *Apud ipſos inferos eſt aliqua pars inferior, quo traduntur impij, qui plurimum peccaverunt. Etenim apud inferos utrum in locis quibuſdam fuiſſet iam Abraham, non ſatis poſſumus aſſinire. Nondũ* Auguſt.

enim

enim Dominus venerat ad infernũ, ut erueret inde omnium Sanctorum præcedentium animas, & tamen Abraham in requie ibi erat. Et quidã dives, cùm torqueretur apud inferos, cùm videret Abraham, levavit oculos. Non enim posset levatis oculis videre, nisi ille esset superiùs, ille inferiùs. Et quid respondit ei Abraham, cùm diceret: Pater Abrahã, mitte Lazarum, ut intingat digitũ suum, & instillet in linguam meam, quoniam crucior in hac flamma? Fili, ait, memento, quia recepisti bona in vita tua, Lazarus autem mala, nunc autem hic requiescit; tu verò torqueris. Et super hoc, ait, inter vos & nos magnum chaos firmatum est, ut nec nos possimus venire ad vos, nec inde aliqui venire ad nos. Ergo inter illa fortasse duo inferna, quorum in uno quieverunt animæ iustorum, in altero torquentur animæ impiorum; attendens quidam orãs hic iam in corpore Christi positus, & orans in voce Christi eruisse Deum animam suam ex inferno inferiori, dixit; Quia liberavit se à talibus peccatis, per quæ posset deduci ad tormenta inferni inferioris. Quemadmodum si Medicus videat tibi imminentem ægritudinem fortè ex aliquo labore, & dicat: Parce tibi, sic te tracta, requiesce, his cibis utere; nam si non feceris, ægrotabis: tu autem si feceris, & salvus eris, rectè dicis Medico: Liberasti me ab ægritudine, non in qua iam eras, sed in qua futurus eras. Nescio quis habẽs causam molestam mittendus erat in carcerem. Venit alius, defendit eum. Gratias agens quid dicit? Eruisti animam meam de carcere. Suspendẽdus erat debitor, solutum est pro eo, liberatus dicitur de suspendio. In his omnibus non erant, sed quia talibus meritis agebantur, ut nisi subventum esset, ibi essent; inde se rectè dicuntur liberari, quà per liberatores suos non sunt permissi perduci. Iam contemplare si Mariæ hos se potentis misericordiæ effectus, & sancti Dei nominis eximiam operandi virtutem in semetipsa fuisse experLuc. 1. 48. tam fateatur. Sic enim illa canit: *Ecce enim ex hoc beatam medicẽt omnes generationes; quia fecit mihi magna, qui potens est, & sanctum nomen eius: & misericordia eius, &c.* Luc. 1. 48. Beatam se prædicat Maria, eò quòd sibi magna Dei nominis potentia præstiterit, & misericordia eius; quæ quidem magna quoque evulgatur, dum ingentia dicitur beneficia effudisse, non enim misericordia nisi magna, magna largitur. Hanc enim connexionem, & consequẽtiam verborum agnoscit in præsenti Toletus ex sententia Bedæ: *Magnificat anima mea Dominum, quia respexit humilitatem meam; quia hinc factum est, ut beata sim, & prædicer; beata autem, quia fecit mihi magna, qui potẽs est*; sic Toletus. Si autem inquiras, quot beatitudines parturierint Mariæ Magna, quæ colata sunt ei à Domino: satis aptè respõdet Gerson tract. 4. super Magnificat: *Volo dicere virginalem Sponsam nostram, secundùm triplicẽ hunc statum triplicem habuisse beatitudinem. Beatam respice primo modo, dum ab instanti creationis spiritus sui initiatum est matrimonium cum æterno Sponso Deo per arrham Fidei, Spei, Charitatis, & cæterarum virtutum. Beatam respice secundo modo, dum matrimonium plenè consummatũ est in assumptione corporis & animæ, cum æternitate dotum suarum. Beatam intellige tertio modo, quando matrimonium fuit ratum, in conceptione Filij Dei, & deinceps per gratiam consummatũ.* Magna ergo quæ sibi impertita ob dignitatem Sponsæ, quam nanciscitur, pangit Maria, tres dotes sunt, prima est puriſſima conceptio, quæ quidem in primo instanti ornata, & calamistrata apparuit Fidei, Spei & Charitatis monilibus, reliquarumque virtutum redimiculis, ea autem vocat Gerson arrhabonem sponsalitiũ, qui quidem dari solet ad firmitatem contractus; decebat enim tanti coniugis Sponsam iã ab initio puriſſimæ suæ formationis tãto pignore inaugurari, & dedicari, ut muneris novitatem attendentes eam perhorrescerẽt hostes, amici venerarentur, & demirarentur. Magnum sanè, & insolutum hoc donum, in quo Maria libera non fuit ab originali lue contracta, quam miseri patiuntur illicò ac concepti filij Adam, sed ab impendenti strage præventa, præcavit enim nomen, & misericordia potentis Dei, ne communi febri ægrotaret Maria, quâ in sua conceptione laborare incipiunt filij Adæ; ideò misericordia magna Dei erga illam, & nomen sanctũ Dei Iesvs in se magnum experta est; tam enim illa, quàm hoc magnum beneficium Mariæ impertijt, dum non expectaverunt Mariæ casum, à quo eam eriperent, sed gratiam illi præparatũr, quæ eam in generalem lapsum ruere non sinerer; magnum quidem donum incarnatio Verbi, magnum itidem splendens gloria assumptionis, in qua Filij dexteram occupavit; & verè nõ minus magnum conceptionis immunitas, in qua magnæ misericordiæ, & magni nominis sensit virtutem, non quidem subvenientem lapsui, sed lapsum impedientem: eruta est ab inferno inferiori peccati, non quidem quod sustinuit, sed quod, nisi præservaretur, sustineret. Hoc munus proprium est misericordiæ magnæ Dei, eiusmodi virtus à potentis Iesu nominis virtute emanat, quod medicinam parat, non solùm ægritudini iam dominanti, sed imperio illius imminenti. Aptè ergo decantavit Maria: *Quia fecit mihi Dominus mag-*

Gerson.

Beda.

Toletus.

magna, qui potens eſt, & ſanctum nomen eius, &c. Ideò Gerſon ait tractat. 5. ſuper Magnif. *Nomen Dei ſingulariter inter omnes creaturas emicat in Maria, quæ illuminans & illuminata per interpretationem nominatur & Domina.* Et verè ſingulariter; quia ſingularis & unica fuit, quæ in primo ſuæ conceptionis inſtanti Sponſa fuit Dei, & ſubarrhata ſplendenti coronâ virtutum, ut idem Gerſon ſuprà aſſeruit; ſicque ex eo tempore effecta illuminans, illuminata, & Domina. Gerſon.

8 Ex his ſatis elucet perfectũ Redẽptoris IESV munus eſſe, quo nomẽ ſuum cõpleat, non ſolũ à comprimenti captivitate ſuos redimere, ſed eos communire, & perfulcire, ne in ea implicentur. Dices verum hoc quidem eſſe, cũ frequens ſit fideles ſuos à ſcelerũ lethalium actualiumque ſervitute non ſolùm eripere, ſed gratiâ ſuâ eos prævenire, ne in illã deveniãt. Sed ſi hac facultate Redẽptor noſter præpollet erga actuales ægritudines animi abijciẽdas, cur non etiã erga originalẽ infirmitatẽ? Verè in Medico fateri virtutẽ, quâ ægritudinẽ alterã abigat, & inficiari facultatẽ, quâ excutiat alterã, illius ſcientiã imminuiſſe & labefactaſſe erit. Ac proinde in Chriſto poteſtatẽ denegare, quâ ab omni poſſit tam actuali quã originali morbo præſervare, plenũ & perfectũ munus Redẽptoris illi denegaſſe erit. Quòd ſi plenâ redẽptionis virtute illũ fungi aſſeris: præſervativã facultatẽ ab originali, ut quid in illo otioſã ſtatuis, nec aliquãdo exercitã? Executus eſt ergo eã in ſanctiſsima Maria, ut ſic adverſus eximiũ Redemptorẽ nullius mali imminẽtia vexillũ erigat, ſciatque tam originalis, quàm actualis ſceleris impendentia ſe ab illius iri virtute disiectam & triumphatam.

9 Conſentaneum iam erit ex Matthæi præſcripta genealogia hanc nominis IESV efficiẽtiam & mirã in originali damno Deiparę præcavendo efficaciã præſtruere & derivare. Elegans verò arcanũ in ipſa abſconditum & in honorẽ puriſsimæ puerperæ referatũ, obſecro, ut iugi memoriâ, tenero affectu, piâque æſtimatione cõplectaris. Quod ut depromam, prælibo, Græcos ſuã numerandi & computandi rationẽ ex ſuo Alphabeto deſumere, litteriſque pro numeris uti. Primum enim elementum Alpha, primus numerus eſt, & deinceps numerorum ordo ordinem inſequitur litterarum. Hinc eſt, quòd littera Iota, quæ decima à prima deſcendit, decimum denoret numerum. Hæc igitur littera, quæ ad deſignãdum decimum numerum deſtinatur, prima eſt nominis IESV, ab ipſa enim ſacratiſsimum nomen inchoatur. Ponitur ergo venerandum nomen in limine & fronte ſuæ genealogiæ; & ſcito primam illius litteram, quæ decimum numerum ſonat, velut ſuâ poteſtate utentem decimam generationem genealogiæ inlicare, ad illam reſpicere, & velut ſui effectum, ſeu patratum myſterium demonſtrare. Itaque inter primam nominis Ieſu litteram & decimam adnumetatã in Chriſti genealogia generationem quidam intimus ordo, & reſpectus reciprocus effunditur, quaſi prima, ſeu primaria nominis Ieſu poteſtas in decima illa generatione ſpecialiùs effulgeat, in eaque aliquod includatur ſacramentum, quod primam nominis Ieſu virtutem ut ſui operatricem ſpectet, & veneretur. Si ab Abraham generationes enumeres, illam decimã invenies, quæ ex Salmone effluxit, & ex Rahab; in hãc prima Ieſu littera videtur intẽdere, & ſingulariter virtutem ſuã infundere & influere, cum qua numeralem veluti cognationem habet. Non obſcura nec ignota eſt hiſtoria Rahab Ierichuntinæ fœminæ, quæ in generali excidio illo & deflagratione indicta Iericho liberæ ſola evaſit appenſam oſtentãs ſin feneſtra in libertatis ſuæ teſtimoniũ prævium vittã illam purpuream. Potuit enim divina Potentia ſic Rahab ſalutẽ ordinare, ut in illa communi ſtrage deperiret, & in univerſalẽ captivitatem & incẽdium incurreret, & poſteà redivivam illam ſuſcitare. Sed ſecretioris ſacramenti monumentum iã in illa erigens præoſtenſione ſanguinei fili ſtatuit à communi illa clade, quæ in univerſos erat graſſatura, præſervare; & ſic illam prævio redemit, ut inter communes mortis eiulatus, generaliaque devaſtationis lamẽta, quæ undique percrebreſcebant, ſola illa vox libertatis præordinatæ invaleſceret, VIVAT RAHAB. Non enim illa mortis morſus erit, cũ interitus præda omnia ſunt. Vt igitur oſtẽdat Ieſus primariã & nobiliorem Redẽptoris virtutẽ, generoſiusque facinus eſſe, nõ iã captivũ redimere, ſed ab impendẽti periculo præripere, prævãque illum communire poteſtate, ne ſpolium inimici ſit: primã ſui nominis litteram ſancit, ut eam reſpiciat progeniem, quæ ex Rahab præſervata oritur, præſervata autem munimento coccinei coloris purpurei ſacratiſsimi ſui ſanguinis indicij. Reſpondet enim primæ ſanctiſsimi nominis litteræ tanquam ab ea deſignata & connotata generatio illa: *Salmon autem genuit Booz de Rahab.* Etenim Booz, teſte Chryſoſt. homil. 1. imperfecti in Matth. interpretatur, *Qui in virtute*, ſeu *Prævalens*, quaſi divinis ſanguinis virtus in non ſolùm erepta fœmina, ſed prærepta à communi cunctoſque tentante calamitate, ſe prævaluiſſe glorietur. Huic mẽti ſubſidiatur D. Chryſ. ubi ſuprà: Chryſoſt.

Rahab per indiciũ dominicæ paſſionis ſalvata eſt, & educta: Salmõ ille decimus eſt ab Abrahã, ſemper autẽ decimus numerus, quia decimus eſt perfectionis, myſteriũ habet Chriſti perfecti: propter quod & prima littera nomĩnis Ieſu, Iotam habet decẽ denotans. Rahab iã ex tunc umbras texuit puriſſimæ Mariæ, ſi fides adhibẽda eſt Richardo de S. Lauren. lib. 12. de laudibus B. M. verſu 9. *Maria*, inquiẽs, *deſignata eſt per Rahab.* Ergo in hoc inſtrumento & teſtimonio nobiliſsimæ Chriſti proſapiæ Princeps nominis Ieſu littera Principẽ illũ ordinẽ innuit, quo Princeps creaturarũ Maria à generali generis humani clade indemnis exẽpta eſt. Pulchrũ huius Marianæ prærogativæ vexillũ expandit Rahab, umbraticè præmonſtrãs Dominici ſanguinis virtute prævaluiſſe vocẽ illã VIVAT MARIA, eo tempore, quo mortis univerſalis planctus cũcta præoccuparet. Quòd verò Rahab in feneſtra filum coccineũ in ſignũ ſuæ libertatis appẽderit, ut poteſtatẽ Chriſti ſanguinis præindicaret præſervativã, faſſus eſt Ambroſ. ſerm. 18. in Pſal. 118. *Spes fuit divinæ paſſionis periclitantibus ad ſalutem. Quòd verò intellexerit Rahab cœleſte myſterium, dixit Dominus, Pſal. 86. Memor ero Rahab & Babylonis ſcientium me.*

Richar. de S. Lauren.

Ambroſ.

10 Mutuã quadam reſpectus viciſſitudine, operæpretium eſt, ut attendas nomen Filij, Mariæque nomen in originali Deiparæ puritate exerenda ſibi reſpondere. Nã quemadmodũ Princeps nominis IESV littera præcipuum Redemptoris deſignat imperium, quod quidem non expectat Mariæ lapſum, ut ab eo illam redimat, præceleri divinæ providentiæ manu illam tenente, ne concideret: ſic hoc divinæ redemptionis & crucis myſterium & imperium Mariani nominis litteris intextum eſt. Vt ſuperiùs ex Magiſtro Hebræo Hecados, qui ſanctus à ſuis plaudebatur, accepimus, qui ait, vaticinium Iſaiæ de Dominicæ crucis poteſtate & virtute editum Mariæ nominis litteris exprimi, quaſi ex huiuſce vaticinij litteris Mariæ nomẽ effictum fuerit & contextum. *Ab bis* (inquit) *dictionibus Iemarbe, hamiſra, quod eſt cuius imperium ſuper humerum eius, oritur Miriam Sara, quod eſt Maria Domina.* Ipſum enim ſanctiſſimæ puerperæ nomen, decrevit Deus, ut immaculatæ ipſius originis dignitatem evulgaret.

11 Quæ prædiximus, amplius commendanda ſunt ex loco illo Proverb. 31. 10. *Mulierem fortem quis inveniet, procùl & de ultimis finibus pretiũ eius.* Quæ verba ſic cõmentãtur Richard. de S. Lauren. lib. 6. de laudibus B. M. *Dicitur, procùl & de ultimis finibus pretiũ eius, ideſt fortis mulieris, ſcilicèt Mariæ, pretiũ Chriſtus, qui ſeipſum dedit pro ipſa redimenda. Vnde dicitur Chriſto Pſal. 73. Redemiſti virgam hæreditatis tuæ, & Iſai. 30. Ecce nomen Domini venit de longinquo.* Animadverto, cùm de Mariæ pretio & redẽptione agitur, eã ſubvirgæ nomine inductã, & de ultimis finibus pretium eius aſſeri, quodque idẽ eſſe ac nomẽ Domini de longinquo adventare. Quorũ cõnexionem etſi difficilis & intricata appareat, breviter extricabo. In virga duæ ſunt extremitates, quæ quidẽ & virgæ finis, ſeu termini appellãtur. Ergo cũ de Mariæ ſingulari & nobiliſsima redẽptione diſquiritur, ſub virgæ ſchemmate ea aperitur, & prodit in medium, & tunc pretium eius de ultimis finibus, hoc eſt de virgæ extremitate ad extremitatem, & de termino ad terminũ decurrere affirmatur. Quod nil eſt aliud, quàm fateri, pretium pro Maria Deo impenſum utrumque Marianæ vitæ inſtar virgæ rectè productæ terminũ reſpicere pariter & cõplecti. Si aliorum hominum, quamvis ſanctiſſimorũ, vitam inſtar deductæ lineæ, ſeu virgæ comminiſcaris, pretiũ redemptionis eorũ haudquaquã de extremo ad extremũ, vel de ultimo fine ad finẽ ultimũ reperies effluxiſſe; nõ enim pretiũ redemptionis pro ipſis oblatũ in eorũ conceptione, à qua exordiũ ſuũ prior virgæ terminus deſumit, effulget; tũc enim nil niſi cõmuniscaptivitas & miſera ſervitus, quæ à prima labe in omnes Adæ poſteros impluit, emergit. Hoc ſingulare & propriſsimũ eſt Mariæ privilegiũ, quòd pretiũ eius de ultimis finibus adveniat, hoc eſt de extremitate virgæ ad extremitatẽ evagetur. Hoc ſanè iã erit reſpectu Mariæ nomẽ Domini de longinquo adventaſſe; à remotiori enim termino ſanctiſſimi nominis Ieſu virtus ſe Mariæ quã cæteris cõmunicavit. Nã quæ reliquis nõ à primo vitæ ſuæ termino, ſed poſt exordiũ conceptionis eductũ & fœdatum impertita eſt, eos à contracta redimens labe; Marianæ vitæ ab altiori & diſtantiori termino emanavit, in eam ſe à primo conceptionis termino infundens, & à communi piaculo illibata præſtruens: Divina enim Sapientia & Potẽtia Marianã vitæ virgam à fine uſque ad finẽ attigit fortiter. Quocircà ſi nomen Ieſu in aliorum hominũ vitæ lineis extenſum & veluti expanſum fingas, non æqualiter illis commenſuratum, & adaptatum invenies: non enim primam nominis litteram à primo virgarum exordio deduci ſpectabis, nec primum earum extremum huius nominis oleo effuſo litũ. Vbi enim diaboli poteſtas viget, haudquaquã ſanctiſsimi nominis effuſio coruſcat. At ſi integrum IESV nomen ſuper virgam Marianæ vitæ

Proverb. 31 10.

Richar. de S. Lauren

ex

explicatum & evolutum excogites, ei æqualiter reperies appoſitum, & primam Ieſu litteram à prioris virgæ extremo, quod conceptio Mariæ eſt, inchoare. Vnde pretioſum unguentum, quod à nominis IESV litteris deſcendit, à fine uſque ad finem plenam virgam reſpergit, & prior terminus virgæ divinæ hæreditatis, cui Princeps littera IESV nominis affigitur, oleo ab ipſa deſcendenti pervaditur, & dilibutus madet. Num non vides, quomodo non ita à longinquo Domini nomen deſcenderit aliis? Quapropter præfatus Richardus ait: *Procul eſt pretium eius, ideſt præ aliis omnibus.* Nam in his ſingularis illa fuit.

12 Nec verebor aſſerere, quandam Regio IESV nomini veluti inferre iniuriam, & quaſi infirmitatis & imbecilliratis obſcuritate offundere, qui illius virtutem Mariæ conceptionem permeaſſe inficietur. Liceat hunc intellectum ex loco Matth. 13. 45. obſtetricare: *Simile eſt Regnum cœlorũ homini negotiatori quærenti bonas margaritas, inventa autem una pretioſa margarita, abijt, & vendidit univerſa, quæ habuit, & emit eam.* Et quid magis conſentaneum, quàm pretioſæ margaritæ nomẽ excelſæ Mariæ indere? Quam in ſua præſcientia & prædeſtinatione contuens Chriſtus Dominus, illius negotiationem illicò ambit; & quo eam, quæſo, pretio obtinuit, ſuãque effecit? Nempe univerſa, quæ habuit, pro ea expendens & veluti prodigens. Fas ſit pietati & affectui, quo erga meam Dominam feror, rem ſic comminiſci. Adeò pretioſa pulcherrimaque gemma Maria divinis oculis apparuit, adeò eos in ſui amorem & æſtimationem excitavit, allexit, cõpulit, ut dum eam non haberet, ſe quantumvis divitijs ſuis accinctum & onuſtum velut inopem meditaretur, cunctiſque effuſis, dum ipſam adipiſceretur, locupletem. Accipe ſalſam ſatis & prædivitem pietatis elucubrationem Richardi de S. Laurent. ubi ſuprà: *Et verè Chriſtus pretium Mariæ, quo eam reddidit pretioſam, quia ex hoc beatam medicent omnes generationes, & per hoc exaltatur in cœlo, & glorificatur in terra: ipſa enim eſt pretioſa illa Margarita, quæ quaſi ſingularis in Evangelio introducitur integra carne & ſpiritu, in tantum concupiſcibilis, ut divinos animos in ſe converteret, & ut tota Dei fieret, in eius negotiatione abſque omni exceptione negotiator cœleſtis omnia ſua diſtrahit & commutat. Vnde canitur: O admirabile cõmercium! Margarita etiam iſta tota ſe Deo dedit, & omnia ſibi divina vendicans mutavit. Nam & Deus illam elegit, & in ſua comparatione omnia ſua contulit, & quaſi pro ipſa habenda expendit omnia ſua propria, ideſt divina; de quibus dicit Ioan. 16. Omnia quæcunque habet Pater, mea ſunt.* Expende verba illa: *Ipſa enim eſt pretioſa illa margarita, quæ quaſi ſingularis in Evangelio introducitur, Matth. 13. integra carne & ſpiritu, &c.* Vbi Richardus videtur non otiosè diſpicere, quomodo negotiator optimas quærens margaritas, unâ inventâ, rem omnem ſuâ facultateſque univerſas pro ea effuderit; qui plures inveſtigabat perquirebatque, quorſum una ſpectata hæret, & quidquid divitiarum habet, pro ea expendit? Cui quæſtioni ſatisfacit aſſerendo, unius nomine Mariam deſignari, quæ unico nomine David compellavit, Pſal. 21. 21. *Erue à framea, Deus, animam meam; & de manu canis unicam meam.* Ipſa enim ſingularis & una eſt, quæ integritatem carnis & ſpiritus eſt adepta, nullo carnis vitio conſperſa, nullâ ſpiritus læſa corruptione. Quã cùm ita ſingulariter purã in ſua præſcientia divinum Verbum fuiſſet intuitũ, in tantum eam adamavit, & illius pulchritudinis exarſit amore, ut pro ea cõdenda & poſſidenda quidquid habebat divinitatis expẽdendum & veluti diſtrahendum deſtinaverit: iam mercaturæ ſtudet, & pro ea nanciſcenda negotiatoris perſonam induit: plurimumque fœnoris ſibi feciſſe videtur, ſi integrum ſuum patrimonium quaſi extenuârit, & in illius emptione conſumpſerit. O quantum venuſtatis, maieſtatis quantum in cœleſti fœmina divinis obtutibus obiecta promicuit, cùm pro illa in eo pulchritudinis & puritatis ſtatu, quem præviderat, creanda æternum Verbum divinitatem ſuã exhauſerit & exinanierit! Iam ex his eliciam, quã indignum Deo fuerit & diſpoſitioni eius, ſi aſſeratur divinitatis pretium pro Maria nõ tam redimenda, quàm emenda (nõ enim inducitur negotiator margaritam redimens, ſed emens) impertitum, & eius originalem candorem nõdum fuiſſe nactum. Nonnè iniuriã, & quadam veluti dedecoris notã divinitas inuritur, ſi ea dicatur in Mariæ pretium tota inſumpta & quaſi diſtracta & exinanita, nondum tamen nobilem ſãctiſsimæ fœminæ originem conſequuta? Num in divinum nomen non nihil contumeliæ præſeferre videtur & audaciæ, excogitare inſtar unguenti pretioſi totũ illud effuſum, & quaſi prodactum, ut Mariam integram odore ſuo perfunderet, & tamen in illa nonnihil tartarei prævaluiſſe fœtoris, qui in eius exordio tantæ unguenti virtuti non deceſſerit? Hoc à pijs mentibus (ut indecorum Deo) aberruncetur procul.

Matth. 13. 45.

Richardus de S. Laur.

Pſal. 21. 21.

(??)

§. II.

Quidquid labem infectæ originis redolet, dedecet Redemptorẽ, & IESV nomen præferentem.

13 *Militat pro hac re Theologia.*
14 *Fulcitur veritas ſacræ Paginæ oraculis.*
15 *Adſtant ſacri Patres.*
16 *Chriſti originalis ſplendor coruſcum eſt Redemptoris, ex Chryſoſt.*
17 *Nomen* IESV *nõ niſi viris ſummæ laudis integerrimæque vitæ concreditum, Exod. 17. 9. Numer. 13. 9. ex Origen.*
18 *Diſcrimen inter maris Rubei à Moyſe & Ioſue Iordanis vada proſciſſa, Ioſ. 3. 14. ex Origen.*
19 *Fulcitur ex loco Pauli 1. Corin. 10. 1. ex Anſel. ſplendeſcit ex loco Luc. 3. 2. per Procop. & Ambroſ.*

13 VT primã Mariæ originẽ ab omni immundæ naturæ ſorde expeditam vindicemus, quã procul eiuſmodi macula à Redemptoris munere ſit habẽda, oportet primùm evincere. Quam veritatem docet D. Thom. & cum illo Theologi 1. p. q. 4. art. 6. D. Thom. Tum ad 1. ubi ait. *Dicendũ, quòd Chriſtus debuit eſſe à peccatoribus ſegregatus, quantum ad culpam, quam venerat deſtruere, nõ quantum ad naturam, quam venerat ſalvare, ſecũdùm quam debuit per omnia fratribus aſſimilari, ut idem Apoſtolus dicit ad Hebr. 2. & in hoc etiam mirabilior eſt eius innocentia, quòd de maſſa peccato ſubiecta, natura aſſumpta tantam habuit puritatem.* Tum ad 2. ubi inquit. *Quòd oportuit eũ, qui peccata venerat tollere, eſſe à peccatoribus ſegregatum, quantum ad culpam, cui Adam ſubiacuit, & quem Chriſtus à ſuo delicto eduxit, ut dicitur Sapien. 10. Oportebat autẽ eum, qui mundare omnes venerat, non eſſe mundandum: ſicut in quolibet genere motus, primum movens eſt immobile, & ideò non fuit conveniens, ut aſſumeret humanam naturam in ipſo Adam.* Eam doctrinã tradit q. 15. in corpor. & ad 2. & 3.

14 Huic veritati indubitatam fidem faciunt frequentia Scripturæ teſtimonia, quæ paſsim occurrunt. Non ignobile eſt illud 1. Petr. 1. 18. 1. Pet. 1. 18 *Scientes quòd non corruptibilibus auro vel argento redempti eſtis de vana veſtra converſatione paternæ traditionis, ſed pretioſo ſanguine, quaſi agni immaculati Chriſti & incõtaminati:* Vbi enim Chriſtum inducit Redemptorem & IESV nomen explentem, ſtatim illius meminit perfectiſsimæ puritatis, totiuſque labis expertem aſſeverat, hoc enim neceſſariò munus Redemptoris inſectatur. Quapropter Ambroſ. in cap. Luc. 12. inquit: *Benè pretioſus dicitur ſanguis Chriſti, quia immaculati corporis ſanguis eſt; quia ſanguis eſt Filij Dei, qui non ſolùm de maledicto legis, ſed etiam de impietatis morte perpetua nos redemit.* Vbi ratio, quam iniungit, ut Chriſti ſanguis noſtræ libertatis pretio & redemptioni aptiſsimè deſerviat, eſt, quia ſanguis eſt immaculati corporis, ideſt Filij Dei, à quo procùl omne contagium ſemper abfuit. Nec invalidè pro hac fide militat locus 1. Ioan. 3. 5. *Et ſcitis, quia ille apparuit, ut peccata noſtra tolleret, & peccatum in eo non eſt.* Puto particulam illam, &, in præſenti poteſtate vigere illativâ; quaſi dicat: Nec verò vos fugit, ob hanc unam præcipuè cauſam Chriſtum naturâ noſtrâ amictum, ut hominum ſcelera & piacula prorſus excinderet, exterminaretque, qui propterea ab omni macula purus & integer fuit.

Ambroſ. 1. Ioan. 3. 5

15 In eam veritatem firmo & unanimi nexu coëunt Eccleſiæ Patres, Leo ſerm. 12. de paſsione, cap. 3. ait: *Effuſio enim pro iniuſtis ſanguinis iuſti tam potens fuit ad privilegium, tam dives ad pretium, ut ſi univerſitas captivorum in Redemptorem ſuum crederet, nullum tyrannica vincula retinerent. Quoniam ſicut Apoſtolus ait: Vbi abũdavit peccatum, ſuperabundavit & gratia.* Leo. Meritò equidem, teſtante Beda, aboleviſſe dicitur Chriſtus, & ſupportaſſe omnium peccata, qui ſolus omnis peccati penitus expers inventus eſt: *Tot* (ait) *& tãti homines in mundum venere perfecti, ſed nullus peccata tollere potuit mundi, quia nullus ſine peccato potuit eſſe in mundo*: & Beda. rurſus Leo ſermon. 8. de Nativitat. Domini recitat: *In totius humani generis ſtrage communi, unum ſolum fuit remedium ſub divinæ rationis occulto, quod poſſet ſubvenire proſtratis, ſi aliquis filiorum Adam originalis prævaricationis alienus, atque innocens naſceretur, qui cæteris exemplo prodeſſet & merito. Sed quia hoc naturalis generatio non ſinebat, nec poterat vitiatæ radicis ſine ſemine propago eſſe, de quo Scriptura dicit: Quis poteſt facere mundũ de immundo conceptũ ſemine, nonnè tu, qui ſolus es? Dominus David factus eſt Filius David, & de promiſſi generis fructu proles eſt orta ſine vitio in unã perſonã gemina cõveniente natura, ut eodẽ cõceptu codem-* Leo.

demque partu gigneretur Dominus noſter Ieſus Chriſtus . cui vera ineſſet deitas ad miracula operum , & vera humanitas ad tolerantiam paſſionum. Hanc vim & energiam habent, teſte Auguſt. illa verba Ioannis præindicata: *Et ſcitis , quia ille apparuit , & peccata noſtra tolleret , & peccatum in eo non eſt. In quo enim non eſt peccatum,* inquit ille, *ipſe venit auferre peccatum; nam ſi eſſet & in illo peccatum, auferendum eſſet illi , non ipſe auferret.* Auguſtin. Conſonat Athanaſ. lib. de Incarnation. Chriſti parum à principio : *Si enim filius hominis venit, ut diſſolveret opera diaboli , qua ratione in ſe habere poſſet peccatum, ſiquidem ipſe venit, ut deleret in nobis peccata?* & paulò inferiùs: *Verbi tamen incarnatio ſecundùm naturam Dei facta vitiorum noſtrorum ſuſceptibilis non fuit, quæ ex vetuſtate etiam hoc tempore nobis hærere ſolet:* & demùm inquit: *Inde enim eſt, quòd docemur, exuere veterem hominem , & induere novum, qui ſecundùm Deum creatus eſt, atque in eo miraculum eſt, quòd Dominus homo factus eſt ſine omni peccato, eò quòd novitas in totum facta ſit, ut oſtenderet vires ſuas.* Athanaſ. Accinit Cyril. lib. adverſus Antropomorphit. cap. 23. *Stolidi, ac demẽtes prorſus ſunt, qui ipſum etiam Chriſtũ, neſcio quo pacto, peccare poſſe affirmant , eam ob cauſam, quòd in eadem atque nos ſpecie fuerit verſatus, quòd forma ſervi accepta cum hominibus in terra egerit. Si enim deſijt eſſe, quod erat, ac ex divina natura in humanam tantùm ac noſtri ſimilem naturam abijt, humanam imbecillitatem illi obijciant. Si verò idcircò humanam naturam geſtavit, ut eam, quam ab Adam acceperat imbecillitatem, in ſe validam, ac peccato ſuperiorẽ declararet , cur fruſtra id anxiè inquirunt, quod invenire non poſſunt?* Cyrillus. Et lib. de recta fide ad Theodoſ. ante medium : *An non apertiſſimum eſt, obſecro, unigenitũ Dei Filium ſimilem nobis, hoc eſt, hominem factũ eſſe, quò nimirùm terrenum hoc noſtrũ corpus vita propria per œconomicam unionem illi immiſſa ab inducta corruptione liberaret? Animam rurſus humanam, poſtquã illã propriam ſibi reddidiſſet , ſuæque naturæ firmitate & immutabilitate, perinde ac vellus colore imbuiſſet, peccato ſuperiorem declararet?* Et deinceps: *Quemadmodum ergo caro, poſteà quàm Verbi omnia vivificãtis caro effecta eſt, qui peccatũ non novit, è veſtigio peccatum firmum, ac omnibus modis ſtabilem, peccatoque quod olim tyrãnidẽ in nos exercebat, multis partibus potentiorem nacta eſt.* Subſidiatur Epiphan. in Anchorano: *Si dixerimus Chriſtum perfectũ hominẽ ex Maria natum, nũquid ſuſpicabimur ipſum peccatis ſubiectũ fuiſſe? Abſit; peccatum enim non fecit, neque inventus eſt dolus in ore ipſius. Si enim virtutẽ ſuam ſanctis inſufflavit, & ij, quibus inſpiravit, teſtantur, quòd erant ſancti, iuſti, progreſsi in diebus ſuis citra reprehenſionem, quanto magis ipſe, in quo omni deitatis plenitudini habitare complacuit corporaliter, etiam ſi carnẽ verã accepit ex Maria ſemper Virgine , & animã verè humanam & mentem: & ſi quid aliud eſt in homine, in ſe ipſo habens univerſa continuit Deus exiſtens, non diviſa ad malitiam, nõ fracta à maligno illo, nõ capta voluptate , non cadentia ſub peccatum Adæ.* Epiphan. Adſtipulatur Gregor. lib. 17. Moral. cap. 18. aliàs 15. *Exhibuit peccatoribus victimam ſine peccato, quæ humanitate mori, & iuſtitia mundare potuiſſet.* Gregor. Deinde Hugo de Sancto Victor. Apologet. de Verbo Incarn. cap. 3. *Quia verò ab incorruptione liberandum erat, idcircò pretium redẽptionis incorruptum eſſe debuerat.* Hugo de Sancto Victor.

16 Adeò huius doctrinæ veritas invaleſcit, ut puritas, quæ ab omni piaculo Chriſtũ Dominũ evulget immunẽ, inſigne redemptionis ſit, eãque ut ſuã propriã Ieſus zelaverit, quò ſe omniũ oſtentet Redẽptorẽ; ideòque æſtimandũ eſt ipſum omnes permiſiſſe in peccatũ prolabi, ut dũ nemo liber à culpa exiſtit, abſque nubilo eluceat , eũ eſſe ſolum, qui ut ſuum poteſt Redẽptoris munus vẽdicare. Sic Chryſoſt. orat. de David Propheta poſtquã in quæſtionẽ advocârit: *Quomodo David tot rectè factorũ abundãs laudibus, tot virtutũ ornatus inſignibus & ſecundũ Dei ipſius cor teſtimonio illuſtris in illa duo peccatorum capita prolabi potuit? Non occides, nõ mœchaberis: occiſſor tamen & mœchus Propheta Dei; quid igitur tantũ in facinus prolapſus eſt?* Chryſoſt. Tres demũ ſubijcit rationes: quarũ ſecunda pro noſtro pugnat inſtituto, & ſuperiùs ſcripſimus: *Venturus,* inquit, *erat ad terras Servator hominum, carnali nimirum præſentia , noſtræ carnis maſſam ipſe ſumpturus, & cũ hominibus cõverſaturus. Sed quia & Deus idẽ erat, ac ſine peccato ſolus , permiſit utique iuſtos pro ſuo quẽque arbitrio, ac volũtate peccare humanitùs, nihil eos in peccatũ inducens ipſe, ſed ad ſuum quẽque ſcopum pro arbitrio, & volũtate ire patitur. Itaq; alio atq; alio modo, aliũ atq; aliũ in peccatũ ireſinit, ut humano in corpore unus ipſe nulli affinis culpæ reperiretur.*

17 Favet his attendere Divinam providentiam in noſtri Liberatoris gratiã & cultum nomen IESVS apud antiquos ita cõmendaſſe, ut ijs ſolùm illius crederetur maieſtas & authoritas , qui vitæ ſanctitatem omnis maculæ vacuã præſeferrẽt; Exod. 17. 9. Exod. 17. 9.

sic Moyses affatur Iosue ex Domini præcepto: *Dixitque Moyses ad Iosue: Elige viros, & egressus pugna contra Amalec.* LXX. LXX. verò sub Iesu nomine personam Ducis socij Moysis produnt: *Dixit autem Moyses ad Iesum: Elige tibi viros,* & num. 10. iuxta Num. 10. Num. 13. LXX. versionem, idem nomẽ Ducis reiteratur; *Et fecit Iesus sicut dixit Moyses*, & n. 13. *Et fugavit Iesus Amalec*; & n. 14. *Dixit autem Dominus ad Moysen: Describe* Num. 14. Num. 13. 9. *hoc ad memoriã in libro, & da in aures Iesu.* Posteà verò n. 13. cùm viri Principes recensetur, quos Exploratores elegit ex singulis Tribubus Moyses, num. 9. dicitur: *De Tribu Ephraim Osee filium Num*: vel iuxta LXX. *Ause filius Nave.* Celebré lepidamque quæstionem excitãt Interpretes in præsenti. Cùm primùm Iesus prodit in lucẽ, & in historiam advocatur, cur ipsius prosapiæ historicus non meminit, certè vel etiã patris nomen obvelat, nec cuius fuerit filius recitat? Solùm enim ait: *Dixitque Moyses ad Iesum.* Sed quis fuerit iste Iesus, vel unde ortus, nescimus; & quod amplius te in admirationem rapiet, cùm posteà Principis genus recensetur, asseriturque de Tribu Ephraim oriundus, nomenque patrẽtis exprimitur, non iã Iesus, sed Osee, vel Anses, accersitur, *De Tribu*, inquit, *Ephraim, Osee filium Num.* Verè cùm Princeps primũ in historiam venit, & illius scribuntur gesta, rectus ordo postulat, ut tũc potissimũ illius & genus depallétur. Quã absurdũ erit & indecorũ, ut hac curâ in historiæ frõte omissâ, intempestivè posteà illius progenies describatur! Cur ergo genus Iesu, cùm de eo primũ verba facit, subterfugit narrare historicus; deinde quasi id non ex incuria & casu obvenerit, Tribũ aperit & parentis nomẽ, sed non sub nomine Iesu personã Principis inducit, sed sub alio nõ æquè digno? Accipe egregiã difficultatis expeditionẽ. Cũ historicus primò Ducem in librũ vocat, Augusta res est; tũc enim Iosue veluti Moysẽ deprimit, & illius dignitati succedit, apud illũque Moyses deponit imperiũ, eique sceptrũ cedit. *Elige* (inquit) *tibi viros.* Ducũ & militũ electio imperialis actio est; & quæ superiorẽ subiectorũ indicat & accuratã noritiã. Quasi dixerit Moyses: te exoriẽte, & à turba emergente, mei muneris nõ est duces designare, militaria munia præscribere, aciem adornare, hæc iã te tanquã Imperatorẽ ambiunt. Ideò *elige tibi veros.* Igitur Iosue in præsenti cùm veri Iesu imperij lineas præduceret, umbramque prætenderet, eo ipso quòd sub veri Iesu imagine in liberatorẽ & ducẽ ditionẽ à Moyse præripientem populi erigitur, nomine Iesu consignitur. Sic Origen. Origen. homil. 1. in lib. Iosue: *Hæc est prima appellatio nominis Iesu: elige, inquit, tibi viros potentes ex omnibus filijs Israël, & egredere, & confli ge cum Amalec crastino. Moyses confitetur non posse se exercitũ ducere, confitetur se non posse obtinere, quãvis eum de terra Ægypti eduxerit, & ideò inquit: Vocavit Iesum & dixit: Elige tibi viros, & egredere. Vides, cui cesserit bellũ gerere adversus Amalec, in hoc primo nomen discimus Iesu, ubi eũ primò videmus Ducem exercitus, non cui Moyses iniunxerit Principatũ, sed cui cesserit principatum. Hic ergo, ubi primùm disco nomen Iesu, ibi continuò etiam mysterij video Sacramentũ. Ducit enim exercitum Iesus.* Iã ergo ratio apparet, ob quã Historicus sacer genealogiã Principis suppresserit: Nimirũ, quia personã liberatoris gerens & nomine Iesu cultus inducitur. Vt excellẽtissimus Rhetor voluit eximiã puritatẽ, quã hoc nomen exigit, declarare, ideòq; quãvis nil priùs fuerit de Iosue traditũ, illiusque in præsenti primò meminerit, ordinẽ violans, vel distorquens historiæ, nil de illius genere & prosapia agit, quasi qui nomẽ Iesu exerat, nil habeat humanũ, nil impurũ, quod per Adæ massæ meatus natura in illum traiecerit, veluti alter Melchisedech in mediũ prodijt sine progenie, absq; parẽtibus, quia ubi Iesu cõpãret, omnia pura debent esse & illibata, nec ulla origo emergere, à qua, quid sordidũ & impurũ expici intelligatur. In hoc sacramentum intentã figẽs mẽtis aciẽ Historicus, cũ Iosue sancit genealogiã & parentes revelare, dignitatẽ ab illo nominis Iesu excutit, illũque veluti à tãti mysterij ordine degradat, alioque nomine signat, inquiens: *De Tribu Ephraim Osee filiũ Num.* Quia ubi naturæ aperiũtur euripi, per quos in posteros eius infecta effluit prurigo, dignũ est, ut nomẽ aperiatur Iesus: nãne in ipsum lues naturæ descendat, naturæ tubelli cõteruntur. Nõnè spectas, quã mutuâ pulchritudine in commendandũ sancti nominis intemeratũ candorẽ duo sibi loca respondeãt? Natura enim dũ prius obturatur, & sub silẽtio illius progenies, per quam lues descẽdit, occulitur; tũc nomen Iesu evehitur. Cũ verò referantur genealogiæ meatus illius infectionẽ effundẽtes, tunc nomẽ cõtegitur Iesu, & aliud effingitur, quo socius Moysis de stirpe Ephraim oriũdus adstruatur. Lepidè satis hæc admonuit Origen. ubi suprà: *Sed & illud quale est, quòd cũ primò nominatus est, non est indicatũ nomen patris eius, neque in secundo, neque in tertio. Cùm verò pater eius nominatur Nave, tunc ipse non Iesus, sed Ause dicitur? Inter eos enim, qui ad explorandum missi sunt, nomen eius Ause scribitur, & fortasis, ut mihi videtur,* Idem.

pro

pro exploratoris officio non Ieſus, ſed Auſe dictus eſt, & Nave filius nominatur. Cùm verò redit opere expleto, & perterritis omnibus ſolùm ſublevat lapſos, deſperationemque populi ſolus erigit, tunc à Moyſe Ieſu nominatus eſt, nec Nave filius dicitur.

17 Sed ingens diſcrimen oportet contẽplari, inter mare à populo duce Moyſe trãſmeatum, & Iordanẽ Ieſu imperante traiectum. Nam ſi rem vigili obtutu ſcruteris, ingredientibus filijs Iſraël æquoreos vortices ſub Moyſis moderamine nullus fuit, nec perſonarum, nec dignitatis ordo diſtinctus, omnia coierunt confuſa, pariter omnibus in illam voraginẽ irrumpentibus: Atverò ſub Ieſu ditione cũ Iordanis alveus fuit à populo penetrandus, univerſa ordinata præceſſerunt & conſpicua; Sacerdotalis authoritatis ratio fuit habita, & militares
Ioſu. 3. 14. cunei pro ſua dignitate digeſti. Ioſue cap. 3. 14. *Igitur egreſſus eſt populus de tabernaculis ſuis, ut tranſiret Iordanem, & Sacerdotes, qui portabant arcã fœderis, pergebant ante eum.* Quid eſt, quòd in maris ingreſſu omnia indiſtincta, & inordinata ferantur, ſub timoris horrore degant filij Iſraël, fugæ & mortis metu univerſa gubernãte; at verò in Iordanis tranſitu ſeriem ſuam & locum omnia poſsideant, pacata ſunt & tranquilla, nullus adſit, qui agmina turbet, timorem inferat, ſed cui inferatur, & ſecuritate universâ fruantur? Verè iam ex his diſpicitur, qualiter res ſub Moyſe, & ſub Ieſu agantur, & quanta effundatur inter nomen & nomen diſpar latitudo. Nam ſub Moyſe in populo mare traducenti nil eſt, quod peccatum & crimen non ſapiat, nam confuſio, perturbatio rerum, obſcuritas & indiſtinctio, fugæ raptus, timor, ſceleris indicia ſunt & effectus. Quàm procul hæc à Ieſu præſentia abſunt, nil eſt ſub Ieſu, quod ſanctitatem & iuſtitiam non eructet, ipſa peccati atteruntur veſtigia, notæ diſterminantur, ſupellectilem ſuam virtus explicat; recta enim rerum diſtributio, & diſpoſitio, dignitatis obſervantia, pax, ſecuritas, obedientia, vigor, & confidentia, quâ in hoſtes pergitur debellandos, paraturæ perfectò & inſignia virtutis ſunt. Ergo in trãſitu maris, ubi indicia peccati fumant, nõ prodeat Ieſus, nec clavum teneat, tantum adhuc nomẽ deliteſcat, humana ſit ratio, quæ præſideat. In Iordanis autem ingreſſu, ubi virtutis ſigna volitant, & virtutis ſplendicat coruſcum, deponat ſceptrum Moyſes, ſuccedat Ieſus; nam ipſo imperante reliquum eſt, ut ſanctitatis vexilla evolvantur & circumducantur
Idem. expanſa. Rurſus Origen. ubi ſuprà: *Ieſus igitur Dominus & Salvator meus ſuſcepit principatum, & ſi videtur, conferamus geſta Moyſes cum Principatu Ieſu. Dũ Moyſes educeret populum de terra Ægypti, nullus ordo in populis, nulla in Sacerdotibus obſervantia. Tranſeunt aquam maris, aquã ſalſam, nec quicquam in ſe dulcedinis continentem, & murus erat eis aqua dextra lævaque. Hæc Moſeo duce geſta cognoſcimus. Cum verò Dominus meus ducit exercitum, quæ ſunt, quæ iam tunc adumbrantur, videamus. Sacerdotes præcedunt, arca Teſtamenti portatur in humeris Sacerdotum, nuſquam iam mare, nuſquam ſalſus fluctus occurit. Sed duce Domino meo Ieſu, venio ad Iordanem, & venio non perturbatione fugæ, neque perterritus metu, ſed venio cum Sacerdotibus arcam Teſtamenti Domini, in qua Dei lex & divinæ litteræ ſervantur, cervicibus ſuis humeriſque portantibus. Ingredior Iordanem non cum furtivo ſilentio, ſed in tubarum cantibus myſticum quiddam & divinum canentibus.*

18 Clarioris facis hæc lumine ſpargentur, ſi Pauli doctrinam attendas myſterium marini tranſitus edocentem, 1. Corinth. 10. 1. *Nolo vos ignorare, fratres, quoniam patres noſtri omnes ſub nube fuerunt, & omnes mare tranſierunt, & omnes in Moyſe baptizati ſunt in nube, & in mari.* 1. Cor. 10. 1.
Quem locum præclarè commentatur Anſelmus: *Omnes pariter mare tranſierunt, in quo perſecutores eorum perierunt; & omnes in Moyſe, id eſt in ducatu Moyſi, baptizati ſunt in nube & in mari, quia ſubverſis hoſtibus ſuis erepti ſunt à morte, quod nobis præſtat baptiſmus, & purgati ſunt à peccatis prioribus, ut ultrà non imputarentur illis: & mundati ab ignorantia Dei, quæ premebat omnes gentes, ut idonei forent accipere divinam legem. Baptizati ſunt, quâ ſignum baptiſmi acceperunt, quod tantumdem valuit eis credentibus, quantum valet nobis ipſe baptiſmus.* Anſelmus. Igitur ingreſſus ille in mare ſub Moyſis principatu, quandam baptiſmi prætulit imaginem; conſequenterque qui ingredi erant parati, flagitio ſe contaminatos, & qui mundari & abſtergi neceſſe habebant, teſtabantur; ideòque illa Pharaonis invaſio, quâ urgebantur, umbra erat originalis labis, intimè & obſtinatè hominem uſque ad aquas baptiſmi ſtimulantis, & idcircò omnia timore, fugâ, & obſcuritate plena erãt, quæ ſtatum peccati in populo præſignabant, à quo abluendi ad mare properabant. Quamobrem eiuſmodi tranſitus quãdam infamiæ, & dedecoris notam in populo prætendebat. Nam ex eo, quòd in aquas irruerent, ſe obſcuros, & ſordidos, & aſperſione indigos conteſtabantur. Cæterùm Iordanis traiectio mirum

in modum conſpicua fuit & glorioſa, nil præfulſit in illa, quod originis depreſſionem & humiliationem, ſed potiùs exaltationem argueret. Nam ait Textus: *Dixitque Dominus ad Ioſue: Hodie incipiam exaltare te coram omni Iſraël*, cap. 3. 7. Quamobrem exaltationē & gloriam à Deo pollicitam, quæ Ioſue in alveo Iordanis obtigit, eam exiſtimo adumbraſſe, quæ Chriſto Domino Iordanis aquæ circumfuſo, & cœleſtibus deferenda erat; ubi divina vox Filium illum Dei pronuntiavit, ac proinde originis nobilitate illuſtrem: *Factum eſt autem cùm baptizaretur omnis populus, & Ieſu baptizato, & orante apertum eſt cœlum, & deſcendit Spiritus ſanctus corporali ſpecie ſicut columba in ipſum; & vox de cœlo facta eſt; Tu es Filius meus dilectus, in te complacui mihi*, Luc. 3. 21. Quòd verò Ioſue gloria, quâ in Iordane nobilitatur, eā præfigiarit, quam Chriſtus à Patre longa poſt ſecula erat acceptarus omnem humanæ propaginis ignobilitatem abigentem, ſenſit Procop. *Et dixit Dominus ad Ioſue: Hodie te incipio evehere. Non minus verò Dominus Ieſus Chriſtus evehitur humanitate ſua, divinitate enim omnem altitudinē ſuperat in Iordane, eum extulit Pater, cùm dixit: Hic eſt Filius meus dilectus, in quo mihi placeo.* Nonnè auguſta prominet cauſa, ob quam Ieſus populum per mare non traduxerit, per Iordanem autem tranſvexerit? Quàm enim foret indecens & indignū, ut in mari, ubi ſcena peccatorum, & abſurdæ originis agebatur larva, baptiſmuſque, qui eam expurgaret, ambiebatur, ducatum gereret Ieſus! non exigit Ieſus maris undas, qui luſtratione non indiget. Luſtretur Moyſes, & luſtrandorum teneat agmen & caput. Iordanis vada reſerventur Ieſu, cui velut theatrum deſerviunt, in quo eius originalis ingenuitas voce de cœlo delapſa præconizetur, & glorioſum illum ſemper oſtentet, non aliquando impurum: ecce quā individuum comitem nomini Ieſu ingenitus & nativus ſplēdor à prioribus ſe ſeculis exhibuerit. Haudquaquam abſimilem his, ſed valdè conſonam ſententiam protulit Ambroſ. ſerm. 21. in Pſalm. 118. qui diſſidium ſtatuens inter Principem Ieſum, & reliquum priſtinorum cœtum Patriarcharum, qui vaſtam eremum calcarunt, ait: *Tētati ſunt omnes præter Ieſum, qui ideò de ſenioribus terram promiſſionis introire meruit, quia fuerat tentationis expers. Nec Aaron introivit, nec Maria, qui & ipſi tētati ſunt. Nec Moyſes introivit, quia Dux erat populi, qui tentabatur.* Quaſi populi tentamenta in ipſum Principem recurrerint. En quàm chalybeum ſemper nomen Ieſu ad omnia peccati armamenta eludenda ſe geſſerit, ſiquidem quem ornat, vulneris ſemper & contagij expertem ſervaverit.

Ioſ. 3. 7.

Luc. 3. 21.

Procopius.

Ambroſ.

§. III.

Maria humani generis redemptioni quomodo incubuerit.

19 TRifariam explicat Arnoldus Carnoten. munus redemptricis delatum Mariæ, inflammata Mariæ deſideria indefeſſaque ſuſpiria pro mundi redemptione.

20 Quàm dirus doloris mucro ex Filij vulnerum inſpectione Mariæ infixus fuerit animo, ex Amedæo, Brigitta, Alberto Magn.

21 Has flammas Maria haudquaquam minuere ſatagebat, ex Ambroſ.

22 Locus Amedæi.

23 Locus Iſai. 66. 7. ex Richard. locus Ildephon. locus Richardi aſſerentis Mariam iuxta crucem ſe tanquam pretium Filij explens pretium pro hominum redemptione offerentem.

24 Probra quibus Maria officium redēptricis cumulavit, ex Hugon. de S. Victor.

25 Secunda ratio quæ in Maria redemptricis nomen effert, ſanguinis nempè oblatio, ex Arnold. Carnot. exviſceratus ſenſus verborum ipſius.

26 Locus Luc. 2. 34. ex Richardo de S. Laurent. cuius verba exenterantur. Diſcrimen inter lateris apertionem, & vulnus à Simone de Caſsia, quare Eccleſia Chriſti latus, quod ſcribit Evāgeliſta apertum, dicit vulneratum; expenditur ſævitia lanceæ Chriſti latus perforantis, quæ non tam venabatur Chriſti vitam quàm Matris, per Bernardum.

27 Statio Mariæ iuxta Crucem Patris amorem æmulantis, deſcribitur à Richardo. Penſantur illius verba.

28 Maria confertur cum Filio quaſi corredemptrix & coadiutrix. Locus Geneſ. 2. 18. ex Ambr. Tertul. & Richar. Locus Iſai. 63. 3. ex eodem.

29 Penitus ſenſus verborum Epiphan. in lucem datus & illuſtratus ex loco ad Coloſſen. 2. 4. per Origen. locus Cyrilli Ieroſolym.

30 Tertia ratio, quæ nomen redemptricis Mariæ peperit ex munere mediatricis. teſte Arnold. Aperiuntur difficilia

lia illius verba ubera matris Filij vulneribus exæquantis, locus Luc. 1. 34. ex Niſſeno.

31 *In atteſtando munere mediatricis quo Maria fungitur, uterque fœderatur Richardus & de S. Victore, & de S. Laurent.*

32 *Quo pacto hoc munus à Filij paſsione exortum ſuum duxerit: locus Cyrilli Ieroſolym. & Richardi.*

33 *Initium vitæ Ieſu, & finis, quomodo mutuò conſpiciant, & ſuſpiciant. Locus Luc. 2. 7. ex Richardo. lucem habet à loco Matth. 2. 9. ex Gallicano.*

34 *Mediatricis munus exercitum à Maria prælineat locus Geneſ. 2. 18. ex Bernard. cuius ponderantur verba, pro illo ſtat Richard.*

35 *Confertur mediationis ſubſidium, quod pro nobis exhibet Maria, cum ſubſidio patrocinij Filij. Locus Luc. 2. 51. ex Richardo & Anſel.*

19 VT perfectè, & ex integro ſcopum, in quē intēdimus, collimemus, operæpretium erit, quâ ratione Maria ſanctiſsima generis humani redemptricis munus obierit, explicare. Arnoldus Carnoten. tres potiſsimas cauſas inveſtigat, ob quas Dominam noſtram genus redemiſſe humanum poſſit affirmari. Tractat. enim ad illa Domini verba Ioan. 19. *Mulier ecce Filius tuus*, ſic ait: *Suſpirat intrinſecus, & erūpentes evocat lachrymas; & eò magis anxietas intumeſcit, quò prohibetur egredi.* Et poſtquam inundantium affectuum & dolorum contrariorum fluctuum in ſanctiſsimam Deiparæ animam invadentium immanitatē, quâ hinc inde collidebatur, deſcripſerit, demum ait: *Verùm illa tantarum procellarum ſalſuginem ebibebat, & (quod difficillimum erat) moriebatur, & mori non poterat, & clauſo tanti doloris tormento intrinſecus alium vultum palam exhibebat; nec poterat ex facie colligi crux illa animi & patibulum ſpiritus: in quo erat Hoſtia viva beneplacens Deo, & medullatum holocauſtū, quod cum ipſa incenderet, tantùm miniſterio cōſcientiæ utebatur, ipſamque ſine ſtrepitu ſe ipſam mactans, in altari interiori, & ligna & flammas, & latices congerebat.* Ex his licet contemplari ardentiſsima Mariæ ſtudia & deflagrantia vota, quæ ingentis amoris ſpiritu exſufflante in altiſsimum cumulum excitabantur, animumque Mariæ mirum in modum depaſcentia perurgebāt, ut pro collapſi mundi inſtauratione non minus diræ cruci confoderetur, quàm Filij corpus inſpiciebat affixum.

Ioan. 19. Arnoldus Carnoten.

20 Verumenimverò magnitudinem dolorum, quos Maria ſpectatis Filij vulneribus epotabat, quamvis ad noſtrum inſtitutum potiùs ea fuerit præmittenda, quàm probanda, conijcere tamen poterimus ex eo quòd tam duræ paſsionis animus palæſtra fuerit, non corpus; qui verò in animum cruciatus cadunt, gravius quidem & acerbius diſtorquent, quàm qui corpori inferuntur. Teſte Amedæo homil. 5. de laudibus B. Virgin. ubi inquit: *Sciendum itaque duo eſſe genera martyrij, unum in manifeſto, aliud in occulto; unum patens, aliud latens; unum in carne, aliud in ſpiritu. Carne ſancti Apoſtoli, & Martyres paſsi ſunt &c. Spiritu verò ſancti illi paſsi ſunt, qui aliquid paſſione carnis durius in ſuis ſpiritibus pertulerunt.* Rem exemplo Abrahæ communit. *Spiritu paſſus eſt Abrahām, quando iuſſus eſt Iſaac filium ſuum, quem unicè diligebat, immolare; paterno pertentatur affectu, & ab imis viſceribus pietate nati movebatur. Agebat tamen iniunctum opus impiger executor:* & ſtatim: *Vir iſte ſupra carnem paſſus eſt, quia filium, quem carne propria plus amabat, & fide & devotione offerre nō diſtulit.* Iam ex his coniectare licebit, qualiter in conſpectu Filij patientis, Mariæ animus fuerit trucidatus, ſiquidem ſpicula, quæ in filij iactabantur corpus, matris ſpiritum confodiebant: & quæ ex corpore Filij ſanguinem effundebant, ſanguinem ex Mariæ corpore velut duriſsimi exactores expoſtulabant. Nam corpus Filij cor erat Matris, ideòque illo illæſo parentis animus feriebatur. Quod ſtrenuè B. Brigittæ revelavit, lib. 1. revelation. cap. 35. *Cùm naſceretur ex me Filius meus, ſenſi ego quòd quaſi dimidiū cordis mei naſceretur, & exiret ex me, & cùm ipſe pateretur, ſenſi quòd quaſi cor meū patiebatur. Sicut enim illud, quod dimidium eſt extrà, & dimidium intrà; & ſi illud pūgitur quod eſt extrà, æquè ſentit dolorem quod intus eſt, ſic ego cùm flagellaretur & pūgeretur Filius meus, quaſi cor meum flagellabatur.* Hinc iam perdiſces, quam obrationem nullo mortis telo Mariæ corpus fuerit attactum, nullo prævio dolore velut mortis exactore ipſa concuſſa, ut ſpiritum exhalaret; quid fuit, ut nil ægrum, aut moleſtum morte prævie in ipſa operante emiſerit animum? Nimirum, quia æquum duxit Divina iuſtitia, ne bis mors Mariam peteret, ut mortem oppeteret. Mortis ſanctiſsima Virgo acerbitatem experta fuit, cùm iuxta filij Crucem conſiſteret, tunc mors adeò vires ſuas & immanitatem in illam exercuit, ut ni divinâ fulciretur gratiâ, ſpi-

Amedæus.

B. Brigitta.

ri-

ritum corpus deſerviſſet. Ergo cùm ſemel innocentiſſima Domina exhauſiſſet mortis fęces, nil iam in illius reliquit calice, quod epotaret amarum, cùm divinâ diſpenſatione corpus eſſet à ſpiritu diſiungendum. Sic Albertus Magnus lib. ſuper Miſſus eſt: *Non permiſit Chriſtus, ut beata Virgo cum dolore mortẽ finiret in morte ſua, quia noverat, quòd ſicut iuxta crucem ſerò dolores ſolverat, quibus in partu antè caruerat; ita citò præventione quadam ibi exſolvit dolores, quos naturali ratione ſuo in tranſitu perſolutura erat, & triſtitiam quidem habuit idoneam, quæ mortem efficeret, niſi Deus miraculo illam ſuſtentaſſet.*

Albertus Magnus.

21 Has igitur doloris emergentes flãmas non curabat Maria ſedare, ſed in altiorem potius rogum accendere, ideòque cruci aſſidens conſpectum à Filio haudquaquam amovebat, ſed integras oculorum feneſtras reſerabat, ut nullo impediente obice, agmen illud vulnerum, quod in corpore Filij in ſui animi interitum militabat, aperto aditu crudelitùs in illum impingeret, in brevemque congeretur palæſtram, quod in diffuſo ſtadio Filij corporis diſcurrebat: eoque ingenio aliquid, quod communi hominum conduceret ſaluti, litandum inveniſſet. Accipe Ambroſ. lib. de inſtitut. Virgin. cap. 7. *Spectabat pijs oculis Filij vulnera, per quæ ſciebat omnibus futuram redemptionem. Stabat enim degeneri Mater ſpectaculo, quæ nõ metueret peremptorem. Pendebat in Cruce Filius, Mater ſe perſecutoribus offerebat. Si hoc ſolum eſſet, ut ante Filium proſterneretur, laudandus pietatis affectus, quòd ſuperſtes Filio eſſe nolebat; ſin verò ut cum Filio moreretur, cum eodem geſtiebat reſurgere; non ignara fuit myſterij, quòd genuiſſet reſurrecturum, ſimul quia publico uſui impendi mortem Filij noverat. Præſtolabatur, ſi fortè etiam ſua morte publico muneri aliquid adderetur.* En Maria duplex ambiebat martyrium geminoſque in utraque & corporis & ſpiritus regione expoſcebat cruciatus. Quaſi nõ parum eſſet corde excepiſſe ictus, quibus Filij corpus hiabat, corpus ſuum perſecutorum avidæ obijciebat crudelitati, ficque humanæ ſalutis ſe promereri adiutricem ſatagebat.

Ambroſ.

22 Has, quibus pungebatur Maria, patiendi anxietates, hæc producta & nimis ardentia conſequendæ humanæ reparationis ſuâ morte ignita ſuſpiria eleganter & lucu-lenter expoſuit Amedæus ubi ſuprà: *Advertimus iam, quòd mentis martyrium carnis tormenta excedat. Hoc itaque patiendi genere glorioſa triumphans quanto cunctis vicinior, tanto cunctis glorioſior venerandæ cruci dominicæ paſſionis inhæſit, hauſit calicem, bibit paſſionem, & torrente doloris potata nulli unquam ſimilem potuit perferre dolorem. Currit poſt Ieſum non tantũ in odorem unguentorum, ſed in multitudine dolorum, non ſolùm in gaudio conſolationum, verùm & in abundantia paſſionum. Cernebat verum Salomonem mater eius in diademate, quo coronaverat eum noverca Synagoga, & ipſa coronata corona tribulationis poſt eum incedebat. Stabat autem iuxta crucem, ut illud dulciſſimum caput nati unctum oleo iuſtitiæ præ participibus ſuis arundine percuſſum, & ſpinis coronatum triſti ſpectaculo videret. Aſpiciebat ſpecioſo forma præ Filijs hominum non eſſe ſpeciem neque decorem, excelſiſimum ſuper omnes gentes deſpectum, & noviſſimum reputatum, Sanctum Sanctorum cum ſceleratis & iniquis affixum, oculos ſublimis hominis humiliatos, & cervicem ſuſtinentis omnia humeris inclinatam pendere, ſereniſſimam faciem Dei emarcuiſſe, & decorem vultus eius abſconditum, &c.* & denique inquit: *Igitur tam pro nati morte, quàm pro Iudæorum perditione ineffabili dolore glorioſo pectus urebatur, & altiſſimo pietatis iaculo confoſſum extremas ſpirabat inter anguſtias hauſit poculum amarius ipſa morte, & quod hominum genus ferre non poſſet, adiuta divino munere fœmina valuit ſuſtinere. Vicit ſexum, vicit hominem, & paſſa eſt ultra humanitatem. Torquebatur namque magis, quàm ſi torqueretur ex ſe, quoniã ſupra ſe incomparabiliter diligebat id, unde dolebat. Et ut pauliſper omittamus illam de nati morte mœſtitiam, quis explicet, quo dolore arctabatur B. Virgo, quibusvè præmebatur anguſtijs, cùm prophetícis oculis cerneret ſtirpis ſuæ magna quadam ex parte condemnationem, gentis attritionem, caſum populi, ruinam patriæ, & ipſius olim civitatis Sanctæ Ieruſalem everſionẽ? Certè Prophetæ præſcij futurorum prædixerũt excidium Iudæorum, & interitum ſuorum fletu multo proſequuti ſunt. Ipſe Dominus movit lachrymas ſuper Ieruſalem, & Apoſtoli multo tempore flevère perfidiam patriæ. Paulus plenus pietate optavit anathema eſſe à Chriſto pro fratribus, qui erant ſecundùm carnem, ut eos ad ſalutem provocaret & æmulationem: quanto magis pietatis cuncta faceret, omnia libens ſuſtineret, quibuslibet ſe pœnis & mortibus obijceret, ut imminentem interitum & cladem à gente ſua ſubmoveret?* & paulò inferiùs ſicſcribit: *Nec verò quiſquam opponat, Iudæos exoſos Dei genitrici, eò quòd Filium ſuum morte turpiſſima condemnarunt. Quos enim morti æternæ appropriare videbat, nequaquam*

Amedæus.

odio

odio ſuo dignos exiſtimavit, neque ſugillatione, ſed affectu plurimo. Sed lachrymis multis, & magnæ miſerationis, unde tam particeps charitatis, quàm crucis Ieſu aſſumpſit orationem pro eis corde perfecto paternæ pietatis aures cõpulſans: Pater, dimitte illis hanc noxam, quia neſciunt, quid faciunt. Hæc vox eius deſiderium fuit, quo melius aures pulſantur incircumſcripti ſpiritus replentis omnia & ubique audientis. Neſcio an teneriùs & dulciùs pia deſideria, quibus Maria fundendæ pro humana incolumitate vitæ urgebatur, exprimi valuerint.

23 Deglubẽda eſt difficultas, quæ myſterium operit loci Iſai. 66. 7. *Antequàm parturiret, peperit; antequàm veniret partus eius, peperit maſculũ. Quis audivit umquam tale?* Ex eo enim ardentia vota Mariæ, quibus iuxta crucem oppreſſa eſt, ut genus humanum in lucem ederet, licebit enucleare. Meritò quidem demiratur Prophetа Filij nativitatem pariturам ipſam præveniſſe: in hoc enim differunt *parturio* & *pario*: quòd *parturio*, niſum ipſum & preſſuram, dolóreſque, quibus laborat fœmina, ut prolẽ emittat, ſignificat: *pario* verò, lapſum infantis à parentis vulva. Quomodo ergo mulier peperit prius quàm parturiret, & ante puerum enixa eſt, quàm doloribus extorqueretur? Non enim puerperium anguſtias, ſed anguſtiæ & preſſuræ puerperiũ antevertunt. Hoc quidem mirabile in Maria ſanctiſsima fuit, quòd Filium ſuum primogenitum dans in lucem iura naturæ violavit & fregit, nulla fuit præmiſſa ærumnoſa parturitio, legem parientiũ non præſenſit; ideò nullis fuit cruciatibus prærctata, ſed abſq; moleſtia ulla illapſus eſt infans. Cæterùm Filij nativitatem ſubſequuntur præpoſtero ordine dolores, nam patiente Filio, torturæ, quæ corpori ipſius parientis pepercerant, in eius animum ius obtinuerunt, & iuxta crucem anxiè divexabatur non diſsimilis parturientis, per omniaque cruciformis illius animus reddebatur, ut Filiũ veluti reproduceret, hoc eſt in Filio genus humanũ ab ipſa ita exundanter patiente renaſceretur. Eleganter id expoſuit Richardus lib. 4. de laudibus B. Mariæ: *Antequàm parturiret, peperit. Parturire eſt ante partum, & in partu laborare. Quid eſt ergo antequàm parturiret, peperit; niſi quòd nõ præcedente, vel concomitante dolore, partum edidit? Sed quis audivit umquam tale? Lex enim data eſt mulieribus, Gen. 3. In dolore paries filios, & Ioan. 16. Mulier cùm parit, triſtitiam habet. Lex igitur naturæ eſt, quòd mulier primò parturiat, antequàm pariat; ſed Maria non fuit ſubdita huic legi, quia ſine dolore, ideſt ſine naturalium læ-*

Iſai. 66. 7.

Richard.

ſione, peperit Salvatorem: ſed in eius paſſione, quem diù antè peperat, parturijt. Tũc enim in ipſa fuerunt dolores, ut parturientis; & ſic quidam exponunt de ea, quòd quæ iam diu ſine dolore pepererat, dum Filius eius in cruce penderet, parturiẽs clamabat, etſi non voce, tamen deſiderio, vel devotione, Auguſt. In auribus Dei voces faciunt nõ verba, ſed deſideria. Ecce Maria in tantum inſtar parturientis doloribus angebatur, in quantum Deo devovebatur, & Filio commoriendi flammantia ſtudia, & anxia ſuſpiria in cœlum ſpirabat. Hanc accenſam B. Mariæ promptamque voluntatem Filio cõpatiendi, pariterque cum illo, præ immani paſsione animum efflandi, Beatus Ildefonſus ſerm. 2. de Aſſumptione B. Mar. teſtatus eſt: *Ait enim Simeon, vel Dominus ad eã: Et tuam ipſius animã pertranſibit gladius. Quòd ſi gladius vſque ad animam pervenit, quando ad crucem ſtetit, fugientibus Apoſtolis, cùm videret Dominum pendentem, etiam plus quàm martyr fuit: quia in animo nõ minus amoris quàm mœroris eſt intus gladio vulnerata. Parata enim ſtetit, ſi non deeſſet manus percuſſoris.* Defuit gladius, non moriendi voluntas in Maria, omiſit vulnera carnifex infligere pectori, quod vulneribus totus obvius occurrebat. Iam Richardus de S. Lauren. lib. 4. de laudibus B. M. ſpeciali lepore condivit cauſam, ob quam Filij patibulo integro animo, illæsâque mente aſsiſteret Maria; ut nimirùm ſi cui ignaro Filij mors invalidum pretium pro homine redimendo videretur, interitũ tunc ſuum Filij neci commiſceret, ut ſic utriuſque pondus ſtateræ bilancem deprimeret, & redemptionis oneri, ſeu ſcelerum ponderi, exæquaret. *Stabat* (inquit) *iuxta Crucem Ieſu Mater eius, licèt enim certiſſimè ſciret Filium ſuum poſitum in ſtatera Crucis pretium eſſe ſufficiens pro peccatis totius mundi, tamen ſi quis calumniaretur pretium hoc minus eſſe ſufficiẽs, præſtò erat ſe ipſam impendere, dum tamen ſic poſſet divinæ voluntati ſe conformare: ſicut venditor piperis in tantum lucri avidus eſt, quòd piperi poſito in ſtatera licèt ſufficienter, paratus eſt adhuc adijcere, ſi illud additamẽtum emptorem viderit refutare; & hoc piè intelligendum & ad intellectum noſtrum referendum eſt.* Vide quàm pius ardor medullas Mariæ pervaſerit, quæ accincta adhuc erat mortis ſuæ interventu & vitæ diſpendio, etiam ipſas falſas ſuſpiciones & cálumnias à redemptionis noſtræ pretio dimovêre, cuilibet dubiæ, vel perduelli fidei præcludens aditum, ne de pretij valore pro humana libertate exſoluto impudenter, & procaciter detraheret. Et perpende, quæſo,

Ildefonſus

Richardus de S. Laur.

in

in quantam noſtri æſtimationem ſilenter & quaſi furtivè amoris, quo erga Deum deflagramus, nos evehat ingeniũ. Vincit enim ſublimitas in quam Dei amor diligentem ipſum videtur efferre, humilitatem in quam propter Deum diligẽs deprimi ſtudet. Optabat humiliari Maria uſque ad mortem, mortem autem crucis; ut nihil humile de pretio à Deo pro homine impẽſo exiſtimaretur, & tantopere in ipſamet humiliatione ſeipſam exaltavit, ut quædam plus quàm divina cogitatio de Maria in illa eſſet imbibita ſeu implicita, ſiquidem ſuæ mortis pretium videretur tunc credere Sanctiſsima Domina effecturum, quod Chriſti mors nondum effecerat, eumque qui hanc inſufficiens pretium cenſebat, mortem Mariæ cumulatam ſolutionem æſtimaturum. Hãc mentis exundationem, ſeu exaggerationem innuunt verba illa: *Tamẽ ſi quis calumniaretur pretium hoc minus eſſe ſufficiẽs, præſtò erat ſeipſam impendere, ſicut venditor piperis in tantum lucri avidus eſt, &c.* Ergo cogitabat Maria fore poſſe iuxta alicuius iudicium, ut mors eius expleret, quod adimplere Dei nati interitus non ſufficerat.

24 Et quoniam Mariæ proles nõ ſolùm trucem pro hominibus mortem pertulit, ſed inſuper diris fuit probris affecta in tãtum, ut ignominia plebis & ludificamẽ populi haberetur, operæpretium eſt hanc etiã paſsionem in Mariam viguiſſe librare, & qualiter ſe populari ludibrio pro hominum ſalute ſacraverit. Id enim tunc evenit, cùm perpetuæ virginitatis ſtudio ſe munierit, ipſique colendæ & ſervãdæ ſe devoverit. Nil tritius apud ſacram Paginam & eius Interpretes, quàm ſterilitatem olim apud Hebræos pro infamia & maledicto habitam, adeò ut Deum ſibi quis acriter ſuccenſum æſtimaret, qui infœcunditate mulctaretur; nec hoc mirum, cùm Dei mos fuerit ſceleſtos ob ſuorum criminum pœnam ſterilitate puniri. Percalluit ergo Maria votũ virginitatis emittens ſterilis notam & infamiã ſe apud omnes ſubituram, quam cum prole carêre cognoſcerent, haud quaquam illam crederent de puritate obſervanda curaſſe, ſed infœcunditatis deveniſſe ignominiam. Ergo iam divinum Verbũ de Virgine prævidens, ut ſacrarum litterarum gnara oriũdum, ut genus hominum à miſera dæmonis captivitate vendicaret, humanæ incolumitatis Maria amore pulſata, illiuſque maturandæ ſolicita, novam viam ingrediẽs virginitati ſe deſpondit, quantum erat ex ſe ad tãtum Dei opus ſe præornans, divinamque alliciens ſapientiam, ut propter Virginis defectum liberandi hominis decretum non produceret, nec procraſtinaret. Nihil ſuũ ducens deſpectum, nec populi opprobrium ſe futuram, dum ad hominum redemptionẽ hoc ingenio maturandam, divinam pietatẽ impelleret, ſeu excitaret. Expende quanti æſtimaverit hominum ſalutem Maria, quãtumque pro illa expenderit obtinenda, ut ignominiæ pudori publico in ſe conijciendo non pepercerit, ſeque ut ludibrioſam rẽ vanamque & deridendam plebi expoſuerit. Præclarè rem cõmendavit Hugo de Sanct. Vict. tom. 1. lib. de perpetua virginit. Mariæ, cap. 1. *Primùm quando factus eſt mũdus per Creatorem benedicta eſt fœcunditas, ut multiplicarentur homines: poſteà quando ab uno tantùm populo agnitus eſt Deus, per legem maledicta eſt ſterilitas. Si prima illa benedictio fœcunditatis ad ſalutem erat, & ſecunda illa ſterilitatis maledictio ad damnationem: ergo fœcunditas carnis meritum eſt, & culpa ſterilitas. Ergo meliores fuerunt illæ mulieres, quæ multos filios pepererunt, quàm illæ, quæ nullos vel paucos habuiſſe leguntur. Melior erat Cethura quàm Sara, melior Phennena quã Anna: & cæteræ multæ, quas Scriptura cõmemorat Deo non in multitudine filiorum, ſed per merita virtutum placuiſſe. Sed abſit à nobis, ut vel fœcunditatem carnis meritum, vel ſterilitatem culpam eſſe dicamus. Abſit à nobis, ut credamus propterea legem ſterilitatem carnis maledixiſſe, ut eam apud Deum damnabilem oſtenderet, & nõ potius ut eam (illo quidem tempore, quando ſucceſſio generis in multitudine filiorum quærebatur) apud homines infructuoſam, & ob hoc quodammodò inhonoratam demõſtraret. Non ergo eſt culpanda Virgo Mariæ, neque accuſanda de contemptu legis, in qua ſterilitas maledicitur; imò ſolùm ſingulariter laudanda, quæ prima legis verba nõ carnaliter ſapienda conſiderans, elegit in terra abiectio plebis fieri, & opprobrium hominum, ut per munditiam integritatis in cœlo fieret ſocia Angelorum: & pulchrè prima inter fœminas Virgo Maria pro amore caſtitatis maledictum legis in carne ſua pro nobis ſuſcipiens à maledicto legis liberavit. Vnde meritò ei ſoli datum eſt, ut Filium pareret, & Virgo permaneret: ut quia prima fœcunditati carnis virginitatem ſpõtè prætulit, nunc & fœcunda ſit carne & integra virginitate.* Verba illa ſcopum noſtrum adamuſsim collimãt: *Et pulchrè inter fœminas Virgo Maria pro amore caſtitatis maledictum legis in carne ſua pro nobis ſuſcipiens, à maledicto legis liberavit.* Hugo de Sanct. Victor.

25 Iam ad ſecundam rationem, ob quã Mariæ redemptricis nomen adaptetur, excogitatam ab Arnoldo accedamus, ubi ſupra:

Arnoldus. prã: *Nimirum in tabernaculo illo duo videres altaria, aliud in pectore Mariæ, aliud in corpore Chriſti: Chriſtus carnem, Maria immolabat animam. Optabat quidẽ ipſa ad ſanguinem animæ & carnis ſuæ addere ſanguinem, & elevatis in cruce manibus celebrare ſacrificium veſpertinum, & cum Domino Ieſu corporali morte redemptionis noſtræ conſummare myſterium. Sed & hoc ſolius ſummi Sacerdotis privilegium erat, ut de ſanguine munus intra ſancta inferret: nec poterat ei conſors hæc eſſe cum aliquo dignitas: & in reparatione hominis, nulli Angelo, nulli homini fuit, aut eſſe potuit communis authoritas.* Ergo quando in altari Chriſti corporis Deo pro hominibus ſanguis litabatur, in altari cordis animæ sãguinem Maria offerebat, inſuper & ſtudebat ſanguinẽ pariter corporis animi ſanguini copulare, & ſacrificium illud crucis unà cum Filio celebrare cruentum, ut iugiter cum illo noſtræ redemptionis ſacramẽtum perficeret: erat tamen ſingularis Virgineo nato prærogativa delata, ut in ſanguine ſuo dignum pretium Deo peccatis hominum offenſo in cœleſtia inferret; hanc pretij condignitatem ſicut nullus Angelus, nullus homo valuit obtinêre, ſic nec illis potuit offerenda delegari. Attamen congruã meritorum dignitatem, congruum q́ue pretiũ Mariæ in animæ ſuæ ſanguine effuſo, & deſiderio corporis ſanguinis emittẽdi Deo Patri obtulit pro aliorum hominum ſalute nanciſcenda. Quapropter ſicut divina Sapientia ſanxit Filij mortem, ut condignum redemptionis noſtræ pretium acceptare, ita Mariæ paſsionem, quam Filium ſuum offerendo pertulit, ut congruum valorem decrevit accipere. Vnde quidquid Chriſti mors condignè in hominibus expiavit, Mariæ paſsio, & Filij oblatio idoneè abſterſit (excipe originale peccatum in Maria, cuius non potuit ipſa promereri abolitionem) & quidquid ob Chriſti necem hominibus eſt gratiarum condignè elargitum, id ob Matris paſsionem (excipe primam gratiã, quæ ſtillavit in ipſam) congruenter eſt donatum. Itaque ſi congruitatem & aptitudinẽ meritorum Mariæ, quæ ex oblatione Filij pro hominum redemptione eſt adepta, meritorũ Chriſti dignitati coniungas, utriuſque ſanguis dici poteſt intra ſancta illatus, Chriſti, ut condignè hominum purgationem, Mariæ, ut congruè abſterſionem obtineret, utroque pariter ſanguine divinam expugnãte pietatem, Chriſti condignitate, Mariæ congruitate; itaque Maria dum ſanguinem animæ in altari ſui pectoris libat, nil eſt aliud quàm vitam nati libenter pro humano genere expiando libare, ſuamque voluntatem Patris Filium morti tradentis voluntati, voluntatiq́ue Filij obedientis coniungere & adaptare, inſuper & carnem ſuam velle quemadmodum Filij corpus, cruci affigendam. Hæc omnia clariùs expendit & expreſsiùs Arnoldus tractat. de laudibus Mariæ: *Dividunt coram Patre inter ſe Mater & Filius pietatis officia, & miris allegationibus muniũt redemptionis humanæ negotium, & condunt inter ſe reconciliationis noſtræ inviolabile teſtamentum. Maria Chriſto ſe ſpiritu immolat, & pro mũdi ſalute obſecrat, Filius impetrat, Pater condonat.* Vtrumque, nempè Natum & Genitricem, inducit humanæ inſtaurationis cauſam peragentem & perficientem, quaſi ad eam conſummandam uterque ſe inviolabili nexu fœderaverit, reſq́ue ſuas quaſi in unum patrimonium coëgerint in hoc munus pietatis obeundum. Et quid eſt, quòd *Maria ſe Chriſto ſpiritu immolat, & pro mundi ſalute obſecrat*, niſi corporales Filij paſsiones in ſuum transferre & immittere ſpirituum, ut quæ eandem voluntatem cum Filio habens pro hominibus patiendi, eadẽ quæ Filius perferat, & in utroque eamdem amoris flammam, eadem vota, eoſdem cruciatus libeat ſpectare? Iam ex his ſenſus illorum verborum: *& condunt inter ſe reconciliationis noſtræ inviolabile teſtamẽtum*, clariùs emergit: Chriſtus enim & Maria viſi ſunt ſe geſsiſſe inſtar duorum iã ſpiritum exhalantium fratrum, qui de teſtamẽto faciendo unanimi mente & accorde deliberatione conſpirant: Quod ut melius præſtent, bona ſua, quamvis inæqualia (nã alterius opima ſunt & cumulatioria, alterius reſpectivè modica) quaſi in unum cumulum redigunt, in unam ſubſtantiam vocant, & veluti in unam maſſam confundunt & conflãt, ut ex ea unanimes effecti quaſi pro indiviſo teſtentur. Igitur Chriſtus Dominus in patibulo moriturus humanæ reconciliationis avidus, univerſa divitiarum ſupellectili opulentum & infiniti meriti ſe Principem ſpectans, quo mundi ſalutem ex condigno promerebatur, ad Matrem cruci adſtantem invertens oculos, imaginem myſterij, quod in ſe ipſo agebatur, in illa apprimè delineari intuitus eſt; nam quemadmodum ipſe ſe Patri pro mundi ſalute ſacrat, ſe ipſum videt à Matre Parenti litari, quæ dum Filij vitã offert, vitam ſuam geminatâ & intẽſiori virtute litat; nam perfectiùs & animoſiùs in Filio quàm in ſe ipſa ſpirabat: item tormẽta ſua videt Filius in Matrem tranſcripta, & novo doloris genere collecta, & in unum coacta, & ſi non tot meritorum copijs, quibus præfulgebat ipſe, inſtructam contempletur Parentem, tamen ita illam intendit

Arnoldus.

præ-

prædivitem & opulentam, quæ meritorum ſuorum congruitate poſsit humanum negotium fulcire, & divinam clementiam in hominem redimendum inclinare. Ergo quam unius ſecum voluntatis, unius paſsionis, eiuſdem voti rimatur, licèt inæqualis meriti teſtaturus advocat, ut pariter ambo, & quaſi pro indiviſo inſtrumentum extremæ ſuæ & uniformis voluntatis teſtimoniũ relinquant, hæredemque genus humanum inſtituant: ad quod perficiendum meritorum ſuorum uterque quaſi copulant, & confundunt facultates, paciſcunturque, ut ex hac meritorum ſubſtantia, quæ ex condignitate Chriſti & Mariæ congruitate cogitur, quaſi ex eiuſdem crumenæ pretio mundus prædicetur redemptus: id ſibi velle exiſtimo ea verba: *Et condunt inter ſe reconciliationis noſtræ inviolabile teſtamentum.* Quapropter ſubiungit Arnoldus: *Movebat enim eũ Matris affectio, & ideò tũc erat una Chriſti & Mariæ voluntas, unumque holocauſtum ambo pariter offerebant Deo, hæc in ſanguine cordis, hic in ſanguine carnis*, & paulò inferiùs: *Ad hunc beatitudinis cumulum Virgo ſancta devenit, ut cum Chriſto communem in ſalute mundi effectum obtineant.* Quæ verba mutuâ viciſſitudine & explicationi præindicatæ facem præferunt, & ab ea lucem mutuantur.

Luc. 2. 34. 26 Favet his non contemnenda interpretatio loci Luc. 2. 34. *Et benedixit illis Simeon: & dixit ad Mariam Matrẽ eius: Ecce poſitus eſt hic in ruinam, & in reſurrectionem multorum in Iſraël, & tuam ipſius animam pertranſibit gladius.* Sed quæ eſt illorum verborum interpretatio: *Tuam ipſius animam?* Sic ea elucubror. Cùm tempore crucis dolor ex Filij vulneribus conceptus tuam pulſaverit mentem, inveniet eam ita Filij menti conformem, voluntatem tuam Filij voluntati adeò ſimilem, & unius animam animæ alterius ſic mutuò reſpondentem, eâque votorum & affectuũ paritate reciprocâ alterã ad alterius normam & imaginem effictam & compoſitã, ut non geminus, ſed idem in utroque reſpirare animus videatur, nec tuus ſpiritus à ſpiritu Filij, nec Nati ſpiritus à tuo diverſus appareat, ille tuam, ſuam cenſebit animam; tu illius pariter tuam: ideóque tunc Nati paſsionis gladius tuã, quæ ipſius erit, animam confodiet; tuæ mucro paſsionis Filij animam, quæ tua erit, tranſverberabit. Quamobrẽ geminati enſis ictus ſi duo percutiant corpora, unum dumtaxat in eis animum ſauciabunt. Sic Richardus de S. Lau-

Richardus de S. Laur. rent. lib. 4. de laudibus B. Mariæ: *Quæ adhæret Deo, unus ſpiritus eſt cum eo, unitate ſcilicet amoris & gratiæ, unde Luc. 2. dicit Mariæ Simeon: Et tuam ipſius animã pertranſibit gladius, dicens.* TVAM IPSIVS, *unam Matris, & Filij animam inſinuavit*: & lib. 3. duas alias præcedentis loci invenit interpretationes noſtro inſtituto haud parum inſervientes. Ait enim: *Cùm alij Martyres patiantur in corpore, Maria paſſa eſt in corde, vel in anima iuxta prophetiam Simeonis: Et tuam ipſius animam pertranſibit gladius: id eſt, tui ipſius, vel gladius ipſius tuam animam pertranſibit. Nõ dicet, movebit lucis rationem obnubilando, ſed tranſibit, velut rem immobiliter ſtantẽ, nec reſiſtentem, aut in aliquo vacillantem. Gladius ſiquidem paſsionis, qui tranſivit corpus & membra Filij, pertranſivit, ideſt, perfectè tranſivit, per compaſsionem animam Genitricis; & tunc omnis plaga fuit triſtitia cordis eius, Eccl. 25. Alij Martyres etſi tormenta ſentiebant in corpore, interiori tamen conſolatione refrigerabantur in mente, & ſi eorum corpora pertranſibant gladij tormentorum pro Chriſto, tamen animæ eorum recreabantur in Chriſto. Filius etiam ſimul fruebatur & patiebatur, quia fuit in via comprehenſor. Vnde dicit: Providebam Dominum in conſpectu meo ſemper, Pſalm. 15. Sed anima Matris torquebatur in Chriſto, & totam ipſius animam vehementia doloris poſsidebat. Beatus Bernardus: Longè enim plus quàm martyrem eam non immeritò cenſeamus, in qua paſsionis ſenſum exceſsit compaſsionis affectus, cùm eius animam pertranſivit gladius paſsionis: anima quippè Filij iam non erat ibi, ſed anima Matris nequibat avelli.* Idem. Expende in primis verba illa: *Pertranſibit velut rem immobiliter ſtantem, nec reſiſtentem.* Quaſi illud ſtare Mariæ ad ictũ gladij & animi confoſionem ſtudium & aviditatem innuat paſsionis. Qui enim cùm imminet, imò cùm percuſſurus deſcendit gladius, nec movetur, nec nutat, nec obſiſtit, gladium potius expectat, quàm timet, fuga enim vel nutatio mucronem indicat ſauciaturum, firmitas autem & ſtatio teſtis eſt, quòd ille irruens velut oblectaturus ſperetur. Deinde pondera Mariæ paſsionem plenè fuiſſe felleam, & nullo dulcedinis ſapore conditam. & in hoc viſa eſt quaſi Filij exſuperaſſe paſsionem, cuius anima ſanctiſsima, licèt angoribus & cruciatibus dedita, beatitudinis fluenta non deſerebat, ſed illius nectareis roribus iugiter perfundebatur. Demùm verba illa tranſcripta à Bernar. attentè ſunt æſtimanda: *Cùm eius animã pertranſivit gladius paſsionis: Anima quippè Filij iam non erat ibi, ſed anima Matris nequiebat avelli.* Ex quibus elicio, Chriſtũ Mariamque ſibi mutuam geminatæ paſsio-

nis

nis cauſam extitiſſe; nam uniuſcuiuſque corpus quaſi duplex inhabitabat ſpiritus, ut in quolibet duplicati vigerent & urgerẽt cruciatus. Chriſti enim corpus non ſolùm proprius ſpiritus animabat, ſed Matris etiam ſpiritus veluti illud agebat; nam qui perfectè diligit, nõ tam ſuo, quàm rei dilectæ ſpiritu vivit. Sic pariter corpus Mariæ quaſi gemino ſpiritu regebatur, magis enim illa vivebat ſpiritu Filij, quàm ſpiritu ſuo. Ergo corpus Chriſti ſimul & Mariæ palæſtra erãt, in qua duplicis animi paſsio exercebatur: corpori enim Chriſti vulnera illata in animum reſiliebant, & cùm duplicem gereret animum & proprium, & Parentis, duplex paſsio efficiebatur. Quapropter cùm Chriſtus corpus ſuam animam amiſiſſet, adhuc ſicut non videbatur plenè extinctus, ſic nec totius ſenſus expers; in eo enim Matris anima quaſi ſuperſtes erat, ideòque illo vulnerato & excruciato quaſi ſenſu Mariani animi dolebat & cauſabatur, qui ab illo diſiũgi neſciebat: *Anima quippè Filij iam non erat ibi, ſed anima Matris nequiebat avelli.* Quocircà gladio corpus Filij pertranſeunte adhuc exanime, adhuc paſsio Chriſti in illo viſebatur, vulnera enim illi inflicta ſentiebat ſpiritus Chriſti, non qui fugerat, ſed qui remanſerat: nam anima Mariæ illi inhærens Chriſti anima erat. Ecce quàm voluntaria, quàm exoptata paſsionis flamma Nati Parentiſque animus exarſit: ſiquidem præ magnitudine amoris reciproci & mutui affectus, viciſsim ſe uterque iaculis confodiebat; ingeniumque præſtabat amoris, ut alter alteri geminata fellis & doloris pocula propinaret, duplicataque incendia ſubijceret, nec unius corpori ſatis erat ſpiritum amittere, ut tormenta ceſſarent, & paſsio finiretur: nam alterius illicò anima velut ſpiritum ſe illi tradebat munia gerens, viceque ſpiritus fungens, ut paſsio in eo proveheretur, quaſi cura utrique eſſet paſsionis in altero congerere cumulos, incendijque flammas ſublimiùs evehere & geminare, ut ſemel & iterum utriuſque præcordia depaſcerent. Vt autem verba Bernardi uberiori luce reſpergam, voco in diſcuſsionem; quâ ratione Eccleſia lanceam, quâ defuncti Chriſti latus fuit tranſverberatum, diram appellaverit; inquit enim in Hymno paſsionis:

Quo vulneratus inſuper
Mucrone diro lanceæ.

Sed ut quæſtionis vis eluceſcat, præfero verba Ioan. cap. 19. 33. *Ad Ieſum autem cùm veniſſent, ut viderunt eum iam mortuum, non fregerunt eius crura, ſed unus militum lancea latus eius aperuit.* Non inquit, vulneravit, ſed *aperuit.* In quem locum obſervavit Albinus: *Viliganti verbo uſus eſt Evangeliſta*: quaſi dicat; omnigenâ providentiâ, & divino afflatui obtemperans, eo verbo *Aperuit*, functus eſt in præſenti, malens illud quàm aliud ſcribere: curâ Evangeliſtæ & myſterium nititur exponere Simõ de Caſsia lib. 13. cap. 125. *Apertum dicitur latus, non vulneratum, quoniam vulnus præterquàm in vivo corpore fieri nequit. Non enim vulneratio, ut rerum experientia ſonat, & mos uſitatus alloquitur, ſuper inſenſibilia cadit; percuſsionem, ſciſsionem, ſeu apertionem, & his ſimilia ipſa ſunt apta recipere.* Cùm ergo vulnus innuat vivum corpus, in quo recipitur, detrectaritque cõſultò Evangeliſta verbum vulneravit, quia iam Chriſti corpus erat emortuum, quamobrem Eccleſia illo utitur: Canit enim:

Quo vulneratus inſuper
Mucrone diro lanceæ.

Imitata proculdubiò morem loquendi plurimorum Patrum, Bernard. ſer. 7. in Pſal. Qui habitat: *Conſidera tamen hoc vulnus eum penitus non ſenſiſſe.* Et Guarricus ſerm. 4. in Dominic. Palmarum, &c. Nam dum phraſim fugiunt Evãgeliſtæ, qua Chriſti corpus iam vitâ deſtitutum ſuggerit, eãque produnt, quæ vitam concernit, non penitus Chriſtum ſpiritum amiſiſſe indicant, non nihilq; halitus in illo mãſiſſe ſuperſtes, ob quem corpus Chriſti vivũ potuerit accerſi. Verè credam, cùm vulneratum Chriſti corpus lanceæ cuſpide, Eccleſia & Patres præter morem Evangeliſtæ appellarunt, eos velùt dupli ſpiritu illud conſideraſſe animatum, & eo qui Chriſti proprius erat, & Matris ſpiritu, nam ibi erat Mariæ animus, ubi amor ſuus erat. Mortuus erat iam Chriſtus, qui ante lateris apertionem ſpiritum proprium emiſerat; ſed quia adhuc erat reſiduus ſpiritus Matris in pectore Nati, quem ut proprium reputabat Chriſtus, iuxta præfatam interpretationem eorum verborum, *& tuam ipſius animã* (id eſt tuam, quæ ipſius quoque eſt) *pertranſibit gladius*: propter ſpiritum Mariæ, quæ à corpore Filij mortuo nequibat avelli; adhuc Chriſti ſpiritu à corpore exceſſo non immeritò Chriſti corpus poterat aliquo modo vivum æſtimari, nempè quia adhuc retinebat Mariæ ſpiritum, quem ut propriũ Chriſtus cenſebat. Sub hac ergo conſideratione cùm Chriſti corpus lãcea perfoditur, non immeritò ab Eccleſia & à Patribus dicitur vulneratum, tanquam ſi vivum eſſet, attendunt enim in illo perſiſtere ſpiritum Mariæ etiam poſtquàm proprius fugerit; vivebat ergo mortuum Filij corpus ſpiritu Matris, qui abeo ſeparari abnuebat, & quâ parte vivum mucrone vulnerabatur. En quã aptè

Albinus.

Simon de Caſsia.

Bernard. Guarrici.

Ioan. 19. 33.

aptè mucronem ditum appellaverit Eccleſia, quæ enim trucior immanitas, quàm quæ uno abrepto ſpiritu non ſedatur, infatigabilis crudelitas eſt, quæ ſemel ablatâ vitâ non laſſatur, aliamque in eodem corpore ambit, quam depaſcat. O mirum trucitatis ingenium, quæ in defuncto dilecti corpore adhuc quærit ſpiritum præripere amantis, qui in illo vivit! Perpende, ſi benè adſonet verba Bernardi de lamentat. Virg. Mariæ: *Gladius mortis Chriſti animas utrorũque trãſibat. Tranſibat ſævus, ſævus perimebat utrumque. Quò magis amabat, ſævior fiebat in Matre. Vulnera Chriſti morientis erant vulnera Matris dolentis, dolores ſævi fuerunt tortores in anima Matris. Mater erat laniata morte chari pignoris. Mẽte Mater erat percuſſa cuſpide teli, quo membra Chriſti ſervi foderunt iniqui.* Bernard.

27 In ſtatione Mariæ iuxta Nati morientis ſtipitem commendant Eccleſiæ Patres ſanctiſſimæ fœminæ celſam mentem, inconcuſſum animum, igneaque viſcera, quibus immenſam Patris æterni charitatẽ æmulabatur. Sicut enim paterna pietas clementiæ ſuæ theſauros oſtentabat, ſplendidioremque ſui amoris diſtringebat aciẽ, unigenitum ſuum morti pro hominum expiandis ſceleribus tradens. Ipsâ atteſtante divinâ Sapientiâ: *Sic Deus dilexit mundum, ut Filium ſuum unigenitum daret*, Ioan. 3. 16. & Apoſtolo Paulo: *Deus autẽ, qui dives eſt in miſericordia, propter nimiam charitatem ſuam, qua dilexit nos, & cùm eſſemus mortui peccatis, cõvivificavit nos in Chriſto, cuius gratia eſtis ſalvati.* Maria divini amoris anhelans advolatum, illius veluti cumulatæ menſuræ inſiſtens, ſuamque paternæ voluntati voluntatẽ conformans, & quaſi fibulans Filium primogenitum pro humanis abſtergendis ſordibus ingenuâ animi alacritate, perpetique cordis immobilitate aris ſacris adſtans immolabat. Quaſi diceret: O ſanctiſſime Parẽs, cruci Filij adſum, adhæreo altari, aram teneo, ne eam tu æſtimes dumtaxat, in qua Filius tuus pro hominum peccatis ſe ſacrificat: hoc & meum altare eſt, in quo primogenitum quoque meum unam tecum volũtatẽ oſtendẽs pro impietate humana libo, ut pari attentâ proportione ſicut Filij tui holocauſto à te impenſo, ita & meo ſacrificio hominum imputetur redemptio. Sic Richardus de S. Laur. lib. 4. de laudibus B. M. *Tanta fuit Mariæ charitas ad nos, ut quaſi gaudenter quodammodò ſuſtinuerit mortem Filij, & cum ipſo deſideraverit, ſi neceſſe eſſet, mori in redemptionem generis humani. Tunc enim propter nimiam charitatem, qua dilexit nos, dedit unigenitum pro ſcelere noſtro, & fructum ventris ſui pro peccatis animarum noſtrarum*, Mich. 6. & paulò inferiùs: *Tanta fuit Mariæ charitas ad nos, quòd ex quo Filium concepit, ipſum pro mundi ſalute pati deſideravit, ſicut videtur velle Ambroſ. Vnde ſecurè dici poteſt & credi, quòd ſicut dicitur de Patre, Ioan. 3. Sic Deus dilexit mundum, ut Filium ſuũ unigenitum daret pro mundo: ſic & dici poteſt de ea: Sic Maria dilexit mundum, id eſt peccatores, ut Filium ſuum pro eis unigenitum daret. Ideò dicitur Iſai. 9. Filius datus eſt nobis. Sic licet à Patre, à Matre, à ſe ipſo, & à Spiritu ſanctio. Sic enim Abraham in tantum fuit obediens, & voluntatẽ ſuam in tantum conformavit divinæ volũtati, ut filium ſuum unigenitum, quem diligebat Iſaac, voluerit immolari, nec tamen pro mundi ſalute. Quid credendum exiſtimas de Maria filia Abrahæ? Propter hoc etiam prædixerat de Matre Filius: Maria optimam partem elegit ſcilicet conformare ſe per omnia divinæ voluntati.* Hæc ultima verba: *Propter hoc prædixerat de Matre Filius: Maria optimam partem elegit, &c.* ſuo libramine & diſpectione indigent. Videtur enim Richardus contuliſſe Mariam Magdalenam Chriſti pedibus aſſidentem cum Maria iuxta crucem ſtante, illamque huius præluliſſe figuram, nomineque Mariæ Deiparæ illa verba Chriſti commendatoria excepiſſe: *Maria optimam partem elegit*, Luc. 10. 42. Sed quæ unius ad alteram ſimi-

Ioan. 3. 16.

Richar. de S. Laur.

Luc. 10. 42.

litudo? Quæ proportio, quæ perſonatum in ſitu, loco & actione conventio? Maria enim illa, ſedebat pedibus Chriſti innixa, noſtra ſtabat iuxta patibulum; illa quieſcebat adeò, ut incuſaretur de otio, iſta laborabat; vacabat illa, pungebatur iſta; gaudebat illa, hæc dolebat; illa fruebatur, iſta patiebatur. Si Magdalena intenta otio, ſeſsioni, quieti, gaudio, fruitioni optimam partem elegit: quo pacto Maria ſtationi, labori, ſtimulis, dolori, paſsioni ſtudens optimam quoque ſibi aſcivit portionem? Num eadem eſt & fruentis, & dolentis ſors? Nũ diverſis actionibus contrarijſque operibus eadem hæreditas reſpondet? Sic nodum refibulo. Voluit divina Sapientia Virginis Filius Eccleſiæ ſuæ oſtendere tranquillum animi candorem, cordis quietem, pacatum mentis ſerenitatem, quam inter tot turbulentas procellarum commotiones divina Genitrix retinebat, tantâ enim alacritate & mentis gaudio vulnera Filij & interitum pro hominibus litabat, illius voluntas in tantum divinæ voluntatis ſuperveſtiri conformitate lætabatur, ut non tam illa laborare, quàm vacare, non tam ſtare, quàm ſedere, nõ tam angi, quã deliciari videretur. Itaque quærẽs di-

divina Sapientia apprimã Matris ſuæ imaginem, quæ illam inter ſalſos paſsionis turbines exprimeret, nullam aptiorem quàm Magdalenam ſedentem & ad pedes Domini otiantem invenit, ideòque vice Mariæ accepit: *Maria optimam partem elegit*, id eſt, tantam cum divina volũtate in Nati interitu conformitatem, ut plus quieſcentis quàm laborantis, lætantis plus quàm mœrentis daret ſpecimen. Sed elegãtiorem tibi propinabo nodi diffibulationem, ſi rem attentiùs inſpexeris, in Magdalena Chriſti pedibus provoluta non tàm invenies otium quàm laborem, pacem quàm bellum, lætitiam quàm moleſtiam. Nam diligebat Dominum Maria, dilectio autem obſequia dictat amanti, non ſuadet otia, ſed dura pietatis officia, quæ amoris ſuavitate molleſcunt. Itaque miniſteria licèt aſpera, licèt difficilia in rei dilectæ obſequium impenſa levamen & oblectamenta diligentis ſunt. Deo ſic œconomiam illam diſpenſante, miniſterij labor & ſolicitudo ad Martham devenerant; otium iniunctum eſt Mariæ, ſed quia in dilecti ſui famulatum ſedulam non exſolvebat operã diſcruciabatur, & quies illi pro martyrio erat. Nec ignobile Deo immolabat ſacrificium, cùm ob Dei imperium ſervitia & ſedulitatem ad quæ ſtimulabat & urgebat amor, Chriſto iniungere, refrænabat, & ſe deſidem & diſcinctã oſtendendo voluntatem ſuã divinæ aptabat voluntati. Hãc paſsionis tyrannidem, quietis tormentum, otij martyriũ, quæ Magdalenæ animũ invadebant, cõmendare ſtudẽs Deus, eã Mariæ imaginem ſtatuit de Filij morte dolentis, in eaque mentem ſuã divinæ menti conformantis. Nã utraque Maria voluntatem ſuam ad divini conſilij normam cõponebat: illa dum à labore & ſedulitate obſequioſâ dilecti abſtinet, hæc dũ tota amãtiſsimi Nati in nece præ dolore fatiſcit, abſtinetque à vulneribus perferẽdis, quæ nati corpori inferebãtur. Quocirca Magdalena quaſi prævia Marianæ cõformitatis effigies, illud nobile extulit ſtemma Deiparæ poſteà illud deceſſura: *Maria optimã partẽ elegit.*

28 Iã quantũ utilitatis & honoris humanæ redẽptioni, imò & Redẽptori ex Mariæ paſsione & Filij, quã obtulit, immolatione obtigerit, nõ obſcurè clareſcet: extitit enim Filio in homine liberando quaſi cõredemptrix, & in tãto pietatis facinore coadiutrix. Quã veritatẽ adumbraſſe autumo Deũ, dũ hominẽ ſuis manibus effictum ſolitariè degentẽ intuẽs ait: *Non eſt bonũ hominẽ eſſe ſolũ; faciamus ei adiutoriũ ſimile ſibi*, Gen. 2. 18. Iã enim tunc in primo Adã ſecundum, & in homine redimẽdo Redẽptoris perſonã meditabatur: & quemadmodũ primo Adamo ex cõiugis conſortio quandã pulchritudinẽ, auxiliũ, & veluti integritatẽ perfectionemq; intellexit provẽturã; ſecũdo Adamo prævidit ex Mariæ ſocietate in redemptionis opus aliquid integritatis & perfectionis pariendum. Non quia Chriſtus redemptionis munus mutilè & decurtatè obierit, vel illius merita ad illud de condigno perficiẽdũ nõ ſuffecerint, aliquidvè expleverit Maria, quodvacuũ omiſerit ille, ſed quia in quodã genere extẽſionis meritorũ Maria redẽptionis œconomiã exornaverit & cõſummaverit, meritorũ enim ſuorum congruitatem Chriſti meritorũ dignitati & condignitati fœderato convinxit, ut cœleſtes gratiæ, quæ in homines ſalvãdos & meriti Chriſti cõdignitate impluerint, ex congruitate Mariani quoque meriti inſtillaſſe credãtur. Et ſi vera eſt pia Theologorũ Neothericorũ ſentẽtia devotè ſibi ſuadentiũ decreviſſe Deũ redẽptionem moliri humanã ob condignitatẽ operũ Chriſti, ſimulque ob Mariæ meritorũ cõgruitatem, ut tanta fabrica utroque merendi ordine, & ex condigno & de congruo cõſpirante cõſurgeret. Nõ immeritò redẽptricis nobilis nuncupatio congruere poteſt Mariæ, ſiquidẽ ex divino decreto eius meritoriã congruitate pugnãte humani generis captivitas evacuata & expugnata eſt. Ecce quo pacto nõ nihil ſecũdo Adæ venuſtatis accreverit ex ſecũda Evæ copulatione, ob quã dixerit Deus: *Nõ eſt bonũ hominẽ eſſe ſolũ; faciamꝰ ei adiutoriũ ſimile ſibi.* Subobſcurè hæc adnotavit Ambroſ. *Igitur quia ex viro ſolo nõ poterat humani generis eſſe propagatio, pronũtiavit Deus non eſſe bonũ ſolũ hominem, maluit enim Deus plures eſſe, quos ſalvos facere poſſet, & quibus donaret peccatũ, quàm unũ ſolum Adã, qui liber eſſet à culpa. Ergo propter generationẽ ſucceſsionis humanæ debuit mulier aayci viro; nam etſi mulier prior peccatura erat, tamẽ redẽptionem ſibi paritura non debuit abuſu divinæ operationis excludi.* Ambroſ.

Iã tunc in primis parentibus ordo redẽptionis præſtruebatur: & quemadmodũ in Adamo peccaturo præindicabatur Redẽptor, ſic in Eva defectura conredẽptrix vel ipſa redẽptionis officina prævidebatur. Ideò bonũ vilum eſt Deo viro iã extunc fœminã aſſociare. Clarius arcanum patuit Tertul. lib. 2. contra Marcion. c. 4. *Eadẽ bonitas & adiutorium proſpexit, ne quid nõ boni. Nõ eſt enim, inquit, bonũ hominẽ eſſe ſolũ. Sciebat illi ſexũ Mariæ profaturũ.* Sed & illa verba peſanda ſunt, *adiutoriũ ſimile ſibi.* Quomodo enim Maria in opere redẽptionis par Filio extitit, & ſimilis evaſit? Profecto, quia in ſuo ordine & gradu meritorũ æquè ac Chriſtꝰ ad omnes ſalvãdos & à captivitate eripiẽdos ſe Tertul.

extendit; ijs enim Maria de cõgruo, quibus Christus de condigno promerita est & nacta libertatem. In hunc sensum interpretor Richard. de S. Victor. cap. 39. in Cant. dicentem: *Mundo itaque tenebris obvoluto & deformato adeò Solem iustitiæ speciosum forma præ filijs hominũ edidit, & ideò lumen veritatis & speciẽ deformitatis speciosã restituit. Ipsa igitur singulariter species Christi præ omnibus speciosa Christoq; simillima nõ solũ speciẽ Christi ipsa habẽs, sed etiã in alijs hanc restituens.* Mariam in primis decorẽ Christi & speciẽ vocat, quia ad imaginẽ Christi efficta, & ideò in omni puritate efformata, hæc enim originalis puritas primus flos, primus candor decoris Christi fuit. Deinde Christi pulchritudinis vestigijs sanctissima fœmina institit, quemadmodũ enim Christus homines à deformitate exuit, & ad sui speciẽ instauravit, Maria quoq; hoc muneris obijt Filio per omnia simillima, *ipsius speciẽ in alijs restituẽs.* Nũ nõ vides, quomodò adiutoriũ simile viro evaserit? Qui luculẽtiùs mysteriũ reseravit, integrèque cõplexus est, fuit Richar. de S. Laur. lib. 2. de laudibus Mariæ: *Cor Mariæ dulce & amantissimũ plus quã dici potest, amaricatũ est Filio crucifixo, & animæ eius totalis alveus per cõpassionẽ repletus est torrente passionis, Quæ videlicet anima tunc vulnerabatur ob iniquitates nostras, & atterebatur suo modo propter scelera nostra* (ecce innuit divinũ decretũ de redimendo homine ob congruitatem meritorũ Mariæ) *dolores siquidẽ nostros & Filij, & lãguores nostros & unigeniti tũc ipsa portavit in intimis pietatis visceribus. Nã tũc fuit omnis plaga tristitia cordis eius, Eccli. 25. Charitate autem eximia, qua vulnerabatur, unigenitũ suũ dedit pro sceleribus nostris, & fructũ uteri sui pro peccato animarũ nostrarum, Mich 6. Tunc impletũ est illud, quod de prima muliere dixerat Deus in figura Mariæ, quasi loquens de secundo Adã: Non est bonũ hominem esse solum, faciamus ei adiutorium simile sibi. Nolebat itaque Deus Pater, si liceat ita loqui, solius Filij morte salvari genus humanũ* (en apertum iam & revelatũ decretũ) *sed disposuerat in manu fœminæ tradere Sisarã, & quòd una mulier Hebræa confusionẽ faceret in domo Nabuchodonosor, Iudith 4.* & lib. 1. ad illa verba Luc. 1. 28. *Dominus tecum,* sic ait: *Ad ultimum fuit Dominus cum ea, & ipsa cum Domino in eodem labore, & in eodẽ opere nostræ redẽptionis. Mater misericordiæ Patrẽ misericordiarũ adiuvit in opere nostræ salutis. Vnde prædictũ erat Genes. 2. de prima muliere: Non est bonum hominem esse solum; faciamus ei adiutorium simile sibi. Illa enim litteralis Eva viro suo nõ fuit in adiutorium, sed in destructoriũ magis, hæc autem in adiutorium.* Sed ãdversus præfata insultabis illo præfultus loco Isai. qui ex persona patientis Domini clamat: *Torcular calcavi solus, & de gentibus non est vir mecũ*, cap. 63. 3. Zelotypũ se Dominus sustẽtæ pro nobis passionis prodit, nullius se opera indiguisse testatur, cruciatuum tempestatem totius se auxilij exsortẽ fuisse adortum profitetur, plenam salutis nostræ gloriam sibi adscribit, nullus est, quo cũ ea partiatur, neminem in illius advocat consortiũ. Si Maria in nostra instauranda reparatione comitem se præbuit Nato, si illi se adiunxit conredemptricem & subsidiatricem, quo pacto Filius solùm se iactat torcular calcasse? Duplici viâ imminens iaculum eludam. Verè gloriatur Dominus solùm se torcular passionis intrasse, humanamq; salutem absque humano auxilio fuisse operatum: quia crucẽ sustinendo solus fuit, qui ex condigno nostrã promereretur libertatẽ; in hoc ordine promerendi dũpatitur, omnibus fuit eminẽtior, imò & solus, singularis enim fuit, qui sub prælo crucis constrictus cõmotam in nos divinam iram nostrisque piaculis lacessitam ex cõdigno sedaret, in huiusmodi meriti sphæra nullum assumpsit sociũ, neminem consortem est passus. Hic tamen non obest dignitatis singularitati, quòd Mariam comitem acciverit in passione, quæ eius meritorum condignitati suorum meritorum congruitatem fibularit, & de cõgruo patiendo, quos ipse de condigno redemerit. Secundò difficultatem exarmabo, si verba vaticinij expenderis: *Torcular calcavi solus, & de gentibus non est vir mecũ.* Solitudo passionis ex ore Dominico, quem, oro, excludit? Virum dumtaxat. Adstruens enim Dominus se solũ passionis fellea vada tranâsse subijcit, *& de gentibus non est vir mecum*, viri negat subsidium, non fœminæ, quã in adiutoriũ sibi patienti noverat esse datã. Sic Richard. de S. Laur. lib. 1. de laudibus B. M. præscriptis enim verbis hæc annectit: *Quid ergo est, quòd Dominus dicit: Torcular calcavi solus, & de gẽtibus non est vir mecũ? Verũ est Domine, quod nõ est vir tecũ, sed una mulier tecũ est, quæ omnia vulnera, quæ tu suscepisti in corpore, suscepit in corde: & sicut lãcea militis perforavit latus tuũ, ita gladius doloris eius animũ pertransivit: & sicut tu, nõ quod voluisti, sed quod Pater tuus voluit, sustinuisti: sic prædixeras Ioan. 6. Descẽdi de cœlo, ut non facerẽ volũtatem meã, &c. ita ipsa, non quod ipsa voluit, sed quod tu voluisti, sustinuit tecum. Quia sicut tu salutem humani generis in cruce sitivisti, sic & ipsa sitivit*: & lib. 2. in hæc verba:

Richar. de de S. Vict.

Isai. 63. 3.

Richar. de S. Laut.

Idem.

Richar. de S. Laurẽ.

Quod

Idem. *Quod autem prædixerat Iſaias in perſona Chriſti: Torcular calcavi ſolus, & de gentibus non eſt vir mecum; ſic intelligendum eſt, & ſecurè poteſt ſic exponi. Verum eſt Domine, quòd non eſt vir tecum, ſed una mulier ſtat tibi crucifixo, quæ quaſcunque plagas, quæcunque vulnera, quoſcunque dolores ſentis & ſuſcipis in tuo corpore, compatiendo ſuſcipit in viſceribus cordis ſui: & ſicut dira lancea perforat latus tuum, ſic eius animam pertranſeunt dolorum tuorũ gladij univerſi. Sic igitur patet, quemadmodum hæc mulier cooperata ſit ad ſalutem mundi. Nam Filio ponente animam pro ſalute mundi, Mater etſi non poſuit pro mũdo animam, expoſuit tamen, & quod potuit fecit: nec ipſa defuit martyrio corporali, ſed ei defuit corporale martyrium.*

29 Ex his plenâ luce irrorantur, colorãturque verba illa Epiphan. ſer. de laudibus Virginis: *Dico ſanctam Virginẽ eſſe crucẽ: extendens enim ſanctas ulnas Dominũ portavit.* Sed quo ſenſu, quodvè ſacramentum inveſtigans Beatus Epiphanius Mariã nomine crucis conſignit? Quid, quæſo, cõmune Maria habet cũ cruce? Quidvè ſimilitudinis, ut conſentaneè crux accerſatur? Et quod magis eſt demiratione dignũ, difficultatemque innodat amplius, eſt ratio, ob quã crucis illi nomen indat: *Extẽdens enim ſanctas ulnas Dominum portavit.* Quid hoc? Quia Mariæ brachijs velut molli culcitrâ, blandoque & delicato pulvinari Chriſtus decubuit, eſtnè crux dicẽda Maria? Nã ſicut dulce onus Mariæ lacertis divinus infans fuit, ſic infanti illa tener & ſuavis accubitus delicioſuſque lectus. Crucis brachia dira ſe & dura erga Dominũ præbuerũt, Mariæ tenuia & delicata, ibi diſcruciatur Dñs, hìc quieſcit & delicijs affluit. Quomodò ergo Mariæ brachijs puſionẽ ſacrũ ſuſtinentibus, crucis congruit nuncupatio? Reſpondebis forſan, quia ſicut crux mundo redemptionẽ peperit, ſic Maria, & quia crux generis humani appellatur redemptio, meritò crucis nomẽ Mariæ imponitur, ut ea hominis redẽptio ab Epiphanio innuatur. Optima ſanè ratio, ſed lepidiori ſale cõdienda. Bifariã poſſumus crucẽ contẽplari, duplicẽque in ea ad Chriſtũ reſpectũ cõminiſci. Nã & acerba illa extitit, & immitis, cui ſanctiſsimũ corpus diſtortũ ſolutiſque compagibus, manus pedeſque terebrantibus clavis confixum erat. Sed ſub hoc crudelitatis oſtentu dulcem ſe illi ſuavẽ eiuſque vulnera recreãtem, fallentemque dolores exhibebat. In cruce enim Chriſti corpus non ſolũ emergebat fixũ, ſed confixũ pariter primum illud in genus humanũ ſtillans ſcelus, vel potius inſtrumentum, aut ſyngrapha, quâ nos ob illud dæmoni debitores tenebamur. Sic docuit Apoſt. ad Coloſſen. 2. 4. *Delens quod adverſus nos erat chirographũ decreti, quod erat cõtrarium nobis, & ipſum tulit de medio affigens illud cruci.* Quem locum ita interpretantur Tertul. Ambroſ. & Anſelm. qui ait: *Chirographum id eſt manuſcriptũ erat perpetratio prævaricationis Adæ, quod erat adverſus nos, & adverſabatur ſalutì noſtræ.* Vnde Orig. geminam, vel duplicem Chriſti Domini crucem appellavit: ex uno enim latere ſuſpenſum erigebat Chriſtum, ex alio verò latæ ſententiæ chirographũ in primum flagitium fixum oſtentabat. *Crux Domini noſtri* (inquit hom. 8. in Ioſue) *gemina fuit, hoc eſt gemina ratione conſtat & duplici, quia viſibiliter Filius Dei in ea crucefixus eſt, inviſibiliterverò in ea cruce diabolus inxta illud Pauli: Chirographũ quod erat contrarium nobis, tulit illud de medio affigens cruci ſuæ.* Quãobrem ſi in ea crucis parte, quâ pendebat Chriſtus, illius torquebatur corpus & patiebatur, tamen in ea, quâ pendebat chirographũ in ipſoque diabolus, quieſcebat, & dolores ipſius ſopiebãtur. Ergo cùm Sanctus Epiphanius Mariã crucem appellat, in eius gremio infantem Chriſtum iacentem meditans, non de cruce loquitur, quæ illi moleſtiã exhibuit & cruciatus, ſed quæ levamen ei & requiem, & ne tormentis ageretur, ſoporem infundebat, eò quòd in ea infectæ originis ſyngrapham cõfoſam & evacuatã ſentiebat. Quaſi diceret Epiphanius: Cũ Mariã crucẽ appello, & inter illius brachia perinde ac inter cornua crucis Chriſtũ diſtentũ aſſero; haudquaquã ſermonẽ facio de crucis rigore & duritia, quæ illius corpori vim intulit, quo enim pacto moleſta illi foret, quã in thronũ ſanctæ requiei ſibi præſciverat & deputaverat? Loquor de cruce, quatenus in ea peccatũ originale & illius chirographũ erat ignominiæ & oſtẽtui traditũ, ſuperatũ enim in ea & dejectũ iactabatur, quemadmodũ enim crucẽ non attigit, neque Mariam; & quemadmodum per crucem in alijs fuit exarmatũ, ſic per Mariam. Igitur ſicut inter crucis apices, qui infamiam Chirographi prodebant, ipſumque convulſum & confractũ monſtrabant, plenâ dulcedine inebriabatur Dominus. Nihil enim illi tã dulce iucundũque quã humani generis libertas & redẽptio; ſic quoties adhuc infantem Mariæ brachia illũ excipiebant, oblectabatur, & lætitiæ oleo inũgebatur, odore enim ſuperati originalis piaculi, quẽ illa emittebãt, recreabatur, & quoties in eis tripudiabãt & volvebatur, iã crucis requiẽ præſentiebat, in eiuſque ſe vertere cornubus autumabat, quæ triũphũ adverſus originale crimen partum præferebant.

Ad Coloſ. 2. 4.

Anſelmus.

Origen.

Epiphan.

Quòd ſi ob hanc cauſam meruit cruce ſalus hominum appellari, teſte Cyrillo Ieroſolym. Catecheſ. 13. *Crucis autẽ corona & cæcos in ignorãtia illuminavit, & vinctos à peccatis ſolvit, & univerſũ genus humanũ in mũdo redemit.* Conſentaneè quidem Chriſtus inter Matris brachia quieſcens, quaſi inter brachia hominẽ redimẽtia dicitur quieviſſe. Vel appellatur Maria crux ab Epiphanio, cũ brachijs ſuis Filiũ amplexabatur; quia ſi Simeõ crucẽ prædorat' eſt, quæ iã in Mariæ animo extruebatur, præſenſit q; illius paſsionẽ, quæ mũdo erat allatura remediũ. Quid mirũ, ſi Divus infans brachia pectuſque Parentis frequentãs, præolfactaret crucẽ, quã Simeonis vaticinium in eius corde iã erexerat, *& tuã ipſius animã pertranſibit gladius*, Luc. 2. 35. & quoties ulnis exciperetur maternis, quid mirũ ſi ipſe ſibi crucis brachia occupare videretur, & illius odorẽ percipere paſsionis, quæ mundi redemptionem erat de congruo promeritura. Animosè ergo, ſed & ingeniosè, pronuntiavit Epiphan. *Dico ſanctã Virginẽ eſſe crucẽ, extendens enim ſanctas ulnas Dominum portavit.*

Cyrillus Ieroſolymit.

30 Demũ iam tertiã delibemus rationẽ, propterquã redẽptricis honore Mariã Arnoldus affecerit: *Cooperabatur tamẽ plurimũ ſecundũ modũ ſuũ ad propiciandũ Deũ ille Matris affectus; cũ tã propria quã Matris vota charitas Chriſti perferret ad Patrẽ, cũquod Mater peteret, Filius approbaret, Pater cõdonaret. Diligebat Pater Filiũ, & Filius Patrẽ; Mater verò poſt utrumq; ardebat, unumq; erat, quod diverſa exhibebãt officia, quod Pater bonus, quod Filius pius, quod Mater ſancta intẽdebat, quod in commune elaborabat dilectio, ſimulque ſe complectebantur pietas, & charitas, & bonitas: Matre ſupplicante, Filio interpellante, Patre propiciãte. Filius ad pectus Matris & ubera, Pater ad Filij crucẽ & vulnera reſpiciebat: & quid inter hæc tanta pignora nõ moverent? Quid illa ſanctitatis ſchola niſi pietatẽ doceret? Quid niſi miſericordiã informaret? Dilectio, & sãctitas, & bonitas nihil ſibi contrariũ ſapere poterant, nec reluctari ſibi, nec adverſari concordiæ cõgruebat: & omninò decebat, ut ſupplicatio, & ſanctificatio, & exauditio in negotio rectitudinis convenirent.* Eadem ferè inculcat Arnoldus tract. de laudibus Mar. *Securum acceſſum iam habet homo ad Deũ, ubi mediatorẽ cauſæ ſuæ Filiũ habet ante Patrem, & ante Filiũ Matrem, Chriſtus nudato latere Patri oſtendit latus & vulnera, Maria Chriſtus pectus & ubera: nec poteſt ullo modo eſſe repulſa, ubi concurrunt, & orãt omni lingua diſertius hæc clementiæ monumenta & charitatis inſignia.* Sed prius quàm progrediamur ulterius, horũ verborũ delibranda eſt cortex, & quærendũ arcanũ. Videtur enim Arnoldus alliciendi poteſtate pectus & ubera Matris voluiſſe æquiparare lateri & vulneribus Nati. Nã ait, Filiũ Patri, ut cũ mundo reddat propicium, latus & vulnera præſentare, & ut pariter Mater pro Filij in homines inclinanda pietate decertet, Filij aſpectibus eã aſſerit pectus & ubera obijcere. Quid Filius Patri latus & vulnera offerẽs niſi dura bella inita ſanguinẽ effuſum, corpus confoſum cruciatibuſque onuſtũ ad ipſius imperiũ offert? Quid Mater proli pectus & vulnera oſtentans niſi pia officia, blãda obſequia, tenera miniſteria, dulcia ſervitia oſtẽdit? Quid tam ſuave Matri, quid tã gratũ & charũ, quã dilectũ lactaſſe Natũ, illiuſq; gerulã effici, pectori illũ ſtrictè admovere, gremioque fovêre? Æquè ne, & ex pari ſanguis effuſus, & lac emulſum militabũt? Nũ ſimili virtute cruda certamina, & obſequioſa lenocinia indivinã clementiã impetrandã impetum facient? Quorſum ergo Arnoldus latus & vulnera Filij pectori & uberibus Matris in expugnanda cœleſti pietate videtur exæquare, quaſi paria tela pectus & ubera aperiendo criſpet Maria, ac Filius latus & vulnera prodendo. Accipe haud illepidam evaſionẽ. Pectus Matris diræfuit (ut iã vidimus) licèt incruentæ coniſtica paſsionis: in qua totã telorum eluẽ, quã in corpore Chriſtus, Maria in animo ſuſtinebat, intima illius pectoris animæ ſanguine madebãt aſperſa, ibi cõpreſsi ſingultus, ſuppreſſæ lachrymæ, intercepta ſuſpiria rigida ciebẽt bella, quæ pectoris paleſtra ferè non capiens, ferè non ſuſtinens intùs debellantiũ cõmotione confringebatur. Cũ igitur integra Mariæ paſsio in animũ irruerit, pectuſq; ſedes animæ ſit, non importunè, nec inæqualiter diſsidet à Filio ingenij ſui oblatione Mater. Nã ſi latus & vulnera Filius Patri præſentat totius paſsionis veluti ſummã, quaſi cõpendiũ totius paſsionis ſuæ Maria pectus Filij oculis opponit, illud enim ſtadiũ cruentæ pugnæ fortiſsimo patientiſsimoque pugili animo miniſtrabat. Sed quorſũ oſtẽdit ubera? Nũ illa lac dũ infundunt, vulneribus Chriſti fundentibus ſanguinẽ æquũ erit conferre? Quo, quæſo, paritatis aſpectu ubera Matris & vulnera nati ſibi reſpondeant? Vt enitar, quod conceperim, præmitto, Mariam ut præcipuã & potiſsimam ſui gloriam coluiſſe & ſuſpexiſſe virginitatem, adeò enim ſe illi tradiderat obſervantiſsimam dilectricem, ut vitæ illam præhaberet, ſatiuſque mortem oppetere duceret, quàm virgineo flore ſpoliari. Nec hoc mirum, cùm inter virginitatis gloriam, divinique puerperij dig-

Arnoldus.

Idem.

ni-

niratem quaſi anceps hæſerit, potiuſque in illam, quàm in hanc viſa fuerit, propẽdere: quaſi quid magnum in Dei matrem eligi non appenderit virgineum decus amiſſura. Hæc verba illa innuunt; quæ Angelo divini Verbi incarnationem ei pollicenti obiecit:

Luc. 1. 34 *Quomodo fiet iſtud, quoniã virũ nõ cognoſco?* Luc. 1. 34. in quæ verba, Niſſenus orat. in

Niſſenus. Natalem Domini: *Audi pudicam virginis vocem, Angelus partũ nuntiat: at illa virginitati inhæret, & integritatẽ angelicæ demõſtrationi anteponendã indicat. Nec Angelo fidẽ non habet. nec à propoſito recedit ſuo, interdixi enim mihi conſuetudine viri. Quomodo iſtud erit mihi, quoniam virum nõ cognoſco?* Et paulò inferiùs: *Verũ quia carnẽ Deo conſecratã tanquam ſanctũ aliquod oblatum munus oportebat intactã, integrãque præſtare, idcircò, licèt, inquit, Angelus ſis, licèt è cœlo venias, licèt id, quod obſtenditur, naturã ſuperet humanã, tamẽ me virũ cognoſcere nefas eſt.* Cũ ergo in virginea ſpecie ſitũ fuerit pretioſius Mariæ ſtemma & decus ſingulare, quidquid hanc inficiabatur, probroſum erat illi & moleſtum, potius enim in ſe, quã in virginitatis integritate pati optabat. Mammæ igitur Mariæ lacte plenæ, quæ puero propinaret, in hominũ oculis virginitatẽ illius mentiebantur, hancque illius gloriã evacuabãt, nã exmulſo lacte nullus ferè præter Ioſephũ, qui rẽ divinitùs noverat, erat, qui eã virginẽ æſtimaret. Quapropter nihil Mariano ſtemmati tã erat iniuriũ & infenſum, quã turgẽtia ubera, ex ijs enim univerſi cõmunem cõiugij corruptionem fuiſſe illã paſſam indubitatò cenſebãt. Vnde ſi dulce erat Mariæ & lætũ pueri nectareo illo cãdore labella irrorare, ægrum erat illi & acerbũ corruptæ notã & laſſatæ virginitatis; caſto licèt interveniente cõnubio, probrũ ſuſtinẽre. Sicut enim Filio vulnera inflicta hominem illum prodebant, nõ Deũ, nam ſub vulnerũ ludibrio tegebatur, & latebat Dẽitas, humanitatis verò vilitas emergebat. Sic tumentia Mariæ ubera virginitatẽ illã negabant; palliabatur enim ſub illis & veluti opprimebatur virginitas, & caſti cõiugij incorruptio. Iam elucebit tibi quã concinnè, quàm conſonè ubera Matris Filio oſtenſa vulneribus Filij Patri manifeſtatis mirâ collãtione Arnoldus cõiunxerit, & utraque quaſi æquali ad alliciẽdam divinam pietatem virtute armaverit. Nã quemadmodũ Filius Patri revelans vulnera probra & iniurias, quas ſuſtinuerit, oſtendit: ſic Maria ubera Filio nudans ignominiã & dedecus ſuæ virginitatis in hominũ æſtimatione opponit. Sãciatur ergo optimo iure Matrem oſtenſione uberum apud Filiũ noſtram conſtitui mediatricem, ſicut Chriſtus apud Patrem vulnerum manifeſtatione.

31 Iure mediatricis Mariã divino ſolio pro humano genere ſe interponere, communis eſt Eccleſiæ, quæ illã pleno ore advocatã noſtrã appellat, & illius Doctorũ conſenſus. Richard. de S. Victor. c. 39. in Cant. air: *Inter divina, atque humana media & mediatrix eſt Maria, ut humana ſupergrediatur, dũ tã divina per Filiũ operatur.* Et B. Bernard. ſer. de Virgine Maria de verbis Apocalyp. *Amplectamur Mariæ veſtigia, fratres mei, & devotiſſima ſupplicatione beatis illius pedibus provolvamur. Teneamus eã, nec dimittamus, donec benedixerit nobis. Potens eſt enim, nempè vellus eſt mediũ inter rorẽ & areã, mulier inter Solẽ & Lunã, Maria inter Chriſtũ & Eccleſiã cõſtituta.* Richardus autẽ de S. Lauren. lib. 2. de laudibus B. M. inquit: *Maria advocata noſtra eſt ad Filiũ, ſicut Filius ad Patrẽ, imò apud Patrẽ & Filiũ procurat negotia & petitiones noſtras, unde dicimus ei: Eia advocata noſtra: & ſtatim: tam prudẽs etiam & diſcreta eſt advocata Maria, quòd non poteſt Filius vindicare in eos, pro quibus ipſa allegat, quod ſignificatur in facto Abigail 1. Reg. 25. quæ avertit irã David à Nabal ſtulto ſubtilitate verborũ ſuorũ. Deſignatur etiã per illã mulierẽ, quæ liberavit civitatem Abelam ſapientia ſua, 2. Reg. 20.*

Richar. de de S. Vict.

Bernardus.

Richar. de S. Laur.

32 Hoc Mariæ munus in ipſa Filij paſſione fuiſſe dedicatũ arbitror, & ab ea ipsã ad hoc excelſum opus mediatricis inauguratã. Nã cùm Dominus ad occidentalẽ plagam converſus occubuerit, ut intelligeretur Princeps tenebrarũ ſuâ morte interemptus & fugatus, & quòd in illũ potentiæ ſuæ ſpicula intenderit; quod quidẽ nõ diſtortè arguitur ex antiquo illo more Eccleſiæ, quæ aquâ tingendos adverſus occaſum ſiſtebat, ut Sathanæ pompã & imperiũ refelleret, ſimulq; oſtenderẽt illicò per baptiſmũ Chriſti Domini morti configurandos. Authore Cyrillo Ieroſolym. Catechef. myſtagog. 1. *Qua de cauſa adverſus occaſũ ſteteritis opẽ ræpretiũ eſſe puto explicare: cùm Solis occaſus apparentium tenebrarũ ſit locus; diabolus autẽ cũ ſit tenebræ, robur in illis ſuũ habet. Idcircò ſymbolicè occaſum ſpectantes caliginoſo illi tenebrarũ Principi renũtiatis. Quid igitur unuſquiſque veſtrum ſtans dicebat? Renuntio tibi Sathana, tibi, inquã, ſcelerato & ſæviſſimo tyranno, nõ amplius metuo vires tuas: diſſolvit enim eas Chriſtus ſanguinis mei & corporis particeps, ut ſuis paſſionibus & morte mortem opprimeret, ne perpetuò eſſem obnoxius ſervituti.* Ergo baptizandi adverſus occidentem ora tenebant dæmonem abnegãtes, ut indicarent à Chriſto Domino animã effla-

Cyrillus Ieroſolymit.

flante ad occasum spectante illum superatu & disiectum. Reliquum erat, ut Maria, quæ à dextris crucis stabat, Aquilonarem plagã tenêret, Christoque pendenti ab Aquilone assisteret, quasi media inter Aquilonem & Christũ. Si verò rationem inquiras, ob quã Parentem Dominus ad dexteram suam locârit, volueritque inter se & Aquilonem esse interiectam, facilè obvia tibi erit in sacrâ Pagina per Aquilonem peccatores designari. Quasi ex cruce Dominus viam illis statuerit, per quam ad se haberent accessum. Sciant peccatores, cùm ad redemptionem festinant, cùm salutis suæ inveniendæ aviditate ardent; portam necessariò illis adeũdam esse Mariam, ad hanc pietatis arcã tanquam ad reparationis suæ limen humiliter suppliciterque provolvãtur: inter se & Christum positam illã meditentur, cùm ab Aquilone fugientes ad illũ confugiunt, ut à Christo haudquaquam se excipiendos, quin per illam fore cognoscant. Sic Richardus de S. Laur. lib. 2. de laudibus B. M. *Sicut Filius mediator est Dei & hominum, 1. ad Timoth. 2. sic Maria nostra ad Filium est mediatrix: qua scilicèt mediante venit ad nos Filius Dei; & qua mediatrice ad Filium pervenitur. Ad quod innuendum Christus moriens eã habuit ab Aquilone, quo significantur peccatores, quasi hoc ipse diceret, quòd ipsa mediante dexteram suæ propiciationis extenderet peccatoribus congelatis, quod & ipse facit adhuc nobis, prout significat imago Crucifixi.* Richar. de S. Laur.

Nec invalidè firmat, & cõfirmat Matri Filius mediatricis munus, dũ iã animam agens versus Matrẽ inclinat caput. Invenies enim crucifixi caput in Matrẽ propendens cõmuniter depingi. Caput demittere significat, vel reverentiã alicui exhibere, vel, quod petit, donare: itaque est & veneratione & exauditæ supplicationis indiciũ. Cùm ergo inclinare caput, annuere sit & assentire, simulque reverentiæ & observantiæ obsequium: moriturus Christus Dominus & testamentum confecturus versus Matrem piè demittit caput, ut ultima vitæ suæ functio Matris cultui & honori videatur dicare, pariterque voluntatem suam & assensum in omnibus in eius deponere potestate, eorumque illam hæredem instituere, quò vitæ suæ cursus fæliciter provectus coronetur. Itaque caput inclinasse Matri, nil fuit amplius, quàm pietatis iura persolvendo, observantiam illi, & suum consensum testamento legasse, quasi Filij voluntatis Maria extunc temporis Domina intelligatur. Quamobrem peccatores iustiquè, ut gratiarum omnium largitionem, cœlestiumque munerum affluentiam impetrent à Deo, sacrarium Mariæ coguntur adire tãquam electam à Deo mediatricem; & consensus divini singulare depositũ. Sic Richardus ubi suprà: *Et notã, quòd non solùm ex ea parte dexteram extendit, sed & caput spinis coronatum inclinavit. Quasi diceret: O vos peccatores precibus Matris meæ vobis dexteram porrigo, & caput meum spinis confixum ostendo.* Itaque Matri preces pro humano genere obtendenti caput demittit Christus & inclinat, eiusque annuens votis è vita discedit, quasi haud necessariã mundo vitam suam duxerit, postquàm mediatricis officium Matri testatum reliquerit & probatum. Imde.

33 Et verè talis debuit esse vitæ Domini finis, talis exitus, ut suo principiò & initiò responderet, & simili quadã amicitiæ confererent utraque inter se manus, mutuòque se Alpha & Omega respicerent. Nã cui in extrema meta caput inclinans de suo assensu & cõsensu testatus est, in prima vitæ suæ dedicatione manus obtulit ligandas veluti illas in Matris potestate suo arbitrio vinciendas & dissolvendas constituerit. Fige oculos mentis in verba illa Luc. 2. 7. *Et peperit Filiũ suũ primogenitũ, & pannis eũ involvit, & reclinavit eũ in præsepio.* Quod quidẽ tanto rei sacramento peractũ est, ut hæc fasciatũ implicatio, quã Christus puer circũplicabatur, in signũ Nati Dei paltoribus ab Angelo fuerit tradita: *Et hoc vobis signũ, invenietis infantẽ pannis involutũ*, n. 12. Nulla alia erat nota singularis, nullũ aliud specialius insigne, quod in testimoniũ Dei infantis proderetur, nisi fasciæ ipsum constringẽtes? Quid ni inter tot rerũ portẽta vulgare hoc & ignobile signũ tantũ Dei facinus atteslaretur? Verè hoc vobis, cæteris omissis, ô pastores, ostendo, ait Angelus. Hoc enim multũ vestra interest, ad vos hoc maximoperè spectat, curiosius attendite & rimamini, quis infantẽ involverit, quis manu eligaverit, cui ipse eas tradiderit, & eũ suspicite, & observate: attendite venerabilem Matrem esse, cui dum manus commendat plicandas, innuit eam esse, quæ velũt Domina eas ad vindictas comprimat, eas ad donorum effusionem aperiat. Strenuè Richardus de S. Laurent. lib. 10. de laudibus B. Mariæ: *Ligavit Mater Filio manus in cunabulis, ne posset extendere de cætero eas ad feriendũ, nec manus habere nisi ad beneplacitum matricis; sicut patet in pueris, qui colligantur incunabilis, & tanta potestas super Filium Dei, & suum tunc data est matri.* Hoc splẽdidius adhuc innotuit in illo triũ Magorũ, quos cœlestis index regebat, mysterio. Attẽtius discute verba illa Matth. 2. 9. *Et ecce stella, quam viderant in Oriente, antecedebat eos, usque dum ve-* Luc. 2. 7. Luc. 2. 12. Richar. de S. Laur. Matth 2. 9.

veniens ſtaret ſuprà ubi erat puer: & intrantes domum invenerunt puerum cum Maria matre eius. Vigilem mentem expoſtulat ille loquendi modus, *uſque dum veniens ſtaret ſuprà ubi erat puer.* Cur nō protulit ſupra puerum, ſed ſuper locum ubi infans erat? Sed ubi, quæſo, erat infans? Require, ubi eam invenerint tres Reges: *Et intrantes domum invenerunt puerum cum Maria matre eius:* Id eſt, puerum ſimul & Mariam, eumque in huius gremio recumbentem. Si ergo ſtella prævia Magorū ductrix ſtetit ſuprà ubi erat puer: ſtetit proculdubio ſupra Mariam, erat enim ſinus Mariæ, ubi puer erat. Quapropter perinde eſt, ac ſi dixiſſet, uſquedum veniens ſtaret ſupra Mariam, ubi erat puer. Recole nunc, & appende ingentem ſacramenti molem, & miram cœleſtis ducatus providentiā. Præambula ſtella, cùm Magos gubernat Deum ambientes, & gratiæ illius divitijs inhiātes, directo tramite tendit in Mariā, ſpectat, ut Filiū ſuum illa contineat amplexu, tuncque ſupra Mariā ſtat, & illos ſtimulat intrare, ut quæ claves habet cœleſtis theſauri, manibuſque Filij dominatur, eaſque pro libito ſuo aperit & obſerat, eos proſtratos propicius intueatur, & lucē ſectantibus oſtendat lumē, ſolis radios diſcingat, quibus illuſtrētur, locupletis diſſolvat manus, quibus ditētur, fontē revelet gratiarū, quibus exundēt, doceatque ſtella unicā eſſe Mariā orbitam, quæ ad Chriſtum ducat, ingeniūque Chriſtū quærendi & inveniendi. Ea enim potiſſima cauſa eſt, ob quā dicitur ſtetiſſe ſtella, nō ſupra puerū, ſed ſuprà ubi erat puer, nēpè ſupra Mariā. Accipe Euſebium ſive Emiſſenus ille ſit, ſive Gallicanus, apud Caten. Græc. in Luc. *Sed quare eos antecedit ſtella, niſi ut viam eis oſtendat, & ad puerum ducat? Sequntur igitur eā, veniunt in Bethlehem, ſtat ſupra domum illā, in qua erat Virgo Maria: ſtat ſtella ſupra ſtellam, Maria enim ſtella maris interpretatur; ſtella itaque Filius, ſtella & Mater, ſtella oritur de ſtella, ſed maior, quæ oritur, quā illa, de qua oritur. Vnde & meritò ſuprà ſtare videtur, nō dixit ſupra puerū, ſed quid dixit? Suprà ubi erat puer. Vbi enim erat puer, niſi in ſinu Matris? Stabat igitur ſtella, & clamabat: habet enim linguā ſuam, ne enim longè petamus exēpla, ſic illa ſtella loquebatur Magis, ſicut iſtæ litteræ loquuntur nobis, ſignificando igitur loquebatur. Sed quid ſignificabat? Quid dicebat? vis audire? quid? Hic eſt puer, hìc eſt Mater pueri, hìc eum quærite, hìc eū invenietis.* Quā appoſitū, quàm conſentaneū, ut cui Chriſtus oriēs manus extendit, quas pro arbitrio ſuo ligaret & ſolveret, occidens caput inclinet, ſui Mariam aſſenſus hæredem relinquēs, ſicque ſibi initium, vitæque illius terminus æqualiter & immobiliter conſtent.

Euſebius.

34 Sed ab altiori fonte Mariæ pro genere humano mediatio, & advocatio præſtructa & adūbrata emanat, illicò enim ac Chriſtus Dominus ſub figuris deliteſcēs apparuit, Maria illi erecta in mediatricē adhæſit. In hanc interpretationē revoco locum illum Geneſ. 2. 18. *Dixit quoque Dominus Deus: Non eſt bonū eſſe hominē ſolū: faciamus ei adiutoriū ſimile ſibi.* Iam in Adamo manibus ſuis efficto plenū Chriſti ordinē, eiuſque myſterij paraturā Deus meditabatur; quē fore, ut inter homines ſeque interponeretur, ut advocati provincia fūgeretur, prævidebat; nec quòd in hoc obeūdo officio ſolus ille inſiſteret, Deo placuit. Quapropter ſociā illi decrevit ſecundā Evā prioris damna inſtaurantē Mariā, quam illi iungendā in mediationis munere voluit. Et hoc quidem ſummâ providentiâ geſtū eſſe arbitror; nā ad mediatorē miſeris facilis debet eſſe aditus, omniſq; fiduciæ plenus ingreſſus. Enimverò cùm in Chriſto mediatore maieſtatis horror humanitatis ſit copulatus lenitati, accedētes ad ipsū peccatores pavidos, diffiſos, pudore ſuffuſos, foret aliquādo, ut terror divinitatis averteret, metū incuteret, indeque illis quædam obreperet deſperatio. Quapropter conſentaneū valdè fuit, ut alia ei adſtaret mediatrix, quæ ſecuritatē gigneret, confidentiā ingereret calamitoſis, animos deficientes erigeret animaretque, ut eius humanitati & benignitati innixi, omni maieſtatis ſcandalo ab eius ſacrarij limine amoto, liberè & animosè illud invaderent. Sic decerpſi ex Bernar. ſer. de B.M. de verbis Apoc. B. Ioan. *Prudētiſſimus, & clemētiſſimus artifex, quod quaſſatū erat, nō confregit, ſed utilius omniò refecit. Vt videlicet novū nobis formaret Adā ex veteri, Evam transfunderet in Mariā: & quidē ſufficere poterat Chriſtus, ſiquidē & nūc omnis ſufficientia noſtra ex Deo eſt: ſed nobis bonum non erat, eſſe hominē ſolū. Congruebat magis, ut adeſſet noſtræ reparationis ſexus uterque, quorū corruptioni neuter defuiſſet. Fidelis planè & potens mediator Dei & hominū homo Chriſtus Ieſus. Sed divinā in eo reverentur homines maieſtatē. Abſorpta videtur in deitatem humanitas, non quòd mutata ſit ſubſtantia, ſed affectio deificata. Nō ſola illi cantatur miſericordia; cantatur pariter & iudicium; quia & ſi didicit ex his, quæ paſſus eſt, compaſſionem, ut miſericors fieret, habeat tamen & iudiciariam poteſtatem. Denique Deus noſter ignis conſumens eſt. Quid ni vereatur peccator accedere, ne quemadmodum fluit cera a facie*

Bernardus.

Gen. 2. 18.

ignis, ſic pereat ipſe à facie Dei? Iam itaque nec ipſa mulier benedicta in mulieribus videbatur otioſa: inveniretur equidem locus eius in hac reconciliatione. Opus enim eſt mediatore ad mediatorem iſtum, nec alter nobis utilior quã Maria: & paulò inferiùs: *Quid ad Mariam accedere trepidet humana fragilitas? Nihil auſterum in illa, nihil terribile, tota ſuavis eſt, omnibus offerens lac & lanam. Revolve diligentius Evangelicæ lectionis ſeriem univerſam, & ſi quid fortè increpatorium, ſi quid durum, ſi quod denique ſignum vel tenuis indignationis occurrerit in Maria, de cætero ſuſpectam habeas, & accedere verearis. Quod ſi (ut vere ſunt) plena magis omnia pietatis & gratiæ plena manſuetudinis & miſericordiæ, quæ ad eam pertinent, inveneris, age gratias ei, qui talem tibi mediatricem benigniſſima miſeratione providit, omnibus miſericordiæ ſinum aperuit, ut de plenitudine eius accipiant univerſi.* Eadem habet Bernard. ſerm. de Nativitate Mariæ circa medium. In eamdem mentem incidit Richardus de S. Lauren. lib. 2. *Advocata eſt Virgo Maria præcipuè coram Filio ſuo, & nobis generaliter impetrat omne bonum. Siquidem deerat nobis advocatus apud Filium antequàm Maria naſceretur. Dixit autem Pater, Geneſ. 2. Non eſt bonum hominem eſſe ſolum, id eſt, non ſufficit unicus advocatus, aut mediator, aut interceſſor humano generi in cœlo, cùm tot, & tam periculoſas cauſas habeat coram me, faciamus ei adiutorium, ideſt beatam Virginem, quæ alleget pro genere humano coram Filio, ſicut Filius coram me. Propter hoc dicitur de illa, Pſal. 88. Teſtis in cœlo fidelis.* Verba autem illa: *Non ſufficit unicus advocatus, &c.* non ſic intelligas, ut æſtimes autumaſſe Richardum mediatoris Chriſti merita non ſufficere divinum nobis ſubſidium implorare; ſed divinæ pietati unicum nobis præſcribere mediatorem non ſuffeciſſe, quæ ut divitiarum ſuarum ſupellectilem explicaret, exundavit, & Mariam Filio aſſuit virtutem potentiæ ſuæ exerens, & remedia patronoſque congeminans.

Richard. de S. Laur.

35 Verumenimverò ſi interceſſionem & patrocinium, quo Maria pro nobis erga Filium fungitur, piè & affectuoſè velimus ſcrutari, devotaque mẽte cum mediatione, quam Filius apud Patrem obit, conferre: neſcio, quid maioris virtutis vigentioriſque efficaciæ in mediatrice, quàm in mediatore rimari licebit. Nã Chriſtus, ut Deus eſt, non poteſt mediatoris gerere officium, ſed quatenus humanitate amictus. Cæterùm ut homo, inferior eſt Patre, & ut nequit præcipere aut iubere, ſed ſolùm ſupplici conatu preces offerre. Atverò in Maria, cùm apud Filium iura mediatricis adimplet, dubia quædam lux effulget dominij, & poteſtatis, quædamque maieſtatis ſpecies, quâ Filio videtur ſuperior. Quapropter cùm ſe Filio pro hominibus interponit, illius interceſsio non nihil imbibit poteſtatis, Filioque obijcit maieſtatem, quã Filius revereatur. Vnde Mariæ preces formam quandam inducunt authoritatis, in eiſque mutua videntur, ſed concordi viciſſitudine pugnare, & expugnari, & ſupplicantis humilitas, & præcipiẽtis imperium. Filiuſque inter has diſpares functiones, ſeu ſpecies medius ſimul videtur, & petenti cõcedere, ut ſuperior, & imperanti, ut inferior obtemperare, confusâ quadam, & promiſcuâ amicitiâ coëuntibus fœderato, & authoritate donantis, & obſecundantis humilitate. Cùm enim Maria Filio mediatrix aſſiſtit, haudquaquam matris dignitate nudatur, ſi verò poſtulat, ut mater, puerperæ auctoritas quendam maieſtatis, & excellentiæ ſplendorem diſtringit, quem Filius illicò obſervat, & veneratur ſciens matris vocem imperioſam quandam importare virtutem. Quamobrem matris dignitas in Mariæ præces refuſa ſic eas evehit, & veluti elevat, ut Filio non tam preces, quàm imperia videãtur; videaturque ipſe cùm eas exaudit, non tam dominioſè donans, quàm obſequioſè obediens. Sic Dominus inducitur matri ſubiectus, *& erat ſubditus illis*, Luc. 2. 51. Sic proditur Mater quaſi imperium in Filiũ exercens, eumque quodammodò obiurgãs, ſive obiurgatio fuerit illa dulciter querula, ſive querela blandè obiurgatoria: *Et dixit mater eius ad illum: Fili, quid feciſti nobis ſic?* num. 48. Sic confidenter Eccleſia clamat ad Mariam, cùm preces interponit, authoritatem matris non deponat:

Luc. 2. 51.

Monſtra te eſſe matrem,
Sumat per te preces,
Qui pro nobis natus,
Tulit eſſe tuus.

Quaſi dicat, qui te deprecantem excipit, pariter matrem experiatur imperantem; ſic exores, ut iubeas, ſicque exaudire, ut obſecundaris, contendas, mutuâ pace diverſa in te iura fœderẽtur. Hæc verò poteſtatis ſpecies, forma dominij, excellentiam maieſtatis in Chriſto cùm Patri ſe pro hominibus mediatorem præſentat, nõ elucet. Quia licèt Deus ſit, qui & mediator, & divinitatis dignitas in mediatoris munus impluat, nullus ex eo ſuperioritatis titulus, nullum ſpecimen erga Patrem inſurgit, quia cùm Deus Chriſtus, Deus pariter Pater ſit, uterque ſibi eſt æqualis, inter æquales autem nulla poſt intervenire præeminentia autho-

ri-

ritas, ſicque Filius nulla excellentiæ prærogativa vel titulo dignitatis, cùm Patri pro nobis ſupplex fit, præpollet, quâ Patrẽ notâ aliquâ vel apparenti obedientiæ inurat. Adeſt Richardus de S. Laurent. qui rem omnem plenè digeſſit, lib. 3. *Cùm omnes Sancti, & Angeli poſſint Chriſto ſupplicare, & à Deo exaudiri. Vnde dicit eis: Petite, & accipietis, Matth. 7. Maria ſola materna authoritate poteſt ut Filio imperare, quod ſignatum eſt 3. Reg. 2. ubi legitur Salomon, qui ſignificat Chriſtum, reſpondiſſe matri ſuæ: Pete mater mea, nec enim fas eſt, ut avertam faciem tuam. Ad hoc etiam figurãdum 3. Reg. 10. dicitur, quòd Rex Salomon dedit Reginæ Saba omnia quæ voluit, & petijt ab eo: Quæ videlicet Regina ſignificabat Mariam, ideò ſic oramus eam, Monſtra te eſſe matrem, quaſi diceremus ei, imperioſè & materna authoritate ſupplica pro nobis Filio tuo. Item illud; Ora Patrem, iube Natum. Dicunt autem quidam hoc non benè fuiſſe dictum, ſed mentita eſt iniquitas ſibi. Nonnè legitur, Luc. 2. de Ieſu, quòd erat ſubditus illis, ſcilicèt Mariæ, & Ioſeph propter Mariam? Non enim evaquabitur præceptum in patria illud Dominicum: Honora patrem tuum & matrem, Exod. 20. ſed perfectiſsimè adimplebitur.* Richar. de S. Laur.

Attentâ hac imperij conſideratione, quod Mariæ interceſsioni erga Filium immiſcetur, non cõgruè poteſt enuntiari, in Maria mediatrice iuxta noſtram concipiendi ſeriem nõ nihil validioris efficaciæ ampliorisque reperiri vigoris, quàm in Chriſto apud Patrem mediatore. Non omittenda duxi pia verba, Anſelm. in invocat. Virgin. *Fugiat ergo reus iuſtitiæ Dei, ad piam matrem miſericordis Dei: refugiatque reus offenſæ matris ad pium Filium benignæ matris. Ingerat ſe reus utriuſque inter utrumque; injiciat ſe inter pium Filium, & matrem. Pie Domine, parce ſervo matris tuæ, Pia Domina parce ſervo Filij tui, qui me injicio inter duas tam immenſas pietates, non incidam inter duas tam potentes ſeveritates. Dic mundi iudex, cui parces; Dic mundi conciliatrix, quem reconciliabis; ſi tu Domine damnas, & tu Domina avertis homunculum bona veſtra cum amore, mala ſua cum mœrore confitentem.* Anſelmus.

§. IV.

Ex his non immeritò evincitur, Mariam generis humani inſtauratricem & conredemptricem poſſe nũcupari.

36 *Patrum teſtimonia, qui ob has functiones Mariam generis humani redemptricem accerſunt. Expenduntur verba Bernard.*

37 *Marianum lac cum Chriſti ſanguine comparatum, ex Ambroſ.*

38 *Proterminatur collatio, ex Chryſoſt. & Adamo de Perſeu. librantur verba Richard. de S. Victor.*

39 *Mariæ ubera & Chriſti vulnera quaſi intimo quodam nexu copulata. Locus Cant. 7. 8. emicat ex Geneſ. 49. 11. & Numer. 13. 24. per Iſidorum Hiſpalen. & Richardum.*

40 *Sed & alia ſimilitudinis fibula illa colligat. locus Ambroſ. locus Iſai. 11. 8. ex Tertul. & Richard.*

41 *Quaſi æquales effectus virtutis fundũt Chriſti vulnera & Mariæ ubera. Locus Pſal. 22. 6. ex Cyrillo Ieroſolym. & Ambroſ. locus Geneſ. 9. 20. ex Auguſt. Eucher. & Gloſſ. locus Cantic. 5. 1. ex Richard.*

42 *Illatio ex præfatis, locus Pantaleonis, & Iſidori Peluſiot. illuminatus à Luc. 1. 42. ex Ruperto, Ambroſ. Cardin. Tolet. Gregor. Nazian. & Richardo.*

43 *Dignitas redemptricis præfulgens in Maria, iam olim in mundi opificio dedicata, Geneſ. 2. 9. ex Ruperto, Theodoret. Bonavent. Amedæo. Primi parentes originale expuiſſent venenum, ſi tunc ad Mariæ umbraticum fructum confugiſſent, Geneſ. 3. 8. ex Richar. de S. Laurent.*

36 EX triplicis rationis funiculo, ſeu faſciculo, quem prætexuimus mirè connectente ardentia Mariæ erga redemptionem orbis ſtudia & operoſos ſumptus ſatis appoſitè corona illi velut reparatrici noſtræ & conredemptrici imponenda adaptatur. Hac loquendi phraſi utuntur paſsim Eccleſiæ Patres. Mitto plures, quorum verba affert P. Suar. tom. 2. in 3. par. quæſt. 27. art. 2. diſput. 3. ſect. 5. Richard. de S. Victor. c. 26. in Cant. inquit: *Omnium ſalutem deſideravit, quæſivit, & obtinuit; imò ſalus omnium per ipſam facta eſt, unde & ſalus mãdi dicta eſt.* Allerere autem per Mariam operatam fuiſſe mundi ſalutem nil aliud eſt quàm per ipſam omnium redemptionem fuiſſe effectam; unde cùm ſalus appellatur mundi, non ſolùm illi nomen inditur redẽptricis, ſed ipſam redemptionem eam accerſere eſt. Richardus verò de S. Lauren. lib. 3. de laudibus B. Mar. ait: *Redemptionem mun-* Richar. de S. Victor. Richar. de S. Laur.

mundi operata eſt Maria, quando portio ipſius à Dei Filio aſſumpta in cruce immolabatur; & iſta portio pro peccatis totius mundi fuit hoſtia ſufficiens. D. Bernardus loquens de Chriſto crucifixo: Hæc hoſtia ſicut ſola prodeſſe potuit, ſic ſola ſuffecit. Ratione huius redemptionis dicit Beatus Bernardus de carne virginea. O dives in omnes, & ſuper omnes Maria, de cuius ſubſtantia pars aſſumpta totius mundi ſuffecit ſolvere debita! Grandis in uſus proprios remanſit divitiarum copia, quarum aſſumptio redimere, & reſtaurare potuit univerſa. Nec ſolùm tunc operata eſt illa caro mundi ſalutem & redemptionem, ſed quotidie operatur, quia carne eius, & ſanguine paſcimur, & potamur in Filij ſacramento, quia caro Filij, & Matris vna caro, unde Geneſ. 2. Erunt duo in carne vna, & ideò cum Filio poteſt ipſa dicere illud Ioan. 6. Caro mea verè eſt cibus, & ſanguis meus verè eſt potus, &c. Et fortè propter hoc dicit: Qui edũt me, adhuc eſurient, &c. Quæ verba ſupereminentem Mariæ gloriã continẽt, & exundantem ipſius laudem effundunt. In primis enim pronuntiatũ illud Bernardi à Richardo inductum enucleandum eſt: *O dives in omnes, & ſuper omnes Maria, de cuius ſubſtantia pars aſſumpta totius mundi ſuffecit ſolvere debita!* Videtur enim ſtrenuus Doctor Mariæ carnem veluti omnium divitiarum cœleſtium theſaurum, ſeu depoſitum contemplatus, quod non exhauſit divinum Verbum, ut genus redimeret humanũ, ideò portionem tantùm, non totam Mariæ carnem aſſumpſit. Quocirca ſubiunxit: *Grandis in uſus proprios remanſit divitiarũ copia, quarum aſſumptio redimere, & reſtaurare potuit univerſa.* Quaſi diceret: non abſumptæ fuerunt divitiæ, quæ in carne Mariæ erant repoſitæ, nec illarum copia inſumpta & expenſa, portionis cuiuſdam aſſumptio humanæ inſtaurationi fuit ſufficiens, & ideò grandis in uſus proprios remanſit divitiarũ copia. Innuit deinde propter aſſumptã carnem à divino Verbo adeò extrictam, conglutinaram, & inviſceratam inſurgere unionem carnem Filij cum Mariæ carne intimè copulantem, ut quandam veluti identitatẽ pariat, ob quam caro Matris dicatur Filij caro, & è converſo Filij caro caro Matris; *erunt enim duo in carne una.* Quamobrem quemadmodum divina hypoſtatica unio quoddam efficit inter Deum hominemque proprietatum commercium, quandamque idiomatum communicationem, ut ſermones, qui Deo conveniunt, approprientur homini, viciſsimque, quæ homini, Deo. Vnde dicimus Deus patitur, Deus moritur, homo mundum redemit, diabolum vicit, mortem ſuperavit, item homo Deus eſt immortalis, omnipotens. Sic unio, quæ ex aſſumptione carnis Marianæ à Verbo inter puerperæ Filijque carnem conflatur, adeò eſt arcta, ut quandam ſimul creet idiomatũ participationem. Vnde elocutiones quæ Chriſti carnis propriæ ſunt, Matri aptantur, & iuxta hunc concipiendi tenorem, ſicut enũtiamus, caro Chriſti mundum redimit, homines ſatiat, beatoſque reddit, ſic de carne Mariæ prædicamus, quòd orbem inſtauret, genuſque reficiat, alat, & beet humanum: *Quia caro Filij & Matris una caro.* Inſuper adijciendum eſt propter hanc ſermonũ proprietatem, Mariam non dicendum redemiſſe mundum, ſed quotidie redimere, nã cùm caro Filij caro ſit Matris, Filijque caro quotidie pro hominum ſalute immoletur, conſequens eſt, ut Mariæ caro quotidie dicatur in altaris myſterio pro hominũ reſtauratione libari. Et propter hanc idiomatum communicationẽ, quæcunque Chriſtus Dominus de ſua carne enuntiat, eloquitur Maria de ſua, atque idcircò quaſi Mariæ caro ſub panis ſpeciebus deliteſceret, ex eo quòd Filij corpus eiſdem contegatur, clamat: *Caro mea verè eſt cibus, & ſanguis meus verè eſt potus,* &: *Qui manducat meã carnem, & bibit meum ſanguinem, vivet in æternum.*

37 Hinc eſt, quòd Eccleſiæ Patres vix non aliter de Mariæ lacte, ac de Chriſti ſanguine ſermonem faciant, quaſi lactis aſperſione hominum fuerit illa conſtituta redẽptrix, quemadmodum Filius ſanguinis effuſione nomen Redemptoris promeritus. D. Ambroſ. lib. de benedict. Patriarch. cap. 11. illa verba elucubrans, Geneſ. 49. 25. quibus Iacob in filium Ioſephũ benedictionem eſt imprecatus: *Deus pater tuus erit adiutor tuus, & omnipotens benedicet tibi benedictionibus cœli deſuper, benedictionibus abyſſi iacentis deorſum, benedictionibus uberum & vulvæ.* Inquirens quæ hæc fuerit mãmarum & uteri benedictio, quã Chriſti nomine figuramque illius gerens Ioſephus acceperit, ait ea Chriſto approprians: *Omnia enim ſubiecisti ei, cœleſtia ſicut benedictionem cœli, & terrena ſicut benedictionem terræ, ut & hominibus & Angelis dominaretur: itaque in illo velut contemptibili corpore prævaluiſti, inquit, propter benedictionem uberum & vulvæ; & benè ubera, quoniam velut quodam nos ſpiritali lacte nutritos educavit, & obtulit Deo Filio. Vel Mariæ dicit ubera, quæ verè benedicta erant, quibus ſancta Virgo populo Domini potum lactis immulſit. Vnde & illa mulier in Evangelio ait: Beatus vẽter, qui te portavit, & ubera quæ ſuxiſti.* Expende

Gen. 49. 25

Ambroſ.

ex

ex eiſdem verbis geminum ſenſum ſubortum fuiſſe Ambroſij menti, quaſi geminum fratrem ab eadem vulva editum, geminúque nucleum ſub ſimplici cortice deliteſcentem. Per benedictionem uberum & vulvæ tum intelligit lavacrum illam ſanguinis effluxionem, quæ inſtar lactis à Chriſti vulneribus velut à chariſſimæ Parentis uberibus, in lavacrum, nutrimentum, & redemptionem hominum proceſsit, quâ ut filios iã ſuos nos Deo Patri obtulit; tũ benedictionem illam interpretatur, quâ Dei Mater Dei populum lactavit; ex eo enim quòd Filium Dei fuerit enixa, uberumque ſuorum lacteí propinaverit, congruè promerita fuit Dei populi fieri parens. Quocirca lac Filio porrectum, lac nuncupatur, quod fidelium labris immulſerit, eo enim ſpirituale eorũ obtinuit nutrimentum, & ad perfectum ſtatum inſtaurationemque provexit. Quàm mirum divinæ Sapientiæ ingeniũ à D. Ambroſ. repertum, ut ſanguinis Filij lactiſque Parentis myſterium ſub eiſdem verborum involucris obcinxerit, ut cũm quaſi fratres gemini evolvuntur è vulva, quaſi paris ſimiliſque virtutis uterque æſtimetur.

38 Nec prorſus à ſacrorum Patrum, & Interpretum phraſi alienum eſt, Chriſtum vulnera ſua prodentem ex eiſque ſanguinẽ fundentem velut Parentem contemplari lactantes teneros infantes, & ſic eorum redemptionem operantem. Chryſoſt. homil. 60. ad Popul. Chriſtum in Euchariſtiæ Sacramento, quod quidem eiuſdem paſsionis apprima imago, & appoſita repræſentatio eſt, inſtar nutricis conſiderat mammas infantibus oſtendentis: *Matres* (inquit) *multæ ſunt, quæ poſt partus dolores filios alijs tradunt nutricibus. Hoc autem ipſe non eſt paſſus, ſed ipſe nos proprio ſanguine paſcit, & per omnia nos ſibi coagmentatur*, & inferiùs: *Nonnè videtis, quanta promptitudine parvuli papillas capiunt, & quanto impetu labia uberibus infigunt? Accedamus cum tanta nos quoque alacritate ad hanc menſam: quinimò cum longè maiori trahamus tanquam infantes lactanei ſpiritus gratiam.* Pari modo de Mariæ uberibus purum candidumque illum liquorẽ ſtyllantibus verba faciũt Patres; ea enim quaſi quædam gemina ſalutis noſtræ lavacra cõſtituũt: ex eorũque puriſsimo profluvio cẽſent homines ceu infantes nutriri parirer & ablui. Adam enim de Perſevia apud Tilmah. in Allegor. ad illa verba Eccli. 24. *Quaſi oliva ſpecioſa in campis*; ſic ait: *Ignoſcite, quæſo, ignoſcite puero, ſi ubera de cœlo plena non deſerit, ſi ſacroſanctum pectoris virginalis ſacrarium non dimittit: ad incontaminata veſtigia Virginis piſcina poſita eſt pietatis, ubi pueri balneantur. Noſtis ætatem eiuſmodi frequentiori lavacro indigere, facillimè ſordes contrahit, & opus eſt, ut materna ſolicitudine conſuetiori balneo diluantur.* Quàm opportunè Mariæ pectus duplici illo ſacro tumore prominens piſcinam dixerit pietatis, ad quam accedentibus ſalus ſit obvia, vita ſit firma, ijque quantumvis antiquo & lethali morbo impediti illicò abſolvuntur; lavacrũ appellantur puerorum virgineæ papillæ, nam inſtar baptiſmi illis fiunt, nam illarum lacte aſperſi nivei lacteíque redduntur, & ab omni originis ſorde abſterſi. Richardus verò de S. Victor. cap. 23. in Cant. ad illa verba: *Duo ubera tua ſicut duo hinnuli capreæ gemelli, qui paſcũtur in liliis*, ſic fatur: *Poſſunt autem hæc ubera ad beatam Virginem transferri. Ipſa verò habet duo ubera geminæ dilectionis lac fundentia, quia reis impetrat veniam, iuſtis gratiã. Quæ ubera ſunt ſicut duo hinnuli capreæ: hinnulos hos intelligere poſſumus Angelos & hominum animas ad regnum iam translatas. Qui benè hinnuli dicuntur, quia montem cœleſtis habitationis conſcenderunt: & divinæ contemplationis dulcedine reficiũtur ſicut hinnuli & alta petere ſolent, & lacte nutriũtur. Hi hinnuli gemelli ſunt capreæ, ideſt Chriſti, à quo pariter capiunt, & ſugunt lac dulcedinis, divinitatis ſcilicèt, & humanitatis. Caprea enim eſt Chriſtus, quia ſalijt in montibus, & tranſilijt colles, & ita ſaltum dedit in uterum beatæ Virginis: & de hoc in mundum, & de mundo in cœlum, ubi paſcit hinnulos lacte cœleſti: cùm tam Angeli, quàm ſanctæ animæ pro peccatoribus ſolliciti ſint, & eis tam meritis, quàm interceſsione ſubveniant; & credendum eſt beatam Virginem tantum in hoc poſſe, quantum utramque hanc naturam, imò utraque potior iudicatur, quia utraque per hãc reparatur, & Angelorum ruina per hanc reſtaurata eſt, & humana natura reconciliata. Quid autem mirum, ſi beata Virgo & peccatoribus reconciliationis, & pijs gratiæ lac infundit, quæ mundum reconciliavit, & ipſã gratiam peperit, imò ipſum fontem gratiæ & diſtenditur per mundum, & extenditur uſque ad mundi terminos.* Quorum verborum ſenſum operæpretium eſt mulgere, & ſuccinctius perſtringere. Vbera ergo Mariæ gemino hinnulo comparat lacteíti pendentíque ab ubere matris. Capream ait eſſe Chriſtum, duos autẽ hinnulos, qui ab eius pendent mammis, lacque ſugunt, geminam naturam, angelicam ſcilicèt & humanã, inſtauratam, & reparatam; utraque autẽ ſanctitate referta beatitudine perfruente, & de mundi ſalute ſolicita potentiorem eſſe, ait,

Chryſoſt

Adam de Perſevia.

Richar. de S. Victor.

Ma-

Mariam. Denique ubera Matris cum Filij uberibus conferr. Nam quemadmodum, ait, Angelus, homoque ceu bini & gemini hinnuli, dum à mammis Chriſti lac trahunt, reparantur, & inſtaurantur; ſic dum uterque papillis Mariæ adhærent, pietatiſque lacte mulcentur, ſervatâ proportione, reconciliãtur. Id volunt illa verba: *Imò utraque potior iudicatur, quia utraque per hanc reparatur: & Angelorum ruina per hanc reſtaurata eſt, & humana natura reconciliata. Quid autem mirum, ſi beata Virgo & peccatoribus reconciliationem, & pijs gratiæ lac infundit?* Niſi velis perniciori mentis volatu evectum innuiſſe Richardum Chriſtum capream uberibus matris fuiſſe functũ, ut geminum hinnulum diſtenderet lacte, redemptioniſque munere donaret; ſed cùm ipſe ſua vulnera habeat, quibus velut mammis utatur; dum ubera matris in ſua quoque recipit, & ceu propria vult reputari, Mariæ mammas vulneraque ſua quaſi in unum videtur ſtuduiſſe confundere conflareque, ut Mariani lactis efficaciam, & vigorem amplificet, & mirũ in modũ extollat. Et in hoc commendationis ſublimi ſerie lac ab uberibus Mariæ defluere, quaſi idem ac ſanguinẽ effundi à Chriſti vulneribus eſt: cùm utraq; velut ubera propria Chriſtus acceptet, quibus quaſſatum hominẽ reficiat erigatque, ſed ſingulis ſuum meritorum ordinem ſervans diſtinguens, & diſpungens, quamvis ubera confudiſſe, & in unum exaggeraſſe videatur.

39 Nec miraberis Chriſti vulnera Mariæque ubera intimo quodam nexu fuiſſe fibulata, ſi ſpectes Chriſtum ea arctiſsimo quodam nexu, & quadam conſequentiâ virtutis colligaſſe. Rumina, obſecro, verba illa
Cant. 7. 8. Cant. 7. 8. *Aſcendam in palmam, & apprehendam fructus eius, & erunt ubera tua ſicut botri vineæ.* Arbitror Filium his verbis Parẽtem chariſsimam alloquutum: ſed quæ hæc, quæſo, conſequentia amplexuſque verborum? Quorſum ex aſcenſu Filij in palmam hæc uberum metamorphoſis oriatur? Vt quid Mater ubera commutet in botros, ex eo quòd Filius palmæ ſummitatem tenuerit? Nulli dubium, aſcenſum Filij in palmam eiuſdem exaltationem in crucẽ portendere. Sed ſi hoc verũ, quæſtionis tumultus non ſedatur, ſed perſtrepit ampliùs. Quid enim conſequentiæ habet Filij corpus clavis confoſum ſtipitique affixum, & ubera Matris ſtatim in botros vineæ demigraſſe? Verumenimverò illuſtre ingenium fuit, quo Filius oſtenderet paſsionis tempore ſua vulnera Matriſque ubera in eadẽ veluti coiſſe formam, & habitum. Nã quemadmodum Filij corpus in cruce elatum inſtar botri fuit per inflicta vulnera rubeum ſanguinis liquorem effundentis, ut ſordidam hominis ſtolam ablueret, immortalemque efficeret: iuxta varicinium illud moribundi Iacobi: *Lavabit in vino ſtolam ſuam, & in ſanguine uvæ pallium ſuum*, Geneſ. 49. 11. Vnde Chriſtus in cruce diſtentus deſignatus fuit in eleganti illo botro, quem terræ Promiſſæ Exploratores in rei ingentem demirationem in vecte ſuſtulerunt, Num. 13. 24. Teſte Iſidoro Hiſpalenſ. apud Gloſſ. *Hic eſt botrus, qui effuſum in ſalutem noſtram vinum ſanguinis ſui crucis cõtritione perfudit.* Sic Maria, quæ ad paſsionis Filij eiuſque effuſi ſanguinis aſpectum patiebatur in ſanguine cordis, præ nimio cõpaſſionis dolore, ubera ſtatim in botros commutavit, & quæ lacte antè tumuerant, iam ſanguinis vino turgebant, madebat ſanguine animæ ſecretum pectoris arcanũ in Maria, ſicut exterius ſanguine defluenti Filij corpus ſpargebatur. En quàm appoſitè ex aſcenſu Filij in crucem Parentis papillæ in botros illicò tranſierint. Quaſi Filius Matrem alloquens aſſeret: paſsionis tempore, ô chariſsima dulciſsimaque Parẽs, quàm patrili larvâ ſimilique formâ uterque pro hominum ſalute obtinenda contegimur: uterque inſtar botri ſanguinis vinum fundimus, cùm in hoc torculari exprimimur; patior ego in ſanguine corporis, quem per vulnera tãquã per ubera emitto: pateris tu in ſanguine cordis, quo, quia nõ perfoſum eſt pectus, protuberant ubera, nec minus tibi doloris eſt non effudiſſe vinum ſanguinis, quã mihi emiſiſſe. Num non ſpectas, quo pacto vulneribus Matris ubera Filius in homine redimendo aſſociarit? Sed ſi mavis, alteram accipe loci interpretationem. Aſcendam in palmam, hoc eſt in crucem, quia in crucem aſcenſus triumphatoriſeſt notã ſicut palma, & victoriæ inſigne: apprehendã fructus eius, id eſt gloriæ meæ ſtolam, hominesque redemptos, qui à cruce, cui affigor, veluti dulces palmæ fructus pendent, te verò tantæ meæ exaltationis comitem aſciſcam, & veluti ſubſidium feres triumphanti, nam cui olim infanti ubera lacte plena immulgebas, iam genus redimenti humanum vino exuberantia propinabis. Nam à cruce pendẽs, & in ubera tua oculos conjiciens referta vino inveniam, quod lætificat cor, mentem exhilarat, vires ſufficit, labores recreat, imò & ſopit, humanæ pravitatis ſuggerit oblivionem. Sicque ambo in genus humanum reſtaurandum tendemus: ego vulneribus, tu uberibus; vulneribus ego ſanguinem effundendo, tu uberibus vini lætitiam, & veluti robur animo ſuppeditando: ſugam ego tua ubera, cùm evacuor per vulnera, & hoc ordine

Gen 49. 11.

Num. 13. 24. Iſidorus.

dine plagis ego, tu mammis hoſtem inteſtum expugnabimus, humanamque libertatem perficiemus. En quàm pacificè cõgrediuntur aſcenſio Filij in palmam, & uberum Matris in botros tranſmutatio. Adeſt Richardus de S. Lauren. lib. 5. de laudibus B.

Richar. de S. Laur. Mar. *Dixi Matri meæ, quòd aſcendam in palmam, ideſt exaltabor in crucem, & apprehendam fructus eius, ideſt utilitates proveniẽtes ex ipſa mea crucifixione, quæ ſunt Reſurrectio, & Aſcenſio, & Spiritus ſancti miſsio, hoc quoad me: peccatorum remiſſio, hoc quoad homines, dæmonum ſubiugato, Scripturarum manifeſtatio, & cætera huiuſmodi fructus ſunt etiam iſti omnes ſalvandi. Tunc, inquam, erunt duo ubera tua ſicut botri vineæ. Recordabor enim, quòd de te carnem aſſumpſerim, quòd lac de tuis uberibus ſuxerim; recordabor incarnationis meæ myſterium: & iſta recordatio tanquã vini potus præſentis irritationis, & indignationis obliviſci me faciet, ne feſtinem ad vindictam. Vel generaliter comparantur ubera Virginis botris vineæ; ex uberibus enim exprimitur lac, & ex botris vinum, quod hominem lætificat, & inebriat, & facit obliviosum, & facilem ad condonandum irrogatas ſibi iniurias, & largum ad danda grandia. Omninò ſiquidem in hunc modum lac, quod ſancta labia Domini expreſſerũt, & traxerunt à maternis uberibus ipſum delectavit, & quadam inenarrabili dulcedine inebriavit, ne recordaretur de cætero, ſed facilè cõdonaret irrogatas ſibi iniurias, & largiter nobis daret gratias, & virtutes in præſenti, & in futuro gloriam ſempiternam.*

40 Quædam alia nec minus glorioſa, & ſublimis ſimilitudo ineſt uberibus Matris cum Filij vulneribus; Filij namque vulnera adeò miræ ſunt efficaciæ vigoroſæque virtutis, ut vel ſolus illorum aſpectus animum Patris leniat, & demulceat, & quaſdam veluti illi illecebras tendat, quibus eum in dilandos homines trahat. Ob hanc ergo cauſam plagarum ſuarum Dominus cicatrices in corpore gloria circumfuſo retinuit, & obſervavit, nempè ut eas paternis offerat obtutibus, quibus dùm blanditur, nequeat in genus humanum vindicta excandeſcere. Sic docuit Ambroſ. & paſsim Patres, lib. enim

Ambroſ. 10. in Luc. ſic ait: *In corpore Domini manebant inſignia vulnerum, veſtigia cicatricum, quæ Dominus palpanda obtulit: in quo non ſolùm fidem firmat, ſed etiam devotionem acuit, quòd vulnera ſuſcepta pro nobis cœlo inferre maluit, aholere noluit, ut Deo Patri noſtræ pretia libertatis oſtenderet. Talem ſibi Pater ad dexteram locat, trophæa noſtræ ſalutis amplectẽs.* Quâ pollet virtute vulnerum Filij aſpectus erga Patrem, ſimili auſim dicere vigêre poteſtate oſtenſionem uberum Mariæ erga Filium: is enim tam iucundi ſpectaculi dulcedine irretitus & delinitus, manum ſuam illicò ad impendenda hominibus munera porrigit. Quod quidem non obſcurè præſagijt Iſai. mens vatidica: *Et delectabitur infans ab ubere ſuper foramine aſpidis, & in caverna reguli, qui ablactatus fuerit, manum ſuã mittet*, cap. 11. 8. Quid eſt, quòd ab ubere puſio ad aſpidum feratur foramina? Et quòd lacte diſtentus reguli cavernam audeat, & gaudeat intrare? Quæ conditio hæc lactis, quis ardor, ut infantem pelliceat in ſerpentes, eique illecebras ſuggerat illis colludendi. Meherclè Tertul. lib. 4. contra Marcion. cap. 24. per aſpidem, & regulum Principem intelligit tenebrarum, & eius ſatellitium: *Et utique ſcimus figuratè ſcorpios & colubros portendi ſpiritalia malitiæ, quorum ipſe quoque Princeps, in ſerpẽtis & draconis, & eminentiſsimæ cuiuſque beſtiæ nomine deputetur apud Creatorem*: quem ſequuntur Interpretes in præſenti apud Gloſſ. Quorſum ergo ab ubere Chriſtus Dominus dæmonis dedicat ruinam, illiusq; inſtituit venationem. Profectò, ut doceat, quòd ab ubere Matris traxerit avidum ſpiritum dæmones inſectandi, illorumque prædam diripiendi. Quoties enim ad ubera Matris inflectit oculos, vel ipſe ſolus illorum aſpectus ardor, & ſtimulatio eſt, quâ in foramina ſpecus, & antra ferarum impellitur. Quoties Mater Filij oculis ubera præſentat, quaſdam in eius animum immittit ſcintillas, & excitat potius flammas venatorij huius ludi: ideòque ab ubere avulſus nil tã ei lætum, & iucundum, quàm foraminibus aſpidum inſiſtere, vel adhuc labijs lacte madentibus urgetur in beſtias homini infeſtas diſsipandas. Acutè ſatis Richardus de S. Laurent. lib. 2. de laudibus B. Mar. *Maria pro pacificandis ſe ſupplicantibus irato Filio dulcia ubera repræſentat, quorum reſpectu Filius delectatus facilè manſuevit, Iſai. 11. Delectabitur ineffabiliter infans, ideſt Chriſtus, ab ubere Matris ei repræſentatio, ſequitur ſuper foramina aſpidis, & in cavernas reguli, qui ablactatus fuerit, manũ ſuam mittet. Chriſtus enim delectatus ab ubere Matris, tendit manum gratiæ ad malos, qui priùs fuerant foramina aſpidis, & caverna reguli.* Non attendis, quàm ſimili poteſtate militat vulnerum Filij aſpectus, decertet uberum Matris præſentatio: ille adverſus Patrem, hæc adverſus Filium: ille ut Patris ſuggerat lenitatem, hæc ut Filio ſuppeditet manſuetudinem; ille ut à Patre extorqueat hominibus gratiam & amorẽ,

Iſai. 11. 8.

Tertullian.

Richar. de S. Laurent.

hæc

hæc ut à Filio veluti eripiat hominibus virtutum dona?

41 Nil iam ſupereſt, niſi ut adſtruamus Chriſtum haud diſsimiliter affici à ſuis vulneribus, & ſanguine, ac à Matris papillis, & lacte, pareſque effectus, & affectus ipſum præſentire ſubortos à Parentis uberibus, ac ſuis vulneribus. Verè ſi Chriſtum ſpectes flagris cæſſum, clavis confoſum, undique rubeum, & quaſi ſuo veſtitum ſanguine, dum ſuo ſanguine madet, perinde ac vino madentem licebit eum comminiſci; ſuo enim ſanguine quaſi inebriabatur, & quadam veluti amoris temulentiâ detinebatur, & ſuæ maieſtatis, & humanæ ingratitudinis, ſcelerumque hominum ceu oblitus. Sic paſſionis calicem poculum inebrians appellavit Regius Pſaltes, Pſalm. 22. 6. *Et calix meus inebrians, quàm præclarus eſt.* Quem locum de calice Dominici ſanguinis interpretatur Cyrillus Ieroſolym. Catecheſ. 4. myſtagog. *Vides hìc dici de calice, quem Ieſus accipiens gratias egit, & dixit: Hic eſt ſanguis meus, qui pro multis effundetur in remiſsionem peccatorum.* Et licèt inebrians acceſſatur huiuſmodi calix reſpectu fideliũ, in quibus quandam amoris temulentiã gignit, ne tormentorum vim ſentiant; inebriãs etiam reſpectu ipſiusmet Domini nuncupatur. Ideò tam paſsionem ſuã, quàm Martyrum paſsionem calicem nominat: *Poteſtis* (inquit) *bibere calicem, quem ego bibiturus ſum?* Matth. 20. 22. Quaſi dixerit: poteſtis inebriari calice, quo ego inebriabor? Nam ſi rationem animadvertas, ob quam paſsioni nomen calicis indiderit, eam tam in Chriſto Domino, quàm in Martyribus locum obtinere reperies. Eã expoſuit Ambroſ. ſerm. 72. *Dicit Propheta David: Et calix tuus inebrians quàm præclarus eſt: & ipſe Dominus in paſsionis ſuæ exitu conſtitutus ait: Pater, ſi poſsibile eſt, tranſeat à me calix iſte. Rectè, inquam, calix martyrio comparatur, quia vinum quoddam ſalutare martyrij eſt, quod cordi lætitiã præſtat.* Quocirca illa Noë remulentia, quã iacuit, nobile vexillum Chriſti extulit paſsionis: *Cœpitque Noe vir agricola exercere terram, & plantavit vineam; bibenſque vinum inebriatus eſt*, Geneſ. 9. 20. Sicut enim vino affluens Noë mente excidit: ſic Chriſtus intra ſui profluvium ſanguinis præ amoris vi quaſi mentem exceſsit. Ita Auguſt. Eucherius, & Gloſſa Ordinaria apud Lypoman. *His iuxta litteram dictis altiorem ſenſum ponamus. Quis enim hæc diligẽter, & intelligenter advertens, non agnoſcat in Chriſto. Bibit ergo Dominus de vino vineæ ſuæ, ille calix hic intelligitur, de quo dixit: Poteſtis bibere calicem, quem ego bibiturus ſum? Et: Pater, ſi fieri poteſt, tranſeat à me calix iſte; quo ſuam ſine dubio ſignificat paſsionem. Igitur Noë de vinea, quã plãtavit ipſe inebriatus eſt, ipſe eſt Chriſtus.* Cõpreſſum eſt ergo corpus Chriſti tanquã vini uter, & ſtatim ruptis vulneribus ſanguis vinum erupit, intra cuius fluenta ebrietate tanquã quadã amoris ipſe ſopitus humanigeneris criminum ebibit oblivionem, ut ergà illud auſteritatem deponeret, gratiam aſſumeret. Hunc ergo mirum effectum, ſobrium ſcilicet, & amatorium, mentis exceſsum, quem Chriſto Domino vulnera ſua aperta effuſuſque ſanguis pepererunt: cœleſti providentia Matris ſacra ubera nectareum lac fundentia geminarunt. Nam ineffabili modo lac vinumque pariter fundebãt; lac, quo puer aleretur, & reficeretur; vinum, quo inebriatus hominum flagitia non attenderet, quo illis munificum ſe benefactorem exhiberet. Teſtem invoco ipſam Filij veritatẽ, ſic chariſsimam Parentem alloquentem. Cùm enim in hortum deſcendiſſet, à Sponſa invitatus ait: *Bibi vinum meum cum lacte meo*, Cant. 5. 1. Sed, ô bone Deus, quàm inconcinna, & intemperata liquorum mixtio! Quis enim vinum cum lacte bibat? Lac nãque ex vini conſortio coaceſcit, ut quid ergo gloriatur Sponſus, ſibique gratulatur, quòd lacte, & vino poculum ſumpſerit temperatum? Cogor profectò exiſtimare, eundemmet liquorem, & vinum, & lac à Filio appellatum, diſsimili eius attentâ virtute. Nam cùm chariſsimum Filium ad fugendas mammas allexiſſet Mater, liquore earum ſacro præguſtato, cùm in ſe & lactis, & vini ſenſiſſet effectus, lacteo illi humori ſimul lactis, & vini nomen impoſuit. Quaſi dixerit: Cùm uberibus tuis, ô dulciſsimã Parens, labia figo, ſimul & nutrior & inebrior, illorum expreſſus liquor lac eſt, cùm me reficit, vinum cùm inebriat; quemdam enim in me mentis exceſsum, ſeu alienationem operatur, ex eo enim quædam in me obrepit flagitiorum oblivio, ideòque quaſi crapula tactus videor, cùm beneficijs iniurioſos ambio, muneribus onero inimicos, ſceleſtos ad meam invito gratiam, & quẽadmodum vinum rerum memoriam deperdit, & obſcurat, indiſtinctèque cogit negotia proſequi, ſic tuo lacte paſtus quaſi perduellium immẽor lebrij larvam videor affectare, eos beneficij cumulans, in quos ſeverè erã animadverſurus. Quapropter idẽmet tuorum uberum ſuccus & lac mihi & vinum eſt, ſimulque nutrimentum & ebrietas. Nũ non agnoſcis, quomodo ſic ſe ubera Matris erga Filiũ, qualiter vulnera Chriſti erga ipſum præbeant, conſimileſque effectus procreent? Subſidiatur Richardus

Pſal. 22. 6.

Cyrillus Ieroſolym.

Matth. 20. 22.

Ambroſ.

Gen. 9. 20.

Auguſtin. Eucherius. gloſſa Ordinaria.

de

Richar. de S. Laurent.

de S. Laurent. *Bibi vinum cum lacte meo. Coniungit vinum, in quo ebrietas, lacti, in quo eſt dulcedo, quia ebrietatem bibit in lacte materno. Qui enim antequàm bibiſſet lac Matris diſtrictè iudicãs cum ſeveritate puniebat, poſtquàm carnem ſumpſit de Virgine, & bibit de eius lacte, ſeveritatẽ ſic in miſericordiam commutavit, quòd velut lacte materno ebriatus peccatorum noſtrorum videatur oblitus. Qui enim propter iniquitates, & peccata mundi ſic tactus erat dolore cordis intrinſecus, ut æterni ſupplicij mundo diluvium præpararet, poſtquàm bibit de virgine, quaſi de vino potatus, & lætificatus corde, tanquam oblitus triſtitiæ, quam induxerant mundi malitiæ, à ſupplicijs ad miſericordiæ beneficia ſe cõvertit.*

42 Iam ex his perſpicuè elucet, quàm meritò humani generis redemptricis nomen fuerit Beata Virgo ſortita. Si enim æquali vel ſimili ſaltim lance Chriſtus, & ſua vulnera & Matris ubera librat, nihil que amplius vigoris plagis ſuis quàm Parentis mammis ineſſe voluerit, cùm ipſe à vulneribus, & ſanguinis effuſione nomen Redẽptoris traxerit; quid mirum, quòd Maria à papillis, & ſucco lactis nomen ſit corredemptricis auſpicata? Verè Ioannes Baptiſta cœleſtium arcanorum acerrimus inſpector, Chriſtum Dominum & Mariã quaſi conſimili virtute præditos, pariq́ue ſanctitatis curſu gradientes æqualiter demiratur. Diſpicienda ſunt verba Pantaleonis Diaconi ſerm. de Domino Chriſto, & Sancto Ioanne. Sic enim Baptiſtam inducit ad fluenta Iordanis Chriſto colloquentem:

Pantaleon Diaconus.

Magnum mihi foret ſolvere corrigiã calceamentorum tuorum, & tu mãdas, ut dexteram meam capiti tuo admoveam? Tui ergo veni adventus præco, non carnis tuæ, quæ ſine macula, & labe eſt, ſanctificator. Non ergo ex ijs ſum, qui tuam ignorant eminentiam. Nam ex materno utero qua parente eſſes naſciturus conſpicatus clamavi: Et unde hoc mihi, ut veniat Mater Domini mei ad me? Cenſet ergo in primis Pãtaleon, hæc quidem verba licèt ab Eliſabeth enuntiata obviam Mariam prodeunte, tamen à Ioanne, qui illam intrinſecus agebat, dictata, & ſuppeditata. Quapropter non tã exclamaſſe Matrem aſſerit, quàm in eius utero incluſum infantem, qui demirationis verba ſuggeſsit. Eaq́ue ſententia fuit Iſidori Peluſiot. lib. 1. epiſt. 363. *Quoniam autem temporis immaturitas ijs, qui adhuc in utero ſunt materno, hoc minimè dedit, ut loqui poſſint, idcirco Baptiſtæ Redemptorem prædicare maturantioris organum Mater commodavit.* His prælibatis; bis

Iſidorus Peluſiot.

Ioannem invenies erga Chriſtum eiuſq́ue ſanctiſsimam Parentem admiratione ductum: erga Mariam cùm dixit: *Benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus vẽtris tui*, &, *unde hoc mihi, ut veniat Mater Domini mei ad me?* Luc. 1. 42. Erga Chriſtum, cùm ad vada Iordanis baptiſmum expoſcenti Ioannes reſpondit: *Ego à te debeo baptizari, & tu venis ad me?* Matth. 3. 14. Si geminam Ioannis admirationem diſcutias, maior ea profecto videtur, quã erga Parentẽ, quã ea, quã erga Natũ afficitur, & in caſu prorſus diſſimili. Nam Chriſtus tinctionem expectebat à Ioanne quaſi peccator; Maria autem mundare Ioannem à reatu originis advenerat (ut illicò adſtruemus) Primum quidem res erat omni ſtupore, & ecxtaſi plena, nam quid tam inſolitum, & à rationis orbita alienum quàm Deum ab homine ablui? Secundum licèt ingens fuerit cumulus majeſtatis, non tamen quid ita expaveſcendum. Igitur cùm Ioannes Chriſtũ à ſe arcet in baptiſmum ingredientem, ſolummodo ait: *Ego à te debeo baptizari, & tu venis ad mei?* Quæ verba ſimplicem quãdam & lenem rei admirationem demonſtrant. Cùm verò ſuum ſentit Mariam originis piaculum expiaturam, ob idq́ue eam adventaſſe, ab illius laudibus exorſus, in quibus eam Filio exæquat, quaſi eandem uterque benedictionem originis participaſſet; *Benedicta tu*, inquiens, *in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui.* Velut totus ininſuetum rei ſpectaculum abſorptus exclamat: *Et unde hoc mihi, ut veniat Mater Domini me ad me?* Quaſi creſceret hic rei ſtupor, miraculiq́ue horror, Ioannis gliſcit admiratio: *Et unde hoc mihi, ut veniat Mater Domini mei ad me?* Et quidem maior rei inſolentia eſt, Deum inſtar peccatoris deſiderare tinctionem, quàm Deiparam accedere ut hominem ab originali ligaculo abſolvat: & tamen non ibi exclamavit Ioãnes, & unde hoc mihi, ut Dominus meus ad me ablui properârit? Quid ergo hoc? Quorſum, Ioannis admiratio diſparem rerum ſtuporem non ſequitur, ibiq́ue tota geſtit attolli, unde plenius ſe inſolentia fundit? Verumenimverò ampliori ſe admiratione læſum oſtendit Ioannes ex ingreſſu Mariæ ad Ioannem mundandum, quàm ex Chriſti ad baptiſmum ingreſſu. Non quòd prius opus fuerit excellentius, maiorivè dignum ſtupore, ſed ut ſolemnior admiratio exhibita erga Matrem mentes hominum excitaret, raperetq́ue in Mariæ dignitatem contemplandam, maieſtatemq́ue ſuſpiciendã, quæ Filio in quadam benedictionis proportione, & corredemptricis authoritate copulabatur. Iacebat Ioannes in utero matris

velut in ſordido tumulo, ſqualidovè carcere mortis, faſcijs implicitus originaliſque illius reatus vinculis cõpeditus; ad ingreſſum Mariæ ſenſit tumulum concuti, & honorari, contremiſcere carcerem & illuſtrari: ad ſalutationem Mariæ enuntiatam peccati ſui mortem ſenſit conteri, vincula confringi, ſtatimque vivus & ſolutus medium ſe in uterum quaſi in ſaltationis proripuit theatrum, libertatem ſuam & redemptionem tripudijs & inſolitis ſaltibus celebrãs. Luc. 1. 40. Ait enim Textus: *Et intravit in domum Zachariæ, & ſalutavit Eliſabeth, & factũ eſt, ut audivit ſalutationem Mariæ Eliſabeth, exultavit infans in utero eius*, Luc. 1. 40. En quomodò ſalutatio Mariæ mortem ſpoliârit, quæ regnabat in Ioanne, Mariæ vox regnum illius infregerit. Tanta enim fuit Mariæ poteſtas, ut vel ſolo halitu hoſtem impium interfecerit, & illius vaſa diſſipârit. Non enim tam præſentiæ Chriſti, quàm Matris voci victoria conciſcitur. Favet Ambroſ. lib. de inſtitut. Virgin. cap. 7. Ambroſ. *Tanta gratia Mariæ, ut non ſolùm in ſe virginitatis gloriam reſervaret, ſed etiam ijs, quos viſeret, integritatis inſigne conferret. Viſitavit Ioannem Baptiſtã, & in utero matris priusquàm naſceretur, exultavit. Ad vocem Mariæ exultavit infantulus, obſequutus antequàm genitus. Nec immeritò manſit integer corpore, quem tribus mẽſibus oleo quodam ſuæ præſentiæ, & integritatis unguento Domini mater exercuit.* Eadem ferè habet in cap. 1. Luc. Clariùs ſanè Rupertus lib. 1. in Cantic. ad illa verba cap. 1. 3. Rupertus. *Exultabimus, & lætabimur in te*, ait: *Quid ad hæc illa Eliſabeth, cùm iſtud intus aure cordis percepiſſet? Exultabimus, & lætabimur in te: Hoc verè dixit. Ait enim voce magna: Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus ventris tui: & unde hoc mihi ut veniat Mater Domini mei ad me! Ecce enim ut facta eſt vox ſalutationis tuæ in auribus meis, & exultavit infans in gaudio in utero meo. Non enim hoc erat dicere, exultabimus & lætabimur in te? Iam enim incipimus ego, & infans in utero meo exultare in gaudio à voce ſalutationis tuæ; & ex hoc & nos, & qui venturi ſunt poſt nos, exultabimus, & lætabimur in te, & cantabimus dicentes; quia Eva nos fecit plorare; Maria nos fecit exultare: Nam quod illa triſtis abſtulit, tu reddis almo germine; idcircò exultabimus & lætabimur in te.* Hanc ergo Marianæ vocis efficaciam, ſeu effectivam virtutem attendens Ioannes, quâ ſe ſenſit redemptum, & in ſe prævidit (ut teſtatur Rupertus) ab originali labe cæteros homines redimendos, ut tantum Mariæ facinus humanis mentibus commẽdaret, ſpeciali uſus eſt admirationis modo, & qui eum excederet, quem poſteà Chriſto ad baptiſmũ properante erat editurus. Dixi effectivam vocem Mariæ Ioannis redẽptionis, quia eius libertatem ab originali reatu efficienter operata fuit: ſive quia ut Cardin. Toiet. ait: Cardinal. Toiet. *Verba Beatæ Mariæ velut quædam inſtrumenta fuerunt, per quæ divina Omnipotentis virtus effecit in Ioanne, & Eliſabeth, quæ ſequentibus verbis narrantur. Sicut enim verba hominum, per quos Deus mira operatus eſt, erant ſignificativa & efficacia, quale fuit illud verbum Ioſue 10. Sol contra Gabaonem ne movearis, & Luna contra vallem Aialon, quod Solem ſtare fecit, Deo operante per hominis verbum. Et ſicut verbum Petri, Actor. 3. Surge, & ambula: claudum ambulare fecit, fuitque inſtrumentum virtutis Dei; & ſicut verbum Sacerdotis: Ego te abſolvo, aut: Ego te baptizo, &c. non tantùm ſignificant, ſed etiã efficiunt, ita etiam verbũ ſalutationis Virginis ſignificativum fuit, & effectivum, per quod Deus Ioannem purgavit à peccato.* Sive quia Maria per miram illam humilitatem, quâ ſe annoſæ fœminæ obſequio impendendo devovit, quæ iam â prævia ſalutatione dedicabatur, Ioannis de cõgruo promerita fuerit purgationem, eorum autem quæ alijs promeremur, opifices, & authores non incongruè nuncupamur. Quod quidem humilitatis Marianæ inſigne portentũ mirum in modum extollit Richardus de S. Laurent. lib. 4. Richar. de S. Laur. *Sunt tres gradus iuſtitiæ principales, per quos omnes in culmen virtutum aſcendit beata Virgo noſtra: Primus ſubijci maiori; ſecundus nõ præferri æquali; tertius ſubijci minori. Primus inchoat, ſecundus promovet, tertius conſummat. Igitur Maria non ſolùm iuſtitiam, ſed omnem iuſtitiam obtinuit, quæ cùm facta eſſet Mater Regis æterni, & hoc ſciret, non dedignata eſt miniſtrare Eliſabeth, mater Regis matri militis, mater ſummi Dei matri hominis puri, mater Domini omnium matri ſervi emptitij. Vnde dicit ei Eliſabeth: Vnde hoc mihi, ut veniat Mater Domini mei ad me! Mater Salvatoris ad matrem præconis! Mater Verbi ſummi ad matrem vocis! Sed quod poſtmodum dicturus erat Dominus Ioanni, potuit dicere Maria Eliſabeth: Sine modò; ſic enim decet nos implere omnem iuſtitiam, id eſt perfectam humilitatẽ.* Stat ergo, quòd quemadmodum Chriſtus ſupremum humilitatis Magiſterium exercens aquis deprimitur Iordanis, ut ſua nos eveheret deiectione, atteſtante Nazian. orat. in ſancta lumina: *Chriſtus baptizatur, ſimul & nos deſcendamus, ut cum ipſo pariter aſcen-* Nazian.

cendamus: & ſtatim: *Aſcendit Ieſus de aqua ſecum quodammodo emerſum educens, & elevans mundum.* Sic Maria per ſtrenuam illam deſcenſionem & condeſcenſionem, quâ prægnantis Eliſabeth obſequio ſtuduit, emerſum & ablutum infantem ſecũ eduxit, & elevavit. Baptizatus Chriſtus redẽptionem operabatur humanam, miniſtrans Maria inferiori Baptiſtæ efficiebat redemptionẽ, & apertiori clariorique demirationis exclamatione prorupit Ioannes ad opus Mariæ quàm ad Chriſti opus: huic ſuppreſſa voce dicens: *Ego à te debeo baptizari, & tu venis ad me?* Illi valido clamore intonans: *Et unde hoc mihi, ut veniat Mater Domini mei ad me?* Vt animos hominum cieret, efficereque ut in creaturam adeò nobilem cõverterent oculos, quam Deus in cor redẽptricem aſſumeret. Sed & illa verba Pantaleonis abſque ſpeciali diſpectione evadere non oportet: *Non ego ex ijs ſum, qui tuã ignorãt eminentiam: nam ex materno utero, qua parente eſſes naſciturus cõſpicatus clamavi: Et unde hoc mihi, ut veniat Mater Domini mei ad me?* Cùm ex mẽte Pantaleonis hæc nõn tam verba ſint Eliſabeth quàm Ioannis; num ſatius non erat, ut exclamaſſet infans, & unde hoc mihi, ut veniat Dominus meus ad me, quàm, *unde hoc mihi, ut veniat Mater Domini mei ad me?* Vtroque ad ipſum properante Parente ſcilicet & divino Verbo, quod Mariæ utero velut regia lecthica baiulabatur, cur nõſtupet ex eo, quòd Deus homo, ſed quòd Mater Domini ſui ad ipsũ advẽtarit? Nũquid quid ſublimius Deiparâ quàm Deus? Meherclè cõmentus fuiſſe mihi videtur Pantaleon voluiſſe Deũ aliquid ſingularius quaſi prominere & albicare in Maria, quàm in ſe ipſo. Idque in eo poſitum eſſe, quòd Maria ita averſam, & exoſam habuerit originalẽ noxam, ut coram ſe illam ſuſtinere etiam à ſe abſtergendam, & diſpungendam ægrè tulerit: eâ enim puritate, & primævi criminis deteſtatione prædita erat Maria, ut illius aſpectus ei exiſteret inviſus, etiam cùm illud eſſet expiatura, & ab hac Parentis eminentia cenſuit Pantaleon voluiſſe Ioannem Chriſtum à ſe iri commẽdatum. Quaſi in utero Matris infans latens per matris organa exclamaret. Non mirum Domine, quòd tu, qui deſcẽdiſti, ut homines ſalvares, & à prima ſorde elueres, ad me feſtinares peccatorem; originiſque meæ contagio geſtires afſiſtere, ut ei medereris; Medicus enim non horret vulnera ſed ambit, ut eis remedia præſtet: Quid ni medici officio fungerêris, & vulnera faſtidires? Illud eſt ſanè mirum, quòd puriſsimã Parentem tuã mihi ſubmittas mundando, per illam eligis meã ſalutem operari, & quàm adeò fabricatus es purã, & originalẽ prurigine averſatã; ut vel illius aſpectũ abominetur etiã, quãdo eam accedit, extinguere, ipſam mihi delegaſti mundatricem, paſſaque eſt labis meæ hæreditariæ præſentiã, ut mẽ ab ea præſtaret immunẽ, idcircò & te à tanta Parentis puritate extollo, & ipſam ad me abſtergendũ adventãtem ſpecialius demiror, quaſi in illa ſingularis fuerit favor, (quo illius animi candor originalis amplius elucear) ſceleris ſe objicere aſpectui, ut ab eo hominem abſolvat. Hinc eſt, quòd non de te, ſed de illa ſigillatim exclamẽ: *Et unde hoc mihi, ut veniat Mater Domini mei ad me!* Meæque originis tenebris ſe præsẽtet, ut ab illis expediar? In hũc ergo ſenſum præindicata interpretor verba: *Nõ enim ex ijs ſum, qui tuã ignorãt eminentiã, nam ex materno utero, qua parente eſſes naſciturus cõſpicatus clamavi: Et unde hoc mihi, ut veniat Mater Domini mei ad me!*

43 Redemptricis nomen, & dignitatem ſcito in Mariã ab ipſa mũdi origine derivari, ut iã ab ipſa orbis origine adverſus ſceleris originẽ decertaret, in medicamẽque aſſurgeret primævi veneni antydotũ iã ex tũc conditũ, & præparatũ. Quæ, ut amplius explicem, noſcito in paradiſi medio geminas fuiſſe arbores conſitas, alterãque alteri oppoſitã, nẽpè arborẽ vitæ, arborẽ quoq; ſciẽtiæ boni, & mali. Sic enim textus habet: *Produxitque Dominus Deus de humo omne lignũ pulchrum viſu, & ad eſcendũ ſuave; lignum etiam vitæ in medio paradiſi, lignũque ſcientiæ boni, & mali,* Geneſ. 2. 9. Cenſet Rupertus lignum ſcientiæ boni & mali ſic ironicè dictum, cùm arbor interitus potius eſſet appellandum, cuius deguſtato fructui mors per divinã ſententiam conſcita iã erat: *Ironicè* (inquit) *dictum eſt lignũ ſcientiæ boni, & mali, cùm re vera potius ſit dicendum lignum mortis. Dixit enim Deus: Quocũque die comederitis ex eo, morte moriemini; & verum dixit. Dixit è cõtra ſerpens: Comedite, & eritis ſicut Dij ſcientes bonum, & malũ; & falſum dixit. Deus, inquam, verum, & dæmon falſum dixit. Nec enim comedendo Dij facti ſunt, aut ſcientiã ampliorem acceperunt, ut bonum, & malũ omnino ſcirent, ſed iuxta veritatẽ Dei, ſtatim & in anima mortui, & in corpore mortales effecti ſunt.* Lignum ergo mortis, & lignum vitæ eundem occupabant locum in medioq; paradiſi poſita ceu geminæ adverſæ acies exerebãtur, ſituſque propinquitate iã inter ſe pugnantes, ſeque mutuo debellãtes viſebantur, & ramos hinc inde cõminiſcentes inſtar iã confligentium quaſi hoſtilia criſpabant. Si verò exoptes rationẽ, ob quã ſimul iunctas has arbores procrearit Deus:

Geneſ. 2. 9.

Rupertus.

Aſſeram vel cum Theodoreto, ut certamini præmium adeſſet, & qui ſtadium erant ingreſſuri, è vicinia coronam ſpectarent:

Theodoretus. *Lignum* (ait) *ſcientiæ boni, & mali, quia per id, quid peccatum eſſet, ſenſit ipſe Adã, cui hoc lignum tanquam certamen à Deo propoſitum fuerat. Lignum verò vitæ tanquam certaminis præmium, ſi mandatum videlicet Dei cuſtodiſſet, propoſitum fuerat, quod illi vitam æternam conferret.* Vel cum D. Bonavent. ſuper 2. diſtin. 17. reſpondebo, ut hinc amor, inde timor hominẽ expugnaret, ille alliciendo, hic deterrendo. Ni dicamus mortẽ, & vitam quominus poſitas ſuis effectibus tanquam ſpiculis inter ſe congredi, mors dum plumbeas metus glandes explodit, vita verò aureas amo-

D. Bonavent. ris: *Vnde hæc duo ligna* (aſſerit) *dumtaxat ſpecialiter nominantur propter ſuos ſpeciales effectus, propter quos poſuit illa duo in medio paradiſi iuxta ſe invicem, ut ex uno, utpotè ligno vitæ conciperet affectum amoris, ex alio affectum timoris.* Si verò diſquiras ulteriùs, cuius umbram myſteriumque præferebat vitæ arbor, audacter dicam Mariæ: illa enim iam velut armamentariũ, & fortiſsima turris adverſus mortis originem, quæ in oppoſita arbore tenebat arcem, erigebatur, & adornabatur. Quomodò mortis origini ſubiaceret Mariæ fabricatio, quæ iam à primordijs in vitæ propugnationem, & infectæ infecturæque originis oppugnationem & demolitionem inſtructa ſacrabatur? Ad hanc ergo in vitæ arbore erectam Mariæ umbram ſi acceſsiſſet primus parens, neutiquam mortis telis fuiſſet confoſus, nec lethali origini ſobolem miſerè mancipaſſet. Teſtatur Amedæus ho-

Amedæus. mil. 1. de fructibus & floribus ſanctiſsimæ Virgin. Mar. *Ipſa virgo Virginum vernans in floribus, & in fructu ſuavitatis delicians apparet media, & velut arbor plantata in medio paradiſi attollit verticem in altitudinem cœli*: & paulò inferiùs: *Inter hos, & horum media conſurgit arbor, quam diximus, ſalutifera generans cibum, vitæ & manna cœleſte. Manna habens omne delectamentum, & omnem ſuavitatem, ad quod ſi primus Adam attingeret, mortem non guſtaret in æternum.* En quomodo ex fronte arboris, quæ origo erat mortis, peccatique peperit originem, in honorem, & umbram Mariæ irradiabat, & prominebat arbor, quæ remedium, & antydotum præſentabat. Hoc profectò non la-

Geneſ. 3. 8. tuit primos parentes fructu mortis paſtos, & veneno ſaucios. Nam *cùm audiſſent vocem Domini Dei deambulantis in paradiſo ad auram poſt meridiem, abſcondit ſe Adam, & uxor eius à facie Domini Dei in medio ligni paradiſi*, Geneſ. 3. 8. Novi ſenſiſſe aliquos neque ignobiles Interpretes ambijſſe primos peccatores umbracula, & latibula ab ea arbore, quæ illis peccandi anſam præbuit: ſed eos nequaquam æſtimo adeò inſanos, & væcordes, ut divinam fugiẽtes vindictam, quærenteſque aſylum, quo ſe ab illa protegerent, ad ipſum ſcelus properarent, quod potiùs illos proderet, quàm indemnes ſervaret. Quapropter arbitror, cùm textus ait, in medio ligni primos parentes abſconſos, non de ligno ſciẽtiæ boni & mali ſermonem fieri, quamvis in medio eſſet ligni paradiſi, ſed de ligno vitæ, quod illi adiacebat. Iam enim myſterium maturantes ſacramentumque odorantes, quod in illa arbore, quæ figura Mariæ præexiſtebat, obvelabatur, ab illa iam ſui vulneris medelam inveſtigabant: & mortis origini traditi ad vitæ ſuæ originem recurrebant. Nec metu perciti, Deique inſequentis ſtimulatione arctati tempus conſiliumvè illis fuit fructũ vitæ decrependi, licuit enim illis arboris dumtaxat umbra protegi. Nam ſi arboris Mariam adumbrantis fructum deguſtaſſent, epotatũ mortis virus evomiſſent; cautum fuit enim, ut à paradiſo exularent, ne eiuſmodi fructu veſcerentur: *Nunc ergo ne* Gen. 3. 22. *fortè mittat manum ſuam, & ſumat etiam de ligno vitæ, & comedat, & vivat in æternum. Eiecitque Adam, & collocavit ante paradiſum voluptatis Cherubim & flammeum gladium atque verſatilem ad cuſtodiendam viam ligni vitæ*, Geneſ. 3. 22. Imò quia ſub umbra huius arboris figuram præferentis Mariæ divinum tribunal fuit expanſum, mitiùs cum reis fuit actum, nec exerto gladio, ſed veluti vaginâ immerſo, fuerunt perculſi. Non parum huic intellectui ſuffragantur verba Richardi de

Richar de S. Lauren. S. Laurent. lib. 12. de laudibus Mar. aſſerentis: *Maria abſcondit peccatores quaſi ſub frondibus, & ramis pietatis, & miſericordiæ ſuæ à facie ſedentis in throno iudicij. Vnde deſignatur per hortum voluptatis, in quo abſconditi ſunt Adam, & Eva poſt peccatum.* O bone Deus! quàm longè ab originali labe diſceſsit, quæ antequàm homines piaculi fuiſſent rei, in tanti criminis remedium præſtructa erat, & adornata: ad quam læſi recurrerent, ut ſalutem reciperent, ad quam miſerè venundati velut ad ſuam redemptionem refugerent. Num tibi non videtur, æquo iure redemptricis nomen fuiſſe promerita, quæ ante emptionem in redemptionem præparabatur, & prævidebatur?

§. V.

Qua proprietate, ſimilitudine vè nomen Mariæ Ieſuque nomen ſe mutuò reſpiciant, & quo pacto Marianũ nomen nominis Ieſu virtutem & functiones æmuletur.

44 *Mariani nominis vigor virtutis Ieſu nominis inſequitur, ex Richard.*

45 *Nomen Ieſu, & Mariæ nomen, quaſi duplex margarita ſub eadem concha coalita. Locus Iſai. 62. 2. ex Euſeb. locus Luc. 1. 28. ex Richard.*

46 *Locus Proverb. 18. 10. quem de Dei nomine interpretantur Patres: de Mariæ nomine accipit Richard.*

47 *Idem decerpes ex loco Cant. 1. 2. expoſito ab Ambroſ. & Richard. de S. Laur.*

48 *Quaſi non abſimili reverentia vult Deus & Mariæ, & Ieſu nomen obſervari: locus 1. Corint. 12. 3 ex Anſelm. aſſonant pro nomine Mariæ verba Ecxeberti Abbat.*

49 *Nomen Ieſu, & Mariæ pariter ab immunditia protectum, & vindicatũ. Locus Luc. 4. 32, ex Gloſſ. Hugon. Cardin. & Tertul. collatus cum loco Luc. 7. 37. ex Richard.*

50 *Quid ſi accuratiùs Deum tangat ſolicitudo de Mariæ, quàm de Ieſu nominis reverentia? Locus Luc. 4. 32. & 36. ex Ambroſ. ad aſpectum loci Luc. 1. 26. ex Richard.*

51 *Non minus communibus exoptatũ votis nomen Mariæ quàm Ieſu. Locus Geneſ. 49. 18. ex Gregor. Locus Cant. 3. 6. & cap. 6. 9. & cap. 8. 5. per Richar.*

52 *Nomen Ieſu Matris nomen ſibi accingit in redemptionis molimen erigendũ. Locus Ioan. 19. 19. & cap. 12. 32. ex Chryſoſt. & Peluſiot. interpretatus Arnoldus Carnot. Locus Paul. ad Coloſ. 2. 13. ex Cyrillo, & Bernard. Pro nomine Mariæ ſtat locus Ioan. 11. 20. ex Chryſolog.*

53 *Eamdem veritatem firmat locus Matth. 28. 1. ex Chryſol. & Ioan. 20. 11. ex eodem.*

54 *Subſidiatur locus Bernard. quem illuſtro ex loco Iudic. 6. 36.*

55 *Militat Mariæ nomen adverſus inferorũ phalanges, nec impari terrore ac nomen Filij. Locus ad Philip. 2. 9. ex Bernard. locus Richar. de S. Laurent.*

44 VT Mariam perfectè redẽptricem modo præindicato evincamus, deeſt ſolùm, ut nobiliſsimo illã nomine Ieſu cõſigniamus. Quod ſi nequiverimus adſtruere tantũ illi nomen impoſitũ, pro niſibus ſaltim contendemus haud illi diſpar nomen inditum, talemque fuiſſe Mariam appellationem ſortitam, quæ divini nominis dignitatem operandique ingenuitatem, & efficaciam inſectetur. Et in primis ſi verba illa Richardi de S. Victor. num. 26. relata expendimus: *Omnium ſalutem deſideravit, quæſivit, obtinuit, imò ſalus omniũ per ipſam facta eſt, unde ſalus mundi dicta eſt.* Mariam mundi acciviſſe ſalutem quid eſt, quàm nomen illi impoſuiſſe Ieſu? Nam Ieſus Salus, vel Salutaris, vel Salvator interpretatur. Richar. de S. Victor.

45 Deinde reperies utrumque nomen, & Ieſu, & Mariæ, quaſi æqualis fuerit dignitatis paris valentiæ, ſimiliſque virtutis intra eamdem cõcham quaſi geminas margaritas coalitum, & concretum, & concha aperta ſimul inventum. Recole Scripturæ celebriora loca, quæ nominis prædicunt, & continent maieſtatem, & ſub eadem littera, quaſi ſub concha nominis Mariani myſterium ſublatere perſpicies. Locum Iſai. cap. 62. 2. *Et vocabitur tibi nomẽ novum, quod os Domini nominabit, & eris corona gloriæ in manu Domini, & diadema Regni in manu Dei tui,* Chryſoſt. hom. 19. in Ioan. & Euſebius lib. 2. demonſt. cap. 49. de nomine Ieſu exponunt, cuius gloria, & ſplendor reſilijt in Eccleſiam, cuius ipſa radijs reſperſa coruſcat. Sic enim Euſebius ait: *Nomẽ novũ, quod erat apud veteres incognitũ, quodnã poteſt eſſe aliud quã à Servatore noſtro Ieſu Chriſto ductũ Chriſtianorũ cognomen toto terrarum orbe benedictũ?* Sub hac litterali concha myſterij latet etiã velùt gemma nominis Mariæ. Nomẽ enim novũ eſt illi de cœlo allatum & donatũ, non quòd aliæ Mariæ nõ præceſſerint, ſed quòd noviter, hoc eſt plenã virtute, & poteſtate ornatum & animatum ſanctiſsimæ Virgini conceſſum fuit, & ſic quaſi nomen novum in illam deſcendit. Pro cuius rei uberiori explicatione ſeriẽ expẽde Angelicæ ſalutationis: *Et ingreſſus Angelus ad eam dixit: Ave gratia plena, Domin⁹ tecũ; Benedicta tu in mulieribus. Quæ cùm audiſſet, turbata eſt in ſermone eius, & cogitabat, qualis eſſet iſta ſalutatio: & ait Angelus ei: Ne timeas Maria,* Luc. 1. 28. Attende nõ illicò Mariã ſuo nomine Angelũ accerſiſſe, etenim non ait: Ave Maria gratia plena, ſed ſolummodò *Ave gratia plena.* Poſteà verò nomen fœminæ prodit: *Ne timeas Maria.* Cur ipſo Iſai. 62. 2. Chryſoſt. Euſebius. Luc. 1. 28.

in limine salutationis, ubi frequentius obvium venit nomen illius cui salutem optamus, veritus est Angelus Mariæ nomen pãdere: & deinde illud referare non refugit? Meherclè ut novitas nominis depaletur. Annuntiat enim primò Angelus in Mariam cœlestium torrentem defluxisse gratiarum, ijs illam veluti exundantẽ depromit, & quasi iam præmiserit maiestatem & ornatum, quem tantum prærequirit nomen; tuncque nomẽ Mariæ aperit; quasi dicat: hoc est nomen Mariæ, cœlestium plenitudini supernatare, & incubare gratiarum: hoc novum est, ut creaturæ nomen sacrorum munerum cumulum amplectatur. Adest Richardus de S. Laur. lib. 1. de laudibus Mar. *Notandum, quòd Angelus salutans Virginem primò tacuit proprium nomen eius, scilicet Maria, ut hoc ipso ostenderet se ei nomen imponere novum, ideſt, Gratia plena. Vnde prædixerat Isaias, quasi loquens ad Mariam: Vocabitur tibi nomen novum, quod os Domini, id est Angelus, vel Filius Dei, qui est os Patris, per Angelum nominabit; posteà verò nomen Mariæ expressit dicens: Ne timeas Maria; innuens per hoc, quia hoc habet ex gratia, ut Mariæ nomen interpretatur in nobis, non enim quia illuminatrix, ideò gratia plena, sed quia gratia plena, ideò illuminatrix, & sic de singulis interpretationibus illius nominis poteris assignare.*

Richard. de S. Laur.

Proverb. 18. 10.

46 Deinde locũ Proverb. 18. 10. *Turris fortissima nomen Domini, ad ipsum currit iustus, & exaltabitur*, explicant passim Interpretes de Iesu validissimo nomine, & præsertim Hugo Cardin. & Ianſenius: & ex eâdem cortice sacramentum Mariani nominis pariter associatum evolvit Richardus de S. Lauren. suprà: *Dignitatem, & efficaciam istius nominis innuere videtur Salomõ dicens, Proverb. 22. Melius est bonum nomen, quàm divitiæ multæ: & Eccli. 7. Melius est nomen bonũ, quàm pretiosa unguenta. Mariæ siquidẽ nomen longè melius quã divitiæ corporales, quia melius angustiã relevat paupertatis, & dolori peccatorũ medetur melius quàm unguenta. Pauper es, cõfuge ad nomen Mariæ, quæ tibi pauperrima exhibetur: & si devotè attẽdas, quòd de hac paupertate exaltata est super Angelos, iam non erit tibi onerosa paupertas. Peccator es, ad Mariæ nomen refugias, ipsum solum sufficit ad medendum, nulla enim pestis tam efficax, nulla sic hæret, quæ ad nomen Mariæ non cedat continuò. Iustificatus es, sed fortè tentaris super vires, & eò amplius tẽtatoris times insidias, quãtò te ab eo expugnatum aliquãdo recordaris: recordare quòd turris fortissima nomen Dominæ nostræ ad ipsũ confugiet peccator in tẽtatione, & etiã qui peccavit, & salvabitur. Dicit enim Salomon: Turris fortissima nomẽ Domini, ad ipsum currit iustus, & exaltabitur. Nobis autem dicendum est, turris fortissima nomẽ Dominæ, ad ipsum confugiet peccator, & salvabitur.*

Richard. de S. Laur.

47 Demum illa est celebris augusta que nominis Iesu prædicatio, quæ sub illo loco Cant. 1. 2. continetur: *Oleum effusum nomen tuum, ideò adolescentulæ dilexerunt te*: & in eodẽ lecyto inclusam Mariani nomini dignitatem, quasi nomen Filij Matrisque pariter miſceantur, sicut oleum oleo indistinctè confunditur, excogitavit Ambros. Mariani enim nominis præsentiam asserit uterũ Elisabeth penetrasse sicut oleum, inunxisseque infantem, dura vincula originis, quibus detinebatur, lenijsse, & dissolvisse, illumque ut strenuum pugilem nobili litturâ armasse, & ad palæstrã exercuisse, lib. de instit. Virg. cap. 7. inquit: *Ad vocem Mariæ exultavit infantulus obsequutus antequã genitus. Nec immeritò mansit integer corpore, quem tribus mensibus oleo quodam suæ præsentiæ & integritatis unguento Domini Mater exercuit.* Sed qui rẽ plenius diggesit, & ab eisdem Cantic. verbis nomen Mariæ nomini Filij, quasi oleum oleo commixtum referavit, fuit Richard. de S. Laur. ubi suprà: *Audiamus igitur, quid de huius excellentia nominis, more prophetico dixerit Salomõ Cãtic. 1. quasi loquens ad Mariam: Oleũ effusum nomen tuum, ideò adolescentulæ dilexerunt te nimis. Rectè hoc nomẽ* MARIA *oleo comparatur, quia super omnia sanctorũ nomina, post nomen Filij, reficit lassos, sanat languidos, illuminat cæcos, penetrat duros, recreat fessos, ungit agonistas, putrefacit iugum diaboli, supernatat omni nomini sicut oleum omni liquori. Dedit enim ei tota Trinitas nomen, quod est super omne nomen post nomen Filij sui, ut in nomine eius omne genu flectatur, sicut manifestè patet, cœlestiũ, terrestrium, & infernorũ, & omnis lingua confiteatur huius sanctissimi nominis gratiam, & gloriam, & virtutem. Non enim est in aliquo nomine, post nomen Filij, tam potens adiutorium, nec est aliquod nomẽ sub cœlo datum hominibus post dulce nomen Iesu, ex quo tãta salus refundatur hominibus.* Deinde expẽdit, cur Mariæ nomine oleovè effuso adolescentulæ, non verò iuvenes nimio amore Mariæ dicantur deflagrare: ideò *adolescentulæ dilexerunt te nimis*; idque effectum asserit, ut ostendat, quanta amoris vi nomen Mariæ fidelium animas depascat; tenerior enim est mulierum sexus, molliorque natura in amoris flammas proclivior, & quæ faciliùs dulci incendio tra-

Cant. 1. 2.

Ambros.

Richard. de S. Laur.

traditæ depereant. Ideòque quæ oleo Mariani nominis flammas concipiunt, adoleſcentulæ, non adoleſcentes vocantur. Præterea quia ſenium neſciunt, & perpeti iuvẽtæ flore vernant: *Ideò* (ſubiungit) *adoleſcẽtulæ dilexerunt te; id eſt fideles animæ, quæ exuto veteri homine cum ſuis actibus novũ induerunt, & ideò novellæ per gratiam, nõ vetulæ per culpam, non ſenio ſteriles, ſed donis ſpiritualibus fœcundæ; fortes in fide, & in dilectione non debiles ut vetulæ, non incurvatæ per amorem terrenorum, ſed per cœleſte deſiderium rectæ, & ad cœlos erectæ; dilexerunt te nimis, ideſt vehementer. Et nota, quòd ideò fœminino genere adoleſcentulæ dixit, quia ferventiùs amant, quàm adoleſcentuli.* Poſtquàm autem Richardus, quæ de oleo nominis Ieſu Bernardus diſſeruit ſerm. 15. in Cant. non incongruè Mariæ nomini aptanda curaverit: aliquid animoſiùs audet; & oleum Mariæ quaſi lenius, blãdius, gratiuſque hominibus eorum ad ſe allicere animos faciliùs quàm Ieſu nominis oleum comminiſcitur. In Ieſu enim propter intimam divinitatis cõiunctionem quid inacceſsibile, & ſublimius contemplatur humana infirmitas: nomen eſt auguſtum, horrorem incutiens, & propter virilem conditionem auſterius & acerbius. At Mariæ nomen plenâ humanitate affluit, ſuavitate madet, nil niſi dulcedinem, & lenitatem ſtillat. Nam & mulier eſt, cui teneritudo eſt, & pietas ſemper agnata, & ne quid de illa infirmum aut lubricum timeatur, virginitate ornata. Quapropter ait: *Sicut Beatus Bernardus ait: Nomen Ieſu mel in ore, in aure melos, in corde iubilus; ſic & nomen Mariæ, & etiam amplius ſi dicere audeamus. Ieſus enim quaſi ſuperbum nomen eſt, & nimium potens: noſtros humilius nomen affectũ decet. Vnde ſi in Ieſu aut deitatis, aut ſexus virilis auſteritatem aliquis vereatur, recurrat ad Mariam, in qua nihil horũ ſuſpectum eſt. Maria enim nomẽ muliebre eſt, manſuetudinem præferens, & commendãs. Quòd ſi ſexum verearis pro eo, quòd & ſibi, & alijs ſemper fuit in ruinã, Virgo eſt.* Quaſi virginitas totam muliebritatis exſuperet ſupellectilem & ditionem. In nomine Ieſu quis ibit inficias, ſuavitatem rigore cõdiri, terroremque dulcedine temperari, dulceſcit enim acriter, & ſuaviter mordet? Quare ſi ſemel Iſaias dixit: *Nomen tuũ, & memoriale tuum in deſiderio animæ.* Quod autem expetitur, ut iucundum & gratum mẽti objicitur, cap. 30. 27. ait: *Ecce nomen Domini venit de longinquo, ardens furor eius, & gravis ad portandũ.* Pſalmiſta quoque protulit Pſal. 110. 10. *Sanctum & terribile nomen eius.* Vide, quomodo in nomine Ieſu, vel dulcedo invaginatur horrore, vel horror ſuavitate reconditur, ſicque veluti è duabus contrarijs proprietatibus pariter commixtis media quædã progignitur, quæ ſic edulcat, ut pungat, ſic pungit, ut edulcet. At in Maria totum delectabile, totum hilare, & iucundum, nihil accidum, nihil acerbum, quidquid amaritudinem gignit, ab ea expunctum eſt. Ne faſtidias, quæſo, iterum id auſcultare à Richardo, qui longè inferiùs ſic ait: *Dulcedinem nominis Domini prævideratIſaias, dicens: Nomen tuum, Domine, & memoriale tuũ in deſiderio animæ meæ; terribile tamen oſtendit illud dicens: Ecce nomen Domini venit de longinquo, ardens furor eius, & gravis ad portãdum: & Pſal. 110. Sanctum quidem, inquit, & terribile nomen eius. Horribilis quidem dulcedo tãto furore reſperſa. Gratias autẽ ei, qui aliud providit refugium peccatoribus, delectationis & ſecuritatis plurimum habens, terroris nihil.* Hinc eſt, quòd non ambigat atteſtari Anſelmus lib. de excellent. Virgin. cap. 6. invocatum Mariæ nomen celeriùs optata peccatori deferre quandoque, quàm invocatum nomen Ieſu. *Velocior* (inquit) *eſt nonnumquam ſalus memorato nomine Mariæ, quàm invocato nomine Domini Ieſu unici Filij Dei. Et id quidem non ideò fit, quòd ipſa maior & potentior ſit eo: Neque enim ipſe magnus, & potens eſt per eam, ſed illa per ipſum. Quare ergo propicior ſalus in recordatione eius, quàm in Filij ſui ſæpè percipitur? Dicam, quod ſentio: Filius eius Dominus eſt, & iudex omnium diſcernẽs merita ſingulorum, dum igitur ipſe à quovis ſuo nomine invocatus, non ſtatim exaudit, profectò id iuſtè facit. Invocato autem nomine Matris, & ſi merita invocantis non merentur, ut exaudiatur; merita tamen Matris intercedunt, vt exaudiatur.*

48 Si verò reverentiam & honorẽ, quẽ huic nomini optat impendi Deus, attẽdas, quoddã in hoc etiã cum nomine Ieſu iniſſe cõmerciũ elucebit: nã veluti conſimili quadã veneratione vult Deus utrũque ſuſcipi. De nomine Ieſu inquit Apoſtolus: *Et nemo poteſt dicere Dominus Ieſus, niſi in Spiritu ſancto*, 1. Corinth. 12. 3. Tanta enim eſt nominis Ieſu maieſtas, ut præmittatur Spiritus ſanctus, qui cor & linguam abſterga, illud nuntiatur, nec dignè devoteque tantum enuntiatur nomen, niſi tanto prævio præcurſore. Sic hũc locũ explicat Anſelm. *Quomodò nemo dicit Dñs Ieſus niſi in Spiritu ſãcto; cũ ipſe Ieſus aſſerat, quia nõ omnis, qui dicit, Domine, Domine, intrabit in regnũ cœlorũ? Sed hoc ipſum dicere, quod Apoſtol⁹ poſuit, nõ ſermone, ſed affectu cordis eſt*

Iſai. cap. 26 8.

Iſai. 30. 27.

Pſal. 110. 10

1. Corinth. 12. 3.

Anſelmus.

ponderandum, nam propriè poſuit verbum quod eſt, dicit, ut ſignificaret voluntatẽ atque intellectum dicentis. Dominus verò generaliter poſuit oris ſermonẽ. Videtur enim etiã dicere, qui nec vult, nec intelligit, quod dicit. Sed ille propriè dicit, qui voluntatem atque mentem ſuam ſono vocis annuntiat, & ille Dominum Ieſum dicit, qui eum diligit, ſi eo modo dicit, quomodo intelligi Apoſtolus voluit: & paulò inferiùs : *Nemo poteſt dicere Dominus Ieſus; ideſt, nemo devotè poteſt gloriam Domini Ieſu Chriſti prædicare, ut annuntiet & confiteatur, quia ipſe eſt Dominus, ideſt niſi in Spiritu ſancto, ideſt, niſi mentẽ eius illuminaverit Spiritus ſanctus, & amore veritatis accenderit.* Sermo profectò nobis non eſt, cũ ijs qui inſtar Pſyttacorum, aut ficedularum nullo rationis ſpiritu acti nomen enuntiant Mariæ, ſed de ijs, qui iuxta præfixum intellectũ Anſelmi propriè dicunt, piè & devotè dicunt: dicere autẽ propriè, quid humanũ & rationale eſt ortum à voluntate mente prædoctâ. Quemadmodũ ergo qui propriè dicit Dominus Ieſus, hoc à Spiritu ſancto habet mẽtem illius illuſtrante, animumque inflammante; ſic ipſum nomen Mariæ quaſi præcurſor eſt ſui ; nam ipſa illius memoria, ipſum illius enuntiandi propoſitum quaſi divinum Spiritum advocat, qui mentẽ expurget, voluntatemque accendat, ſicque utrãque adornet, ut tãquam ex digno utero felix partus enuntiati nominis pandatur. In hunc ſenſum interpretor verba Ecxeberti Abbatis relati à Richardo lib. 1. de laudibus Mar. *O magna, ò pia, ò multum amabilis Maria : tu nec nominari quidem potes, quin accendas; nec cogitari, quin recrees affectus diligẽtium te; tu nunquam ſine dulcedine divinitùs tibi inſita piè memoriæ portas ingrederis.* En quomodo blandè irrepit quædam cœleſtis gratia memoriæ nomen Mariæ edituræ, ut iam in illo Spiritus ſanctus præhabitare intelligatur, ſuadens ut dignè & utiliter edatur. Nec ab his deficiũt, quæ ipſemet Richardus ſubmittit, adſtruens Mariæ nomen oleum eſſe penetrativum: *Sed nota, quòd oleum non penetrat humida, ſcilicet per carnalem concupiſcentiam, ſed deſiccata per abſtinentiam & pœnitentiam. Si vis ergo hoc oleo penetrari, neceſſe eſt tibi primitùs deſiccari.* Verè ut nomen Mariæ inſtar fungentis ratione quis proferat, neceſſum quidem eſt, ut mẽs priùs illo tumeſcat, quàm verbis illud enitatur, priùs debet eſſe verbum mentis, quàm verbum oris; priuſque mente concipi, quàm verbis excipi. Igitur cùm oleũ Mariæ nomen ſit, quemadmodum & Ieſus, ut in utero mentis utrumque illabatur eiuſque ſinus pervadat ; quidquid humorem ſapit (ait Richardus) quidquid concupiſcentia humectarit, expedit, ut priùs areſcat & defœcetur. Sicque via tantorum nominum ingreſſui aperiatur, præveniat Spiritus ſanctus ingreſſum, mentemque & animum ſalutaris ſuæ aureæ fluctibus exſiccet.

Ecxebertus Abbas.

Richar. de S. Laur.

49 Si debitum Ieſu nomini cultum & obſervantiam curamque, quam de illo Deus habet, velis exaggerare; occurrat tibi locus ille Luc. 4. 32. *Et in Synagoga erat homo habens dæmonium immundum, & clamavit voce magna, dicens: Sine, quid nobis & tibi, Ieſu Nazarene? Veniſti perdere nos? Scio te quis ſis Sanctus Dei : & increpavit illum Ieſus, dicens: Obmuteſce.* Scio in varias ſciſſos eſſe Interpretes ſacros ſententias, indagantes rationem, ob quam dæmonem ſanctiſsimum nomen proferentem Chriſtus obiurgaverit, illiuſque os occluſerit. Placet ſententia Gloſſę moralis: *Per hoc* (inquiẽs) *quod Chriſtus increpavit dæmonem, qui ſuam poteſtatem confitebatur & ſanctitatem, ei ſilentium imponens, docuit nos fugere laudes turpium perſonarum, quia ſicut dicit Seneca lib. de virtutibus: Tam turpe ſit tibi laudari à turpibus, quàm ſi laudaris ob turpia.* Clariùs rem attigit Hugo Cardin. *Nolebat etiam à diabolo nominari, Eccli. 15. Non eſt ſpecioſa laus in ore peccatoris. Peccatori autẽ dixit Deus: Quare tu enarras iuſtitias meas?* Nihil tam indignum & indecorum divino nomini, quã ex ore indigni & iniqui effundi : Et in hanc voco interpretationem verba Tertul. lib. 4. adverſus Marcion. cap. 7. *At quin, inquis, increpuit illum Ieſus. Planè, ut invidioſum & in ipſa confeſſione petulantem, & malè adulantem.* Inſanus enim prorſus, & væcors eſt, qui immundum gerens animum, dum divinum nomen aſſumit enuntiandum, æſtimat ſe blandiri maieſtati : quàm hæc diſtorta, & ſtulta aſſentatio ! quàm petuliãs & procax adulatio ! quæ non tam Numini aſſentatur, quàm iniuriam irrogat. Quamobrem lepidè ſubiecit Tertullianus: *Ipſe erat Ieſus, præter quem alium dæmon agnoviſſe non poterat : & Ieſus eum confirmavit, quem agnoverat dæmon, dum non ob mendacium increpat dæmonem.* Contendebat ex hoc loco Marcion, Chriſtum non verè eſſe Ieſum : & ſuum ex eo fulciebat delirium, quòd in dæmonem Ieſum acclamantem interminatus ſit Dominus. In quem Tertullianus inſultat, aſſerens, dæmonem non mendacij à Domino incuſatum, cùm alium Ieſum præter ipſum dæmon agnoviſſe non poterat. Confirmavit potius ſe eſſe Ieſum,

Luc. 4. 32.

Gloſſa moralis.

Hugo Cardin.

Tertul.

defunctum Lazarum inferos ſpolians redivivum traxit ad ſuperos. Quò tendit hæc rerum ordinata & digeſta faſcis? Verè ex ea anſa porrecta eſt calumniatoribus criminandi: Num. 37. *Quidam autem ex ipſis dixerunt: Nõ poterat hic, qui aperuit oculos cæci nati, facere ut hic non moreretur?* num. 37. Quare divina Sapientia mortis in Lazarum impingentis curſum non præcludit? Deinde, quo conſilio adventus ſui in caſtellum famam non vult priùs ad Mariam quàm ad Martham pervenire? Hæc ſtatuit, ut prima ſit, quæ obveniat, huic imperat, ut Mariam advocet, duci vult à Maria in ſepulchrum, & Maria ſibi adiũcta mortuũ ſuſcitat. Quorſum tantoperè deſideratur Maria, quæ vocatur, quæ viam monſtrat, quæ Domino adhæret, ut frater reſurgat? Num hæc abſque Maria non poterant patrari, & redivivo Lazaro felicia & feſtiva nuntia reportari ad Mariam? Apage. Occultioris arcani documento vult nos divina Sapiẽtia imbuere in præſenti. Nil mehercle apud Eccleſiæ Patres tam frequens, tam tritum, quàm in morte Lazari miſeri mortem adumbrari peccatoris, & in eius reſurrectione, huius delineatam eſſe ad vitam gratiæ evocationem. Ideò Chryſologus ſerm. 63. ait, conferens Lazari ſuſcitationem cum alijs, quas præſtruxit Dominus: Chryſolog. *Circa Lazarum verò quod geritur, totũ ſingulare eſt; cuius mors, cuius reſurrectio commune nil habet cum prædictis, quem circa & vis tota mortis impleta eſt, & forma reſurrectionis plena reſplendet:* & infrà: *Videtis quemadmodum dat locum morti, licentiam dat ſepulchro, corruptioni poſſe permittit, negat nil putredini, nil fœtori; atque ut tartarus rapiat, trahat, habeat, admittit: atque agit, ut humana mens tota pereat, & tota vis mundanæ deſperationis accedat, quatenus, quod facturus ſit, divinum ſit, non humanum?* & Idem. ſerm. 65. *Erat* (inquit) *ſpelunca. Dixiſſe ſufficerat, veniſſe ad monumentum, quid eſt, quod tantopere ſpeluncam Evangeliſta cõmemorat? Spelunca planè, ubi hominẽ diaboli latrocinium collocavit, ſpelunca ubi virum fraus condidit mulieris, ſpelunca, ubi Dei plaſma mortis rapacitas includebat:* & ſtatim: *Ait Ieſus: Tollite lapidem. Inter divinas virtutes humanum Chriſtus requirit auxilium? Non ſufficit amovere lapidẽ, qui mortem ſufficit effuga? Sepulchri clauſtra reſerare nõ valet, qui portas tartari prævalet aperire? Dixerat per Prophetam: Auferam cor lapideum de carne eorũ, & dabo eis cor carneum. Præcepit ergo, ut Iudæi ex ſe cor lapideum tollant, evolvant perfidiæ ſaxum, ſilicem duræ incredulitatis excludant, quatenus animæ per infidelitatem mortuæ de ſepulchro pectoris proſilirent, & non tantùm ſurrexiſſe Lazarum, quantum ſe Lazaro conſurreuiſſe gauderẽt.*

Igitur præmonſtraturus Dominus in Lazari morte calamitoſam, & ferè deſperatam humani generis ruinam, in illiuſque ſuſcitatione huius redemptionem & vitam denuò largitam; ordo quo ad Lazarum pergit educendum Magiſterium diſciplinæ eſt, quo ſtudet nos erudiri Mariæ nomen ſimul ſe cũ ſuo aſſumpſiſſe in noſtræ reparationis facinore, nihilque Ieſum velle operari abſque conſortio Mariæ: Matris & Filij nomina vitæ nobis indendæ inſiſtunt, pariterque conſiſtunt: ut ab utroque tanquam à gemino fonte, vel eiuſdem fontis gemino limite vita noſtra intelligatur decurrere. Quamobrẽ decernit, ut prior occurat Martha: ut Martha adſtante innoteſcat ſe nihil circa Lazari revocatum ſpiritum operatum: iubet vocari Mariam, ut Mariæ adventus non caſus putetur, ſed conſilium; locum decumbentis mortui à Maria rogat, non quòd ignorat, ſed quòd innuat miſeriæ noſtræ ſtatũ & notitiam velle ad ſe deferri per Mariam. Mariam eligit ducem ad ſepulchrum, quaſi ipſe ab ipſa allectus & attractus ad noſtram reparationem æſtimetur. Evocat quatriduanum & fœtentem peccatorem, ſibi Maria adhærente, ut hominis rediviva vita parta quaſi ab utroque cenſeatur. Sed cuius hæc gratia fiunt; Mariæ Magdalenæ? an Matris? Aderat Magdalena, abfuerat Mater: ſed quamvis abſceſſerat Mater, in Matris honorem & gratiam hæc agebantur. Deſideratur quidem & ambitur à Chriſto Magdalena ad tantum opus patrandum, ſed non ut ſuorum meritorum baiula, ſed ut Mariæ tantùm nominis gerula. Ideò adnotavit Evangeliſta: *Abijt, & vocavit Mariam ſororem ſuam.* Cur non Magdalenæ nominis meminit, ſicut illi in more eſt, ſed Mariæ? Planè quia non perſona Magdalenæ, ſed Mariæ tantùm nomen expetebatur. Matris dumtaxat nomen requirit Ieſus noſtrã ſalutem operaturus, & cùm Mariæ nomen adeſt, quamvis abſit Maria, pietatis ſuæ molimina, & emortui peccatoris reſurrectionẽ non retardat: quia cùm Mariæ nomen nomini Ieſu agglutinatur, nihil, ut partum ſuum divina fundat clemẽtia, defecit: parata ſunt enim omnia; conflatur obſtetrix ex glutino Ieſu nominis & Mariæ. Opportune ſubſidiatur Chryſolog. ſerm. 64. *Denique ubi Martha confeſſa eſt Chriſto, & quidquid ſuæ culpæ non in perſona mulieris pia confeſſione delevit, mittitur ad Mariam, quia ſine Maria, nec fugari mors poterat, nec vita poterat reparari. Veniat Maria, veniat materni nominis baiula, ut videat homo* Chryſol.

mo Chriſtum virginalis uteri habitaſſe ſecretum, quatenus prodeant ab inferis mortui, mortui exeant de ſepulchris. Sed abſque ſpeciali diſpunctione dimittere Chryſologi verba non oportet. Agit enim Dominus in Martha, & laborat, ut eam dignè adleget ad Mariæ nomen accerſendum. Incredulam ſe Domino Martha præbuerat, pri-
Ioan 11.20. mò dum aſſerit: *Domine, ſi fuiſſes hìc, frater meus non fuiſſet mortuus*, Ioann. 11. n. 20. Quaſi abſens Dominus mortis imperiũ cohibuiſſe nequiret. Deinde dicenti Domi-
Num. 23. no: *Reſurget frater tuus*: *dicit ei Martha: Scio quia reſurget in reſurrectione in noviſſimo die*, num. 23. Velùt Domini inficiaretur potentiam, quæ poſſet illum tũc à mortuis revocare; expulit Dominus Marthæ infidelitatem, illuſtravit monitis eius mentẽ, animum accẽdit; & iam ſic erudita, & à ſordibus modicæ fidei expiata ad nomen Mariæ mittitur advocandum. Expende contextum Evangeliſtæ. Nam Domino proferen-
Num. 27. ti: *Credis hoc? Ait illi: Vtique, Domine, ego credidi, quia tu es Chriſtus Filius Dei vivi, qui in hunc mundum veniſti*, num. 27. & mox adiunxit Evangeliſta: *Et cùm hoc dixiſſet, abijt, & vocavit Mariam ſororem ſuam ſilentiò dicens: Magiſter adeſt, & vocat te.* Velut ſi aſſerat: cùm decurtatæ fidei ſuæ confeſsionẽ emiſiſſet, iã à peccatis purgata & relevata impellitur ad Mariam: Mariæ namque nomen docet nos Deus velùt quoddam ſacramentum ſuſpiciendũ, quod ut ore ſumamus, oportet abſtergere labia, conſcientiam mundare, ſarcinam prævia confeſsione peccatorum deponere, nec ſibi quis ad illud accedere dignè ſuadeat, qui aliter ornatus ei ſe immiſcuerit. Hoc eſt,
Chryſol. quod ait Chryſolog. *Denique ubi Martha confeſſa eſt Chriſto, mittitur ad Mariam*: & forſan ideò Chryſologus Mariæ nomen Dei ſacrificium appellavit, ſerm. enim 146. ait: *Nomen hoc prophetiæ germanum eſt, hoc renaſcentibus ſalutare, hoc virginitatis inſigne, hoc indicium caſtitatis, hoc Dei ſacrificium, hoc hoſpitalitatis virtus, hoc collegium ſanctitatis: meritò ergo matris Chriſti nomen eſt hoc maternum.* Quid igitur mirum, cùm Mariæ nomen Dei ſacrificium, & collegium ſanctitatis exiſtat, ut præmiſsâ confeſsione Martha abſtergat ſpiritum, mentem purget, conſcientiam abluat, ut ad illud accedat. Numquid impium non eſſet pollutâ fide, ſordidoque habitu Dei ſacrificio, & conventui iungi ſanctitatis?

53 Sed ad inſtitutum noſtrum redeuntes, pergit Chryſolog. adſtruere, quomodo Ieſus Mariæ nomẽ ſibi accingat, ſuoque velut annexat, ut ab utroque humani generis ſalus emanet. Elucubrans enim verba illa Matth. 28. 1. *Veſperè autem Sabbati, quæ luceſcit in prima Sabbati, venit Maria Magdalenæ, & altera Maria videre ſepulchrum.* Hæret in eo, quòd Evangeliſta ſingulari caſui numerum pluralem adiungat; nam cùm duæ fuerint Mariæ, quæ venerunt, aſſerit *venit*: & quamvis geminam fuiſſe iuxta litteram non inficietur, in myſterio tamen ſingularem agnoſcit. Quapropter ſerm. 74. ait: *Venit Maria, hoc nomen matris eſt Chriſti, venit ergo mater in nomine*, & ſer. 75. *Maria & Maria, ſic altera ut ipſa, ipſa ut altera, altera ipſa Maria, Maria Mater Chriſti*: & ſer. 77. *Venit mulier, ſed redit Maria.* Quaſi plenus ſcopus Chryſologi fuerit Magdalenam non tã ſe, quàm Mariæ Matris Domini nomen ad orã geſtaſſe ſepulchri: ut ipſa ſepulchro Dominico inſiſtens, ſibi conſtet, ſibique reſpondeat ad ſepulchrum redivivi Lazari ſtanti: & quemadmodum ibi requirebatur Mariæ nomen, ut baiularet; ſic ad Domini tumulũ ut Mariæ nomen, tãquam baſis animata luſtineat, intelligatur requiri. Nam quæ in ſepulchro Lazari ex quo proſiluit vivus, tunc agebantur, figurã eorum, quæ in tumulo Dominico perficienda erant, demonſtrabãt, ut placuit ipſi Chryſolog. ſerm. 63. *Circa Lazarum vis tota mortis impleta eſt, & forma reſurrectionis plena reſplendet. Audeo, & dico totum rapuiſſe reſurrectionis Dominicæ ſacramentum, triduanus ab inferis Lazarus ſi rediiſſet: nam Chriſtus rediit triduanus, ut Dominus, Lazarus revocatur quatriduanus, ut ſervus.* Ergo ſi oportuit, ut Mariæ nomẽ efferretur in Lazari reſurrectione lineas reſurrectionis Dominicæ præducente; quid ni, ſi in ipſo exemplari & rei complemento Mariæ deficeret nomen? *Venit ergo Maria* (ait Chryſol.) *Hoc nomẽ Matris eſt Chriſti, venit ergo Mater in nomine.* Et ſi mentem ſcrutemur Chryſologi, perſcrutemurque, cur tam ſolicitè curat, ut ad ſepulchrum properet Magdalena, ut materni nominis baiulatrix; autumo, ut innuat, tanquam qui divinum percalluerit conſiliũ, Mariæ nomen neceſſum fuiſſe, ut inſideret ſepulchro tanquam vulvæ, ex qua in reſurgente Chriſto vita omnium emittẽda. Fuerat Mariæ uterus, qui quondam Chriſtum clauſit, & omnium effudit ad vitam; inſtar alvi erat ſepulchrum, quod Chriſtũ abſcondit, & omnium protulit ad æternitatem, & ne aliquis eſſet uterus abſque Mariæ nomine, nomen Mariæ geſtat Magdalena ad ſepulchrum, margini illius inſidet, quaſi margini nomen, quod gerit, inſcribens. Sicque notum & tritum ſit omnibus, Ieſum humani generis vitam reſurrectionemque nunquam ſine Mariæ nomine condidiſſe. En quàm

Matth. 28. 1.

Idem.

Idem.

con-

concinnè reſpondet Mariæ nomẽ in Magdalena, tanquam in nobili columna erectum ad ſepulchrũ Domini ſtante, & nomini Mariæ, quod ſplenduit in ipſa, ad fratris tumulum conſiſtente. Et ut innoteſcat me mentem attigiſſe Chryſologi, ſubdit. ſerm. 75.

Idem. *Venit Maria ad ſepulchrum, venit ad reſurrectionis uterum, venit ad vitæ partum, vt iterum Chriſtus ex ſepulchro naſceretur fidei, qui carnis fuerat generatus ex ventre: & eum, quem clauſa virginitas vitam protulerat ad præſentem, clauſum ſepulchrum ad vitam redderet ſempiternã. Diuinitatis eſt, clauſam Virginem reliquiſſe poſt partum: de ſepulchro clauſo exiiſſe cũ corpore, eſt diuinitatis inſigne.* En quàm aptè ad rem Chryſologus dixerit de Magdalena, *venit mulier, ſed redit Maria.* Venit Magdalena mulier, quando acceſsit ad ſepulchrum; ſed quia diſceſsit vitam profundens de ſepulchro, & abijt, quæ in ipſo inſpexerat, vitam omnibus reſurrectionis prædicans & manifeſtãs, redijt Maria, quia quomodocunque Chriſtum edere & parturire Mariæ munus eſt. Et ſi validum munimentum, quo prædicta fulcias, exoptas: memineris Magdalenam, cùm eius obſcuratur fides, cùm quibuſdam velut tenebris incredulitatis offunditur, Mariæ nomine degradatam, mulieremque appellatam: *Dum ergo fleret, inclinavit ſe & proſpexit in monumentum, & vidit duos Angelos in albis ſedentes, unum ad caput, & unum ad pedes, vbi poſitum fuerat corpus Ieſu; dicunt ei illi: Mulier, quid ploras? Dicit eis: Quia tulerunt Dominum meum. Hæc cùm dixiſſet, converſa eſt retrorſum, & vidit Ieſum ſtantem, & non ſciebat, quia Ieſus eſt: Dicit ei Ieſus: Mulier, quid ploras? Quem quæris?* Ioan. 20. 11. Largè flebat, ſed parcè credebat, quæ corpus Domini velut adhuc mortui dolebat furatum, ideò Angeli, ideò & eorum Dominus nomine eam Mariæ denudant & mulierem compellant, quia quãdiu accenſam non baiulat fidem, nominis gerula Mariani non eſt. Adeſt Chryſol. ſer.

Ioan. 20. 11

Chryſol. 76. *Ipſamque alibi Mariam flentem quaſi de mortuo mulierem vocat, atque tangendi ſe licentiam negat.*

54 Non parum præfatam doctrinã cõmendant & ſtabiliunt verba Bernardi in Nativit. Mariæ ſer. de aquæ ductu. Sic enim

Bernardus. Mariam alloquens ait: *Oleum effuſum nomen tuum, Memoriale tuum in generatione & in generationem. Verùm id quidem non in vanum, & ſi oleum effunditur, ſed nõ perit, propterea ſiquidem adoleſcentulæ, parvulæ ſcilicèt animæ ſponſum diligunt, idque non parum.* Quaſi amor & vita animarum ab oleo deſcẽdat nominis Mariæ: & ſtatim:

Intuere, ò homo, conſilium Dei, agnoſce conſilium ſapientiæ, conſilium pietatis, cœleſtem aream rigaturus totum vellus prius infudit, redempturus humanum genus pretium univerſum contulit in Mariam. Quæ verba ut pleniùs intelligantur, petendus eſt intellectus loci illius Iudic. 6. 36. *Dixitque Gedeon ad Deum: Si ſalvum facis per manum meam Iſrael, ſicut loquutus es, ponam hoc vellus lanæ in area, ſi ros in ſolo vellere fuerit, & in omni terra ſiccitas, ſciam quòd per manum meam, ſicut loquutus es, liberabis Iſrael. Factumque eſt ita, & de nocte conſurgens expreſſo vellere concham rore implevit. Dixitque rurſus ad Deum: Ne iraſcatur, obſecro, furor tuus contra me, ſi adhuc ſemel tentavero ſignum quærens in vellere, oro ut ſolùm vellus ſiccũ ſit, & omnis terra rore madens. Fecitque Deus nocte illa, at poſtulaverat: & fuit ſiccitas in ſolo vellere, & ros in omni terra.* Gemmata ſuboritur quæſtio. Prima, cur primo ſigno humentis velleris & arentis areæ ſedatus non fuerit Gedeonis animus, fideſque de victoria non ſecura? Secunda: ſi duo miracula erat incertam rei fidem à Deo exacturus: quare eiusmodi fuit ordinem inſequtus, ut priùs peteret vellus rore plenum, agrum verò eo deſtitutum, deinde campum rore reſperſum, & aridum vellus? Vt quid rei, & ſignorum ſeriem non immutavit, ut ſecundum præcederet, ſuccederetque primum? Sic ſanè autumo à Deo digeſtum & ordinatum, ut Mariam velut fontem totius gratiæ in homines effundendæ adſtrueret; vellus figurabat Mariam, ros divinam gratiam ſeu verbum æternum, area genus humanum. Si unico ſigno madefacti rore velleris, & ſiccæ areæ contentus fuiſſet Gedeon, plenè divini myſterij ſcopus non collimabatur: nam ex eo ſolùm perciperemus cœleſtem gratiam in ſolam Mariam infuſam, ſed nondum ex ea in omnes refuſam; ad plenum ergo ſacramenti intellectũ opus fuit, ut ſecundum ſignum accederet, in quo ros, qui in vellere primò erat collectus, effluens & madefaciens agrum ſpectaretur. Si autem ſignorum inverteretur ordo, divinæ œconomiæ diſpenſatio non eluceret, quæ providit, ut à Maria primo gratiæ rore exundanti gratiarum curſus reflueret in humanum genus. Igitur ſigna non ſic erãt diſponenda, ut priùs ſiccum vellus appareret, humens verò ager; deinde ſiccus ager, & humens vellus: ſic enim innueretur rore primò defluxiſſe in homines, & ab ijs recurriſſe in Mariam. Quàm hic perverſus, & præpoſterus ordo! Debuit ergo Gedeon cœleſti impulſus afflatu, & duplex petere ſignũ, & eo ordine petere, ut maderet priùs rore

Iudic. 6. 36.

vellus

vellus arida area, deinde maderet area aridovellere, ut quidquid genus ſterile humanum fœcundaret, & irrigaret à Maria, intelligeretur expreſſum. Hæc intendit Bernardus, cùm ait: *Intuere, ò homo, conſilium Dei, agnoſce conſilium ſapientiæ, conſilium pietatis, cœleſtem aream rigaturus totum vellus priùs infudit, redempturus humanũ genus pretium univerſum contulit in Mariam:* Deinde ſubmittit: *Altius ergo intuemini, quanto devotionis affectu à nobis eam voluerit honorari, qui totius boni plenitudinem poſuit in Maria, ut proinde ſi quid ſpei in nobis eſt, ſi quid gratiæ, ſi quid ſalutis ab ea noverimus redundare, quæ aſcendit deliciis affluens. Tolle corpus hoc ſolare, quod illuminat mundum; ubi dies? Tolle Mariã hanc maris ſtellam, maris utique magni & ſpatioſi, quid niſi caligo involvens, & umbra mortis, & denſiſſimæ tenebræ relinquẽtur? Totis ergo medullis cordium, totis præcordiorum affectibus, & votis omnibus Mariam hanc veneremur, quia ſic eſt voluntas eius, quæ totum nos habere voluit per Mariam.* Si quidquid vitæ & ſalutis impluere habebat in genus humanum Deus cõcinnavit in Mariam; ſi totius gratiæ virtutumque omnium theſauros reſignavit in Maria; ſi illa ſublata de medio, nil niſi nubilũ, & horror, & caligo involvẽs, & mortis terror omnia depaſcens; ſi per Mariam Deus totum nos habere voluit: quid mirum, quòd in Lazari tumulo, qui quidem theatrum erat, ubi humanæ redẽptionis ſcena agebatur: quid mirum, quòd in Dominico tumulo, in quo humanæ vitæ & immortalitatis hominibus impertiendæ veritas celebrabatur, noluiſſet Dominus nomen abfuiſſe Mariæ, Magdalenamque ſanctitate ornatam voluiſſe velut tanti nominis adſtitiſſe & extitiſſe columnam?

Bernardus.

55 Demum ſi Ieſu nomen prævalet aëreas debellare poteſtates, inferorum Principes abigere & conterere, cogereque ut terrore perculſi in intima tartari recipiantur, docente Apoſtolo: *Propter quod & Deus exaltavit illum, & dedit illi nomen, quod eſt ſuper omne nomen, ut in nomine Ieſu omne genu flectatur cœleſtium, terreſtriũ, & infernorum,* ad Philip. 2. 9. In quem locum Bernardus ſerm. 15. in Cant. *Oleum effuſum nomen tuum, effuſum planè, quod non ſolium cœlos terraſque perfudit, ſed aſperſit & inferos, adeò ut in nomine Ieſu omne genu flectatur cœleſtium, terreſtrium, & infernorum. & omnis lingua confiteatur, & dicat: oleum effuſum nomen tuum.* Huius etiam virtutis participem invenies Mariæ nomen, eo enim invocato fugãtur tenebrarum Principes, & in horrida latibula tremore concuſſi revocantur. Quare locum Pauli de Ieſu nominis poteſtate Mariano quoque nomini adaptat Richardus de S. Laurent. lib. 1. de laudibus Mar. *Putrefacit*, inquit, *iugum diaboli, ſupernatat omni nomini, ſicut oleum omni liquori. Dedit enim ei tota Trinitas nomen, quod eſt ſuper omne nomen poſt nomen Filij ſui, ut in nomine eius omne genu flectatur, ſicut manifeſtè patet, cœleſtium, terreſtrium, & infernorum.* Et longè inferiùs inquit: *Nomen Mariæ non ſolùm potens eſt ad muniendum confugientes ad eam, tanquã turris; ſed & hoſtes inſequentes potens eſt expugnare. Vnde ſuper illud Cant. 6 Terribilis ut caſtrorum acies ordinata, D. Bernard. dicit: Non ita metuunt hoſtes viſibiles quamlibet caſtrorum multitudinem copioſam, ſicut aëreæ poteſtates Mariæ vocabulum, cedunt & pereunt ſicut cera à facie ignis, ubicunque invenerint huius nominis crebram recordationem.*

Ad Philip. 2. 9.

Bernardus.

Richar. de S. Laur.

§. VI.

Ex præhabitis fulcitur ſplendida Marianæ conceptionis immunitas.

56 *Adſtruitur iam, metiturque conſequentia nobilis originis Mariæ ex præmiſſis.*

57 *Teſtimonium P. Franciſci Suarez.*

58 *Examinatur locus Hieronymi.*

59 *Ab originali labe fore immunem qui eã debellaturus deſcendit, probat locus Luc. 1. 41. ex Cardinalibus Hugone & Toleto.*

60 *Adſtipulatur locus Geneſ. 2. 18. & locus Eccleſiaſtici 36. 25. conſpirante utroque Richardo interprete.*

61 *Adſtat Procopius illuſtratus.*

62 *Conteſtatur Anſelmus.*

63 *Subvenit Bernardus.*

64 *Perſiſtit Bernardus.*

65 *Convolat Ildefonſus.*

66 *Deſumitur argumentum ex inſtitutione Euchariſtiæ prævia ad Chriſti mortem. Locus Paul. 1. Corinth. 11. 23. ex Rupert. Tertul. & Auguſt. locus Geneſ. 3. 15. ex Ambroſ. locus Richardi de S. Laurent.*

56 QVÆ à §. 2. hucuſque ſparſimus, quaſi ſemina ſunt iacta, ex quibus iam oportet fertiles manipulos metere, qui gloriosæ Mariæ puriſsimam conceptionem circumornent, quorum ſpicæ quaſi criſtatæ acies & criſpatæ adverſa-

ſariorum arma contundant & retundant, iaculaque argumentorum in eam intorta diſſipent & diſijciant. Nam §. 2. ex ſacra Pagina & concordi Patrum ſenatu decerpſimus: Quidquid corruptionis originem ſapit, à Redemptoris munere fungente, Ieſuque ſublime nomen præferente procùl arcendum: §. 3. probavimus Mariam humani generis redemptioni ſtuduiſſe plurimum, tribuſque redemptricis notis, aut inſignibus coruſcaſſe: §. 4. meritò dignam Mariã fuiſſe, quæ generis humani inſtauratricis & Chriſti conredemptricis nomine illuſtraretur: §. 5. Nomen Mariæ ſibi nomen Ieſu velut ſocium & comitem acciviſſe, cum eoque ſuæ virtutis & poteſtatis veluti ſtatuiſſe cõmercium. Ex quibus eiuſmodi conficio argumentum: originalis labes dedecet Redemptorem, & nomine Ieſu inſignitum: Mariam in ſociam redemptionis & adiutorium aſcivit Chriſtus, quæ & nominis Ieſu dignitatem & virtutes ſuo nomine præfert; immunis ergo ab omni originali noxa prædicanda eſt. Maior præpoſitio eſt indubitata: minor ſtabilita ex præindicatis: conſequentia legitimè deducta.

57 Hoc argumento uſus eſt P. Franc. Suarez, cuius memoria ob miram viri ſapientiam vitamque omnibus virtutum ornamentis cultam ſemper in benedictione erit, tom. 2. in 3. par. quæſt. 27. diſput. 3. ſection. 5. argument. 5. *Confirmari hoc non immeritò poteſt ex Patribus aſſerentibus per beatam Virginem deſtructum eſſe originale peccatum, & dæmonis imperium. Neque enim originali culpæ ſubdi oportuit illam, per quam peccatum ipſum expellendum erat.* Numeroſamque ſubmittit teſtimoniorum Patrum copiam, qui Mariam humanæ ſalutis cauſam adſtruant.

P. Franc. Suarez.

58 Locum Hieronymi adverſus Vigilant. diſcutiendum advocemus: *Inter cæteras quippè blaſphemias, quas ore ſacrilego protuliſti, auſus es dicere, montem, de quo abſciſſus eſt in Daniele lapis ſine manibus, eſſe diabolum, & lapidem Chriſtũ, qui quia aſſumpſit corpus ex Adam, qui diabolo antè per vitia cohæſerat, natum eſſe de Virgine; ut à monte, hoc eſt à diabolo hominẽ ſepararet; ò præſcindendam linguam, & per partes ac fruſta lacerandam!* In primis reputat Hieronym. ſtultam blaſphemiam aſſerere, Chriſtum à diabolo præſciſſum, ut hominem à diabolo arceret. Quàm fatuum, quàm inconſequens, ut à diabolo deduceretur, qui diabolo bellum venerat illaturus! Deinde verborum ſenſum & mentem hæretici, quam ita acri cenſurâ notat Hieronymus, evolvamus. Penè communis Patrum conſenſus eſt: Montem qui oſtenſus eſt Danieli, à quo levis excurrebat calculus, beatam Virginem adumbraſſe. Sic Hieronym. Auguſtin. Theodoret. & Richardus de S. Laurent. aſsiduè. Nec videtur inficiatus Hæreticus, dum ait, montem eſſe diabolum & lapidem Chriſtũ; *qui quia aſſumpſit corpus ex Adam, qui diabolo antè per vitia cohæſerat, natum eſſe de Virgine.* Liquet tamẽ ex Hæretici verbis Virginem ab eo diabolum nominaram, quia aſſumendo de Virgine corpus Chriſtus, corpus aſſumpſerat ex Adam, qui diabolo per vitia cohæſerat. Itaque iuxta Vigilantij ſententiã eatenus mõs, hoc eſt Maria, ex qua abſciſſus eſt Chriſtus ſine manibus, opere ſcilicet Spiritus ſancti, promerita eſt diaboli nomen, quatenus ipſa viam Adami ingreſſa eſt, ex Adæque lapidicina abrupta, qui diabolo per vitia cohæſerat. Verè ſi Maria fuiſſet in peccato cõcepta, damnaque Adami in ſua origine præſenſiſſet, nec omnino abſurda, forſan neque incõgrua Hæretici loquutio evaſiſſet. Qui enim Adami piaculum hæreditario iure participant, verè filij iræ naſcuntur, diabolique ſoboles, & eo ſenſu quo diaboli nomen potuit ſuſtinere Adam, cùm ſe diabolo mancipavit, diaboli & ipſi poſſunt appellari. Ad imaginem enim dæmonis, divinâ deperditâ & abolitâ, naſcuntur efficti. Quamobrem ſi Virgo fluenta originalis luis in ſua conceptione ebibiſſet, ſicut in illo inſtanti diaboli proles, ita & diabolus potuit nũcupari. Unde attendens Vigilantius Chriſtum natum ex carne virginea, quæ infectæ originis contraxit hæreditatem, non incongruè affirmare potuit lapidem præſciſſum eſſe de monte, qui in ſua prima conflatione diabolus extitit, quia Adæ per vitia cohæſit, hoc eſt Chriſtum natum eſſe de virgineo corpore, quod in ſui conceptione diabolus potuit accerſi, tunc enim corpus erat Adæ, qui diabolo per vitia cohæſit. Hanc ergo loquendi formam ſeu idioma, quod oppoſitæ ſententiæ fautores non abnuunt, neque poſſunt inficiari, quàm duro & aſpero calculo ſignaverit Hieronymus attendant. Cenſet ergo Hieronymus adverſus Vigilantiũ originis corruptionem ad Mariam haudquaquam deveniſſe, ne ea dicatur in aliquo inſtanti diabolus extitiſſe, quæ ut ſeparet hominem à diabolo divina providentia fuit concepta: ne dicatur Chriſtus, qui ſeparare hominẽ à diabolo venerat, decidiſſe à monte, hoc eſt à virgineo corpore, quod quondam per piaculum Adæ contractum, qui diabolo per vitia cohæſerat, diabolus valuit nominari.

Hieronym. Auguſtin. Theodor. Richar. de S. Laur.

59 Huius argumenti efficaciam, nempè ab omni prorſus originali reatu fore immunem, qui ipſum reatũ omniumque peccata deſtructurus advenerat, novit ſtrenuè

Elia-

Eliſabeth Spiritu ſancto aſſlata. Require
Luc. 1. 41. textum: *Et factum eſt, ut audivit ſalutationem Mariæ Eliſabeth, exultavit infans in utero eius, & repleta eſt Spiritu ſancto Eliſabeth; & exclamavit voce magna, & dixit: Benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui: & unde hoc mihi, ut veniat mater Domini mei ad me! Ecce enim ut facta eſt vox ſalutationis tuæ in auribus meis, exultavit in gaudio infans in utero meo*, Luc. 1. 41. Nemini dubium Eliſabeth cœleſte penetraſſe arcanum, quod tã erga ipſam, quàm erga Mariam agebatur. Cognovit proculdubio verum Deũ in utero Mariæ geſtatum, ſicut ſe in utero eius Præcurſorem continêre, & à Spiritu ſancto edocta calluit, per vocem Mariæ tanquam per divinum inſtrumentum, quo uſa fuit divinitas, quam claudebat, infantem ſuum exultaſſe, & per inſuetos illos ſaltus indicaſſe, à vinculis Adæ, in quæ conceptus inciderat, iam ſe expeditum. His præhabitis ambigo: quare eâdemmet honoris voce, eodemque prærogativæ titulo Eliſabeth Mariã & eius fructum uteri, Deum ſcilicèt compellat? Illam namque vocat benedictam, illum pariter benedictum: *Benedicta tu* (inquit) *in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui.* Nonnè qui dignitate diſtabant, diſpari excellentiæ vocabulo debuerunt inſigniri, diverſumque ſortiri laudis elogium? Verè agebatur à Spiritu ſancto Eliſabeth: & ideò eamdemmet gloriæ prædicationem in utrũque congeſsit, nec voluit diſpares eſſe præconio, quos quaſi virtute pares experta fuerat. Nunc ſcrutemur præconio illi: *Benedicta & benedictus*, quæ virtus, quævè poteſtas inſit, qui dque per illud voluerit innuiſſe
Interlinealis. Eliſabeth! Accipe Interlinealem: *Benedicta tu in mulieribus, non ſolùm inter mulieres benedicta, ſed inter benedictas maiori benedictione inſignis: & benedictus fructus ventris tui: non ſicut alij homines benedicti, ſed ſicut Apoſtolus ait; qui eſt ſuper omnia Deus benedictus in ſecula, & per quem benedictio venit in alios.* Itaque Maria maiori inter mulieres benedictione præfulget, ſicut inter homines Chriſtus, at Chriſti benedictio, quâ hominibus antevertit, ab ipſa illius conceptione fluit; igitur & benedictio Mariæ, ut æqualis Filij benedictioni exiſtat à primo originis inſtãti debet derivari. Et ut innuat Interlinealis hanc benedictionis nobilitatem à primo vitæ fonte deductam eos decere, qui ita benedicti ſunt, ut per illos benedictio in alios deſcendat; dixit de Chriſto: *Qui eſt ſuper omnia benedictus in ſecula, & per quem benedictio venit in alios.* Atverò ideò etiam Mariam vocari benedictam, quia ex ea omnium benedictio pluat, cenſet Hugo Cardin. *Benedicta tu: benedicitur ab Angelo, quia triũphantem Eccleſiam reparavit; benedicitur ab Eliſabeth, quia Eccleſiam militantem iã ferè mortuam ſuſcitavit.* Et ut innoteſcat clariùs eiusmodi benedictionem Mariæ, & Chriſto ab Eliſabeth delatam, eam expellere maledictionem, quæ ab origine Adæ in omnes elabitur, ita ut ſoli ipſi dicantur benedicti, qui illa non fuerint reſperſi, apertè oſtendit Hugo Cardin. *Et benedictus fructus ventris tui, de quo Pſalmus: Dominus dabit benignitatem, & terra noſtra dabit fructum ſuum, ideſt Maria dabit fructum ſuum, ideſt ſibi congruum, ſcilicet benedicta benedictum; ſicut terra maledicta in opere Adam fructus parturit maledictos, Geneſ. 3. Maledicta* (inquit) *terra in opere tuo ſpinas & tribulos germinabit tibi.* En quomodo benedictionem Mariæ primæ maledictioni opponit, & ei dicit congruere benedictionem fructus uteri ſui, qui ſicut à primo conceptionis inſtanti fuit benedictus, ita à prima ſui origine benedicta Maria: aliàs benedictioni benedictio non aptaretur. Quaſi dicat: benedicta vocatur terra, benedictus fructus quem germinat; convenit benedictio terræ benedictioni fructus, & è converſo benedictio fructus terræ benedictioni. Nam ſicut terra, quæ Adæ maledictionem ſuſtinet, non fert fructus alijs, ſed damna, ſed moleſtias; quæ fructum fert & ſalutem, ab ea prorſus maledictione exſors eſt. Qui enim alijs vitam affert, mortis ſpicula nũquam præſenſit, & quæ incorruptionem communicat, non participat corruptionem. Nunc ſpecta, quàm cõgruè fuerit loquuta Eliſabeth; Spiritus ſancti lumine irradiata cognovit, infantem geſtatum in Mariæ utero vincula originalis reatus ſolviſſe infanti à ſe geſto, inſtrumentum, quo uſus fuit, cognovit eſſe Mariam, & quos ſcivit peccati rupiſſe laqueos, ſcivit conſequẽter ab omni originis ligamine immunes: ideòque veluti pares illos in poteſtate pariter benedictos ab origine nuncupavit, ſuo cuique gradu dignitatis ſervato. Optimè fulcit mentem hanc Cardin. Toletus attẽdens Mariam & Filium æqualiter benedictos ab Eliſabeth nuncupatos, vimque huius benedictionis expendens: *Adverte omnem fructum mulierem fuiſſe, & eſſe maledictum, quia omnes in peccato concipimur: Solus Chriſtus benedictus fuit, quia ſanctus & de Spiritu ſancto conceptus, quæ benedictio propria & ſingularis eſt Chriſto; quãvis enim, ut ſæpè diximus, Mater fuerit ſine peccato concepta, id tamen fuit ex privilegio, & non ex natura propagationis. Meritò ergo Eliſabeth utramque benedictionẽ com-*

Hugo Cardin.

Idem.

Cardinal. Toletus.

commendat, & admiratur. *Nunquã enim fœmina extiterat, quæ talem filium concepiſſet, neque filius ullius fœminæ, qui de Spiritu ſancto eſſet.* Myſterium autem hîc maximopere ſuſpiciẽdum conſiſtit in eo, quòd Eliſabeth illicò ac ſenſit puerum ſuum ab originali ligaculo per Mariam & eius infantem expeditum, ſe excitaverit ad eorum originalem benedictionem prædicandam, quaſi hanc ex illo miraculo eliciens.

6o Superius rum. 28. ex plurium Patrũ ſententia induximus locum illum Geneſ. 2.18. *Non eſt bonum eſſe hominem ſolum, faciamus ei adiutorium ſimile ſibi.* Expoſitum de Chriſto Domino hominum redemptionem ſuſcipiente, & de Maria illi in miniſterium redemptionis adiuncta. Si verò inquiras, quam ob congruentiam Adamus paradiſi incola formam Chriſti prætulerit hominum ſaluti incumbentis, Eva quoque Mariæ Chriſto in tanti operis adiutorium aſcitæ, quandoquidem Adamus mortem invexerit, Evâ ſuadente & impellente; Chriſtus verò intruſerit vitam, Mariâ coadiutrice & operatrice? Autumo in cauſa fuiſſe nobilis excellentiam originis, quâ Adamus & Eva præditi fuêre, mundi Redemptorem & conredemptricem maximè decentem, utpotè præcipuum eorum ornamẽtum. Deus enim oculos conijciens in Adamum, contemplatuſque eum manuum ſuarum nobile plaſma, earumque labore effictum, formam Chriſti mundum redempturi in illo præſpexit, qui Spiritus ſancti opere & veluti manu concipiendus erat; ob hancque ingenitam nobilitatem Redemptori maximè convenientem, quam intuitus eſt in Adã, eum Chriſti primam formam, ſeu figuram voluit appellari. Rurſus cogitans Deus Mariam Chriſto in redemptionis levamen coaptandam, ut Adamo Chriſti figuram præferenti coẽxiſteret, quæ Mariæ quoque figuram erigeret, ait: *Faciamus homini adiutorium ſimile ſibi.* Simile, inquam, originis puritate & ingenuitate. Nam quemadmodum oportet mundi Redemptorem peccatum deſtructurum ab omni eſſe peccato expertem, oportet etiam eius cooperatricem ſimili immunitate gaudêre. En quam ob cauſam ſtatuit Deus Adamum Chriſti inſtauratoris præoſtendere ſpeciem, pariterque & Evam Mariæ, quia à ſplendida origine deſcendit Adamus, ſimulque & Eva; quæ nobilitas maximum eſt decus eorum, qui ad ignobilitatis abolitionem deſtinantur. His alluſiſſe exiſtimo Spiritum ſanctum Eccli. 36.25. *Non eſt vir illius ſecundùm filios hominum*: & ſtatim de eius ſponſa: *Adiutorium ſecundùm illum eſt, & columna & requies.* Ipſe vir non eſt ſecundùm filios hominum, ſed mulier ſponſa ſecundùm virum eſt. Planè Chriſtus ſecundùm filios hominum non eſt, quia nullus fuit, nec eſt futurus, qui ſimilis ei evaſerit Spiritus ſancti virtute coalitus, & natura propaginis primi parentis ſorde alienus; atverò adiutorium illi addictum, Maria ſcilicèt, ſecundùm illum eſt, quiâ eius ſimilitudinem præfert, non quidem in ipſius conceptionis modo, ſed in immunitate à prima macula; unde columna fuit Maria, quam generalis illa eluvies impetuosè ab Adamo decurrens, omnia involvens & evertens non concuſsit, non inclinavit, non movit, firmiter & erecta ſtetit, cunctis ruentibus. Sic ſubiungitur: *& requies*, quam illa prima rerum commotio & quaſſatio nec impulit, nec turbavit. In hanc mentem viſus eſt propendiſſe Richardus de S. Laurent. *De hac ſponſa Maria dicitur Eccli. 36. Non eſt vir illius ſecundùm filios hominum: & paulò poſt: Adiutorium ſecundùm illum eſt, & columna & requies. Et vide, quomodo hæc ſponſa opponitur primæ ſponſæ. Prima, ſcilicèt Eva, de coſta viri ſui formata eſt, & de carne huius formatus eſt vir ſuus, quod petebat Eccli. 36. Innova ſigna, immuta mirabilia. Mirabile fuit de coſta viri formare mulierem. Immutatio mirabilium eſt, quòd de carne ſolius mulieris formatus eſt homo. Sed cùm de oſſe viri formaretur caro mulieris, ſignum fuit, quòd per mulierem infirmaretur natura humana. Facta eſt autem ſignorum innovatio, cùm de carne mulieris factus eſt vir, quo ſignatum eſt, quòd per hanc innovationem humana natura ab infirmitate reverteretur ad firmitatem. Inde etiam notandum, quòd prima ſponſa facta eſt in adiutoriũ viri, dicente Domino: Nõ eſt bonũ hominẽ eſſe ſolũ, faciam' ei adiutoriũ ſimile illi. Infirmo adiutoriũ viro mulier: Hic autẽ dicitur: Vir eius non eſt ſecũdũ filios hominũ, qui omnes concipiuntur in peccato, ipſe verò ſine peccato cõceptus, natus & converſatus eſt.* Richar. de S. Laur. videtur annuiſſe Richardus de S. Victor. cap. 39. in Cant. *Speciem* (inquiens) *Mariæ Rex cœleſtis cõcupivit, & in ea carnẽ ſumens amplius hanc ſpeciem decoravit, quia ampliori eam gratia replevit. Mundo itaq; tenebris obvoluto & deformato, à Deo Solẽ iuſtitiæ ſpecioſũ forma præfilijs hominum edidit: & ita lumen cæcitatis & ſpeciem deformitatis ſpecioſam reſtituit.*

Richar. de S. Laur.

Richar. de S. Vict.

Eccli. 36. 25.

Ipſa igitur ſingulariter ſpecies Chriſti præ omnibus ſpecioſa, Chriſtoque ſimillima, nõ ſolùm ſpeciem Chriſti ipſa habens, ſed etiã in alijs hanc reſtituens. Maria itaque ſupra homines eſt, quia nullum habuit peccatum inter homines, inter quos nullus inventus eſt, qui faciat bonum, & non peccet. Speciem ſingularem Chriſti ſingulariter dicit Richardus præſeferre Mariam; ſed quæ eſt ſpecies Chriſti? Gemina ſcilicèt, ſed & altera alteri conſequens, & concatenata; ſpecies ſingularis Chriſti inter homines eſt ſpecies & pulchritudo Redemptoris, ſpeciem deperditam rebus omnibus inſtaurantis. Huic conſequitur altera, quæ ſingularis etiam eſt, pulchritudo ſcilicèt, & venuſtas conceptionis eius, à qua omnis procul deformitas abfuit. Oportebat ergo, ut adiungeretur Chriſto adiutorium ſimile ſibi, id eſt Maria, quæ ſingulariter fuit ſpecies Chriſti præ omnibus ſpecioſa, non ſolùm habens ſpeciem Chriſti, id eſt candorem originis, in quo ſingularis, & ſpecioſus fuit Chriſtus, ſed inſtar Chriſti eam alijs reſtituens; imò quia huic reſtitutioni conſignata erat, ſplẽdore & ſpecie fuit ipſa originis conſignita. Quare ſupra homines fuit Maria, & ſingularis inter homines, ipſa ſpecies facta & ſimilitudo Filij, quæ omni caruit peccato inter homines, quibus Chriſti ſpeciem, Deiq́ue imaginem reſtitutura advenerat.

61 Hac arguendi poteſtate & vi, nempè ex redemptricis munere Mariæ originalem honorem adſtruendo, functi ſunt Eccleſiæ Patres. Penſanda ſunt verba Procopij in illud Geneſ. 3. *Sub viri poteſtate eris. Quapropter mulier propter peccatum ſecundùm ſententiam Dei addicta eſt doloribus, luctui & gemitibus, imò & execrationi: quam tamen benignus Chriſtus natus ex muliere ſuſtulit. Cum peccatis impedita, nequiviſſet parere inculpatum, Angelus præcurrens & exultans lætum nuntium obtulit: ſic orationis exordium facit:* AVE. *Hinc cauſam lætitiæ ſubdit,* DOMINVS TECVM. *Maria enim typus Evæ fuit, utraque ſiquidem virginitate vigebat; verùm Eva in virginitate exiſtens deliquit. Proinde triſtitiam & dolores à ſerpente traxit, quos deinde transfudit in omnes peccatrices mulieres, quæ ſequutæ ſunt ſeculis omnibus. Verùm Maria gaudium & lætitiam toti mortalium generi obnuntiavit, humaniq́ue generis maledictionem, in quam devenerat, fugavit. Propterea partus doloris expers finivit eum, qui cum multis doloribus fit. Ideò Evam omnes culpant & incuſant, Mariam omnes laudant, & beatam pronuntiant. Quæ quaſi perſonam Evæ gerens, inquit: Ex hoc Beatam me dicent omnes generationes. Ex hoc Beatam me dicent, additũ eſt, ad diſtinguendum præteritum tempus, in quo ut cauſa dolorum & gemituum Eva criminabatur.* Quæ verba, quoniam abſtruſa quadam obſcuritate ſunt ſubacta, brevi ea periphraſi evolvam. Subiacuit peccando quondam mulier maledictioni, partus anguſtijs & eiulatui, quæ tamen naſcente Chriſto ex muliere ſublata fuerunt. Nam cùm primævæ maledictionis reatu illaqueata fœmina immeritum omniq́ue carentem culpâ concipere nequiviſſet. Neque enim fas erat, ut primo contagio impedita eum eniteretur, qui ut omnes ab eo expediret, advenerat, adlegatus Angelus feſtivum, & hilare nuntium Mariæ detulit, nempè ipſam eſſe, in quam primum virus non ſtillaſſet, ut ſic dignè cõciperet mundi Redemptorem; ideòq́ue exorſus ſic eſt: AVE. Eam per eiuſmodi ſalutationem primæ Evæ oppoſitam enuntians. Nam AVE inverſio quædã eſt, & contraria tranſpoſitio litterarum EVA. Itaq́ue dum ab AVE exorditur, nihil Evæ corruptionis in illam effuſum annuntiavit; ideò ſubiungit ingentioris lætitiæ cauſam DOMINVS TECVM. Quaſi dicat; quia ab Eva nihil ſuxiſti, ideò tecum Dominus in utero erit à te edendus; utraq; ergo, nimirũ Maria, & Eva viciſſim alterã ut typũ reſpicit, nã utraq; virgo, utraq; nobiliter procreata exiſtit, utraque quod habuit effudit; Eva triſtitiam & dolores, quos à ſerpente accepit, tranſmiſit in peccatrices mulieres, quæ ab ipſa habuerunt ut peccatrices eſſent, verùm Maria huiuſmodi tranſmiſsionis exſors gaudio & exultatione mortalium genus reſperſit, maledictionemq́ue, quæ ab Eva profluxerat, propulſavit. Nec inter peccatrices erat mulieres computanda, quæ maledictionem erat abactura. Quapropter ut oſtenderetur, nihil contagij ab Eva irroraſſe in Mariam, partus dolorum, quos in peccatrices Eva tranſfuderat, expers illa fuit, imò & dolorum finis; idcircò omnibus eſt Maria materia laudis, Eva materia execrationis, & incuſationis. Quæ quaſi denuò ſuſcitata in Maria, in eaq́ue ſe redivivam contemplans, & ad priſtinum gloriæ ſtatum reductam, illud Mariæ tanquam proprium proloquium aſſumit: *Ex hoc Beatam me dicent omnes generationes.* Ex hoc, inquam, quia ex quo Maria lucem aſpexit, in ea ſuſcitor, ſumq́ue in ea qualis olim fuerim, in gratiæ ſplendoribus efformata, vitamq́ue tranſ-

Procopius.

tranſfundens non mortem, præteritum meæ infelicitatis tempus exinde iam in oblivionem abivit, ideò *ex hoc Beatam me dicent omnes generationes.* Vide quo pacto immunitatem Marianæ conceptionis Procopius ſtabiliat, ex eo quòd gaudium, & lætitiam humano generi annuntiaverit, maledictionemque in omnes ab Eva deſcendentem propulerit.

62 Anſelmum verò hæc argumentandi ratio non ſubterfugit, libro enim de excellent. B. Virgin. Mar. cap. 1. ſtatuit Mariæ dignitatem in id elevatam eſſe cacuminis, ut nihil purius illâ præter Deum concipi valeat. Quare illa eſt, quæ excogitatur Dei proximior perfectioni & puritati. Ait ergo: *Supereminentem omni, quod poſt hominem Deum creatum eſt, excellentiam beatæ Matris Dei, quomodocunque, & ſaltim lippienti oculo cordis contemplari anhelans, & contemplando quod inde capere conceditur, ad communem notitiam proferre deſiderãs ab horreo peccatorum, quibus premor, enormitatem.* Vbi adeò puriſſimam intuetur Mariam, ut nulla poſt illius Filium creatura excogitari poſſet purior, purior autem conciperetur, ſi macula originis à Maria contracta, alia menti occurreret, in quam potuiſſet nõ irrepere. Adeò ſplendidam, adeòque undequaque luminis obvallatam pharetris Anſelmus ſpectat Mariam, omne ab illa peccatum adeò protelatum, ut ipſe quamvis ſanctitate præditus, coram tanto ſplendore ſibi peccatorũ mole oppreſſus videatur apparêre: neque enim ſi quid pravæ originis in illam rimaretur illapſum, tantum deſperationis, ſeu diffidentiæ aſſumpſiſſet. Hanc ergo Mariæ originariam immunitatem ut adſtruat, illicò illam propter peccatores, quemadmodum deſcenderat Filius, in orbem adventaſſe inducit: *Illa enim* (inquit) *magis propter peccatores, quàm propter iuſtos eſt facta Dei Mater: dicit enim ipſe bonus Filius eius, ſe non veniſſe vocare iuſtos, ſed peccatores: Apoſtolus quoque teſtatur, quòd Chriſtus in hunc mundum venerit peccatores ſalvos facere, quorum ſe primum fatetur eſſe. Ipſa igitur propter peccatores, ſcilicet propter me, meique ſimiles, facta eſt Dei Mater.* Verè ingenium invenit Anſelmus, ut indemnitatem Mariæ conceptionis propugnaret; quod D. Thom. adhibuit, ut Chriſtum oſtenderet nullâ Adæ ſorde maculatum, ut vidimus §. 2. ſuprà, num. 13. Si enim teſte D. Thom. nulla Adæ noxa decidit in Chriſtum, quia oportebat eum, qui ob mundandos peccatores cœlos deſeruerat, nulla eſſe immunditia tactum. Egregiè arguit Anſelmus, ex eo quòd Maria ob peccatores abſtergendos fuerit mũdo conceſſa, eam adeò eſſe intemeratam, ut nullâ unquã ablutione indiguerit. Præterea cap. 3. ſic ait: *Nulli itaque dubium caſtiſſimum corpus & ſanctiſſimam animam eius funditùs ab omni fuiſſe macula peccati iugi Angelorum cuſtodia protecta, utpotè aulam, quam ſuus & omnium Creator Deus corporaliter habitaturus, & ex qua hominem in ſuæ perſonæ unitate ineffabili fuerat operatione ſuſcepturus.* Attende, quomodo ex eo, quòd Maria futura erat officina ſacra divinæ œconomiæ, fonſque, in quo hominum erat recipienda ſalus ex eoque fundenda, elicit perpeti eam Angelorum ſtudio & excubijs ab omni fuiſſe macula propugnatam & præſervatam. Alluſiſſe enim videtur ad illud Cant. 6. 9. *Quæ eſt iſta, quæ progreditur quaſi Aurora conſurgens, pulchra ut Luna, electa ut Sol, terribilis ut caſtrorum acies ordinata?* In triplici ſtatu vitæ, cui dæmon peccatumque ſolicitiores tendunt inſidias, ſcilicèt in primo exortu Auroræ, qui quia primum diei initium eſt, hominis conceptionem deſignat: in Lunæ plenitudine, quæ fœcunditatẽ Mariæ & Filij ſui in ea conceptum oſtendit: in Solis curſu, quæ illius mortem, in quâ meritorum ſuorum pleno iubare fuit coronata, indicat; undique copijs armata & munita Maria adverſus ingruentia hoſtis tela omnium ad ſe admirationem rapit: incumbebat enim Angelorum cuſtodiæ, & ſatellitio ab omni periculorum imminentia Reginam ſuam protegere: ac propterea in eo triplici vitæ ſtatu, in quem violentius rugit, ſævitque leonina ferocitas, ungues exacuens, & ore hians, Angelorum caſtra ſe acriùs & alacriùs convocantia & ſtipantia terribiliora apparebant.

Anſelmus.

Cant. 6. 9.

63 D. Bernard. in Vigilia Nativitat. Domini ſermon. 4. ait: *Mutata eſt in Virgine noſtra maledictio Evæ. Peperit enim Filium ſine dolore. Mutata eſt, inquam, maledictio in benedictionem: & ſicut prædictum eſt per Angelum Gabrielem; Benedicta tu in mulieribus; ò beata ſola inter mulieres benedicta, & non maledicta, ſola à generali maledicto libera, & à dolore parturientium aliena. Nec mirum fratres, ſi dolorem non intulit matri, qui dolores totius mundi tulit.* Vt pleniùs Bernardi mentem capeſſas, ſcito eum ſermone præcedenti dixiſſe: *Dedit tibi Deus Chriſtum per Mariam propter ſanitatem, & quia indignus eras, cui donaretur, datum eſt Mariæ, ut per illam acciperes.* Nunc expende verba illa: *O beata ſola inter mulieres benedicta, & non maledicta, ſola à generali maledicto libera,*

D. Bernard.

ra, hoc eſt, à maledictionis hæreditate, & quia ab hac immunis, *à dolore parturientis aliena*. Deinde attende vim & formam argumenti, quod in ſequentibus conficit: *Nec mirum fratres, ſi dolorem non intulit matri, qui dolores totius mundi tulit.* Quod ex mente Bernardi ſic elucido. Non fuit mirum, ſed divinæ dignitati & honori maximoperè conſentaneum, ut Maria dolores partus non ſentiret, cùm per eam dolores ablaturus veniſſet Filius. Igitur quia per eam dolores mortaliũ lenire & emollire veniebat Dominus, cenſuit indignum, ut Maria doloribus afficeretur; ideóque à lege parturientium eam eximit. Tunc ſic: Non quidem fuit arctior, nec ſolutu difficilior lex contrahendæ corruptionis per naturalem propagationem ob peccatum primum, quàm lex ob illud partus doloribus ſubiacendi: ideóque ſpectabis nullam, præter Mariam, ab hoc legis vinculo expeditã, cui ſoli parturienti gaudium & lætitiã Dominus diſpenſavit. Sed ratio ob quam lex enitentium abrupta fuit in Maria, fuit ſanè quia importunum erat, ut doloribus ea ſubderetur in partu, per quam reliqui à doloribus erant ſolvendi. Ergo æquè fuit cõſonum, ut originis corruptio Mariæ non dominaretur, cùm æquè per eam peccati dominatus eliminandus eſſet: elucet hoc ampliùs ex ſequentibus verbis Bernardi:

Bernard. ſerm. 4. ſuprà. *Duo ſunt, quæ timet humana fragilitas, pudor & dolor. Vtrumque Chriſtus tollere venit, & utrumque ſuſcepit, quando (ut cætera ſileam) morte & morte turpiſſima condemnatus eſt ab iniquis. Itaque ut fiduciam nobis daret, quòd tolleret hæc à nobis, priùs matrem ſuam immunẽ ab utroque ſervavit, ut nec in conceptu quidquam pudoris, nec in partu quidquam doloris exciperet.* Præmitto, ut rem ſplendidiùs explanem, ampliorem dirioremque pudorem eſſe, qui ex peccato, quàm qui ex effectu peccati provenit, cùm peccati effectus frequenter ſine peccato contingat, in quo indecora pudoris Regia ſtabilitur. Pudor virginis in conceptu poterat eſſe verecundia ex virginitate laſſata, & dolor amiſſæ integritatis & proſciſsi clauſtri: hic pudor levior quidem eſſet, quàm is, quo Maria poſſet affici ex peccato contracto, cùm pudor ex coniugali copula exoriens peccati pudor non ſit. Venerat Deus per Mariam tollere dolorem & pudorem, quem magis timet humana fragilitas: quem magis timet humana fragilitas, eſt inhoneſtas & pudor de peccato: ergo ab hoc præſervanda fuit Maria. Quæ enim providentia eſſet, quæ à leviori eam pudore præmuniret, ex eo quòd pudorem per eam veniebat exterminare; non verò à pudore, qui magis pertimeſcendus erat. Deinde Mariam Deus ab eo potiùs liberavit pudore, quem potius per eam veniebat ſolvere; ſed quem veniebat per Mariam ſolvere, erat pudor peccati, quo ſuffundebatur humana natura, ergo ab hoc potius Mariam præſervavit. Vrgeo amplius: *Vt fiduciam nobis daret Deus, quòd tolleret à nobis pudorem & dolorem, priùs Matrem ſuam immunem ab utroque ſervavit.* Si verò virgo à peccati pudore præſervata non fuit; vana & quaſi ſtulta eſſet noſtra fiducia, quâ ſperaremus nos ab eo eſſe ſolvendos. Nam ſi pudor, à quo libera Maria fuit facta, pudor ſolius conceptus fuit, id quidem levius & exilius eſt, ſi cum libertate à pudore, qui ex peccato naſcitur, conferatur. Sperare autem peccatorem ſe à fortiori vinculo ſolvendũ ex eo quòd amicũ Dei videat ab infirmiori enodari, non videretur ſpes, ſed iactantia: nõ fiducia, ſed vana præſumptio. Ergo ut vera nobis obrepat fiducia libertatis, quâ à pudore peccati eruamur, præſervatio ab hoc pudore in Maria nobis præmittenda fuit.

64 Idem Bernardus epiſt. 174. ad Canonicos Lugdunenſ. quos taxat ob inductã ab eis celebritatem puriſsimæ cõceptionis Mariæ noviter, & abſque Eccleſiæ prævio ducatu, huius argumenti præſenſit ſpicula. Ait enim: *Ego puto, quòd & copioſior ſanctificationis benedictio in eam deſcenderit, quæ ipſius non ſolùm ſanctificaret ortum, ſed & vitam ab omni deinceps peccato cuſtodiret immunem, quod nemini alteri, in natis quidem mulierum, creditur eſſe donatum. Decuit nimirum Reginam Virginum ſingulari privilegio ſanctitatis abſque omni peccato ducere vitam, quæ dum peccati mortiſque pareret peremptorem munus vitæ & iuſtitiæ omnibus obtineret.* In primis iã fatetur Bernard. ex eo quòd Mariæ munus vitæ & iuſtitiæ omnibus obtineat, humanæque ſalutis cauſa exiſtat; expedire eã uberiori gratiæ benedictione, & ſingulari privilegio præfulgere, quod nemini alteri in natis mulierum creditur eſſe datũ. Cognoſcit enim dignitatem illius, quæ redemptricis fungitur officio, & per quã ſalus deſcendit in omnes; ſingularem gratiæ cumulum, ſpecialeque privilegiũ exigere. Theologi autem ex eo probant mortis interẽptorem vitæque largitorem dedecere peccati maculam, quòd indecorum indignumque arbitrentur, ſubdi eum peccato, qui iugũ peccati veniebat infringere, nec quantũ ad hoc attinet; diſcernunt inter peccatum contractum ab origine, & commiſſum, nam quomodocunque ſit, deformitatem & per-

Bernard.

perverſionem in eo ſtatuunt, quòd dæmon per peccatum, quodcunque illud ſit, ei dominetur, qui peccatum diabolumque debellaturus & everſurus deſcendit. Et cui dubium per reatum originis diabolum animæ dominari? Mens ergo Bernardi ſtatim ac Mariam humanæ vitæ fontem agnovit, ſeu tubellum, convicta & quaſi coacta eſt aſſerere eam tali privilegio munereque gratiæ fuiſſe gaviſam, quo ab omni originis piaculo præſervaretur. Objicies, ſi id verè agnovit Bernardus, quam ob cauſam, quam ſenſerat veritatem, veritus eſt aperire, ſeu fateri? Quia in re quamtumvis evidentiſsima, & cui intellectus quaſi neceſſariò adhærêre tenebatur, nihil abſque Eccleſiæ authoritate audebat diſcernere. Quid, quæſo, certius? Quid notius, quâ ex eo quòd Ieremias & Ioannes Baptiſta in utero materno fuerint ſanctificati, aſſerere eos ibi ab originali lue fuiſſe ablutos? Qui enim eos gratiâ ſanctificationis reſperſos fatetur, ex neceſſaria & evidenti ſequela tenetur aſſerere, ab originali reatu fuiſſe ſolutos, cùm gratia & peccatum nequaquam ſe ſimul ſuſtineât. Id tamen ſuo iudicio non audet Bernardus ſtatuere, & Eccleſiæ cenſuræ relinquit.

Bernardus. Auſcultа, quæſo, illum: *Cæterùm quatenus adverſus originale peccatum hæc ipſa ſanctificatio valuerit, ſive pro iſto* (nempè Ioanne) *ſive pro illo Propheta* (nimirum Ieremia) *vel ſi quis alius ſimili præventus gratia fuerit, non temerè dixerim. Sanctificatos tamen non dubitarim dicere, quos Deus ſanctificavit, & cum eadem ſanctificatione prodiiſſe ex utero, quam acceperunt in utero; nec reatum, quem in conceptione traxerunt, valuiſſe ullatenus horum natali iam donatum præpedire, ſeu præripere benedictionem. Attamen quis dicat, Spiritu ſancto repletum, manere adhuc filium nihilominus iræ; & ſi mori in utero contigiſſet cũ hac plenitudine ſpiritus, pœnas luiturum damnationis? Durum eſt. Minimè tamen auſim hinc quidpiam meа ſententia diffinire. Sed quidquid de hoc ſit, meritò Eccleſia, quæ cæterorum non nativitatem, ſed mortem ſanctorum iudicat & prædicat pretioſam, ſingulari quadam exceptione feſtis præfert gaudijs celebratque eius natalem, de quo nuntiante Angelo ſingulariter legit: Et multi in nativitate eius gaudebunt.* Vide quomodo Bernardus adeò religioſâ quadam cæcitate, piâque captivitate intellectus Eccleſiæ authoritati inmittatur, ut in re tam manifeſta, qualis eſt Baptiſtam per ſanctificationem ab originali noxa expiari, aſſerat, ſua ſe ſententia non audêre quidpiam diffinire. Non mirum ergo, quòd veritus ſit affirmare Mariæ conceptionem ab originali labe immunem eo tempore, quo ab Eccleſia eiuſmodi immunitas ſpeciali celebritatis honore non colebatur; quantumvis evidentiſsimè cognoverit, hãc gloriam illi debitam, quæ munus vitæ & iuſtitiæ omnibus obtinuerit. Saltim hinc liquet iam aureâ hac ætate, quâ Eccleſia Mariæ conceptioni ſolemnia erigit, præcipitque, ne contraria ſententia publicè efferatur, iudicium eſſe Bernardi ſingulari privilegio gratiæ Marianam formationem ſanctitate fuiſſe compactam, eâ ductus ratione, quia peccati mortiſque enixura erat peremptorē, & munus vitæ & iuſtitiæ omnibus adeptura.

65 Ex hac Mariæ dignitate, nempè mortalium generis inſtauratricis, allectus eſt Ildefonſus lib. de perpetua virginitat. Mar. illibatam illius conceptionem venerari: *Conſtat Mariam ab omni peccato originali immunem fuiſſe, per quam non ſolùm maledicto Evæ ſoluta eſt, verùmetiam & benedictio omnibus condonatur.* Quomodo enim communi originis ſceleſtæ ſuccumberet oneri, quam prælegerat divina bonitas, ut mortalium cervices à tam gravi iugo relevaret? Ildefonſus.

66 Demum oppoſitionem iugē, apertamque, & quaſi innatam ſimultatem, quâ Maria erga originale peccatũ afficitur, ex eo, quòd illius caro cibus appelletur immortalitatis, mortis antydotum, & totius benedictionis generalis apotheca, ex diſcuſsione forſan non vulgaris quæſtionis, & ſi vulgaris, non vulgariter expeditæ, licebit elicere. Inquirunt Patres; quare corporis & ſanguinis ſui arcanum inſtituere diſtulerit Chriſtus in ipſam mortis ſuæ viciniam? Apoſtolus enim Paulus tanquam non contemnendum myſterium evulgat ſe divinitùs accepiſſe, hoc ſacramentum ſub ictu mortis conditum, & nocte ipſa, quâ tradebatur: *Ego enim accepi à Domino, quod & tradidi vobis, quoniã Dominus Ieſu in qua nocte tradebatur, accepit panẽ, &c.* 1. Corinth. 11. 23. Cur prævio vitæ hoc alimentũ non condivit, quo Apoſtolos ſuos reficeret, animaret, & ad ſpirituales agones redderet prõptiores & faciliores? Quid ſibi vult, illud uſque ad ipſam mortis regionem proterminaſſe, & veluti intra ipſius limina peregiſſe? Meherclè ſciebat Dominus myſterium noſtræ redemptionis in cœleſti corporis ſui arcano contineri, ipſumque in medio Eccleſiæ ſtatui velut fontem perennitatis, à quo fideles vitam haurirent, & adverſus inflictam ſibi mortem munimenta decerperent. Sciebat præterea in ſuæ 1. Corinth. 11. 23.

paſsionis & ſanguinis effuſionis tempus remedium primi peccati provectum; ipſe enim ſanguine ſuo cruentus, & ſub mortis imperio actus, erat qui graſſantem in humanum genus primi parentis plagam interciperet, cohiberetque. Vt ergo oſtenderet, quantum caro ſui corporis, quæ ſub hoc ſacramento vitam parturiebat immortalem, averſaretur primum piaculum, quod mortem induxerat; voluit ſanè illud quaſi prævio expiare & eliminare, quàm vitæ ſacramentum ſanciret; ut priùs Adami contagium intelligeretur expurgatum, quàm tantum myſterium inductum; quaſi primæ maculæ veſtigium non penitùs abraſum, Chriſti corpori eſſet ingratum & inviſum, eiuſque ſacramentum retardaret. Nocte igitur quâ prodebatur, tradebaturque Dominus, quâ inter mortis fauces ſe meditabatur, quâ turgebant ſanguine venæ, ipſæque ambiebant proſcindi, ut eum emitterent: nocte quâ vigebat paſsio, dominiumque ob ſui propinquitatem obtinebat, nocte quæ Dominici cruoris crepuſculo rubicabat, & dubius illius ſplendor peccatum & diabolum verberabat, peccatique principatu disiecto cogebat tenebrarum Principes antra ſua & latibula quærere; vitæ ſacramentum celebravit, ne quod in largitionem vitæ mortiſque fugam inſtituebatur, mortis vel dubia indicia inveniret. Accipe peracutam facundiam Ruperti in illud Cant. 5.

Rupertus. *Comedite, amici: bibite, & inebriamini, chariſsimi*, ſic inducentis loquentem Chriſtum: *Hoc tantæ ſalutis ſacramentum ab initio non feci vobis. Hunc cibum potumque vitæ æternæ hactenus non porrexi vobis, cùm ambularetis mecum ad prædicandum Evangelium Regni Dei: non enim tempus erat, neque ordo poſcebat, ut vobis cibus, aut potus daretur novæ ſalutis, priùs quàm mundaremini, prius quàm deleretur macula veſtra, macula reatus antiqui, quam contraxerunt comedendo vetitum, vobiſque omnibus naſcituris intulerunt iam dicti homines primi parentes veſtri. Mundari autem aliter, neque vos potuiſtis, neque potuerunt veteres amici noſtri ſancti antiqui ab origine mundi, niſi per effuſionem ſanguinis mei lavacrum regenerationis, ſcilicèt ſanguinis & aquæ de latere meo decurrentis. Non ergo antè vobis facere, aut dicere debui: Accipite & comedite, amici: accipite & bibite, chariſsimi. Non inquam, antè, ſed in ipſo articulo paſsionis meæ vel mortis, qua emundati eſtis. Vnde & dico vobis, quia & vos mundi eſtis propter ſermonem, quem loquutus ſum vobis. Nam quia credidiſtis, & permanſiſtis mecum in tentationibus meis, idcircò ex quo ego cœpi agonizari, vos cœpiſtis mundari, ac proinde ſicut iam mundis, ſicut emundatis à peccato originali, quod primus homo per cibum contraxit, hunc cibum, & hunc potum feci vobis.* Prætereà & hoc myſterium æſtimo adumbratum in Diſcipulorum pedum lotione, & in illa aqua in pelvim effuſa, quaſi retroverterit Chriſtus aquæ lateris effuſionem, ut per eam tanquam huius vices gerentem veluti baptiſmo potirentur. Vnde in aqua miſſa in pelvim baptiſmum recognoſcit Tertul. lib. de baptiſm. cap. 9. & D. Auguſtin. in veſtimentorum depoſitione & aquæ immiſsione myſteria crucis quaſi prævio repetita & retroacta, depoſuit veſtes tanquam amictu carnis in cruce nudandus, & miſit aquam, tanquam aquam & ſanguinem, quo abſtergeremur, paulò poſt largiturus: *Hodie audimus* (inquit ſermon. 28. ad Fratres) *quòd ille, qui habet omnia in manu, veſtimenta etiam deponit; ſed quid mirum ſi pro Diſcipulis veſtimenta deponit, qui etiam carnem pro inimicis ſuis dedit? Quid mirum, ſi fudit aquam in pelvim, qui dignatus eſt fundere aquam pro noſtra redemptione?* Ambroſ. verò Prolog. in lib. 1. de Spiritu ſanct. ad Gratian. aquam illam vocat rorem de cœlo cadentem, quaſi aquam ſuffectam illi quæ ſtatim de latere Domini tanquam de cœlo fluxeret: *Hæc erat aqua, ros ille cœleſtis, hoc prophetabatur, quòd illo rore cœleſti Diſcipulorum ſuorum Dominus pedes lavaret.* Stabilitur hæc mens validiùs ex eo, quòd Dominus Apoſtolorum ſuorum non ora, nō manus, ſed pedes ſolum modò ſtuduit ablui. Næ ut adverſus originale vulnus ſe oſtēderet decertare, & ſic Diſcipulorum animos dignè ad ſui corporis cibum & ſanguinis hauſtum adornare. Pedes enim ſerpentis veneno patent, nam cùm ſerpat & repat ille, proditorque ſit, & à tergo bellum gerat, tallo, qui à tergo eſt, terræque vicinior virus ſui periculum imminet. Ideò ſerpenti Dominus belli gerendi ordinem denuntiavit, ſed potius hominis eruditio fuit, cui inimici technas & præſtigias aperuit: *Tu* (inquit) *inſidiaberis calcaneo eius*, Gen. 3. 15. Lavit ergo pedes Dominus, ut eā hominis partem ſe innoteſceret expiare, quæ erat telorum inimici ſcopus, & primæ illius ruinæ quaſi ſuggeſtus, illam penitus mundavit & exterſit; ut abſque primæ maculæ indicio, primi vulneris abſque cicatrice decēter & firmiter Apoſtoli ad Dominici corporis edulium graderentur. Hauſi hæc ab Ambroſ. in Pſal. *Alia eſt iniquitas noſtra, alia calcanei noſtri, in quo Adam dente*

Tertul.

D. Auguſt.

Ambroſ.

Gen. 3. 15.

Ambroſ.

ſer-

ſerpentis eſt vulneratus, & obnoxiam hæreditatem ſucceſſionis humanæ ſuo vulnere dereliquit, ut omnes illo vulnere claudicemus. Vnde Dominus Diſcipulis pedes lavit, ut lavaret venena ſerpentis. Et Petrus reprehenditur, quòd excuſabat, niſi Dominus pedes lavaret. Ideòque dictum eſt ei: Niſi lavero tibi pedes, non habebis partem mecum. Et quid eſt illi comminatum fuiſſe, *non habebis partem mecum*, niſi dixiſſe: non fies corporis mei particeps? Hoc bellum, hæc ſimultas inter corporis Chriſti myſterium & originale ſcelus indicta, non indicat ſolùm tanti ſacramenti gloriam, ſed pro ingenua Mariæ nobilitate ſimul pugnat. Vt enim ſuperiùs adſtruximus, propter communicationem idiomatum, quam unio carnis Mariæ cum Filij carne parit; quæ ſub panis ſpeciebus deliteſcit, dicitur quoque Mariæ caro; & ideò poteſt enuntiari, quòd Mariæ caro vitam gignat, mortem deſtruat, immortalitatemque operetur. Quapropter Richardus de S. Laurent. lib. 1. de laudibus Mariæ haud renuit dicere: *Beatificatur Maria ab ea, quæ dicebat ad Dominum: Beatus venter, qui te portavit, & ubera, quæ ſuxiſti: quòd ſi beatificat eam mulier, quæ adhuc carni & ſanguini eius communicare non meruit; longè magis à nobis beatificanda eſt, qui de eius carne & ſanguine reficimur in altari. Caro enim, quæ ibi ſumitur, caro Virginis eſt; de cuius carne ſumpta eſt portiuncula, de qua artificio Spiritus ſancti formatum eſt Chriſti corpus.* Quæ gloriæ ſublimitas, quæ maieſtas hinc Mariæ carni non accreſcit? Voluit Chriſtus Sacramenti corporis ſui idiomata Mariam participare, ſub carnis ſuæ nomine ſpeciebus amictæ parentis carnem ſtuduit comprehendi, eamque vitæ æternæ communicatricem ſtatuit æſtimari, ut quemadmodum inter carnis ſuæ arcanum & originalem noxam ita dirum bellum effuſum eſt, ut ad Sacramenti ſui præſentiam etiam originalis contagij veſtigia & umbræ diſpereant, ſic inter Parentis ſuæ carnem & primum flagitium in tantum dura æmulatio interveniſſe credatur, ut ad Marianæ carnis præſentiam illius, vel indicia & obſcuræ notæ procùl fugatæ cenſeantur. Et quo pacto Virginis caro peccato coalita iudicetur, quæ primi peccati, vel ſpectra non ſuſtinet, ingrediqúe reluctat, ubi primævi vulneris cicatrix non eſt prorſus abolita?

Richar. de S. Laurcn.

§. VII.

Si Maria dumtaxat ut inſtrumentum humanæ inſtaurationis ſpectetur, immunitas conceptionis illi non inficianda.

67 *Lucubrantur Richardus de S. Victor. & Rupertus.*

68 *Concordant Fulgentius & Bernardus.*

69 *Præit fax difficili pronuntiato Ambroſ.*

70 *Teſtimonium Hugon. de S. Victor.*

71 *Conteſtatur locus Geneſ. 3. 17. ex Alcuino.*

67 SI Mariæ nomen indere redemptricis detrectes, haudquaquam illam cœleſtis gratiæ in humanum genus delapſæ inſtrumentum, aut tu bellum denegabis. Nil enim tam frequens, tamque tritum apud Eccleſiæ Patres, quàm Deiparam redemptionis noſtræ canalem, Eccleſiæ collum, quo medio fluxus gratiarum capitis in membra deſcendunt, ſacrorum munerum euripum vocitare. Richardus de S. Victor. cap. 23. in Cant. inquit: *Meritò miſericordia Mariæ curſui hinnulorum comparatur: & per mundum currit, mundum irrigat, & infundit. Hinnulorum velocitati comparatur, quia velociùs currit eius pietas, quàm invocetur, & cauſas miſerorum anticipat. Hinnulis verò comparatur, quia dulcedinem bonitatis, quam impendit, ipſa deſuper ſugit. Hæc autem ſunt ubera tua, ò beata, ideſt pietas, quibus miſeros lactas, dum miſericordiam eis impetras: lactas miſeros, & ab ipſa miſericordia lactaris, ab ipſa percipis, quod refundis:* & infrà: *Et quid mirum, ſi miſericordia affluis, quæ ipſam miſericordiam peperiſti? Carnalia in te Chriſtus ubera ſuxit, ut per te nobis ſpiritualia fluerent. Cùm enim miſericordiam lactaſti, ab eadem miſericordiæ ubera accepiſti. Et ſicut carnem noſtram in te ſumpſit, & Spiritum ſanctum ſuum nobis dedit, cùm materiale lac in te Deus ſuxit, ſpirituale pariter Filijs Dei ex te fluere cœpit. Ex eo miſerorum Mater facta es, & miſeros alere miſericordiæ lacte cœpiſti. Et cùm miſericordia Dei ſit ab æterno, amplior eſſe cœpit ex tempo-*

Richar. de S. Victor.

re: & cùm ex te cepit initium, eius quoque largitas ex te ſumpſit augmentum. In te ergo concreuit lac diuinæ miſericordiæ, & ex te nobis proſtaxit; ipſa priùs repleta es, & ex te nobis deſcendit hæc abundantia. Vnde quia lacte hoc inebriaris, & lac iſtud nobis fundis, & per mundum pietas tua currit, & miſeris occurrit, & ſubvenit; meritò binnulis compararis, & lactentibus hœdis pariterque currentibus aſſimilaris. O ſanctum in Mariæ honorem excogitatum commercium! Tanti enim facit Deus corporalia, quæ à Maria metit, ut illorum vacuitatem ſpiritualibus donis compenſet, eamque ita exundanter repleat, ut ab ea tanquam ab exuberanti fonte ditemur. Et cap. 39. Mariam Sole amictam cõtemplans, ut Sol divinus per eam tanquam per pellucidam cryſtallũ radios in nos trãſmittat, & traijciat, ait: *O mira dignitas de muliere procedere Solem mundum illuminantem: de terra lucem radiare; per fœminam tenebras mundi in lucem clareſcere. Per eam Sol iſte, & ex ea mundo fulſit, & clarior luxit, quia pleniùs corda illuſtravit. Ita lux æterna ex temporali nova ſurrexit, & radios ſuos ampliùs dilatavit. Nec ſolùm per eam lux gratiæ in terris, ſed etiam viſio Dei animabus data eſt in cœlis. Hæc beata eſt illud ſignum magnum in cœlo, & mulier amicta Sole, quia Sol divinitatis infulget ei, circumfulget eam, & totam occupat, & poſt eam maximè illuſtratam cœli cives illuminat.* Idem.

Videtur enim Richardus Mariam quaſi fornacem divini ignis meditari, in quam dum Sol æternus radios ſuos mittit, eos veluti exacuit, & accendit; ſicque per Mariam transfuſi acriùs hominum animos penetrant, & exurunt. Nota eſt natura cryſtalli, quam tradit Rupertus lib. 5. de divinis officijs, cap. 28. *Liquidum cryſtalli lapidem ſereno cœlo Soli obijcientes radium eius traiectum per eiuſdem cryſtalli orbiculum ſpectabili miraculo in ſubiectam ſuſcipimus eſcam*: & iterum infrà: *Cryſtalli lapidem Soli obijcimus, eſcamque ſubijcimus, ut mediante cryſtallo carbones extincti reviviſcant aſpectu phœbeæ lampadis.* Rupertus.

Verè hoc inſito cryſtallo à natura ingenio, viſio mulieris Sole amictæ ſtrenuè explicatur. Quid enim eſt Mariam Sole veſtiri, niſi Solem intra ſe velut liquidam materiã præeximia ipſius puritate cõcludere; ſic enim cryſtallinus & cavus orbiculus, cùm in eius ſinum ignem immittimus, lumine amictus apparet, non quòd lumen à foris illum obvallet, ſed quòd cõcluſus ignis abintus radios transfundens per illius pellucidam materiam exteriùs illum coronare videatur. Amicta ergo videbatur Sole Maria, quia intus Solem cœleſtem continebat, ab ipſiuſque traiectis radijs circumornabatur. Sed quorſum Sol æthereus totum ſe in ſinum effundit Mariæ? Planè ut Maria tanquam cryſtallo fungatur; innuatque quòd quemadmodum cryſtallus caminus eſt, & inſtrumentum naturalis Solis, in quam immerſus non tam fulgurat quàm fulminat, nec tam lumina, quàm fulmina conflat, ut ſuppoſitam materiam inflammet. Sic Mariam tanquam cœleſtem fornacem Sol divinus habet, quâ velut inſtrumento utitur, ut radios ſuos quaſi commutet in fulmina. Vnde dum per Mariam traijciuntur, ſubiectæ fidelium mentes eſca illorum efficiuntur, quas dulciter, ſed & efficaciter depaſcunt, & in ſe cõvertunt. Hæc intendit Richardus, cùm ait: *Per eam Sol iſte & ex ea mundo fulſit & clarior infulſit, quia pleniùs corda illuſtravit. Ita lux æterna ex temporali nova ſurrexit, & radios ſuos ampliùs dilatavit.* Et ut hoc divinæ Sapientiæ ingenium non arctari ad Militantis Eccleſiæ terminos edoceat, ſed cœleſtis quoque Hierarchiæ tranſcendere ditionem, inquit, mediâ Mariâ tanquam cryſtallo divinam viſionem beatorum mentibus fulguratam, quaſi Mariæ lumen gloriæ fuerit, vel lumen exacuerit & auxerit gloriæ, quo felices ſpiritus in divinam fruitionem feruntur. Ideò ſubijcit: *Nec ſolùm per eam lux gratiæ in terris, ſed etiam viſio Dei animabus data eſt in cœlis, &c.*

68 Divus autem Fulgentius ſerm. de laudibus Mar. ait: *Facta eſt Maria feneſtra cœli, quia per ipſam Deus verum fudit ſeculis lumen. Facta eſt Maria ſcala cœleſtis, quia per ipſam Deus deſcendit ad terras, ut per ipſam homines aſcendere meretãtur ad cœlos.* D. Fulgentius. Si per feneſtram ſtatuit Deus homines proſpicere, viciſsimque ſe ab hominibus ſuſpici: tolle Mariam, quæ præelecta feneſtra eſt, & nullus erit inter Deum & homines oculorum meatus & commeatus. Si mediâ ſcalâ ſuperis ad terrigenas, terrigenis ad ſuperos aditus eſt & acceſſus, tolle Mariam, quæ in animatam ſcalam eſt præparata, & nullum erit inter terricolas cœlicolaſque commercium. Aſſonat Bernard. ſermon. de aquæ ductu in Nativitat. Mariæ: *Altius ergo intuemini, quanto devotionis affectu eam voluerit nobis honorari, qui totius boni plenitudinem poſuit in Maria, ut proinde ſi quid ſpei in nobis eſt, ſi quid gratiæ, ſi quid ſalutis ab ea noverimus redundare, quæ aſcendit delicijs affluens. Hortus planè deliciarum, quem non modò afflaverit veniens, ſed & perflaverit ſuperveniens Auſter ille divinus, ut undique fluant & affluant aromata eius, chariſma-* Bernardus.

ta ſcilicet gratiarum. Tolle corpus hoc ſolare, quod illuminat mundum, ubi dies? Tolle Mariam, hanc maris Stellam, maris utique magni & ſpatioſi, quid niſi caligo involvens & umbra mortis ac denſiſſimæ tenebræ relinquũtur? Verba illa diſpungenda accerſamus: *Hortus planè deliciarum, quã non modò afflaverit veniens, ſed & perflaverit Auſter ille divinus, ut undique fluant & affluant aromata eius, charismata ſcilicet gratiarum.* Adeò enim ingentem Mariæ complectuntur commendationem & exſuperantem laudis exaggerationem, ut vix valeant explicari. Si enim ita fas eſt loqui, videtur commentus Bernardus, in Maria ita nativam ſedem & ingenitum ſuggeſtum gratiarum cœleſtium locatum, ut ipſa quaſi origo illarum ſit, Spiritus verò ſanctus inſtrumentum quo effundantur & ſpargantur. Mariã enim comparat hortui deliciarum & ſuaveolentium florum, Spiritum verò ſanctum auræ blandè perflanti floreſque tenerè agitanti, ut odorem ſuum quoquoversùs ſpirent. Quis verò ignoret flores ſuavè parêre flagrantiam, odoriferaque ſpiramina ab eis tanquam à ſua nativa cauſa exhalari, auram verò ſeu ventorum flatum vectricem quandam eſſe odorum virtutẽ? Neque enim ventillante roſas aura, illarumque odorem circunferente, dicis quàm ſuaviter olet aër, ſed quàm dulciter & deliciosè odorant roſæ. Quid ergo cogitabimus? Gratiarũ charismata tanquam ſuo principio inhærêre Mariæ, in eaque continêri, Spiritum verò ſanctum inſtar vectoris, ſeu ductoris illorũ ſe tantum habêre? Abſit. Sed ardor quidam cœleſtis fuit, qui in Bernardi mentem irruit, ut altiſsimè de Mariæ dignitate conciperemus; quam ita ſublimiter vult Spiritus ſanctus eius ſponſus nobis commendatam, ut gratias ſuas & munera in ea veluti abſcondat & deponat: ab eaque tanquam à cœleſti paradiſo divina ſpiramenta ſtudeat emitti, & qui intùs cœleſtem odorem gignit, à foris inſtar inſtrumentalis auræ ſe gerat. Mariæ virtutes velùt flores commovẽtis, ut ipſe nõ tam author, quàm odoris circumductor appareat.

69 Ex præfati loci explicatione facem præferam difficilibus Ambroſij verbis, qui illud interpretans Ioannis Mariã ſibi traditam, ſeu commendatam teſtantis: *Et ex illa hora accepit eam diſcipulus in ſua*, Ioã. 19. 27. lib. de exhortation. ad Virg. Sic ait: *Quid eſt in ſua, cùm reliquerit patrem, & Chriſtum ſequtus ſit? Aut quomodo ſua, cùm ipſi Apoſtoli dixerint: Ecce nos reliquimus omnia, & ſequti ſumus te? Quæ ſua habebat Ioannes, qui mundana & ſecularia nõ habebat, quia de mundo non erat? Quæ ergo habebat ſua, niſi ea, quæ à Chriſto acceperat bonus verbi ſapientiæ poſſeſſor, bonus acceptor gratiæ? Audite, quæ Apoſtoli à Chriſto acceperint. Accipite, inquit, Spiritum ſanctũ, quorum remiſeritis peccata, remiſſa erunt, & quorũ detinueritis, detenta. Neque enim Mater Domini Ieſu niſi ad poſſeſſorem gratiæ demigraret, ubi Chriſtus habebat habitaculum.* Itaque cenſet inclytus Doctor, Ioannem in ſua Mariam accepiſſe, nil aliud eſſe, quàm in ſua illã accepiſſe bona, atque inter ſuas facultates, ſeu rem familiarem illam computaſſe. Sed quæ bona Ioannis, inquirit, qui parentes repudiabit? Qui quæ habebat, & ſpem ipſam habendi reliquit? Næ non erant terrena bona Ioanni, ſed erant cœleſtia: nam humanæ dimiſſæ hæreditati divina ſuffecerat? ſed quæ divina? Nimirum Spiritus ſancti chariſmata, peccatorum condonatio, & gratiæ largitio. Igitur Ioannis tum attendens Deiparam ſibi commendatam, illiuſque dignitatem & excellentiam perſpicaciter callens; tum facultates ſuas & hæreditatem Spiritum ſanctum eſſe, & gratiæ elargiendæ poteſtatem; hæreditatem cum munere ſibi denuò tradito conferens, ſecũque perpendens, inquit: Hæc duo non diverſa, ſed eiuſdem ordinis apparent, non duplex hæc, ſed eadem hereditas reperita tamen eſt. Quæ priùs acceperam à Magiſtro, Spiritus ſanctus eſt, & peccatorum indulgentia; quæ verò nuper accipio, Maria eſt: ſed Maria quid eſt, niſi Spiritus ſancti ſedes & chariſma, & ipſe fons remiſsionis? In mea bona igitur Mariam accipio, & novum hoc munus pariter cum acceptis confundo. Accipit ergo Mariam in ſua Ioannes: non in ſua terrena & ſecularia, quibus VALE dixerat, ſed in ſua, quæ à Magiſtro hæreditate obtinuerat tanquam eiuſdem dignitatis cum illis. Nam ſi à Chriſto acceperat, quod inſtrumentaria quædam virtus in illo Spiritus ſancti elucêret ad condonanda peccata: Planè Maria plenum extitit Spiritus ſancti inſtrumentũ, quo humana redemptio perficeretur. Sed & illa verba perpende: *Neque enim Mater Domini Ieſu niſi ad poſſeſſorem gratiæ demigraret.* Quaſi Maria ad ordinem gratiæ ſemper ſpectârit, & ideò non commendanda niſi gratiæ cuſtodiæ, nec committenda niſi gratiæ poſſeſſori. Quid autem habent commune ea, quæ ad ordinem ſpectant gratiæ, cum iis, quæ ad perverſionem & confuſionem attinent peccati?

Ioan. 19. 27 Ambroſ.

70 Hugo verò de S. Victor. Apologet. de Verbo incarnato, c. 3. ſic ait: *Verè Maria gratia plena fuit, per quam gratia deſcendit ſuper omnes. Primùm gratia ſuper eam, poſteà gratia in ea, deinde gratia ex ea,*

Hugo de S. Victor.

ea. Super eam ad adumbrationem, in ea ad fœcunditatem ex ea ad ſalvationem, & venit gratia primùm in ipſam, deinde deſcendit in illud, quod erat ex ipſa, & ſumpſit de carne Virginis naturam hoſtiam pro natura, quam liberam pro liberandis offerret. Vt priùs in ipſam totum effunderet, quod per ipſam poſtmodum redemptis omnibus exhiberet Et ideò gratia plena, de qua ortus eſt fons gratiæ: & ideò, ô Virgo gratioſa, totum nobis quodammodò eſt à te, quod per illum nobis eſt, qui natus eſt ex te. Gratia plena, in tantum plena, ut ex tuo redundante totus hauriat mundus. En quomodo plenitudinem gratiæ adumbrationem & præſervationem adſciſcit Mariæ, ex eo quòd canalis erat prælecta, per quam effluereret, quidquid gratiarum in homines implueret.

71 Et quis inficiabitur, ob hanc cauſam Mariæ debitam conceptionis immunitatem, cum divina providentia etiam muta elementa à prima maledictione protexerit, quæ ut inſtrumẽtum præviderit fore, ut ipſius maledictionis expiationi deſervirent. Supplicium enim Dominus de Adamo ob primum flagitium ſumere decernens, ait: Gen. 3. 17. *Quia audiſti vocem uxoris tuæ, & comediſti de ligno ex quo præceperam tibi, ne comederes: maledicta terra in opere tuo, in laboribus comedes ex ea cunctis diebus vitæ tuæ; ſpinas & tribulos germinabit tibi, & comedes herbam terræ: in ſudore vultus tui veſceris pane tuo*, Geneſ. 3. 17. Sed quorsũ maledictione corripitur tellus ob primam prævaricationem, non verò aqua, quæ non minus humanæ obſequitur neceſsitati quã terra. Quid mali humus commiſit? Quid boni aqua, ut illa maledictioni ſubiaceret, hæc verò ab ea evaderet expers? Dices, terram fructum protuliſſe, cuius pulchritudo & ſuavitas mulieris oculos ad ſe allexit, compulitque, ſeu excitavit mulierem, ut eum decerpendo divinam legem violaret: & ideò tanquam miniſterium peccatori præſtans parem cum illo pertulit pœnam. Quamobrem maledictionem, quam ſubijt in poſteros, hoc eſt in germina à ſe proferenda trãſmittit, ſpinæque & tribuli, quæ peccatorum ſpeciem præferunt, ex ea producuntur. Sed cur & aqua eiuſdem non fuit maledictionis particeps, non enim tellus abſque aquæ & humoris temperatura apta fuit arboris productioni? Ideò aliam ob cauſam cogor exiſtimare, aquas à maledictionis infeſtatione præſervatas. Deſtinaverat iam tunc Deus aquarum elementum in primi peccati luſtrationem, eaſque præſancivit, ut inſtrumentum elevandas, quæ primam maculam abluerent. Indignumque cenſuit maledictione primã tingi, quæ maledictionis ſordes erant purgaturæ. Sic Alcuinus quæſt. 10. in Geneſ. vtramque cogens rationem: *Quare Creator in Adæ maledicto terræ maledixit, & nõ aquis? Quia de terræ fructu contra mandatum Dei manducavit homo, non de aquis bibit: & quòd prædeſtinavit Deus abluere peccatũ in aquis, quod de fructu terræ contraxit homo.* Alcuinus. Sed poteſt & alia quæſtio agitari: nempè, cur non ſtatuit Deus per terram, licèt maledictione madidam, ut per elevatum inſtrumentum primæ tranſgreſsionis venena fugare, illiuſque ſordes mundare? Dices, non aptam terram, quæ & ex natura ſua, & ex primo maledicto ſordida eſt, macularum ablutioni, potiùs enim inficeret, quàm detergeret. Dicam ego, nihil Deo impoſsibile, aut arduum; terra enim ſputo ſoluta haudquaquam idonea erat amiſſo lumini inſtaurãdo, potius enim obtenebrat lutum oculos, quãm illuminat; & tamen terram ſputo humectatam oculis cæci nati applicuit Deus, & viſum recepit; ſicque magis divina commendaretur potẽtia ſuos ex contraria poteſtate effectus producens: ſtandum tamen eſt pro divinæ providentiæ ordine, per aquas, non autem per terram, reparationi noſtræ providentis. Licèt enim telluris elementum in primi piaculi ſolutionis inſtrumentum Deus poſſet aſſumere, noluit tamen propter arcaniora conſilia, quæ Marianæ dignitati militabãt, illud ſtudens altè hominum infigere mentibus ab omni primæ maculæ veſtigio oportêre eſſe liberam virtutem, per quam eiuſmodi macula eluenda eſſet, malens potentiam ſuam quàm Virginis immunitatem in humana æſtimatione periclitari. Iam ad rẽ: ſi ex eo, quòd præſcijſſet Deus, aquas in baptiſmo primi flagitij munditiem operaturas, tanto eas honore coluit, tantâ dignatione obſervavit, ut generalis illius incendij ſtatuerit, nec vel levi ſcintillâ correptas fumare: erit enim conſentaneum rationi, & Deo digna providentia, ut Maria, quæ futura erat velut animatum redemptionis noſtræ ſacramentum, per quam quidquid fons ipſe ſacramentorum immitteret gratiarũ, deſcenderet, quam ut nobile inſtrumentũ, quo primum aboleret malitiæ molimen, prælegerat, univerſalis incendij flammis exuſta deperiret? Indecorum cenſuit Deus, aquam primæ maledictionis fuligine atrari, quia per eam in priſtinum candorem erant homines vendicandi, & decorũ fuiſſet, Mariam, per quam candida ſalutis omnes eramus amiciendi, & ab illo tenebrarum horrore eruendi, turpiter illã caligine volutari? Ratio profectò in id non inclinat, pietas nõ ſuadet, reſpuit devotio, digna de Deo quaſi læditur & queritur æſtimatio. Imò ita ſolicitâ

citâ vigilantiâ, piâ & perſpicaci providentiâ Mariæ dignitati conſuluit, ut cùm poſſet terram, quæ primam maledictionẽ ebiberat, in ſacramentum regenerationis aſſumere, & ſuam ſic omnipotentiam mirum in modum efferre, dum ipſam maledictionem cogeret ſuæ ruinæ deſervire; id tamen noluit, ſed aquas, quæ omnis fuerant maledicti expertes; ne inde adverſus Mariæ conceptionem puriſſimam argumentũ minus ardens pietas criſparet, aſſerens, oportuiſſe Mariam, per quam prima maledictio erat expungẽda, primi maledicti nigredine fuiſſe turpatam in commendationem divinæ potentiæ, quæ de maledictionis theſauris theſauros eliceret gratiarum; præeligente divino Amore à Mariæ puriſſima indemnitate ſcandala amovêre, quàm ſuæ omnipotentiæ laudis elogia præparare; magnificumque ducente gloriæ titulum ſuæ præripere omnipotentiæ, ut Marianæ illibatis conceptionis poſtibus eos præfigeret.

SECTIO TERTIA.

Ex nomine Chriſti in hac genealogia elato duplex argumentum intemeratam Mariæ conceptionem propugnat.

LIBER GENERATIONIS IESV CHRISTI 1. Nomen Chriſti quamvis ſimplex, geminam complectitur Chriſti Domini poteſtatẽ & dignitatem. Nam cùm Chriſtus idem ſit ac Vnctus; duplici autem unctione ſacræ Paginæ antiquitas fungeretur: & quâ Sacerdotes initiabantur, & quâ Reges inaugurabantur: nomen Chriſti & Sacerdotalem & Regium apicem indicat, Ieſumque prodit & Regem & Sacerdotem. Nam olim Chriſti nomine tam Reges, quàm Sacerdotes fungebantur, utrique erat vox dignitati communis 1. Reg. 24. 7. Vbi David laceſsitus à militibus, & eorum confractus hortationibus, ut Saulem Regem interimeret, ait: *Propicius ſit mihi Dominus, ne faciam hanc rem Domino meo Chriſto Domini, ut mittam manum meam in eum, quia Chriſtus Domini eſt*: Et alibi ſæpè 2. Machab. 1. 10. dicitur: *Qui eſt de genere Chriſtorum Sacerdotum.* Fauent plerique Patres; ſufficiat pro omnibus Chryſol. ſerm. 59. *Ab unctione Chriſtus*, IESVS *vocatus eſt à ſalute: quia unctio, qua per Reges, & Sacerdotes olim cucurrerat in figuram, in hunc Regem Regum, Sacerdotem Sacerdotum tota ſe plenitudine Spiritus divinitatis effudit: Vt Regnum & Sacerdotiũ, quod per alios præmiſerat temporaliter, in Authorem ipſum refunderet, & redderet ſempiternum.* Ob utrãque ergo dignitatis amplitudinem, quarum dignus ſuggeſtus exiſteret, oportuit Chriſtum ab omni noxa originis eſſe alienum: & exinde comprobabo Mariam ab originali corruptione debuiſſe eſſe præſervatam, quam Filius ad utramque dignitatem ſociam ſibi aſciverit.

1. Reg. 24. 7.

2. Machab. 1. 10.

Chryſol.

§. I.

Dignitas Sacerdotalis nobilem originem Chriſto Domino expoſtulabat.

1 *CVlmen Sacerdotale adeò purum, ut in illius initio, ſeu radice nullus nævus imperfectionis ſuſtineatur. Locus Levit. 1. 13. ex Philone.*

2 *In honore Sacerdotij antiqui decor novi procuratus, cui illud inſerviebat. Locus Cant. 8. 5. qui eluceſcit ex Epheſ. 5. 27. per Anſel. & D. Thom. illuſtratur amplius ex 2. Corinth. 11. 1. per D. Thom. Locus Anſelm. locus 2. Corinth. 11. 2. ex D. Thom.*

3 *Solutio ex dictis, Philo lucem accipit.*

4 *Cãdor priſtini Sacerdotij quomodo Chriſti Sacerdotis ſplendorem præmonſtrarit, eique fuerit famulatus. Locus Richardi de S. Laurent.*

5 *Locus ad Hebræ. 7. 26. ex Anſel. elucidatus locus Numer. 12. 9. ex Theodoret. & Iſidoro Peluſiota.*

6 *Veritatem aperit valta diſparitas inter Matthæum & Lucam Chriſti pro-*

ge-

geniem texentes, ex Ambrosio.

7 *Pavet altera discriminis ratio ex Bonavent. & Ambros. Aliam init Anselmus, quæ quoque iuvat. Aliam Ambros. mirè conducentem.*

1 ADeò sublime est, omnemque puritatem ambiens Sacerdotale fastigium, ut vel ipsum initium vitæ nō patiatur maculosè cogi: neque satis est ei vitam inveniſſe puram, incorruptisq; moribus præditam, cùm in ipsam honorandam descenderit, sed exposcit nullâ unquam fuisse maculâ sordidatam, studet enim se ingeri non solùm præsenti sanctitati, sed præteritæ, quæ ab ipso vitæ fonte emanârit. Non patitur nec ipsam corruptionis cicatricem, Virginem expetit animum, & qui fluentis baptismi & pœnitentiæ tabulâ non eguerit. Hanc veritatem illustrabat plusquàm adumbrabat, præceptum illud summo Sacerdoti olim indictum: *Ego Dominus. Virginem ducet uxorem, viduam autem, aut repudiatam, & sordidam, atque meretricem non accipiet, sed puellam de populo suo,* Levit. 21. 13. Adeò incorruptum censendum voluit Deus Sacerdotis animum, ut sat illi non fuerit ducere mundam, sed omninò impollutam, & quæ corruptioni unquam subiacuerit. Vidua & repudiata, & meretrix poterat posteà castitatis se ornare infulis, sed hunc ornatum parum Sacerdoti congruum decentemque arbitratus est Dominus, illumque innuit expostulari, qui integritate perfectâ albicet: ut arguat mentem Pontificis summi ulli nusquam patuisse læsioni aut corruptioni. Eleganter hunc locum elucubratus est Philo Iudæus lib. 2. de Monarchia: *Cæterùm quoniam nemo nisi vir coaptatur in Sacerdotium, nō cariturus amplexuum cupidine, quæruntur ei castæ virginis nuptiæ, sanctis prognatæ parentibus ac honestis generosisque maioribus. Meretricem enim pariter animo mpuram atque corpore, ne aspicere quidem ei licet, etiam si quæstu relicto ad frugē redijt, eò quòd olim pollutum vitæ iostitutum sequta sit. Ipsa verò de cætero quidem eximatur ignominiæ propter propositum mutatum in melius: laudanda est quidem nequitiæ pœnitentia, nec vetandus quominus eam ducat quisquam alius: Sacerdotem verò nec accedat quidem propiùs. Huius enim est eximium privilegium, quod requirit cōsensum mutuum actionum eius inculpabiliū ab initio vitæ usque ad exitum. Videtur enim à ratione, boniſque moribus alieniſsimum, cicatricosos arceri sacerdotio propter notas infelicitatis, non malitiæ: eas verò quæ non solùm coactæ, verùmetiam interdum sponte formam venditarant, postquā vix tandem respuerint, ab amatoribus divulsas iungi mox Sacerdotibus, & è lupanaribus migrare in sacra domicilia. Manent enim nihilominus in animis pœnitentium cicatrices quædam, & vestigia nequitiæ priſtinæ. Proinde rectè, honestèque vetitum est aliubi, ne merces meretricis inferantur in sacrarium. At qui nummi per se carent crimine, sed quæ hos accepit, unà cū suo quæstu est abominabilis. Quomodò igitur admitteţur in Sacerdotis consortiū mulier, cuius etiam pecunia profana habetur, adulterinaque, quantumvis probatæ notæ, ac materiæ? Itaque tāta requiritur in Pōtifice puritas, ut nec viduam sinatur ducere, sive mariti obitu desolatam, sive divortio. Primò ut sacrum semen intacto puroq; arvo capiatur, neque ullo modo misceantur huius natales cum alijs familijs. Deinde, ut ìnita cum depravatis animis consuetudine, facilius eas suis moribus accommodent. Sequaces enim & flexiles ad virtutem sunt mentes virginum, & ad disciplinam prōptisimæ. At quæ iam experta est virū aliū, probabiliter videtur ad institutionem difficilior, ut quæ non adeò puram habeat animam, nec instar ceræ levigatam, sed iam antè in scriptis notis asperam, quæ ægrè delebiles, vel non recipiunt figuras alias, vel receptas confundunt in æqualitate sua. Virginem igitur ducat Pontifex castam à nuptijs: virginem, inquam, non solùm cum qua nemo congressus est alius, sed ne desponsam quidem alteri, quando non sola hic requiritur castitas corporis.* Iam hæc documenta & præstrictiones sacræ ad altiora nos instituunt mysteria. Nec hæc divina providentia excogitavit ob Pontificatum illum dumtaxat, quiquidem rudis erat cortex, & decerpto nucleo abijciendus, sed ut nos erudiret, quanta deceret munditia, & integra nobilitas, necdum in sua origine labefactata, verùm Pontificem Iesum unctum à Deo oleo lætitiæ præ participibus suis. Quamobrem Origen. hom. 12. in Levit. censet hæc omnia de Christo vero Pōtifice intelligenda & exponenda. Ex quibus ut cœleste arcanum coner assequi, duæ mihi occurrunt discutiendæ quæstiones. Prima, quare ex matrimonio Pontificio olim inito decreverit Deus Iesus summi Sacerdotis puritatem & candorē delibare? Num ad eiusmodi institutum congruentius non esset Pontificem innuptum & soli Deo sacrum humanique congressus ignarum sanxisse permanere? Deinde: cur in Pontificis coniuge sola displicet, carnalis macula vel

Levit. 21. 13.

Philo Iudæus.

cor-

corruptio naturalis quæ defectus integritatis ſive ex iniqua, ſive ex honeſta copula proveniat; nec enim alterius vitij nota refellitur. Nam Pontifex non prohibetur connubio iungi furi, maledicæ, homicidæ, ſed non virgini. Quid corrupta vel vidua habet, ut in myſterium immaculati Pontificis Ieſu, priſtino Sacerdoti potius quàm alia criminis nota inuſta denegetur. A ſecundæ quæſtionis ſolutione viam primæ expediendæ ſternam.

2 Arbitror equidem, ideò virginitatis defectum ſingulariter Deo inviſum fuiſſe, ſpecialiuſque ingratum extitiſſe, ut à Sacerdotio antiquo in novi ſui Pontificatus gratiam eũ arcêret: quoniam labefactatus pudor perfectius & quaſi agnatius adumbrat originale contagium, ſicut per virginitatẽ illius indemnitas & immunitas aptiùs expri
Cant. 8. 5. mitur. Celebris locus ille Cant. 8. 5. *Sub arbore malo ſuſcitavi te, ibi corrupta eſt mater tua, ibi violata eſt genitrix tua.* Dum ſub arbore Eccleſiam Sponſus meminit erectam, & ſub arbore corruptioni & violationi proſtratam, ſine dubio ſugillat primi peccati ruinam ſub arbore patratã, quam deperditæ virginitati comparat: erectam verò & ſuſcitatam dicit ſub arbore crucis, quæ ſi aliquorum placitis fides eſt adhibenda, ex prima illa arbore conſtitit, ſub qua ſe deturpandos dæmoni primi parentes proſtituerunt. Locus hic ampliorem lucem mutuabit ab illo Paul. ad Epheſ. 5.
Ad Epheſ. 5. 27. 27. *Chriſtus dilexit Eccleſiam, & ſemetipſum tradidit pro ea, ut illam ſanctificaret mundans lavacro aquæ in verbo vitæ, ut exhiberet ipſe ſibi gloriоſam Eccleſiam non habentem maculam aut rugam, aut aliquid huiuſmodi, ſed ut ſit ſancta & immaculata.* In primis locus indicat ſpecialem hîc ſermonem eſſe de peccato originali, cuius maculæ abluendæ lavacrum vitæ inſtitutũ eſt. Vnde ait Apoſtolus Chriſtũ cruci & morti traditum, ut Sponſam ſanctificaret, & mundaret lavacro aquæ in verbo vitæ: *Baptiſ-*
Anſelmus. *mus enim Chriſti* (ait Anſelmus) *eſt lavacrũ aquæ in verbo vitæ.* Et qualis, quæſo, de lavacro emergit Sponſa? Glorioſa, inquam, non habens maculam neque rugam, & prorſus inſtar virginis immaculata & incorrup-
D. Thom. ta: Quapropter ait D. Thom. *Ideò dicit ut exhiberet ſibi glorioſam Eccleſiam, quaſi dicat Apoſtolus: Indecens eſt, quòd immaculatus ſponſus ſponſam duceret maculatã;* id eſt, quòd virgo ſponſus ſponſam non virginem duceret. Nam ſponſa Dei Eccleſia virgo eſt. Sed & hic locus plenum intellectum accipit ab illo Paul. 2. ad Corinth.
2. Ad Corinth. 11. 1. 11. 1. *Æmulor enim vos Dei æmulatione. Deſpondi enim vos uni viro virginem caſtam exhibere Chriſto.* Quæ verba eleganti paraphraſi exornat D. Thom. *Meritò vos æmulor Dei æmulatione, quia Paranimphus ſum huius matrimonij, quod eſt inter vos & Chriſtum, quia ego deſpondi vos, non multis, quia quæ multis adhæret, polluitur, ſed uni Chriſto, ſcilicèt viro perfecto virtutis plenitudine. Iſti, inquam, viro deſpondi vos exhibere virginem. Nota quòd à plurali ad ſingularem deſcendit, dicens, deſponſavi vos, in plurali, & exhibere virginem in ſingulari: volens oſtendere, quòd ex omnibus fidelibus ſit unum corpus, & una Eccleſia, quæ debet eſſe virgo in omnibus membris ſuis. Et ideò dicit virginem caſtam: in omnibus enim accipitur virginitas pro integritate corporis, caſtitas pro integritate mentis, Epheſ. 5. ut exhiberet ſibi glorioſam Eccleſiam non habentem maculam, aut rugam, aut aliquid huiuſmodi, ſed ut ſit ſancta & immaculata.* Si ergo locum ad Epheſ. 5. ex loco ad Corinth. 11. interpretemur, facilis ſenſus emergit. Ait enim Apoſtolus: Accepit Chriſtus immundam & corruptam Eccleſiam proſtitutionis primi parentis hæredem, & illius impudicitiæ nota ſignatam, ſed actus in crucem emiſit lavacrum vitæ, ut glorioſam illam ſibi & immaculatam Virginem exhiberet. Iam ex his complana eſt via ad elucubrationem legitimam loci Cant. *Sub arbore malo ſuſcitavi te, ibi corrupta eſt mater tua, ibi violata eſt genitrix tua.* Quaſi dicat: Quondam in paradiſo ſub arbore malo miſerè ſe proſtituit prima mater tua, & quaſi laſciviens fidem legitimi thori violavit; ſed ſub eâdem arbore, hoc eſt ſub cruce, in qua pependi ex prima arbore producta ſuſcitavi te in virginitatis gloriam, illa deleta per lavacrum baptiſmi, qui ex meo latere profluxit, turpitudine, quam à matre traxiſti. Favet Anſelmus: SVB ARBORE MALO: *Quaſi dicat: Meritò me debes ponere ſupra cor tuum, quia mortuam in peccatis liberavi te iacentem & languidam. Sub arbore, id eſt ſub peccato facto per arborẽ malo, id eſt in peccato primi parentis: vel languidam ſub peccato crucis, quæ item fuit de arbore hac: id eſt, malo. Legitur enim in libris Græcorum, quòd de eadem arbore, in qua peccavit Adam, ramus quidam allatus fuit Ieroſolymam, & ibi plantatus excrevit in magnam arborem, de qua poſteà facta ſit crux Domini: ut ex quo mors venerat, eodem vita repararetur: IBI, id eſt in arbore illa corrupta fuit & violata mater tua.* Liquet ergo peccatum primi parentis per corruptionem & amiſsionem virginitatis ſugillari, immunitas verò ab illo ſeu reſtitutio per integritatem & virginitatẽ.

D. Thom.

Anſelmus.

Nam

Nam Eccleſiam appellare corruptam & violatam, nil aliud eſt, quàm eam dicere primæ turpitudinis contagio reſperſam; appellaſſe verò virginem, dicere quidem ita à prima labe liberam, ac ſi eam nunquam contraxiſſet. Huic idiomati inſiſtit Apoſtolus 2. Corinth. 11. 2. Poſtquàm enim aſſeruiſſet: *Deſpondit enim vos uni viro virginem caſtam exhibere Chriſto* : ſubiungit: *Timeo autem, ne ſicut ſerpẽs ſeduxit Evã aſtutia ſua, ita corrumpantur ſenſus veſtri.* D. Thom. Scitè D. Thom. *Et dicit, corrumpantur ſenſus veſtri: quia ſicut ie matrimonio carnali cavet ſponſus, ne coniux corrumpatur carnaliter: ita Apoſtolus in hoc matrimonio ſpirituali timet, ne corrumpantur ſpiritualiter ſenſus cordis.* Vide, quomodo Apoſtolus metaphorâ laſſatæ virginitatis indicat peccatum primæ coniugis, & monet fideles, ut ſervent ſenſus incorruptos, nec cœleſti Sponſo iniurios ab Evæ exemplo animos alienantes. Tertullianus quoque primum mulieris flagitium nomine adulterij taxat, quam ſui proſtitutionẽ dæmoni ſub illa arbore feciſſe teſtatur, lib. de Tertullian. carne Chriſti, cap. 17. *Sed Eva nihil tunc concepit in utero ex diaboli verbo: imò concepit. Nam ex inde ut abiecta pareret, & in laboribus pareret, verbum diaboli ſemen illi fuit. Enixa eſt denique diabolum fratricidam.*

3 Ex his ad quæſtionis evolutionem accedimus: aperiturque ratio, ob quam ab antiquo Pontifice non repulerit Deus cõiugem iurgio, latrocinio, murmuratione vè obnoxiam, ſed corruptioni; ſive ex laſcivia, ſive ex pudico emananti connubio, virginemque illi iungendã deſtinaverit corpore & mente pariter integram. Verè cùm hæc in figuram & myſterium ſummi Sacerdotij Chriſti præſtituerẽtur, voluit per hoc præceptum innuere, Deus quantum Chriſtus Dominus ut Sacerdos, inviſam habeat & exoſam & à ſe prorſus alienam primam originis maculam. Statuit conſultò iuxta ſacram phraſim ſuarumque Scripturarum idioma, primum peccatum per corruptionem defectumque integritatis denotari, per virginitatem verò indicari animum ab eo prorſus liberum, ſeu expertem. Et præcipit ſummum Pontificem, non niſi virgini copulandum, à qua omnis ſciſsio abſit, quãvis honeſtè inducta, eo ſanè conſilio, ut vel umbram primi peccati doceat indignam & infenſam Pontifici Chriſti larvam induenti. Ipſe infectæ originis halitus, ipſa imago, voluit ut à peccati ſui imagine & figura procùl iam ab antiquis ſeculis arceretur; ſicque innoteſceret, quantum utriuſque rei veritas inter ſe pugnaret, quarum imagines & umbræ ſimul conſiſtere non paterentur. Iam verba Philonis expende huic intellectui miniſtrantia: *Laudãda eſt enim nequitiæ pœnitentia, nec vetandus quominus eã ducat quiſquam alius. Sacerdotem verò nec accedat quidẽ propiùs. Huius enim eſt eximium privilegium, quod requirit cõſenſum mutuum actionum inculpabilium ab initio vitæ uſque ad exitum.* Philo. Quaſi dicat: Commendanda eſt ex pœnitentia, aut baptiſmo ſanctitas, hæc vulgares non dedecet. Sed dedeceat verum Sacerdotium, cuius typum ferebat antiquum. Propiùs hæc Sacerdotem non accedat, quia ſupponit vel contractum ab origine ſcelus, vel patratũ, & Sacerdotale faſtigium Chriſti ab his altiùs debet emergere, quem comitatur ſanctitas ab origine vitæ uſque ad exitũ iugiter protelata: & ſubdit: *Manent nihilominus in animis pœnitentium cicatrices quædam, & veſtigia nequitiæ priſtinæ. Proinde rectè honeſtèque vetitum eſt aliubi, ne merces meretricis inferantur in ſacrarium. At qui nummi per ſe carent crimine; ſed quæ hos accepit unà cum ſuo quæſtu eſt abominabilis. Quomodo igitur admittetur in Sacerdotis conſortium mulier, cuius etiam pecunia profana habetur adulterinaque quantumvis probatæ notæ ac materiæ.* Nullus debet eſſe vapor in Sacerdote ſummo, nullus odor, quẽ fœtida illa prima corruptio ſuffiat, cicatrix in illo, vel indicium inhonorãdum eſt & contumelioſum, prodit enim aliquando illum vulneri ſucubuiſſe. Quid ni? Cùm & ipſi effectus primæ originis, quales ſunt inordinatæ animæ paſsiones, quæ quidem primæ proſtitutionis meritò lucra & quæſtus accerſuntur, à ſummo Sacerdote debeant ita procul eſſe ſemoti, ut profana & contagioſa habeantur, ac proinde indigna, quæ inter ſacra obtineant locum. Concludit demùm: *Virginem ergo ducat Pontifex caſtam à nuptijs, virginem, inquam, nõ ſolùm cum qua nemo congreſſus eſt alius, ſed ne deſponſam quidem alteri. Quando nõ ſola hìc requiritur caſtitas corporis.* Virginem animum induat ſummus Sacerdos, in quem non ſolùm primum contagium non fecerit impreſsionem, ſed neque in quẽ illius debitum ceciderit. Sponſalia enim, quæ coniugium præcedunt, & per quæ iam ſponſa ſponſo debetur, non immeritò comparo peccati originalis debito, quod quidẽ intelligimus præcedere ipſũ originale peccatum, in quo fit adulter animæ cum dæmone congreſſus. Quaſi dicat: adeò ſublimior Sacerdotalis Chriſti dignitas primi peccati invaſionibus evehitur, ut nõ ſolùm ipſum congreſſum evaſerit, ſed & ipſam viã & ordinem illius debiti contrahendi.

4 Iam

4 Iam pandatur primæ quæſtionis ſolutioni aditus. Profectò divinæ ſapientiæ mirum inventum fuit, ſtatuiſſe commendare ſummam puritatem, quam Sacerdotium Chriſti exigebat ab illibato matrimonio antiqui Pontificis. Si enim ſolùm iuſsiſſet Deus fore Pontificem nulli thalamo coniugali alligatum, ſed virgineo ſemper flore vernantem, ex eo dumtaxat eliceremus Sacerdotis Chriſti corpus ſemper integrum manſiſſe, intemeratum, & totius primævæ corruptionis, ſeu violationis expers. Cùm verò præceperit illum de matrimonio cogitantem non niſi virginem ducturum, mirum in modum excreſcit Pontificis puritas, quæ tanta debet eſſe, ut non ſolùm illius caro, ſed quæ illius caro unitate aliquâ, ſeu identitate interveniente nominanda eſt; virgo debeat eſſe & integra, nec aliquando corrupta, & quam dæmon primò poſſederit. Ea enim eſt lex & vis matrimonij, ut ex gemino corpore unum corpus, & ex duplici carne una caro conſurgat, coniugali poteſtate quandam quaſi poteſtatem operante, iuxta illud Geneſ. 2. 24. *Quamobrem relinquet homo patrem ſuum & matrem, & adhærebit uxori ſuæ, eruntque duo in carne una.* Ducturo Pontifice coniugem, una ex utroque caro cogenda erat, ita ut caro ſua caro coniugis, viciſsimque caro coniugis Pontificis caro eſſet appellanda: Ergo ut omnis corruptionis originalis macula vel ſuſpicio, aut (ut ita dixerim) æquivocatio à vero Pontifice Chriſto amandaretur, præcipit Deus, ut priſtinus non niſi virginem ducat integram, incorruptam: quo innueretur, quidquid unitatem, aut identitatem carnis cum Pontifice obtinuerit, virginem debêre eſſe illibatum, in quod nunquam primæ corruptionis vis, aut dæmonis poſſeſsio prævia deſcenderit: ficque omnis confuſio, aut æquivocatio idiomatis indigna & degener à ſummo Sacerdote abigatur. Nam ſi Sacerdos antiquus immundam, aut ſtupratam carnem duceret, notam illius ſubiret & infamiam, carocque eius ſtuprata cenſeretur propter intimum matrimonij commercium, & ſi Pontifex Ieſus carnem aliquam, quæ primæ corruptionis notâ eſſet ſigillata, carnem ſuam efficeret, cum eaque in unitatem, ſeu identitatem coiret, vera eſſet loquutio, aſſerere Chriſti carnem aliquando fuiſſe corruptam, & depravatam, ab iniquoque adultero poſſeſſam. Hinc quâ validum teſtimonium pro puriſsimæ Marianæ conceptionis immunitate erumpat, inferiùs, latiùſque aperiemus, adſtruentes Chriſti & Mariæ carnem mutuâ viciſsitudine verè & propriè utriuſque carnem appellari; ſed ne provectæ ſpei impatientiâ frangaris, accipe interim Richardum de S. Laurent. lib. 1. de laudibus B. Mar. ſic effantem: *De corporis Mariæ ſubſtantia virginali ſummus aſſumpſit Pontifex hoſtiam ſuæ carnis, quam in ara crucis pro mundi ſalute, elevatis in cruce manibus, ſacrificiũ obtulit veſpertinũ, cuius ſuaviſsimus odor delinivit iracundiam Patris. Vnde paſcimur etiam & potamur carne eius & ſanguine in Filij ſacramento: quia caro Chriſti & caro Mariæ, ſicut Matris & Filij una caro eſt, Geneſ. 2. & 1. Corinth. 6. Erunt duo in carne una, ſcilicèt Chriſtus & Maria.* Quid opportunius & elegãtius ad noſtrum inſtitutum? Nunc indiſcuſſa nec deglubita Richardi tibi verba trado, forſan infrà in apertius examẽ, ſeu expeditionem uberiorem erunt vocanda. Richar de S. Laurent.

5 Mirum Pontificij Ieſu ſplendorem haudquaquam uſquam peccati primi nubilo obtenebratum prodit locus Pauli ad Hebræ. 7. 26: *Talis enim decebat, ut eſſet nobis Pontifex, ſanctus, innocens, & impollutus, ſegregatus à peccatoribus, & excelſior cœlis factus, qui non habet neceſſitatem quotidie, quemadmodum Sacerdotes priùs pro ſuis delictis hoſtias offerre, deinde pro populi:* Egregia eſt paraphraſis Anſelmi in hunc locum: *Nam hoc decebat, id eſt congruum erat, ut nobis filijs eſſet talis Pontifex. Servi autem alios habuere. Noſter debuit eſſe ſanctus, id eſt omni perfectione virtutum in ſe ipſo conſummatus, & innocens quantum ad proximum, nemini unquam faciens quod noceret. Et impollutus, id eſt, cuius ſanctitas & mũditia per alicuius peccati conſenſum, aut delectationem nũquam eſſet polluta. Et ſegregatus à peccatoribus, id eſt ſeorſum factus à grege peccatorum, ut nullo peccati nævo teneretur in grege eorũ, utpotè ſine carnali concupiſcentia per Spiritum ſanctũ conceptus & natus. Vel ſanctus interius, innocens manibus, impollutus corpore, ſegregatus à peccatoribus, id eſt, ab omni peccato immunis, & à grege cæterorum Sacerdotum ſeparatus, inter quos nullus ſine peccato, & factus excelſior cœlis, ubi miniſtret in ſuperno altari.* En nobiliſſima origo Sacerdotis noſtri, qui aliam à communi propagatione viam inijt, ut quantum ab ignobili turpitudine, quæ in hominum progeniem illabitur, ſemotus fuerit, oſtenderetur. Quod non obſcurè adumbravit Deus in ſummo Pontifice Aaron, in quo primò dedicatus fuit Pontificalis honor in noſtri Pontificis myſterium. Ægrè ſe geſſerunt quondam erga Moyſen Aaron & Maria eius fratres, vel elatione tumidi, vel invidiæ tabo tincti, quorũ ſcelus inultũ Deus noluit, nec illius ſupplicium alijs commiſit; Ad Hebræ. 7. 26. Anſelmus.

Gen. 2. 24.

ſit: ipſe per ſe ipſum ſtatuit de ingratis vindictam reportare, & nubem in thronum ſibi parans, tanquam iudicis ſuggeſtum conſcendens in limen tabernaculi deſcendit, ubi accerſitos delinquentes acriùs carpit, & aſperiori obiurgationis verbere ferit. Texit-
Num. 12. 9 que ſummittit: *Iratuſque contra eos abijt. Nubes quoque receſſit, quæ erat ſuper tabernaculum; & ecce Maria apparuit candens lepra quaſi nix*, Numer. 12. 9. Luit pœnas Maria, ſed Aaron criminis conſors ſupplicij particeps non apparet. Cur, quæſo, partialiter agit divina iuſtitia, perſonarumque inæqualis acceptor in hoc iudicio proditur Deus? Quare quos coniunxit crimen, vindicta diſſociat, & quos illaqueavit convicium, ſimul & ſupplicium non irretit? Sordet leprâ Maria ob detractionem, quare lepram pariter Aaron non contrahit, qui unà cum illa fratri detraxit? Alijs rationibus omiſsis, quas Interpretes congerunt, illa nunc placet, quia Aaron in Pontificem coaptatus primò à Deo fuerat, à quo Põtificia maieſtas prima sũpſit auſpicia. Radix erat & origo Sacerdotij, & Sacerdotij, quod Chriſti Sacerdotiũ præfigurabat; Deus verò quaſi ſolicitus de ingenuitate & generoſitate Sacerdotij Filij ſui, ut innueret originem Ieſu Pontificis omni fuiſſe munditiâ & gratiarum illuvie ornatam, originem Sacerdotij antiqui, quod Chriſti Sacerdotium præferebat, non paſſus fuit maculam ullam ſubijſſe, ne ſi imaginem Sacerdotalis Chriſti dignitatis in ſua origine ſpectaſſent impij deturpatam, anſam ſumerent calumniæ, indeque arguerent originem Pontificis noſtri haudquam extitiſſe ullius maculæ immunem. Ergo præſervata fuit à lepra radix Sacerdotij antiqui, in honorem & reverentiam originis Sacerdotij Ieſu. Prætereà quia lepra erat morbus & immunditia, quã diſcernebant & iudicabant Sacerdotes: incongruum autem erat, nec conſentaneum, ut vitio ſordique fieret Sacerdos obnoxius, cui mundandæ & curandæ deſtinabatur: ſed & hoc in Sacramentum Sacerdotij Chriſti decurrit. Cùm enim ipſe Pontifex à Deo prædeſtinatus fuerit in remedium originalis maculæ, quæ in homines graſſabatur, quo pacto lepra in illum prævaleret, qui in eam extirpandam Sacerdos eligebatur? Ergo oportebat, ut nobis eſſet Pontifex ſanctus, innocens, & impollutus, ſegregatus à peccatoribus, & cuius origo fœdus cũ peccato deteſtaretur. Accipe Theodoret.
Theodor. quæſt. 23. in Numer. *Quare cùm ambo cõvicíati eſſent, illa ſola pœnas luit? Quoniam leproſus ſecundùm legem immundus eſſe videbatur, Aaron autem Sacerdotum erat radix & origo. Propterea Deus parem ei pœnam non inſtixit.* Habes & Iſidorũ Peluſiot. erudite iudicium proferentem, lib. 3. epiſt. 152. *Quandoquidem per litteras quæris, quidnam cauſæ ſit, quamobrem, cùm Aaron & Maria Moyſen maledictis inceſſerint, ſola tamen Maria obiurgata fuit, lepra nimirum ipſius faciei, in qua lingua deliteſcit, offuſa: prius quidem id, quod ab erudito quodam viro accepi, ſcribam. Aiebat igitur ille, quia Sacerdotij principium erat, idcircò Deum Sacerdotij præludio ignominiæ notam inurere minimè voluiſſe, ne finis quoque probroſus exiſteret.* Principiũ Sacerdotij Deus Sacerdotij nominat, quaſi Deus Sacerdotij originem velùt ipſam divinitatem in gratiam Chriſti zelaverit. Si enim figura præludio ignominiæ in ſuo fõte turbaretur, poſſet quis ſuſpicari illius veritatem ſeu finem (finem Sacerdotij antiqui Chriſti Sacerdotium intelligo, propter quod depalandum illud fuerit inventũ) in ſua origine maculoſum, aut probroſum extiturum. Peluſiota.

6 Vrſit iam ſanctus Spiritus ſacros Hiſtoricos, ut tantum ſacramentum ſuppreſſum, aut intactum non relinquerent. Quapropter inter genealogiam à Matthæo & à Luca contextam vaſtum quoddam diſcrimen invenies. Cùm enim Matthæus peccatrices fœminas in illa recenſêre non defugerit, nempè inceſtuoſam Thamar, meretricem Rahab, incautam Ruth, adulteram Berſabee; ab omnibus his Lucas abſtinuit, nec ullam referre, congruum duxit. Quam ergo ob cauſam Evangeliſtæ, & uterque à Spiritu divino actus ita inter ſe diſſentiunt, ut alter indignum ducat & indecorũ, quod opportunum, imò & glorioſum Deo iudicaverit alter? Vt mentem & ſcopum gemini Hiſtorici pervadas, operæpretium eſt utriuſque inſtitutum & ſtudium percallêre. Studuit enim Matthæus Chriſti humanitati, illiuſque clementiam & pietatem patefacere, quâ exinanivit ſemetipſum formam ſervi accipiens, & habitu inventus ut homo, imò peccatorum larvâ & perſonâ onuſtus. Studuit Lucas Chriſti Sacerdotio, muniaque, quæ ut Sacerdos obijt, referre. Igitur Matthæus hominem Chriſtum deſcribens, & noſtrorum ſuſceptionem peccatorum illi impoſitam, nihil tam aptum excogitavit, quàm ſceleſtas non horrêre peccatrices; qui enim peccata noſtra portare adventârat, cur ab impuris genus ducere faſtidiret? Imò ex eo, quòd peccatorum progeniem ambierit, peccatorum aluit ſpem, animavit fiduciam, creditque facile effecit ſe omnium ſcelera baiulaturum: glorioſum enim præſtitit divinæ clementiæ teſti-

mo-

monium Matthæus, dum Dei ſuſcepturi humana peccata progeniē per impuros quoſdam euripos effudit! Cæterùm Lucas Chriſti Sacerdotio incumbens à genealogia Chriſti infectas progenitrices abſcondit, in Sacerdotali proſapia vel remoram originis turpitudinem deteſtatur. Adeò enim purum & intemeratum inducit Sacerdotio fungentem, ut vel ſciunctiſsimam illius aviam decrectet noxâ fœdatam. Procùl, inquit Lucas, ſit, ut dicatur Sacerdos æternus genus ducere ab avia, quantumvis ab illo ſeculorum protelo diſiuncta, quæ peccati nævo præextiterit detēta. Sic Ambroſ. ad illa verba Luc. 3. *Qui fuit Nathan, qui fuit David. Neque tamen abnuo, cùm Thamar & Ruth defendo, peccatores quoque inter maiores Dominici generis cōputatos; quorum commemorationem ſanctus Lucas declinare deſiderans alium quēdam ſucceſſionum ordinem texuit, neque enim Achab, neque Iechoniam, neque poſtremò Uriæ uxorem nominandos putavit, ut immaculatam Sacerdotalis generis ſeriem declararet. Sed ut illi talis conſilij ſui ratio ſubſiſtit, ita etiam ſancti Matthæi conſilium à ratione iuſtitiæ non abhorret: nam cùm Evangelizaret Dominum ſecundùm carnem de Zara eſſe generatum, qui omnium peccata ſuſciperet, ſubiectum iniuriæ, ſubditum paſſioni, ne huius quidem putavit exſortem aſſerendum eſſe pietatis, ut maculatæ quoque originis non recuſaret iniuriam.* Viſus eſt enim ſibi Lucas ſermonem de Chriſti Sacerdotio inſtituturus, adeò eſſe adſtrictus illum prodere intemeratum, & ab omni originalis ignobilitatis infamia immunem, ut putaret ſe dignitati non levem irrogare iniuriam, ſi vel trigeſimam à Chriſto progenitricem induceret maculoſam. O quantum Sacerdos æternus refugit in proxima Parente ſordem, cuius caro caro ſua erat, quia erubuit in primis ſuis maioribus aperiri defectus, qui haudquaquam in ipſum ſtillarent!

7 Sed & Chriſtus Dominus, quatenus ad Sacerdotalem celſitudinem evectus, quamvis rubore ſuffundatur ex quacunque maiorum macula, in eam indignationis ſuæ ſpecialiùs tela retorquet, illam ſingulariter abominationi habet, quæ ex primi protoplaſti ruina defluit. Aliud diſsidium oportet diſpicere inter Chriſti proſapiam, & à Matthæo & Luca recenſitam. Nam Matthæus ab ea hiſtoriam Evangelicam exorſus eſt, quem nequaquàm imitatus eſt Lucas. Nam cap. 3. poſtquàm Chriſti baptiſmum enarrârit, eius tunc genealogiam inchoat. Rationi magis conſonus, & uſui ordo Matthæi videtur quàm Lucæ. Nā iuxta optima documenta inſtituendæ hiſtoriæ, primum locum tenet & frontem genus illius, de quo ſcribitur: cui mori adhæſit Matthæus in limine ſuæ hiſtoriæ catalogum Chriſti progenitorum referans. Lucas verò tria priora capita impendit in enarrandis præludijs Chriſti adventum prævenientibus, illius infantia quoque & educationis myſterijs uſque ad illius ætatis trigeſimum annum peractis. Et tunc præter omnem hiſtoricorum morem Chriſti inducit genealogiam. Nam à recta narrationis methodo non videtur deflexiſſe? Sed quis auſit Lucam à Spiritu ſancto eruditum arguere, & inverſum illius ordinem cenſurâ taxare? Cùm enim inſtitutum, & intentio, imò & munus Evangeliſtæ fuerit Sacerdotium Chriſti hominum commendare animis, de illoque intexere narrationem, ut eximiam puritatem, quam exigebat, efferret, originariamque ingenuitatem ab omni primi piaculi influxu expertem altè legentiū mentibus infigeret; Chriſti genealogiam diſtulit conſultò uſque-quo ſermo & hiſtoria de baptiſmo in remedium originalis peccati inſtituto iam eſſet elapſa. Veritus eſt proſapiam Sacerdotis ante baptiſmum invehere, ne ſtultus aliquis crederet, cùm poſt illam evolutam aquis immerſum Chriſtum ſpectaſſet, ideò ipſum ablui, ut vel aliquam umbram primi flagitij abolēret: ſicque manēret Sacerdos apud imperitos de aliquo primæ labis indicio ſuſpectus. Prætereat ergo priùs hiſtoria baptiſmi, intelligatur Chriſtū iam draconem ſuffocaſſe in aquis, manet in illis originale peccatum devictum & ſpoliatum à Chriſto, imò & tumulatum, tuncque exordiū illius genealogia reſumat, & gradatim aſcendat non ſolùm uſq; ad Adamū, ſed uſq; ad Deū. Nō quidem in Adamum terminetur genealogia, ne aliquid Chriſtum ab Adamo ſceleris traxiſſe credatur, ſed in Deum refundatur, ut quidquid in cōceptione hauſit, Dei virtuti & potentiæ credatur reſpondēre: ideò Evangeliſta ait: *Factum eſt autē cùm baptizaretur omnis populus, & Ieſu baptizante & orante, apertum eſt cœlum, & deſcendit Spiritus ſanctus corporali ſpecie ſicut columba in ipſum, & vox de cœlo facta eſt: Tu es Filius meus dilectus, in te complacui mihi. Et ipſe Ieſus erat incipiens quaſi annorum triginta, ut putabatur filius Ioſeph, qui fuit Heli, &c. Qui fuit Adam, qui fuit Dei.* Luc. 3. 21. Præmittitur baptiſmus, in quo cœli valvæ reſerantur, in quo feſtiva & inaudita ſunt omnia, in quo Spiritus ſanctus index eſt Chriſti & corona, in quo Pater Deus Chriſtum natu- Luc. 3. 21.

ralem ſuum Filium acclamat, ut peccati originalis Sacerdos æternus victor viſatur, non victima; prædator, non præda; his prælibatis genealogia eius locum habeat, quæ in Deum repedet, ut caro, quæ carne ſuâ Chriſtum induit, non ab Adami ſorde credatur deformata, ſed ab ea Altiſsimi obûbrante virtute præceſsiſſe præmunita. Non nihil ſubſidij his adfert Bonaventura, in
Bonavent. cap. 3. Luc. *Lucas principalis intentionis oculum dirigebat ad Chriſti Sacerdotium, Matthæus verò ad Chriſti Regnum: ex his apparet cauſa differentiæ inter Lucam & Matthæum, ſcilicet in ſitu, quia Matthæus à principio, Lucas à baptiſmo.* Clariùs & effuſiùs Ambroſ. lib. 3. in
Ambroſ. Luc. *Vnde & Lucas ad Deum putavit originem Chriſti eſſe referendam, quòd verus Chriſti generator Deus ſit, vel ſecundùm veram generationem Pater, vel ſecundùm lavacri regenerationem myſtici author muneris. Et ideò non à primo generationem eius cœpit deſcribere, ſed poſteà quàm baptiſmum eius explicuit, authorem omnium Deum per baptiſmum cupiens demonſtrare. Chriſtum quoque à Deo ordine manaſſe ſucceſsionis aſſeruit, univerſa contexens, ut ſecundùm naturam & ſecundùm gratiam, & ſecundùm carnem Dei Filium demonſtraret. Quod autem evidentius divinæ generationis indicium, quàm quòd ac generatione dicturus ipſum Patrem præmiſit loquentem? Hic eſt Filius meus dilectus, in quo complacui.* Sapienter ergo expectavit Lucas baptiſmi Chriſti myſterium, ut eius inſtitueret genealogiam, & nobilitatem originis adſtrueret, oſtenderetque quantum in ea ab alijs Chriſtus diſcernatur. Nam cùm baptiſmus in alijs infamiam originis ſugillet, qui enim ad illum accedunt, profitentur ſe patris Adami contraxiſſe ſordes, quibus indigent ablui. Chriſto Domino baptiſmus gloriam originis detulit, in quo innotuit Dei Patris eum Filium eſſe, nec viam propagationis macularum Adæ fuiſſe ingreſſum; & Chriſti ingenuâ origine in baptiſmo aperta, opportunè exorditur illius proſapiam, quæ ultimò illum revehet in Deum, cuius Filius eſt. Aliò deflectit Anſelmus, ſed noſtrum etiam
Anſelmus. ſcopum collimans: *Lucas non ſicut Matthæus Chriſti generationes narrat deſcendendo, ſed aſcendendo, tanquam Sacerdotem in expiandis peccatis magis aſſignans; aſcendendo tamen tranſit, & ab Adam pervenit ad Deum, cui mundati & expiati reconciliamur.* Attende Evangeliſtæ ingenium, qui ut puritatem & gloriam originis noſtri Sacerdotis oſtentet, à baptiſmo eum educit, & per gradus deducit ad Deum; à baptiſmo, inquam, eum deducit, non tanquam qui originali tabe infectus ablutione indiguerit, ſed tanquam qui originali peccato bellum gerat, & illius dominium diſsipet: ingreſſus eſt enim baptiſmum tanquam genus humanum luſtraturus, & de baptiſmo prodiens per omnes gradus illos genealogiæ tranſit & ſcandit ad Deum, quaſi qui ad Deum perducat genus humanum aquis tinctum, ut Deo illud reconciliet; cum hac hominum luſtratione, expiatione, & cum Deo reconciliatione genealogiam noſtri Sacerdotis intertexit, quaſi origo Chriſti Sacerdotis, vel ab origine habeat tanquam quid ſibi innatum & ingenitum bellum ciere adverſus originale crimen, & illius evertere imperium, & debellare potentiam. Sed & Ambroſius aliter rem commentatur, expendens Evangeliſtam, poſtquàm Chriſtum prodidit in baptiſmo nomine Filij Dei inſignitum, genealogiam eius fuiſſe aggreſſum, & Chriſtum perduxiſſe uſque ad Adamum, quem ut Chriſti progenitorem declararet, nomine Filij Dei quoque honorat: à Filio Dei generationem Chriſti exordiens, & in Dei Filium deſinens, totam Chriſti progeniem inter duos Dei Filios, quaſi inter duos aureos terminos conſtringens & coarctans, ita ſibi ſimiles, ut alter alteri tanquam illius figura, & imago reſpondeat. Rem ampliùs explico. Adamus nuper Dei manibus effictus, iuſtitiâ originali præditus, & gratiarum virtutumque cumulo onuſtus ſpeciem prætulit Chriſti & vexillum; Chriſtum enim, ut ſæpiùs ex Tertulliano accepimus, Deus in illo primo plaſmate, quod ſuarum decorabat manuum operâ & labore, providebat & præmeditabatur. Pervenit ergo Lucas ad Chriſti tinctionem, inter luſtratorias aquas eum expavit, & ne quis Chriſtum arbitraretur inter eas depravati & corrupti, & filij diaboli Adami contractam originem mundaſſe, illicò illius inducit genealogiam, quam provehit ad Adamum, ſed non ad Adamum utcumque, ſed ad Adamum quatenus Dei filius fuit, ad Adamum, inquam, nuper Dei creatum, ad Adamum in cuius conſtructione Chriſtus cogitabatur homo futurus, ideò Evangeliſta aſſeruit: *Qui fuit Adam, qui fuit Dei.* Quaſi dixerit ſacer Hiſtoricus: Qui Chriſtum inter baptiſmatis undas conſpicitis, procùl ſitis ut putetis, aliquid ſordidi Adami illum participaſſe; talis enim eſt inter

lor-

Iordanis fluenta, qualis fuit Adam eo tẽpore, quo perſeveravit filius ſeu plaſma Dei; ideò Chriſti generationem iniens illum deduco ad Adam, qui fuit Dei, qualis Adam fuit filius Dei, talis eſt hic filius Dei, hoc eſt: qualis Adamus in illo felicitatis & originalis iuſtitiæ ſtatu illum præfiguravit, talis inter fluctus graditur, ideò inter aquas Filium ſuum eum Deus pronũtiat. Digna ſanè Ambroſianâ mente cogitatio, lib. 3. in Luc. *Iam de ipſo Adam qui iuxta Apoſtolum figuram accepit Chriſti, quid pulchrius potuit convenire, quàm ut ſacroſancta generatio à Dei Filio inciperet, & uſque ad Dei Filium deduceretur, creatuſque procederet in figura, ut natus in veritate ſequeretur: ad imaginem factus præiret, propter quem Dei imago deſcenderet? Et ſi myſterium primi diſcutiamus erroris, ligni ſcientiæ boni & mali fallente diabolo, Eva ſuadente, ille guſtavit: ut iſte nobis priuſquàm ſciret malum, eligeret bonum, diriique ſerpentis inſidias, Eccleſia ſuadente, evacuaret. Iuxta quod ſcriptum eſt: Quoniam prius quàm ſciat puer bonum & malum, non credet malitiæ, ut eligat quod bonum eſt; & prius quàm ſciat vocare patrem aut matrem, accipiet virtutem Damaſci, & ſpolia Samariæ.* En qualis ambitus originariæ nobilitatis Pontificem noſtrum amicierit.

Ambroſ.

§. II.

Qualiter Maria Chriſti Sacerdotalis dignitatis fuerit particeps, ob quam decuit eam ab omni originis corruptione præſervari.

8 *PRima ratio vinculum identitatis, quæ & Mariæ & Chriſti caro, implicantur: arctior nexus inter natos & matrem, quàm inter patres, Geneſ. 24. 3. ex Abulenſ. locus Geneſ. 3. 15. noviter intellectus à Ruperto. Hinc propenſior amor parentũ in filias, matrũ in filios. Locus Exod. 4. 24. ex Hugon. de S. Victor. Patres unitatem carnis, quæ inter Chriſtum & Mariam intercedit, identitatem acceruſunt. Locus Pſalm. 21. 10. ex Tertullian.*

9 *Prima ratio ob quam exigat Sacerdotium Chriſti originalẽ candorem in Maria, ad Hebræos 7. 26. ex Petro Damiano elucidato.*

10 *Secunda ex bina Sacerdotij functione, ad Hebr. 5. 1. & cap. 7. 24. ex Anſel. Locus Petr. Bleſſen.*

11 *Qua ratione Maria Sacerdos nuncupetur ab Epiphanio.*

12 *Quàm ſatis apta ea appellatio, ex Niſſeno, & Richardo.*

13 *Statuitur puriſſima Mariæ conceptio.*

14 *Non ſolùm Sacerdotium ab originali piaculo abhorret, ſed & illius tabernaculum & ſedes. Expenditur locus Dionyſ. Alexand.*

8 PRima ratio, ob quam aſſerere non immeritò poſſumus, Mariam Chriſti communicaſſe Sacerdotio, initur unitati, ſeu identitati, quâ Mariæ caro Pontificis noſtri carni compaginatur. Hûc ſanè ſpectat ſolutio, quam primæ quæſtioni propoſitæ num. 4. in fine excogitavimus. Mitto nunc huius identitatis communiorem & univerſaliorem cauſam moroſiùs producere, nempè ſubſtantias parentum in filios deſcendere, patreſque felicius in filijs quàm in ſe ipſis ſe contemplari, potioremque & propriorem natorum vitam, quàm ſuam arbitrari, propter quod inter parentes & filios quædam intervenit identitatis & animorum & actionum conſpiratio, malorumque & bonorum reciproca hinc inde communicatio. Illud quaſi ad noſtrum inſtitutum ſingulariùs & accommodatiùs adſtruam inter matres & filios arctioris unitatis vinculum arctari, quàm inter patres & liberos. Nec contentus ſum dixiſſe Philoſophum ſpecialiter de matre quàm de parente eam dimidiam eſſe filij ſubſtantiam. Quod admonuit Abulenſ. ad illud Geneſ. 24. 3. ubi Abraham ad ſeniorem ſervum ait: *Pone manum tuam ſubter fœmur meum, ut adiurem te per Dominum Deum cœli & terræ, ut non accipias uxorem filio meo de filiabus Chananæorum, inter quas habito, ſed ad terram & cognationem meam proficiſcaris, & inde accipias uxorem filio meo Iſaac.* Quod poſtmodum divina Sapientia ſuâ authoritate firmavit prohibens Dei populo alienigenarum connubia. Sed quò, quæſo, tendit hæc Abrahami ſolicitudo & vigilantia, quæ in præceptum poſteà Iſraelitis demigravit? Credo, ut oſtenderet naturã ſtrictiùs filios cum matre, quàm cũ patre infibulaſſe, & propter hunc ſpecialem nexũ faciliùs natos à matre, quàm à patre ediſcere, ſeu ebibere mores. Providus ergo parens ſtudes egregijs nepotis moribus

Gen. 24. 2.

honeſtam ſolicitè providebat illi parentē, anxiè turpitudinem præcavens fontis, in quem puerum natura avidius impelleret.

Abulenſ. Itaque ait Abulenſ. *Non accipias uxorem filio meo de filiabus Chananæorum, quia ipſæ idololatræ erant; & timebat Abrahām, quòd maximè filios inde genitos pertraherent ad idololatriam; & propterea dicit Philoſophus in fine 1. Politicor. quòd ordinantem politiam non modicum attendere oportet ad mulieres, imò valdè multum, quia dimidium filiorum mater eſt.* Hinc eſt, quòd filij dicantur matrizare, filiæ patrizare; quaſi plus hauſerint à matribus filij, filiæ à parentibus. Quod verò non nihil influant ampliùs matres in filios quàm patres, patreſque in filias quàm matres, docet Rupertus lib. 2. de vict. Verbi Dei cap. 17. expendens enim verba illa Geneſ. 3. *Inimicitias ponā inter te & mulierem, ſemen tuum & ſemen illius, ipſa conteret*, ſeu ut alij legunt, *ipſum conteret caput tuum*: rogans, quare inter ſemen mulieris & ſerpentis indictum ſit bellum, non verò inter ſemen viri dixerit? Reſpondet:

Rupertus. *Per ſemē mulieris intelligimus omnes perſonas virilis ſexus.* Subdit que: *Quòd ſi ratio quæritur, cur per ſemen mulieris perſonæ intelligi debeant ſexus virilis? Aiunt, qui de naturis ſcripſerunt, ex paterno ſemine puellas, & ex materno pueros naſci, quia duplici ſemine conſtet omnis partus, cùm maior pars invaluerit, occupat ſimilitudinem ſexus.* Hinc eſt, quòd parentes magis diligant filias quàm filios, è contrà matres plus filios quàm filias, utpotè in quos maior ſui portio prævaluerit, ampliorēmque ſui ſubſtantiam immiſerit. Et quāvis ergo omnes liberos hæc ratio naturalis decertet, quem ſpecialiùs natura cum matre unit, agglutinat, ſeu concarnat, eſt primogenitus. Hunc enim velut propriam & totam ſuam ſubſtantiam reputat & adamat mater, itaque ſuum æſtimat quaſi nil pater in illo habeat. Expende locum illum Exod. 4. 24. ubi de Moyſe ex Dei imperiò

Exod. 4. 24 tendente in Ægyptum dicitur: *Cùmque eſſet in itinere in diverſorio, occurrit ei Dominus, & volebat occidere eum. Tulit illicò Sephora acutiſſimam petram, & circumcidit præputium filij ſui, & tetigit pedes eius, & ait: Sponſus ſanguinum tu mihi es.* Ob negligentiam & deſidiam Moyſis in circumcidendis filijs iuxta præceptum Domini, ne tanta omiſsio impunis abiret, Angelus inflicturus ſupplicium Moyſi apparuit, & evaginato gladio in eū irruit. Quem ſub ictu uxor Sephora cùm vidiſſet, illico præripiens puerum, præputium ab eo abſtulit. Sed quem, quæſo, infantem? nam hìc opus & labor eſt. Solùm enim ait textus: *Et circumcidit præputium filij ſui.* Neque enim unum dumtaxat Moyſes profectus de Ægypto, filium portabat, ſed plures, ſic enim habes, num. 2. *Tulit ergo Moyſes uxorem ſuam & filios ſuos, & impoſuit eos ſuper aſinum.* Quem ergo intelligemus puerum circumciſum, ex eo quòd Textus aſſerat: *Et circumcidit præputium filij ſui?* Num reliqui Sephoræ liberi nō erant? Quo pacto verba illa, *filij ſui*, queunt notā præbere diſtinctionis, ut ex eis quis fuerit circumciſus filius arguatur? Optimū Meherclè Spiritus ſancti ingeniū, ut nos erudiret primogenitum filium adeò ut propriū matri adhærêre, quod ipſe inter reliquos, filius matris nomen ſortiatur. Quocircà cū aliquem filiū ſuum nuncupat mater, primogenitus denotatur, quē totū ſuum cenſet & amplectitur quaſi ſola eū genuerit. Sat eſt dixiſſe Textum, *circumcidit præputium filij ſui*, ut diſcernat, quis fuerit circūciſus. Nā filius matris inſigne primogeniti & nota eſt. Iam ex hac interpretatione extricantur apertè difficilia illa verba, quæ enuntiavit mater filij præputiū ad cōiugis pedes proijciens: *Sponſus ſanguinum tu mihi es.* Quaſi diceret: ſumptuoſus mihi ſponſus ades, quē meo effuſo ſanguine à periculo revoco. Nūquid læſa vel percuſſa fuit Sephora? Fuit ſanè: nam primogeniti ſui ſanguinem velut proprium æſtimabat, nihilque amplius ſuū quàm primogeniti ob mariti libertatem emiſiſſe cruorem videbatur, utrumque enim pari æſtimationis lance appendebat. Ideò adverte, non illam dixiſſe, ſponſus ſanguinis tu mihi es, ſed *ſponſus ſanguinum*, quaſi gemini ſanguinis rivi ex uno ſimplici vulnere prodijſſent. Velut ſi aſſeruiſſet Sephora: uno ictu duo perculſi iacemus, uno inflicto vulnere, amborum petitus ſanguis, & ex unius plagæ ore geminus profluit cruor: nam ſanguis, qui à filio cadit, tam meus eſt, quàm filij, non minus ego eum effundo, quàm ipſe; à duobus exigitur ſanguis ut liber, ō ſponſe, evadas. Quare non ſolùm ſponſus ſanguinis, ſed *ſanguinum ſponſus tu mihi es.* In hanc mentem devenit Hugo de S. Victor. in annotationibus in Exod. *Circumcidit præputium filij ſui. Quare non dicit filiorum, quia forſitā mater unum ſibi, videlicèt maiorem natu, proprium & incircumciſum retinuerat. Alterum Moyſes, qui circumciſus erat, quaſi ſuum circumciderat, quod etiam innuitur ex interpretationibus nominum.* Maiorem natu ita ut proprium diligebat, & arbitrabatur mater, ut quaſi filius Moyſi non eſſet, ſed ſuus dumtaxat, non putavit illum parentis

Hugo de S. Victor.

le-

legibus, qui circumciſus erat, ſubijciendũ, ſed ſuis, cuius religio circumciſionem reſpuebat, & ita incircumciſum apud ſe retinuerat. Ex his elicies, quæ interſint naturæ iura, quot amoris devincti tituli, quibus Maria ſanctiſsima æſtimaverit Filij ſubſtantiam velut propriam. Nam mater eſt & ipſe filius, quos arctiori vinculo videtur natura ipſa colligaſſe, nec ſolùm Filius, ſed primogenitus ſeu unigenitus: eiſdem adſtringitur filius matris ſubſtantiam in ſe ſuſpicere refuſam, ne dicam transfuſam. Accedit ad hæc potiſsima & urgentiſsima omnium ratio: nam in aliorum filiorum formationem mixtim ſubſtantiæ ſuæ parentes tributa perſolvunt, pariterque ab utroque natura exigit debitum, quo gignenda indiget proles. Cæterùm Maria ſola quidquid ſubſtantiæ humanæ Chriſti generationi deſervit, ſuppeditavit: Spiritus enim ſancti virtus quidquid ad tantum opus moliendum opus habuit, à ſola Maria accepit. Quocircà confidenter & pleno ore poteſt Deipara Filium ſuum ijs dulcibus alloquijs demulcêre, quibus ſuos nequeunt cæteræ puerperæ. O fili, quod geſtas humanum, meum eſt; quâ amiciris caro, à me tota provenit, ſanguis, quo ea irrigatur, venaſque implet, quæ ſparſæ tuo corpore ſerpunt, à me totus profluxit: quidquid reliqui habent filij ſubſtantiæ, à gemino fonte hauriunt: ſi filius eſt gloria patris, hanc gloriam coniuges inter ſe partiuntur, & diviſam habent, tota tui corporis ſubſtantia à me tanquam ab unica fodina ſumpta eſt. Hæc gloria ſingularis mihi & indiviſa eſt, in cuius partem qui vocatur, Deus Pater eſt. Hanc duco potiſsimam rationem, ob quam ita ſtrictè de unitate carnis, quæ inter Mariam & Filium intervenit, Eccleſiæ Patres loquantur, ut eam non vereantur identitatem appellare, D. Auguſtin. ſermon. 4. de Aſſumption. inquit:

Auguſtin. *Si igitur natura matris eſt filius, conveniens eſt, ut ſit & filij mater, non quantum pertinet ad æquam adminiſtrationem, ſed quantum pertinet ad eamdem reciprocam ſubſtantiam, ut homo de homine, caro de carne, mater à filio, filius à matre, non ad unitatem perſonæ, ſed ad unitatem corporalis naturæ & ſubſtantiæ. Si enim unitatem poteſt facere gratia ſine proprietate ſpecialis naturæ: quanto magis ubi gratiæ unitas, & corporis ſpecialis nativitas*: & paulò pòſt: *Hæc quippè gratiæ unitas, quæ à Chriſto in Chriſtum credentibus ſervatur; ſi Mariæ etiam minus ſapientium æſtimatione non tollitur, quanto magis cum gratiæ unitate, ipſa ſpecialitas naturæ unum efficit matrem ac filium, & filium ac matrem.* Petrus verò Damianus ſermon. 2. de Nativit. rationes explicans, quas uniẽdi ſe creaturis ſuis Deo ineat, inquit: *Quarto modo ineſt uni creaturæ, videlicet Mariæ matri identitate, quia idem eſt cum illa. Hic taceat & contremiſcat omnis creatura, & vix audeat aſpicere tantæ dignitatis immenſitatem: habitat Deus in virgine, cum qua unius naturæ habet identitatẽ.* Petrus Damianus.

Nec enim Arnoldus Carnotenſ. de laudibus Mariæ hanc etiam unitatem in ipſos matris & filij ſpiritus transfundit. *Vna eſt Mariæ ac Chriſti caro, unus ſpiritus, una charitas, unitas diviſionem non recipit, nec ſecatur in partes, & licèt ex duabus factum ſit unum, illud tamen ultra ſcindi non poteſt, adeò filij gloriam cum matre non tàm communẽ iudico quàm eamdem.* Arnoldus Carnoten.

Richardus verò de S. Laurent. lib. 3. de laudibus B. Mariæ. *Sexta prærogativa eſt, quòd virgo ſit Mater Dei. In huius enim prærogativa dignitatis non communicat ei homo, non Angelus, non aliqua creatura, ſed ſola cum Deo Patre dicere poteſt Dei Filio; Filius meus es tu. Ipſa enim ſola poteſt dicere de Chriſto homine illud Geneſ. 2. Hoc nunc os ex oſsibus meis, & caro de carne mea. Vnde & dicit ei filius Iob. 10. Pelle & carnibus veſtiſti me, oſsibus & nervis cõpegiſti me. Quod fuit propriè quãdo ipſa conſenſit, quòd filius Dei caro fieret in ea, & ex ea, quando videlicèt reſpondit Angelo: Fiat mihi ſecundùm verbum tuum, ideò dicitur Geneſ. 2. & Corinth. 6. Erunt duo, id eſt Chriſtus & Maria, in una carne virginali: quia mater & filius una caro.* Richãr. de S. Laurent.

Hanc identitatem, quæ inter filium & matrem intercedit, miro ingenio commendavit Regius Pſaltes, Pſalm. 21. 10. ex Filij perſona Patrem alloquentis: *Quoniã tu es, qui extraxiſti me de utero matris meæ*; legũt alij, *avulſiſti me.* Pro myſterij pleno intellectu attendenda eſt huius verbi proprietas & poteſtas: AVELLERE enim propriè non eſt aliquid ſeiungere & diſſociare ab alio utroq; unionis extremo integro manente: ſed aliquid abſcindere & abrũpere unũ extremũ ab alio, cui compactum erat, ne prorſus unio, quæ ipſa cõcarnarat, violaretur; ſicut mẽbrana glutinæ tabulæ cohærens, illiq́ue quaſi intimè ferruminata, nõ dicitur à tabula avelli, cũ diſperijt præcisè unio, & nihilo utriuſque deperdito alia deglutinatur ab alia. Avelli tunc autem dicitur, quando glutinis vis ita quaſi intimè alterã annectit, & colligat alteri, ut ſi alterã ab altera dividere conêris, & membrana aliquid præripiat à tabula, Pſal. 21. 10

tabula pariter quidpiam deprædante à mẽbrana, quod ſuum afferat in teſtimonium non penitus diſciſſæ unitatis. Nam ſi in diſiũctione neutra aliquid raperet ab alia violenter, nõ diceretur tunc avulſio, ſed deglutinatio, vel disiunctio interveniſſe. Ergo cũ Filius ad Patrem ait: *Avulſiſti me ex utero matris meæ*; illud profectò innuit, quòd perſona divina Mariæ carni adeò potẽtiſſima unione cohæſit, ut in partus effuſione, quãdo ex Mariano utero prodijt, nulla fuerit operata disiunctio, ſed avulſio, quaſi diceret Filius: Me carni meæ parentis unitũ, ô Pater obſtetricanti manu tuâ, ex utero nõ ſeiunxiſti, ſed avulſiſti. Nam carnem Matris, cui valida unione adhæſeram, totã mecũ extraxi, & quaſi ab illa abſcidi, ac proinde caro mea eadem ac parentis meæ caro eſt. Eleganter ſanè Tertullianus lib. de carne Chriſti, cap. 20. *Avulſiſti, inquit, ex utero. Quid avellitur, niſi quod inhæret, quod infixum & innexum eſt ei, à quo, ut auferatur, avellitur? Si non adhæſit utero, quomodo avulſus eſt? Si adhæſit, qui avulſus eſt, quomodo adhæſiſſet, niſi dum ex utero eſt per illum nervum umbilicarem quaſi folliculi ſui traducem adnexus origini vulvæ? Etiam cùm quid extraneum extraneo agglutinatur, ita concarnatur & conviſceratur cũ eo, cui agglutinatur: ut cùm avellitur, rapiat ſecum ex corpore aliquid, à quo avellitur, quaſi ſequelam quandam abruptæ unitatis & traducis mutui coitus.* Tertullia.

9 Iam ex his prima ratio inſurgit, ob quam Chriſti Sacerdotio maximopere expediat, ut Mariæ caro ab omni fuiſſet originis labe impolluta. Nã cùm duo corpora adeò in unitatẽ rediguntur, ut quadã idẽtitate coëant, quidquid boni vel mali alteri inſit, alteri propriè accõmodetur, illudque cẽſeatur participare. Vnde propter hãc idẽtitatẽ quam caro Mariæ cũ carne Filij nanciſcitur, verè dicitur, quòd caro Mariæ eſt divina, quòd caro eſt Dei, vitam parturit, immortalitatem generat. Quapropter dicit Arnoldus: *Adeò Filij gloriam cum Matre, non tam communem iudico, quàm eamdem.* Item ſi aliquo peccato originali vel actuali caro Mariæ fuiſſet infecta, de carne noſtri Sacerdotis enuntiaretur; caro Chriſti habuit aliquando peccatũ, corpus Chriſti corpus fuit diaboli, corpus perditionis; abhorrent ſanè ab eiuſmodi idiomatibus aures, nec ineptè Arnoldus addidiſſet. Adeò Matris damnum cum Filio non tam communem iudico quàm idem. Ergo ut nec per accommodationem poſsint corpori Pontificis noſtri huiuſmodi elocutiones appropriari, decuit Mariã ab orignis plaga procul extitiſſe alienã. Si ut ait Apoſtolus: *Talis enim decebat, ut nobis eſſet Pontifex, ſanctus, innocens, immpollutus, ſegregatus à peccatoribus*, ad Hebræ. 7. 26. In quẽ locum Petrus Damian. ſerm. 2. de Nativit. Mar. *Neceſſe ergo erat, ut talis Sacerdos invenirctur, qui dum in alijs peccatorum ſordes abluer et, ipſe in ſe abluẽdum aliquid non ſentiret: & dum alieni reatus contagia tergeret, in ſemetipſo aliquam lepræ maculã non haberet. Sed huiuſmodi homo in humano genere inveniri non poterat, quia unuſquiſque cũ Propheta hũc verſiculũ veraciter decantabat: Ecce enim in iniquitatibus conceptus ſum, & in delictis peperit me mater mea*: & ſtatim: *Cũ igitur eiuſmodi homo in humano genere inveniri nõ poſſet, ne in peccato ſuo periret homo: Creator omniũ de beatiſsima Virgine carnem ſumẽs ſine peccato factus eſt homo.* Sed ſi Maria originalem pollutionem ſubijt, quo pacto talis Sacerdos impollutus innocenſque acceſſeretur, de cuius carne poſſet enuntiari, quòd aliquando præceſſerit nocens & polluta? Quomodo appellaretur à peccatoribus ſegregatus, de quo poſſet prædicari, quòd carnẽ geſtaret quãdoque peccato reſignatã? Ergo neceſſe erat, ut talẽ nobis Sacerdotẽ præeligeret divina bonitas, qui dũ in alijs peccatorum ſordes abluer et, ipſe in ſe, hoc eſt in carne, quæ caro ſua erat, abluendum aliquid nunquam præſentiret; & dum alieni reatus contagia tergeret, in carne Mariæ, quæ & illius caro, nullũ unquam ſuſtinẽret præextitiſſe reatum, quem ſolvi oportẽret. Vnde Petrus Damianus divinum ingenium pandens quod Dei excogitavit ſapientia, non ſolùm ut Chriſto ulla originis noxa non inſideret, ſed ut illi nulla poſſet adaptari elocutio infectionis peccati, ſubdit: *Cùm igitur huiuſmodi homo* (ſcilicèt qui peccatũ non contraxiſſet, nec tu ex identitate cũ alio poſſet obrepere peccati enuntiatio, ſeu adaptatio) *in humano genere inveniri nõ poſſet, ne in peccato ſuo periret homo: Creator omnium de beatiſsima Virgine carnẽ ſumens, ſine peccato factus eſt homo.* Quaſi dicat: per hoc, quòd virgineâ carne indueretur, & quã portabat caro Mariæ eſſet, non ſolùm liber ab omni reatu extitit, ſed nec ex identitate cum eâdem carne ulla potuit ei ſuboriri infecti idiomatis accommodatio, aut inhoneſta prædicatio: quia caro Mariæ, cùm originalis peccati expers eſſet, nulla eum potuit inficere indigna & indecora denominatione, aut abſurdæ vocis adaptatione. Sicque extitit Pontifex adeò impollutus, innocens, & à peccatoribus ſegregatus, ut nec ex identitate cum alio inita ullatenus poſſet in eum inſilire aliqua idioma- Arnoldus. Ad Hebr. 7. 26. Petrus Damianus.

matis impuri repercuſsio aut reflexio.

10 Secunda ex præindicatis pullulat in favorem illibatæ Marianæ conceptionis ratio. Nam Maria in quandam Sacerdotij ſui portionem, ſeu functionē aſſumpta videtur à Pontifice Chriſto, & ſibi copulata. Geminum Sacerdotij munus explicuit Apoſtolus Paulus, nimirùm & ſacrificia offerre, hoſtiaſque libare: & preces pro populo fundere, & pro illo mediatorē apud Deū effici. Ad Hebræ. enim cap. 5. 1. ſic ait: *Omnis itaque Pontifex ex hominibus aſſumptus pro hominibus conſtituitur, in ijs, quæ ſunt ad Deum, ut offerat dona & ſacrificia pro peccatis*; & num. 6. ait: *Tu es Sacerdos in æternum ſecundùm ordinem Melchiſedech; qui in diebus carnis ſuæ preces ſupplicationeſque ad eum, qui poſſet illum ſalvum facere à morte cum clamore valido, & lachrymis offerens, exauditus eſt pro ſua reverentia*, & cap. 7. num. 24. hæc duo munia noſtri Sacerdotij inculcat: *Hic autem eò quòd maneat in æternum, ſempiternum habet Sacerdotium, unde & ſalvare in perpetuum poteſt accedentes per ſemetipſum ad Deum ſemper vivēs ad interpellandum pro nobis. Talis enim decebat, ut nobis eſſet Pontifex, ſanctus, innocens, impollutus, ſegregatus à peccatoribus, & excelſior cœlis factus, qui nō habet quotidie quēadmodū Sacerdotes, priùs pro ſuis delictis hoſtias offerre, deinde pro populi: hoc enim ſemel fecit ſe ipsū offerendo.* In priorē Pauli locum duplicem Sacerdotis functionem præſcripſiſſe Apoſtolum egregius illius interpres Anſelmus admonuit, qui poſtquàm iniunctum officium Sacerdoti ſacrificia offerendi præmiſiſſet, ait: *Ingreditur oſtendere, quoniam Pontificis obſequium exequutus eſt Chriſtus, quia totum fecit, quod Pontificem decet. Qui in diebus carnis ſuæ, id eſt mortalitatis & paſsionis ſuæ, quando natura carnis apparuit, qui famem, ſitim, laſsitudinem & dolorem ſuſtinuit, ſicut verus Pontifex obtulit preces. Nam in Evangelio ſæpè legitur oraſſe, & maximè apud Lucam, qui Sacerdotis in eo deſcripſit perſonam. Sed & quidquid ipſe egit in carne, preces & oblationes fuerunt pro hominibus.* Quod verò Chriſtus Sacerdos in hoc munere mediatoris Mariā ſibi adiunxerit, ſuprà docuimus ſect. præcedenti, §. 3. num. 30. & ſequen. Latè adſtruentes vim poteſtatemque Marianæ interceſsionis: ubique probavimus ex Richardo de S. Lauren. de Chriſto interpellatoris munere fungente expoſitum locum illum Geneſ. *Non eſt bonum hominem eſſe ſolum, faciamus ei adiutorium ſimile ſibi.* Et exinde Mariam, à Deo Chriſto deſtinatam, ut pariter cum illo pro nobis ſe Deo interponeret, induximus. Ergo dum Parentem ſanctiſsimam Chriſtus in conſortium officij mediatoris aſſumit, in partem profectò & functionem Sacerdotij vocat, cum eaque Pontificatus ſui munus videtur partitus. Vlteriùs, ut munus Sacerdotale mediatoris Chriſtus obiret, oportuit, ut à ſua conceptione eſſet ſanctus, innocēs, impollutus, & à peccatoribus ſegregatus. Ergo Maria, quam interceſsionis ſuæ aſcivit ſibi comitem & adiutricem, decuit etiā ut ſimili privilegio præfulgeret, & quale eſſet, illam ad dignitatem eiuſmodi advocaſſe, & non ad decentiam tanto muneri prærequiſitam? Nec in eo caſu adiutorium Maria ſimile fuiſſet, ſed valdè diſsimile, cùm eâ puritate caruiſſet, ſi in peccato fuiſſet concepta, quam Chriſtus ſibi præſtruxit, ut ritè obſequia mediationis perageret. Quapropter rectè & opportunè Petrus Bleſſen. in ſerm. de Maria Magdalena, ex conſortio mediatricis, quam cum Chriſto Sacerdote Maria habuit, eius arguit originariam puritatem: *Indubitanter verum eſt, quia ſingulare eſt Beatæ Virginis auxilium, quia plus omnibus poteſt Mater apud Filium, ſed quia non novit peccatum, quaſi è ſublimi quodā faſtigio pro nobis intercedit.* Petrus Bleſſens.

11 Nec arbitror Chriſtum dimidiata amoris flamma erga Mariam deflagraſſe, ut Sacerdotij cum ea medium munus partiretur, nam qui eius pleno incendio fuit accenſus, illiberalis haudquaquam fuit, aut avarus, ideòque in perfectū & plenū Sacerdotij munus eā ſibi aſſociavit, promovitque, ut ſacrificiū, quod ipſe Patri litabat, pariter ſecū illa libaret. Recole quæ à nobis ſuperiùs ſunt dicta de Mariæ cōpaſsione in paſsione Filij & holocauſto, quod ſimul cū Filio obtulit, ſect. præcedēti, §. 3. n. 25. ne frequēti rerū repetitione lectori faſtidio ſimus. Meritò non hæſit Epiphan. in ſerm. de laudibus Virg. Sacerdotis nomine illam exornare: *O Virginem ſtupendum Eccleſiæ theſaurum, qui adeptus eſt ingens myſteriū. Virginem appello velut Sacerdotem pariter & altare, quæ quidem menſam ferens dedit nobis cœleſtem panem Chriſtum in remiſsionem peccatorum.* Epiphan. Morem enim Sacerdotis gerens Maria idem, quod Filius holocauſtum Patri ipſa elevabat, ut aſſeruit Arnoldus tractatu de laudibus Mar. *Omninò tunc erat una Chriſti & Mariæ voluntas, unumque holocauſtum ambo pariter offerebant Deo, hæc in ſanguine cordis, hic in ſanguine carnis.* Arnoldus. Et quemadmodum eadem erat victima, quam ſimul Filius materque Deo immolabant: ſic dixerim, (neſcio an audacter) unum ex utroque

extitiſſe Sacerdotem, qui eum offerret; ut Sacerdos offerebat Filius, offerebat inſtar Sacerdotis Mater, ſed Matris & Filij una erat voluntas, unus ſpiritus; ſi eadem voluntas, idemque accenſus amor duo corpora, duos animos potens eſt in unum corpus & in unum animũ cogere, cur non etiã geminum offerentem in unũ? Cur nõ unius voluntatis potentiâ & virtute duplex Sacerdos in unum conſpirarit? Vide, an in hunc ſenſum valeas interpretari verba illa Arnoldi ſuprà, ubi de Filio & Matre ait: *Muniunt redemptionis humanæ negotium, & condunt inter ſe reconciliationis noſtræ inviolabile teſtamentum.* Quid enim eſt aliud, Chriſtum & Mariam bona ſua quaſi commiſcêre & confundere, ut per modum unius voluntatis in gratiam noſtræ redẽptionis de illis teſtentur, quam per modum unius Sacerdotij victimam eandem offerre, ut noſtra crimina expient. Quocircà ſubdit Arnoldus: *Ad hunc beatitudinis cumulum Virgo ſancta devenit, ut cũ Chriſto in ſalute mundi communem effectum obtineat.* Quaſi dicat: quid felicius, quid dignius quàm Sacerdotio Chriſti communicaſſe Mariam, & ſimul ſacrificij effectui in ſalute hominibus impetranda? Cùm effectus ſacrificio reſpondeat & offerenti; Mariaque & Chriſtus per modum unius Sacerdotis idem holocauſtum obtulerint, ſic pariter cum Chriſto Maria in ſalute mundi communem effectum obtinuit. His egregiè conſonat beata Brigitta in revelation. extravag. cap. 3. *Hæc enim eſt verè divina Sapientia totum Deo committere velle ſuum, & poſſe, & etiam in contrarijs propter Deum delectari: Propter hanc igitur voluntatem ego Deus ab æterno Filius Dei factus ſum homo in Virgine, cuius cor erat quaſi cor meum; & ideò benedicere poſſum, quòd Mater mea & ego quaſi uno corde ſalvavimus orbem, ego patiendo corde & carne, ipſa cordis dolore & amore.* Vnũ cor unum ſanè exigit corpus, unum corpus, unùm Sacerdotium.

Beata Brigitta.

12 Nec incongrua ſanè hæc elocutio apparet. Si enim victima, quam Pontifex obtulit Patri, victima Mariæ poteſt appellari, quia obtulit Chriſtus carnem ſuã, quæ caro eſt Mariæ. Et ideò Gregor. Niſſenus homil. 1. de Nativit. ait: *Sanguis, quẽ Chriſtus obtulit, de ſanguine Matris accepit.* Cur caro Mariæ Sacerdotis etiam & offerentis caro non dicatur? Nam quemadmodum ex eo quòd Maria carnem largita eſt Chriſto, quam immolaret, Chriſti victima dicitur Mariæ caro. Sic ex eo quòd Chriſtus à Maria accepit carnem, quâ Sacerdos & Pontifex conſtitueretur, iure caro Mariæ accerſenda eſt caro Pontificis, & Sacerdotis. Hoc idiomate uſus Richardus de S. Lauren. lib. 3. de laudibus Mariæ. *Mariæ caro redemptionem mundi operata eſt, quando portio ipſius à Dei Filio aſſumpta in cruce immolabatur, & iſta portio pro peccatis totius mundi fuit hoſtia ſufficiens;* & infrà: *Nec ſolùm tunc operata eſt illa caro mundi ſalutem, vel redemptionem, ſed & quotidie operatur, quia carne eius & ſanguine paſcimur & potamur in Filij Sacramento: quia caro Matris & Filij una caro. Vnde Geneſ. 2. Erunt duo in carne una, & ideò cum Filio poteſt illa dicere illud Ioan. 6. Caro mea verè eſt cibus.* En caro Mariæ dicitur mundi operari redemptionem, & expiationem, non ſolùm quia caro illius caro eſt ſacrificij oblati, ſed quia etiam caro eſt Sacerdotis offerentis. Cùm enim caro Chriſti ſub ſpeciebus myſticis caro Mariæ ſit, ibique Chriſtus non ſolùm ſit hoſtia, ſed Sacerdos: pariterque victima & Pontifex, caro Mariæ non ſolùm erit hoſtiæ caro, ſed Sacerdotis: ſimulque victimæ & Pontificis caro.

Gregorius Niſſen.

Richar. de S. Laurent.

13 Quis iam in dubium accerſat Mariæ puriſſimam conceptionem? Quis de ſapienti Filij providentia & largitate prudenti ambigat? Si Mariæ caro, Sacerdotis nuncupatur caro, ſi Sacerdotis nomen Maria eſt promerita, & talis Sacerdotis, quæ per modum eiuſdẽ & unius Sacerdotij cum Chriſto idem ſacrificium Deo litarit, à Filio ad tantum dignitatis faſtigium aſcita; quo pacto credatur à Maria defuiſſe dignitatem & puritatem tale Sacerdotiũ decentem, nempè ut in eam nulla primæ ſordis prurigo inſtillaverit? Quis providentiæ eſſet ordo, quod ſapientiæ magiſterium apertâ manu ampliſsima largiri munera. & quæ humanam exuperant mentem, manumque, ne quæ inferiora ſunt, & illorum ſequela effluant, contrahere? Originalis puritas quid niſi ſequela, diſpoſitio aut prævius ornatus ad Sacerdotale faſtigium eſt? Ad hoc enim tanquam quid iure debitum, aut decens conſequitur. Prædives & liberalis exundat Dei Filius, ut Matrem ad generoſam ſui Sacerdotij maieſtatem evehat: & avarus aut parcus in elargiendis ad ipſam ſpectantibus, ſeu conſequentibus æſtimabitur? Vbi illud axioma philoſophicum? *Qui dat formam, dat conſequentia ad illam.*

14 Quomodo ad hæc audebit muſitare, qui cogitat adeò efferri cœlis celſiorem purioremque Sacerdotalem candorem, ut non ſolùm originalis labes procul fugiat tanquam ſui venenum Sacerdotio fungentem, ſed illius quoque ſedem, aut domicilium perhorreſcat. Si originis lues in Sacer-

cerdotij papilionem non audet, reſumet in ipſum Sacerdotem temeritatem? Nō eget ſanè Maria Chriſti Sacerdotio fungi, ut præſervata à primo contagio putetur, ſufficit Sacerdotij Chriſti tabernaculum æſtimari. Sanctitas enim & gloria, quam ſacræ Sacerdotis ædes expoſtulant, omne à ſe excutit originis ignobilitatem, in eamque plumbeas glandes explodit. Expende verba Dionyſij Alexandr. in reſponſ. ad quæſt. 7. *Chriſtus non in ſervo inhabitavit, ſed in Sancto ſuo tabernaculo, non manufacto, quod eſt Deipara Maria. Illic enim in ipſa Rex noſter, Rex gloriæ factus eſt Pontifex, & manet in æternum ſemel ingreſſus in Sancta.* Pondera verba illa: *Chriſtus nō in ſervo inhabitavit.* Profectò vocat ſervum, qui primæ originis ſervitutem ſubijt; non habitavit igitur Chriſtus in eo, qui aliquando paſſus eſt infamem ſubiectionem, vel cui dæmon ut ſervo eſt dominatus: ſufficit enim ut primi peccati ſervitute ſe aliquis irretiverit, ut nomen ſervi tanquam in ipſo fonte vitæ ebibitum per illius ſeriem decurrat. Ab eo enim, quantumvis ab illo exterſi, viri ſanctiſsimi plurimoque virtutum ſplendore coruſci ſervorum nomen capeſſunt, & ſe iugiter miſeros clamant; manet enim ſemper ignominia ſervitutis, & qui ſemel illi collum dedit, verè ſervus ſemper appellandus eſt, ſi infamia ſpectetur. Nomen ergo ſervi dum expungitur à Maria, immunis à prima plauditur ſervitute. Hanc interpretationem confirmant ſubſequentia verba: *Sed in ſancto ſuo tabernaculo non manufacto.* Non manufactum tabernaculum vocat Mariam, ſed divinitùs elaboratum: corporis enim Mariani fabrica & prima conſtructio opus humanæ artis non fuit, ſed gratiæ divinæ. Naturæ enim Mariæ primam formationē fingenti ſe immiſcuit divinum ingenium, & cœleſti gratiâ aſtitrice non pertulit naturæ fœces à primo parente ſputas, tanto Dei ſe innectere aut infigere ſacrario; & quia ex præmunda natura, & illius maculoſo profluvio obturato ſacrum Pontifici domicilium præparabatur, ideò Maria dicitur tabernaculum non manufactum: & quomodo divina providentia aulæ ſacræ molimen deſereret, quæ ſummo Pontifici Chriſto præornabatur? Quomodò primæ originis ſordibus compingeretur habitatio, quæ puriſſimum illarum expiatorem expectabat, cui foret inviſum, vel eis aliquando Regiam ſuam fuiſſe conſperſam?

Dionyſius Alexand.

(??)

§. III.

Regale faſtigium in Chriſto ab originali nobilitate nomen deſumit & auſpicia.

14 Libratur locus Geneſ. 1. 26. ex Gennad. Lypoman. Iunil. & Chryſoſt.

15 Imago Dei Regia dignitas eſt: & hæc non abſque originis nobilitate firmatur. Locus Iunil. & Anaſtaſ. Sinait.

16 Confertur locus Geneſ. 1. 1. cum Geneſ. 2. 7. ex Anaſtaſ. amica ſe viciſſitudine ſpectant & priſca & nova Pagina. Locus Luc. 1. 30. & 38. & cap. 2. 10. ex eodem.

17 Aperitur locus difficili quæſtioni, quæ ex initio 4. cap. Geneſ. cum præcedentibus collato emergit, inuentæ à Sinaita.

18 Panditur mēs Matthæi exordiū Chriſti genealogiæ meditantis. Locus Ruperti: Non ignobilis ſententia Philonis ad Geneſ. 6. 8. Locus Pſalm. 44. 3. ex Incognito.

14 CVM CHRISTVS nomen ſit quoque Regium, ut vidimus ex Chryſologo, & Abulenſis adnotavit in præſenti: *Chriſtus non eſt nomen perſonæ, ſed dignitatis, quia ſignificat Regem, eò quòd interpretatur unctus.* Verè meritòque Filio Dei noſtrâ humanitate induto adaptatur, quam ſibi accinxit puram ab omni originis corruptione; nam regnum gloriam ſuam & ſplendorem nativum ab originaria ingenuitate nanciſcitur: Regia enim authoritas nō niſi à puriſsimis originis fulgoribus primò emerſit. Si enim ad prima orbis fundamēta deflectas oculos, originis nobilitatem, & regium nitorem adeò amicas inter ſe conſeruiſſe manus, ſtrictaque neceſsitudinis fœdera inijſſe invenies, ut ex eodem alvo quaſi gemini fratres in orbem ſe pariter effunderent, altero ab altero generoſum ſplendorem reciprocâ remuneratione mutuāte. Attentâ mente tibi libranda ſunt verba illa Geneſ. 1. 26. *Faciamus hominē ad imaginem & ſimilitudinem noſtram, & preſit piſcibus maris, & volatilibus cœli, & beſtijs univerſæ terræ; omnique reptili quod movetur in terra, & creavit Deus hominem ad imaginem ſuam, ad imaginem Dei*

Abulenſ.

Gen. 1. 26.

Dei creavit illum, maſculum & fœminam creavit eos. Benedixitque illis Deus, & ait: Creſcite, & multiplicamini, & replete terram, & ſubijcite eam, & dominamini piſcibus maris, & volatilibus cœli, & univerſis animantibus, quæ moventur ſuper terram. Creari à Deo hominem ad imaginem ſuam, fuit profectò nobiliſſimâ illum origine condidiſſe: quæ enim purior origo, quàm ea, quæ à Dei imagine deſumitur? Aut quæ procerior & purior creaturę fictio, quàm ea, in qua ipſa Dei imago & ſapientia ſplendicat? Sed ex verbis illis, & *præſit*, duplicé poſſumus ſenſum elicere. Si enim particula &, vim cauſalis habeat, ut moris eſt in ſacris litteris, imago Dei hominis formationi innixa innuitur tanquam prævia diſpoſitio, & neceſſarius ornatus ad regnum: ita ut regni ad culmen aſcendere non mereatur, qui in ipſa origine nobilitatem non hauſerit: Siverò coniunctionis poteſtatem retineat, indicatur, nobilem originem & regnum ita inter ſe eſſe fœderata & coniuncta, ut quaſi nequeant ſeparari, mutuòque quodlibet alterum ad ſe trahat, tãquam alterum alteri infibulatum; quaſi exoriente purâ origine pariter cum illa matutinet & regnum; regnique ſe prodentis Aurora illa & origo ſit. In hanc ſententiam devenit Gennadius apud Lypoman. Gennadi⁹. *Quod ergo ait ſecundùm communem litteram: Et præſit piſcibus maris & cætera: ſignificat dominationem rerũ homini ut divinæ imagini iure, ac meritò à Deo collatam fuiſſe.* Vide quomodo ad nobilis originis exortum, ut quid iure conſequens, maieſtas regni ſe expandat, principatumque ſuum explicet. Si ex alio latere rem ſpeculeris, reperies regium apparatum præceſsiſſe in orbe, ut originaria nobilitas digno fauſtu exciperetur, nec in orbem ingrederetur regali pompâ non præhabitâ. Adverte enim poſtquàm cœlum & terra, & reliqua elemẽta eſſent condita, pariterque ditata & venuſtata, tunc tres divinas Perſonas inito conſilio dixiſſe: *Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram.* Vt quid ergo conſilium de creando homine cætera non præivit, ſed ſucceſsit? Vt nobilis ſanè conſtructio rationalis creaturæ tantæ eſſe dignitatis crederetur: ut non decenter prodiret in orbem, niſi à regno iam expectata & deſiderata. Præcurrit ergo regnum, ut homo nobili origine fictus velut nuper editus infans regias faſcias invenerit, quibus ſuperbè involveretur. Huc menti acceſsit Lypoman. Lypomanus. *Vides ergo quomodo beneficijs ſuis veluti obruerit Deus hominem antequàm conderet, omnibus iam antè creatis, quibus eſſet opus habiturus ad gaudium, oblectationem, ac uſum.* Alij autem ipſum ſplendorem originis ita cum regno & principatu confundunt & commiſcent, ut alium ab alio non diſcernant, imaginemque Dei, quæ in ipſa ſtructura hominis promicuit, aſſerant, imperium & dominium eſſe, quo homo rebus cæteris ſupervehitur. Sic Iunilius: *Et præſit piſcibus maris. Quia nimirum in hoc maximè factus eſt homo ad imaginem Dei, in quo irrationabilibus animãtibus antecellit, capax videlicet rationis conditus, per quam & creata quæque in mundo rectè gubernare poſsit.* Iunilius. Clariùs Chryſoſt. *Quid enim dicit in conſequentibus? Et dominentur piſcibus maris & volatilibus cœli, & omnibus reptilibus ſuper terram. Imaginem ergo dixit de principatu & dominio, non de alio aliquo, quia Deus fecit hominem principem omnium, quæ ſunt ſuper terram, & nihil ſuper terram homine maius eſt, & omnia ſub poteſtate illius ſunt.* Chryſoſt. Eidem ſententiæ adhæſit Theodoretus: *Homo ad imaginem Dei dicitur, quia ſicut Deus omnium principatum ac regnum tenet, ita & homo ijs, quæ ſuper terram ſunt, & volatilibus & piſcibus dominatur.* Theodoretus. Hinc eſt, quòd originis deperdita nobilitate hominis illicò imperiũ non ſolùm nutaverit, ſed evanuerit, quemadmodum ſpiritu amiſſo corpus corruit. Vt Chryſoſt. ſcitè admonet ad ea verba: *Et præſit piſcibus maris. Oſtendit dictis iſtis, quòd ab initio homo plenum & perfectum ſuper beſtias principatum habuerit. Quòd autem nunc terrori nobis ſint beſtiæ, & timeamus & dominio excidérimus: nec ipſe contradico. Verùm hoc non arguit falſam Dei promiſsionem. Nam ab initio res non ita habebant, ſed tremebant & timebant beſtiæ, & ſuſpiciebant dominium. Vbi autem per inobedientiam, libertatem & dignitatem noſtram amiſimus, etiam principatus noſter mutilatus eſt.* Chryſoſt.

15 Facilè iã ex his deducitur, quo pacto decuerit, imò & fuerit neceſsariũ, quòd regnum Chriſti à nobili origine auſpicaretur, & utraque indiviſio ſe conſortij vinculo protegerent. Vt quid ergo deſcenderit in terras Chriſtus, niſi ut Dei imaginẽ, quæ in ipſa formatione indita eſt homini, & quæ per peccati ignominiam denigrata & deformata conciderat, ipſe, qui imago Dei eſt, reformaret, in priſtinamque venuſtatem vindicaret? Vt ſtrenuè adnotavit Iunilius in præſenti: *Solerter nos admonet Apoſtolus, ut imaginem Dei, quam in primo parente perdiaimus, per gratiam eiuſdem Conditoris recuperemus in nobis. Renovamini, inquit, ſpiritu mentis veſtræ, & induite novum hominem, qui ſecũdùm Deũ* Iunilius.

crea-

creatus eſt in iuſtitia, ſanctitate & veritate. Creatus eſt ergo Adam novus homo de terra ſecundùm Deum, ut eſſet ſanctus, iuſtus, verus, ſubditus, & humiliter adhærẽs gratiæ ſui Conditoris, qui æternaliter ac perfectè iuſtus, ſanctus, verus exiſtit. Qui quoniam hanc pulcherrimam novitatem in ſe divinæ imaginis peccando corrupit, corruptamque ex ſe proſapiam generis humani procreavit: Venit ſecundus Adam, id eſt, Dominus ipſe Conditor noſter, natus ex Virgine, creatus incorruptibiliter, atque incommutabiliter ad imaginem Dei, ideſt immunis omnis delicti, & plenus omnis gratiæ & veritatis, ut imaginem ſuam in nobis ac ſimilitudinem exemplis ſuis reſtauraret & donis. Si pura origo & creatio hominis, quæ in imagine Dei conſiſtit, exortus eſt & Aurora generoſa regni iuxta primam ſententiam, & iuxta ſecundam animus ipſius regni eſt, quod quidem illam tãquam ſui ſpiritum expectavit, & ideò tanquam corpus præformatum præceſsit. Et iuxta tertiam, ſi originis nobilitas & regni proceritas in unum coëunt, nec ſciunt aliqua nota diſſociari. Quomodo regnum in Chriſto, qui ingenuam illam primi hominis creationem inſtauraturus advenit, & imperium recuperaturus, ſine nobili origine potuit ſtare? Num à ſervitute & humilitate inaugurandus deſcenderat? Et regnum in illo quaſi mortuum abſque originis ſplendore, qui animus illius eſt, dedicaretur? Abſit eiuſmodi dementia. Quapropter Anaſtaſius Sinaita ex perfectiori & illuſtriori origine Chriſti imagini Dei perfectiùs cõformati, quâ univerſos antevertit, perfectiùs & ſublimiùs illius imperium effuſum eleganter arguit, lib. 6. Hexamer. *Paulus in ſua epiſtola ad Hebræ. myſta arcanorum ineffabilium, dicit Chriſtum eſſe imaginem Dei inviſibilis, & ipſum imperare & dominari omnibus tanquam hæredem omniũ, & ei ſubiecta eſſe omnia præter Deum, inquam, & Patrem, & ei genuflectere cœleſtia & terreſtia, & ſubterranea. Hoc eſt enim imperare ipſis ratione præditis piſcibus maris, & intelligentibus cœli volucribus, & hominibus, qui ſunt inſtar pecorum & iumentorum, & univerſæ terræ. Ponit autem piſcium ſubiectionem, quoniam ante omnes eſt ijs dominatus, qui per aquam & ſpiritum generantur & regenerantur, nẽpè nobis gentibus & animis, qui ſunt in abyſſo infernorum in obſcuris & in umbra mortis. Deinde ſecundas dicit volucres cœli, intelligentes poteſtates, de quibus dicit: Cognovi omnes volucres cœli. A terra enim cum carne aſcendens fuit cognitus à principatibus & poteſtatibus per Eccleſiam*: & paulò pòſt: *Et ſic in Chriſto evenit, & intelligetur de ipſo & eius coniuge Eccleſia, id quod à Deo dicebatur de duobus: imperent piſcibus maris & volucribus cœli, & iumentis, & univerſæ terræ, à mari uſque ad mare, & à fluviis uſque ad fines orbis terræ. Carnales autem qui corporalẽ hominis poteſtatem intelligunt de carnalibus piſcibus & volucribus, & omnibus iumentis & beſtijs & reptilibus, & omnibus, quæ ſunt ſuper terram, non potuerunt nobis offendere ullum hominẽ præter Chriſtum, qui ſit ad imaginem Dei.* Loquitur de perfectiori imagine, & latiori imperio: unde ſubdit; *Nullus enim ex ijs, qui à ſeculo ſunt nati, non dico ex regibus, ſed nec ex iuſtis eſt dominatus, poteſtate imperium habente, omnibus quæ ſunt ſuper terram, & mare: etiam ſi faciendi miracula, perſpicuitatemque ac prædicendi prophetica omnino eſſet præditus gratia.*

Anaſtaſius Sinaita.

16 Quod verò Regis, ſeu Domini nomen in Chriſto ita indicet illius originem immunem ab omni peccati turpitudine, ut ex ipſa generatione habeat in peccatum & dæmonẽ exercêre imperia; ex eo ſanè educes, quòd regiæ nomen dignitatis non ſibi anteà aſciverit, quàm ſuæ generationis puritatem, ex qua debellaturus peccatũ prodiret, & infamiam originis extincturus, contemplaretur. Adverto Deum ſimplici quidem gaviſum nomine, dum orbis fabricæ moliendæ incumberet. *In principio* (inquit textus) *creavit Deus cœlum & terram*, Gen. 1. 1. quâ ſolâ appellatione ornatus mundi opificium uſque ad hominis formationem promovit, iam verò rationali plaſticæ manus admoturus, quaſi feſtiviori apparatu ſe ad tantum opus adornans gloriæ maieſtatem auget in duplum, dum geminat nomen: *Formavit igitur Dominus Deus hominem de limo terræ, & inſpiravit in faciem eius ſpiraculum vitæ*, Gen. 2. 7. Si verò curioſus inveſtiges, cur rerum omniũ creationi deditus Deus unico fuerit nomine contentus: in humana verò molitione duplex exeruerit, illud addens, quod regale parit faſtigium? Optimam tibi rationem ſuggeram: Deus creaturarum ſuarum fabricæ ſtudens, earum naturam ex nomine ſuo voluit indicare, ut conditoris nomenclatura condendæ rerũ ſubſtantiæ reſponderet. Igitur antequam ad humanam Deus conſtitutionem deveniret, unius dumtaxat ſubſtantiæ, nempè materialis, effectus moliebatur. Nam cœlum, elementa & reliqua, quæ cœlum exornant, elementorumque implent & fœcundant capacitatem, materialem tantùm naturã ſortiuntur. Vt igitur ad rationale plaſma ventum eſt, ſtatuit

Genes. 1. 1.

Genes. 2. 7.

tuit Deus ex duplici illud natura, materiali nimirum & ſpirituali conflare; & ex gemina ſubſtãtia opus compoſiturus præfert iam in nomine operis ſui imaginem, & cõpoſitum è duobus nomen oſtentat: ut ſimplex nomen Deus in effectis ex ſimplici natura prodeuntibus promineret, duplex verò in opere ex natura duplici coacto. Sed & aliud in hac humana geminatæ naturæ cõpoſitione myſterium divinum cogitatum pulſabat. Meditabatur nãque ſe, qui unius eſt ſimpliciſsimæ naturæ aliam ſibi decurrentibus ſeculis naturam aſciturum, & cõpoſitam geſtaturum ſubſtantiam, & ut ſe iã homini oppigneraret, arrhabonemque illius compoſitæ induendæ ſubſtantiæ præbêret, compoſitum præfert nomen; in nominis compoſitione ſe compoſitæ naturæ aſſumẽdæ immolans, infamandæque remedia præparans & promittens. Accipe Anaſtaſ. Sinait. lib. 8. Hexamer. *Quis enim, quæſo, non abſtupuerit, quòd poſt complementum univerſæ ſex dierum creationis, cùm veniſſet Moyſes ad ſummatim faciendam repetitionem, ſtatim induxit duplicationem & compoſitionem nominis Dei, ſignificans Chriſti ſuſceptæ carnis diſpenſationem, nempè quòd venturus eſſet ad omnia in ſummam, & caput inſtaurandã renovandamque, & novam faciendam creaturam, & novum hominem & novum cœlum, & novam terram, & nova animalia, & novas volucres, & novos fructos, & novos paradiſos, & novum orbem terræ. Quod quidem apertè ſciens Paulus dicebat: Si quæ eſt in Chriſto nova creatura, vetera perierunt, ecce facta ſunt omnia nova.* Igitur quia in illa illuſtri fabricatione Adæ iam adumbrabat Dei Filius nobilem incarnationis ſuæ originem, quâ omnia in caput & primum rerum ordinem erat refuſurus, regnumque deperditum reſumpturus, Dei nomini nomen Domini adiectum evexit. *Tanquam* (procedit Anaſtaſ.) *continuatione duplicationis & compoſiti nominis Spiritus ſanctus nos docens & dicens: Cognoſcite, quòd qui olim ſimplex fuerat & incõpoſitus, ſibi conſtructo humano tabernaculo ei unietur in hypoſtaſi in poſterioribus temporibus, & fiet compoſitus, qui erat ſimplex & incompoſitus, compoſitam portans appellationem per incarnationem, ut qui appelletur Chriſtus Dominus & Deus.* Et ut attendas quàm perbellè Novum Teſtamentum Vetuſque mutuò ſe aſpiciant, ut quæ ab eodem Numine, veritatiſque doctore fuêre digeſta, in puriſsima Chriſti formatione, imò & nativitate, nomen hoc regni & imperij invenies illuxiſſe: per illudque ſplendidum Verbi in carnem noſtram deſcenſum à Prophetis vaticinatum; ut oſtendatur Chriſti imperium ipſi originis nobilitati fuiſſe infixum, & ab illius fulgoribus irradiatum; rurſum non ſine regni fulguratione ipſam Dominicam generationem fuiſſe concretam. Nam Angelus felicia nuntia Mariæ deferens Verbi in illius uterum elapſi, ait: *Ave gratia plena, Dominus tecum*, Luc. 1. 30. & Angeli phraſi ſe Maria adaptans, ut Dei Filium in ſe deſcẽdentem ſuſciperet, reſpondit: *Ecce ancilla Domini. fiat mihi ſecundùm verbum tuum*, num. 38. & quali, quæſo, appellationis gloria cœleſte præconium nato Domino paſtoribus intonuit? verè Regis & Domini nuncupatio perſonuit, aëra replevit, paſtorumque animos occupavit: *Ecce enim evangelizo vobis gaudium magnum, quod erit omni populo, quia natus eſt vobis hodie Salvator, qui eſt Chriſtus Dominus in civitate David*, Luc. 2. 10. Qui in hominis primi conſtructione compoſitum ſibi nomen indit, Regemque & Dominum ſe appellat, ſic pignus porrigens compoſitæ naturæ aſſumendæ: cùm in eam concipiendus deſcendit, cum ea indutus naſcitur, nomine quoque Domini vult enuntiari; ut veritas in ſuam recurrat figuram, aptèque ſibi Alpha & Omega reſpondeant. Ita opportunè adnotavit Anaſtaſ. ſuprà: *Qui priùs nominabatur Deus, quando factus fuit homo, ſtatim appellatus fuit, & Dominus & Deus, carnis ſuſceptæ Dei verbi diſpenſationem Scriptura perſpicuè nobis præſignificante. Nam quòd de humanæ naturæ ab eo ſuſceptione accipiatur hoc nomen Dominus, audi David dicentem: Benedictus qui venit in nomine Domini, Deus Dominus & apparuit nobis: & rurſus: Dixit Dominus Domino meo: ſede à dextris meis: nempè poſt ſuſceptam carnem. Sedere enim eſt proprium corporum. Vnde etiam Gabriel de cœlo hanc deduxit appellationem, dicens glorioſiſsimæ Deiparæ: Ave gratia plena, Dominus tecum; & Gabrielis coangeli dicunt paſtoribus, qui erant in Bethlehem: Natum eſt vobis Chriſtus Dominus in civitate David. Cum quibus Eliſabeth, ut præclara par Angelis Angeli mater dixit pari Angelis, & quæ erat vel Angelus, vel Archangelus, vel etiam ſupra Angelos Dei Matri: Et unde hoc mihi, ut veniat mater Domini mei ad me? Paulus autẽ id, quod Chriſti Domini erat corporeum, nominat Dominum. Non, inquit, Dominum gloriæ crucifixiſſent, & in deſcenſu ad inferos & in aſſumptione ad cœlos Dominum fortem & potentem & Dominum exercituũ Chriſtum Angeli appellarunt.* Ecce quomodo regium nomen honorificaque Domini nun-

Anaſtaſ. Sinait.

Luc. 1. 30.

Luc. 2. 10.

cu-

cupatio cũ vitæ Chriſti curſu pariter fluat ſimul ab ipſius vitæ initio puriſsimo ſuam originem ducens.

17 Vt prædictis validum, ſed & pulchrum fulcimentum admoveas, illud ingeniosè expende, quòd nomẽ Dominus Deus, quod à prima hominis formatione ſibi impoſuit Dominus, nunquam dimiſit, quandiu homo in paradiſo permanſit, & quindecies replicatum invenies. Poſtquàm verò à paradiſo exulavit homo, cùm primùm de Deo fit ſermo, nomen Domini occulitur. Nam
Gen. 3. 23. cap. Geneſ. 3. num. 23. ſic aſſeritur: *Et emiſit eum Dominus Deus de paradiſo voluptatis.* Hìc ultimò nomen Dominus effulſit. Poſt ejectum verò Adamum extra paradiſi ſepta, in illis verbis cap. 4. 1. tunc primùm
Geneſ. 4. 1. Dei meminit textus: *Adam verò cognovit uxorem ſuam Evam, quæ concepit, & peperit Cain dicens: Poſſedi hominẽ per Deũ.* Cur, quæſo, iam nomen Dominus obvelatur, & Regia maieſtas abſconditur, illoque utitur Deus nomine, quo iumenta produxerat & inanimata? Cur non dixit Eva nomen filio imponens: *Poſſedi hominẽ per Dominum Deũm*, ſed dumtaxat, *poſſedi hominem per Deum.* Scio Anaſtaſ. Sinaitam hanc agitaſſe & civiſſe quæſtionem ſuprà:
Anaſt. Sinaita. *Quamobrem autem, ô Iudæe, inquit divina Scriptura, quæ in ſeptemdecim capitibus conſequenter in paradiſo Deum duplici nomine nominaverat, & eum Dominum & Deum appellaverat, ſtatim poſt hominem è paradiſo egreſſum, ipſum Deum appellavit, ſed non Dominum & Deum?* Et quamvis acutè nodum diſſolverit dicens: *Vt tu diſcas, quòd Eccleſiæ eſt proprius Dominus & Deus, & non ſimiliter eorum, qui ſunt extra Eccleſiam. Nam hominum quidem qui ſunt extrà, Deus eſt, nempè* THEOS, *hoc eſt Theates, id eſt Spectator: Eccleſiæ autem Deus eſt ſpectator & Dominus, eius Dominus, eiuſque curam gerens, eamque ſuſcipiens, tenens, ab defendens.* Arbitror ſanè acutiùs & aptiùs ad ea quæ ſuprà ipſe cogitârat & expenderat, potuiſſe quæſtionem illuſtraſſe. Cui quidem ſic ego facem præferrem: Primæ protoplaſti formationi eiuſque ingenuæ originis, in qua nobiliſsimam quoque ſuam incarnationis œconomiam ſimul meditabatur, incumbẽs Dominus, nomine Deus quousque illuc functus fuerat, in irrationalium creatione; iunxit nomen, Dominus, regiam maieſtatẽ portendens, ut demonſtraret Adæ regnum, regnumque quod ſe ipſum in noſtræ carnis aſſumptione expectabat, non niſi à mundiſſima elabi origine: eamque eſſe verè regni notam, nullam in ſuo fonte ſuſtinuiſſe ſervitutis labem: hæc nominis auguſta duplicitas perſeveravit in Deo, dum myſteria paradiſi, in quo nulla fuit humani ſeminis propagatio, peragebãtur; extra paradiſum cùm iam concupiſcentiæ aviditas generationi ſtuderet, in prima immundi hominis ſordida cõceptione, qualis fuit generatio Cain, Dei nomine nuncupato, divinâ id gubernante Sapientiâ, Deus ſimpliciter prodijt, generoſo regiæ dignitatis nomine ſuppreſſo: nec dicitur *poſſedi hominem* per Dominum Deum, ſed *per Deum*: quò innoteſceret, nitidum regni ſplendorem, qui in originis ingenuitate effulſit, in originis turpitudine manère ſummerſum; nec regni purpuram ab impuro fonte delibandam, nec cum illo connectendam. In corrupta conceptione Cain ſolum nomen Deus exeritur, quod procreandis iumentis ſervituti ad dictis depallabatur; ſicque ediſcerent homines ab origine infecta non derivari generoſam regni nobilitatem, auguſtumque dominij imperium, ſed utile mancipium famulatui deſtinatum. En elegantẽ ſanè propoſitæ quæſtionis enodationem.

18 Ex his Meherclè perfectè mentem percallebis Matthæi ſic hiſtoriam ſuam exordientis: *Liber generationis Ieſu Chriſti filij David, filij Abraham*; conans enim auguſtam puramque Chriſti generationem commendare, non ſatis dixiſſe illi fuit, *liber generationis Ieſu*, addidit inſuper, & *Chriſti*, duplex nomen in illa præoſtendẽs, quod quidem geminatum illud ſpectaret *Dominus Deus*: nam Chriſtus nomen regni dominij eſt. Quapropter maturè Anſel. dixit: *Nota, quòd non ſufficiebat dicere Ieſu, niſi diceret, & Chriſti.* Quia quamvis ex Salvatoris nomine originis nobilitas albicaret, ut ſect. præcedenti fulcimus, ea quaſi ex novo titulo ex Chriſti nomine coruſcabat; nã auguſta regni maieſtas originalem detrectat fœditatem. Quocirca dixit Theophylact. *Dicitur igitur Dominus Chriſtus, ut Rex, quia contra peccatum regnavit.* Hinc Theophylactus.
eſt, quòd naturæ quoque ordinẽ Matthæus inverterit iuniorem David præponens Abrahæ longæviori. Nimirum quia David regiâ excedebat Abrahamum authoritate, cui utpotè Regi notiores Chriſti promiſsiones, & magis perſpicua vaticinia fuerant divinitùs delatæ, ut generatio Chriſti undequaque ab infulis regijs promicaret commendata, & exinde illius nobilitas conteſtata. Nec omittenda ſunt verba Rupertti, quæ huic veritati ſubſidiantur, lib. enim 1. volum. quatuor Evangel. cap. 5. ſic
Rupertus. inquit: *Quare autem iunior David patri Abrahæ præpoſitus eſt in libro generationis huius, dicendo; Filij David, filij Abraham? Nimirum hoc Evangeliſta pro ſa-*

fe-

fecit intentione. Nam si diligenter advertat, dum regnum Christi evangelizat, plusquàm cæteri Evangelistæ regalia huius Regis conscribit insignia: quod non tacebit nostri quoque studij possibilitas. David autem Rex fuerat, & regalis ad eum promissio facta est, dicendo: De fructu ventris tui ponam super sedem tuam. Deinde regni Christi filij sui mysteria factis præsignaverat, dictis cecinerat. De factis eius mysticis, vel passionibus figurativis suo loco proposse diximus: dicta eius omnis Ecclesia concinit, & concinendo regnum Christi confitetur. & tandem concludit: *Rectè igitur hic Evangelista regni Dei Regem Regis patrem in libro generationis præposuit patri, quem scriptura solummodò seminis, id est hominis, nuntiat patrem, dicens: Iesu Christi filij David, filij Abraham.* Denique his favet egregium Procopij iudicium æstimantis, eum, qui alijs præficitur imperator, singulari quadam gratiæ notâ, insigniq́ue maiestatis decore, oportere ut præfulgeat, nec enim inter demersos debet extare. Quapropter illud Genes. 6. 8. denudans: *Noë verò invenit gratiam corã Domino*; & scrutans, quæ hæc gratia fuerit, quâ Dei obtutibus Noë apparuerit coruscus, haudquaquam munificentiam, & beneficiorum profusionem eam fuisse retur, quâ erga homines divina largitas se beneficam exhibet, sed speciale quoddam insigne gloriæ, gratiaq́ue singulare ornamentum, quo in Principem destinabatur; decet enim regium animum non nisi ex summa propriſsimaq́ue gratiæ specie, & notione dignosci: *Neque intelligo*, (inquit) *quasi beneficium Noachus acceperit à Deo. (Nã secundum hanc rationem etiã reliqui mortales invenissent gratiam plurimis beneficijs à Deo affecti) sed solus Noachus ob suam gratitudinem honorabatur, & clarus erat. Verumetiam necessitas postulabat, ut is, qui imperaturus erat, ut Princeps, novo mortalium generi, singulari quadã signaretur gratia.* Nobile autem indicium Christi imperij, quod aliud dignum existeret, nisi ingenua origo totius peccati expers? Quod sanè docuit Psalmista in Epithalamio, quod Augustis Christi nuptijs sacravit. Post procœmium enim illud: *Eructavit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea Regi. Lingua mea calamus scribæ velociter scribentis*, Psalm. 44. 1. in quo carmen de Christi sceptro dicare profitetur, statim singularé regni notam profert, quâ inter cæteros præeminet: *Speciosus forma* (inquiens) *præ filijs hominum.* Quasi dicat: Tu verè Rex qui omnes venustate superas, præstas pulchritudine: nam formosissimum præfers animum, nullo unquam criminis contagio deformem. Sic placuit Incognito: *Speciosus forma præ filijs hominum: Hoc ideò, quia immunis à peccato, quod de nullo alio dici potest.*

Genes. 6. 8.

Procop.

Psal. 44. 1.

§. IV.

Regiæ dignitatis ad culmen Mariæ Deiparæ sublimatæ.

19 *Regnum Mariam desiderabat, ut illi statim ab eius conceptione insideret.*

20 *Regnum Mariæ æquè ac Filij diffusum & expansum. Locus Athanas. illustratus.*

21 *Sententia Ansel. & Brigittæ.*

19 OPeræpretium est præmittere augustâ purpurâ, & regijs titulis Mariam sanctissimam consignitam, quos ab ipso nomine Mariæ Dominam significante ab Angelo de cœlo parentibus delato eliciunt sacri Ecclesiæ Patres, ut Maria antè Domina, quàm concepta innueretur. Prævium illi reginæ nomen fuit præornatum, ut non tam ipsa illud, quàm regalis maiestas ipsam desideraret, & in ipsa eius conceptione regia assideret appellatio, spectans illi innecti & agglutinari, ut augusto imperio compacta consurgeret. Frequentem, imò & tritam hanc veritatem apud Ecclesiæ Patres reperio. Plura congerunt testimonia Pater Suarez tom. 2. in 3. par. quæst. 27. art. 2. disp. 7. sect. 5. & quæst. 37. disput. 22. sect. 2. & fusiori eruditione Pater Salazar in cap. 8. Proverb. à num. 113. Suar. Salazar.

20 Regnum Mariæ æquè proterminatum ac provectum æstimo ac Christi regnum, quam ipse in regni consortium & societatem sibi adiunxerit, & tanquàm eiusdem imperij consortem à dextris suis coronâ redimitam, & decorâ varietate circumamictam stare fecerit. Nobile est testimonium Athanas. in Evangel. de sanctissima Deipara: *Et quandoquidem ipse Rex est, qui natus est ex Virgine, idèque & Dominus & Deus, eapropter & Mater, quæ eum genuit, & Regina & Domina & Deipara proprie & verè censetur. Licebitque nobis ita congruenter dicere, dum ad ipsam & ad eum, qui ex ea genitus est, carniferũ filium respicimus. Nunc scilicet adest Regina à dextris tuis in vestitu deaurato, circum-* Athanas.

tumamicta, variegata, eò quòd ſecundùm ſexum fœmineum, Regina, & Domina, & Mater Dei apellari debeat. Eaque nunc ut Regina aſſiſtens à dextris Filij ubique regnantis, quaſi in veſtitu deaurato, incorruptionis & immortalis. Variegata quantum attinet ad oſſa ſanctiſſima, quæ eius carnem ſufficiunt. Nam ex carne eius, & oſſibus eius, veluti ex veteri Adamo, novus iſte Adam, ut vicem eius expleret, coſtam ſibi finxit, nimirum iſtam incarnationem, eamque ſemel indutam perpetuò geſtat. Ac proinde iſta nova Eva, mater vitæ appellatur, variegataque permanet ad primitias vitæ immortalis omnium viventium. Sicuti ergo cùm ipſum reſpicimus Regem, Dominum & Deum appellamus, ita quoque cùm ad eam oculos reijcimus, Reginam, Dominam, ac Deiparam eſſe animadvertimus. Ex quibus verbis illud primum conijcio, regnum Mariæ ea omnia permeare & pervadere, quæ Chriſti poteſtas, ut ſicut nullus eſt, qui ſe abſcondat ab ſplendoribus regiæ Filij purpuræ, ſic à regali Mariæ croceo nemo ſit, qui non purpuret. Deinde incarnationem Chriſti, in qua eius regia dignitas inchoavit, & Mariam deductam & in ipſa efformatam comparat Athanaſ. cũ coſta ex Adamo deſumpta, ut ex ea mulieris ædificium conſurgeret. In quo ſpecialis quædam dignitas muliebris opificij indicata eſt. Adamus enim licèt in ſui creatione fuerit in regem coadaptatus, utpotè ad imaginem Dei effictus, ex nulla tamen præexiſtẽte regia ſubſtantia deductus eſt: terra enim, ex qua fuit illius materia cenſ creata, nihil habuit auguſtum aut regale, ſed deſpicabile & abſurdum. Evæ tamen conſtructio iam regiã lapidicinam præmiſit ingenuamque ſubſtãtiam Dei imagine & imperio ornatam, ex qua duceret originem. Ergo cum Chriſti incarnationem coſtam appellat ex Mariæ carne veluti ex primo Adamo deductam; Mariam in eo profectò ſtatu contemplatur primi Adami ſtatui conſimili, quæ inſtar illius protoplaſti regiam dignitatem in ſua formatione obtinuerit, ut ſic regiam ſubſtantiam incarnationis regio operi miniſtraret, & ſic adinſtar Regis Filij, Mariam Reginam infert nominandam.

21 Regnum Mariæ ambitum ea omnia complecti, quæ Chriſti regnum, iudiciũ eſt plurium Eccleſiæ Doctorum. Anſelmus lib. de excellent. glorioſ. Mar. cap. 11.

Anſelmus. *Sicut Deus omnia creando Pater eſt, & Dominus omnium; ita beata Dei Genitrix Maria ſuis meritis omnia reparando Mater eſt Domina rerum.* Et Damaſcenus

Damaſcen. orat. 2. de Aſſumpt. *Decet Matrem ea, quæ Filij ſunt, poſſidere, & ab omnibus rebus adorari:* & Beata Brigitta lib. 1. revelat. cap. 16. ſic accepit Filium Matri colloquẽtem: *Tu es Mater mea, tu Regina cœli, tu Mater miſericordiæ, tu es Domina Angelorum, tu cum Deo excellentiſsima, tu es etiam Princeps ſuper diabolum.* Hoc dogma ex infrà dicendis ampliùs innoteſcet. B. Brigit.

§. V.

Regia dignitas puram Mariam expetit ab omni originis ſervitute per peccatum contracta.

22 *INfertur Mariæ nobilis origo nuſquam ſervitutem expertæ.*

23 *Adſtruitur veritas ex ratione divinæ imaginis, quæ floruit in Maria.*

24 *Adſtruitur ex Anaſtaſ. Sinaita.*

25 *Locus Anſelmi.*

26 *Locus Geneſ. 1. 26. ex Anaſt. & 1. 27.*

27 *Locus Exod. 3. 2. ex Bernard. Rupert. Matth. 3. 11. ex Ambroſ. eluceſcunt hæc ampliùs ex Procop. & Philon. Locus Theodor. Ancyr.*

28 *Divina munificẽtia in muneribus impertiendis gradus uniuſcuiuſque attendit dignitatis, Pſalm. 118. 170. ex Ambroſ.*

29 *Originis infamia maximè purpuram dedecet. Locus Iſidori Hiſpalenſis. Geneſ. 3. 16. ex Procop.*

30 *Expenditur locus Geneſ. 3. 15. ex Ruperto.*

31 *Elucidatus locus Geneſ. 1. 3. collatus cum loco Geneſ. 1. 26. & Geneſ. 2. 7. ex Tertulliano.*

32 *Explicatus locus Proverbiorum 8. 22. ex Athanaſ.*

33 *Claram Mariæ originem expetit illius principatus in Angelos, quem ei ſtatuunt Ildefonſus & Richardus.*

34 *Locus ad Coloſſenſ. 2. 9. ex D. Thoma, & Anſelmo. Locus 1. Regum 10. 23. ex Gloſſa Morali. Locus Richardi de S. Laurent.*

35 *Fulcrum his præbet D. Thomas, ex cuius ſententia in originalis privilegij gratiam Mariæ arguitur.*

36 *Telum adverſus dicta intorquetur & diſtorquetur.*

37 *Evincitur conſpicua Mariæ conceptio ex imperio in dæmones. Locus Cantic. 7. 7. ex utroque Richardo.*

38 *Enucleatur locus Canticorum 6. 9. & Richardus in illum expenditur.*

Du-

39 *Dubium inſurgens de morte Mariæ, cui non ſubiacent Angeli; diluitur.*
40 *Firmatur id exemplo Chriſti Domini ex Anaſtaſio Sinaita.*
41 *Iſaac à morte eripitur; eiq́ue Chriſtus traditur, ut in aliena mors irruens conteratur, ex Gregor. Nazianzen. & illius interprete Nizeta. Locus Pauli 1. Corinthiorum 15. 54 reſpiciens Iſaiæ 38. 8. ex Athanaſio & Niſſeno. Locus Andreæ Creten. & Michaelis Glycæ.*
42 *Huius verba excorticantur, & ſplendeſcunt ex loco Matth. 27. 34. per Auguſt. & Hieronym. favent Glycæ Nazian. & illius interpretes.*
43 *Expoſtulat Mariæ conceptio nobilitatem, & quoddam quaſi dominium in Deum; locus Luc. 2. 51. ex Bernard. Locus Geneſ. 2. 16. ex Ambroſ.*
44 *Aſtat Auguſt. Locus Baſilij.*
45 *Quanti fecerit Chriſtus Mariæ ſubijci, extricatus Ioan. 2. 2. ex Gregor. Niſſen. Bernar. & Iuſtino.*
46 *Quàm indecorum ut maculam ſubiret origo Mariæ in Deum imperium diſtricturæ. Locus Geneſ. 2. 23. ex Richardo.*
47 *Singularis quædã oppoſitio inter Mariam & Evam, hæc enim Adamum diſcipulum, illa verò Chriſtum velùt diſcentem habuit. Locus Lucæ 2. 40. Evolvuntur intricata verba Cyrill. Locus Luc. 2. 51. ex Metaphraſt. & Geomet.*

22 QVM Mariæ regnum in eã ſeditionis latitudinem explicet, ac regnum Filij, eãdemque imperij conditionem cum illo ſortiatur, utpotè cui ſuam ille regiam communicaverit dignitatem, voluerit́que ſibi in eodem maieſtatis ſolio cohærêre, nemini dubium eſſe debet, quin Mariã voluerit eâ decentiâ, eoq́ue purpuræ honore ac ſe ipſum regnare, eoq́ue gloriæ nitore regnum in Maria effulgere ac in ſe ipſo. Gloria autem ſplendorque Chriſti Principatus eſt, ut ab auguſta defluat origine, reſideatq́ue in eo animo, qui nunquam ſervitutis ignominiæ ſubiacuerit. Nam non levis imperij obſcuritatis nota eſt ad eum deveniſſe, qui infami principis ſuerit dominio mancipatus. Si ergo Maria tenebroſi principis iugum, ex eo quòd conciperetur infecta, fuiſſet experta, verè regnum filij in eam deſcendens, aliquid gloriæ & nitoris, de quo in Chriſto exiſtens gloriabatur, deperderet: cogeretuŕque animo inſidêre, in quo execrandus tyrannus priùs equitaſſet; nec credendũ eſt Chriſtum hac voluiſſe turpitudinis infamiâ regnum ſuum iri inuſtum.

23 Num. 14. oſtendimus ex Dei imagine noviter primis parentibus indita dignitatem regni ſtatim emerſiſſe, nec aliam extitiſſe in illis imaginem divinam, quàm ipſum Dei principatum, qui quidem imagini Dei nuper acceptæ adeò inviſceratus fuit, ut vix inter illa ullum diſtinctionis indiciũ apparêret, deperditâ & abolitâ hac imagine, & per pœnitentiam in Adamo iterum ſuſcitatâ, redivivum imperium non legimus Adamum recuperaſſe: & cur, quæſo, reſtitutâ imagine non redijt imperium? Profectò ut erudiamur, principatum nõ aſſociari, nec ferruminari Dei imagini ſemel abolitæ per ſervitutis corruptionem. Cùm imago Dei nova inſurrexit in Adamo, eius animo tanquam ingenuo, & qui ſervitute nunquã fuerat ſubactus, ſe credidit imperiũ, quod nobilem originem ſui pro ſede habet: at ſemel in humilitatem mãcipij redactus, quãvis nobilitatem imaginis iterum reſumat, à principatu dignoſcitur & reſpuitur. Nã iniuriam ſui reputat regnũ illi adhærêre, qui aliquando ſervilem conditionẽ fuerit paſſus. Ergo ut Chriſti imperium in Mariam abſque ſui aliqua iniuria ſe inclinaverit, oportuit eam ab omni peccato & infeſtatione originis invenire expertem, alioquin nõ foret regni gloria, ſed humiliatio in ipſam deſcendiſſe.

24 Eodẽ num. 14. vidimus primos parentes ſummâ originis ingenuitate præditos, quia ad Dei imaginem efficti, ideòq́ue ſtatim ad regnum vocati, ut intelligeretur imagini Dei integræ & illæſæ imperium iure debitum. Ad regnum accitur Maria, ergo quia ornata & præparata, & quia illi dotes gratiarum conceſſæ regnum ad ſe alliciebant, non habuit ergo Dei imaginẽ temeratam & labefactatam in aliquo inſtanti, quia emortuam imaginem, quamvis poſteà innovata & colorata deſurgat, detrectat imperiũ. Fuit ergo in Maria Dei imago ſemel impreſſa ſemper intemerata, & in quam generalis corruptio aditum non haberet. Ita faſſus eſt Anaſtaſ. lib. 7. Hexamer. *Et quis mihi dic quæſo, aut ex hominibus, aut ex dæmonibus audebit dicere, quòd ea quæ eſt eiuſdem ſimul cum Deo eſſentiæ quoad carnẽ attinet, non ſit ad imaginem & ſimilitudinem eius, qui ex ipſa natus? Quomodo eſt enim mater eiuſmodi Filij non ferens in ſe integram & illæſam fœtus ſui imaginem?* Fert quidem imaginẽ Filij ſui, & formam incorruptam & in nullo inſtanti labefactatam, & quis aſſẽrat cõſequentia ad illam, quæ regiæ inſulæ ſunt, Anaſtaſius.

ei

ei eſſe inficiata? Hæc duo dogmata inter ſe pariter convertuntur: fert formam Filij illibatam, ergo ad illam cõſequitur imperiũ. Habet imperiũ, ergo & formam, quã illud ſtatim, & inſeparabiliter inſectatur.

25 Num. 15. ex Iumilio accepimus, imaginẽ Dei regno informatã in Chriſti coruſcaſſe generatione, quia imaginem Dei per peccatũ primũ abraſam advenerat inſtauraturus, nec expediebat eũ, qui in peccatũ regnũ obtinebat, peccati regno ſuccubuiſſe aliquando. Indecorum enim eſſet & minimè cõſentaneum, abolitionẽ divinæ imaginis pariter & regni iacturam illum in ſe primùm experiri, qui in erectionẽ cœleſtis imaginis & regni adlegabatur. Prædeſtinata fuit Maria in eorũ reparationẽ, quæ primũ piaculum ab homine exſtruſerat, ergo illius conceptio nihil originalis admiſit infamiæ, ſed ſubijt incorrupta & divinæ imaginis vexillifera imperiũ. Anſelmus enim ex eo agnovit regnũ Mariæ adſcitum, imò debitum, quia humanæ iacturæ reparatrix fuit inſtituta; lib. enim de excellen. glorioſ. Mar. primò qualis humanæ naturæ præceſſerit caſus per hominis peccatum deſcribit: *Verùm ubi poſt primorum hominum peccatũ generationis humanæ propago in deſideria cordis ſui prolapſa eſt, & per vitia ſorduit, non ſolùm Creatoris contemplatio, ſed & rerum creatarum mirificæ diſpoſitionis ſalutifera meditatio ab ea procul evanuit. Vides ergo quali modo in lapſu hominis ruit dignitas rerum. Sed & hæc dignitas in eis perijt, quando qui dignè ea uteretur, nullus fuit aut exiſtit. Nec ullatenus receperunt, ex quo primus homo corruit, amiſſam eminentiam tanti boni.* Et illicò adſtruens revectos homines ad honoris faſtigium, à quo fuerunt deturbati, per Chriſtum & Mariam, ſubiungit de Deipara: *Vtique cuncta, quæ Deus bona & utiliter fecit, in eo ſtatu, quo condita fuerunt, ſicut diximus & oſtendimus, eſſe deſtiterunt, & per hanc beatiſſimam Virginem in ſtatum priſtinum revocata ſunt & reſtituta. Sicut ergo Deus ſua potentia parando cuncta Pater eſt, & Deus omnium: ita beata Dei genitrix Maria ſuis meritis cũcta reparando Mater eſt & Domina rerum. Deus enim eſt Dominus omnium ſingula in ſua natura propria iuſſione conſtituendo: & Maria eſt Domina rerum ſingula congenitæ dignitati per illam, quã meruit, gratiam reſtituendo. Et quemadmodũ Deus ex ſua ſubſtantia genuit eum, per quẽ cuncta originem dedit: ita beata Virgo Maria de ſua carne mundiſſima peperit illum, qui decorem primæ creationis omniũ cũctis reſtituit. Item ſicut nulla rerũ ſpecies niſi per Dei Filium facta ſubſiſtit, ita lex debitæ damnationis neminẽ deſerit, niſi quẽ ab ea Filius B. Mariæ Virginis abſolvit. Quis igitur iſta recto ſenſu & corde ſincero perpendẽs plenè percipere queat excellentiam huius Virginis, per quã tã inæſtimabilia habet bona rerũ natura, per quã tã inæſtimabili gratia à tã ineffabili deiectione erectius eſt mundus?* Expẽde primò, Anſelmũ comparaſſe Mariã cuncta reparantẽ, & ex hoc nomẽ Matris & Dominæ rerũ conſequutã, Deo ſua potentia parante cuncta, & ex eo Patris & Dei omniũ appellationẽ nacto, ut indicet, quòd quemadmodũ Deũ creantem omnia decuit puriſsimũ præexiſtere fontẽ, quẽ nullæ unquã ſordes turbaſſent: infandũ enim eſſet exiſtimaſſe originẽ ſubijſſe immundã, à quo rerũ puriſsima origo proflueret: ita fuit conſentaneũ Mariã præceſsiſſe fontẽ ſerenũ & immaculatũ à ſua prima cõſtitutione, ex quo talis erat puritas effluxura, quæ omniũ ablueret turpitudinẽ. Nã inhoneſtũ eſſet fontem in ſua origine ſordidũ contẽplari, ex quo fundendæ erant aquæ infectæ originis impuritatẽ abſterſuræ. Deinde confert Mariam de ſua carne mũdiſſima enitentẽ illum, qui decorẽ primæ creationis omniũ cunctis reſtituit, cũ Deo ex ſua ſubſtantia gignente eũ per quẽ cunctis originem dedit: ut doceat munditiem carnis Mariæ, ex qua Verbũ homini prodijt, puritatem imitatam eſſe divinæ ſubſtantiæ, quæ Verbum genuit, ſicque pro comperto habeatur, quòd quemadmodũ divinæ ſubſtantiæ puritas originaria fuit, ſic Mariæ carnis mundities originalis evaſit, & ſicut Dei dominium originis puritati eſt annexum, ita Mariæ dominium originis munditiei iniunctum.

Anſelmus.

26 In primis parentibus ad Dei imaginem efformatis, & ob id poteſtate regiâ affectis, cenſuit Anaſtaſ. Sinait. Deum ordinem ſeu ſacramentum Chriſti & Eccleſiæ præmeditatum, eumque dũ verba illa enuntiavit: *Faciamus hominẽ ad imaginẽ & ſimilitudinem noſtram, & præſit piſcibus maris, &c.* Geneſ. 1. 26. intentos habuiſſe oculos in Chriſtũ & in Eccleſiam, ad quos pronuntiati illius ſenſum & myſterium dirigebat; lib. enim 6. Hexamer. ſic ait: *Et ſic in Chriſto eveniet, & intelliget de ipſo, & de eius coniuge Eccleſia, id quod à Deo dicebatur de duobus: Imperent piſcibus maris, & volucribus cœli, & iumentis & univerſæ terræ à mare uſque ad mare, & à fluvijs uſque ad fines orbis terræ.* Sed cùm ſect. 2. n. 28. ex plurium Patrũ ſentẽtia edocuerimus, in Adæ & Evæ formatione præcurriſſe Chriſti & Mariæ myſterium præſignatũ, non immeritò contendemus ad

Gen. 1. 26.

Anaſtaſ. Sinait.

illos ſpectaſſe verba illa: *Et creavit Deus hominem ad imaginem ſuam, ad imaginem Dei creavit illum, maſculum & fœminam creavit eos. Benedixitque illis Deus, & ait: Creſcite & multiplicamini, & replete terram, & ſubijcite eam, & dominamini piſcibus maris, &c.* Geneſ. 1. 27. Interve-
Gen. 1. 27. nit eiuſdem propoſitionis repetitio: *Creavit Deus hominem ad imaginem ſuam*; & rurſus: *Ad imaginem Dei creavit illum.* Vt intelligas geminam fuiſſe creationem; alteram viri, fœminæ alteram: ideò adiungit: *Maſculum & fœminam creavit eos*: Vt in Adæ formatione præoſtenderetur Chriſti generatio omni prædita ſanctitate, & originali iuſtitiâ ornata: in Evæ autem creatione, ſplendida adumbraretur conceptio Mariæ cœleſtis gratiæ rorem in ipſamet origine ebibens, his commendatur humani generis ſpiritualis propagatio, quia terra, quam mors per peccatum inducta depopulata erat, deſertamque fecerat & mortuis ſcatentem, à Chriſto & Maria mortis è tyrannide emancipata & vitali ſpirituaque virtute fœcundata viventium cœpit iam terra nominari. Ideò Chriſtus & Maria in Adamo & Eva pariter ad imperium rerumque omnium ſubiectionem vocantur. Nam qui originali nobilitate prædi & novæ vitæ ſunt progenitores & inſtauratores, hos meritò imperium petit, & regale culmen expectat: ac proinde, *replete terram, & ſubijcite eam, & dominamini, &c.* Vnde Chriſto & Mariæ non incongruè accõmodare poteris verba Anaſtaſ. *Et ſic in Chriſto eveniet, & intelligetur de ipſo, & de eius Parente Maria, id quod à Deo dicebatur de duobus: Imperent piſcibus maris, & volucribus cœli, &c.*

27 Regiam Mariæ dignitatem ab ipſa originis ingenuitate tanquam à nativa & propria ipſius radice pullulantem videtur mihi divina delineaſſe Sapientia in portento inflammati rubi Moyſis oculis obiecto:
Exod. 3. 2. *Et videbat, quòd rubus arderet, & non cõbureretur rubus. Cernens autem Dominus quòd pergeret ad videndum, vocavit eum de medio rubi, & ait: Moyſes, Moyſes: qui reſpondit: Adſum. At ille: Ne appropries, inquit, huc; ſolve calceamentum de pedibus tuis*, Exod. 3. 2. Vulgare eſt, per flammiferam rubum Deiparam præſignari, illud ſanè non ita tritum, per igneum dumum Mariæ regnum portendi; nam hæc viſio, in qua velùt ignivoma tota Maria abſque ulla ſui corruptione apparet, illam Apocal. 12. cõcernit, & ut eiuſdem myſterij fœcundam ſpectat, in qua amicta Sole apparuit, Luna calceata & ſtellis inſtar reginæ redimitum erigens caput. Hoc ſanè iudicium tulit Bernard. ſer. de B. Vir. *Vadam, inquit, & videbo viſionẽ hanc magnã. Magna planè viſio rubus ardens ſine combuſtione. Magnũ ſignum mulier illa ſa manẽs amicta Sole.* Ideò (ait Bernardus) utrobique ſublimius quid prædicatur: nam viſionem magnam teſtatur Moyſes: Ioannes verò ſignum magnum; ut alter alteri conſonet, cùm uterque eandem myſterij maieſtatẽ enuntiet. Hanc ſanè veritatẽ evolvit apertiùs, præceptũ Moyſi nudandi pedes indictũ, bis eius nomine repetito, ut arrigeret ſolertiùs aures: *Moyſes, Moyſes.* Verè pedes nudare ſolemne ſervorũ eſt, & quid humile & ſervile ſapit, ut adnotavit Rupertus: *Ille quidem corporaliter nudis pedibus accedere iuſſus eſt, quod eſt ſolemne humilitatis inſtrumentũ.* Hinc colligit Ambroſ. opertis pedibus procedere, inſigne eſſe dominij & principatus, apertis verò indiciũ ſervitutis. Et ea nota voluiſſe, ait, Deum diſcernere Chriſtum Dominum tanquam Principem, à Moyſe & Ieſu Nave velut à ſervis, his dum præcipit, ut deponãt calceos, Chriſtoque aſſervat contectis pedibus greſſus facere: quod admonuit Baptiſta dicens: *Ego quidem baptizo vos in aqua in pœnitentiam, qui autem poſt me venturus eſt, fortior me eſt, cuius non ſum dignus calceamenta portare*, Matth. 3. 11. non ergo nudis pedibus gradiebatur Chriſtus. Prævidit Deus, poſſe obijci Chriſto à Iudæis gloriam Moyſis & Ieſu Nave, qui inter priſtinos populi parentes opulentiori & ſuperbiori imperij pompâ floruerunt, quorũ os ut obturet, Chriſtumque illis Principẽ prodat, Moyſen verò & Ioſue ſervos; oſtẽdit Chriſtum geſtaſſe calceos, & à Moyſe & Ioſue ablatos. Notâ enim hac diſtinctionis emergente, conſequens erat, ut eorum fruſtrarentur & evaneſcerẽt calumniæ. Audi Ambroſ. apud Lypoman. *Ideò ad Moyſen dictum eſt: Solve calceamentum, dictum eſt & ad Ieſum Nave. De Chriſto autẽ dictum non eſt, ſed magis ſcriptum eſt, dicente Baptiſta: Poſt me venit vir, cuius non ſum dignus calceamenta portare. Quia illi benè admonentur, ut ſolvant calceamentũ ſuum, qui ſine peccato eſſe non poterãt. Hic autem non ſolùm calceamentum non ſolvit, ſed etiam calceamenta aliorum abſolvit, quia non ſolùm corpus ſuum à peccatis immune ſervavit, ſed etiam omnium dedit indulgentiam peccatorum.* Itaque deponere calceos non quomodocunque ſervile eſt, ſed inſigne eſt ſpiritualis ſervitutis, quà per peccatum dæmoni quis famulatur. Calceos autẽ cõtegi pedes, ita eſt regale & auguſtũ, ut originalẽ iuſtitiã arguat, & animũ ab omni otioſitate immunẽ. Ergo cũ Deus Moyſen conantem rubo flammis coronato

Bernard.

Rupertus.

Matth. 3. 11.

Ambroſ.

ap-

appropinquare, vt quominùs regni Mariani indicia inſpiceret, cohibet, & altâ & geminatâ voce admonitus eſt, ut, dum calceos non ſolvit, non appropriet: fuit ſanè quaſi dixerit: Magna eſt viſio, & magni imperij ſuggeſtus; venerari Mariæ Reginæ umbras calceis te exuendo; te ſervum præbe, formam indue famuli, ideò calceos abijcito; nam coram tã auguſta maieſtate indignum eſt, ut Principis portes veſtigia; recole te peccati fuiſſe vile mancipium, & Reginam, cuius intueris imaginem, ſemper liberam fuiſſe & Dominam, peccatiq́ue nunquam ſubijſſe ſervitutem: ut ab illa diſcretionis inſigni noteris, depone velùti dæmonis quondã verna calceos: *Solvant calceamentũ ſuũ, qui ſine peccato eſſe non potuerunt.* En quàm aptè viſio hæc magna, ſigno magno Apocal. reſpõdeat: in quo apparuit mulier, Luna velut calceamẽta induta, ut tam hìc quã ibi totius originalis ſervitutis exſors Maria perhibeatur. Sed nec locum adhuc dimitto. Nã oportet priùs audire Procopium Gazæum, & Philonem de rubo igni ſubiecto diſſerentes. Procopius enim ad illud Geneſ. 1. *Fecit duo luminaria magna in firmamẽto cœli*, ſic ait: *Deus in rubo ardenti igni vim urendi abſtulit, & ſolam illuminationis & ſplendoris virtutem reliquit, ut eo miraculo Moyſen converteret: ſic conſentit Pſalmographus dicens: Vox Domini diſſecat flammas igneas. Prætereà fert quidam ſermo at occultus, fore in extremo die, ut ignis dividatur, lux ignea reddetur pijs, vis verò ignis quærit impios, ut in ea in æternum crucientur.* Geminam virtutem in natura ignis collocat Deus: aliam deſtructivam & punitivam, nempè vis quæ urit & abſumit, alteram velùt vegetativam & remunerativam, & quæ inſtar coronæ radijs iuſtos Reges creat, hanc inter ſe unitã & intimè innexam ignis duplicẽ proprietatem potens eſt Deus diſcernere & diſſociare; quare diſſector flammarum appellatur à Regio Vate. Quocircà in die iudicij, hac geminatâ vi flammarum diſſectâ, urendi & plectendi virtutem in impios immittet Deus; quæ peccatorum ſpinas non illuminet, ſed exurat, non tamẽ abſumat: ſplẽdẽtibus ignis fulgoribus velùt Reges iuſtos coronabit. Deſcẽdit ergo in virgineũ rubũ ignis: rubus quidẽ non quia aculeos peccati unquã produxerit, neque ex ſuo ſemine participaverit; ſed quia quemadmodũ filius naturã humanã induens formam ſubijt peccatoris; ſed deſcendit ignis diviſam geſtans virtutẽ, nam vi punitivâ amotâ, vim illuminandi & coronã ex ſuis fulgoribus extruendi inſerebat: & dum rubum illuminabat, nõ puniebat; dũ coronabat, non pœnã invehebat: & ſic ſanè teſtabatur illius rubi ſpinas, maledictionem haudquaquam ſubijſſe peccati: nec tribulos eſſe, quos ſpiculo primæ execrationis terra perculſa produxit. Adverte, quid Moyſi dicatur: *Locus enim, in quo ſtas, terra ſancta eſt.* Nõ terra maledictioni ſubiacens hunc geminavit rubum. Sanctificata & defœcatâ priùs fuit, ut abſque maledicti primi illapſu rubus in ea cõcreſceret ſeminatus: & ut agnoſcas igneam flammam totum rubũ luſtraſſe & permeaſſe, curiosèque diſquiſiviſſe, & etiam primas ipſas radices examinaſſe, in eiſq́ue non inveniſſe quid mulctaret, ſed quid illuſtraret & præmio afficeret, accipe Philonem lib. 1. de vita Moyſis: *Rubus erat frutex ſpinoſus & invalidus, is, nemine ignem admovẽte, ſubitò incenſus eſt, correptuſque totus à radice uſque ad cacumen. flammâ in morẽ fontis ſcatẽte, manebat integer & illæſus, quaſi non eſſet incendij materia, ſed ipſe ab igne aleretur.* Libra verba illa: *Correptuſque totus à radice uſque ad cacumen.* Quaſi ignis radices ipſas, per quas virginea rubus vitæ ſuccum traxit, hoc eſt initia ipſa vivendi, & conceptionem indagaverit, diſpexerit, ſcrutârit, nihilq́ue in conceptionis radice vitioſum inveniẽs haudquaquã vindicativam & exurentẽ vim exeruit, ſed illuminativam & remunerantẽ, & à radice ſerpendo ſurſum ipſum etiam dumi faſtigium ſplendoribus ſuis in modum coronæ accinxit. Nũ non ſpectas, quomodo corona regni Mariani ab ipſa eius radice puriſsima nulloq́ue digna incendij acrimonia veluti ſcaturiens ad cacumen, ſeu caput coronandum ſe extulerit? Si diſſectus ſplẽdor ignis à cõbuſtione cenſus & habitus iuſti viri eſt, qui in iudicij die coronã gloriæ eſt reportaturus, verè Mariæ conceptionẽ ceu quid glorioſum æterniratis cenſu Deus affecit & felicitatis habitu induit, cùm ignis lux à vi urendi ſemota, quæ corporis glorioſi inſignẽ eſt, Mariæ radici, hoc eſt cõceptioni, inſederit, tãquam illius proprius habitus, ſeu nota. Hinc iam non licebit ſolùm Mariæ conceptionem præconizare puram, ſed glorioſam. Accedat rem omnem, quamvis ex alio capite exornaturus Theod. Ancyra ſer. habito ad Synodum Epheſin. *Dic, obſecro, utrum eſt vilius, rubusnè, an uterus virgineus ab omni peccati affectione immunis? Ignoras priſca illa recentiorum, eorumque, quæ nunc contingunt, extitiſſe figuras? Ea enim quæ antiquitus fiebãt myſteria, quæ in novo Teſtamẽto ampliãda erãt, ſignificabãt. Quare rubus accẽditur, ignis cõſpicitur, & tamen quæ ignis natura fert, non operatur; illuminat, non conſumit; abſtergit, nõ incendit, beneficium præſtat, & pœnam*

Geneſ. 1. Procopius Gazæus.

Philo.

Theod. Ancyra.

non adfert. Nonnè Virginem in rubo animadvertis? Rubus itaque Mariæ expressa fuit similitudo. Si ergo vilem illam arbusculã ita Deus in se insederit, ut eum illi splendorem, eam gloriam, eam mirandam integritatem induxerit: qua, quæso, ratione Virginem nostram insederit, aut potiùs possederit? Quem illi nitorem, quam puritatem, quam lucem intulerit, quando ita illam ab omni peccati affectione immunem præstitit?

28 Et Meherclè dignitas regia in Maria gratiam, quæ illam ab omni originis fervitute præmuniret, decenter à Deo exigebat. Non enim ita indiscretè munera sua divina largitas partitur, ut dignitatis gradus non attendat: pro cuiusque dignitatis exigentia & honore dona dispensat: cùmque gratiæ diversa sint munia & officia, & alia alijs præeminentiora & sublimiora, attentâ cuiusque excellentiâ divina distribuitur gratia. Cuius veritatis optimè gnarus Regius Psaltes sic Deum deprecabatur: *Intret postulatio mea in conspectu tuo, secundùm eloquium tuum eripe me*, Psalm. 118. 170. Alia littera habet: *Intret dignitas mea in conspectu tuo.* Quasi dicat: non quomodocunque ad te oratio mea perveniat, sed dignitatis meæ ambitum secũ præferens: non quidem dignitatis insignibus depositis, sed purpurata, intret sacrarium tuũ regiæ meæ dignitatis patrocinijs protecta; hoc est, *intret dignitas mea in conspectu tuo.* Sed cur, obsecro, Regius Vates dignitatem suam apud divinum solium advocati fungentem munere, & quæ pro illo causam dicat, vult habere? Nẽpè ut à peccato & ab ingruentibus periculis liberetur, ideò subiungit: *Secundùm eloquiũ tuũ eripe me.* Quasi dixerit David: Memineris, Domine, me à te in Regẽ coaptatum & Vatẽ: ut strenuũ me in populo moderando gerã, ut à me tanquam à capite præclarorũ morũ decidant exempla, ad quæ plebs cõpositа à dextris & sinistris non declinet, ut divinæ veritatis fluenta ebibã, quæ annuntiẽ uberioribus divinæ gratiæ irrigationibus egeo, quibus adversitatibus imminentibus prævaleã, & liber à peccatorum incursionibus expediar. Sic optimè Ambros. serm. 22. in Psal. 118. *Cùm hominem rogas, Regem te dicis, ut contemplationem habeat honoris tui, tangat eum tuæ contemplatio dignitatis; ut aut misereatur, si venia est postulãda, aut deferat pro ordine dignitatis: & quid dicam, rogas? Sic unusquisque ingreditur, ut dignitatibus deferatur. Rectè ergo & devotus Deo dicit: Intret dignitas mea coram te. Habet & Christianus dignitatẽ suã, qui tanto Imperatori militat; sunt maximæ & veræ fidei dignitates; sunt honorũ diversi apud Christũ ordines. Posuit Deus in Ecclesia: primò quidem Apostolos, secundò Prophetas, tertiò Doctores.* Si Ecclesiæ hierarchiam contempleris, sic illius invenies seriem digestam, ut amplior Dei gratia in superiores, quàm in inferiores impluat. Verè enim Rex Psalmidicus, quãvis & regnum & vaticinium in eo coierint, à lethali non fuit præservatus peccato, & truci iacuit adulterio immersus: fuit tamen maturâ pœnitentiâ & festinâ prævẽtus. Ingressa est Apostolorum dignitas corã Dei; & quid pro suo ordine sublimius obtinuit, nam ex quo Apostoli fuerunt creati, igneis linguis eorum capitibus tanquam indicibus dignitatis impositis ab omni fuerunt mortali piaculo præfulti. Adijt divinũ conspectum dignitas Præcursoris, & pro suo celsitudinis gradũ fertiliorem divinæ gratiæ copiam fuit nacta. Nam in materno utero ab originalis peccati laqueis fuit absolutus, & vitam degens non solùm à gravibus criminibus, sed à levioribus maculis divinâ illum præservante gratiâ fuit custoditus. Innuit hoc Ecclesia, dùm canit:

Ne levi saltim maculare vitam
Famine posset.

& docent præterea graves Doctores. Galatinus lib. 7. c. 9. Catharinus opusc. 2. de Christi prædestinatione. Driedo lib. de grat. & libero arbit. c. 5. par. 2. Indicant id Greg. Mag. lib. 3. Moral. c. 4. aliàs 5. Beda hom. de decollat. Ioan. & sic credi cõmuniter testatur Abulens. in c. 14. Matth. q. 40. Iam divinis obtutibus obviam se præbuit sanctissimæ Mariæ dignitas, cuius fastigiũ cœlotũ altitudinẽ penetrat, & prætervolat. Nã & Deipara (quid post Deũ sublimius?) & generis humani instauratrix, & creaturarũ omniũ imperatrix à Filio in imperij sui consortium promota. Dic, precor, quã existimas cœlestiũ gratiarũ portionẽ illi assignatã? Nũ, quòd sanctificata fuerit in utero matris? Id fuit Præcursoris dignitati concessum. Nũ, quòd purissimã duxerit vitã ab omniveniali sorde expertẽ? Vides iuxta citatos Doctores munus fuisse Præcursori quoque delatum. Si Mariæ dignitas à Sanctorũ omniũ simul coëuntiũ excellentijs in immensum ferè distat: si ita eis sublimior & augustior supervehitur, ut eorũ honores & dignitates in unũ senatũ congestæ, vel quasi in unũ corpus coactæ, corã spacioso Marianæ excellẽtiæ latissimoq; pelago instar guttulæ appareant, & exiguæ arenulæ, quã vix perspicax oculorũ acies inveniat; qui gratiarũ impetus & alluviones in illã, quæso, descenderint? Sed qui non descenderint? Nam quos excogitare mẽs valet, in illã sũt effusi, & præ-

Psalm. 118. 170.

Ambros.

Galatinus.

Catharin.

Driedo.

Greg. Mag. Beda.

Abulens.

& præterea attraxit, qui humanam excedunt capabilitatem. Cur illi eam inficiaberis gratiam, quæ regiæ maieſtati congruit, imò quam exigit imperium Chriſti? Et ſi exigit imperium Chriſti, expoſtulat eam quoque Mariæ principatus, qui alius à Filij regno non eſt: idem enim quod poſsidet Filius, communicat Matri. Et quid, exoro, indignius Chriſti imperio, quàm humilis ſervitus, & vile mancipium dæmonis extitiſſe aliquando? Apage, ut tantæ reginæ hanc maculam obijciamus. Dignitas ergo illius divinam ingreſſa præſentiam, talem proculdubio gratiæ prærogativam adepta eſt, quæ eam efficeret, pro dignitatis eius exigentia, ab omni originali ſervitute immunem.

29 Et quidem originalis lues maximè nobili regni dominio contrariatur. Nã mulier, quæ illi primum aditum reſeravit, conijnxque cauſa fuit, ut illa pollueretur, ſpecialis ſervitutis notæ ſubiacuit, & quæ viro dignitate par fuerat procreara, æqualiterque cum eo rerum dominium obtinuerat, non ſolùm cum viro imperij ruinam ſubijt, ſed eius fuit principatui ſpecialiter obnoxia, ſervitutem enim tanquam cõdignam criminis muliebris pœnam divina iuſtitia, quæ omnia æquâ lance librat, excogitavit. Num non ſpectas, quomodo primæ culpæ ſtatus quædam ſervitutis diſcentia, & dominij dediſcentia eſt? Auſculta Iſidorum apud Lypoman. *Homo imago Dei, & ad imaginem Dei dicitur, nam & regni & principatus, & virtutis Dei imago dicitur: tum etiam quia immortalis animi immortalem Deum refert. At ſi dixeris hac ratione, mulier quoque imago & gloria Dei eſt: cùm tamen Paulus aliter dicat: Virum ſcilicet imaginem & gloriam eſſe Dei, mulierem verò gloriam viri. Sctre debet eiuſdem gloriæ fœminam conſortem fuiſſe, antequàm peccaſſet. Sed poſt peccatum gloriam illam amiſiſſe, & viro ſubiectam fuiſſe.* Quapropter tribunal tenens divina iuſtitia, ut reos, proportionatam uniuſcuiuſque criminis pœnam infligens, plectebat; deveniens ad mulierem ſic ait: *Multiplicabo ærumnas tuas & conceptus tuos. In dolore paries filios, & ſub viri poteſtate eris, ipſe dominabitur tui*, Geneſ. 3. 16. Accedit Procopius eleganter ſic verba faciens: *Deus cùm utrumque creaſſet, voluit ut tam vir, quam mulier eadem pollerent dignitate: nec ea inter utrumque erat dignitatis & honoris differentia, ſicut patet ex his verbis: Faciamus hominẽ ad imaginem & ſimilitudinem noſtram; & iterũ: Faciamus ei adiutoriũ ſimile ſibi. Nec inquit, ut in reliquorũ creatione fiat mulier? Verùm quia Eva decepta eſt, accidit, ut ſuã dignitatem amitteret, & in ſervilẽ devolveretur conditionem. Adamus tamen non deceptus eſt, ut docet Paulus ſed mulier malè imperitans prævaricationis cauſa fuit viro. Quapropter quaſi non rectè imperaſſet, ex libera & ingenua alieno viro ſubijcitur, & fit ſerva*; & paulò inferiùs: *Cauſa erat peccatum, propter quod nunc mulier ſua poteſtate & imperio exuitur. Hoc quidem ſciens Paulus, probibet mulieri, ne doceat publicè, primitùs enim malè docuit. Nec permiſit mulieri dominiũ in virũ, ſiquidem primitùs perperam imperavit viro. Iuſsit autẽ eã omnem imperandi poteſtatem concedere viro. Cauſam quoque eius enarravit Paulus dicẽs: Adã deceptus nõ eſt, ſed mulier circumventa tranſgreſsioni facta eſt obnoxia.* Cùm ergo primo peccato eiuſq; per cõmunem propagationem illapſui propriè reſpondeat abiecta ſervitus & infamis ancillatio, indignum profectò Deo erat & illius providentiæ ordini, ut mulier, quæ in reginã uniuerſalẽ creaturarũ & regni Chriſti comitem prædeſtinabatur, in eam labem impingeret, quæ petebat illã ſervitutis dãnari: perperã dedicatur imperiũ & auguria deſumit ab infami & ærumnoſo famulatu.

Iſidorus.

Gen. 3. 16.

Procopius.

30 Illuſtre ſanè teſtimonium, quo præfatam veritatem fulcias, tanquã non ignobile genium tibi præſentabo. Expende verba illa, quæ ſerpenti in eius vindictam criminis detulit Deus: *Inimicitias ponã inter te & mulierẽ, ſemen tuũ, & ſemẽ illius, ipſa conteret caput tuũ*, Geneſ. 3. 15. verè hîc quid magnum & glorioſum de muliere enuntiatur, & plurimum imperij redolens, nempè ſubactio ſerpentis & illius capitis attritio. Et cur hoc ſerpẽti dictum eſt, nõ verò Evæ? Quare adſtante ſerpente Evam alloquens non dixit Deus, inimicitias ponã inter te & ſerpentem, ſemen tuum & ſemen illius, ipſa conteres caput eius, & ille inſidiabitur calcaneo tuo: forſan non plus doloris ſerpenti afferret horum ad mulierem, quàm ad ipſum relatio? Scrutare pariter & demirare divinum ingeniũ. Cùm hæc in ſerpentem ſententia quid mulieri glorioſum & imperioſum portẽderet, cernens mulierem Deus peccato ſuo involutam, quod illi peperit ſervitutem, indignamque eam cenſens, de qua functio aliqua imperij prædicaretur, eiuſmodi imperij vaticiniũ ad illã non direxit, ſed ad ſerpentem; ut tã ſerpens quã Eva intelligerẽt, mulierẽ, quæ ſerpẽtis caput cõfractura deſtinabatur, nõ futurã quidẽ Evã, quæ ab omni imperij ſplendore per ſuum flagitium ſe abalienaverat; ſed fœminam aliam, nempè Mariam, regno & imperio natam, in quam nihil primi

flagitij foret inſtillandum; ut ſe præbèret imperialibus victricibuſque functionibus idoneam. En oppoſita Maria Evæ in primo peccato. Evæ enim, eò quòd ſe primo flagitio contaminaverit, denegatur imperiū in caput ſerpentis, & ideò nequaquam ei illius contritio denuntiatur. Indicitur autem ſerpenti mulierē fore, quæ illius caput cōminueret, ſcilicèt mulierem, quæ Evæ flagitio non communicaſſet, ut gloriam imperij, quā illa amiſit, poſſet ſuſtinēre. Perbellè rem excogitavit Rupertus lib. 2. de vict. verbi Dei, cap. 16. *Cur hoc ad ipſam mulierē nō dixit? Poterat nāque ubi dixit mulieri: Multiplicabo ærumnas tuas, & cōceptus tuos, &c. hoc ipſum ſic ad eā dicere: Inimicitias ponā inter te & ſerpentem, & ſemen tuum, & ſemē illius, &c. Cur ergo nō dixit? Nimirū quia propter peccatum & peccati defenſionē hoc mulier non merebatur, ut iam tunc ad eam promiſſiones tales, promiſſiones tantæ gratiæ faceret Deus. Deinde quia non ad ipſam Evā, ſed ad alterā eiuſdē ſexus perſonā, videlicèt ad beatam Virginem Mariam, intendebat ipſe, qui loquebatur. Rectè igitur non ad mulierem malè meritam facta eſt auxiliatricis gratiæ promiſſio, ſed potiùs ad ſerpentem hoſtilis & bellica comminatio.* Ergo quia Eva primo fuerat peccato conſpurcata, tantum ab imperio deſcivit, ut nec imperij vaticinium demerita fuiſſet audire. Quod quidem in Mariæ gratiam iam effundebatur, utpotè nihil primæ mulieris ſordis attracturæ: repugnat namque imperio primævæ maculæ influxus.

Rupertus.

31 Nec mireris infamem ſervitutē in rei productione emergentem, eam prodere ineptam regno & ſceptro indignā, cùm vel nobilis ſubiectio in creaturæ formatione vigens illi portendat ſervitium, alienāque à principatu indicet. Nulla ſanè nobilior ſubiectio, quàm quæ Deo omnium principi exhibetur, & tamen cùm in rerum productione miſcetur, eis præſagit humilem famulatum; imò earum creationem hac ſubiectione & obedientiā vult Deus compingi, ut notā eas perpetuæ ſervitutis inurat. Celebre eſt illud diſcrimē, quo Deus inanimatas, irrationaleſque creaturas ab homine voluit iri diſtinctas: illæ enim, interveniente Dominico imperio, ex nihilo deducta proceſſerunt, illarumque creatio quædā obedientiæ ſubiectio fuit, obedientia enim velùt obſtetrice partæ fuēre: *Fiat lux, & facta eſt lux*, Geneſ. 1. 3. *Fiat firmamentum. Germinet terra herbam virentem.* Humana autem formatio non quidem imperio interveniēte, ſed inito ſanctæ Triadis concilio & præviā conſultatione conſtitit, nec ad vocalem fuit iuſſionē erecta, ſed Dei manibus elaborata. *Et ait: Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinē noſtrā*, Geneſ. 1. 26. & *Formavit igitur Deus hominē de limo terræ, & inſpiravit in faciē eius ſpiraculum vitæ.* Geneſ. 2. 7. Cur ergo rerum omnium creationē præter humanam ſtatuit Deus ſubiectione ſubigi, humanā verò voluit conſilio ſuo & manuum operā honorare? Credam, ut illis portenderet ſervitutem, homini verò imperium: innuit Deus tam famulatū, quàm regnum ab ipſa rerum origine eſſe auſpicandū & indagandum; rei enim, cuius prima productio ſubiectioni annectitur, perpetua imminet ſervitus: & ita creaturæ, quæ in hominis obſequiū parabantur, obtinuerunt formationē ſubiectioni infixā. Atverò hominis productio, qui in omniū principem deligebatur, ipſo fuit divino conſilio & ingenio nobilitata, adeòque à ſubiectione aliena, ut ſummum imperatorem cogeret ſibi veluti inſervire. Optimè Tertullianus lib. de reſurrect. carn. cap. 5. *Ad diſtantiā enim provocamus: primò quidem, quòd omnia ſermone Dei facta ſunt, & ſine illo nihil. Caro autē & ſermone Dei conſtitit propter formā, ne quid ſine ſermone. Faciamus enim hominem antè præmiſit: & ampliùs manu propter prælationem, ne univerſitati compararetur. Et finxit (inquit) Deus hominem: Magnæ ſine dubio differentiæ ratio, pro conditione ſcilicèt rerū. Minora enim quæ fiebant, eo cui fiebant, ſiquidē homini fiebāt, cui mox à Deo addicta ſunt. Meritò igitur ut famula iuſſu & imperio, & ſola vocali poteſtate univerſa proceſſerant. Cōtrà, homo, ut Dominus eorum, in hoc ab ipſo Deo extructus eſt, ut Dominus eſſe poſſit, dū fit à Domino*, & ſtatim cap. 6. *Perſequar itaq; propoſitū, ſi tamen tantū poſsim carni vindicare, quantum contulit ille, qui eam fecit, iam tunc gloriātem quòd illa puſillitas, limus in manus Dei, quæcunque ſunt, pervenit ſatis beatus, & ſi ſolummodò cōtactus. Quid enim ſi nullo ampliùs opere ſtatim figmentū de contactu Dei conſtitiſſet? Adeò magna res agebatur, qua iſta māteria extruebatur. Itaquè toties honoratur, quoties manus Dei patitur, dū tāgitur, dū decerpitur, dū deducitur, dū effingitur. Recogita totum illi Deum occupatum ac deditum manu, ſenſu, opere, conſilio, ſapientia, providentia, & ipſa in primis adfectione, quæ lineamēta ducta bat.* His alluſit Procopius ſuprà num. 29. ubi contendens, fœminam æquè ac virum liberam & ingenuam creatam: *Numquid* (inquit) *in reliquorū creationē, fiat mulier?* Si ergo providentiæ divinæ conſilium à rerum primordio in-

Geneſ. 1, 3.

Gen. 1. 26.

Geneſ. 2. 7.

Tertul.

inſtituit rem, in cuius productionem influebat ſubiectio, quamvis nobilis & ingenua, ſervituti dedicandam, & famulitij notâ reſignandam; quæ ſana ratio adſtruet Mariæ conceptionem, quæ in rerum principem creabatur, vili & ſordidæ ſubiectioni, & quæ Deo contrariabatur, fuiſſe infibulatam? Num à ſuo conſilio excidit Dei providentia? Iam maturum ſuum ordinem tanquam deordinatum refellit?

Proverb. 8.22. LXX.

32 Ideò Maria ait: *Dominus poſſedit me in initio viarum ſuarum*, Proverb. cap. 8.22. Alij ut LXX. transferunt: *Dominus condidit me, creavit me initium viarũ ſuarum ſuper opera ſua.* Atverò iuxta Athanaſ. ad decreta Nizænæ Synod. ſi vocis Græcæ vis & poteſtas ſpectetur, ſenſus horum verborum eſt, Deus creavit me principem, ſeu operibus ſuis condendis præfecit me. Sic enim habet: *Non eſt ſimplex, aut una ſignificatio verbi* ECTISI: *hic enim ectiſi intelligendum, nõ fecit, ſed præfecit operibus, ſed tamen per filium conficiendis. Neutiquam ergo illud ectiſi ſic accipias tanquam ſi dixiſſet, fecit me: Differunt enim facere & ectiſi, quia nimirum non tam dicendum fecit, quàm præfecit.* Athanaſ.

Hæc verba licèt plures ſint Patres, qui de Sapientia incarnata interpretentur, nõ pauciores ſunt, qui ea de beata Virgine exponãt, ut ſuperiùs monſtratũ eſt. Ergo ut Maria prodat ſe in Reginam electam & regno deſtinatam, modum ſuæ creationis inducit, cui nihil fuerit ſervile admixtum, ſed fauſta & auguſta omnia, & imperium redolentia, nimirum à Domino ſe conditam & creatam ait: erat enim magnifica fuit ipſius formatio & ſumptuoſa, ut divinæ manus illi ſtuduerint, divinumque conſilium invigilaverit; & quia hoc nitore condita, ideò à ſua productione habuit, quod rebus omnibus præficeretur. Nam eo honore & maieſtate produci, nil aliud fuit quàm eã ex tunc univerſalitatis principatui præfici. Et forſan hoc percallens Tertul. & locum hunc Proverb. ob oculos verſans, verbis num. præcedenti relatis adiunxit: *Quodcunq; enim limus exprimebatur, Chriſtus cogitabatur homo futurus.* Tertul. Quaſi dicat: ideò manibus Dei limus ille tractabatur & honorabatur, ideò totus illi erat Deus occupatus, ac deditus, manu, ſenſu, opere, conſilio, ſapientiâ, providẽtiâ & amore: quia non tã Adami caro cogitabatur, quàm Chriſti caro, quæ eſt Mariæ caro: qui non tam de carne Adami rerum omnium dominio, quàm de carne præficiẽda Mariæ, quæ carne ſuâ Chriſtum erat amicturа, agebatur. Et quia in creatione primi parentis, in qua ille potiùs regni purpuram, quàm candidam percipiebat, non tam ille quàm Mariæ & Chriſti caro Dei oculis occurrebat; ideò tam Chriſtus, quàm Maria intonat: *Dominus creavit me principem & præfecit me ſuis operibus*: creationem primi Adami uterque reſpiciens, in qua nõ tam Adamo, quã illis fingendis Deus magnifico illo operis apparatu incumbebat.

33 Specialiter prærogativa puriſsimæ conceptionis tanquam debita Mariæ aſſurgit ex imperij dignitate, quâ erga cœleſtes intelligentias præpollet. Nil invenies vulgarius, quàm Mariam Dominam Angelorũ appellari: conſentit Patrum corona: & in primis Sanctus Ildefonſ. lib. de virginitat. ſanct. Mar. Mariam cum Angelis conferens eam adſtruit perfectiorem & ſublimiorem; inquit enim: *Tu ſancte Gabriel Angele Domine, qui mitteris ad Virginem Iſrael, qui venis ad Matrem Domini, qui properas ad ſingulare virgineum decus in mundo: enarra, quid incorruptius, quid ſincerius, quid integrius, quid ſolidius inter virginitatem maternam & conditionem Angelicam? Inter virgineam fœcunditatem, & Angelicam formationem? Inter incorruptibile virgineum decus, & Angelorum exordium? Inter pudorem prole peractum, & Angelicæ nobilitatis initium? Virgo quæ fœcundatur, & non corrumpitur, an Angelica celſitudo, cuius pars in ruina proſtratur? Decus virgineum, quod & poſt partum enitet, an nobilitas Angelica, quæ poſt gloriam culminis damna ſuſtẽtat in ſocijs? Integritas materna, quæ & poſt partum prolis concreſcit in gloria virginis, an conditio Angelica, quæ detrimentis læſa eſt in electis? Beatitudo Matris, quæ inde fit generatio Dei, unde neſcia eſt corruptionis: an infelicitas Angelicæ plebis tuæ, quæ ante ſoliditatem incurrit diminutionem partis multitudinis ſuæ? Certum eſt, quòd Angelorum caſtra ſuperbia rupit, cuneos eorum præſumptio minoravit, plebes ipſorum pravitas diminuit, turbas ipſorum elatio colliſit. Nam virginitatem Dominæ meæ genita proles, nec introiens, nec exiens læſit, nec cõcepta, nec nata violavit, nec eã, cùm hoſpitaretur in illa, triſtavit; nec illam, cùm egrederetur, incorruptione privavit, &c.* Ildefonſ. & Richardus de S. Laurent. lib. 4. de laudibus B. Mariæ, ſic altitudinẽ ſanctitatis, quâ ſuper Angelos evehitur Maria, aperit: *Maria non ſolùm dignitatem excedit omnium Sanctorum, ſed etiam dignitates omnium cœleſtium Virtutũ. Superior enim eſt Angelis gloria, quia plus meruit, ſcilicet quòd Dei Filius aſſumeret ex ea naturam humanam, qui noluit aſſumere Angelicam, ad Hebr. 2. Nuſquam Angelos apprehendit, ſed ſemen* Richar. de S. Laurent.

Abrahæ apprehendit: superior partu, quoniam Dominum Angelorum genuit; superior honore, quoniam eam Deus super choros Angelorum collocavit, & ideò admirabilis etiam est ipsis Angelis. Vnde dicunt Cant. 8. Quæ est ista, quæ ascendit innixa super dilectum? Cùm ipsi sunt sub dilecto. Superior virginitate, quia in carne fragili, quod non Angeli, præter vitia carnis vixit: superior revelatione, quia sicut dicit Bernardus, Dominus secretum suæ incarnationis, priùs ipsi quàm alicui Angelorũ revelavit, excepto dumtaxat Gabriele, qui utique tantæ inter suos inveniri potuit excellentiæ, ut tali nomine dignus haberetur, & nuntio. Superior contemplatione Dei, quia cùm iam sit resuscitata, ut verè creditur, Regem gloriæ in decore suo vident oculi eius, nõ solùm intellectuales, sed etiam corporales, quales Angeli non habent, qui intellectualibus oculis solummodò vident, unde & dicuntur intelligentiæ. Item superior est Angelis, quia nulli Angelorum subiecit Pater orbem terræ, sed Filio Mariæ, sicut dicitur Psalm. 8. & ad Hebr. 2. & quia omnia sub pedibus eius, nil dimisit non subiectum ei. Tota verò excellentia Matris à Filij excellentia derivatur. Hinc iã consurgit in Angelos Mariæ imperium: ob tot tantasque excellentiarum gratiarumque prærogativas, quibus beatis spiritibus præeminet, digna quidem fuit, cui obediẽtiam & subiectionem tanquam Imperatrici sui supernæ intelligentiæ deferrent. Vnde D. Bonavent. ait in speculo Virgin. *Duæ famulæ, quarum Domina est Regina Maria, sunt Angelica & humana creatura, humana est famula illa, quæ sequitur Dominã suam in mundo colligens vestimenta Dominæ, hoc est virtutes & exempla Mariæ. Angelica verò est illa altera, supra quam in cœlo innititur se satiando, ac deliciando cum Angelis: innititur insuper tanquam potentissima Angelis imperando. Nec mireris quod Angelis innitatur, quæ vel super dilectum innixa graditur, Cant. 8. Quæ est ista, quæ ascendit de deserto deliciis affluens, innixa super dilectum suum?*

D. Bonavent.

34 His prælibatis, iam ad deducendam ex Angelorum imperio, quod Maria consequitur, purissimam eius conceptionẽ devenio. Verè ut Apostolus Paulus Christum Dominum induceret caput & principem Angelorum, illum præmisit divinitatis plenitudinem continentem, ipsamque in illo habitantem: *Quia in ipso inhabitat omnis plenitudo divinitatis corporaliter, & est is in illo repleti, qui est caput omnis principatus & potestatis*, ad Colossen. 2. 9. ubi respicit Paulus ad nobilem Christi originem, eamque manifestat, ut exinde imperium illius in principes virtutes pandat. Ideò ait, plenitudinẽ divinitatis inhabitare in Christo corporaliter, id est Christi corporirealiter unitam, ex quo, quàm ingenua processerit Christi conceptio, dignoscitur. Sic Angelicus Doctor in præsenti: *Alij Sancti inhabitantur solùm secundùm animã, non secundùm corpus, Roman. 7. Scio, quòd non habitat in me, id est in carne mea, bonũ: sed in Christo divinitas inhabitat corporaliter: quia inhabitatio Dei, qua Sanctos inhabitat, est per operationem, id est per amorem & cognitionem, quod est opus solius mentis rationalis, sed in Christo inhabitat per assumptionem hominis in unitatem personæ. Vnde quidquid pertinet ad hominem, totum inhabitatur à Deo, & ideò caro & mens inhabitatur, quia ambo sunt unita verbo, Ioann. 1. Et Verbum caro factum est.* Purissimâ Christi conceptione evolutâ, ascendit Paulus ad imperium Christi in Angelos demonstrandum: *Qui est caput omnis principatus & potestatis.* Vt adnotavit Anselmus: *Nec mirum si in vos per eum trãsfunditur divina gratia, qui tantæ excellẽtiæ est, ut sit caput omnis principatus & potestatis. Neque enim est ullus principatus, aut ulla potestas in cœlo, sive in terra, qui huic capiti non subdatur, atque ab hoc capite regatur.* Et hoc maximè fuit divinæ providentiæ & ordini rectæ politiæ valdè conveniens, non enim debet esse aliqua gratiæ prærogativa, vel privilegij, aut dignitatis excellentia in subditis, quam in principe speciali quodam gloriæ nitore præfulgere non oporteat. Quod documentum præstruxit divina Sapientia in prima regni inauguratione, cuius ipsa extitit author. Prior, quem divina electio in Regem captavit, fuit Saul: is autem in medio consistens populi sublimior reliquis evasit: *Stetitque in medio populi, & altior fuit universo populo ab humero & sursum*, 1. Reg. 10. 23. Si autem indages, cur in regnum à Deo promotus procerior subditis emerserit? Credã, id præordinatum à Deo, ut illa exteriori & materiali corporis excellentia edoceret, quale debeat esse regij animi insigne, quo ab inferiorum humilitate discernatur. Profectò eam oportet esse Regis generosam notam, quæ excellentiorem proceriorem q; Principem animi dotibus & virtutis ostenter, cuique subditorum nemo in illo gratiæ munere audeat exæquari. Ideò subiungit Samuel: *Certè videtis, quẽ elegit Dominus, quoniam non sit similis illi in omni populo.* Hoc est divinæ electionis testimonio eum regno præficere, qui virtutis vertex in medio

Angelicus Doctor.

Anselmus.

1. Reg. 10. 23.

Ad Colossen. 2. 9.

dio populi conſtitutus appareat. Quàm eſſet indecens & indecorum, ut ſubditus poſſet adverſus Principem de vel unius virtutis præeminentia gloriari, & eb id ſuo ſe Principe iactare ſuperiorem. Agnovit divinum hoc conſilium Gloſſ. Moralis: *Altior fuit univerſo populo, per quod ſignificatur ſupereminentia virtutis, quæ debet eſſe in promoto:* & poſt illã Abulenſ. *Certè videtis, quẽ elegit Dominus, quoniã non ſit ſimilis illi in omni populo, id eſt manifeſtum eſt, quòd iſtum elegit Dominus. Quaſi dicat: Deus nõ poteſt errare in eligendo, ſed ſemper eligit, quæ meliora ſunt. Ideò quando manifeſtum eſt, quòd aliquid, quod eligitur, eſt melius omnibus alijs, inter quæ ponitur electio, conſtat illam electionem eſſe à Deo. Ita declarabat hic Samuel, ſcilicet quia manifeſtum eſt, quòd eſſet Saul celſior toto populo, ex hoc arguebat excellẽtiam illius, quoniam non eſt ſimilis ei in omni populo. Scilicet non eſt ſimilis in corporis magnitudine, quoniam ab humero, & ſurſum excedebat ſuper omnem populum. Et ſicut arguebat Samuel de magnitudine corporis ſuper alios: ita etiam arguebat, quòd nõ eſſet ei aliquis ſimilis quantum ad alias perfectiones ſpirituales. Nã modicum proficiebat corpore cæteros excellere, niſi ſimul & bonitate præſtaret. Maiora enim bellua rum quàm hominum corpora ſunt, ſed ex hoc non arguimus maiorem eorum excellẽtiam: erat tamen Saul cæteros bonitate excellens in toto Iſrael; ſic dicitur præcedenti capite: Erat ei filius vocabulo Saul electus & bonus, & non erat vir de filijs Iſrael melior illo.* Gloſſ. Moralis.

Abulenſ.

Hic iã Gloſſa ſummentem attollens myſterium Chriſti principatus agnoſcit: *Saul aſinas patris quærens in regno aſſumptus eſt: Salvator miſſus ad oves, quæ perierunt domus Iſrael, ſuper omnem populum conſtitutus eſt. Tot enim ſunt aſinæ quot oves. Saul accepit armum, & Chriſtus principatum. Saul à Samuele eſt unctus, & unigenitus à Patre ſpirituali unctione delibutus. Ab humero Saul ſupereminebat; quia caput noſtrum ſuper nos eſt Chriſtus.* Gloſſa.

Hic divinæ electionis eſt ordo in ipſo Rege Domino dedicatus, ut qui in regnum adciſcitur, deſpici non poſſit ab inferioti, quod inferior ſibi de aliqua perfectione blãdiatur, quæ in Principe non enituerit, vel aliquã maculã caruiſſe ſibi plaudat, quã fuerit aliquando Princeps contaminatus. Iam ad Deiparam deveniamus: divina Sapientia in ordine gratiæ tot muneribus Mariam cumulavit, ad tantum perfectionis verticem advocavit, ut Angelorum cuneos tanquam demerſos aſpexerit, ſibi eam in eorum Imperatricem accinxit, & in Principem deſtinavit. Num, quæſo, defecit in ſola Maria ſtatuta divinæ providentiæ ſeries? Quæ ſemper ſatagit, ut quid dignitatis & gratiæ ſubditos reſperſerit, uberiori in bre effluat in Principem: Mariam præeligens in ſacrorum ſpirituum reginam ab hoc declinavit tramite? Optavitque, ut Angeli ſe poſſent iactare origine nobiliores quàm ſuam Heroinam? Subditis originalẽ ingenuitatem conceſsit, quam Imperatrici eorum eſt inficiata? Privilegij nobilitatis avara fuit erga Reginam, & illius erga ſubditos liberalis? Initia vitæ deducẽtem Mariam vacuam gratia voluit conſpici, & inferiorum primordia ea illuſtrata? Hoc profectò à divino exorbitat cœleſtis providentiæ inſtituto. Itaq; ex eo quòd Maria ſceptrum ſuper Angelos tenuit, & in eorũ Principem fuit à Deo prædeſtinata, ne divinæ electionis ordini iniurij ſimus, fateri adſtringimur prærogativam puriſsimæ originis Angelis impertitam, fertiliori manu & liberaliori gratiarum effuſione Mariæ Imperatrici fuiſſe delatã. Ac proinde de Mariæ in Angelos imperio iuxta imperij Filij in eos normam philoſophare tenemur, credereque, quòd quemadmodum Filius ut ſe Angelorum Imperatorem prodat, ab Apoſtolo ab origine immunis oſtenditur, quia nobili origine illi prædi ti fuêre. Sic Mariã ingenuam duxiſſe originem, ut nobilibus ab origine ſubditis imperaret. Hoc philoſophandi ingenio, functus fuit Richardus de S. Laurent. lib. 1. de laudibus B. Mar. *Plenitudo Sanctorum, quæ communis eſt, habet redundationem, quia animam replet interiùs, & effluit exteriùs per operationem. Vnde Actor. 2. Repleti ſunt omnes Spiritu ſancto. Ecce plenitudo interior: & cœperũt loqui: ecce redundatio exterior. Plenitudo Chriſti negat particularitatem. Non enim ad menſuram dedit ei Dominus Spiritum ſanctum, Ioan. 3 ſuper hoc Gloſſa. Nõ particulariter, nec per ſubdiviſiones, ſed univerſaliter & generaliter. Vnde & dicitur Coloſſen. 2. In ipſo complacuit omnem plenitudinem divinitatis habitare corporaliter. Plenitudo autem beatæ Virginis privat vacuitatem. Quandiu enim vas aliquod plus aliquid poteſt capere, tandiu habet aliquid vacuitatis. Vnde omnis alia creatura aliquid habet vacuitatis, quia maiorẽ gratiam recipere poteſt. Ipſa autem ſic uſquequaque plena gratia fuit, quia maiorem grãtiam habere non potuit, niſi ipſa divinitati uniretur, hoc eſt, niſi ipſa eſſet Deus. Hæc eſt plenitudo de qua ſpecialiter dicit Angelus: Ave gratia plena. Hæc ita propriè eſt beatiſsimæ Virginis, quòd etiam Angelus proprium nomen eius tacuit, ut plena gratia* Richar. de S. Laurẽt.

tia deinceps vocaretur. Si plenitudo Mariæ privat vacuitatem gratiæ, ergo & eam vacuitatem opplevit, quæ posset esse in eius conceptione, si communem vacuitatē Adami contraxisset: & possent in eo eventu vēditare Angeli se fuisse gratiâ pleniores quā Mariam: siquidem in Marianæ vitæ protelo aliquid inventum est vacuum; nempè primum instans, quod in ipsis plenum repertū est. Nec tunc posset dici Mariam maiorem gratiam habere non potuisse, cùm eam amplitudinem gratiæ posset sortiri, quæ illius instantis vacuitatem occuparet. Et perpēde cœlestis Paranimphi ingeniū: cùm enim legationem delaturus posset Mariam nomine proprio primò salutare, dicens: Ave Maria gratiâ plena; nomen suppresit Mariæ, & tantùm *gratia plena* pro nomine illi esse voluit. Quamvis enim Maria significet Domina, & Dominam Mariam si appellaret, se illius famulum fateretur, præelegit rationem, seu privilegium priùs aperire, ob quod beata Virgo dominationem in cœlestes cives obtinuisset, nempè eam plenitudinem gratiæ, quæ primum eius vitæ instās ingrediens & maiori impetu quàm initia Angelorum vitæ locupletans eam in omnibus Angelis superiorem depallaret. Et hac uberioris gratiæ prærogativa demonstrata, secundò virginem alloquens iam appellat
Luc. 1. 30. Mariam: *Ne timeas*, inquit, *Maria*, Luc. 1. 30. Quasi dicat: quia pleniori gratiæ copiâ, quæ in te ab origine illapsa est, æthereos meos concives præstas, digna es, quam eorum nomine Principem & Reginam omnium appellem: & ideò; *ne timeas Maria.*

35 Stabiliri hoc firmiùs potest ex doctrina S. Thom. Nam 1. par. quæst. 61. art. 3. discutiens, in quo fuerint loco Angeli
S. Thom. creati, ita decernit: *Dicendum, quòd sicut dictum est, ex creaturis corporalibus & spiritualibus unum universum constituitur. Vnde sic creatæ sunt spirituales creaturæ, quod ad creaturam corporalem aliquem ordinem habent, & toti creaturæ corporali præsident. Vnde conveniens fuit, quòd Angeli in supremo corpore crearentur, tanquam toti naturæ præsidentes. sive id dicatur cœlum Empyreum, sive qualitercunque nominetur.* Ex sententia ergo S. Thom. ex eo quòd Angeli ex sua prima productione creati sunt in Principes totius corporalis creaturæ, oportuit, ut eorum creatio nobilitatem à loco capesseret, & sic supra omne corporale fastigium efferretur: indignum enim erat, ut eorum creatio, ad quos corporeæ materiæ principatus spectaret, corpori subesset. Sic ergo conficio argumentū. Ignobilior sanè est, & detestabilior illa originis turpitudo, quę à corruptione & infamia principij fluit, quàm ea, quæ ex loci humilitate desumitur; hæc enim extrinseca est, & à foris rem productam connotans; illa verò intima & rei substantiam inficiēs: sed Angelorum præsidentiam & moderamē in creaturas corporales deducebat humilitas à loco desumpta, nempè quòd earum productio alicui corpori subiacēret, & demergeret inferior: ergo imperiū Mariæ in Angelos dedecebat maximè originis turpitudo ex suo principio descendens, & quòd eius origo humilior existeret eorum exordio, quibus dominatura præparabatur. Quis divinam providentiam desidiæ non incusaret, cùm eam intueretur satagentem de Angelorum creationis nobilitare, qui in præsides corporeæ substantiæ instituebantur, & sic conantem quòd eorum productio verticem tenēret materiæ corporalis: nihil verò de Mariæ formatione curantem, quam in Angelorum Reginam exerebat; & sic permittentem, ut origine non solùm inferior Angelis evaderet, sed ea compacta ignominia, quam Angeli horrerent?

36 Dices: nihil in eo inhonestum, aut deordinatum reperiri; nam ut dignè aliquis imperio præficiatur, non obest præterita & iā purgata originis impuritas: quod enim elapsum est, iam non est; & solùm talis in eo expetitur cumulus, quem nullus ex subditis æmuletur. Verum est, quòd abolita macula non perseverat, & quòd turpitudine originis expuncta liber quis & ingenuus censetur, sed quemadmodum verum est, nō esse iam, quod elapsum est, sic est verum, semper aliquando fuisse. Post immersam gratiam in animum, verum est ignominiam originis non existere, sed extitisse etiam verum est, & non nihil maculæ & indignitatis est, quia si ad extensivam munditiam inspicimus, mundior est, qui immundus nunquā fuit, quàm qui exiit aliquādo immundus, quantumvis se velociùs à sorde expedierit. Et hoc maculæ genus respicit Angelorum principatus, qui à sua origine puritatē hauserunt. Præterea quia obiectum argumentū ex manifesta fronte militat adversus traditam doctrinam D. Thom. nā similiter posset dici ad dignitatem & præsidentiā spiritualis substantiæ in corporalem nihil cōducere, quod spiritualis fuerit indepressiori corporali loco creata; poterat enim statim ad culmen evehi super omnia corporea, & sic pro substantiæ suæ dignitate & fastigio sibi subditis dominari. Quamvis enim humilitas originis à loco proveniens per ascensum ad sublimiorem manēret abolita, tamen macula illa non evincebatur, quæ oriebatur ex eo, quòd illorum creatio aliquan-

quando humilis extitiſſet, & hanc indicavit S. Thom. indignam ſubſtantiæ principis. Quapropter aſſeruit cõveniẽs fuiſſe, quòd Angeli in ſupremo loco crearentur tanquã totius naturæ præſidentes.

37 Hæc verò deformitas, quæ elucet in Mariæ Angelorum Reginæ conceptione impura, Angelis mũdam originem ſortientibus, ampliùs emicat, imò & deterret horrore fulminans, ſi eam dæmonum imperatricem contemplemur. Nam nemini dubium Mariæ dominiũ in teterrimos ſpiritus præſtitum: *Statura tua aſſimilata eſt palmæ*, Cant. 7.7. Autumo Deiparæ à Filio enuntiatum. Sed cur ſtatura Mariæ ſimilis palmæ prædicitur? Reor, quia palma celebre & generale Imperatoris, & ovantis inſigne præſefert. Proceritatem ergo palmæ, quæ ab imis ad ſumma recta & directa aſcendit, Mariæ oſtentat ſtaturæ, ut tam in inferos, quàm in cœlos intelligatur principatum & victoriam inferre, neminemque eſſe, qui imperij illius fugiat ſplendorem. Prætereà quia palma Dominicam crucem portendit, ſimiliſque crucis erectioni Mariæ ſtatus proditur, ut quemadmodum nulla creatura eſt etiam infernà, in quam crux ſuum non exerceat imperium, ſic nulla eſt, quæ à Mariæ ſe abſcondat principatu. Sic Richardus de S. Laurent. lib. 2. de laudibus B. Mar. *Maria ſtaturæ palmæ comparatur, id eſt Dominicæ crucis arbori triũphali, quia pro rectitudine perſeverantiæ ſuæ collata eſt ei hæc gratia, ut nominis eius devota invocatio, ſicut ſignum crucis Dominicæ malignos ſpiritus terreat, & expellat*: & in fine, lib. 5. inquit: *Statura tua aſſimilata eſt palmæ, quia ſicut ſignum crucis, quæ deſignatur per palmam, armatura ſpecialis eſt contra diabolum: ſic invocatio nominis beatæ Virginis, quod eſt Maria.* Sicut ignobilem originem duxiſſe etiam poſt maculam contractam iam abſterſam mundiſsimo animo non nihil ignominiæ affert: ſic etiam immundiſsimo ſpiritui non nihil gloriæ nobili præextitiſſe origine præditum. Conſtituitur Maria dæmonum imperatrix; quæ ſi in ſordidam impegiſſet cõceptionem, quantum eſſet deformitatis & indignitatis, ut ſubditi dæmones ſuum cum Mariano initio comparãtes, veraciter poſſent non ſolùm adverſus Imperatricem de illuſtriori origine exultare, & triumphalem iactare ſermonem, ſed in Marianæ vitæ exordium non immeritis convicijs & ludibrijs verè inſultare. Ideò Richardus de S. Victor. cap. 26. in Cant. ex principatu à Maria in dæmones nacto, nullum contagiũ diri ſerpentis in eam irrepſiſſe arguit: *Mũdi principem & caput iniquorum Beata Virgo ſeparavit, calcavit, & caput eius cõtrivit, dum perfectam munditiam ſervavit in corpore & humilitatem in corde, ut nullum locum rependi, vel in pectore eius, vel in mente habere potuerit.* Dum nullum rependi dæmoni locum negat in Maria, peccatum ei inficiatur originis. Nam originalis hiatus apertum aditum planamque viam ſerpendi colubro lethifero in humanũ animum pandit.

Cant. 7.7.

Richar. de S. Laurent.

Richar. de S. Victor.

38 Richardus verò de S. Laurent. ex perfecta oppoſitione inter Evam & Mariã ſtrata dominatum illius in Angelos infert, agnoſcens nobilibus ab origine intelligentijs non niſi ingenuæ originis ſceptrum debere principari, lib. enim 12. de laudibus B. Mar. ait ad illud Cant. 6.9. *Quæ eſt iſta, quæ progreditur quaſi Aurora conſurgẽs, pulchra ut Luna, electa ut Sol, terribilis ut caſtrorum acies ordinata?* Cant. 6.9. *Notandum, quòd Eva deſcendit, ſed Maria aſcendit. Vnde & ei competenter verbum tribuitur aſcendendi, Eva enim deſcendit tripliciter, primò per culpam inobedientiæ magis obediens ſerpenti quàm Deo, ſecundò per maledictionem, unde dictum eſt ei: Multiplicabo ærumnas tuas, & in dolore paries filios; tertiò per ſubiectionem. Vnde ſub viri poteſtate eris. Maria autem aſcendit contra culpam per gratiam, cõtra maledictionem per fructus benedictionem, contra ſervitutem per integram libertatem: efficta eſt enim regina Angelorum.* Expende accuratè, ſed lenter locum. Locus Cant. inducit progredientem Mariam ad vitalis ſpiritus fruitionẽ, ideò ab Auroræ ſtatu inchoat ſermonem, quæ quaſi conceptio & prima formatio diei eſt. Richardus verò gradiendi ordinem explicat per ſeriem aſcendendi, quaſi progredi Mariæ aſcendere ſit, & in quolibet greſſu aſcenſum ſibi pariat. Quãobrem ait ſcandendi vocem tanquam ſingulare inſigne appropriari Mariæ, ſi verò in primo vitæ greſſu originali piaculo fuiſſet obruta, non quidem aſcendens illa, imò nec gradiens, quæ æqualitatem indicaret veſtigiorum, ſed deſcendens appellaretur, nec verbum aſcendendi poſſet illi ut proprium adſcribi, cùm nomina à prima rerum functione dedicationem obtineant; in prima autem Mariæ actione, ſi in foveam originis incidiſſet, non aſcenſus, ſed deſcenſus eſſet dedicatus. Deinde pondera Evæ ter procidenti Mariam ter aſcendentem fuiſſe obiectam. Cecidit primò per culpam Eva, ergo primo caſui Evæ non communicavit Maria: cui ſi fuiſſet obnoxia, nequaquam Maria poſſet contra culpam primam Evæ aſcendens nuncupari. Vlterius adverte, quàm ex æquali oppoſitione & ſe mutuò expellente

Richar. de S. Laurent.

Cant. 6.9.

contrarietate triplex aſcenſus Mariæ triplici Evæ ruinæ reſpondeat. Quemadmodum enim primò corruit illa per culpam, aſcendit Maria per gratiam: quemadmodũ illa deſcendit per maledictionem ad partus gemitus & torturam, Maria per benedictionem benedicti fructus aſcendit ad partus tranquillitatem, levamen, & ſolatium: & tandem ſicut illa ad ſervitutem devenit, & coæquali anteà viro inferior effecta eſt, quæ omnibus eſt ſubiectio miſerior & calamitoſior: Maria ad dominium aſcẽdit ſuperioris naturæ, quod omnium eſt imperium feliciſſimum: nam ut illi imperaret, oportebat Mariam tantæ naturæ præfulgẽre privilegijs, & nobiliſſimam inducere originem. Ideò Richardus ait: *Cõtra ſervitutem, per integram libertatem: effecta eſt enim Regina Angelorum.* Quaſi dicatur in Reginam Angelorum Maria promoveretur, expediebat eam integrâ à peccato libertate frui, & perfectâ nobilitate, ſicut illi integri à peccato immunitate præditi erant. Cæterùm integra à peccato libertas appellari nequibat, quæ in ſui initio miſeram fuiſſet perpeſſa ſervitutem: quomodo enim integrum illud poteſt appellari, quod in ſui exordio imminuitur & decurtatur, & ab ipſo defectu tractum ſuum aucupatur?

39 Obijcies, oppetijſſe mortem ſanctiſſimam Dominam, lethiq́ue legibus ſubdiciſſe collum, quod ab Angelorum Regina deciſcit, immortalitatis enim munere illi conſigniti ſunt: ſi ergo ipſa mortalis, non Angelorum Imperatrix accerſenda, cùm in conceptionis prærogativa ab illis ſuperetur. Imò ex immortalitatis cenſu æſtimo Mariam dignam quæ Angelis imperet, nã ſub mortalitate degens, eo ſplendore immortalitatis & incorruptionis præfulget, qui nitori Angelicæ durationis præſtet. Profectò immortalem & immarceſcibilẽ ſubſtantiam triumphum de morte agere, eiuſq́ue diripere arma, inglorium facinus eſt. Quid mirum, quòd mors ſub immortalitatis onere prematur? Cæterũ quòd mortalis & decidua ſubſtantia morti metum incutiat, illius ſpolia diſtrahat, eamq́ue dilapider & atterat, inauditum portẽtum eſt, nec Angelicis poteſtatibus commune. Verè immortalitati non eſt, quod invideat, qui ſub mortalitate adeò immortalis evadit, ut à morte immortalitatem ſibi pariat, nec morti cedit, ſed mortem cogit, ut incorruptionis ſibi munia miniſtret. Vnde in Mariæ immortalitate plus ſpectant Angeli, quid ambiant, quàm quid ut ſibi inferius detrectent. Quapropter ex maieſtate & imperio, quo ſibi inſervire mortem compulit Maria, eius puriſsima origo & nobilis conceptio non invalidè fulcitur.

40 Si Anaſtaſio Sinait. ſolvamus fidem, non ſanè ignobilius ex inſignibus dominij originalis in Chriſto emergentibus, fuit victoria de morte reportata, quam morte ſuâ oppreſsit; talis enim moriendi novitas talem decebat originis novitatem, ut nobilitas conceptus ingenuitaſq́ue mortis, ut mutuò ſe aſpicientia prodigia pari virtute de dignitate decertent. Sic enim Anaſtaſ. lib. 7. Hexamer. *Rectè atq́ue in ſuo adventu ad homines quando carnem ſuſcepit Verbũ, appellatus eſt Dominus. quia tyrannũ inimicum noſtrum percuſsit, quia mortẽ morte affecit.* Ecce quomodo mortis ruina à mortali peracta, Chriſtum Regem & Dominum ab origine prodit. Quod quidẽ perbellæ innititur rationi: etenim mors hominem quantumvis iuſtum adoriens, nequaquam illius deficiebat virtus, aut vires infirmabantur, invaleſcebat potiùs reddebaturq́ue vegetior & veluti inſolentior. Nam cùm homo omnibus licèt virtutis ornamẽtis onuſtus, originali vulneri ſubiacuerat, quod aditũ reſeravit morti, & cui ipſa veluti innexa erat, ius ſuum & imperium in illo ſtabiliens, eiuſmodi vitam præripiens iure urebatur ſuo, nec prædonis, ſed inſtar ſe gerebat principis ditione ſuâ fungens, vitæq́ue ſtamina frequenter abſcindens, quaſi repetitis actionibus imperij ſui iura firmabat. Quocircà ut exarmaretur mors, regniq́ue ius amitteret, opus erat, ut alienam invaderet ditionem, imperijq́ue ſui terminos tranſiliret, & indebitam ſibi prædam poſſideret, tunc enim illius invalidaretur potẽtia, & in ſui attritionem impingeret. Oportuit ergo aliquem hominẽ ab originali culpa immunem prodire, quæ morti facultatẽ & copiam reſcribebat, in quẽ peccati ſpecie ineſcata mors ſtatim inveheret, maneretq́ue ipſa facta præda, ut quæ extra ſui regni terminos, quæ ſua non erãt, direptura inveniebatur. Anaſtaſ. Sinait.

41 Nunc optimam reſciſces rationem, ob quam Deus Abrahamo præcipiens filiũ Iſaac ut mactaret, cùm iam puer ſub ruenti gladio eſſet conſtitutus, deſcendentem cohibuit, intercepitq́ue, & in arietem cornibus hærentem inter vepres Chriſti Domini figuram impulit. Cur, quæſo, mortis iam paratura urgenti non vult Deus Iſaccum immolari, ſed arietem in filij ſui mortis pignus? Lethiferum vulnus cur à puero dimovet, & transfert in Chriſtum? Nempè quia noverat optimè Deus mortem in Iſaac ſe protipientem non aliena furari, ſed quæ ſua erant, utpote originalis labis ſigno inuita, diſsipare: Iſaac morti obijcere, non eſſet mor-

mortem debellare, ſed ſaginare. Reſervat igitur ſolers Dei providentia mortis ictui filium ſuum, hunc gladio ſupponit mortis, ut eum percutiens, qui originalis erat corruptionis expers, extra imperij ſui ſepta deprehenderetur, facilèque ſpolianda patêret; nam quæ poſsidet, iure nudatur, qui in aliena contendit. In Iſaac impetum faciens mors cum fragili & molli hoſte coniſcabat, atverò in Chriſtum irrumpens cũ duriſsimo fortiſsimoque arietis capite ſolidis originalis ſanctitatis cornibus munito, ideòque in primo coniſcantium congreſſu confracta & attrita mors fuit. Accipe Nazian. orat. 42. *Quæ ratio afferri poteſt, ut unigeniti ſanguine oblectetur, qui ne Iſaac quidem à patre oblatum acceperit, ſed ariete, irrationalis victimæ locum ſubſtituto, ſacrificium permutarit? Perſpicuũ utique eſt, patrem quidem accepiſſe, non tamen quod petierit, aut eo opus habuerit, verùm propter conſilium & adminiſtrationem, & quia per humanitatem à Deo aſſumptam homini ſanctitatem afferri oportebat; ut tyranno per vim ſuperato, nos liberaret, ad noſque per interiectum filiũ reduceret, hoc, ad patris honorem, cui in omnibus rebus cedere perſpicitur diſpenſantem.* Nazian.

Mentem Theologi interpretatus eſt Nizetas: *Pater enim diabolum condemnavit, ut qui filio ſuo mortẽ iniuſtè procuraſſet. Mors enim peccati pœna eſt: Chriſtus autem nunquam peccavit.* Hinc eſt, quòd Apoſtolus clamat: *Abſorpta eſt mors in victoria*, 1. Corinth. 15. 54. hoc eſt, voraginem ſibi paravit, ubi voluit victoriã extruere; ſicque in victoria, quam ambiebat, abſorta fuit, qui enim altiùs ſe evehitur, ut quæ ſupra ſuum ſunt imperium, elevantur, præripiat, non niſi præcipitium aſcendit, ex quo miſerè deturbetur. Quapropter ait Hieronym. Apoſtolum præindicatum locum decerpſiſſe à verſione LXX. Iſai. 25. 8. ubi noſtra Vulgata habent: *Præcipitavit mortem in ſempiternum*, nempè ex ea altitudine deiecta eſt, quam tanquam ſuam invaſerat, & quia in aliena arce inventa, ex illius turribus deturbata contrita eſt. His aſſonat Athanaſ. de paſsione & cruce Domini: *Fruſtratus eſt diabolus, dùm confligit cum vita, id eſt Chriſto. Non enim eum ſuperare potuit, ſed potius aculeũ ſuum amiſit, ut quos antè tenebat ille ſtimulus, nunc ab illis convicio inceſſatur, dum dicit devoravit mors illa potens.* Itaque ingenua Chriſti nobilitas originaleque imperium in eo maximè promicuit, quòd mors in illum irrumpens exarmata & ſpoliata corruerit, regnoque ſuo deſtituta, eò quòd alienũ dominium & minimè ſui iuris uſurpare tentârit. Hunc igitur de morte triumphum imitata eſt Maria: quemadmodum enim Filius morti ſe obiecit, morti minimè obnoxia; ut dum mors affectat opprimere, quod ſuæ ditionis non eſt, è ditione ſua cadat, & dum æſtimat in mollem ſe terram impingere maledictione diſſolutam, in duriſsimum ſaxum originali ſanctitate ſolidatum incurrat, ſicque ſuo ipſius impetu in illud colliſa diſpereat. Accipe Gregor. Niſſen. lib. de Virginitat. cap. 13. *Ab Adamo uſque ad Mariæ Dei Matris tempus, mors regnum obtinuit, ac ſola virginitas effecit, ut cùm tanquam ad lapidem aliquem virginitatis fructum mors offenderit, in ea cõtrita ſit.* Ab Adamo, inquam, à quo originis contagium ſerpſit, uſque ad Mariam, quam contagium non infecit, mors ſuũ explicavit imperium. Nam cùm contagioſæ origini & primo parentis piaculo niteretur, quamdiu ſe effudit peccatum abſque aliqua intercapedine, mors ſuum velùt peccati humeris fulta regnum continuavit, ſed ubi ſe intercallavit Maria, mortis ſtetit ſceptrum; non enim in Maria peccatũ originis, quo tanquam lecticâ ſuâ vecta ulteriùs progrederetur, invenit, ibique à ſatellitio & fulcimine deſtituta ſuo disiecta eſt. Quocircã ſcitè Andreas Creten. ſermon. de Aſſumpt. Mar. eius vitæ initium è regione exitus eius ſtatuit, alterumque velùt eximium portentum alteri opponit, quaſi utraque inter ſe de ingentiori ſtupore confligãt, pugnetque alterum de altero victoriam referre: *Mariæ in hunc mundum ingreſſus, ſimulque & poſtremus eius diſceſſus plenus eſt miraculo, nec humanæ mentis acumine poteſt comprehendi.* Cœleſtis Marianæ vitæ cœlum ſuæ conceptionis miraculo & mortis portẽto quaſi geminâ axe innexum volvitur, illius puriſsimus vitæ curſus duplici divinæ potentiæ prodigio quaſi meta concluditur, à demiratione inchoat, & in demirationem terminatur, mortiſque victoria in exitu Mariæ conſequuta, tanquam ſui originem reſpicit peccati victoriam in cõceptione & primo limine Mariæ erectam, ut altera alteri debita ſplendicet. Quapropter Michael Glycas Siculus par. 3. Annal. unũ ab alio deduxit miraculum, & victricem mortis ſuſpiciens Mariam, immunẽ à peccato, & in ſua origine illius quoque victricem atteſtatus eſt: *At illa expers maculæ Domini noſtri Ieſu Chriſti Mater provectam ætatem attigiſſe perhibetur*; & ſtatim: *Cæterùm tametſi naturæ legibus fuit obnoxia, tametſi mortem deguſtavit, tametſi ut homo in ſepulchro eſt depoſita; naturæ tamen terminos ſuperavit, & exceſsit: neque ſepulchrum & mortalitas eam in-*

Nizetas.

Andreas Cretens.

Michael Glycas.

po-

poteſtate ſua retinere potuit.

42 In primis deglubenda ſunt verba illa: *Tametſi mortem deguſtavit.* Nam deguſtaſſe tantùm mortem, non quidem mortem ſubijſſe eſt: ſicut ex eo quòd vinum dicitur deguſtatum, hauſtum non intelligitur: & ex hoc victoriam, quam de morte tulit Maria, victoriæ latæ de morte à Filio valdè ſimilem & conformem licebit demoſtrare. Matthæus de Chriſto Domino in cruce pendente ait: *Et dederunt ei vinum bibere cum felle mixtum, & cùm guſtaſſet, noluit bibere*, cap. 27. 34. En vinum deguſtatum, ſed non epotum, quia non ſemper, quod guſtamus, in interiora mittimus, ut nobis dominetur. Quod quidem Marcus explicuit amplius: *Et dabant ei bibere myrrhatum vinum, & non accepit*, cap. 15. 23. ut oſtendat, quòd guſtare procul à receptione ſit. Quæ loca ſic connectit Auguſt. lib. 3. de cõſenſu Evangel. cap. 11. *Quod ergo ait Marcus, non accepit: intelligitur, non accepit, ut biberet, guſtavit autem, ſicut Matthæus teſtis eſt, ut quod idem Matthæus ait, noluit bibere, hoc & Marcus dixit nõ accepit: tacuit tamen, quòd guſtaverit.* Si verò myſteriũ huius deguſtati fellei meri, ſed nõ accepti, ſcruteris: præſtò eſt Hieronym. in Matth. *Quod autem dicitur, & cùm guſtaſſet, noluit bibere, hoc indicat, quòd guſtaverit quidem pro nobis mortis amaritudinem, ſed tertia die reſurrexit.* Itaque in abſinthiaco vino mortem Chriſtus ſuam præfiguravit, & quemadmodum vinum fuit delibatum, non acceptum; ſic mors deguſtata tantùm, non ebibita; idcircò Chriſtus quaſi non mortuus, ſeu immortalis eſt dicendus. Qui enim mortem non accipit, non moritur; dicitur autem Chriſtus mortem nõ accepiſſe atque ita brevi ſpatio morti deceſſiſſe, quaſi eam nõ ebibiſſe, atque ideò quaſi non mori fuit. Vt ergo Glycas Mariam Filio in morte exæquet, ait, Mariam mortem tantùm deguſtaſſe, non accepiſſe, ideòque quaſi immortalis Maria inducitur, cuius penetralia mors videtur ignoraſſe. Subiungit autem rationem huius quaſi immortalitatis Marianæ: *Tametſi ut homo in ſepulchrum eſt depoſita, naturæ tamen terminos ſuperavit & exceſſit. Neque ſepulchrũ & mortalitas eam in poteſtate ſua retinere potuit.* Inſtar mortalis mortalitatis ſedem ſepulchrum intravit Maria, ſed immortalitatis depoſito ſedens, naturæ tamen mortalitatis terminos ſuperavit. Quamobrem? Quia mortalitas unde eam apprehenderet, anſas, quibus eam retinêret, in Deipara nõ invenit. Vnde in ſepulchrò diſcubuiſſe Mariam, nil ampliùs fuit, quàm mortem illam guſtaſſe, ſed nõ tenuiſſe. Vnde mors & Maria viciſsim quidem ſe deguſtarunt, ſed mutuò quoque ſe expulerunt; nam neque mortem accepit Maria, neque Mariam tenuit mors. Non autem eam tenuit, quia nexus, aut laqueos, quos mors arriperet, ut Mariam poſſeſſam retinêret, primũ illud Adæ peccatum contexuit, quod cùm aditum in Maria non inveniſſet, laqueis ſuis nequivit illam irretire, ac proinde Mariæ à peccati primi laqueis expedita manus mortis ſecura evaſit. Optimè ad rem Nazian. relatus à P. Caniſ. lib. 5. de Deipara Virgin. cap. 2. *Sancta Dei genitrix mortem ſubijt temporalem, nec tamen mortis nexibus deprimi potuit.* Nam quam non infibulaverat peccatum, non habuit mors unde detinêret. Si verò quid per mortis nexus Theologus ſentiat, inquiras: reſpondent eius Interpretes, teſte Caniſ. *Peccatum, & quidquid cum mortis horrore corporiſque corruptione, atque putrefactione, ſive incineratione coniunctum eſt.* En novitatem, quam creavit Dominus ſuper terram, immortalitas quædam in ipſa mortalitatis regione, ubi mortalitas comprimitur, cùm comprimit. Nam licèt mortis guſtu fuerit affecta Maria, mortalitatis ſubiacniſſe non eſt viſa, quod optimè Glycas adnotavit: *Maria morti ceſſit quidem, ſed mortalitati non omninò ſuccubuit.* Cùm ergo Angeli immortalitatem Mariæ ſuæ immortalitati nõ præferrent, in immortali enim ſua ſubſtantia, nil mirum aut glorioſum, quod mortalitatem exornet, aut innovet, apparet: in Maria verò ſtuporem ingerit immortalitatis novitas, quæ de mortalitate procedit, ubi mortalitas migrare cogitur in immortalitatem: mortaleque arctat mortem, ut ex ſuo utero, tametſi abruptus & diſiectus ille maneat, effundat immortalitatem. Effulget ergo immortalitas in Maria ſplẽdidiore, quàm in Angelis, nitore, ut ipſis valeat dominari.

43 Demùm dominium Mariæ urget acriùs, ardentiùſque exagitat fidelium pietatem, ut originalem illi nobilitatem deferant, cùm adeò celſum attollit caput, ſublimeque faſtigium exerit, ut ipſum etiam Deum ſubditum habeat, ſuperque eumque poteſtate emineat. Chriſtus enim ſubdidit ſe Matri, quaſi Dominam illam ſuſpexit, illius nutui humilem ſubiugavit cervicem, veluti Reginam ſuam illam reveritus. Sic enim Lucas ait: *Et deſcendit cum eis, & venit Nazareth, & erat ſubditus illis*, cap. 2. 51. Hoc adeò in ſtuporem eciſtaſimque ſaniores mentes rapit, ut aſſerat Bernard. hom. 1. ſuper, Miſſus eſt: *Erat ſubditus illis? Quis? Quibus? Deus hominibus. Deus, inquam, cui Angeli ſubditi ſunt, cui Principatus*

Matth. 27. 34.

Marc. 15. 23.

Auguſtin.

Hierony.

Nazian.

Caniſius.

Glycas.

Luc. 2. 51.

Bernard.

patus & Poteſtates obediunt, ſubditus erat Mariæ. Nec tantùm Mariæ, ſed etiam Ioſeph propter Mariam. Mirare ergo utrumlibet, & elige, quid ampliùs mireris, ſive Filij benigniſſimam dignationem, ſive Matris excellentiſſimam dignitatem. Vtrinque ſtupor, utrinque miraculum, & quòd Deus fœminæ obtemperet, humilitas abſque exemplo; & quòd Deo fœmina principetur, ſublimitas ſine ſocio. In laudibus virginum ſingulariter canitur, quòd ſequuntur agnũ quocunque ierit. Quibus ergo laudibus iudicas dignam, quæ etiam præit? Sed ut magis & Chriſti humilis obedientia & Matris inacceſſum imperium te ad demirationem advocet, expende illa Bernar. verba: *Subditus erat Mariæ, nec tantùm Mariæ, ſed etiam Ioſeph propter Mariam.* Non ſolùm enim Maria per ſe ipſam Chriſto, ſed interiectâ quadam poteſtate dominabatur. Vicarium elegit Maria Ioſephum, vices illi ſuas ſuffecit, ut Chriſtus non Mariæ ut Dominæ ſolùm præcepta exciperet, ſed & Ioſephi tanquam illius tenentis locum. Quod imperandi genus adeò durum & acerbum eſt, ut prima mulier in ſtultitiam illius divinitatis ex pomi eſu pollicitæ deveniret, ut ab onere vicarij à Deo ſibi impoſiti ſe expediret; adeò moleſtum illi fuit non immediatè à Deo, ſed ſubſtituto interpoſito præcepta auſcultare, ut quid inſanum non tentaret, ut eam fugeret obedientiæ humiliationẽ. Quocirca adverte ante Evæ formationem cibum Adæ arboris à Deo prohibitum: *Præcepitque ei dicens, ex omni ligno paradiſi comede: de ligno autem ſcientiæ boni & mali ne comedas: in quocunque enim die comederis ex eo, morte morieris,* Geneſ. 2. 16. & ſtatim ſubiungitur muliebris opificij ſermo: *Dixit quoque Dominus Deus: Non eſt bonum hominem eſſe ſolum.* Ex quo liquet Adamo præceptum à Deo impoſitum, ab Adamo autem Evæ delatũ; diabolus autem verſutiæ ſuæ laqueos tendens, ut Adamum à tanta deijceret gloria, cognoſcenſque Evam invidiæ livore tabidam ex eo quòd vicariâ poteſtate voluntatem ſuam Deus ei indixerit, præſtigioſè eam adoritur, primatumque divinitatis offert, ut eam ambitioſiùs exquirat, dum per eam à Dei ſubſtituto ſe poſſe confidit liberare. Adeò enim ægrè tulit vices Dei gerẽti obſequi, ut aditum dæmoni Adami eiuſque ruinam molienti reſeraret. Acutè Ambroſ. lib. de paradiſ. cap. 12. *Non adorſus eſt eum, qui coram acceperat cœleſte mandatum, ſed eam adorſus eſt, quæ à viro didicerat, non à Deo, quid obſervaret, acceperat. Neque anim habes, quia mulieri dixit Deus, ſed quia Adæ dixit: & ideò per Adam cognoviſſe, mulier æſtimanda eſt.* Ergo ut depreſsiùs ſe Chriſtus Dominus Mariæ ſubmitteret, voluit, ut quod erat magis dominioſum imperij genus, parens in ipſum exerceret, ac proinde non ſolùm ei obedientiam præſtitit, ſed & Ioſepho propter ipſam, hoc eſt, quem ſibi ipſa ſuffecerat, & in quo derivatum Mariæ imperium elucebat. Sic enim interpretor verba Bernardi.

Gen. 2. 16.

Ambroſ.

44 Hanc excellentiam Principatus Mariæ erga Filium commendat Auguſtin. relatus à Richard. de S. Laurent. lib. 4. de laudibus B. Mar. *Et deſcendit cum eis, & venit Nazareth, ut Filius Dei exerceret, quæ patris ſunt, ut filius hominis ſervaret obedientiam matri, unde ſequitur, & erat ſubditus illis. Auguſtinus: Hoc ſingulariter illa fœmina habuit, ut videret naſcendi ſibi ſolemnitate ſubditum, quem non ſolùm humana, verùmetiam angelica natura veneratur, & adorat Altiſſimum.* Sed & illud præterea obſervandum, non ſuavem dumtaxat & lenem Chriſtum ſubijſſe obedientiam ſub imperio Mariæ & Ioſephi, hoc eſt non in ijs rebus quæ nullam afferrent moleſtiam, ſed erga difficiliora & operoſiora eã exequi non fuit dedignatus. Quamobrem ſic providè œconomiæ ſuæ diſpoſuit rationem, ut ab egenis parentibus naſceretur, & qui labore ſuo & ſudore egerant ad victum neceſſaria acquirere: quos ſic ſæpè parentes compellerentur ei humilia & moleſta opera imponere: tantòque ipſius erga illos obedientiæ ſubiectio ampliùs effulgeret, quantò circa viliora & indigniora propenſius inſiſtebat; ut admonuit D. Baſilius apud D. Thom. in Caten. *Ab ipſa autem primæva ætate parentibus obediens, quemlibet laborem corporeum humiliter & reverenter ſuſtinuit. Cùm enim homines eſſent honeſti & iuſti, egeni tamen neceſſariorum penurias patientes, teſte præſepi partus venerandi miniſtro, manifeſtum eſt, quòd ſudores corporeos continuò frequentabant, neceſſaria vitæ ſibi quærentes. Ieſus autem obediens illis, ut Scriptura teſtatur, etiam in ſuſtinendo labores obedientiã plenariam ſuſtinebat.*

Auguſtin. Richar. de S. Lauren.

D. Baſilius.

45 Conſtitutus ergo Chriſtus ſub Mariæ ditione quaſi ſub patria poteſtate, ita ſe æſtimabat glorioſum, ſummiſq; honoris titulis præditum, ut nunquam viſus fuerit erga parentem hiſpidè & veluti torvè ſe geſſiſſe, niſi cum illa imperium voluit deponere, illum deprecans ut Dominum, non præcipiens ut ſubdito. Sic optimè intelligendus venit difficilis locus ille Ioan. 2. 2. *Vocatus eſt autem & Ieſus & Diſcipuli eius ad nuptias, & deficiente vino, dicit Mater Ieſu*

Ioann. 2. 2.

Ieſu ad eum: Vinum non habent; & dicit ei Ieſus: Quid mihi & tibi eſt, mulier? Nondũ venit hora mea. Hærent nõ immeritò Doctores in auſteriori reſponſo à Chriſto Matri exhibito, in quo eam moleſtiæ incuſat, & quaſi à ſe abire ſeveriùs videtur. Sed ſi nucleus corticis penetretur; vix clariora amoris ſigna, illuſtriores honoris titulos, & profundioris reverentiæ pignora, quàm in præſenti videtur Chriſtus unquam Mariæ impendiſſe, tunc uſque Chriſtus quaſi ſub patria poteſtate Mariæ degebat, honorem & reverentiam ut parẽti deferens, præcepta ab ea ut ſubditus, non ut Dominus preces excipiens. Optabat iam Maria, ut à patria poteſtate exemptus potentiæ ſuæ miracula, Evangelij præconia, divini imperij excellentiam, & hominum redemptionem Filius maturaret: oblatâ igitur occaſione, vino in convivio deficiente, pia erga cõvivas, ſolicitaq́ue pariter de gloria Filij ocyùs explicanda, hinc inde ſtimulata potentiam Filij adijt, eamq́ue convivis publicâ voce prodit, dum ei vini defectum, tanquam qui ſtatim ei poſſet occurrere, revelat. Igitur Dominus dolore tactus ex eo quòd Mater vellet iam dominium remittere, nec ſuam ampliùs excipere obedientiam, & veluti adhuc geſtiens ſub illa eſſe, reſpondit Matri poſcenti miraculum: *Quid mihi & tibi eſt, mulier? Nondum venit hora mea.* Quaſi dicat: Quid mihi & tibi eſt, ut ad me preces fundas? Num tu non Domina? Nonnè ego tibi ſubditus? Cur quaſi ſuperiorem alloqueris? Quid mihi & tibi in hac rerum inverſione? Nondum acceleravit hora, ut à tua eximar poteſtate, cur ita urges, ut eam deſeram. Tu imperium habes, adhuc tibi ſubijcior, impera tu miniſtris, rerum immuta naturas, ne tuæ ſubiectionis honore properes citiùs me nudare. Et quaſi Filius Materq́ue inter ſe contenderent, Mater de revelanda Filij potentia & dominio, Filius de Matris poteſtate protelanda, inſiſtit Maria inceptis: Dicit Mater eius miniſtris: *Quodcunque dixerit vobis, facite.* Hanc mentem exiſtimo attigiſſe Gregor. Niſſen. in illud Pauli. *Quando tibi ſubiecerit omnia, tunc ipſe Filius ſubijcitur, &c. Matre enim ipſum hortante in Canâ Galilææ, ut ſuam oſtenderet potẽtiam in nuptiali epulo, & uſum vini largiretur convivio egentibus quidem non recuſavit gratificari. Maternum autem conſilium, ut quod minimè in tempore adhiberetur, reiecit dicẽs: Quid mihi & tibi, mulier? Viſnè me ante ætatem præeſſe, & imperare? Nondum mea venit hora, quæ præbet ætati, ut imperet.* Et ad hæc alluſiſſe reor Bernard. ſerm. 2. Domin. 1. poſt octav. Epiph. *Sed manifeſtè iam video, quòd non velut indignans aut confundere volens Virginis Matris teneram verecũdiam dixeris: Quid mihi & tibi? Cum venientibus ad te iuxta matris præceptum miniſtris, nihil cunctatus facias, quod illa ſuggeſsit.* Et Iuſtinus Martyr quæſt. 136. dum ait: *Non igitur verbo Matrem obiurgavit, aut caſtigavit, quam rebonoravit.* Quia acerbior aut durior ſermo, qui eò reſpicit, ut Filius Matris non eximatur imperio, non reprehenſio, nõ contemptus, ſed verticem reverentiæ & honoris erga Matrem occupaſſe eſt.

Greg. Niſſen.

Bernard.

Iuſtinus.

46 Attende ergo, quàm à ratione eſſet alienum, quantumq́ue à ſapientiſsimæ divinæ providentiæ diſpoſitione deviaret, ut ea quæ prædeſtinabatur in Filij Dominam, & cui Deus homo pareret, mancipata aliquando præceſſerit dæmonis imperio, & quòd poſſet immundus ſpiritus ſe arroganter iactare poſſediſſe ſe aliquãdo ancillam, quæ Dei Filio dominatura erat. Si Angeli ſibi reputarent indecorum & iniuriũ, quòd ipſis præponeretur Regina, quæ aliquando dæmonis famulatui fuiſſet ſubiecta. Quid, quæſo, indecentiæ & inhoneſtatis in Deum non reſiliret; ſi à dæmone ſpectaretur ſubacta, quam Deus elegiſſet Filio ſuo principaturam? Quamobrẽ Richardus de S. Laurent. ex hoc dominio Deiparæ in Filiũ perfectam oppoſitionem inter ipſam, & Evam arguit: intendens enim in ea verba Geneſ. 2. 23. *Hæc vocabitur virago, quoniam de viro ſumpta eſt*, & expendens quòd virago idẽ ſignificet ac in virũ agens, inquit: *Ideò quaſi propheticè dicta eſt Eva virago, quia viro ſuo dominatura erat, quod fuit, quando vir conſenſit ei in malo, quando enim mulier fit virago, tunc vir efficitur muliebris, tamen in hoc figuravit Eva Mariam, quæ in quantum mater dominatura erat Chriſto, & facta eſt virago, quando Filius erat ſubditus nõ ſolùm illi, ſed & Ioſeph propter eam ut dicitur Luc. 2.* Quaſi dicat, ſicut ex eo, quòd Eva iam inobedientiæ exemptione infecta, & primo peccato obnoxia imperatura erat viro, eumq́ue in ſui damnationem pellectura (oportebat enim, vel congruebat, ut non niſi flagitio læſæ obediret peccator) virago dicta eſt: ſic in illius antitypũ virago appellatur Maria, eò quòd Evæ ſceleris prorſus expers principatum obtinuit in Chriſtum. Expediebat enim, ut Dei Filius non niſi totius peccati exſorti obedientiam præſtaret. Ecce novus Adam contrarium primi Adami antiquitati ordinem induxit. Primus enim Adamus peccator paruit peccatrici, idcircò illa nomen ſortita eſt viraginis, ſecundus Adamus iuſtus & homo Deus obtemperavit ei, quæ

Gen. 2. 23.

Richar. de S. Laurent.

nihil

nihil maculæ prioris Evæ participavit, quamombrem felicius virago accerſita eſt.

47 Et ut perdiſcas, quàm contrarius novi Adami novæque Evæ Mariæ ordo vetuſtioribus Adamo & Evæ undequaque extiterit, voluit Dominus, ut quemadmodum Adamus ſcholaris Evæ fuit, à qua didicit rebellem Deo eſſe, eique cultum debitum denegare, ſic Chriſtus quodammodò inſtar diſcipuli ſe geſsiſſet Mariæ, à qua in hominum æſtimatione hauriret documenta virtutis, exempla probitatis, & ſe erga Deum præbêre religioſum. Difficilia ſunt ſanè & quæ accuratâ elucubratione indigent verba Cyrilli apud D. Thom. in caten. expendens enim contextum verborum Luc. cap. 2. 40. *Puer autem creſcebat, & confortabatur plenus ſapientia, & gratia Dei erat in illo, & ibant parentes eius per omnes annos in Ieruſalem in die ſolemni Paſchæ, & cùm factus eſſet annorum duodecim, aſcendentibus illis Ieroſolymam, &c.* Inquirenſque & diſcutiens horum verborũ connexionem: & quare Evangeliſta poſtquàm præmiſerit robur & plenitudinem ſapientiæ & gratiæ, quæ emergebat in puero Ieſu, adiunxerit ſtatim Mariæ religionem & pietatem, quâ quotannis Ieroſolymæ Templum frequentabat, ait: *Quia dixerat Evãgeliſta, quòd puer creſcebat, & confortabatur, proprium ſermonem verificat inducens Ieſum unà cum ſacra Virgine in Ieruſalem aſcendentem, unde dicitur: Et cùm factus eſſet annorum duodecim.* Quibus verbis innuit Chriſti actionem ſe comitem Matri dantis pergenti in Ieruſalem; teſtimonium eſſe inductum ab Evangeliſta, quo probaret Chriſtum creſcere, & confortari, quaſi ex eo quòd pia Matris veſtigia ſequeretur infans, ſpecimen iam & incrementa ederet religionis. Et quamvis verba Cyrilli poſſent interpretari de augmẽto pueri Ieſu in ætate & corporali virtute, tanquam ſi diceret: puer ætate iam & viribus invaleſcebat, robuſtioreque efficiebatur, ſiquidem Matri in templum pediti iter agenti ſe inſequentem aſſociabat. Cyrilli ſententia hanc reſpuit evaſionem, nam apud eumdem D. Tho. inquit: *Decenter verò ætatis incremento ſapientiæ coniunxit augmentum, cùm dicit: Et confortabatur, ſcilicet ſpiritu, nam iuxta mẽſuram ætatis corporeæ, natura divina ſapientiam propriam revelabat.* Ergo iuxta Cyrilli mentem inde infans virtutis profectus, pietatis acceſsionem prodere videbatur, unde veſtigia Matris inſectabatur. Numquid exẽplis Mariæ doctior Chriſtus evadebat? Aut ex illius magiſterio ampliùs in virtutes promovebatur? Num ipſe non erat fõs gratiæ, ſchola ſanctitatis, academia virtutum? Quid in Maria divini erat muneris, quod ab hoc fonte non dimanaret? Quid cœleſtis ſcientiæ, quod in hac ſchola non ipſa ediſceret? Verùm hoc, ait Cyrillus, ſed quò ampliori honore Matrem Filius proſequeretur, omniumque ei ſuſpectionem & venerationem cõciliaret, ſtuduit ut innueret Evangeliſta gratiæ incremẽta, quæ in ipſo viſebantur ex Mariæ exemplis in hominum conceptibus pullulaſſe. Quapropter Evangeliſta Ieſu augmenta ut teſtimonio comprobaret, inducit Virginis ducatum, quo puer ferebatur in Templum Ieruſalem, ut religionis obſequia Patri perſolveret. Itaque puer & Maria ſibi invicem magiſtri virtutum cœleſtiſque facultatis Doctores erant, ſed vaſto interiecto diſcrimine; nam Maria verè Filij ſui exemplis, miriſque documentis imbuebatur, & quotidie ipſo adiuvante & promovente magis & magis donis cœleſtibus locupletabatur. Quapropter Evãgeliſta ait: *Et Mater eius conſervabat omnia verba hæc conferens in corde ſuo*, Luc. 2. 51. ubi Metaphraſtes, & Ioannes Geometra apud Caten. Græc. in Luc. inquiunt: *Conſidera hic iterum prudẽtiſſimam mulierem Mariam veræ ſapientiæ, atque ineffabilis ſcientiæ Matrem, qualiter ſcholaris ſit pueri, non enim ei ut puero, aut potius ut viro perfecto, quinimò ut Deo ipſi deinceps vacabat, eiuſque opera ac voces prò divinis operibus ac vocibus habebat. Vnde nihil illi dictorum eius aut actionum excidebat. Sed ſicut ipſum Verbum priùs inviſceribus, ita nunc eiuſdem ſermones ac mores, omneſque inſtitutiones concipiebat, & in corde ſuo quodammodò fovebat.* At verò ſanctiſsimus Filius, ut Matrem per omnia oppoſitam Evæ oſtenderet, quia illa viri ſui Domina fuit pariter & magiſtra effecta, malitiæ & pravitatis ſcientiam in illum ſtillans, virtutem arboris ſcientiæ boni & mali diſſecans, & ſcientiam mali in pomo illi propinans, Mariam ſibi Dominam conſtituit & Magiſtram, à qua quidem non verè & in re doctus profectus ullos faceret, ſed optimis moribus in hominum oſtenſione & extimatione videretur imbui; in eam igitur virtutum functiones & munia ipſe infundebat, quæ poſteà in humana opinione in eũ ipſa refunderet. Nihil enim ita apud homines notũ, quàm præclarã filiorũ inſtitutionem ab eximijs parentũ vitæ exẽplis profluere. Quapropter Chriſtus Matri in Templũ tẽdẽti, ut religionis Deo obſequia impenderet, adhærebat, eamque veluti ductricẽ & doctricẽ ſequebatur, indeque homines virtutum promotiones, quæ extrinſecùs in Chriſto apparebant, ab inſtitutis & exemplis maternis prodire arbitrarentur.

Luc. 2. 40.

Cyrillus.

D. Thom.

Luc. 2. 51.

Metaphraſtes. Ioan. Geometra.

SECTIO QVARTA.

Ex verbis: FILII DAVID, FILII ABRAHAM, Mariæ originis puritas decerpitur.

1 *David & Abraham in frõte genealogiæ conſpicui, & euripos diſcindentes naturæ, ut Mariæ conceptioni inſerviant, in qua ordo naturæ inverſus.*

2 *Id quoque in inſcriptione Geneſis viſitur, Geneſ. 2. 4. ex Hugon. Cardin. & Procop.*

3 *Hæc naturæ immutatio favor eſt gratiæ, ex Hugon. Cardin.*

4 *Potior in Davidem divini Verbi virtus & uberior promiſsio, quàm in Abrahamum derivata, ex Abulenſ.*

5 *Naturam à gratia ſuperatam teſtatur Matth. 1. 17. ex Abulenſ. Hieronym. Lyra, Bonavent. Heſychio, & Cyrillo.*

6 *Alia interpretatio Hieronym. in præfatum locum Matth. illius appenduntur & diſcutiuntur verba.*

7 *Adhuc expenditur locus Hieronymi.*

8 *Provehitur elucidatio Hieronymi.*

9 *Marianæ vitæ curſus non naturæ, ſed gratiæ alveum ſequitur. Locus Luc. 11. 13. ex Ambroſ. adhæret Richard.*

10 *Exponitur locus Geneſ. 2. 10. ex Richardo, & Moyſe Barcepha.*

11 *Sæpeſæpiùs iura naturæ à gratiæ diſtracta. Locus Geneſ. 48. 13. & 17. ex Euſebio, Chryſoſt. & Cyrillo, adeſt Ildefonſus. Aliter locum explicat Ambroſ. Locus Richardi de S. Laurent. Alia eſt ſententia Caietani, alia Ruperti.*

12 *Stabilitur præfata veritas ex loco Geneſ. 18. 10. & cap. 17. 15. ex Hugon. Cardin.*

13 *Maria utpotè naturæ Regina leges illius abſolvit, eius orbitas non terit. Locus Iſai. 66. 7. ex Richard.*

1 SImul apparent in Chriſti generationis fronte conſpicui gemini Patriarchæ David, & Abraham, ſed ordinem naturæ infringentes & ab illo exorbitantes: qui poſteà in genealogiæ ſcalæ ſuum gradũ tenent, & qui nũc præit David, poſteà ſuccedit Abrahamo. Cur ergo in ipſo Chriſti originis limine duo Patriarchæ emergũt quaſi adverſus naturã armati, & illius invertẽtes & evertẽtes ſeriẽ? Nũ David iunior nõ eſt Abrahamo? Nõnè Abrahamus Davidis progenitor, & à cui⁹ trũco quatuordecim⁹ David pullulat ramus? Cur ergo locũ parẽtiantiquiori præripit, & Chriſti priùs parẽs, quã lõgævior invehitur? Verè tubellos ſic invertiſſe & tranſmutaſſe naturæ plurimũ quidẽ ad Chriſti ingenuã originẽ conducebat: ex quo firmũ argumentũ pro propugnatione Marianæ nobilitatis, à qua Chriſtus carnem ſuã decerpſit, ſtrenuè conſurgit. Nã validius iaculũ, quod in puriſsimã Deiparæ conceptionẽ contorquent adverſarij, exerunt ex loco Pauli ad Rom. 3. *Omnes peccaverunt, & egent gloria Dei*, & 1. Cor. 5. 22. *in Adã omnes moriuntur*. Ex quibus eliciunt, quẽadmodum nullus eſt, qui Adami naturalem propagationẽ nõ participet, nullũ utiq; eſſe, qui ab infectione, quã natura compacta deſcẽdit, immunis ſit, unde neminẽ eſſe qui ab hac naturæ lege excipiatur, præter Chriſtũ, qui extra univerſalẽ naturæ generationẽ naturæ humanæ particeps eſt effectus: ita enim hãc naturæ legẽ immobilẽ & inconcuſſam ſtatuũt, quaſi gratiæ ordini & divinæ pietatis potẽtiæ nõ ſubiaceat, & impetũ in illã gratiã divinã facıẽte quaſi nequeat, nutare. Ergo Evangeliſta nobilitatem generationis Chriſti, ad quã ingenuitas generationis matris ſpectat, aperiens, in ipſa prima genealogiæ fronte in naturæ ordinẽ impingit, illumq́ue evertit, iuniorem antiquiori præferendo, edocens naturæ ordinem nullatenus indagandum, nec illius legibus ſtãdum humanam Chriſti nobilitatem & originis puritatem inquirentibus. Ad Rom. 3 1. Cor. in. 5 22.

2 Huius veritatis inſtitutum præfixit quoque Hiſtoricus ſacer in illis verbis: *Liber generationis Ieſu Chriſti*: in qua inſcriptione, ut ſect. 1. docuimus, inſpexit in titulum, quem præpoſuit Moyſes libro univerſalis rerum creationis: *Iſtæ ſunt generationes cœli & terræ, quando creata ſunt, in die quo fecit Dominus cœlum & terram*, Gen. 2. 4. cõtendens, illã primã cœli & terræ generationẽ huic militaſſe, huiuſq; nobilitatẽ præſetuliſſe, & quidquid in hoc poteſt difficultatis emergere, in illa iam præiſſe figuratũ. Vt docuit Hugo Cardin. *Dicit enclitice liber generationis: ut oſtendat concordiã veteris & novi Teſtamẽti. In veteri enim Teſtamento ait: Iſtæ ſunt generatio-* Geneſ. 2. 4. Hug. Card.

tiones cœli & terræ, in die quo fecit Dominus cœlũ & terrã. Si verò concordiã ſimilitudinemque inter utrãque generationem nempè Chriſti, & cœli terræque curioſiùs diſpicias: in utraque pariter invenies diviná potentiã, ut naturæ Dominã illius violaſſe ordinẽ. Voca igitur in examen Moyſis inſcriptionẽ: *Iſtæ ſunt generationes cœli & terræ, in die quo fecit Dñs cœlũ & terrã.* Profectò in ea ordinẽ ſuum naturã amiſiſſe cõperies, & illius ſtatuta confuſa, modũque naturalẽ operandi abolitum ſeu inverſum. Priùs enim inducit cœlũ creatũ, deinde terram, & quantum hæc formationẽ ſeries à naturæ legibus abhorret! Nõnè cœlum huius mũdialis machinæ ſive regiæ aulæ homini tanquam creaturarum principi dedicatæ, tectum eſt, terra verò pavimentum, ſeu fundamentum? Si à ſapienti architecto ordinem naturæ & artis in conſtruẽdis ædificijs inquiras, num non reſpondebit ab imis ad ſumma eſſe procedendum? Quid, quæſo, de hac re Paulus? *Vt ſapiens architectus fundamentũ poſui: alius autem ſuperædificat.* Nã à culmine ad fundamẽta deſcendere inſania artis, & perverſio naturæ eſt. Quomodo ergo Deus in prima orbis molitione ſic naturæ contrariam inſtituit viã, ut cœlũ, quod tectũ eſt, & ſumma pars huius opificij priùs educat in lucem, deinde terram, quæ fundamentum eſt? Sanè ut oſtendat, primã cœli generationem Chriſti generationis myſterio & nobilitati deſervire, & ab illa, ad huius cognoſcendam dignitatem, documenta & regulas eſſe eliciendas. Cœlum enim etſi tectum pulcherrimũ ſit ſtellis velùt ſplendẽtibus gemmis diſtinctum, huius mundialis ædificij thronum tamen eſſe & ſedem Dei compertum eſt. Et inſtruit nos divina Maieſtas, in regalis throni ſui fabrica ſuperioris ſe ordinis artificem eſſe, & ut illum pro dignitate perficiat, naturæ indigentiam aut ordinẽ haudquaquam attendere, nam potius ad ſe ſpectare æſtimat, maieſtatis ſuæ ſedis, quã naturæ inſtitutis conſulere. Quapropter ſi naturæ expetebant præcepta terram utpote fundamentum primò creari, & digniorem in creationis ordine locum tenẽre: cœlum, quod thronus Dei eſt, poſtulat auguſtius fabricari, & primam alijs præripere dignitatem, quamvis ad id oporteat, ut leges violentur naturæ, artiſque documenta fruſtrẽtur. Adeſt Procop. Gazæus, cuius verba ſuperiùs ſcripſimus; & hic conſentaneum reſcribere duximus: *Sed admirabile eſt ſi quis hoc ædificium conſideret, quòd primus expandit cœlum, aſtris collucens permanens, deinde demũ collocavit terrã quaſi architectus quiſpiã primò faſtigiũ erigat, poſteà demũ pavimentũ paret. At nihil præter opinionẽ hìc accidit. Siquidem Deus nõ ſubtacet naturali neceſſitati, nec artis conſequio addictus eſt.* Verè iã naturæ immutatio in materiali Dei throno præmõſtrata, prævium apparatũ explicabat rationalis Dei ſedis animatique Mariæ throni ædificandi, à quo prima nobilitatis ſuæ auſpicia Deus ſortiebatur. Igitur ut Chriſti generationis inſcriptio cœli & terræ generationi aptè reſpõdeat, ſicut in ea naturæ ordo leges ſuas deperdidit, ſic Evãgeliſta in Chriſti generatione naturã à ſuis axibus extrahit, antiquitati iura denegans, quæ concedit illius poſteritati.

Procop. Gazæus.

3 Sed & in hac naturæ inverſione gratiæ legibus eſſe fautum animadverto: *Liber generationis filij David, filij Abraham.* Sed quæ, quæſo, virtus prævalet in David naturæ poteſtati, quæ petit Abrahamo eũ antevertendum? Si rem attentè tractemus, procul dubio cœleſtis gratiæ efficacia, quam in Davidẽ uberius, quàm in Abrahamum autumo profuſam. Verè David nõ exiguo criminũ oneri ſuccubuit: peccatis enim excelſit ſine dubio Abrahamũ, ſed divinam adijt clementiam, & ante illius provolutus aras largam veniæ benedictionem exorans, copioſam divinæ gratiæ infuſionem impetravit. David ergo (ut ubi abundavit delictũ, ſuperabundaret & gratia) in divinæ pietatis alvo veluti conceptus, quæ illius quaſi mater eſt effecta, cœleſtis gratiæ munere affatim dilatus prodijt. Igitur Matthæus Davidem in Chriſti genealogia præponens Abrahamo, docuit in humana Dei generatione plus divinæ miſericordiæ & gratiæ leges, quàm naturæ ordinem eſſe ſpectandas. Quapropter communem euriporum naturæ fluxum interrumpit & deordinat, Davidemque tãquam divinæ miſericordiæ filiũ, in quo gratiæ donũ ſupereffluit, prius Parentis Chriſti nomine nobilitat, quàm Abrahamum, quamvis hic tẽpore anterior. Quod optimè adnotavit Hugo Card. *Fuit David profundus peccator, ideò ut ex miſericordia oſtendatur natus, in ſerie genealogiæ David peccator Abraham iuſto præponitur.* Si gratia, quia uberius deſcendit in David, naturæ diſtorquet ordinem, Abrahamumque, qui iure naturæ præhabendus erat, à ſuo loco eliminat, ut illum David occupet: Cur, quæſo, in Maria, quæ gratiarum abyſſus à Damaſceno appellatur oration. 2. de dormition. B. Mariæ, naturæ ſunt leges ita ſtrictiùs ſpectandæ & obſervandæ, ut ne illæ læſæ cenſeantur, divinæ gratiæ iuri quaſi iniuria irrogetur? Nam quædam iniuria gratiæ eſt, quæ Princeps in naturam conſtituitur, de ea exiſtimare, conceptionẽ

Hugo Cardin.

Mariæ, quæ eſt gratiarum abyſſus, fontiſque gratiarum intima ſedes, temerari reliquiſſe, ne naturæ leges corrumperentur.

4 Hùc ſpectat, illud attendere; quòd ſi Davidem cum Abrahamo in Chriſti progenitura compares, in Davidem potiorem quodammodo incidiſſe diviniVerbi portionē, ſeu virtutem, quàm in Abrahamū: comperiens ei enim, ceu qui plus divini Verbi participaverat, expreſsior & frequētior facta eſt divini Verbi pollicitatio; teſte Abulenſ. Abulenſ. *Ponitur David ante Abraham, cùm Abrahā priùs fuerit, quia David excellebat ipſum Abrahā quantū ad Meſsiam. Nā pluries & expreſsiùs facta eſt promiſsio ipſi David de Meſsia, quàm Abrahæ. Nam de Abraham habetur ſolùm Geneſ. 12. & 15. De David verò habetur in multis locis.* Præterea quia in David celebriores & illuſtriores Verbi incarnati notæ & ſimilitudines, quàm in Abrahā fuerunt dedicatæ, unde ſublimius viciniora Chriſti Domini præludia erigebat, ſolemnioremq; illius ſimilitudinem venditabat, ut in textu admonuimus. Studet igitur ſacer Hiſtoricus aperire, quò ampliorē quis divini Verbi incarnationis capeſsit partem, eiuſque clariora ſigna effert, & fit illi ſimilitudine coniunctior, fortiùs adverſus naturæ invaleſcere iura, eaq; illi humilius decedere. Quapropter David tanquam notius incarnati Verbi ſpecimen concipiens & edens, prævalet naturali iuri Abrahæ, potiuſque Chriſto in ipſius genealogia adhæret: iam nobile teſtimonium præbens Marianæ conceptionis nobilitatis. Nam cùm ipſa intima fuerit & animata œconomiæ incarnatæ officina, & quæ ſuæ carnis amictum divinum Verbum circumvelaverit, quo pacto poteſt credi in ipſius ignominiam & dedecus legem naturæ firmitatem obtinuiſſe, neque à divinæ gratiæ ellevione fuiſſe irruptam?

5 Sanè cœleſtis gratiæ curſus, quibus præeminet naturæ ſemitis poteſtatē & excellētiam ob oculos ſibi ſtatuit Matthæus, cùm Chriſti generationis ſcripturus ordinem eam in tres Theſeradecades, ſeu quaterdenas cogitavit partiri. Vnde mentem ſuam & intentionē pandēs, poſtquàm Chriſti genealogiam recenſuerit, ait: Matth. 1. 17 *Omnes itaque generationes ab Abrahā uſque ad David generationes quatuordecim: & ad David uſque ad tranſmigrationem Babylonis generationes quatuordecim: & à tranſmigratione Babylonis uſque ad Chriſtum generationes quatuordecim*, cap. 1. 17. Verè mirum eſt, quòd tanquam ſingularem ſcopum ſibi propoſuerit Evangeliſta Chriſti proſapiam in tres dividere quaterdenas, ut quælibet numerum ſuum haudquaquam excedat. In quo ita prolixè & conſultò laboravit, ut quò eas æquali numero aptaret, tres ex genealogia expuliſſe Reges coactus eſt: nempè Ochoziam, Ioam, & Amaſiam. Ita Abulen. quæſt. 17. in cap. 1. Matth. qui alias expungens rationes ab alijs traditas, inquit: *Dicendum videtur, quia omiſſi fuerunt, quia repugnabant numero, quem intendebat Matthæus. Nam ipſe intendebat facere tres diſtinctiones in Chriſti progenie; & in qualibet ponere unam quaterdenam generationum, & tamen ſi iſti exprimerentur, eſſent decem & ſeptem in ſecunda quaterdena.* Abulenſ. Myſterium nunc prætētum à Matthæo nobis inveſtigandum eſt: illud autem aſſerit Abulenſis, incluſum in ipſis numeris contineri: *Ratio autem* (ſubiungit) *ob quam Matthæus voluit hoc facere, fuit propter myſteria numerorum.* Et D. Hieronym. in Prolog. in Matth. has tres Theſeradecades fuiſſe excogitatas à ſacro Hiſtorico, ait: *Vt & numero ſatisfaceret & tempori.* D. Hieron. Hîc autem hi ſunt numeri conſiderandi. *Tres*, quia tres Theſeradecades; *decem & quatuor*, quia quælibet earum ex decē & quatuor conſurgit. Primus numerus innuit divinam Triadem. Secundus numerus reſpicit decem præcepta naturalia Decalogi, quæ leges ab ipſa natura indita ſunt. Tertius verò deſignat legem gratiæ à quatuor Evangeliſtis promulgatam, & in quatuor Evangelijs latam. Sed & ordo numerorum attendendus eſt: nam primus eſt, qui ad Trinitatem ſpectat: ſecundus, qui ad legem naturalem ſcriptam: tertius, qui ad legem gratiæ; quia ſicut decimo numero ſuperadditur quartus, ut quatuordena conflētur, ſic naturæ legi ſupervenit lex gratiæ, & hæc illa infra ſe habet. Vt ergo Matthæus huic numero ſatisfaceret, cenſet Hieronym. tres has effinxiſſe quaterdenas. Sic ſanè Hieronymum explicuit Lyra eius verba commentans: *In eo quòd ſcripſit genealogiam per tres quatuordenas, ſatisfecit numero, quia poſuit numero convenientes Chriſti myſterio, quia per quaterdenā, quæ componitur ex decem & quatuor, ſignificatur lex Chriſti, quæ decurrit per quatuor Evangeliſtas, & lex Moyſis, quæ decurrit per decem præcepta; per ternarium verò ſignificatur myſterium Trinitatis.* Lyra. Tendit ergo documentum myſterij, quod in Theſeradecadibus tribus aperit Matthæus, ut diſcamus in his perſonis, quæ maximè ad Trinitatem attinent, ſtrictioriq; cum illa velùt neceſsitudine arctantur, quales ſunt Chriſtus Dominus, qui una eſt Trinitatis perſona; & Beata Virgo, quam *triclinium totius Trinitatis* appellat D. Bonavent. in Hymno de Virgin. & Heſychius Bonavent.

chius homil. 1. de ſanct. Mar. Deipar. *Vniverſum Trinitatis complementum*: Et Cyrillus in Concil. Epheſ. tom. 6. cap. 6. *Per quam Trinitas in toto orbe glorificatur, & adoratur*, naturam curſum ſuum & ordinem amittere, legeſque gratiæ illis prævalêre: quæ quidem illas depreſſas terunt; & inter eas veluti inter demerſas extant, ideò enim numerus quartus ſuperponitur decimo, ut quaterdenam conficiat, indicetque legem gratiæ, quæ in quatuor Evangelijs evulgata agitatur veluti in quadriga gloriosè equitans ſuperponitur & ſupervehitur, & quaſi ſupernatat naturæ legibus, nec has exerendas eſſe, nec earum firmitas adſtruenda, cùm de ijs, quæ ad Trinitatem & gratiam pertinent, ſermo eſt. Itaque in Chriſti progenie generationes per quaterdenas replicentur, ubi decimus numerus, qui naturæ eſt, ſubiacet, & ſupprimitur à quarto, qui gratiæ eſt, & quaterdenis equitat Trinitas, ut innoteſcat coram ſanctiſſima Triade leges naturæ legibus ſubeſſe gratiæ. Ac proinde cùm de Maria agitur univerſo Trinitatis complemento, à legibus naturæ nullum deſumendum eſſe argumentum firmum, quæ cœleſtis gratiæ ordini ſuppeditantur. Nec enim intereſt naturam per ſuam propagationis legem ſeu tramitem contagium primi parentis in poſteros omnes derivare, ut intelligatur Mariæ conceptionem ab ea fuiſſe ſuperatam & permeatam: non enim vicit gratiam in Maria, potiùs à gratia devincitur & infringitur, & ipſa obſiſtente & pugnante, invalet gratia in generatione Mariæ; ea enim ad honorem Trinitatis ſpectat, cuius ſecũda perſona carnem deſumit à Maria. Ergo tres ſtatuens quatuordenas Evangeliſta ſatisfacit numero Chriſti generationi valdè congruenti. Addit inſuper Hierony. *Vt ſatisfaceret & tempori.* Quo pacto tempori myſterium Theſeradecadum ſatisfaciat, diſſeruit Abulenſ. *Satisfecit tempori, quia per tres quaterdenas ſignificat tria tempora, ſcilicèt ante legem, poſt legem, & ſub gratia.* Quibus edocet Deus, lege gratiæ imperante, cuius imperium Chriſtus in orbem invexit, reliquarum iam eſſe legum tempora devicta; nam & ſi natura ſuis legibus fulta vigeat, ſed imperio gratiæ ſubordinata, nec naturæ regni legibus gratiæ principatum arctari, ſed potiùs ab eo leges & ditione naturæ cõprimi & adſtringi, exorbitat nãque naturæ regius gratiæ operãdi ordo, qui quemadmodum ultra naturæ tempora progreditur, ita extra ipſius præſcripta. Quæ omnia confirmant in Chriſti genealogia non tam oculos deflectẽdos ad ſtrictas naturæ orbitas, quàm ad latiſsimos gratiæ decurſus. Neque ex eo quòd pro natura intonet Paulus: *Omnes in Adam peccaverunt*, infectæ naturæ præconia efferẽs, eliciendum eſt Chriſti genitricem illi ſubiacuiſſe, nam Chriſti progenies illiuſque rationalis officina naturæ præconijs præeminet, eaque ſublimius ſuam excellentiã præconizante gratia confundit.

Heſychius Cyrillus. Abulenſ. Hieronym. Iſidorus.

6 Alio quidem tramite inceſsit Hieronym. ut mentẽ aperiret Matthæi, ſcopumq; quem ſibi præfixit Evangeliſta in tribus quaterdenis collimaret. Nam cùm tres generationum Theſeradecades in quadraginta & duas generationes evolvãtur, has æſtimat procuraſſe Matthæum; ut manſionibus alluderet, quibus deducti Iſraelitæ de Ægyptia ſervitute deſertum peragrarunt, quæ itidem quadraginta & duæ extiterunt. Nec ſanè incongruè manſiones, quibus fidelis populus in libertatem & imperiũ pollicitæ terræ contendebat, progenies Chriſti figurabant: nã ſicut illi per quadraginta & duas ſtationes iter ad patriæ promiſſæ requiem peragebant, ſic divinũ Verbum per quadraginta & duas proavorũ generationes, quibus adventũ ſuum ſpoponderat, in ſingulis eorũ dũ vitã degebant requieſcẽdo quadraginta & duas manſiones adimplevit, & ſic eodẽ tenore, & eiſdẽ gradibus ad impertiẽdam populo libertatẽ deſcendebat, quibus illi ad regna promiſſa properabãt, ut ſe mutuò reſpicerent, ſibique viciſsim reſponderent & Chriſtus peregrinationem inſtituẽs per quadraginta & duas generationũ manſiones populũ liberaturus, & populus peragrationem ſubiens per quadraginta longi itineris manſiones libertatem & honorem conſequuturus: ait ergo Hieronym. epiſtol. 127. ad Fabiol. *Manſiones à prima uſque ad ultimã numerantur ſimul quadraginta duæ, de quibus Matthæus loquitur. Ab Abrahã uſq; ad David generationes quatuor decim, à David uſque ad tranſmigrationem Babylonis generationes quatuordecim, à tranſmigratione Babylonis uſque ad Chriſtũ generationes quatuordecim; id eſt ſimul generationes quadraginta duæ. Per has curvit verus Hebræus, qui de terra tranſire feſtinat ad cœlum, & Ægypto ſeculi derelicta terrã repromiſſionis ingreditur. Nec mirũ ſi in illo numeri ſacramẽto perveniamus ad regna cœlorũ, ſub quo Dominus atque Salvator à primo Patriarcha pervenit ad Virginẽ quaſi ad Iordanẽ, quæ pleno gurgite fluẽs Spiritus ſãcti gratijs rudũdabat.* Hæc verba mutuatus eſt à Hieronymo, ſeu potiùs trãſcripſit Iſidor. in c. 1. Num. illud ex verbis Hieronymi ad noſtrũ inſtitutũ tãquam valdè conſentaneum examine & põdere dignum cenſeo: Chriſtum nimirũ ab

Abrahamo tanquam à prima mãſione deſcendiſſe ad Virginem veluti ad Iordanem, in quo quadraginta & duæ manſiones terminum ſunt aſſequtæ. Vbi Virginẽ, quæ ultima Chriſti manſio fuit, invenio cum Iordane comparatam: nec immeritò, nam ex hac ſimilitudine apparet, coram Virgine pleno gurgite fluẽte & Spiritus ſancti gratijs redundante, nullam legum naturæ habendam rationem. Nam ad Virginis & eius gratiarũ affluentiæ aſpectũ cunctæ confractæ & diſſolutæ diſpereũt, ipſi tanquã gratiarũ abyſſo decedentes. Oculos convertere oportet in fluenta Iordanis; in eiſque patrata prodigia, cũ ad eius ripas adventaſſet populus, contemplari: *Igitur egreſſus eſt populus de tabernaculis ſuis, ut tranſirent Iordanem, & Sacerdotes, qui portabant arcã fœderis, pergebant ante eum. Ingreſſiſque eis Iordanem, & pedibus eorũ in parte æquæ tinctis (Iordanis autem ripas alvei ſui tempore meſſis impleverat) ſteterunt aquæ deſcendentes in loco uno, & adinſtar montis intumeſcentes apparebãt procul ab urbe, quæ vocatur Adon uſque ad locum Sarthan, quæ autem inferiores erant in mare ſolitudinis (quod nunc vocatur Mortuum) deſcenderũt uſquequo omnino deficerent*, Ioſue 3. 14. Ioſue 3. 14.

Duobus modis poſſumus Iordanis myſterium de Maria interpretari, vel intelligendo Mariã in ipſo Iordane præoſtenſam, vel in arca teſtamẽti Iordanis alveũ ingrediẽte, cui aquæ ſacramẽtalia obſequia tributarũt.

7 Si Iordanẽ Mariæ myſteria concipiamus prælineaſſe, iã ab ipſius origine arcanũ indagandum eſt. Hieronym. in quæſtion. Hebrai. ad illud Geneſ. 14. *Et perſequtus eſt eos uſque Dan*, inquit: *Dan unus eſt ex fontibus Iordanis, nam & alter vocatur Ior, quod interpretatur rivus ſive fluvius. Duobus ergo fontibus qui haud procul à ſe diſtant in unum rivulum fœderatis, Iordanis deinceps appellatur.* Lyra autem in interpretatione nominũ Hebræorum, ait Iordanem *iudicij proiectionem* ſignificare, à Dan, quod eſt *iudicium*, & Ior, quod eſt *proiectio*. Itaque gemini fontes ex quorum coitione Iordanis fluvius producitur, alter vocatur iudicium, alter proiectio, & cum mixtis inter ſe aquis, & fontiũ quoque cõflentur nomina neceſſe ſit, iudicij, proiectio ex copula vocum reſultat, quo nomine ornatus curſum ſuum inchoat Iordanis. Et quid luculentius illuſtriuſvè potuit excogitari ad Mariæ puriſsimam originẽ invemẽdam? *Dan* fons eſt, qui iudicium appellatur, & humani generis primum fontẽ oſtendit, cui divinũ inſidet iudicium, & lata ſententia ob primum peccatum, unde eius aquæ hoc nomine inſignitæ fluunt, & in quos deveniũt, Dei iudiciũ inducũt, latæque ſentẽtiæ fiũt obnoxij, qui eas participant, elabebãtur primi fontes aquæ Dei iudiciũ omnibus afferentes, qui illarũ humore coagulabantur. Voluit Deus ut ex hoc fonte Maria tanquã Iordanis procederet, ſed ne iudiciũ Dei invectũ in Adamũ aquæ primi fontis in illã inferrent, quid divina providẽtia excogitavit? O mirũ ingeniũ! Nempè ut divinæ virtutis & gratiæ rivus nomine Ior, hoc eſt proiectio primo fonti adiungeretur, qui iudicium proijceret, damnationemque amoveret, quæ fluentis primi fontis inſiſtebat; ut ex utriuſque cõplexu proiectio oriretur iudicij, & eo nomine prima Iordanis, hoc eſt Mariæ formatio honorata prodiret. Aquis iudiciũ Dei ferentibus advenerunt proiectionis aquæ, ut in aquarũ congreſſu proiectio iudicij divini & illius reiectio vigẽret: & ex hoc aquarum vinculo, à quo lata Dei ſentẽtia reijciebatur, deductus profluere Iordanis, aquis ſuis non iam Dei iudiciũ, ſed Dei iudicij proiectionem & amotionem oſtentans; ſicque innoteſceret Mariæ originẽ puriſsimam eſſe indemnemque à ſententia lata, quam aquæ primi fontis ſuſtinebant, & in ipſa iudicij proiectione cõpactam ab illaque deductam. En quò tẽdit Evangeliſta, qui quadraginta & duas generationes in Chriſti genealogia cogitavit recenſẽre, ut iuxta mentẽ Hieronymi quadraginta & duabus manſionibus reſpondẽrent, ſicque Maria inveniretur per Iordanẽ figurata, ubi ultima cõſtitit manſio, & Chriſti generatio ultimò deducta ex Maria, tũcque à copula, quæ originẽ peperit Iordanis, congreſſum, qui Mariæ edidit originẽ, auſpicaremur, & in illa divini iudicij proiectionem, quod à primo fonte effluebat, præfulſiſſe. Si verò inquiras, ut quid iam illa aquarum diviſio, & naturalis curſus interceptio in Iordane contigit undis ſuam remeantibus ad originem, & in illam congeriem ſuam & impetum molientibus? Bifariam ſatisfaciam: Primò, ut oſtenderetur in Maria curſum ſuum naturam ignorare, & hanc naturæ oppreſsionem, ſive dominium Mariam à ſua origine obtinuiſſe. Quapropter in huius veritatis teſtimonium, cùm diſſectus Iordanis naturæ obedientiæ denegatur, ipſius undæ avidè ſuam originẽ petunt, & fluctus in ſuum initiũ revocantur, ad primam ſcaturiginem ſuam à natura avulſi confugiunt, quaſi à ſua origine trahant, in qua primò ius ſuum natura perdidit, naturæ obſequia dediſcere. Deinde aſſeram: Nam ſi Virgo iuxta Hieronymum Iordanis erat, quæ pleno gurgite fluens Spiritus ſancti gratijs redũdabat: congruum fuit, ut ad ipſam ſacræ Hieronymus. Lyra.

arcæ

arcæ ſuſceptionem, hoc eſt, divini Verbi in illam illapſum, dignitatem ſuam aperiret, & qualiter ad tantum muneris ab origine ſua erat præparata, oſtenderet. Quocirca tunc gratiarum fluxus, quo exundabat Maria miraculosè conſtitit, & in ſuam originem reſluxit. Ad ingreſſum arcæ fluenta gratiarum Mariæ in ſuum initium ſunt refuſa, ſuam requirebant originem, & ambiebant, ut indicarent ab illa cum Mariæ ſubſtantia pariter emanaſſe: & dum ſuam puriſſimam nobiliſſimamque originē per hos refluxus adſtruunt, alveum Iordanis, hoc eſt alvum Virginis, dignum qui arcam tanquam Dei Verbum in ſe excipiant, teſtantur.

8 Si verò Maria teſtamenti divini arca in Iordanis tanquam in huius labentis mundi vada ingrediens conſideretur, non ignobile argumentum inde in propugnationem puriſsimæ eius conceptionis delibatur: indicatur enim per eiuſmodi arcanum, naturam ipſam ad Mariam limen vitæ pulſantem expaviſſe, & ſtupore plenam hæſiſſe, illiuſque aquarum extitiſſe meatum, ne qui fluebat immundus, eam vel in ipſo primo ingreſſu pollueret, quæ divini Verbi munditiem erat in ſuum ſinum concluſura. In huius rei Sacramentū fluenta Iordanis, quæ naturæ humanæ fluxus figurabant, in mare mortuum properantia, vix arca littora occupante, ut Iordanis alveum traijceret, fluenta, inquam, Iordanis, quæ in mortuum mare tanquam morti deſtinata fundebantur, ſubitò conſtiterunt, & adverſus naturæ ſuæ impetum repedarunt, ut ſicco veſtigio, nec vel minimæ guttulæ reſultu arca reſperſa paratam & ſtratam viā inchoaret, inveniretque ſibi dignum iter excurſo omni infecto humore arefactum.

9 Verè quæ ad Mariam ſpectant, vult Deus, ut iuxta gratiæ pondus appendātur, quæ pondus naturæ tanquam leve reputat & reijcit, & iuxta gratiæ capacitatem metiantur, quæ naturalem menſuram ſupereffluit: non coarctatur gratia intra naturæ terminos, nec ab ea deprimi patitur, quam velut ancillam deſpicit, & ſub ſe habet. Hanc veritatem ijs verbis Luc. 11. Luc. 11. 13. 13. Chriſtus Dominus ſtabilivit: *Nemo accendit lucernam, & in abſcondito ponit, neque ſub modio, ſed ſuper candelabrum, ut qui ingrediuntur, lumen videant.* Sed quid, quæſo, eſt lucernam ſub modio opprimere? Meherclè velle gratiā & illius ſupellectilem ſub naturæ menſura, quæ modica eſt inſtar modij coangustare. Quemadmodum lucerna modio contecta tenebris omnia offunduntur, & ſub tenebrarum opacitate confuſa & indiſtincta ſunt omnia, ſic qui gratiam ſub naturæ ordine & legibus includunt, nil niſi obſcuritatem pariunt, nullius dignitatem diſcernunt, & veritatem quærentes in ſcandala impingunt. Non quidem ab hoc intellectu deviavit Ambroſ. lib. 7. in Luc. *Nemo ergo fidem ſub lege conſtituat. Lex enim intra menſuram eſt, ultra menſuram gratia, lex obumbrat, gratia clarificat.* Quid Maria niſi lucerna? De qua Spiritus ſanctus ait Proverb. 20. 27. *Lucerna Domini ſpiraculum hominis.* De Maria enim hunc locum commentatur Richard. de S. Laurent. lib. 1. de laudibus B. Mar. *Dicamus & nos lucerna Domini, id eſt Mariæ, quæ illuminatrix & Domina interpretatur, quia peccator per eam reſpirat in ſpe veniæ, & gratiæ exemplo.* Verè ſi lucernam modio ſubmittas, ſi Mariam veris legibus menſuræ e naturæ ſupponere, quo pacto fulgore illius diſpicies? Vel eius luminis excellentiā dignoſces? Neceſſe eſt, ut in tenebris verſeris, & ſpiraculum vitæ tuæ comprimas. Splendeat tibi Maria, ſed ſuper modium eā naturæ conſtitue; Mariæ myſteria cogita omnem ſupergredi naturā, & ſic inventes nunquam ſub tenebris extitiſſe: quia lucerna & tenebræ nec in uno inſtanti ſimul coëunt: ſi lucernam ſub modio naturæ abſcōdis, obſcura tibi apparebit: ſed ea obſcuritas non quidem à lucerna provenit, nec lucernæ inēſt, lucem enim ſemper ſecū habet, ſemper lucifera eſt; provenit autem ab eo, qui eam ſub modio naturæ conſtringit, & quæ tui intellectus tenebræ ſūt, illi extitimas inſicēre.

Ambroſ.

Prover. 20. 27.

R. char. de S. Laurent.

10 Fluvius erat, qui è paradiſo originē trahens felicē illam regionem undequaque ſerpendo fœcundabat, qui quadrifariā ſciſſus extra paradiſum quatuor ſortitus nomina effundebatur. Sic habes Geneſ. 2. 10. *Et fluvius egrediebatur de loco voluptatis ad irrigandū paradiſum, qui inde dividitur in quatuor capita. Nomen uni Phiſon, ipſe eſt, qui circuit omnem terrā Hevilath, ubi naſcitur aurum, & aurum terræ illius optimū eſt, ibi quoque invenitur bdellium, & lapis onychinus. Et nomen fluvij ſecundi Gehon: ipſe eſt, qui circuit omnem terram Æthiopiæ. Nomen verò fluminis tertij, Tigris: ipſe vadit contra Aſſyrios. Fluvius autem quartus ipſe Euphrates.* In primis locū huc interpretatur de B. Virg. Richar. de S. Laurent. lib. 12. explicans enim illud Iſai. *Egredietur virga de radice Iſſe*, inquit: *Egredietur, id eſt naſcetur. Nota quod ſicut aiunt magni Sapientes, proprium eſt fontis vel fluvij egredi de terra vel monte, Geneſ. 2. Fluvius egrediebatur de loco voluptatis, & ipſa ad hoc nata eſt, ut velut fluvius fluentis gratiarum & benedictionis irri-*

Gen. 2. 10.

Richar. de S. Laurent.

garet totum mundum. Si Maria ad hoc eſt deſtinata, ut undas gratiarum per univerſam terram ſpargeret, quomodo in ſua origine infecta? Prætereà fluvij huius quatuor brachia orbem complectentia de B. Virgine exponit ipſe Richardus, lib. 9. qui illum ediſſerens locum Eccli. 24. 35. *Qui implet quaſi Phiſon ſapientiam, & ſicut Tigris in diebus novorum. Qui adimplet quaſi Euphrates ſenſum : qui multiplicat quaſi Iordanis in tempore meſsis*, ſubdit: *Et nota, quòd Maria ſignata eſt per illa quatuor flumina paradiſi terreſtris, de quibus dicitur Eccli. 24. Qui implet quaſi Phiſon ſapientiam, &c.* Nunc haudquaquam expendo horum fluminum originem à paradiſo deduci & loco voluptatis, quod quidem adſtruit Mariæ originem nobilem & à loco deliciarum ortam, ubi nullius moleſtiæ ſapor, nullius ærumnæ odor, nullius doloris indicium, quæ omnia in reliquorum hominum conveniunt & miſcentur origine. Illud velim ponderare horum fluminum egreſſum valdè quidem primorum parentũ è paradiſo diſceſſui diſparem evaſiſſe. Nam illi à Deo fuerunt expulſi inviti & coacti, quod eos indicat ſuo ſcelere contaminatos. Fluvius verò qui Mariam deſignat, adhuc in paradiſo eſt, ſuam originem velut totius peccati expertem ab immuni illo horto deliciarum protrahit per quatuor illas diviſiones in orbem, quæ non violenter à paradiſo exterminantur, ſed innatâ quadam ſui affluentiâ & exundantiâ liberalitatis aquas ſterili terræ cõmunicant. Difficile autem inter ſacros Interpretes illud eſt, quâ viâ, quibuſvè meatibus à paradiſo flumina illa deſcendant, & in orbem ditandum ſe immittant. Opportunè ſatis ad noſtrum inſtitutum reſponder Moyſes Barcepha in præſenti : *Sed urgebit aliquis, qui poſsit fieri, ut quatuor illi fluvij paradiſo egreſsi præcipitentur ſub Oceani vada, atque inde tandem in hanc noſtram terram erumpant? Huic reſpõdemus : ea quæ à nobis fieri non poſſe exiſtimantur, facilia eſſe Deo. Illum verò quẽ diximus quatuor fluviorum curſum divinum eſſe opus, non humanum*. Si quis curioſius diſpexerit, quomodo Marianæ vitæ fluvius, qui inſtitiâ originali præditus, quaſi è paradiſo naſcitur, fluenta ſua provehat, & per arcanos & occultos naturæ infectæ meandros abſque ulla infectione ſe prodeat: ſciat ea, quæ nobis difficilia apparent, divinæ potentiæ levia & ludicra eſſe. Nam vitalis fluminis Mariæ curſus opus eſt divinum, non humanum: ingenium eſt gratiæ, non naturæ, & quæ divina ſunt, ut aſſequantur, perperam humanis legibus comprehenduntur.

Eccli. 24. 35.

Richardus.

Moyſes Barcepha.

11 O bone Deus, quoties ut gratiæ privilegia naturæ faſtigio eminentiora adſtrueret divina Sapientia, iura proſcidit naturæ, plura illi denegãdo, quæ ad eam ſpectabant, ut ſe divinæ gratiæ ancillam agnoſceret & pediſſequam. Ioſephus detulit filios ſuos Ephraim & Manaſſem caliganti parenti Iacob, ut ab eo benedictionem acciperent: & ſtudens ut pro primigenij dignitate benedictio illis impertiretur: *Poſuit Ephraim ad dexteram ſuam, id eſt ad ſiniſtram Iſrael, Manaſſem verò in ſiniſtra ſua ad dexteram ſcilicèt patris, applicuitque ambos ad eum. Qui extendens manum dexteram, poſuit ſuper caput Ephraim minoris fratris, ſiniſtram autem ſuper caput Manaſſe, qui maior natu erat, commutans manus. Benedixitque Iacob filijs Ioſeph*, Geneſ. 48. 13. & num. 17. *Videns autem Ioſeph, quòd poſuiſſet pater ſuus dexterã manum ſuper Ephraim, graviter accepit, & apprehenſam manum patris levare conatus eſt de capite Ephraim, & transferre ſuper caput Manaſſe. Dixitque ad patrem: Non ita convenit pater, quia hic eſt primogenitus, pone dexteram tuam ſuper caput eius. Qui renuens ait : Scio fili mi, ſcio: & iſte quidem erit in populos & multiplicabitur, ſed frater eius minor maior erit illo, & ſemen eius creſcet in gentes*. Ecce Ephraim minor natu utramque dexteram & patris & avi præripit primogenito, ut adnotavit Euſebius apud Lypeman. *Vt Ephraim utramque dexteram patris ſcilicèt atque avi habuerit*. Si verò cauſas ſcruteris huius novitatis, & ſublatæ à primogenito benedictionis, minorique collatæ: eam aſsignat Chryſoſt. quia Ephraim ſoboles regnum erat adeptura : *Scio enim & prævidens futura ita ei benedictionem faciam. Nam licèt naturæ dignitatem habeat Manaſſes, ſed iuvenis ille maior erit eo, & ſemen eius in multitudinem gẽtium. Hoc autem totum factum eſt, quia huic regnum demonſtrabatur, propterea prædicens futura, ſic eum benedixit*. Adeò naturæ iura parvipẽdit Deus, ut vel dubiam lucem ſeu crepuſculum regiæ dignitatis, illis præhabeat, nec ambigat ut regale culmen honoret, naturam rubore, & ignominiæ dedecore ſuffundere. Nã Maria (ut iam prælibavimus) in regiam gloriã non eſt faſtigiata? Quid mirum ſi ob eam honore afficiendam naturalis ordinis nullam Deus duxerit rationem? Cyrillus ait, quia ſpiritus arcana præfigurabantur, & ubi viget ſpiritus, natura ſubſervit : *Ephraim* (inquit) *nominat antè Manaſſem, iterùm primogenitorum ius infringendo ſpiritum carni præfert. Et notandum, primogenitis minores natu à Deo in divinis ſcripturis præ-*

Gen. 48. 18

Euſebius.

Chryſoſt.

Cyrillus.

præferri. Nam Abel Cain prælatus eſt, & Sem ipſi Iaphet, Iacob Eſau, Ioſeph Ruben & Iudæ, Ephraim Manaſſe, Moyſes Aaroni, David fratribus ſuis. Nonnè Maria Spiritus ſancti habitaculum, & apotheca & tota ſpiritualis? Nonnè pro ipſa pugnat Spiritus ſanctus, & tanquam ſi ipſe in illa læderetur, Mariæ protectionem ipſe ſuſcipit, ut ait Ildefonſ. lib. de perpetua Virgi-
Ildefonſ. nit. Mariæ: *Pro ea contra hæreticam pravitatem dimicare ac vincere opus Spiritus ſancti.* Cur ergo natura coram ea leges ſuas ſtabiles proteget? Aliam adfert rationem
Ambroſ. Ambroſ. apud Lypoman. *Extẽdens Iſrael manũ dexterã impoſuit ſuper caput Ephrẽ, qui erat iunior & ſtabat à ſiniſtra avi, & ſiniſtram ſuam poſuit ſuper caput Manaſſe, qui erat ad dexteram, & ita immutatis manibus benedixit eos. In quo & Ioſeph naturæ ordinem ſervavit, ut ſeniori filio plus deferret, ſicut Iſaac quoque in Eſau priorem filium benedictione præferre cupiebat. Sed minorem filium in typum iunioris populi credidit præferendum, ſicut erat ipſe à matre prælatus. Denique Manaſſes ex oblivione Latina interpretatione ſignatur, ideò quòd populus Iudæorum oblitus eſt Dei ſui, qui fecit eum: & quicunque ex ea plebe crediderit, tanquam ex oblivione revocatur: Ephren autem fœcunditate fidei interpretatione nominis pollicetur.* Nonnè Mariæ fœcunditas & fides pares manus adeò eximio amicitiæ nexu inter ſe cõſeruerunt, ut quaſi geminæ ſorores pariter copulatæ, ſtatim ad perfectum ſui ſtatum & ſubitò fuerint promotæ? Nam mirabiliori fœcunditati mirabilior fides fuit adiuncta;
Richar. de S. Lauren. ut ait Richardus de S. Laurent. lib. 4. *Fides Mariæ notatur Luc. 1. ubi dicit ei Eliſabeth: Beata quæ credidiſti, quoniã perficiẽtur in te, quæ dicta ſunt tibi à Domino. Cũ enim paulò pòſt dixiſſet Maria: Ecce enim ex hoc Beatam me dicent omnes generationes, oſtendit & Angeli implendam promiſſionem, & ſuam ſe nõ tranſgreſſuram profeſſionem. Quæ enim virginitatẽ voverat, & parituram ſe docente Angelo noverat, mirabili fide & votum ſuum implendum credidit, & divinæ ordinationi ſe non ſubduxit. Maxima autem magnanimitas fidei fuit, quod in ſe poſſe credidit, & ſperavit quod nunquam auditum fuerat nec in cœlo, nec in terra.* Num fidei fœcunditatẽ Maria non intulit in orbem infelici oppoſita Evæ procaciter ſerpenti credulæ, & nimiũ petulanter incredulæ Deo? Sicut Ori-
Origen. gen. ait relatus à Richardo ſuprà: *Per fidẽ Mariæ erigitur iacentium genus, quod per mulieris temerariam credulitatem, fuerat ante deiectum.* Num Mariæ fidei aſylum nõ fuit, & ab humani generis penè animis exulem ſuã mente excepit, ut ex ea renata in orbem firmiùs regnaret? Teſtatur Richardus lib. 10. *Tempore Dominicæ ſepulturæ* Richardus. *fidei ipſius tota innixa eſt Eccleſia, cùm à fide & ſpe deficeret, omnis ſanctus, vel ad minus aliquantulum titubaret.* Si cùm interſe oblivio Dei per peccatum inducta, & fidei fœcunditas concertant, iura abrumpuntur naturæ, ut ei qui fœcunditatem præfert, favor deferatur, & benedictionis munere illuſtretur. Quare cùm his & cõtentio inter Mariam veluti fidei puerperã & Dei oblivionem à primo peccato emanantem, in qua contendit Maria illam non ſubijſſe, legibus eſt ſtandum naturæ? Cur natura immunitatem ſuam non deperdat, ut Mariæ ſerviat dignitati, credaturque Maria originali fuiſſe benedictione nobilitata? Caietanus cenſet, Iacob naturæ principatũ haudquaquam reveritum, ſed minorem fratrem præpoſuiſſe maiori, quia prævidit oriundum ab Ephraim ſtrenuum & inclytum Ducem ac Principem Ieſum, cui Moyſes ſceptrum & moderamen populi ceſſit: *Frater eius* Caietan. *iunior maior erit illo. Probavit rei eventus hoc. Nam de tribu Ephraim fuit Dux Ioſue, primus Dux populi poſt Moyſen.* Num Maria non mater Ieſu? Nũ Ephraim longius non diſtabat à ſobole Ioſue, quàm à Ieſu Maria, quæ ex ſuo eum in lucẽ utero effudit? Si ergo quia Iacob à longe proſpexit, ſeu odoratus eſt in Ephraim poſterũ Ieſum, in quo ſolemnior Chriſti figura præceſſit, ordinem deſpexit naturæ, illiuſque iura caſſavit, benedictionem ab eo Ephraim obtinuit; cur obſtinato animo pro legibus militabis naturæ, ut credas benedictionem originis Mariæ non conceſſam, quæ verum Ieſum peperit, ne illis aliqua ſubrepat iniuria? Rupertus verò lib. 9. in Geneſ. cap. 42. cenſet impetum factum in naturæ ordinem ideò fuiſſe à Iacob, quia illa manuum tranſmutatione crucis vexillum erigebat, à qua orbis ſuam benedictionem expectabat. Nam cùm haberet Manaſſem à dextris, Ephraim à ſiniſtris, ut dexteram Ephraim imponeret, Manaſſe verò lævã, neceſſum fuit, ut manuum commutatione crucis ſignum manêret effictum: *Sine dubio* Rupertus. (inquit Rupertus) *tranſpoſitio manuum crucis expreſit figuram. Numquid in eo ſic manus commutando caſu, crucem figuravit? Numquid non poterat ea ratione data, Manaſſem ad ſiniſtram, Ephraim verò ad dexteram ſuam poſuiſſe? Poterat ſanè, ſed Propheta erat, & ſpiritu prophetico ſciebat, quòd per crucem componenda eſſet benedictio, quam venturus legislator daret, vel qua in illo ſemine Abrahæ benedice-*

dicerentur omnes gentes. Sed cur Propheta divinitùs actus irrumpit in naturam, & illius irritat leges, cùm signum crucis primũ est ostensurus? Planè ut doceret, è regione crucis, à qua universa cœlestium gratiarum benedictio oritur, naturæ falli ordinem, eiusque leges esse imbecilles & inermes, deviat enim plurimum crucis ordo ab orbita naturæ. Nonnè Maria cruciformis? & quid dicam cruciformis! Crux illa fuit, si D. Epiphan. adhibenda est fides, sermon. de laudibus Virginis: *Dico sanctam Virginem esse crucem, extendens enim sanctas ulnas Dominum portavit*, nimirum in formam crucis. Extimo enim sanctissimam Mariam, quò sacrum infantem demulcêret, blanditijsque fovêret, quem sciebat crucis iã avidum, & mortis suæ cupidum, hoc invenisse ingenium, nempè brachia ex transverso ducere, & cancellare, eisque in formam crucis compositis gremio suo puerum excipere. Tùc enim infans inter matris brachia crucem formantia velùt in regio & nuptiali thalamo deliciabatur; ægrèque ab illis, in quibus formam præsentiebat crucis, descẽdebat. Si Iacob illicò ac crucis delineavit, & præsensit mysterium, ut sacramentum sacramento adderet, naturæ evertit ordinem, iurãque violavit, & ea non attendens benedictionẽ est impertitus: cur ut benedictionem gratiæ inquiras, quã origo Mariæ respersa descendit, in cuius brachijs animoque sigillum fuit iugiter crucis infixum, naturæ inconcussum ordinem sustines, intemeratumque contendis servare?

12 Hæc quidem causa fuit, ob quã Deus prima fundamẽta incarnatæ œconomiæ iaciens in eam interminatus severè est, quæ naturæ legibus proterva adhærebat. Primus fuit Abraham, qui verbi divini carne nostrã induendi, & ex ipsius semine derivandi cœlestem promissionem auscultavit: *Quo audito, Sara risit post ostiũ tabernaculi. Erãt autem ambo senes provectæque ætatis, & desierant Saræ fieri muliebria. Quæ risit occultè dicens: Postquam consenui, & dominus meus vetulus est, voluptati operam dabo?* Genes. 18.10. Risit quoque Abrahã: cùm iam pridie à Deo eiusmodi pollicitationem accepisset: *Sarai uxorem tuam non vocabis Sarai, sed Saram, & benedicam ei, & ex illa dabo tibi filium, cui benedicturus sum, &c.* Genes. 17.15. Quo audito Abraham, *cecidit in faciem suam, & risit dicens in corde suo: Putasnè centenario nascetur filius, & Sara nonagenaria pariet?* Sed disparem se exhibuit Dominus erga utriusque coniugis risum. Ridentem enim Abrahamum nõ increpavit, nec illius risum molestè tulit, at quasi lætus & lacessitus ex risu Saræ, otiosè elatas detulit Abrahamo: *Quare risit Sara, dicens; numquid verè paritura sum anus?* Genes. 18.13. Quamobrem intensum sibi Deus risum Abrahæ non habet, risum verò Saræ sibi reputat iniurium? Quia Abraham miraculo audito, quod quidem naturam exundabat, eiusque leges obruebat, nempè quòd centenarius gigneret, fidem divinæ gratiæ non est inficiatus, risitque præ nimia lætitia & hilaritate divinam potentiam demirans. Atverò Sara utpotè mulier modicæ fidei risit divinæ potentiæ incredula, ita enim obstinato animo legibus naturæ incumbebat, ut quasi ludicrum æstimaret posse eas deficere; plus enim naturæ quàm divinæ cõcessit potentiæ; Deus ergo convicium reputãs naturam suæ omnipotentiæ præferri, iniuriumque ducens, quòd in primo incarnationis filij sui limine æstimaret Sara vim prævalêre naturæ, tantumque sacramentũ intra breves illius terminos fore coarctandum, ita excãduit, terribilem que vultum indignatione armavit, ut Sara timore nimio correpta se risisse negaret. Atque Deus ad Abrahamum: *Nũquid Deo quidquam est difficile? Iuxta conditum revertar ad te, hoc eodem tempore vita comite, & habebit Sara filium. Negavit Sara dicens, non risi: timore perterrita*; illiusque mendacium Deus prodidit, ruberisque stimulos ei infigens: *Dominus autem, non est, inquit, ita, sed risisti*, Genes. 18.14. Iam à prima incarnationis origine divinæ cogitationes in naturam conspirãt; studentque edocêre naturæ leges veluti undas in primo tanti mysterij littore deficere collisas. Sic Hugo Cardin. *Naturalem consequitur rationem, quare risit Sara, dicens: Num verè paritura sum anus? Quare risit Sara uxor tua? Quasi dicat. Quare plus acquievit naturæ quam divinæ potentiæ?* Abrahæ verò risus admirationis & lætitiæ indicium fuit, non nota infidelitatis, ut placuit Augustino, qui rationem aperiẽs quare Abrahamum Deus non momorderit, punxerit verò Saram, ait: *Quia illius risus admirationis fuit, huius dubitationis.* Si in prima incarnationis divinæ structura cauſatur Deus, quod cœlestis benedictio existimetur legibus naturæ arctanda, & illius institutis metienda: æquum sanè erit & frugi, ut divinæ indignationis metu percellaris; qui benedictionem à Deo delapsam in Mariam, in qua incarnationis mysterium ultimò perfectum constitit, vis, ne naturæ ordinem deneges, inficiari? Ab origine incarnationis descẽdunt naturæ institutæ collapſa, credito ergo illius quoque leges in origine Mariæ, quæ complementum incarnationi præstitit, corruisse.

D. Epipha.

Gen. 18.10.

Gen. 17.15.

Gen. 18.13

Hug. Card.

Augustin.

Re-

13 Regina eſt naturæ Maria, & regia celſitudo haudquaquam ſubditorum legibus adſtricta inclinatur. Quid ſpectas in Maria, quod naturæ non ſupernatet? Quæ toties naturæ curſum infregit, cur in ſua origine illum obturaſſe non aſſenties? Num legibus & ordini naturæ acquievit virgineus partus, renuente naturâ integritatem parturientis ſervans, reluctante naturâ ab anguſtijs & dolorum preſura immunis? Nũquid Evangelicus Propheta non cecinit: Iſai. 66. 7. *Antequàm parturiret, peperit: Antequàm veniret partus eius, peperit maſculum. Quis audivit unquam tale?* Iſai. 66. 7. & quid eſt non parturire fœminam antequàm pariat, niſi puerperij legibus non alligari? Parturire enim eſt, ipſa actio enitendi filium, quam iuxta præſcripta naturæ, dolores & anxietates circumſtant: ergo diſruptæ ſunt naturæ leges in Maria, & antequàm carnificem naturam in parturitione experiretur, antequàm naturalis eculei torturam ſubiret, partum effudit. Numquid magis rata ſtabiliorvè lex, quæ infeſtam originem infundit in poſteros, quàm quæ parturientes doloribus ſubdit? Si hæc in conceptione & partu Filij Mariam non obſtringit, cur illa eius temeraverit cõceptionem? Cur huic propenſius adhæres, cùm ab illa videris Mariam abſolutam? Optimè Richardus de S. Laurent. lib. 4. de laudibus B. Mar. *Secundum mirabile eſt: qualiter peperit. Vnde dicitur: Antequàm parturiret, peperit. Qui eſt ergo antequàm parturiret, peperit? Niſi quòd non præcedẽte vel comitante dolore partum edidit? Sed quis audivit unquam tale? Lex enim data eſt mulieribus, Geneſ. 3. In dolore paries filios, & Ioan. 16. Mulier cũ parit, triſtitiã habet, quia venit preſſura ei. Lex igitur naturæ eſt, quòd mulier primò parturiat, antequã pariat: ſed Maria nõ fuit ſubdita huic legi, quia ſine dolore, hoc eſt ſine naturalium læſione, peperit Salvatorem.* Richar. de S. Laurent.

SECTIO QVINTA.

Verba illa, ABRAHAM GENVIT ISAAC, immunitatem Marianæ conceptionis ſtabiliunt.

§. I.

Quomodo Abraham nobilis originis Mariæ teſtis præceſſerit.

1 *ABraham in proſpectu genealogiæ celſa columna claræ Chriſti originis inſignes titulos præferens, ex Paſchaſ. Locus 3. Reg. 7. 20. Locus Sanctespag. Locus Cant. 2. 1. collatus cum Geneſ. 3. 18. ex Bernard. Locus Cant. 1. 15. ex Ruperto illuſtrato.*

2 *Abraham adverſus originale peccatum inſtructus, Geneſ. 18. 9. ex Alcuino.*

3 *Adſtipulatur locus Geneſ. 15. 5. ex Chryſoſt. & Auguſt.*

4 *Myſterium numeri annorum Abrahæ inquirit Rupertus ex 4. ad Galat. 25. ex interpretatione Anſel. Panditur difficultas verborum Ruperti.*

5 *Prævidè ad conceptionẽ Iſaac quaſi effeta & emortua parentum caro, & ſpiculum appetitus obtuſum, Geneſ. 18. 12. ex Hugon. de S. Victor.*

6 *Solicitudinis qua pulſabatur Deus de nobili origine matris, fundamenta præiacebat Deus in Abraham. Locus Geneſ. 24. 1. ex Procop. Theodoret. & Gregor.*

Explicatur amplius ex loco Geneſ. 9. 25. per Procop. & Ambroſ.

1 INgentiæ Chriſti Dómini originis adeò acerrimus propugnator præextitit Abraham, ut illum aſſerat Paſchaſius, Chriſti generationis à Matthæo in genealogiæ fronte collocatum tanquàm inſignem columnam proſpectum ædificij ornantem, quæ titulos nobilitatis in ſe cælatos oſtentat, ut maieſtatis regiam inhabitantis illuſtrem omnibus gloriam venditet. *Matthæus* (inquit Paſchaſ.) *hos duos,* Paſchaſ. nempè Abrahamum & Davidem, *quorum ſit filius Chriſtus tantum, ideò poſuit, quatenus qui vellent templum, id eſt Eccleſiam, per oſtium introire, has duas columnas, de quorum medio Chriſtus exorſus eſt, hinc inde antepoſitas circumſpicerent. Ipſe etiã*

de

de ſe loquitur: Ego ſum oſtium, per me, ſi quis introierit, ſalvabitur. Sunt enim ante fores templi, quaſi columnæ antepoſiti, & habebant, inquit Scriptura, columnæ altitudinem decem & octo cubitorũ, &c. Reſpondẽt ergo iuxta mentẽm Paſchaſ. Abraham & David ante faciem genialis opificij conſtituti, columnis illis, quas templi foribus præpoſuit Salomon; ut biniPatriarchæ ea inſignia in nobilitatem Chriſti depallandam intelligantur explicare & aperire, quæ columnæ illæ ſuſtinebant. Inſignia autem ſuper columnas erecta habentur 3. Reg. 7.

3. Reg. 7. 20. 20. *Capitella autem, quæ erant ſuper capita columnarum, quaſi opere lilij fabricata erant:* Liliorum ergo flores in capitellis ſculpti tanquam nobilitatis ſtemmata in ipſius templi ingreſſu ſuperpoſita oſtentabantur, igitur ut hæ ingenuitatis notæ explicentur, operæ pretium eſt inquirere, cur voluerit Chriſtus Dominus, ut inter omnia florum genera ad ſpecialem modum

Matth. 6. 28. converteremus animos, quo lilia gignuntur, & incrementa recipiunt, *Conſiderate*, inquit, *lilia agri, quomodo creſcunt*, Matth. 6. 28. & ex inde eliciemus, quam ob cauſam hunc florem Chriſtus tanquam ſui ſpecimen & formam ſingulariùs inter cæteros

Cant. 2. 1. præferentem extulerit: *Ego flos campi, & lilium convallium*, Cant. 2. 1. & quidem ſuadeor nullum florum germẽ in modo ſuæ productionis apprimiùs Chriſti puritatem originis exprimere, quàm lilium, nullum enim eſt, qui in ea pluſquàm lilium, umbras quaſdam arcani myſterij videatur delineare, Sanctes-

Sanctes-pagninus. pagninus in Anagog. ut præindicata ſcripturæ loca explanet, inquit: *Lilia nullius annui uſus cultum requirunt, nec circa proventum fructuum ut reliqui flores creſcunt: ita enim iſtius floris fœcundus ſolicitum non petit agricolã, ut quibuslibet ſiccitatibus agri facile floreſcat, nã certa quadã virtute genitali exſeſe atq; in ſe ſuci ſemper manentis animatur.* Neſcio, an quid illuſtrius pulchriusvè ad noſtrum inſtitutum potuerit excogitari. Verè enim lilium ita gignitur, quaſi nihil à terra emendicet, nihil illius humoris exigat, induſtriã non deſideret humanam, ac proinde nec ſolicitudinem agricolæ, etenim ipſe mirabili modo ſibi quodammodò ſufficit, in ſe & ex ſe habent genitalem quandam & occultam virtutem, quâ vegetentur verè univerſum mortalium genus latiſsimæ florum provinciæ comparatur, eorum enim ſatio velut mortua eſt, à parente terra nil niſi lethiferum humorem & maledictione tabidum recipiunt, ut reviviſcant, & ad gratiæ vitam revocentur, petunt laborem & induſtriam

Ioan. 15. 1. agricolæ: *Et Pater meus*, inquit Chriſtus, *agricola eſt*, Ioan. 15. 1. & ſacri fontis irrigatione indigẽt. Solus Chriſtus flos eſt, qui inſtar lilij generatur in terra ſicca & arida, nec aliquo humore à prima maledictione excurſo madida, humano non indiget opere, nã arcano & mirabili modo ipſe in ſe, & ex ſeſe virtutem habet, quâ producatur & animetur. Hinc eſt, quòd Sanctespagninus ad ſubſtantiam angelicam cum lilijs conferendam ſe extenderit; qui ut gratioſè & beatè vivant, ſolicitum non redunt agricolam, in eoque perſeverant nativo & ingenito candore, quem ab origine hauſerunt: *Lilia ſunt Angeli, qui nullo uſu laboris exercitati in ſe liberalitatis gratiam & cœleſtis ſervant dona naturæ.* Eu quamobrẽ ſtuduerit Chriſtus, ut mentes ad liliorũ generationem & vegetationem converteremus, ipſa enim Chriſti Domini nobilem originem ſpecialiùs adumbrant, quare meritò eis ipſe aſsimilatur. Iam præſtò eſt ratio, quâ adductus eſt Dominus, ut pariter ſe ac ſanctiſsimam Deiparam lilio exæquaverit: *Ego flos campi, & lilium convallium:* Cant. 2. 1. *ſicut lilium inter ſpinas ſic amica mea inter filias*, Cant. 2. 1. Sub eodem nomine & ſimilitudine lilij, ſimul ſe ac Parentem beatam vult comprehendi, ut Matris conceptionem valdè ſuæ ſimilem & exæquatam adſtruat. In ſicca enim terra nulloque maledictionis ſucco humida ſata fuit, atque in eius productione non tam humanum quàm divinum enitbit opus, divinâ virtute ſordidum fluxum naturæ mundante. Sed ut elegantiam loci huius percalleas, oportet advertere intendiſſe Sponſum glorioſam Mariam immunem ab omni culpa oſtendere, atque ad id ſpectaſſe diſcrimen inter ipſas & reliquas filias hominum effuſum. Nam quemadmodum lilio Mariam aſsimilat, ut illius nitorem originalem arguat, ſic reliquas ſpinis & ſentibus comparat, ut primi peccati execrationem eas ſubijſſe aperiat. Spinæ enim nexum quemdam cum primo piaculo habent, & tanquam ſuppliciũ primæ malitiæ addictum ad eam referuntur: *Maledicta terra in opere tuo, &c. Spinas* Gen. 3. 18. *& tribulos germinabit tibi*, Geneſ. 3. 18. Spinarum enim aculei primi peccati feracitas fuerunt. Quod optimè admonuit Bernard. ſerm. 48. in Cant. *Sicut lilium inter* Bernard. *ſpinas, ſic amica mea inter filias. Non bonæ filiæ, quæ pungunt. Attende peſsimum germen eius, cui maledictum eſt terræ noſtræ, cùm, inquit, colueris eam, ſpinas & tribulos germinabit tibi.* Sed elegantiùs Rupertus: pro cuius intelligentia ſupponendum eſt, Chriſtum & Mariam paribus viciſsim amatorijs cõmendationibus hinc inde repetitis luſiſſe; & quæ laudis & amoris

ris ſpicula Chriſtus infixit Mariæ, eam in Filium retorſiſſe. Quapropter cùm Filius
Cant. 1. 15. blandiretur Matri dicens: *Ecce tu pulchra es amica mea, ecce tu pulchra es*, Cant. 1. 15. eadem blandimenta Mater refudit illicò in Filium: *Ecce tu pulcher es, dilecte mi, & decorus.* Frequentant rurſus iacula amantes, dulciaque geminant alloquia: & ut Filius parem ſibi in pulchritudine Matrem perhibeat, repetit: *Ego flos campi, & lilium convallium: ſicut lilium inter ſpinas, ſic amica mea inter filias.* Cui par pari referens illa, *ſicut malus inter ligna ſilvarum, ſic dilectus meus inter filios.* His
Rupertus. prælibatis, auſcultato Rupertum: *Vt tu dicis amica mea: pulcher ego ſum & decorus: nam ego flos campi & lilium convallium, id eſt decus generis humani, & honor parentum humilium, illorum ergo decus & pulchritudo ſum, verè flos, verè lilium, quia ſpecioſus forma præ filijs hominum, quam videlicet formam taliter ut ego nullus habet filiorum hominum. Lilium quippè lactei floris eſt herba, cuius dum candor fit in folijs, auri tamen ſpecies intùs effulget. Ita flos campi, ſive lilium ego ſum, flos campi, id eſt puer mundiſſimus: flos, inquam, & caſtitatis lilium, cuius dum caro ſive humanitas exteriùs ſatis munda ſit, divinitatis tamen ſpecies intùs incomparabilis eſt:* & ſtatim Mariam loquentem inducit: *Ait ergo & mihi, quam & ſupra ſemel & iterum pulchram eſſe declamavit. Sicut lilium inter ſpinas, ſic amica mea inter filias. Hoc reſtabat, quoniam ille mihi dixerat: Ecce tu pulchra es, amica mea; ecce tu pulchra: & ego illi: Ecce tu pulcher es, dilecte mi, & decorus. Hoc, inquam, reſtabat dicere, quòd re vera pulcher ipſe, & quòd ego ad ſimilitudinem eius pulchra ſim. Cùm ergo dixiſſet: Ego flos campi, & lilium convallium: protinùs & mihi fidele perhibens teſtimonium: Sicut lilium inter ſpinas, ſic amica mea inter filias.* Exentera nunc mentem Ruperti: ideò enim cenſet Chriſtus ſe albicanti lilio exteriùs, intùſque auricanti comparaſſe, ut originalē ingenuitatē ſuā adſtrueret ex divini Verbi unione provenienti, in qua ſpecioſus eſt præ filijs hominum, ſtatimque Mariam invehit ſe gloriantem, ex eo quòd fidelis Filius eam ad ſuæ pulchritudinis ſimilitudinem, quâ cum lilio convenit, advocarit, quæ ſi claritudine originis non fuiſſet nobilitata, haudquaquam Filio poſſet exæquari ingenitum lilij nitorem ſibi approprianti. Quod ampliùs ex ſequentibus verbis, quæ mater Filio, ut parem illi commendationem originis referret, detulit: *Sicut malus inter ligna ſilvarum, ſic dilectus meus inter filios.* Quaſi dicat: ſic, ô dilecte, extas inter filios hominum, qualis malus inter ligna ſilvarum; ſterilia enim ſunt, & nullo flore vernantia, nec fructum parturientia, quā ſterilitatē à patre diabolo per naturæ meatus ebiberūt: tu verò inſtar mali ingenita vitalitate flores floribus ornatus, ditatus fructibus, & vitam, quam ab origine habes, ut lignum vitæ alijs propinas. Sic Rupertus: *Malus lignum fructiferum, ligna ſilvarum ſine fructu ſunt. Sic dilectus meus boni operis facit fructum, filij verò otioſi & inutiles ſunt: & re vera ligna ſilvarum, quia ex patre diabolo ſunt. Dilectus autem meus qualem, quàm bonum inter eos fecit fructum, utique fructum vitæ æternæ, quia non utcunque bona arbor ipſe, ſed lignum vitæ eſt.* Et ſi Maria de nobilitate originis à Filio non præceſſiſſet cōmendata: in hoc laudum congreſſu, in quo æquali viciſſitudine Mater Filiuſque ſibi reſpondebant, & paria gloriæ ſibi præconia objiciebant, nullatenus aptè Maria nobilis originis commendationem Filio detuliſſet. Meritò ergo Abraham in fronte genealogiæ ſtatuitur, illam præferens columnā ante fores templi locatam, & lilia in capite velùt inſignia nobilitatis templi virginei, Chriſtique illud inhabitantis ſuſtentantem, & oſtentantem.

2 Vlteriùs Abrahamus illuſtrē Chriſti eiuſque Parētis originem mirum in modū amplificat, ex eo quòd illū Deus adverſus originale peccatum ornaverit, primumque effecerit, quia adverſus illud determinato ſigno vexillum levaverit, & obedientiæ ſigna adverſus primi parentis inobediētiam, quæ contagium originis peperit, extulerit. Decuit enim, ut divina providentia in eo, in quo prima incarnati Verbi fundamenta iaciebat, primam peccati ruinam moliretur: ut ab Abrahamo tanquam ab antiquiori & prima huius myſterij arce, Maria ſcilicet, quæ Chriſtum peperit, illius virus fuiſſet protelatum. Primus fuit Abraham, qui fœdus circumciſionis accepit inventum in primi peccati in genus humanum graſſantis abolitionem: *Dixit iterum Deus ad Abraham: & tu ergo cuſtodies pactum meum, & ſemen tuum poſt te in generationibus ſuis. Hoc eſt, pactum meum, quod obſervabitis inter me & vos, & ſemen tuum poſt te. Circumcidetur ex vobis omne maſculinum, & circumcidetis carnem præputij veſtri, ut ſit in ſignū fœderis inter me & vos,* Gen. 17. 9. Alcuinus quæſt. 117. in Geneſ. ſciſcitans: *Quare Abraham circumciſionem accepit?* Strenuè ad noſtrum ſcopum reſpondet: *Idcircò Abrahæ commendata eſt circumciſio, ut ſub lege eſſet, ſicut Adam cui lex impoſita eſt, ne de ligno manducaret. Si enim*
Gen. 17. 9.
Alcuinus.

Adam

Adam pactum Dei cuſtodiſſet, Abraham hoc pactum non accepiſſet. Sed quia ille in hoc membro inobedientiæ culpam primò agnovit, decuit, ut iſte in hoc membro ſignum obedientiæ ſecundò acciperet, ut oſtenderetur obedientes quando generaſſe filios ad vitam, dum olim peccatores generarunt ad mortem. Itaque in Abrahamo conatus eſt Deus primæ ruinæ damnum inſtaurare, eiuſque obedientiam primæ inobedientiæ opponere, & quia primus parens perduellionis ſuæ prima indicia in appetitu ſenſit, in eâdem regione voluit, ut Abrahamus obſecundationis ſuæ & humilis Deo debiti cultus notas portaret, ſicque innoteſceret ex obedientis Abrahæ ſemine poſſe generari filios ad vitam, quemadmodum prima rebellio illos generabat ad mortem. Vnde Abrahami obedientiæ quaſi quid debitum erat Mariæ cõceptio puriſsima, ex qua adverſus primum parẽtem gloriaretur Abrahamus ſe obtinuiſſe ad vitam ſobolem procreatam.

3 His non mediocriter favet locus ille Geneſ. 15. 5. ubi ut Deus Abrahæ futurã polliceretur ſobolem, noctu eduxit eum de tabernaculo, & ad cœlum ſtellaſque illius
Gen. 15. 5. oculos convertit: *Eduxitque eum foras, & ait illi: Suſpice cœlum, & numera ſtellas ſi potes, & dixit ei: Sic erit ſemen tuum.* Sed cur, quaſo, ut Deus Patriarchæ poſteritatem ſponderet, fecit ut mentem ad ſtellarum conijceret ſplendorem? Si ut numeroſam oſtenderet, nonnè numeroſior erat arenarum, vel pulveris terræ copia? Cur ad terram non iubet, ut dimittat oculos, ſed ut ad ſtellas elevet? Verè ut indicaret futuram illius ſobolem non tam fore terrenum cenſum, quàm pignus cœleſte, nec tam ex humana & ſordida, quàm ætherea ſubſtantia æſtimandam, ipſumque poſteritatem obtenturum, quæ nil terrenum ſaperet & infeſtum, ſed ſidereum nitorem, & quæ naturæ ordinẽ eſſet infractura. Accipe Chry-
Chryſoſt. ſoſt. *Porrò quia ſupra naturam erat promiſsio, & vincebat humanam rationem (magnam enim in eo turbationem excitabant tot naturæ præpedimenta, ſenectus eius, & quòd Sara ſterilis ac utero erat emortuo) auget Dominus promiſsionũ magnitudinem, ut iuſtus ad promittentis liberalitatem reſpiciens benè ſperaret, confidenterque ſic eventurum. Eduxitque eum foras, & ait illi: Suſpice cœlum, & numera ſtellas ſi potes, & dixit ei: Sic erit ſemen tuum. Quare aſsignavit, quòd duxit eum foras? Poſtquàm ſuperiùs dixit, quòd in viſione noctis apparens ei verba illa ei loquutus ſit, nunc vult ei oſtendere, quàm innumerabiles ſint ſtellæ, & ait illi: Sic erit ſemen tuum. Magnum promiſſum, varia promiſsionis magnitudo: ſed ſi ipſam promittentis virtutem cogitabimus, nil nobis apparebit magnum. Qui enim de terra corpus formavit, & condidit omnia, quæ videntur, ille etiam dare poterit, quæ ſupra naturam. Ideò volens ſpiritum eius erigere, & novum vigorem menti addere, ab imminente timore eum liberat, promiſsioneque ac doni magnitudine mentem eius erigit, & oſtendendo ſtellarum magnitudinẽ, & promittendo naſcendos ex eo illi pares futuros in bonam ſpem adduxit.* Auguſt. lib. 16. de Civit. cap. 23. *Hoc in loco, ubi Abrahæ promiſſus eſt hæres, non ille vernaculus ſed qui de ipſo Abraham erat exiturus; rurſuſque ſemen innumerabile, nõ ſicut arena terræ, ſed ſicut ſtellæ cœli, mihi magis videtur promiſſa poſteritas cœleſti felicitate ſublimis. Nam quantum ad multitudinem pertinet, quid ſunt ſtellæ cœli ad arenam terræ?* Huiuſmodi enim promiſſiones eò tendunt, ut & mentem & ſpem animarent Abrahami, edocerentque ex eo ſobolem procreandam, non quidem tam carnis contagioſo ſemine, quàm cœleſtis gratiæ munditiæ, & ideò multitudini ſtellarum comparatam, ut ab omnium gentiũ patre non terreni, ſed cœleſtis progenies ſepararetur. Auguſt.

4 Non caſu æſtimat Rupertus lib. 5. in Geneſ. cap. 27. recenſitos annos Abrahæ à Sacro Hiſtorico, quibus vigebat, & cùm genuit Iſmaëlem, & cùm genuit Iſaac. Nã Geneſ. 16. 16. dicitur: *Octoginta & ſex annorum erat Abram, quando peperit ei Agar Iſmaëlem*, & cap. 17. 17. *Cecidit Abraham in faciem ſuam, & riſit in corde ſuo dicens: Putasnè centenario naſcetur filius?* Ex quibus perſpicuum eſt Abrahamũ gignentem Iſmaëlem octoginta & ſex attigiſſe annos, centenariũ verò genuiſſe Iſaac. Si verò inquiras, cur præmiſſa generatione Iſmaëlis, Iſaac generationem uſque in cẽteſimum ætatis Abrahæ annum Deus proterminaverit? reſponſum fabricat Rupertus ex loco Paul. ad Galat. 4. 23. *Scriptum eſt enim, quòd Abraham duos filios habuit, unum de ancilla, & unum de libera; ſed qui de ancilla ſecundùm carnem natus eſt, qui autem de libera, per repromiſsionem.* Curavit enim divina Sapientia diſcrimen ſtatuere inter Iſmaëlis conceptionem & primam generationem, quæ myſterio incarnationis inſerviebat, qualis erat conceptio Iſaac: & ait Apoſtolus, Iſmaëlis conceptionem præceſsiſſe iuxta carnis inſtitutæ formatam, malitiamque ebibiſſe, quæ à prima carnis vitiata origine fluens humanæ carni innexa eſt: ut verò quid mundius & purius con-
gen. 16. 16. gen. 17. 17. Ad galat. 4. 23.

conſtitueret in generatione Iſaac; ut diſtinguat eam ab Iſmaelis conceptione, quæ ſecundùm carnem præiverat, ait Apoſtolus, per repromiſsionem fuiſſe effictam, hoc eſt, per divini Verbi efficaciã. Iſmael enim dicitur ſecundùm carnem, & illius vigorem genitus, quia de Agar iuvenili ætate floreẽte, in qua vigebat natura & eius cõtagium, procreatus eſt. Iſaac verò generatio, quæ, velùt primus lapis Chriſti progeniem & incarnationem fundabat, dicitur per repromiſsionem concreta, quia in parentibus caro adeò erat imbecillis, infrigidata, extenuata, emortuaque, ut caſſa & impotens ad naturæ functionem inveniretur, quare generatio Iſaac ex divini Verbi vigore videtur
Anſelmus. proceſsiſſe: ſic Anſelmus: *Vnus ergo pater duos filios habuit, unum de Agar ancilla, & unum de Sara libera. Quamvis enim pater unus eſſet, non tamen conditio & genitura utriuſque fuit ſimilis. Sed ille quidem, qui de ancilla eſt procreatus, ſecundùm carnem, id eſt ſecundùm carnis naturam vel conſuetudinem natus eſt, quia iuvencula, ſicut erat Agar, de ſene ſolet concipere. Ille autem, qui de libera genitus eſt per carnis uſum, ſed per Dei repromiſsionem natus eſt. Ob hoc enim ex Sara natus eſt, quia Deus promiſit, imò repromiſit, non quia caro id potuit. Sara enim erat ſterilis, & vetula, nec de ſene marito, ſi nunquam ſterilis fuiſſet, concipere iam anus poterat. Sed Deus mirabili operatione dedit ex ea filiũ Abrahæ per gratiam repromiſsionis ſuæ.* Et quamvis inficias non eam, generationẽ Iſaac communis ruinæ ſubijſſe ſtragem, id aſſeram nihilominus ſtuduiſſe divinam Sapientiam originalem illam plagam adeò abſcondere & ſupprimere in Iſaaci generatione, ut veluti à divini Verbi vigore & virtute compreſſa diſpareat, ſicque quaſi ſecundùm carnem non fuerit, diſcernatur à generatione, quæ fuit ſecundùm carnem: ut cùm Deum totum contempleris occupatũ in macula & infamia obvelanda primæ generationis, quæ in myſterium incarnationis erigendum parabatur, cogites qualis fuerit in ea ignominia deterrenda à Maria, cuius caro carnem Verbo præſtitit incarnando. Igitur hoc diſsidium, quod inter generationem Iſmaelis, Iſaacique conceptionem intervenit, ob quod Iſmaelis conceptio ſecundùm carnem, Iſaaci verò ſecundùm divini Verbi poteſtatem dicitur: collegit ingeniosè Rupertus ex annorum numeri differentia, ſub qua utrumque filium Abrahamus procreavit. Nam numerus octoginta ſex, utpotè compoſitus, imperfectus eſt, & imperfectionem ex ſe pruriens, ſub hoc generatur Iſmael, ideò ſecundùm carnem. Centenarius numerus perfectus eſt, utpotè ſimplex, & uno limite contentus, quapropter cẽtenarius numerus, utpotè unus & ſimplex, nec marem deſignat nec fœminam; unitas enim apud Philoſophos indeterminata & quaſi dubia ad utrũque eſt; ac proinde numerus præſefert perfectionem, & nil ab eo immundum influere concipitur. Sub hoc numero generatur Iſaac, quaſi nihil ſordidæ carnis ebibens, & divini muneris virtute conflatus. Iam locum habent, & lucem accipient verba Ruperti, quæ difficilia ſunt: *Dum naſcitur Iſmael, octoginta & ſex annorum pater eſt Abraham, dum naſcitur Iſaac, ille centenarius eſt. Hæc quippe ætate patris natus eſt Iſaac. Porro octoginta & ſex annorum quantitas duobus diſponitur terminis, eſt enim in deceno limite octonarius, in ſingulari ſenarius. E contrà centum annorum quãtitas ſimplex eſt, id eſt uno limite contenta, & eſt tertia unitas eademque tetragona, nam decies decem dilatantur in centum. Ergo quod ait Apoſtolus. Sed qui de ancilla ſecundũ carnem natus eſt, qui autem de libera per repromiſsionem: diverſa quoque hæc in utraque generatione pulchrè ſignificat quantitas annorum. Nam ex convenienti viri & fœminæ carne vel ſanguine, natus eſt Iſmael, quia videlicèt natura fert, ut de viro quamvis ſene iuvencula concipiat, qualis erat Agar. E contrà ut anus, qualis erat Sarai, de viro ſene concipiat, natura ferre non ſolet. Proinde dum naſcitur Iſmael, pulchrè numerus paternæ ætatis cõpoſitus eſt. Senarius perfectus numerus in ſingulari limite ipſe quodammodo eſt Abraham perfectorum vir operum, ſed parvi & frigidi ſanguinis. Octonarius autem, qui & à Philoſophis fœmina dicitur, ipſe in deceno limite, quodammodo eſt Agar infirmior quidem, quia fœmina, ſed fœcundior viro, quia iuvencula. Sub his ergo numeris rectè naturalis ſecundùm carnem generatio Iſmaelis invenitur. E contrà dum naſcitur Iſaac, cuius generationem unica Dei gratia operata eſt paternæ ætatis numerus plenus & integer, unus & ſimplex, id eſt ſolo limite centeno ſub unitate contentus eſt. Vnitas autem apud eoſdem Philoſophos nec mas neque fœmina dicitur: & proinde rectè ſub centena unitate paternorum annorũ Iſaac naſcitur. Cuius generationem neque viri neque fœminæ natura, ſed ſola divinæ promiſsionis veritas operatur.* Rupertus.

Verba Ruperti clariùs, ſi poſsim, perſtringam. Octoginta & ſex annos habens Abraham procreat Iſmaelem, & hæc ætas qualitatem generationis deſignat, quippè quæ fuerit ſecundũ carnem. Nam octoginta & ſex numerus cõpo-

poſitus eſt ex octonario & ſenario. Senarius numerus, quia perfectus eſt & ſingularis, deſignat Abraham naturæ viribus defœcatum & invalidum, & recta operantem. Octonarius, per quem Philoſophi fœmirã indicant, in deceno limite eſt Agar ſexu infirmior & virtute fœcũdior, ac proinde apta, ut à ſene concipiat, ſicque enixa eſt Iſmaelem ſecundùm carnem. Cẽtenarius eſt Abrahã, cùm incumbit generationi Iſaac: & hic numerus qualitatem huius generationis aperit, quia perfectus eſt, plenus, integer, & incompoſitus, neque marem, neque fœminam deſignãs iuxta Philoſophos; ac proinde demonſtrat generationem non vi naturæ, nec viri & fœminæ virtute coactam, ſed divinæ gratiæ vigore & virore coagulatam. Vndique perpende quàm ſolicita divina Sapientia fuerit in abſcondenda originali macula in generatione Iſaac, in qua iam Chriſti incarnatio dedicabatur, ut eam opponat generationi Iſmael, quæ fuit ſecundùm carnem, velut ſi illa carnis contagio non communicaverit.

5 Hæc Dei cura & ſtudium erga obvelandam originalem turpitudinem, quæ inſtillavit in cõceptionem Iſaac, ex quo edoceret, quàm immunis & pura extiterit ultimæ illius parentis conceptio, ex cuius ipſe carne circumornãdus erat; emergit maximè in cupidine veluti extincta & appetitu quaſi emortuo parentum Iſaac, cuius ortus non ablatus eſt, ſed dilatus, donec tranſiret paſsio corporis, coniugij neceſsitas, voluptatis cauſa, cupiditatis ſenſus, & totum quod humanam confundit, gravat, onerat conſcientiam, quaſi longo tempore mundaretur Angeli domicilium. Quapropter advertas, operæpretium eſt, Iſaaci parentes nullis cupidinis illecebris ad illius conceptionem ſtimulatos, nullis voluptatis aut ſenſus irritamentis ad eam laceſsitos: ſed quaſi præ nimia & inſulſa ſenectute functionem illam horrẽrent, ad quam ut invitet natura, dulciter illecebrosè mordet, & molli ſuavique titillatione, pũgit; divini præcepti obedientiâ quaſi compulſi ſunt. Hanc enim averſionem, quâ afficiebatur Sara erga connubiales amplexus, oſtendit ſatis illis verbis Geneſ. 18. 12. Gen. 18. 12 *Poſtquàm conſenui, & dominus meus vetulus eſt, delectationi operam dabo?* Hoc eſt: poſtquàm importunam & faſtidioſam habeo coniugij voluptatem, illi reſtituar? Sicque hanc coniugalis congreſſus difficultatem & nauſeam divinæ promiſsionis opponit. Quapropter obedientiâ uterque cõiux non cupidine allectus ad generationem filij acceſsit. Siſte hîc parum. Nam ut perdiſcas quantum divina bonitas occulere in Iſaaci myſterium ſuæ conceptionis inchoãtis generatione, originis turpitudinẽ contenderit, in alterũ difficultatis ſcopulũ devenire oportet. Ad illud Gen. 3. 7. *Et aperti ſunt oculi amborũ, cùmque cognoviſſent ſe eſſe nudos, fecerunt ſibi perizomata.* Cõſpirant Interpretes, nuditatem primos parentes cognoviſſe, quia regionem appetitus ſenſerunt inordinatâ alteratione, & quaſi tumultu in rationem inſultaſſe, illique bellum indixiſſe, & obedientiam denegaſſe: ibi enim primus peccati effectus ſeu indicium erupit. Si verò inquiras, cur inobedientiæ nota primum in appetitus ſede emerſit, ibique prima ſua erexit vexilla? Reſpondent optimè, ſic à Deo diſpoſitum, ut inobedientiæ inſigne ibi inſideret, unde humanæ naturæ propagatio erat effluxura, ut cùm inobedientia ſtemmata ſua in generationis inſtrumẽto ſeu officina inſcribit, intelligatur ipſius maculam ad poſteros derivandam, eoſque cum parentum natura inobedientiæ ſimul infectam pruriginem excipere: ſic perbellè Hugo de S. Victor. in annotationib. in Geneſ. *Cùmque cognoviſſent ſe eſſe nudos, id eſt, cognoverunt nuditatem pro motu illicito, & quia auferre non potuerunt, tegere voluerunt partes illas, in quibus motum illicitũ ſenſerunt: iuſtè quidem inflicta eſt homini hæc pœna à Domino, ut quia ratio noluit obedire ſuo ſuperiori, id eſt Deo, nec ei obediat ſuum inferius, id eſt caro. Ex miſericordia tamen Dei, & ut homo ſubſiſtere poſsit factum eſt, ut cæteræ partes corporis ad nutũ obediant rationi, ſient, aut moveantur. Vna autem pars rationi non obedit, in ſignum tranſgreſsionis, ſcilicèt pudenda: ideò videlicet, quia tota propagatio generis humani per partem illam erat tranſitura, ſcriptum eſt in ea, quaſi in porta ſignum inobedientiæ parentum, inobedientia ſcripta mẽbrorum.* Hugo de S. Victor. Iam ex his ad priorem difficultatem reſerandam feſtinemus. Deſtinaturus Deus Abrahamum in primum Chriſti progenitorem, ut indicaret, quàm degener eſſet primæ originis noxa ab origine ſtructuræ incarnatæ œconomiæ, ſcripturam ſeu inſcriptionem inobedientiæ, quam primum peccatum in membrana appetitus per irrationales motus exarârat, delêre contendit circumciſionis præcepto, curans ut in ea parte circumciſi præputij obedientia fulgêret, ubi primi peccati inobedientia regnabat, ſicque æqualibus titulis & armis obedientia cum inobedientia confligeret, & quemadmodum inobedientiæ nota in appetitu emergebat ad infeſtandam propagationis viam pariterque per illam ſe effundendã: ſic ibi inobedientiæ ſtemma Geneſ. 3. 7.

pro-

promicaret ad infeſtationem inobedientiæ diſpeſcendam, ſeque cum generatione conflandam. Nec contenta fuit divina Sapientia ſic honoraſſe primum incarnationis aditum in Abraham, ſed cùm ad generationem Iſaaci perveniebatur, quæ propiùs ad incarnationem accedebat, vis inobedientiæ, quæ in appetitu vigebat parẽtum, voluit, ut quodammodò eſſet emortua, & ea pars, quæ rebellis priùs rationi reluctabatur, adeò rationi iam ancillans, ut divino præcepto ſtimulata ad procreandã ſobolem perduceretur. Itaque in Abrahamo & Sara, illa perduellio appetitus, quã primi parentes propter ſuam inobedientiam ſenſerant, adeò extitit ſedata & tranquilla, ut illius inſcriptio in porta propagationis infixa videretur abraſa, eique obedientiæ titulus ſuffectus, quâ permoti generationi Iſaaci incumbebant, quò intelligeretur in ſecundi Chriſti progenitoris cõceptionem vix nihil primam inobedientiã, cuius exaratio ab illa parte defecerat, inſtillaſſe; ſed obedientiam, quæ illi ſucceſsit inſcripta. Ita enim infamiam originis in Iſaaci generatione curavit Deus fuiſſe tumulatam, ut quaſi exinanita apparẽret, indeque Dei ſolicitudinem auſpicaremur erga ipſum incarnationis intimum ſacrarium præviè ab ea infectione protegendum.

6 Meherclẽ in eo bonæ fidei cardine moveor, ut exiſtimem hoc arcanũ Patriarchæ diviniùs illuxiſſe, & pro viribus egiſſe, quantum fore, ut Deus ſatageret Mariæ ſartæ tectæque ab omni originis vitio cuſtodiendæ, quæ Parens divini Verbi erat futura, qui in tanti myſterij progeniei limine illius indicia, vel ſimilitudines ſtudebat deterrendas & amovendas. Perpende verba illa cap. Geneſ. 24. 1. *Erat autem Abraham ſenex dierumque multorum, & Dominus in cunctis benedixerat ei. Dixitque ad ſervum ſeniorem domus ſuæ, qui præerat omnibus, quæ habebat: Pone manum tuam ſubter fœmur meum, & adiuro te per Dominum cœli & terræ, ut non accipias uxorem filio meo de filiabus Chananæorum, inter quas habito, ſed ad terram & cognationem meam proficiſcaris, & inde accipias uxorem filio meo Iſaac.* Prima ex his erumpens difficultas eſt: Cur Abraham coniugem filio delecturus, & ſervum ad id ſacro iureiurando obſtricturus, cogit, ut ſubter fœmur, hoc eſt ſubter genitalis ſeminis tubum, manum applicet, quid ibi ſacrum, quid honeſtum, ut tanquam ara regio illa cupidinis edendo iuramento deſerviat? Fœcunda eſt ſanè ſeges ſolutionis. Primò, ut oſtenderet ſervo, quale procurabat filio Iſaaco connubium: non quidem in quo cupiditatis invaleſceret ſenſus, voluptas regnaret, illæque inobedientiæ notæ vigẽrent: ſed à quo ea omnia eſſent relegata procul, & ſolã procreandæ ſobolis ſtudia Deoque placendi & obediendi animus promicaret. Ideòque eas generationis valvas ſervo prodit tanquam iuramenti altare naturæ ferè extinctas, in quibus nil eminẽret rationi renitens & obſiſtens, ſed obedientiæ titulis honoratum. Cõnubia enim, quæ in Dei progeniem extruendã parabãtur, ijs ſanctitatis indicibus cẽſuit ornanda, in quibus non tã naturæ vitiatæ vigor, quã mors, vel tumulus effulgẽret. Opportunè Procopius: *Fortaſis ſervum, quem ad ambiendũ uxorẽ filio ſuo ablegavit, per membra nuptijs inſervientia adiuravit: ſignificare volens purã converſationẽ, & matrimoniũ inculpatum, quod non voluptatẽ ceu finẽ, ſed prolem concerneret.* Deinde, quia agnovit provinciam illam generationi tributariam, ſigillo impreſſo fidei, obedientiæ monumento & circumciſionis vulnere nobilem. Quaſi ſervo proderet, ab euripo generationis, quæ divinæ incarnationi navabat operam, omne immundum & profanum fuiſſe iam relegatum: chirographumque inobedientiæ, quod primum condiderat peccatum abruptũ, & obediẽtiæ genus cum Deo pactum ſcriptum & in ipſa carne exaratum, ideòque euripum illum locum ſacri iuramenti efficit, ut iam ab ipſo loco perdiſcat ſervus qualis oporteat eſſe coniux, quæ Dei ſecundo progenitori ambiebatur. Ita Theodoret. quæſt. 73. in Geneſ. *Cùm enim in ſemine tum benedictionem, tum promiſsionẽ bonorum ſuſcepiſſet, illic ſervum apponere manum iuſsit, ubi fidei ſignum recepit.* Vlteriùs, quia fontem illum iam divini verbi carnis originem & primum ſeminarium conſtitutum, iam ut Chriſti carnem ſuſpiciebat Abrahamus. Quocirca ſubter illũ, tanquam ſubter quid divinum, iubet ſervo, ut iuraturus manũ admoveat, non ſuper quidem, ſed ſubter, quæ functio humilis venerationis eſt, & quâ quid ſuperius & ſublimius ſe colere ſervus proteſtabatur. Voluit ergo Abrahã, ut pars illa, à qua Dei caro erat fluxura, tanquam Dei caro, à ſervo haberetur, & religioſè ſuſciperetur, ut cũ de procuranda coniuge filio provinciam illi imponit, advertat, quâ debeat nobilitate & ſanctitate pollẽre, quæ in proavam Chriſti procuratur. Quaſi dicat: talis debet eſſe, iiſque cœleſtibus muneribus ditata, & ab omni vitioſitate ſegregata, ut illius carnẽ tanquam quæ ut Dei caro poſsit cenſeri, reverearis: & in qua, tanquam in ſa-

Gen. 24. 1.

Procopius.

Theodoretus.

cra ara, queas te iureiurando obligare. Gregor. Ita Gregor. apud Gloſſ. *Manum ſub fœmore iubet ponere, & per Deum cœli iurare, quia illius caro per illud membrum deſcenſura erat, qui filius Abrahæ eſſet ex humanitate, & divinus ex divinitate, quaſi iura per filium meum & Deum meum. Vnde non ſuper fœmur, ſed ſub fœmur manum ponere iubet, quia inde deſcenſurus erat. qui homo, ſed ſuper homines eſſet; unde non dignum fuit, ut manum ſuper fœmur poneret, quia nulla caro ſuper illam eſt.*

7 Sed cur ita infenſam habet & ſibi inviſam Abraham Chananæorum progeniem, ut ex ea prohibeat ſervum connubem ſeligere Iſaaco? Quid in Chananæis contemplatus eſt, quod ita eius animum pungit, ſolicitumque reddit à filij nuptijs eas avertendi? Verè animadvertit, Chananæorum progeniem maledictionis execrationem ſubijſſe, & ob crimen in parentem patratum Cham, Chananæorum primam radicem, ſervitutis & infamiæ maledictione adſcitam: Gen. 9. 25. *Evigilans autem Noe ex vino, cùm didiciſſet, quæ fecerat ei filius ſuus minor, ait: Maledictus Chanaan, ſervus ſervorum erit fratribus ſuis. Dixitque benedictus Dominus Deus Sem, ſit Chanaan ſervus eius. Dilatet Deus Iaphet, & habitet in tabernaculis Sem; ſit Chanaan ſervus eius*, Geneſ. 9. 25. Peccatum autem Cham, & in illud maledictio invecta, quaſi de primi peccati & maledictionis apparatu ſumpta videtur. Nam quemadmodum Cham inverecundè ſurrexit in parentem, honoreque illi debito ſpoliavit, ſic Adamus in omnium parentem & creatorem Deum inſiluit, eòque tendit, ut eum pallio divinitatis nudaret. Et quemadmodum prima maledictio non ſolùm in Adamum, ſed in illius deſcendit poſteritatem: ſic ob parentis Cham crimen ſoboles illius maledictionis verbere corripitur. Intuens ergo Abrahamus Chananæorum genus formâ primæ maledictionis affectum, & ad illius exemplar execratione plexum, ut oſtenderet, quantæ curæ fuerit Deo ab incarnationis opificio ſordes primæ arcêre originis, & mundam immunemque ab ea parentem eligere, ex qua tanta fabrica conſurgeret; progenitricem Chriſto parans, & Iſaaco uxorem, progeniem eſt Chananæorum averſatus, quia primæ maledictionis umbram ſuſtinebat, per omniaque edocet, Deum omnem ignobilitatis notam in proavis deteſtari. Procopius. Hæc tibi ſuggerit Procopius: *Mirum tamen eſt, cùm prohibeat, ne filio coniungat uxorem Chananæam, eundem tamen proficiſci iubeat ad gentem, quæ idolis inſerviebat, & tunc petere filio ſuo uxorem, ſciebat certè Deum diris execratum eſſe imprecationibus Chananæos. Propterea nolebat, ut filius inde duceret uxorem.* Tene poſt Procopium Theodoret. quæſt. 37. in Geneſ. qui præcepto ſervo ab Abrahamo impoſito copulans locum iuramenti, quo voluit illum obſtringi, ait: *Connubij contrahendi cauſa mittebat ſervum præcipuum, ſciens progeniem Chananæam maledictam eſſe, ſuam verò cognationem adeptam eſſe benedictionem. Cùm ergo in ſemine tum benedictionem, tum promiſſionē bonorum ſuſcepiſſet, illic ſervū apponere manum iuſsit, ubi fidei ſignum recepit. Credēs enim promiſſionibus divinis, accepit ſignaculū circumciſionis. Illic autē manū admovere iuſsit, ut & promiſſionis divinæ & circumciſionis memor matrimonio cū alienigena contracto, nobilitatē Dominicam non inficeret.* Theodor. Quid pulchrius? Subſcribit Ambroſ. apud Lypoman. *An conſtrinxit ſervum iuſtus, ut non de ſemine Chananæorū uxorem accerſiret Domino ſuo, cuius generis author patrem non honoraverat? Et ideò maledictionis hæreditatem tranſmiſit in ſuos, ut cognoſcamus fidē & quandā hæreditatē de authoris proſapia in his requirendam, quos nobis volumus adiungere.* Ambroſ. Sed & aliā huius myſterij rationē ſubnectit Procopius, in animo nempè fuiſſe Abrahamo prohibêre Chananæū uxoricīū à filio, non ſolùm quia Chananæa progenies maledicto obnoxia præceſsit, ſed & quia obnoxia futura præcepto divino erat. Nā vatidico lumine afflatus percepit eiuſmodi coniugia Iſraelitico populo divinum oraculum interdicturum, & in poſterum haud nobilem cenſendum, qui ea inierit: *Prætereà* (inquit Procop.) *noverat*, (*erat enim propheta*) *quòd poſteà Deus datutus eſſet legem, quæ vetaret, ſociare connubia cum Chananæorū gente. Quapropter volentibus eā negligentiùs exequi legē, omnem excuſationem adimit; dum vident ſe non delinquere, cùm idem, quod & Abrahamus faciant.* Conteſtatur Lypoman. *Filium Chananitidem accipi prohibet: ſciebat Chananæos exterminandos à Domino.* Lypoman. Videns iam præſervationem à culpa in Chriſti genealogia prætextam: & quid dicam à culpa præcautionem, imò ab ipſa ſuſpicione culpæ. Sic enim aperio ingenium & mentem Abrahami. Præſciverat vaticinio inſtructus excurrentibus ſeculis coniugia cū Chananæis à Domino vituperanda, & ex eis ortam prolem tanquam ab infecta origine turpem habendam. Prævidit deinde

& pro-

& providit fieri poſſe: ſi filius Iſaac nuptam duceret Chananæam, ut aliqui ex rudioribus & craſsioribus, & qui in poſterum ignorarent tempus lati præcepti, dubitarent ſi Iſaaco poſt eiuſmodi prohibitionis indictionem, Chananæa fuit iniuncta coniux; ac proinde eius nobilem prolem aut infectam, aut ſuſpectam iudicarent. Præſpiciens ergo hunc ſcopulum Abraham, contendenſque ab huiuſmodi ſuſpicionis nota etiam apud ignaros & imperitos Dei progenituram præſervare, coniugium Chananæorum defugit, etiam antequàm Dei adverſus illud præceptum exoriatur.

§. II.

Ex verbo, GENVIT, *quo vſus eſt Evangeliſta in Chriſti genealogia, argumentum pro Mariana puriſsima conceptione inducitur.*

VTitur hoc verbo Evangeliſta, quia deſtinatum ab Hiſtoricis ſacris divinæ puriſsimæ generationi, Pſalm. 2. 7. & Pſal. 109. 3. ex Paſchaſ. & Gloſ.

9 *Quantũ hæc pugnent pro ingenua Mariæ conceptione, ex Chryſoſt.*

10 *Quo pacto Mariæ conceptio formam fuerit divinæ generationis inſequuta. Locus Matth. 18. confertur cũ Ioan. 1. 1. ex Ildefonſ.*

11 *Mariæ & Filij generatio quaſi eiuſdem rationis ſub eadem voce præſagiata. Locus Luc. 1. 30. lucem accipit ab eodem cap. 1. 13. ex Innocent. Adeſt Epiphan.*

12 *Expenditur locus Luc. 1. 28. & 30. ex Hugon. Cardin.*

8 NOn quidem præterire oportet, quod curioſiùs Interpretes obſervarunt, nẽpè Evangeliſtam in Chriſti progenie recẽſenda, nimis verbo *genuit*, adhæſiſſe, *Abraham genuit Iſaac, Iſaac autem genuit Iacob*: quo verbo totam generationũ ſeriem connectit. Potuit enim vel alio fungi, vel aliud interponere, dicendo, Abraham generavit Iſaac, Iſaac procreavit Iacob. Cùm enim huius dumtaxat tenax fuerit, voluerit́que verbũ *genuit* univerſam Chriſti traijcere proſapiam, ſingulare myſterium in eo à ſe prætenſum indicat; id ergo exiſtimo eſſe, quia verbum *gignò* ferè ſacrum eſt, quod quidem quoties de æterna generatione, quâ Filius ineffabiliter à Patre procedit, fit ſermo, uſurpatur. *Dominus dixit ad me: Filius meus es tu, ego hodie genui te*, Pſal. 2. 7. Quo teſtimonio uſus eſt Paulus ad Hebr. 1. 5. & cap. 5. 5. & Pſal. 109. 3. *Tecum principium in die virtutis tuæ in ſplendoribus Sanctorum, ante luciferum genui te.* Vt ergo Evangeliſta innueret in his generationibus, quæ in Maria & Chriſto terminantur, non tam inſpiciendam propagationem carnis, quâ quid ſordidum admixtum effluit, ſed puriſsimam originem non penitùs abſimilem illi, quâ æternum Verbum à Patre emanat, verbo, quod Chriſti generationi mundiſsimæ temporali, vel æternæ indicibili ſemper appropriatur, uſus eſt. Sicque oſtenderet in harum generationum exitu illum emergere, cui toties dictum eſt à Patre: *Filius meus es tu, ego hodie genui te*: ita Gloſſa & Paſchaſius in prælenti: *Et notandum, quòd Matthæus genuit, & non generavit, dixerit, ut eum recognoſceres in finem oſtenſum, de quo Pater dixit: Filius meus es tu; ego hodie genui te. Hoc itaque quaſi proprium illi verbum & familiariſsimè ubique ſuper eum ponitur.* Gloſſa. Paſchaſ.

9 Nec hoc inermiter pro Mariæ puriſsima generatione militat, nam ut ſuprà admonuimus, tres generationes, quæ in Chriſto inveniuntur, una æterna & intima à Patre, alia temporalis, quæ effunditur ab utero Matris, altera in reſurrectione, quâ à ſepulchri vulva proceſsit ad immortalitatem, de quibus ſacri Interpretes verba illa Pſalmi interpretantur 2. 7. *Dominus dixit ad me, Filius meus es tu; ego hodie genui te*, in unum pulchrè conſpirant inviolabiliter obſervatum, nempè ſummã puritatem, & munditiem termini, à quo fluunt. Nam Patrem ſummâ nobilitate originis præditum, quis dubitavit? Sepulchrum adeò præceſsit purum, ut nullâ fuerit corruptione præoccupatum, nullo mortis odore temeratum, in quo utique nulla unquam mortis poſſeſsio, aut ſtrages vel pauliſper requieverat. Et quis non credet uterum Mariæ ſepulchro haudquaquam inferiorem? Et quidem evaſiſſet inferior, ſi in aliquo inſtanti ferale illud contagium ipſam polluiſſet. Vnde Chryſoſt. in hunc Pſal. 2. ita ait, ſepulchrum conferens cum Maria: *Et Paulus dicit in Actibus cap. 13. 33. Et nos vobis annuntiamus promiſsionem factam patribus, quòd hanc implevit filijs ſuis nobis reſuſcitans Ieſum: & mentionem faciens reſurrectionis Ieſu propoſitum Pſalmum accepit dicens:* Pſal. 2. 7. Chryſoſt.

ſicut & in Pſalm. 2. ſcriptum eſt : Filius meus es tu; ego hodie genui te : quemadmodũ ex Virgine non ſatum, ita ex ſepulchro incorruptum, neque enim caro eius novit corruptionem. Quem locum & comparationẽ ſic interpretor. Quemadmodũ caro Chriſti in ſepulchro adeò ignoravit corruptionẽ, ut non ſolùm incorruptus & immortalis ab ipſo fuerit expeditus, ſed nec ullum odorem aut fœtorem mortis in ipſo præſenſit, in quo corpus mortuum nunquam poſitus fuerat; ſic ex Mariæ utero exiens peccati corruptionem non ſolùm ignoravit, ex eo quòd ab omni peccato immunis ab illo prodierit, ſed quòd in materno utero nullum odorem peccati, quo aliquando fuerit contaminatus, olfecerit.

10 Quòd autẽ Mariæ conceptio quodammodo normam fuerit æternæ generationis inſectata, item & Chriſti generatio temporalis, non modicâ ſimilitudine divinæ quoque generationi adhæſerit, ob quod congruum fuerit, ut ſacer Hiſtoricus Verbum æternæ generationi attributum & accommodatum in eis obſervaverit; probant Matth. 1. 18. ſanè verba illa Matth. 1. 18. *Generatio autem Chriſti ſic erat. Cùm eſſet deſponſata Mater Ieſu Maria Ioſeph, &c.* Vt quid ergo, *ſic erat*, & non ſic eſt? Conſentaneum ſanè magis erat, ut illam deſcripturus inchoaſſet, *Generatio autem Chriſti ſic eſt.* Nam verbum illud, *erat*, æternitatem concernit: *eſt* autem denotat tempus, ſeu rem in tempore procreatam, iuxta illud Ioan. Ioan. 1. 1. 1. 1. *In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum.* En Verbum *erat*, æternæ generationi adiunctum, à qua ut temporalem Chriſti generationem diſtingueret, uſus eſt verbo, *eſt*, & *Verbum caro factum eſt.* Quare ergo hanc Ioannis orbitam Matthæus non eſt inſequutus, reſervans *erat* æternæ Verbi proceſsioni, & eo verbo in temporali generatione fungens, quo temporalem illam exprimeret? Provinciam ſolutionis D. Ildefonſ. ſuſcepit lib. de virginit. & parturit. B. Ildefonſ. Mar. *Quia generationis huius maternæ imago & ſymbolum iam præceſſerat ab æterno in generatione Patris.* Ea autem imago & ſimilitudo in eo ſtat, quòd quemadmodum divinum Verbum per æternam generationem genitum proceſsit ex mente Patris fœcunda illius participans incorruptam & illibatam naturam; ſic per temporalem generationẽ prodijt ab utero Matris, incorruptam & intemeratam illius trahens carnem, & ob hanc itidem rationem Mariæ conceptio quandam cum æterna generatione ſubijt paritatem, temporali Filij ſui generationi quoque aſſimilata. Proceſsit enim Maria per conceptionem ſuam ab alvo gratiæ (ita enim interpretatur Anna, teſte Damaſceno lib. 4. de Fide Orthodox. cap. 15.) naturam hauriẽs ab omni pædore corruptionis exortem: ut quam mundaverat gratia in Anna, hanc ſecum duceret Maria.

11 Hinc eſt, quòd Mariæ generatio ſub eadem immunitatis & nobilitatis voce ac Filij generatio portenditur. Pro cuius intellectu advertere te oportet arcanum diſcrimen, quo cœleſtis ales uſus fuit, ut Chriſti Domini ortum Ioanniſque baptiſmi nativitatem annuntiaret, ipſis annuntiationis verbis diſſidium teſtans, quod inter utriuſque cõceptionem interijciebatur. Sic enim Lucas vaticinium Zachariæ delatum ab Angelo de filij ortu inducit: Luc. 1. 13. *Ne timeas Zacharia, quoniam exaudita eſt deprecatio tua; & uxor tua Eliſabeth pariet tibi filium*, cap. 1. 13. Prædictio autem, quam de Chriſto attulit idem aliger, ſic habet: *Ne timeas Maria, inveniſti gratiam apud Deum. Ecce concipies in utero, & paries filium*, num. 30. Optimè Innocent. Pontif. ſerm. 3. de Ioan. Baptiſt. diverſitatem, quam obſervavit Angelus in adventu Chriſti Domini & Ioannis annuntiando, adnotavit: *Ioannis non conceptum dicit, ſed ortum, Ieſu verò prædicit ortum pariter & conceptum.* Cur ergo Gabriel non dixiſſet Zachariæ, uxor tua Eliſabeth concipiet, & pariet tibi filium, ſed nullâ cõceptionis facta mentione, tantùm protulit *pariet*: Mariæ verò non contentus fuit enũtiaſſe partum, nec ſolummodò dixit, ecce paries filium, ſed conceptionem ſimul & ortum: *Ecce concipies in utero, & paries filium?* Verè hoc enuntiationis diſcrimen ab ipſa eventus & rerum differentia facilè inveſtigandum eſt. Ioannis conceptio vulgaris fuit, & iniquitatem primi peccati ſugens, propagationis enim humanæ periculum non effugit, ſed parem cum omnibus perpeſſa eſt originis corruptionem; Chriſti autem conceptio undequaque fuit miraculoſa & mundiſsima, & quemadmodum à communi hominum propagine deviavit, ſic procùl fuit, ut aliquâ originis Adæ infectione vitiaretur. Angelus ergo ut hanc inter utriuſque conceptionem vaſtam voraginem aperiret: nihil de Ioannis conceptu annuntiat, quod immundum erat fugiẽs, & ex eo quòd ab illo abſtineat, immundum illum exprimens, Chriſti verò pandit conceptionem, ut à communi lege & originis malitia exorbitantem, & alio novo ineffabilis Dei omnipotentiæ ordine coactam. Nunc autem diſpiciamus, ſi Mariæ oriundæ vaticinium cum Ioannis vel potius cũ Innocent. Pontif.

filij

filij ſui vaticinio conveniat. Præmonuit quidem Gabriel Ioachimum & Annam, Mariam de illis naſcituram; ſed quâ, quæſo, voce? Conceptionis, aut ortus? Accipe Epiphanium: dum invehit hæreticos ſomniantes Mariam ſicut Deum adorandam;

Epiphan. rem explanantem: *Hiſtoria Mariæ & traditiones habent, quòd dictum eſt patri ipſius Ioachim in deſerto: Vxor tua concipiet, tamen non ſine coniugio hoc factum, nec ſine ſemine viri, ſed futurum Angelus miſſus prævaticinatus eſt, ut negua hæſitatio fieret, propter id quod in veritate factum eſt, & iam ex Deo ordinatum, & iuſto promiſſum.* Perpende, quomodo Mariæ & Chriſti generatio ſub una nobilitatis voce, ſub eodem verbo conceptionis privilegia continente, ſub eadem forma omnem originis excludente maculam prædicta eſt. Nam ſi Angelum conceptionem Baptiſtæ ſuppreſsiſſe, nihilque de illa præſagijſſe, illius originis ebibitam noxam prodidit; Chriſti verò aperuiſſe conceptionem, indicium fuit illius nobilis ingenuitatis: ut ſimile iudicium paremque ſententiam de Mariæ ac de Filij conceptione ferremus, Deiparæ conceptionem pariter illius parentibus revelavit.

12 Et verè antequàm Gabriel Chriſti conceptionem annunciaſſet, mirâ arte & exculto optimi rhetoris ingenio, licèt per ſpecialem anfractum deducto, Mariæ puriſsimum declaravit conceptum, ut edocêret non niſi in ea congruum fuiſſe Chriſtum nobiliter concipi, quæ ingenuè quoque concepta præierat. Expende Gabrielem priuſquàm ad conceptum Chriſti prædicendum deveniret, bis Mariam gratioſam appellaſſe: *Et ingreſſus Angelus ad eã dixit: Ave gratia plena*, Luc. 1. 28. non enim Mariam, ſed gratiâ plenam accerſit; quaſi gratiâ plena illius nomen ſit propriũ, ut ſuperiùs adnotavimus. Deinde num. 30. ait: *Ne timeas, Maria, inveniſti enim gratiam apud Deum. Ecce concipies in utero.* Sed cur, quæſo, prævie ad generationis Chriſti vaticinium bis inducitur gratioſa Maria? Verè ut concepta ipſa gratioſè intelligatur: & oportuiſſe ut nobili conceptione ornata præcederet, quæ nobilem Filij conceptionem erat perceptura. Diſcute ordinem, quo Maria ſemel & iterum gratioſa nuncupatur: Primò nominatur gratiâ plena, deinde gratiæ inventrix apud Deũ: & gratiâ plena, ut diſtinguitur à gratiæ inventrice, gratiam deſignat nunquam deperditam & ſemper habitam: nam gratiam invenire denotat gratiam fuiſſe amiſſam, & poſt illius amiſsionem inventam. Duplicem gratiæ ordinem poſſumus in Maria contemplari, & gratiam, quam accepit in ordine ad ſe, hoc eſt, quâ ipſa exornaretur, & quam in ordine ad alios accepit, hoc eſt, quam effunderet in alios, alijsvè elargiendam, vel de congruo mereretur, vel impetraret; ulteriùs prælibo, gratiam per peccatum amitti, quod quidem eſt gratiæ diſſipator; quæ peccati proprietas etiam originali peccato congruit: nam illo interveniente amittere dicimur gratiam & iuſtitiam originalẽ, quæ Adæ poſteris, ſi ipſum de medio ſublatum eſſet, ſuccederent. Vt ergo geminum ordinem gratiæ, quo prædita fuit Maria, diſcerneret Evangeliſta, illã primò accivit gratiâ plenam, deinde invẽtricem gratiæ, ut indicaret primò accepiſſe gratiam in ordine ad ſe, deinde gratiam in ordine ad alios; & gratiam in ordine ad ſe diſtingui à gratia in ordine ad alios, ex eo quòd gratiæ, quam in ordine ad ſe accepit, non fuerit inventrix: illam enim ſemper habuit, nec gratia in ea unquam potuit appellari amiſſa, cùm nec originali, nec actuali peccato fuerit affecta, per quæ dicitur gratia deperdi: gratiæ verò in ordine ad alios fuit inventrix, quia cùm nulla fuerit pura creatura, quæ illam per originale, vel actuale piaculum non amiſerit, verè dicitur Maria reliquis hominibus inveniſſe gratiam, quia Mariam eam illis inveniſſe, ſupponit eos illam amiſiſſe. Demirare quo ingenioſo meandro Angelus Mariæ conceptionem aſſeruerit ab omni peccato immunem, ut illi Filij puriſsimam conceptionem in eius utero perficiendam proferret. Favet Hugo Cardinal. *Ne timeas, Maria, inveniſti enim gratiam apud Deum; quam nemo ante te potuit invenire. Inveniſti, quod Eva amiſerat, inveniſti, quia quæſiviſti ubi erat, ſcilicèt apud Deum, qui eſt locus gratiarum, non apud mundum, cuius gratia, gratia eſt fatuorum, de quo Eccli. 20. Gratiæ fatuorum effundentur. Sed quam gratiam inveniſti, Beata Virgo? Beatus Bernardus: Dei & hominum pacem, mortis deſtructionem, vitæ reparationem. Nec dixit Angelus: Habes gratiam apud Deum, ſed inveniſti, quia res habita, ut propria cuſtoditur; res invẽta, reſtituitur illis, qui amiſerant. Quia igitur non ſibi ſoli retentura erat gratiam, ſed omnibus, qui eam amiſerant, reſtituta, ideò dicit Angelus, inveniſti. Quaſi dicat: non debes tibi abſcondere, quia non eſt tua, ſed in aperto & in communi ponere, ut cuiuſcunque fuerit, rem ſuam poſſideat, ſicut iuſtum eſt.*

Hug. Car.

§. III.

Quantum iuverit, Iſaac ut Marianæ conceptionis immunitatẽ credamus.

13 LOcus *Epiphanij.*
14 *Verba Zenonis Veronen. digerũtur.*
15 *Ex nomine Iſaac, quod eſt riſus, deducitur argumentum, Geneſ. 17. 19. ex Richard. de S. Laurent.*
16 *In dicta telum eliditur, & expenditur locus Luc. 1. 28. per Sanct. Laurent.*
17 *Myſterium in nomine Iſaac obſeratum reſeratur. Locus Geneſ. 17. 15. ex Auguſt. & Hieronym.*
18 *In ijs quæ circa Iſaac præordinabantur, quàm infenſum Deo originale piaculum exiſtat, efflorebat. Locus Geneſ. 24. 12. ex Aug. & Richard.*
19 *Cohærent Theodoretus & Damaſcenus, hic illuſtratur.*
20 *Locus ad Roman. 9. 10. ex Epiphanio.*
21 *Extricatur locus Geneſ. 22. 27. ex Caietan. Hieronym. & Richard. huius verba ponderantur.*
22 *Examinatur ulteriùs præfatus locus ex Ambroſ. & Philoxeno.*
23 *Rupertus præfatum locum illuſtrat, ex Luc. 15. 22.*

13 SAtis egregiè aptèque ad rẽ teſtatur Epiphanius Hæreſ. 78. *Neque enim Deus eſt Maria, neque de cœlo corpus habet, ſed ex conceptione viri & mulieris, ſecundùm promiſsionem verò velùt Iſaac diſpoſita.* Cohibere contendit inclytus Doctor exorbitantem aliquorum erga puritatem Mariæ affectum, nimiumque zelum, qui fatuè pro pietate pugnantes, deblatterabant impietatem debacchantes: eà enim væsania effervebant, ut quò puriſsimam Mariam ab omni noxa adſtruerent, illam Deum eſſe, vel corpus illius de cœlo allatum effutiebant. Humana fuit Maria, inquit Epiphanius, & ex viri & fœminæ congreſſu concepta, quod quidem non obſtat, ut nobilem purãque ſortita fuerit originem, cuius umbra prælineata præivit in Iſaaco: qui quamvis impurè conceptus mũdiſsimæ conceptionis Mariæ ſtemmata extulit. Nam cùm illius generatio ex eo quòd prima fuerit, quæ poſt divinam promiſsionem incarnationis myſterio inſerviebat, tot nobilitatis titulis honorata præcederet, ut illius immunditiam originalem offuſcare & veluti abſcondere viderentur, manifeſtum argumentum protulit, viãque aperuit, quâ verè ab omni infamia exortem eam generationem crederemus, quæ proprius ad tãtum ſacramentum, & fontem gratiarũ erat iungenda. Quocirca quæ in occultãdam infamiam Iſaaci generationis adſtruebantur, in Marianæ conceptionis honorem effulſiſſe, adſtringimur arbitrari.

Epiphan.

14 Nõ leviter nec tranſcurſim ruminãda ſunt verba Zenonis Veronen. lib. 2. de Abraham, ubi ſic de Iſaac: *Hic nãque chariſsimi deſperatus parentibus, ſed Deo promittente ſuſceptus in trãſactæ ætatis, & generantis genitalis flore conſumpto* (ſic lego pro *conſumitur*) *nõ tam ex parentibus quã divina præceptione meruit procreari.* In prima enim conceptione incarnationis fabricã inchoãte, ita originis deliteſcebat ignominia, ut nil videretur vigoris carnis in ea obrepere, quapropter trãſacta activitatis ætas memoratur, floſq; genitalis, ex quo fructus habebat aſcẽdere, cõſumptus: ideòque puerum potius divina præcepti virtus quã parentũ vigor videbatur eniti, & cõſequenter potius obedientiæ cœleſtis, quàm carnis filius æſtimãdus. Deinde ſubdit: *Vxor Abrahæ fœtus neſcia cũ viſceribus frigente ſenio, nec ſperare ſobolẽ poſſet, nec portare confidẽter, matris ſuſcepti officia, quæ uxoria munera neſciebat. Atque eo tẽpore partus profertur, quo calor genitalia iã relinquebat. Mira prorſus chariſsimi, & ſperanda ſeculis pòſt futuris divinæ ordinationis propago formata, ad principium, ætas peracta revocatur, accingitur deſterilitate fœcunditas, ut impleretur: Erumpe & clama quæ non parturis, quoniam multi filij deſerti. Ecce enim chariſsimi in Sara attractis ætate nervis, & deficiente ſanguinis ſucco, areſcentibus venis, dura cum viſceribus cutis, deformis, ac luridus pallor iam penè vultus perdidit humanos; nec ullus in membris voluptati motus, nihil in ſubſtantia reſederat corporis. Sed nihil tamen in utero negabatur infanti, & cuius ætas aviam teſtaretur, matrem partus ornavit, cùm ſub incerto affectionis vocabulo pietas nutaret, & cùm filium proferret uterus, nepotem ſenectus optaret.* Quàm alienus à naturæ influxu apparebat filius, cui nil habebat in Sara natura, quod ſuppeteret ad formationem, eam demirans matris ſuſcipere officia, ijſque ſufficere, quæ ad avitam ætatem iam provexerat. Sed illa præcipuè verba præviâ face indigent: *Mira prorſus & ſperãda ſeculis pòſt futuris divinæ ordinationis propago formata ad principium.* Duo hîc diſpicienda ſunt: tũ cur Iſaaci propago, ſeu cõceptio ad

Zeno Veronenſ.

prin-

principium formata dicatur? Tum, cur ſic pòſt futuris ſeculis proponatur ſperanda? Quid eſt generationem ad principium formari? Verè intelligo effingi ſecundùm principium, vel iuxta exemplar principij. Æſtimo enim vocaſſe Zenonem conceptionem Iſaaci ex prima Adami creatione tranſumptam. Si verò inquiras, quid ſimile vel commune habeat cum creatione Adami Iſaaci generatio, invenies quadam paritatis fibulâ vtramque connexam. Contendit Zeno, Iſaaci parentum carnem effœram, corpus adeò defloccatum, ut exangue, ut velut iam emortuum, non caro, neque corpus, ſed terra cenſeatur. Ait ergo Zeno, ſicut Adamus de terra creatus proceſſit, ſic illius inſtar de terra formatur Iſaac, cùm de parentibus adeò effœtis & ſenio confectis gignitur, ut in pulverem iam redacti videantur: hoc eſt propago, vel generatio formata ad principium, ſeu de principio parata. Et cur hoc? Vtique ut mira prorſus & ſperanda eiuſmodi propago pòſt futuris ſeculis proponatur. Quod ſic explico: ut pòſt futuris ſeculis Mariæ conceptio puriſsima, & ad ſuum perfectè principium revocata impoſsibilis & inacceſſi nō appareat, quippè quæ iuxta primam creationem Adæ coagulanda erat de terra, hoc eſt de parentibus gravi ſenectâ ad terram devenientibus, & veluti iā in illam converſis, & illa originali iuſtitiâ prædita, quæ primam creationem honoravit: huius rei umbra & pignus iam præceſſit in generatione Iſaac, quæ viam Marianæ conceptioni complanaret: & velùt umbra non perfectam lucē obtinuit, non enim ſicut conceptio Mariæ ſimilis in omnibus Adami creationi evaſit generatio Iſaac; ſolummodò enim illam imitata eſt in eo, quòd præ parentum defectione de terra videatur concreta, non quidem in originali iuſtitiæ ornatu, cuius ſimilitudo, ut perfectior Mariæ aſſervabatur. Ecce cur Epiphanius aſſerat Mariæ generationē diſpoſitam fuiſſe ſecundū promiſsionē ſicut Iſaac, qui in ſua conceptione inſignia nobilitatis Mariæ, licèt imperfectè, adumbrata prætulit.

15 Sed & in ipſo nomine ante conceptionē patribus denūtiato, originalis gloriæ Marianæ ſtemmata erexit Iſaac. Accepit Abrahā à Deo nomē, quod filio imponeret: *Sara uxor tua pariet tibi filiū, vocabiſque nomen eius Iſaac*, Gen. 17. 19. Quod quidē riſus interpretatur, & nomē eſt peccato originali adverſans & oppugnans, à quo triſtitia, dolor, & luctus emanarunt. Vnde Angelus ſalutaturus Mariam, ut eā perfectè Evæ opponeret, quæ luctum per peccatum induxit, ſalutationem inchoavit ab *Ave*, hoc eſt ſine væ, id eſt ſine luctu & ſine dolore, ut paſſim ferunt Interpretes. Armatur enim iam à nomine Iſaac adverſus originalē eiulatū, ut in prima generatione, quæ incarnationis extructioni dedicabatur, prævidè ſpectetur ſub riſus gaudio originalis querela luctum excitans abſcondita. Nec nomen riſus tàm ſuâ, quā Mariæ vice accepit Iſaac, eique velùt aſſervatū oſtentabat, quæ riſu ſuo originali lamento bellum erat inductura, illudq; eliminatura. Quapropter Mariæ nomē cœlitus quoque illius parentibus fuit perlatū prævidè ad ipſius conceptionē: & Mariæ nomen cœleſtē riſum importat. Nā teſte Bernard. hom. 2. ſuper Miſſus eſt, Mariæ nominis interpretatio ſtella eſt. Stellæ autē illas aſpicientibus tremula illa radiorū coruſcatione velut quadā titillationū commotione affectæ riſum fundere videntur. Vnde Maria, dū ſignificat ſtella, quaſi fundēs risū poteſt etiā interpretari. Maturū ſubſidiū mihi obtulit Richar. de S. Lauren. lib. 1. de laudibus B. Mar. *Videamus, quare ſtella dicatur Maria. Propter excellentiā ſui ſtatus. Vnde dicit Eccli. 24. Ego in altiſsimis habitavi: excelſēs etiā fuit in ortu, quia antè ſanctificata quàm nata, nata eſt enim filia gratiæ, cùm omnes filij naſcātur filij iræ, quod ſignificatum fuit in hoc, quòd fuit filia Annæ, quæ Gratia interpretatur. Vnde dicitur etiam ſtella, quæ quādoque quaſi ridere videtur, quia peperit riſum & gaudium noſtrum, & in ipſa & per ipſam nobis arriſit Pater.* Riſus fuit Iſaac, ſed non riſus cœleſtis & ſidereus, qualis fuit Maria, quæ gratia divina efformata plācui originali crudele iam bellum minabatur. Richar. de S. Laurent.

16 His appones, à pleriſque Mariæ nomen interpretari Mare amarum, quod quādam lachrymarum congregationem & gemituum conſpirationem potius videtur deſignare quàm riſum. Rem non inficior: ſed ne inde anſam arripias, ut quid immundum, vel originalem luctum concernens de Maria ſuſpiceris, ſciaſque nullam fuiſſe in Maria peccati amaritudinem, quæ dolorem & planctum invehit; mareque amarum ob alia arcana myſteria, quæ huius loci non ſunt, eam nuncupari. Accipe aliam ſolutionem toties repetitæ quæſtionis, nempè, cur Gabriel Mariam ſalutaturus non illius nomen, ut moris eſt, in ipſo primo ſalutationis limine uſurpat: nec dixit Ave Maria, gratiâ plena, ſed tantùm *Ave gratia plena*? Luc. 1. 28. & poſtquàm Virginem *gratia plena* appellarit, hoc illi nomen tanquam illi, ut proprium inventum indiderit, tunc nomen induxit Mariæ, quod Mare amarum ſignificat. Quid hoc? Quare nomen nuper & denuò inventum Ma-

Gen. 17. 19.

riæ primò defert, & ſic ad vulgarem & notiorem illius accedit, dicens, *Ne timeas, Maria?* Præcautum ſanè conſilium divinæ Sapientiæ fuit, & in honorem puriſsimæ Dominæ excogitatũ, ut omnem amovêret ſuſpicionem originalis luctus à Maria, omnemque confuſionem & ambiguitatem de medio tolleret. Mare amarum quaſi ambiguum & dubium nomen erat, capaxque ut peccati amaritudinem, & planctum, vel amaritudinem, & lamenta alia ſacramenta reſpicientia deſignaret. Vt ergo provida Dei Sapientia hanc ambiguitatẽ, ſeu æquivocationem Mariæ nobilitati iniurioſam diſpeſceret diluereteque; Angelus divinitùs adlegatus priùs quàm Mariæ nomen proferat, duo alia verba enuntiat, dicens, *Ave gratia plena*, ut excluſionem bis repetat peccati originalis & actualis, luctumque utriuſque amoveat antequàm ad nomẽ edendum Mariæ, hoc eſt maris amari, perveniat. Per Ave excludit væ ab Evæ peccato effluens, nam Ave idem eſt quòd ſine væ luctus & doloris. Deinde quaſi non plenè contentus clariùs rem exprimit, & nomen gratia plena Mariæ imponit, quod omnem expuit à ſe peccati amaritudinem tanquam ſecum incompoſsibilem: hocque nomen prævio Mariæ impoſitum mirificè eam præſervat à ſuſpicione, quæ ex æquivocatione & ambiguitate nominis Mariæ poterat animis hominum obrepere: innuẽs, quòd quamvis Maria mare amarum appelletur, ob ſalſuginis undas, quas in morte Filij epotavit, nomen tamen riſus ſiderei adverſus luctum peccati non amittit. Strenuè Richard. de S. Laurent. ſuprà: *Priùs nominavit eam gratia plenam, quàm Mariam, ut gratia plena deinceps vocaretur, & priùs familiare ſibi nomen nominat, & tandem nomen Mariæ nobis neceſſarium non omittit, ut ſic nomen novum videatur ei imponere, quod vetus innuat non tollendum. Quomodò enim cùm ab ea removiſſet omne væ, dicens ei Ave, ſtatim nominaret Mariam, quod eſt mare amarum?* Et perpende illa verba: *Et priùs familiare ſibi nomen nominat*: nomen *gratia plena*, magis ait, familiare eſſe Angelis, quàm Mariæ, quia per illud maior cognatio, quam cũ Angelica ſubſtantia Maria habet, exprimitur. Sanctiſsima enim Virgo quemdam cũ Angelis neceſsitudinis nexum contrahit, ex eo quòd illius vita plena fuerit gratiâ, & nullum inſtans in ea quod gratiam non ſuxerit, ſic enim gratia plenè Angelorum ævum occupavit. Gabriel ergo quaſi ſibi blandiens de ſimilitudine, quâ Angelicæ ſubſtantiæ Mariana ſubſtantia copulabatur, nomen quod illam exprimebat, nimirum gratiâ plena, priùs edidit.

17 Sed & in nomine Iſaac non vulgare ſacramentum occluditur, quod quidem reſeratum evulgat, quàm ſolicitè præcaverit Deus ignominiam à parentibus ortam, curârit que, ne Iſaac infamiâ vel ſuſpicione contaminaretur, quæ ex parentis peccato illi poſſet erumpere. Oculos converte ad locum illum Geneſ. 17. 15. *Dixitque Deus ad Abraham: Sarai uxorem tuam nõ vocabis Sarai, ſed Saram, & benedicam ei, & ex ea dabo tibi filium, eritque in nationes*, &c. *Cecidit Abraham in terram & riſit*: & ſtatim num. 19. *Et ait Deus ad Abraham: Sara uxor tua pariet tibi filium, vocabiſque nomen eius Iſaac.* Ratio difficultatis, quæ hinc pullulat, deſumitur ex cap. 18. Geneſ. 13. ubi attendens Sara ſibi divinam bonitatem filium polliceri, riſit ut riſerat Abraham: *Quæ riſit occultè dicens, &c.* Quare ergo quemadmodum expectavit Deus riſum Abrahæ, ut ex illo filio nomen imponeret, *vocabiſque nomen eius Iſaac*; Saræ riſum pariter non expectavit, ut nomen filij utriuſque parentis riſui alluderet? Potuit enim Deus protrahere manifeſtationem nominis naſcituri infantis, quoadusque Sara rideret, & tũc dicere: *Vocabis nomen eius Iſaac*, ut gemini parẽtis riſum puer in nomine panderet univerſis. Superiùs hanc difficultatem pertractãtes ſtatuimus ex Auguſtin. diſcrimen inter riſum Abrahæ & Saræ. Ridentem Abrahã non obiurgavit Deus, quia illius riſus ex pietate & gratiarum actione ſimul & ex novitatis beneficij demiratione fuit; corripuit verò ridentem Saram, quia riſus eius ex incredulitate & vitio fidei effuſus eſt. *Arguitur Sara* (ait Auguſtin. apud Gloſſ.) *quia riſit, & non Abraham, cùm ſimiliter riſerit, quia illius riſus admirationis fuit, huius dubitationis, quod iudicare potuit, qui corda novit.* Cùm ergo prænoſceret Deus virtutem & fidem riſus Abrahæ, & Saræ riſus infidelitatem, volens puerum præſervare ab obſcuritate, quæ illi ex ſua progenie poterat obrepere, illico ac virtuosè riſit Abraham, & antequam perniciosè rideret Sara, nomen Iſaac, hoc eſt riſus, illi imponit: ut ſic æſtimaretur oriundus ex virtute, non ex parentis vitio, cùm antequàm impiè rideret mater, nomen riſus obtinuiſſet ex religioſo riſu patris. Nam ſi ut puero nomen Iſaac Deus inderet, riſum utriuſq; coniugis expectaret, quandam ignobilitatẽ originis infans ſuſtineret, cùm nomen Iſaac tam patris, quàm matris riſum poſſet reſpicere, tamque in parentis pietatem quàm in irreligioſitatem matris hominum memoriam advocare, ac proinde ex nomine

Gen. 17 15

Auguſtin.

Iſaac

Iſaac quandam turpitudinem originis circumferret. Igitur qui in parentem Chriſti deſtinatus erat, ne eiuſmodi noxa polluerētur, ante infidum riſum matris ei nomen Iſaac imponit Deus ex innocenti riſu patris, ut non tam vitiati generis, quàm innocentis traxiſſe hæreditatem videretur, Attende quàm inſtar ſcrupuloſi ſe gerat Deus, in omni parentum macula à ſuo progenitore deterrenda. Adeſt tibi Hieronym. apud Gloſſ. *Cecidit Abraham in faciem ſuam, & riſit in corde ſuo: poſt paulum ſequitur, & vocabis nomen eius Iſaac, qui riſus interpretatur de riſu Abrahæ. Poſtquàm enim ex riſu Abrahæ vocatus eſt filius eius Iſaac, legitur Saram riſiſſe.*

Hieron.

18 Profectò in omnibus circa Iſaac geſtis & à Deo præordinatis non niſi quādam ſimultatem & inimicitiam cum originali piaculo, ſi ea curioſius ſcruteris, reperies. Perveniens ſervus ſenior Abrahæ Meſopotamiam delecturus ſponſam domino ſuo Iſaac, ex quorum nuptijs incarnationis progenies proterminaretur, ſic Dominum deprecatus eſt: *Domine Deus domini mei Abraham, occurre, obſecro, mihi hodie, & fac miſericordiam cum domino meo Abraham. En ego ſto prope fontem aquæ, & filiæ habitatorum huius civitatis egredientur ad hauriendam aquam. Igitur puella, cui ego dixero: Inclina hydriam tuam, ut bibā; & illa reſponderit: Bibe, quin & camelis tuis dabo potum, ipſa eſt, quam præparaſti ſervo tuo Iſaac, & per hoc intelligam, quòd feceris miſericordiam cum domino meo*, Geneſ. 24. 12. Verè mirabile illud eſt, quòd dignitatem ſponſæ copulandæ Iſaaco, à fonte & aqua auſpicetur prudentiæ canis ornatus ſervus. Cur, quæſo, ſignum ſtatuens præſtringenſque Deo ſenior ille, quo cognoſcat coniugem Iſaacio cœlitus donatam, non aliud ambit magis idoneum quàm puellam, quæ ad fontem egrediatur? Quæ felicitatis auſpicia, quæ optimæ fortunæ indicia, & præclaræ indolis notæ ex egreſſu ad fontem poſſunt coniectari, ut totus ſervus perſiſtat in hoc ſigno & pignore ſtatutæ iam à Deo nubendæ Iſaaco deſtinando? Quam proportionem, quā congruentiam fons habet cum rebus & ſtatu vitæ Iſaaci? Nam cùm ſignum in fidem & certitudinem rei à Deo adipiſcendæ expoſcitur, iuxta prudentiæ normam tale debet eſſe, ut ex illius executione aliqua ſimilitudo, connexio, reſpectusvè cum re optata reſultet. Quæ igitur convenientia inter mulierem ad fontem egredientem, & Iſaacū? Verè divino Neumate afflatum autumo ſervum, ut eiuſmodi ſignum pro Iſaaci coniuge exquiſierit. In hoc namque fonte myſterium baptiſmi agnovit Auguſtin. apud Gloſſ. *Vbi invenitur ſponſa illa, quæ Chriſto ſocianda erat, niſi ad aquam? Niſi Eccleſia ad aquam baptiſmatis veniſſet, Chriſto ſocianda non eſſet.* Sed per Rebeccam ad fontem Eliezer & camelis potum aquæ impertientem cenſet Richard. de S. Laurent. Beatam Mariam deſignari, lib. 9. de laudibus B. Mar. ſic ait: *Eſt enim hydria Maria, quæ dicitur ab Hydor, quod eſt aqua, quia ipſa potat nos aqua ſapientiæ ſalutaris: potat nos etiam liquoribus, qui de Chriſto profluxerunt (hoc eſt aqua & ſanguine de latere Chriſti emanantibus in baptiſmi myſterium) ipſa eſt enim hydria Rebeccæ, qua potatus eſt Chriſtus verus Eliezer, & ex quo potantur cameli eius, id eſt univerſi fideles Eccleſiæ.* Attende nūc maturæ canitiei excogitatum conſilium: prænoverat ſervus quantum conflictū adverſus originalem maculam præſtruxiſſet Deus in Iſaaco, nam illius generatio & ortus & eorum præſagia nil niſi palæſtram & molimina contra eam portendebant: & quamvis ipſe ab eiuſmodi noxa non fuerit immunis, in honorem tamen Dominicæ incarnationis, cui inſerviebat eius generatio, ut fundamentum, velūt ſepulta & exinanita videbatur. Decernens autem à Deo ſignum expoſcere pro coniuge dignoſcenda quam Deus Iſaaco paraverat, nullum quidem invenit magis congruum & idoneū Iſaaci inſtituto, quàm quòd inimicitias & bellum originali turpitudini indiceret, ac proinde petit egreſſum puellæ ad fontem, qui baptiſma, ubi originalis turpitudo abluitur, & Leviathan ille victus immergitur, figuraret. Deinde præmeditans ſervus in Iſaaco inſtructum ordinem & diſpoſitionē puriſsimæ Marianæ conceptionis, ut accepimus ab Epiphanio, ut ſimilis nubenda per omnia ſponſo evadat, puellam requirit ad fontem aquam porrigentem, quæ oppoſitionem Mariæ cū peccato originali præfulciat. Maria enim eſt, quæ ut Richardus teſtatur, adverſus originale flagitium arma miniſtrat, telaq; explodit, liquoreſque ſanguinis pariter & aquæ è latere Chriſti in ruinam originalis labis effuſos univerſis fidelibus diſpartitur, ut ab illa luſtrentur.

Gen. 24. 12.

Auguſtin.

Richar. de S. Laurent.

19 Sed & illud hìc advocandum: ita tuiſſe Deum ſterilem cōiugem Iſaaco præparare, quod in coniugijs Abrahami & Iacobi accidit. Sara enim, Lia & Rachel ſterilitati quoque fuerunt obnoxiæ. Sciſcitantur igitur ſacri Interpretes, quod ſibi Deus providerit ſacramentum in his tribus Patriarchis infœcundis fœminis connubio fœderandis? Et communiter reſpondent eos fuiſſe velut tres primos lapides fundamen-

mentales myſterio incarnationis ſuppoſitos, à quibus illud attentâ Dei promiſſione ſuum primum ſumpſit exordium. Steriles ergo ſanxit Deus ut illi coniuges ducerent, & qui nullâ naturævi ad ſobolem procreandam pollêrent, ut innueret primum in negotio ita ſacro & reverendo leges naturæ nullâ frui ſecuritate, nec illarum ſeriē ſpectandam: atque adeò in primis lapidibus, quos Deus fundamento Chriſti generationis perpollit, leges naturæ colliduntur. Deinde ut edoceat in generationibus œconomiæ incarnationis à Deo diſpoſitis plus elucere virtutis cœleſtis gratiæ, quàm naturalis poteſtatis: nec in eis tam naturæ attendendi momenti eſſe vigorem, quàm gratiæ favorem: ſicque tres priores Chriſti avias ſeu progenitrices non à natura accepiſſe, ſed à gratiæ viribus filios, quos effuderint, in quorum generationibus plus divini auxilij efficientia quàm naturæ impenderint, ut ſic fundamentum licèt umbraticæ incarnationis ſuperextruendo perfecto culmini reſpondêret. Auſculta Theodoret. quæſt. 74. in Geneſ. *Quamobrē uxores Patriarcharum erant ſteriles? Nam Sara ſterilis erat, & Rebecca: ſimiliter & Rachel atque Lia. Videns enim, inquit Dominus, quòd deſpiceretur Lia, aperuit vulvam eius. Volens Deus componere genus Iſraeliticum, oſtendit illum non naturali ſucceſsione, ſed gratia & favore multiplicandum. Hanc autem providentiam adeptum eſt genus illud, quia Chriſtus Dominus unigenitus Dei Filius inde ſecundùm carnem naſci debebat.* Num non ſpectas, quo rapido curſu gratiæ torrens in naturæ inſtitura irruperit, ut ſingulari privilegio inſigniret tres priores avias Chriſti, oſtendens quanto altiùs ſe attollere, potentiamque ſuam debeat effundere in eam, cui iam ultrò incarnationis faſtigium eſt innixurum? Quocirca reor, has tres Chriſti progenitrices ſteriles præiviſſe, quarum partus divina elaboraret & obſterricaret gratia in figuram & horore beatæ Annæ poſterioris Chriſti aviæ ſterilitati quoque ſuccumbentis, ex qua Deipara carnem Dei Verbo prabitura naſceretur: ut inſtrueremur, laborem & culturam, quā divina gratia in illis prioribus inchoavit, & imperfectam reliquit, in utero infœcundo Annæ fuiſſe perfectam; Mariæ enim conceptio in ipſo coagulata adeò ſtrenuè exculta à divina gratia evaſit, ut omnē originalis profluvij ſordem ab ea reiecerit, & quæ parentum naturam ſeminali viâ participavit, ab infecto originis corruptæ influxu abſtinuit. Verè in præſentem locum nativè adunguemque ex omni parte quadrāt verba Damaſceni orat. 1. de Nativit. Mariæ: *Quid autem eſt, quòd Virgo Mater ex ſterili orta eſt? Quoniam ſcilicet oportebat, quòd ad id quod ſub Sole novū erat, ac miraculorum omnium caput, via per miracula ſterneretur, & paulatim ab humilioribus ad ſublimiora progreſſus fieret. Quamquam alia quoque altior, ac divinior ratio à me offerri poteſt: etenim natura gratiæ cedit, ac tremula fiat, progredi non ſuſtinens. Quoniam itaque futurum erat, ut Dei genitrix ac virgo ex Anna oriretur, natura gratiæ fœtum antevertere minimè auſa eſt; verùm tantiſper expectavit, dum gratia fructum ſuum produxiſſet.* Si verò duæ rationes Damaſceni inter ſe coëant, ex eiſque una aſſurgat, optimè noſtro inſtituto conveniunt. Nam dum Deus in incarnationis fundamento ſterilitatem triplicis progenitricis ſolvit, ad id quod ſub Sole novum erat, nempè in ſterili Annæ alvo cōceptionem ab omni piaculo mundam cogi, via parabatur, oportebat enim paulatim ab humilioribus ad ſublimiora, & ad id quod velùt iam caput operis erat progredi; in anterioribus namque Chriſti progenitricibus natura deceſsit gratiæ, quæ illius infœcunditatis nodum abſcidit, ſed ulteriùs gratia naturam non oppreſsit; atverò in utero Annæ poſterioris Chriſti aviæ, coacta fuit natura nobiliùs gratiæ inſervire, ſed ſubmiſsiùs. Nam gratia ad præſervandum fœtum à vitiata origine ſe produxit, naturæque legem in omnes graſſantem comprimēdam. Ideòque, *natura gratiæ fœtum antevertere minimè auſa eſt; verùm tantiſper expectavit. dum gratiæ fructum ſuum produxiſſet.* Quo loco nec incōgruè, nec immeritò per gratiam ſanctitas inſtificans accipitur; quia licèt Damaſcenus aſſerat, naturam expectaſſe & veluti elaborandi fœtus functionem coércuiſſe, donec effectum ſuum gratia perficeret, quod difficulter poteſt intelligi, cùm gratia non deſcendat niſi in animam corporis domicilium iam inhabitantem, tamen mutuam quandam rationem prioritatis inter gratiā & naturam poſſe musmeditari. Nam quemadmodum (quamvis in eodem inſtanti reali, & anima infuſa ſit corpori & gratia ſanctificans animæ) in aliqua prioritate concipimus animam gratiæ receptivam, quia prius intelligimus id, quod recipit, quàm id, quod recipitur: ita gratiam, quatenus præſervativa eſt à culpa, in aliqua prioritate poſſumus ſtatuere, reſpectu animæ, quæ ſtatim ac eſt, infecta originali contagio intelligitur, niſi præſervetur, & ita intuemur gratiam quaſi in quodam procinctu poſitā. Nam priùs concipimus id, quod præſervat, quàm id, quod præſervatur, & actionē

Theodor.

Damaſcen.

præ-

præſervantis ratione noſtra & ex vi cauſalitatis præire rem præſervatam: præſertim cùm res præſervata ex vi naturæ & ſuæ productionis in eodem inſtanti, in quo exiſtere concipitur, concipiatur pariter temerata corruptione, à qua præſervatur: etenim cùm actio productiva maculoſa decurrat in eodē inſtanti, in quo cenſetur produxiſſe effectum; & maculam concipitur produxiſſe.

20 Eſt præterea advertendū in Iſaaco, cùm ad procreandum novum Dei progenitorem accederet, naturam adeò puram defœcatamque habuiſſe ab omni originalis peccati indicio, ut in eo vix illius ſcintilla, vel igniculus reſidēret. Certū namque eſt apud Eccleſiæ Patres & ſacros Theologos præcipuum originalis reatus effectum, in quo ipſe velùt in ſublimiori arce oſtētatur, pruriginem eſſe cōcupiſcentiæ illius illecebram, quæ continuis impugnationibus mētem pulſat & labefactare contendit, inobedientiam adverſus illam machinans. Hæc autē adeò erat ſedata & trāquilla in Iſaaco, ut in obſequium eſſet rationis redacta, & ita veluti emortua, ut rationis ſtimulis indigēre videretur ad ſobolem procreandam, quò divina promiſsio Iſaaco facta de cœleſti progenie Chriſti ſubſiſteret. Quam effætam & defloccatam cupidinem in Iſaaco perbellè prodidit Paulus ad Roman. 9. 10. *Non ſolùm autem illa, ſed & Rebecca ex uno concubitu habens Iſaac patris noſtri.* Hæreo, cur Paulus admonuerit, ex uno concubitu ſimplicique nuptiali amplexu Rebeccæ uterū fœcunditate præditum? Suadeor, ut caſtitatem Iſaac exprimeret, illiuſque appetitus erga rationē obedientiam. Nam cùm Rebecca geminā prolem in utero concepiſſet, ſi Apoſtolus non explicaſſet, ex uno ſponſi cōgreſſu geminos eam filios fuiſſe ſortitam; putaret non abſque ratione aliquis Iſaacum concupiſcentiâ laceſsitum coniugalem converſationem repetiiſſe, nec ſemel Iſaacum ad uxorem accedentem expectaſſe conceptus eventum, ut iterum accederet. Vt ergo ab hac cupidinis nota Patriarcham Paulus abſolveret, aperuit unicum coniugum cōgreſſum geminos procreaſſe germanos: indeque evinceretur Iſaacum adeò caſtitatis ſtudioſum, ut non niſi ex prolis Dei futuræ progeniei ambitione concupiſcentiam excitaret: quæ adeò erat rationi ſubdita, ut non niſi ex illius imperio & præcepto opus aggrederetur. Quocircà poſt nuptialem commixtionem ſperabat eventum, ut eam frequentaret; ex quo arguitur poſt obtentā ſucceſsionem, quâ divina promiſſa implerentur, coniugales illum ignoraſſe uſus, & concupiſcentiam veluti manſiſſe ſopitam. Pulchrè ex Apoſtoli verbis id coniectavit Epiphanius Hæreſ. 78. qui illud Apoſtoli explicans: *Vellem quidem omnes eſſe ſicut me ipſum*, inquit: *Dictum eſt autem in condemnationem quorumdam, qui non volunt vacare Deo poſt vitam ſecundùm legem, & poſtquàm honeſtè cognoverint vas ſuū ad liberorum generationem. Sic etiam veteres patres hac forma uſi ſunt, velut etiam invenimus alicubi dicere Scripturam: Rebecca ex uno concubitu habens. Cùm autē ex uno dixit, caſtius quidem expoſuit. Oſtēdit autem conceptionem iuſtam eſſe. Poſtquàm enim habuit liberos, oſtendit non amplius ipſum mulieri copulatum eſſe.* Vide quomodo ex obſecundatione, quâ erga rationem Iſaaci cupiditas afficiebatur, cōceptionem progenitoris Chriſti arguit Epiphanius iuſtam eſſe, non quòd peccati fuerit expers, ſed quòd quandam iuſtitiæ larvam induiſſe videbatur, quæ ex obedienti & emortua concupiſcentia proceſſerat, cuius inſultus omninò ſedatus ſpeciale eſt inſigne originalis iuſtitiæ. Et nota in Geneſi, ubi conceptus Rebeccæ deſcribitur, ſic aſſeri: *Deprecataſque eſt Iſaac pro uxore ſua, eò quòd eſſet ſterilis, qui exaudivit eū, & dedit conceptum Rebeccæ*, cap. 25. 21. Conceptum ergo quem ab uno Iſaaci concubitu prodijſſe teſtatur Apoſtolus, affirmat Moyſes à Domino ortum habuiſſe; quaſi proles quæ à frigida & humiliata cōcupiſcentia concipitur, nihil vitij habeat carnis, ſed divinæ virtutis. Quamobrē Rupertus apud Lypoman. in præſenti aſſeruit loquens de Sara, Rebecca, & Rachel: *Vnde, quia fœtus illarum Iſaac, Iacob, & Ioſeph, non filij carnis, ſed filij ſunt promiſſionis: rectè in illis eius ſeminis Abrahæ, quod eſt Chriſtus, in quo tota promiſsionis ſumma ſubſiſtit, figura maximè præfulgere cōprobatur.* Ecce qua ſolicitudine ſatagebat puriſsimæ cauſæ incarnati Verbi Iſaac, ut non niſi perduellione concupiſcentiæ fugatâ, ex qua originalis lues virus ſuum ſingularius effundit, ad ipſius progenitorem procreandum appropinquaret ſtudens vel in remotioribus Chriſti proavis illam tam Deo vel à procul indignam obſerare, & ab omnium æſtimatione removēre.

Ad Rom. 9. 10.

Epiphan.

Gen. 25. 21

Rupertus.

21 Et ut agnoſcas amplius, quàm aptè, lepidèque aſſeruerit Epiphanius Mariæ conceptionem diſpoſitā ſecundùm promiſsionem Iſaac: invenies eum puriſsimæ Marianæ conceptionis & originalis gloriæ prædicatorem & prædictorem. Nam de ipſo benedictionem filio Iacob impenſuro ait textus Geneſ. 27. 27. *Statimque ut ſenſit veſtimentorum illius fragrantiam, benedi-*

Gen. 27. 27

dicens illi, ait: Ecce odor filij mei ſicut odor agri pleni, cui benedixit Dominus: in quem locum Caietanus: *Vide odorem tanquam initium benedictionis, tanquam incitantem ipſum Iſaac ad benedictionem.* Sed quis, quæſo, hanc ſuaveolentiam ſpirabat, quæ Patriarcham provocabat ad benedictionē elargiendam? Aſſeram, Beatam Mariam, quam procùl vaticinij naribus odoratus eſt. Ita Hieronym. ſermon. de Aſſumpt. B. Mariæ: *Mariæ profectò in ſpiritu longè odorem trahens pater Iſaac benedicebat filium, à quo cœleſtis omnis benedictio mūdo effloruit: Ecce odor filij mei ſicut odor agri pleni: & benè ab eo plenus ager dicitur, quia plena gratia virtutum Virgo Maria pronuntiatur.* Innuit ergo Hieronym. Iſaacum odore quem Mariæ præſenſit recreatum allectum fuiſſe ad filio benedicendum, nempè Chriſto, à quo plena benedictio in mundum deſcendit. Adeò enim ſuaveolentia, quam emittebat Maria, ſimilis erat odori, quem Chriſtus halabat, ut ex illa ad Chriſti benedictionem fuerit permotus. Velut cùm rei imago ad commendandam pulchritudinem & elegantiam prototypi advocat. Ager ergo plenus florum erat Maria, cui benedixit Dominus, & ideò ex illius odoramentis excitatus ad benedictionem Chriſti ſe accingit. Hanc ſimilitudinem Mariæ cum Filio uberiùs ex hoc loco effudit Richard. de S. Laurent. lib. 8. de laudibus B. Mar. *Et dicitur ager ab agendo: quia beata Virgo multis fuit virtutum actionibus, & multiplici Spiritus ſancti virtute exculta. De hoc agro dicitur Geneſ. 27. Ecce odor filij mei ſicut odor agri pleni: ad litteram verba ſunt Iſaac benedicentis Iacob. Myſticè verba ſunt Patris de Filio, & Matre; in hoc autem, quòd Filio ſimilitudo Matris aſſignatur, ſpecialis prærogativa Mariæ declaratur; & quia in Iacob Chriſtum naſciturum ex eo Iſaac intellexit, ad Chriſtum & Mariam referūtur verba quæ dixit: Ager plenus. Maria gratia plena, cui benedixit Dominus; vnde dictum eſt: Et benedicta tu in mulieribus. Vel ager plenus floribus virginalis Mariæ virtus, cui benedixit Dominus in ſuo ingreſſu, unde Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus; eſt igitur odor Chriſti ſicut odor agri pleni, quia talem ſuavitatis odorem emittit Filius, qualis procedit à Matre. Filius enim dicit Eccli. 24. Quaſi balſamum non mixtum odor meus: & de Matre dicitur Cant. 4. Odor veſtimentorum tuorum ſuper omnia aromata: Ecce odor filij mei ſicut odor agri pleni, cui benedixit Dominus. Delectatus ergo Patriarcha ſuaveolentia virtutum Filij, in quibus ſpirat & redolet odor Matris velut redolentium ſuavitas floſculorum dicit: Ecce odor agri pleni. Cùm autem dicit; ecce, Matrem & Filium proponit nobis in exemplum. Hoc enim adverbium excitativum eſt, & demonſtrativum, & priùs excitativum, ſicut ſi vellem aliquid oſtendere dormienti, priùs excitarem illum: demonſtrativum, quia ſemper affert aliquem rumorem triſtem, aut gaudium. Odor filij mei ſicut odor agri pleni, quia Chriſtus natus eſt de mundiſſima, totus mundus, de dulci totus dulcis; de miſericordiſſima, totus miſericors. Ager ergo plenus Maria, cuius redolentiam magnus ille præſenſit Patriarcha multis intermedijs nationibus, unde præ gaudio eructavit. Ecce odor filij mei, cui benedixit Dominus.* Expende illa verba: *Eſt igitur odor Chriſti ſicut odor agri pleni, quia talem ſuavitatis odorem emittit Filius, qualis procedit à Matre.* Si tale eſt redolens ſpiramen Filij quale Mater exhalat: & in Filio nuſquam odor fuit peccati, eiuſque ſuaveolentia ea eſt, quæ venditet nullum unquam fœtorē peccati ex eo emiſſum: vnde de eo dicitur: *Quaſi balſamum non mixtum odor meus*, id eſt, quòd ab origine nativum traxerit odorem abſque ulla ignobili mixtura peſtiferi odorarij; ergo Maria tale ſemper odoramen ſpiravit, quod pravitatis originalis fœtore nunquam eam infectam teſtaretur. Deinde mentem oportet ad illa verba intendere: *Delectatus ergo Patriarcha ſuaveolentia virtutum filij, in quibus ſpirat, vel redolet odor Matris, &c.* Ex quibus arguitur pari & reciprocâ viciſſitudine agrum Mariæ odorem referre Filij, Filij verò agrum odorem referre Matris: vnde in virtutibus Matris odorē percipiebat Filij: *Quia talem ſuavitatem odoris emittit Filius, qualis procedit à Matre.* Et in virtutibus & gratijs Filij odorem trahebat Matris. Vnde uniuſcuiuſque odore percepto, poterat ſenſus vel mens facilè confundi, ſeu æquivocari, dubitans à quo ſuaveolentia exhalabatur, vel à Filio, vel à Matre. Quemadmodum cùm duo viri adeò pari vultus ſimilitudine, formâ, elegantiâ, linearumque proportione ſibi reſpondērent: viſâ unius effigie, meritò confuſus & anceps hæres dubitans cuius ex illis fuerit, nam æqualiter utrumque refert. Tales erant conſiti agri pleni virtutum Maria & Chriſtus, adeòque ſimilem redolentiam emittebant, ut vnius odoramine ſuffit' ambigeret Iſaac, ex quo agro illud procederet, vel Chriſti vel Mariæ. Quocircà cùm Chriſtus Dominus nativa ſemper & ingenita odoramina emiſerit ab odorifera origine emanantia nullâ extraneâ mixturâ, nec immundâ aut

Caietan.

Hieronym.

Rich. de S. Laurent.

mo-

moleſtâ infectione temperata: ad illius inſtar ſanctiſsima Virgo originalem quoque ſemper ſuaveolentiam effundebat.

22 Ego autem in ea ſententia ſum, ut cogitem Iſaacum, cùm dixit: *Ecce odor filij mei, ſicut odor agri pleni, cui benedixit Dominus*: ſpectaſſe ad venuſtatem & ſuaveolentes paradiſi flores, quod quidem per ea verba indicatur: *Cui benedixit Dominus*. Nam ſi diffinire velles paradiſum, optimam enuntiares diffinitionem dicendo: *Ager eſt plenus, cui benedixit Dominus*: conſtaret enim ex genere & differentia; Ager eſſet genus, quo reliquis telluris aſſentiret plagis, diſtinctio verò ſpecialis eſſet, *Cui benedixit Dominus*, nam reliqua terra maledictionem Dei ob primum ſcelus ſubijt; quamobrem ut in terram maledictam deſcenderet Adamus ſpinarum & ſentium feracem tribuliſque ſcatentem à paradiſo abactus eſt. Igitur cùm Iſaac de Chriſto & Maria vaticinatur: *Ecce odor filij mei, ſicut odor agri pleni, cui benedixit Dominus*, idem fuit ac ſi dixiſſet, vaticinij olfactu odoratus ſum paradiſi flores, roſarũ & liliorum eius odore ſum ſuffitus: præſentio virtutes Filij mei Chriſti, filiæ meæ Mariæ, quæ ſecũ paradiſi, *cui benedixit Dominus*, odoramina ferunt, nihil moleſtiæ & fœtoris, quem invexit maledictio, ſpirant, illam redolent primam & nativam virtutẽ originalem iuſtitiam, quâ primi paradiſi indigenæ nituerunt; odore agri, cui benedixit Dominus, recreatus ſtrenuè provocor præparorque ad benedictionem effundendam.

Ambroſ. Verè Ambroſ. non diſſentit ab hac paradiſi cogitatione lib. 2. de Iacob & vita beata, cap. 1. *Ecce odor filij mei, ſicut odor agri pleni. Erat enim perfectus in omni flore virtutum, & ſacræ benedictionis atque cœleſtis redolebat gratiam, ipſe enim eſt ager, quem benedixit Dominus: nõ iſte terrenus, aut horridus ſilvis, aut fragoſus torrentibus, aut paluſtris pigrioribus aquis, aut ieiunus frumẽtis, aut inutilis vitibus, aut infœcunda glarea ſaxoſus, aut bitulcus & aridus ſiccitate, aut ſanguine madidus, aut ſentibus incultus.*

Philoxen. Et clariùs Philoxenus orat. de arbore vitæ: *Paradiſi terra nequaquã ſubiecta eſt execrationi, atque damnationi, hæc enim in eam modò terram pronuntiata ſunt, quæ extra paradiſum eſt, ita ut ab ipſis paradiſus maneret immunis.*

23 Sed quia ex veſtimentorum odore pellectus fuit Iſaac ad benedictionem effundendam, & in ſe paradiſi memoriam excitandam, inſpiciamus, quænam fuerint illa. Verè ſtola erat primogenialis Regni & Sacerdotij nobilis amictus inſigneque decus,

Diodorus ut teſtatur Diodorus Abbas apud Lypoman. *Hæc autem faciebat mater, quia primogenito debebatur Regnum & Sacerdotium, & Patriarchalis dignitas.* Rupertus verò huius corticis arcanum indagans ait, has explicaſſe veſtes patrem illum piũ, qui prodigum filium nudum excipiens, ſed pœnitentem amplectens, proferri inſsit, ut nobiliter indueretur, Luc. 15. 22. *Dixit autem pater ad ſervos ſuos: Citò proferte ſtolam primam, & induite illum.* Inquit ergo Rupertus lib. 7. in Geneſ. cap. 15. *Has veſtes paterfamilias in Evangelio nominibus ſuis exprimit, reverſo ad ſe filio, qui perierat, & inventus eſt, qui mortuus fuerat, & revixit. Citò, inquit, proferte ſtolã primam, & induite eum, & date annulum in manu eius, & calceamenta in pedibus eius.* Quid verò ſtola prima indicet, protulit Chryſologus: *Dedit ſtolam primam illam, quam Adam perdidit.* Ergo odor veſtimentorum, quem olfactavit Iſaac, odor paradiſi fuit, & Mariam præolfaciens Patriarcha originalis ſtolæ, quâ in paradiſo Adamus ornatus fuit, nondum temeratæ & turpatæ præſenſit ſuffitum.

Luc. 15. 22.

Rupertus

Chryſolog.

§. IV.

Statuitur puram & ingenitam nobilitatem ab obedientia peti, quapropter Chriſti Domini proavi divinitùs ea fuere præmuniti, præornati, & quodammodò inaugurati ad ſuſcipiendam dignitatem divinæ ſobolis in orbem ſeminandæ.

24 NObilitas obedientiæ ex Chryſoſt. terra ignobiliter creata, ſecus lux, quia hæc imperio Dei dicitur creata, non illa, ex Geneſ. 1. 2. & terra ex Dei imperio cœpit nobilitari, Geneſ. 1. 9. per Athanaſium.

25 Mare regium induit amictum, nempè purpureum, quia in ea obedientia vexillatur, per Baſilium de Seleucia.

26 Angeli nobiliores quàm homines, & eorum creatio illuſtris, quia Dei verbo conditi fuerunt, per Athanaſium.

27 Obedientia regni baſsis: extricatur Geneſ. 1. 26. ex plurium Patrum ſententia: & ex loco ad Philip. 1. 6. in quo differat Dei imago à divina ſimilitudine, ex Ruperto.

28 Ipſa obedientiæ vox regiam præfert poteſtatem. Locus Matth. 27. 50. ex Au-

Auguſtin. & Hieron. & Athanaſ.

29 *Angeli quò nobiliores ſunt, eò clarioris obedientiæ ſpecimen præbent, per Chryſoſt. Clement. Alexand. Cyrillum. Dionyſium Areopag. Deus quaſi Angelorum obedientiæ invideat, in eos dicitur ſe immittere, per Dionyſ. Areopag.*

30 *Angeli quanti faciant obediẽtiæ procinctum. Lepidè enodatus locus Ioan. 20. 11. 15. Obedientiæ verba nimis dulcia divino ori, ex Ambroſio.*

31 *Idem argumentum illuſtratũ & Ioan. 20. 13. per Athanaſ.*

32 *Obedientia inſigne filiorum Dei; locus Exod. 4. 6. per Cyrillum Alexand. qui lucem accipit à Ioan. 1. 18. per Chryſoſtom.*

33 *Obedientiæ nobilitas ſuperior eſt invidi conatus turpitudine, nequit hæc illam efficere; ex Nyſſeno alludenti ad locum Exod. 33. 23. qui ab eodem exprimitur.*

34 *Apud divinam æſtimationem nihil inobedientia turpius, ex 1. Reg. 8. 7. per Gregor.*

35 *Hinc divina providẽtia accuravit ſtudens divinæ œconomiæ claritudini, obedientiam in Chriſti proavis inſeminare.*

36 *Commendatur Abrahæ nobilitas, quem ceu primum lapidem Deus Filij ſui temporalis generationis ædificio ſuppoſuit ab obedientia, explicatur Ioan. 8. 56. ab Auguſt. Irenæo, Cyrillo, & Ruperto.*

37 *Quia ab obedientia Abrahæ ortum trahebant Iudæi, ſe à Deo procedere venditabant, ediſſeritur locus Ioan. 8. 36. &c. ſed quia ab illa degeneres decurrebant, eos à dæmone oriundos convincit Chriſtus, per Rupertum.*

38 *Ter pollicitus eſt Abrahæ Deus divinum Filium ex ipſo propagandum, ſed priùs ab eo petito inſigni obedientiæ facinore. Primum adſtruitur ex Geneſ. 12. 1. per Rupert.*

39 *Secundum ex Geneſ. 17. 4. 10. per Rupertũ, Caiet. Alcuin. Hugo de Sanct. Victor. Illuſtratur locus ex 2. ad Coloſſenſ. 14. per Lypomanum, & Caietan.*

40 *Tertiò promittitur divini Filij generatio Abrahæ expetito priùs ab eo inclyto obedientiæ ſpectaculo, Geneſ. 22. 15. Quem locum luce reſpergunt Origen. Rupertus, Caietanus, Ambroſius.*

41 *Quarta Abrahæ promiſsio expenditur Geneſ. 18. 8. & libratur obedientiam ab eo tunc exactam omnimodo inobedientiæ primi Adami appugnare. ex Eucherio, & Ruperto.*

42 *Verba Zenonis Veronenſis enucleantur.*

43 *Natus ex obendienti Adamo obediens Iſaac, qui ſecundus proavus Chriſti fuit ab Abrahamo, qui obedientiæ nomine honoratur, Geneſ. 17 7. per Rupertum & Philon. qui locus lucem habet à Geneſ. 18. 12. &c. ex Philone.*

44 *Cùm obedientia à Philone beatitudo nominetur, illuſtratur Philo à Matth. 6. 10 per Chryſolog. & firmatur ex Geneſ. 26 1 per Lyram, Theodor. Lypoman. Chryſoſtom.*

45 *Plus Deus facit ſe unius obedientis Deum, quam reliquorum hominum appellari, Geneſ. 26. 24. per Chryſoſtom.*

46 *Præparabatur obediens animus Rebeccæ, ut Iacob obedientia præditum eniteretur Geneſ. 25. 21. & cap. 24. 14. per Lypoman. & Rupert. Commẽdatur obedientia Iacob in eius adoleſcentia, Geneſ. 25. 27. ex Lypomano & Caietano. & Geneſ. 27. 8. ex Lypoman. Geneſ 27. 11. per Chryſoſtom. & cap. 27 13. per Chaldæum & Lypoman.*

47 *Creſcens Iacob uberioris obedientiæ præſefert, Geneſ. 27 46. & cap. 28. 1. per Rupertum. Qui explicatur ex loco ad Roman. 10. 17. deficientibus in Iſaac ſenſibus, viguit obedientiæ ſenſus, Geneſ. 27 21. per Bernard. illuſtrant Iacob obedientiam Chryſoſt. Lypomanus, Auguſtin.*

48 *Elucet Iacob obedientia ex præmio ei delato, Geneſ. 28. 10. ex Ruperto & Caietan Diodoro & Chryſoſtom.*

49 *Eſau ſuimet inobedientia cognita, de divini filij progenie deſperavit, Geneſ. 28 6. per Rupert.*

50 *Quomodo obedientia in Iacob locupletiori incremento cumulabatur, Geneſ. 31. 3. per Chryſoſt. & Rupert.*

51 *Iacob, qui totus erat obedientiæ devotus, illum ſolum filium in ſua ſobole computavit, qui præ cæteris obedientia floreret, Geneſ. 33. 1. & 2. per Chryſoſtom. & Rupert.*

52 *Si ſeriem divinæ genealogiæ ſpectes, plerũque invenies divinæ ſemper curæ fuiſſe obedientiam in ſuis progenitoribus inſeviſſe; ideò in ea David præfertur Abrahæ, quia ſplendidius in eo obedientia ſcintillavit, ex Abulenſ. Expenditur locus Actor. 13. 22. & 1. Reg. 13. 14. per Irenæum, Chryſ.*

ſoſt. Rupert. 1. Reg. 15. 22. ex Theoph. & Athanaſ.

53 *Quarta ſeculi ætate regnat David, quæ correſpondet quarto diei creationis, quo conditus Sol ad imperium, & ſic David præſignãs regnum Chriſti natus ex obedientiâ, quemadmodum imperium Solis, 1. Reg. 17. 17. ex Ruperto. Adſtruitur Solis regnum cũ obedientia coactum, & ab illa deductum, Geneſ. 1. 14. ex Ruperto, Geneſ. 1. 3. ex Ruperto & Ambroſ. Hugo de Sanct. Victor.*

54 *Splendeſcunt hæc à Pſalm. 118. 89. & 91. per Incognit. & Hilar. Pſal. 18. 6. qui illuſtratur à Geneb. Santespag. & Iuſtino & à Cant. 3. 11. Adſtant Sinaita, Lorinus, Ambroſ. Richardus de Sanct. Laurent.*

55 *Quo pacto cenſuerit David regnum ab obedientia auſpicandum, Pſalm. 1. 1. & 2. per Hieronym.*

56 *Davidis & Chriſti regnum adeò ſtricta ſimilitudine adſtringuntur, ut vicissim nomina ſibi uſurpent, Pſalm. 53. 1. ex Hilario, Pſalm. 131. 1. & Iſai. 23. 5. ex eodem & Ruperto.*

57 *Chriſti generatio quomodo ex obedientia ſit recenſenda, ex Ruperto in locum Matth. 12. 48. Iudas propter obedientiam regno ſuffectus, Gen. 49. 8. LXX. lib. de teſtament. duodec. Patriarchar. & Caiet.*

58 *Aminadab obedientia regnum obtinuit, Cant. 6. 11. per Lyram.*

59 *Naaſſon obedientia regno deſtinavit, Num. 7. 11. & cap. 2. 1. per Lyram, illuſtratus locus à Pſalm. 18. 6.*

60 *Salmonem ad coronam obedientia vocavit, ex Chryſoſt.*

61 *Expenditur obedientia Booz, Ruth 3. 2. & 9. ex Deuter. 25. 5. per Chryſoſt. & Theodoret. Ruth 3. 12. per Chryſoſtom.*

62 *Propter inobedientiam tres Reges à Chriſti geneſi expuncti, ex Apocal. 3. 12. Rupertus.*

63 *Studium obedientiæ quo Ezechias exarſit, ex 4. Reg. 20. 1. per Auguſtin. Rabban. Tertullian. & ex Gen. 41. 51. per Chryſoſt.*

24 EGregium ſanè eſt, & firmâ veritate fulcitũ D. Chryſoſtomi pronuntiatũ apud Caten. D. Thomæ in illud Matthiæ 13. *Ecce mater mea, & fratres mei. Vna enim nobilitas ſola eſt, Dei facere voluntatem.* Sanè qui ab obedientiæ area probat ſe originem ducere, irrefragabile nobilitatis ſuæ teſtimonium evenit: & quidem meritò, cùm quidquid ingloriæ & dedecoris genus humanum infecerit, ab inobedientia fuerit partum. Profectò haud inaniter ſe iactat clarum, qui ſe ab obedientiæ claritudine oriundum vẽditat, & vano conatu nobilitatem adfectat, qui inobedientiæ degeneri obſcuritate polluitur. Quæ veritas in tantum excreſcit, ut res etiam inanimatæ nobilitatem ab obedientia auſpicentur, & tanquam ignobiles & obſcuræ ſubiaceant, ſeque occultari ament, donec aliquo obedientiæ ſplendore incolorentur. De terra ſic textus ait Gen. 1. 1. *In principio creavit Deus cœlum & terram; terra autẽ erat inanis & vacua, & tenebræ erant ſuper faciem abyſſi.* Legunt alij: *Inviſibilis & incompoſita*: Athanaſius ſtatim reſcribendus: *Inconditâ*. Quæ nomina terræ ſtatum miſerum & infelicem, originemque ingloriam & turpem arguunt. Mehercle ſi deſignare ſtatuiſſemus turpis notæ hominem & infamiæ titulis onuſtum, diceremus eum inanẽ & vacuum, inviſibilem, id eſt aſpectu indignum, & in quo quidquid apparet, avertit oculos; inconditum, quaſi qui non ſit; incõditum enim eſt, quod nihil eſt, ſeu non exiſtit adhuc. Quorſum ergo terra in primo ſui exordio tot turpitudinis & ignominiæ nominibus afficitur, & epithetis deformitatis proſcinditur? Exiſtimem, quia à Deo non legitur per imperium vocata, nec innuitur divino Verbo eam in lucem vocanti, quemadmodũ reliquæ creaturæ, paruiſſe. Non enim inducitur Deus dicens: fiat terra; ſicut dictum eſt: *Fiat lux*. Creditur terra edita, ſed an divinæ voci paruerit, lucis inſtar, de qua ſcribitur, divino præcepto obſecundaſſe; *Et facta eſt lux*: omnino tacetur, Gen. 1. 3. Vt igitur indicet Deus abſque aliquo obedientiæ condimento, nullum adeſſe nobilitatis ſaporem, ſi prima terræ origo nullum obedientiæ ſpecimen prodit, eius principium ignobile cenſeatur, atque ideò in ſui exordio illa tãquam quæ vereatur apparêre, geſtiat abſcondi, deliteſcat ſub aquis, inviſibilem ſe præbeat, & velùt inconditam expectet obedientiæ ſigna oſtendere, ut emergere audeat. Quocircà ſubdit Hiſtoricus Gen. 1. 9. *Dixit verò Deus: Congregentur aquæ, quæ ſub cœlo ſunt, in locum unum, & appareat arida: & factum eſt ita*: & rurſum ait: *Germinet terra herbã virentem, & facientem ſemen, & lignum pomiferum, &c. & factum eſt ita*. Iam effert vultum terra, iam adſtantium præſumit obtutibus, iam ingenuo ſplendeſcit ornatu; ſed quando? quæſo; quando honorem divini præcepti ſenſit; quando ſpecimen valuiſſe

Chryſoſt.

Geneſ. 1. 3.

Geneſ. 1. 9. & num. 10. & 11.

luit ſuæ obedientiæ præſtare, ergo quòd exhumetur, quòd lucem ambiat, quòd ornamentis nobiliratis fulgeat, ab obedientia nacta eſt: illius obedire idem ſimulac pudorem deponere infamiæ, extollere caput, & gloriosè ſe indutam oſtentare, fuit. Accipe Athanaſium, quæſtionem fabricantem:

Athanaſius *Quidnam eſt, quod dicitur: Terra autē inviſibilis & incondita?* Reſpondet autem: *Quia nondum erat vigor, quo exornaretur. Infuſa namque ſuper terram aqua videri non poterat, inviſibilis videlicet & latens. Incondita verò, nec adhuc dum exornata, quia incōpoſita & nondum perfecta. Nullus enim illi adhuc vigor erat, nulli flores, vel prata, neque plantæ, vel germen aliquod.* Sic ille quæſt. 47. ad Antioch. Vigorem & animū, ſine quo terra dedecori ſuccumbebat, obedientiam vocat, etenim abſque ea nobilitatis decor exanimis eſt & tumulatus.

25 Nonnè etiam mare ab obedientia, cuius ſe præbet vinculis devinctum, regio ſplendicat inſigni, purpureoque amictu veluti ornatum oſtendit? Lubeat audire Baſilium de Seleucia, & mirè pelagi perfectiſſimam obedientiam exprimentem, & regium illi inditum decorem evulgantē. Etenim orat. 1. ſic ait: *Pòſt etiam nudat aquis*

Baſilius Seleucien. *terræ dorſa, quibuſdam veluti in cellis maria concludens, dum imperio in abyſſum utitur pro clauſtro, & arena quaſi habena formidabili mare continet, terram liberam ſervans à pelagi eluvione: eſto, ventorum impetu ad terram mare propellatur. Fertur illud quidem fluctibus altè elatum: ubi verò terminos attigerit, revertit; refugitque Domini vocem littoribus inſcriptam, cùm intuitus fuerit, curvatis fluctibus termini poſitorem adorat: cùmque terrā violenter feriat, referitur, ac divini imperij memor refertur in fugam. Quare placidè purpuraſcens adulatur vicinæ continenti, quaſi mollibus ulnis terram complecti occupet, ſemper Domini præcepto cohibitum, & tantum non ſingulis momentis audire ratum: Congregentur aquæ in locum unū, & appareat arida. Et manet præcepti memor arena vinctum, nec præ victoris reverentia vincula violat, vocemque Prophetæ ratam facit: Terminum poſuiſti, quem non tranſgredientur.* Et quidē nulla perfectior, exactiorque conſummatæ obedientiæ forma poteſt inveniri, quàm quæ in mari depingitur. Superbum enim quantumvis & inquietum, & ventorum flatibus concitatū, ut Dei præceptum tranſgrediatur, duriori, violentiorique fræno quàm mollis & facilis arenæ non indiget, ubi legem ſibi impoſitam intuetur, rugientem undarum curſum comprimit, fluctuum ſpumantē tumorem infringit, qui cùm abſorpturi aridam videantur, placidè ſedati, arenæ, in qua Dei iuſsionem (uſpiciūt, blandis attactibus obſequia præſtant, molliter terminum lambētes blandiuntur præceptori, & gratè reverenterque obedientiæ officia colunt, dum metam ſibi indictam non tam attingunt, quàm exoſculantur, nullis ſuaſionibus fatigati ab obedientiæ obſequio deſiſtunt, impetum ventorum eos in tranſgreſsionē impellentium cohibent, & qui torvâ feritate ſurſum deorſumque acti, atque agitati univerſa cōvolvunt, horrore & pavore animos complentes, cùm ad divini imperij iura adproperant, quaſi laſſati miteſcunt; illud quidem iugiter, quod apex obedientiæ eſt, obſervantes, nempè perpetim divini præcepti vōcibus pulſari; feriūtur enim perfecti obedientis aures crebris præcepti tunſionibus: *Et tantum non ſingulis momentis audire ratum: Congregentur aquæ in locum unū, & appareat arida.* Hæc igitur conſummata pelagi obedientia quem induit amictū? quo inſigni coruſcat? Verè regio, & quod imperij criſtam faſtigiat: *Quare* (inquit Baſilius) *placidè purpuraſcens adulatur vicinæ continenti, quaſi mollibus ulnis terram complecti occupet.* Dum mare blanditijs delinitum præcepto demulcet, dum humile termini poſitorem adorat; dum officioſum obedientiæ reveretur iura, & iucunda hilaritate tributat oſcula, totum purpurâ tingitur, regalis inſignis fulgorem emittit, auguſtioris nobilitatis rubet radijs: *Placidè purpuraſcens adulatur vicinæ continenti*: quaſi obſequia obedientiæ perſolvendo ad regiam evehatur dignitatem, ab eaque habeat, quod generosè rubeſcat: nam à rubore obedientiæ non niſi purpura naſcitur.

26 Verè nulla nobilior generatio, quàm quæ à divino Verbo deducitur: verè inter nobilitatis titulos, quibus hominibus Angeli præſtant, ille non obſcurioris notæ eſt, quòd illorum origo à divino Verbo & immediatiùs, & integriùs deſcendit; arctiori enim iure filij Dei quàm homines queunt nuncupari. Celebris eſt quæſtio 50. Athanaſ. ex quæſt. ad Antioch. *Niſi prævaricatus fuiſſet Adam, quomodo vita hominum propagata fuiſſet?* Reſpondetque: *Poterat Deus, qui verbo condidit multitudinē Angelorum, honorando quodammodò condere multitudinem generis humani.* Et quidē nō immeritò exiſtimavit Athanaſ. illuſtriori non poſſe Deum afficere genus humanū honore, quàm ſi ab obedientia divino Verbo exhibita illius fluxiſſet origo, & totam ſubſtantiam à cœleſti hauſiſſet imperio, à quo angelica natura ſuam deduxit nobilita-

Athanaſius

ta-

ratem. Cæterùm prævidens Deus hominũ propaginem peccati turpitudine ſubigendam, & ſic ſemper in poſteros derivandam; illíque providere ſtudens, ne penitus ignominiæ fœce ſorderet, & aliqua ſaltim in ea ingenuitatis ſcintilla illuceſceret, nonnihil obedientiæ in ipſa voluit immiſceri; ut quæ obſcurâ prorſus à peccati ludibrio eſſet, vel parvâ obedientiæ tinctura colararetur. Huc ſanè tendit præceptum illud protoparentibus impoſitum à Deo, Geneſ. 1. 28. *Creſcite & multiplicamini, & replete terram.* Otioſa videtur poteſtas, quæ id imperat in quod ardẽtius, quàm par eſt, fertur vitiata natura, potiùs retinaculo quã ſtimulo indiget homines, ut quid igitur ad id urgeantur, in quod ſe totos effundere impoterenter geſtiunt? Næ præcepta non ea obiecta ſpectant, in quæ deliciosè propendet animus, ſed in ea quæ ob ſui arduitatẽ mẽtẽ deterrent. Credam tamen pia miſericordia Dei eo præcepto humanæ naturæ fuiſſe cõſultum, nec quidem ut illius propago fœcundius germinaret; ſed ut illius generatio non penitus vileſceret: ſi innato appetitus conatui in procuranda ſobole natura humana relinqueretur, quàm ignobiliter filij naſcerentur, eſſent ſanè filij libidinis infamiſque voluptatis, nihilque in eorum generatione extaret, quod dedecus & turpis iniuria non eſſet. Vt ergo ea turpitudo, vel exiguo nobilitatis condimento temperaretur, præceptum generis ſui propagandi homini intimatum eſt, quatenus dum illi in ſobolem generandam obtẽperat, generatio nonnihil nobilitatis ab obediẽtia trahat, quo infamiæ pondus ſaltim tantis perallevet. Subdit Athanaſius: *Quidã verò ferũt, quòd cũ Deus maſculum & fœminã condiderit, hinc liqueat, quòd voluerit Deus per diſſeminationem genus humanum conſtitui: verumtamẽ noluit per tranſgreſſionẽ id fieri, ſed cũ honore.* Quaſi nullã procreationis nobilitatem agnoſcat Athanaſius, niſi ab obedientia tractam.

Athanaſius

27 Et quidem æquo iure, cùm conſpicuus ſplendor regni & obedientia à Deo ſtricto nexu inter ſe coëant, ut ille hanc exigat ut ſui baſim & fundamentũ, qua quidem deperdita, & demolita illũ ſtatim corruere neceſſum ſit. *Faciamus*, inquit Deus, *hominẽ ad imaginem & ſimilitudinem noſtram: & præſit piſcibus maris, & volatilibus cœli & beſtijs, univerſæque terræ, omnique reptili quod movetur in terra*, Geneſ. 1. 26. diſcrimen inter Dei imaginẽ & ſimilitudinẽ effundi conſentiunt Patres: nõ pauci per Dei imaginem intelligunt Dei poteſtatem & imperium delatum Adamo & per id rex mundialis univerſitatis cõſtitutus. Auguſt. lib. 3. de Geneſ. ad litter. & lib. 12. de Civit. cap. 23. Chryſoſt. Severianus, Gennadius, Theodoretus, Iſidorus, & Iunilius apud Lypomanũ in eo rationẽ imaginis inſitã à Deo homini cõteſtantur, quod in reliquas creaturas dominatũ exerceat. Verba sũt Theodoreti: *Homo ad imaginẽ Dei dicitur, quia ſicut Deus omniũ principatũ ac regnũ tenet, ita & homo ijs quæ ſuper terrã, & volatilibus & piſcibus dominatur.* Porro Rupertus lib. 2. de victor. verbi Dei, c. 7. Per obedientiã ait, hominẽ ſimilem Deo effici; obedientiamque eã eſſe formã ſimilitudinis divinæ quã in homine expreſſam Deus eſſe optavit, per quã conformis divino filio prodiret, de quo Apoſtolus ad Philip. 1. 6. *Qui cũ in forma Dei eſſet, non rapinã arbitratus eſt eſſe ſe æqualẽ Deo; ſed ſemetipſum exinanivit formam ſervi accipiẽs, &c. Humiliavit ſemetipſum factus obediẽs uſque ad mortẽ, mortẽ autẽ crucis.* Scribit igitur Rupertus: *Cœpit priùs facere Deus, quod ſuũ erat, id eſt, cũ creaſſet ad imaginẽ ſuã hominẽ, cœpit illũ informare ad ſimilitudinẽ ſuã. Sic enim ſcriptũ eſt, & notandũ diligenter, præmiſſo: Faciamus hominẽ ad imaginẽ & ſimilitudinem noſtram; ac ſubiuncto; & creavit Deus hominẽ ad imaginẽ ſuã, ad imaginẽ Dei creavit illũ. Vbi de ſimilitudine omnino tacitum eſt. Non enim creando, ſed informando perducit Deus hominem ad ſimilitudinem ſuam; poſt plura ſequitur ita: Præcepitque ei dicens: Ex omni ligno paradiſi comede, de ligno autẽ ſciẽtiæ boni & mali ne comedas. In quacũque enim die comederis ex eo, morte morieris. Hoc verbũ, hoc præceptũ ſi cuſtodiſſet, profectò ad ſimilitudinẽ eius qui dixerat: Faciamus hominẽ ad imaginẽ & ſimilitudinẽ noſtrã, benè formatꝰ adſtitiſſet.* Eadẽ habet eodẽ, lib. 2. cap. 30. obſervans enim tẽpore diluvij unũ inventum fuiſſe Noe, qui Deo pareret, inquit: *Attamẽ unus Noe omnipotenti Verbo Dei ſuffecit ad retinendã, ſive perficiendã victoriæ ſuæ palmã, ut nihilominus quandoq; perficeret bonũ propoſitũ quod intendebat dicẽdo: Faciamus hominẽ ad imaginẽ & ſimilitudinem noſtram, &c. Porro ipſum verbũ Domini permanens in æternũ obedientẽ ſibi permanere fecit hominẽ unũ gubernans eum per contemptibilẽ lignum.* Eu tibi regni nobilitatem obedientiæ infixã & innexã, hancque ut fulcrũ, illã recipientẽ & ſuſtinentem; utramque verò ſimul in uno alvo conceptã, unoque partu effuſam; quaſi nobilitas nequiquã habenda, aut æſtimãda ſit, quæ pariter cum obedientia non deducitur, eique innixa fertur. Plerique ſunt Patres qui imaginẽ Dei in homine ex duplici vi coaleſcere

Chryſoſt. Severianus Gennadius Theodor. Iſidorus Iunilius

Ad Philip. 1. 6.

Rupertus

Gen. 1. 26.

Auguſtinus

arbitrante & ex virtute, & ex poteſtate qua animantibus principetur. Ij ſunt Auguſtinus, Gennadius, Severianus, Theodoretus, Iunilius & Chryſoſtom. apud Lypoman. Theodoretus namque poſtquam Dei imaginē ex divino imperio decerpſerit; ait: *Homo ergo imago Dei appellandus eſt, qui Dei opera facit, ut ait Apoſtolus: ſicut portavimus imaginem terreni*, qui in obediens fuit, *portemus & cœleſtis*, nempè qui factus eſt obediens uſque ad mortem. *Imaginem terreni portat, qui ſecundùm carnem vivit, & opera carnis agit*, carnis inquam ratione reluctantis: *Imaginem verò cœleſtis qui ſpiritu opera carnis mortificat*, id eſt, qui ſpiritu carnis imperium extinguit. Iunilius verò ſic fatur: *In quo autem ſit homo factus ad imaginem & ſimilitudinem Dei teſtatur Apoſtolus, cùm nos ſolerter admonet, ut hāc quam in primo parente perdidimus, per gratiam eiuſdem conditoris recuperemus in nobis. Renovamini, inquit, ſpiritu mentis veſtræ, & induite novum hominem, qui ſecundùm Deum creatus eſt in iuſtitia, ſanctitate & veritate. Creatus eſt ergo Adam novus homo de terra ſecundùm Deum, ut eſſet iuſtus, ſanctus, verus, ſubditus, & humiliter adhærens gratiæ ſui creatoris &c.* Imago ergo Dei ex utroque ſimul conflatur & ex obedientia ſanctitatem iuſtitiamque in homine gignente, & ex imperij nobilitate. Hæc duo ita in imagine Dei ſtricto fœdere compelluntur, ut non tam duo quàm unum ſint appellāda, & nemo veluti queat cōceptum formare obedientiæ, quin nobilitatem pariter concipiat & è converſo. Et cùm cōceptus imperij ſit alijs dominari vel dominandi poteſtas, obedientiæ verò conceptus alteri ſubdi, vel animi prōptitudo & alacritas, qua quis alterius obedire præceptis paratus eſt: hoc mirum ſanè invenitur, quod obediētia ſemper dominatū pariat & obediētiæ officia annexa habeant auguſta principatus exercitia.

Auguſtin. Gennadius. Severian. Theodoret. Iunilius. Chryſoſt.

28 Etenim ut agnoſcas ipſammet vocem perfectiſsimę obediētiæ, qua quis ſubditur alteri, præceptaque eius exacta executione cōplet, vocē excellentiſsimæ nobilitatis eſſe, qua in alios dominium abſolutâ poteſtate diſtringit, cogitque ſibi obedientiam præſtare: egregiū tibi teſtimoniū propinabo. Modum explicans Matthæus quo Chriſtus ſpiritū in cruce exhalavit, inquit cap. 27. 50. *Ieſus autē iterū clamans voce magna, emiſit ſpiritū.* Quid igitur ingēti illo clamore involverit Dominus enuntiādū ſcripſit Lucas: *Et clamans voce magna Ieſus ait: Pater in manus tuas commēdo ſpiritum meum, & hæc dicens expiravit*, cap. 23. 46. Ea quidē vox conſummatæ Chriſti obedientiæ ſacramentū eſt, qua teſtatus eſt ſe perfectiſsimè patris præceptū impleſſe, ut adnotavit Bernard. ſer. in fer. 4. hebdom. pœnoſæ. Quaſi dixerit Chriſtus: *Nihil reſtat adimplendū, iā non eſt quid expectem: Et inclinato capite factus obediens uſq; ad mortē, tradidit ſpiritum.* Et duo ſunt, quæ hāc Chriſti obedientiā, & eius præſtantiam mirū in modū cōmendat, & clamor magnus ipſi morti prævius, qui Ieſum ſpontaneam obedientiā exhibuiſſe & ultrò ſpiritū depoſuiſſe manifeſtè oſtendit; ille enim quē ſpiritus deſerit præ viriū & vitalis virtutis defectione, non ſolùm clamare non valet, ſed neque tenuiſsimā vocem dimittere. Perfecta autē obedientia non eſt, quam neceſsitas extorquet, ſed quā ultroneus præſentat animus. Ideò ait Auguſt. lib. 3. de conſenſu Evangeliſt. c. 18. *Tanquā ad hoc expectaret, qui utique cū vellet, moreretur.* Deinde hæc præſtantiſsimæ obedientiæ forma, quâ placido & libenti animo ſe Chriſtus Parentis præcepto mactavit, eluceſcit ex eloquutione illa, *emiſit ſpiritū*, de qua Hieron. in c. 27. Matth. *Divinæ poteſtatis indiciū eſt emittere ſpiritū, ut ipſe quoq; dixerat. Nemo poteſt tollere animam meā à me, ſed ego pono eā à me ipſo.* Hæc ergo vox Chriſti, quæ obedientē erga patrē heroicâ alacritate Chriſti expreſsit animū, ſimul fuit imperantis vox & poteſtatē in ſubditos exerētis; propter nobilitatē enim obedientiæ ſic divinitùs actū eſt, & ut voci qua Chriſtus patri obſecundat, reliquæ ſubditæ obtēperent creaturæ. Accipe Athanaſiū ediſſerentē quid vehemens ille Chriſti ſtatim morituri clamor effecerit, quæſt. 42. in dicta & interpretat Evang. *Quare magna voce clamavit Chriſtus in Cruce? Vt ſuam declararet potentiā, deterreret Iudæos, & ad fidem adduceret. Hæc enim vox petras diſcidit, velū tēpli diſrupit, terrā movit, & apertis mortuorū ſepulchris mortuos excitavit.* Itaque vox, quâ profundiſsimæ obediētiæ ſuæ abyſſum Chriſtus manifeſtavit, in tā ſublime pariter excrevit imperiū, ut ipſamet ab inanimatis extorqueret obedientiā, & ipsāetiā mortem ſibi coēgerit obedire, & captivos quos tenebat, reſtituere. Neſcit obedientia ſeiungi ab imperio, ideò vox ipſa quæ obedit, etiam dum obedientiam præſtat, ſcit principatus dignitatem parere, & habet qui ſibi obedientiam præbeant.

Matth. 27. 50.

Lucæ 23. 46.

Bernard.

Auguſtin.

Hieron.

Athanaſ.

29 Adeò excellit inclyta obedientiæ claritudo, ut qui eam ab origine ſuxerint, illius ſemper officijs inſiſtant, & quò oſtendant de ea ſe ſolùm meritò gloriari, eam tanquam munus proprium æſtimant, imò illam totam ſuam dignitatem reputant, à qua ne videantur cadere, nihil tam arden-

denter quàm eius miniſteria ambiunt. Hoc in ſupremis intelligentijs liceat ſpectare, qui honorem originis ſui attendentes, ſeque divino Verbo conditas, nihil tam decus ſuum ducunt, quàm ab obedientiæ obſequijs nunquam abſtinêre, ſemper operibus præſeferentes ſui exordij maieſtatẽ. Satagens oſtendere Paulus ſupernorum ſpirituum eminentiæ, munerumque ſublimem celſitudinem, illorum præſtantiſsimæ naturæ non diſparem, ſic inquit ad Hebræos 1. 14. *Nonnè omnes ſunt adminiſtratorij ſpiritus in miniſterium miſsi propter eos, qui hæreditatem capiunt ſalutis?* Viſus ſanè eſt Paulus ingenij ſui acumen acuens non potuiſſe ampliùs Angelorum dignitatem commendare, quàm ab obedientiæ claritate; & interrogatione uſus eſt, quæ vim exaggerationi accumulat. Quaſi dicat: quid non magnum de Angelis cogitatis; neſcitis eos divini Verbi eſſe legatos, divinisque implendis præceptis, ſeu nutibus ſemper incumbere? Hoc eſt, verè de eorum generoſa nobilitate haudquaquam ambigeretis, dummodò hoc dumtaxat vobis eſſet notum, divinam obedientiam illis eſſe commendatam, quam velut ſublimiorem provinciam gratanter ſuſcipiunt. In quem locum Chryſoſtomus: *Generis humani procurandæ ſalutis gratia Angelos Deus deſtinavit miniſtros, natura utique mortalibus ſuperiores. Humanæ quidem ſalutis primarius auctor eſt Chriſtus, Angelorum tamen quaſi ſervorum opera utitur, noſtra cauſa illi quodammodo laborãt, curſitant, iacentes erigunt, nutantes confirmãt, laborantes adiuvãt; nobis itaque, ut ita dicam, ſerviunt.* Humile quidem opus, ſervire eſt, ſed obſcuræ notæ dominis famulari, ſanè ignobilius genus eſt ſervitutis. Attamen ſi huiuſmodi ſupremæ ignobilitati obediẽtia ingeratur, eam ignobilitatem adeò expurgat, defæcat, & in excelſum maieſtatis verticem elevat, ut immortales & nobiliſſimos cœleſtis regiæ ſpiritus nõ dedeceat, nam quò vilior & indignior eſt ſervitutis ordo, gliſcit obedientiæ ardor, ac proinde, & eius gloriæ decus. Satis graviter & diſſertè aperit Clemens Alexand. lib. 6. ſtromat. in quod ſublimitatis faſtigium obedientia evexerit primarios ſpiritus, quos ſeptem agnoſcit. *Septem quidem ſunt, quorum eſt maxima potentia primogeniti: Angelorum Principes, & per quos Deus omnibus hominibus providet, ideòque oculi Dei, & Chriſti dicuntur. Quod indicans Zacharias ait: Septem ſunt iſti oculi Domini, qui diſcurrunt in univerſam terram. Et Ioannes in Apocalyp. Et vidi, & ecce in medio throni & quatuor animalium, & in medio ſeniorum agnum ſtantem, tanquã occiſum, habentem cornua ſeptem, & oculos ſeptem, qui ſunt ſeptẽ ſpiritus Dei miſsi in omnem terram.* Animadvertas, obſecro, ad quam nobilitatis altitudinem devenerint Angeli primores, eò quòd humili obedientiæ ſtuduerint, Deus enim velut oculos ſuos illos reputat, & ſummitatem divinitatis occupant, quaſi Dei ſapientia effecti, quæ cuncta diſponit & gubernat. Et ab hac ſanè obedientiæ functione nullus ſanè eſt ſpiritus, vel etiam ex his qui ſupremam conſtituunt hierarchiam, qui eximatur. Quod ſcitè admonuit Cyrillus Alexan. lib. 2. de fide cap. 3. *Divinus Paulus de Sanctis Angelis: omnes eſſe ad miniſtros ſpiritus ad miniſterium delegatos propter eos, qui hæreditatem ſalutis accepturi ſunt. Quod non eſt obſcurum. Omnia namque ab illis ſupremis poteſtatibus ordinatè, ſplendidèque adminiſtrantibus, & adminiſtrationis termini fineſque gloriæ, cuique ſunt conſtituti à Deo, qui omnia pro arbitratu ſuo diſpenſat. Atque idem quaſi iugum eſt omnibus Sanctis ſpiritibus, & herili nutui ſerviunt, non indignam cenſentes ſervitutem, ſed honori laudique ducentes.* Eadem habet Chryſoſt. homil. 3. de Iſaia. Verumenimverò ut obedientiæ dignitas & nobilitas clareat amplius; nonnulli ſunt in ſententia aliquos inferiores ſpiritus quandoque nactos nomen eorũ, qui in ſupremo ordine ſunt, propter dignitatem obedientiæ quâ funguntur. Vnde aſſerunt Seraphim illum Iſaiæ adlegatũ ut eius labia ignè cœleſti purgaret, ex inferioribus quidem eſſe, ſed Seraphim nomen ſortitũ propter præſtitam legationis ſuæ obedientiam, in qua vatem quoque ad divinam obedientiã reduxerit, ſic magnus Dionyſius de cœleſt. hierarch. cap. 3. ex aliorum ſententia. *Nõnulli quidem*, inquit, *in ea ſententia ſunt, ut dicant convenienter ijs, quæ iam paulò antè de omnium ſpirituum communione conſtituta ſunt: non unam primarium mentium, quæ Deo præſtò ſunt, dici à ſcriptura Theologi purgandi cauſa veniſſe, ſed aliquẽ eorũ Angelorum, qui nobis præpoſiti ſunt, ut purgationis prophetæ effectorem, eodem quo Seraphim appellatum eſſe nomine ex peccatorum, quæ commemorata erant, per incendiũ obliteratione, eiuſque cui purgatus & expiatus eſt, ad divinam obedientiam remeatione.* Obediẽtia enim nobilitatis titulos impartitur, unde qui inferior eſt, ad ſupremi nomen aſcendit, quaſi per obedientiã in illius ſe invehat dignitatem. Iam exuberet ponderationis ingeniũ: Sic enim obedientiæ ingenuitas nobilitat cœleſtes ſpiritus, ut illis divinitas quaſi generosè invi-

Ad Hebr. 1. 14.

Chryſoſt.

Clemens Alexand.

Cyrillus Alexand.

Chryſoſt.

Dionyſius Areopag.

dens viam quærat, quâ ſub illis agens, & in eis deliteſcens queat dignitatẽ obedientiæ quodammodò participare; in eos enim, dũ officijs obedientiæ intendunt, divinitas immittitur, & arcano quodam modo eorum functiones dirigit & gubernat ad diſtinatũ opus, ut dum ſub eis occulitur, actiones, ad quas eos impellit, ipſa ſibi velut proprias poſsit adſciſcere, ſic gloriosè imperans, ut obedientiæ clarum nomen ſimul adfectet. Non omittenda eſt ſententia antiquitatis, quam ſibi non diſplicere faſſus eſt Dionyſius Areopag. ubi ſuprà, ſermonem habens de Seraphino illo, qui Iſaiæ, quem appellat Theologum, ignito calculo labia deterſit:

D'onyſ Areopag. *Alius autem non admodum abſurdam & alienam defenſionem, rationemque de hac quæſtione mihi protulit: dicebat enim, magnum illum Angelum, quiſquis tandem fuiſſet, qui viſionem finxerat, ſuum purgandi munus, ut Theologo traderet res divinas in Deum, & poſt Deum primæ Hierarchiæ attribuiſſe, quæ quidem fortaſſe vera ſit ratio. Aiebat enim is, qui in ea erat ſententia, vim divinam in omnibus adventu ſuo ambulare, & ad omnia liberè pervenire, rurſumque nulli apparere, nec oſtendi, non ſolùm quòd ab omnibus exempta, & ſecreta ſit ſingulari modo, verumetiam quòd obſcurè in omnes providentiæ ſuæ actiones, operationeſque diffundat.* Diffundit ergo divinitas in omnes ſpiritus beatos, licet obſcurè, providentiæ ſuæ actiones operationeſque, ut dum eas per Angelorum obediẽtiam adminiſtrat, quatenus ab illis emiſſæ prodeunt, obedientiæ operationes appellentur, ſimulque & imperij actiones ſint, & obedientiæ actiones accerſantur. Forſan non abſurdè dixerimus, Dei Filiũ, qui præceptum mortis obeundæ iam à Patre acceperat, ardore tactum nobiliſsimæ obedientiæ explẽdæ, dum illius tẽpus differebatur, ne obediẽtiæ claritas ab eo prorſus abeſſẽt, ingenium prædictũ inveniſſe, quo ſapientiæ ſuæ operationes, nomen obedientiæ ſortirẽtur, ſicque illius exercendæ ſtudia ſedaret.

30 Id profectò non difficulter ſpectare licebit, ſi exviſceres locũ Ioan. 20. 11. *Maria autem ſtabat ad monumẽtum foris plorans. Dũ ergo fleret, inclinavit ſe, & proſpexit in monumentũ, & vidit duos Angelos in albis ſedentes, unum ad caput, & unũ ad pedes, ubi poſitum fuerat corpus Ieſu. Dicũt ei illi: Mulier, quid ploras?* (addit Ambroſ. ex quo neſcio exẽplari) *Quem quæris?* Statim verſ. 15. apparens Ieſus Magdalenæ poſt tergum, ipſi ad eum cõverſæ. *Dicit Ieſus: Mulier, quid ploras? quem quæris?* Expendite verba, quæ Angeli mulieri denuntiarũt, Dominũ poſteà eidẽ mulieri repetiſſe.

Ioan. 20. 11 15.

Nam poſtquã mulieri ſciſcitãtes dixerunt: *Mulier, quid ploras? quẽ quæris?* Dominus rurſum illam interrogãs: *Mulier, quid ploras? quid quæris?* inquit. Quorſum, quæſo, eiſdem verbis rogat mulierem Dominus, quibus priùs Angeli eam interrogaverant? Enodare quæſtionem cõtendit Ambroſius, ſed magis illãvidetur innodaſſe, quàm enodaſſe. Sic ille lib. 3. de virginib. *Dicũt Angeli Mariæ Magdalenæ: Mulier, quid ploras? quem quæris? Hoc Angeli dicunt, & Dominus poſteà eiſdem verbis repetivit: ut ſciatis, quia Angelorũ verba mandata Domini ſunt.* Certè ſi Dominus mulierẽ priùs alloquutus fuiſſet, deinde Angeli, elici poſſet, Angelorũ verba Domini fuiſſe mãdata, præceſsiſſet enim in Domino verborũ forma, quæ illi Magdalenæ intimarent. Nam prævenire imperium oportet, ut obediẽtia ſuccedat; etenim iã habent, in quo obediãt, quibus præceptũ delatum eſt. Sed cùm Angeli priùs mulierẽ fuiſſent affati, deincepſque Dominus eademmet eorum verba mulieri loquens repetierit, potius quidem dicendum eſſet, Dominum ab Angelis accepiſſe quid mulieri loqueretur, quàm ipſum verba feciſſe Angelis mulieri indicẽda, quæ tanquã divina mãdata obſervarẽt, & ſi obedientia interſtitit, magis viſus eſt Dominus Angelis, quã Angeli Domino paruiſſe. Qui enim formam verborum imitatur alterius, proculdubio ſpecimen obedientis præfert. Conabor involucrũ explicare quæſtiõnis. Credam meherclè iuxta mentem Ambroſij Dominum iuſsiſſe Angelis, ut mulieri ſe oſtenderent, & interrogarent: *Mulier, quid ploras? quem quæris?* obſecundarunt Angeli, & lachrymis eam madentem intuentes, dixerunt: *Mulier, quid ploras? quẽ quæris?* Cùm mandatum fuit Angelis, ut ea verba proferrent, imperij verba fuerunt; cũ ea illi obſequentes protulerunt, fuerũt verba obedientiæ. Obedientiam ergo in verbis iſtis iã ab Angelis enuntiatis inſpiciens Dominus, illorum amore captus eſt: & quæ Angeli ab eo acceperunt, & obſecundãtes denuntiarunt, rurſus ab Angelis accipit, & pronũtiat, ut ipſe Angelorũ verbis paruiſſe videatur. Noluit ille priùs mulieri dicere: *Mulier, quid ploras? quẽ quæris?* præcedit Angelis, ut ea verba ipſi emitterent: poſteà illamet ipſe mulieri repetivit, ut quẽadmodũ Angeli verba accepta à Dño enuntiãtes obedientes extiterũt, ſic ea ab Angelis effuſa rurſum ipſe edens Angelis ſe paruiſſe demõſtraret. Perpende, quantũ obedientiam depereat Dominus, cuius ſtudiũ ingenium hoc, quo ſe Angelis obediẽtẽ ſimularet, invenit. Repetivit Angelorum verba, in qua illorũ ſenſerat obedientiã, quia obedientiæ

Ambroſ.

vo-

voces iucundum eſt illi ore verſare, in quo plus dulceſcunt quàm mellis favus, & præ nimia voluptate eas videtur adlãbere & adligurire. Optimè ergo deduxit Ambroſius ex eo quòd Dominus Angelorum verba repetierit, ea Angelos à Domino tanquã mãdata accepiſſe. Nam ſi verba obedientiæ nõ fuiſſent, ſed quæ ipſimet Angeli inveniſſent, profectò ea Dominus non referret.

31 Ex eodemmet loco liceat auſpicari, quàm innata & inviſcerata nobilibus ſpiritibus obedientia ſit, illius enim ſemper ſtudioſos ſe exhibent, quam in ſui prima productione hauſerunt: unde cùm à functionibus obedientiæ quieſcunt, habitum tamen obedientiæ non deponunt, nobilitatem ſuæ creationis ne deponant; quocirca Domino ſemper adſtant, & coram eo non ſedent, ſed ſtant, tanquam parati & accincti ad celeriter currendam gigantum inſtar obedientiæ viam. Magdalena colloquium de re ſibi chariſsima iniens cũ Angelis, à quibus ediſcere poterat Dominici corporis ſimul & animæ & vitæ ſuæ raptorem ſubitò, abiectâ prorſus omni urbanitatis reverentiæque lege vultum poſt terga remiſit. Sic
Ioan. 20. 13. textus: *Dicunt illi: Mulier, quid ploras?* Dicit eis: *Quia tulerunt Dominum meum, & neſcio ubi poſuerunt eum. Hæc cùm dixiſſet, converſa eſt retrorſum, & vidit Ieſum ſtantem*, Ioan. 20. 13. Vix verba finierat, cùm nullâ Angelorum habitâ ratione, vultum ab eis avertit, & poſt dorſa mittit. Quid, obſecro, eſt, quòd tã repentè diſrupto Angelorũ colloquio Magdalenã coëgerit vultũ verſus terga referre? Optimè difficultati obviat Athanaſ. Cùm enim Angeli corã ſe Magdalenam haberent, quã alloquebantur, & Dominus à Magdalenæ tergo adventaret, neceſſum fuit, ut primi eſſent, qui Dñm conſpicerent, & viſo Domino, qui ſedebãt (ut Hiſtoricus teſtatur: *Et vidit duos Angelos in albis ſedentes*) ſubitò ſteterunt, Magdalena ergo Angelos qui ſedebant, repentè ſtetitiſſe animadvertens, prudẽterq; aliquẽ illos vidiſſe cõiectans propter quem ſedes relinquerẽt, vultũ convertit retrorsũ,
Athanaſius ut cognoſceret quiſnã eſſet, ſic Athanaſ. q. 42. *Quomodo vidit Maria Dominũ? Flẽs enim in monumento ſtabat coram Angelis triſti vultu, & aſpectu demiſſo. Quomodo igitur vidit eũ, qui à tergo veniebat obambulans? Reſponſio ſic ſe habet. Cùm Angeli ſederẽt Mariæ ex adverſo, viderẽtq; Chriſtũ ei à tergo imminentẽ: illa quidẽ non reſpiciebat. Angeli verò ſedentes è regione, viderunt Chriſtũ à tergo venientẽ, qui ſurrexerũt. Vidẽs verò mulier Angelos ſurrexiſſe, animo percuſſa reſpexit ad videndũ quid Angeli cernerent, & vidit venientẽ Ieſum. Hæc eſt cauſa, quòd Maria retrò converſa vidit Dñm.* Perpende mutuã rerũ inverſionem. Stabat ad monumentũ Maria tanquã expedita & in procinctu ad ſuũ Dñm requirendũ, cui doloris anxietas, & amoris ſolicitudo ſedere negabant: cùm ſtabat illa velocitatẽ & agilitatẽ adfectans, ſedebãt Angeli, qui ſciebãt Dñm ſurrexiſſe, & nulla cura pulſabantur, Dño ſe illis conſpiciendum præbente ſubitò ſurgunt & ſtant; ſolicitat iã illos obedientiæ cura præſente Dño, & quaſi expectãtes præcepta quæ exequantur, otio ſeſſionis depoſito, pedibus cõſiſtunt, expeditã alacritatẽ, & celeritatis formam prætendẽtes; ſtat Magdalena ut obediat dolori, & amori: ſtant coram Domino Angeli, ut obediant, ſi præcipiantur. Nam dum non urget præceptum, urget illos vigor, ſtudiũ & ardor obedientiæ: ipſo habitu & formâ imperia exigentes quibus pareant.

32 Cæterùm obedientiã eſſe præſtantiſſimum filiorũ Dei inſigne, evincit egregia interpretatio Cyrilli Alexand. in collect. ad c. 4. Exod. ubi ſic textus: *Dixitq; Dñs rurſus: Mitte manum tuã in ſignum tuũ, quã cùm miſiſſet in ſinũ, protulit leproſam inſtar nivis. Retrahe, ait, manum tuã in ſinũ tuum. Retraxit, & protulit iterum, & erat ſimilis carni reliquæ*, cap. 4. 6. Exod 4. 6. Quem locũ cõmentatus Cyrillus ait: *In ſinum Moyſis immiſſa manus eius, & dum educeretur effecta leproſa, ſignificabat, quòd qui ad Dei imaginem factus eſt homo, quandoquidẽ fuit in tegumento Dei tanquã in ſinu erat mundus & pulcherrimus. Cum autem per libidinem & inobedientiã ex eo educeretur, factus eſt leproſus deformitate & abominatione peccati. Rurſus autẽ reverſus ad Dei tegmentũ per continentiam & obedientiã, reſtitutus fuit priſtinæ pulchritudini, & apparuit mundus & nitidus.* Cyrillus Alexand. Sinus Patris locus eſt nativus Filij Dei, in quo & à quo iuã originariã hauſit nobilitatem, & perpetim haurit diviniſsimæ naturæ ſubſtantiã. Unde
Ioan. 1. 18. Ioan. ait c. 1. 18. *Vnigenitus qui eſt in ſinu Patris, ipſe enarravit nobis.* In quem locũ
Chryſoſt. Chryſoſt. homil. 14. *Evangeliſta ſinus meminit, quòd uno verbo multa, ſubſtãtiæ cognationẽ, propinquitatem, parem patri, cognitionem, poteſtatem oſtendit. Non enim diverſam ſubſtantiã in ſinu haberet Pater, ſed neque ipſe auderet, ſi ſervus eſſet; ſi ex multitudine unus eſſet, in ſinu Dei verſari. Hoc nãque filij eſt, qui multũ genitori ſuo ſidit, neq; ipſo ulla parte eſt inferior.* Ait ergo Cyrillus, Moyſis manũ in ſinum eius inductam & deductã, duplicẽ delineaſſe primi hominis ſtatũ, nempè obedientiæ & inobedientiæ. Quandiu obedientiam ſibi deſpondit homo, quemadmodum divinam

retinuit imaginem, hoc eſt, Filij Dei (qui imago Dei dicitur, & figura ſubſtãtiæ eius) ſpeciem prætulit; ſic divinum ſinum, qui locus Filij Dei eſt, occupavit, eâ dũtaxat proprietate, quâ ad imaginem Dei fictus eſt, & inobedientiæ deditus ſicut Dei deperdit imaginem, ita & ſinũ, à divina protectione exulans. Iuxta ſenſum igitur Cyrilli, hoc præſtitit obedientia homini in virtutibus, quod divinus Filius habet per naturam. Et quemadmodum Filius Dei imago eſt Patris, & ſinum eius tenet, qui unam cum illo nanciſcitur omnigenæ perfectionis & nobilitatis ſubſtantiam, evulgatque Dei Filium à clariſsima origine emanare; ſic ab obedientia ingenuiſsimã originem ſortitur homo, quæ Dei imaginem in illo incolorat & perficit, & ſic eum in Dei ſinum tanquam filium Dei collocat, quàm conſpicuam dignitatem direptam à ſe luget, mox ac inobedientiæ reus factus eſt: etenim infamiæ turpitudine originem inobedientia inficit, quæ clariſsima ab obedientia fluxerat.

33 Et quidem nobilitas, quam obediẽtia gignit, in eum ſublimitatis apicem volatum ſuũ effert, qui livoris conatus & ictus deſpicit, peſtilens invidiæ halitus, prius quàm illum perveniat, evaneſcit, excelſior enim eſt obedientiæ ingenuitas invidiæ regione, nec ad eam expugnãdam valet invidia contendere, nec præſumit. Nullus profectò pernicioſior livor, crudelior nullus, quã qui ex germanitatis vinculo pruritat. Quæ enim, quæſo, non auſa eſt immania facinora invidia ſinu nata & alita? Hæc quæ omnibus inſolentior & trucior inobediẽtiæ nobilitatem non irrumpit; & ſi temeraria aliquãdo audeat, caſa illicò iacet, illiuſque iactus lancinantium puerorum luſus ſunt. Sciſcitatur Gregor. Niſſenus: Quare fratrũ invidia, quæ furenti rugitu in univerſa graſſatur, igniſque eſt, cuncta devorans Moyſi damna inferre nunquam invaluerit? eã reddit rationem: quia obedientiæ altiſsimam arcem conſcenderat, quam ſuis viribus nixibuſque invidia agnoſcit ſuperiorem. Sic ille lib. de vita Moyſ. *Moyſes qui non ducentis faciem aſpiciebat, ſed tergũ obediens reſpiciebat, ſecutus Deum eſt, idcircò beatus, idcircò altior fuit, quã ut ſagitta invidiæ ad ipſum poſſet pervenire.* Alludit Niſſenus ad locũ illum Exod. 33. 23. ubi Moyſi anxiè deſideranti faciem Domini inſpicere, inquit Dominus: *Videbis poſteriora mea, faciem autem meã videre non poteris.* In quem locum expendit Niſſenus ubi ſup. in præſenti ſeculo divini dorſi viſionẽ beatos efficere, ſicut in futuro divinivultus obtutus felices creat. Verè hic beatitudinis initiatur, qui ſequitur; ſequitur enim, qui tergum reſpicit in hac vita, quæ viantiũ eſt, valdè periculoſum eſt faciem Dei intueri, quia qui incedit, adverſus illũ graditur, cuius faciem cernit. In futura verò vita, quæ triumphantium & quieſcentiũ eſt, felicitatis eſt in divinum vultum intendere. Nã qui quieſcit, & videt, cõtemplatur, qui verò cõtemplatur, delectatur, & obiecti pulchritudine fruitur. Ait ergo Niſſen. ubi ſup. *Dux igitur præeundo ſequenti viam demõſtrat. Qui autem ſequitur, tunc à rectâ via nõ aberrat, cùm ſemper ducis tergũ reſpiciat: nã qui ad latera ſe trãsfert, aut ducentis faciẽ cernere ſtudet, non facit eam viã, quam dux oſtendit; ac ideò dicitur ei: Facies mea non videbitur tibi: hoc eſt, noli ad faciẽ ducentis Dei occurrere, ne in oppoſitum curſus fiat. Nam ſi bono bonum contrarium nõ eſt, & qui ducentis faciem videt, ducenti oppoſitus eſt, cùm Deus bonus ſit, ipſe malus eſt: cõtrarium virtuti vitium. Quare Moyſes non ex oppoſito conſpicit Deum, ſed tergũ eius reſpicit.* Huius ergo vitæ beatitudo eſt Deũ ſequi, quod idẽ eſt ac ei obedire. Quãobrẽ dixit Niſſen. *Idcircò beatus, idcircò altior fuit quã ut ſagittà invidiæ ad ipſum poſſet pervenire.* Et ſanè æquo iure: nã ſicut felicitas, quæ ex divina viſione in cœleſti patria provenit, immunẽ ab omni perturbatione hominẽ reddit, ſublimioreq; cõſtituit, quã ut invidiæ dãna ipſum poſsint attingere, ſic is, quẽ obedientia in hoc ſeculo beat, veluti expers tumultus vitiorum efficitur, & quidem celſior, quàm ut livoris coniectus ad ipſum pervenire prævaleant.

34 Sicut nihil nobilius & auguſtius obedientiâ in Dei æſtimatione, ita nihil degener & turpe quã inobedientia. Qui in hanc inciderit, ſtatim adſtruit Deus originẽ ſuxiſſe infamẽ, & à radice in illũ inſtillaſſe ignobilitatis contagiũ. Et quemadmodum in ſacro Tribunali ſãctiſsimæ Fidei propugnatore, ubi quis legis Moſaycæ obſervator deprehenditur, illiuſq; rituũ cultor, mox illius origo inquiritur, præſumitur enim eiuſmodi ignominioſi criminis perpetratorẽ non niſi ab execrabili Iudæorum trunco ſuã originem trahere; ſic Deus quem obedientiæ invenit deſertorem, proavorum illius ſtirpem evolvit, ut probet hominẽ famoſum & deteſtabilẽ, non niſi à probroſa & turpitudine nota proſapia potuiſſe deſcendere. Inſanivit quondam Hebræus populus, ut Dei iugũ detrectarent, qui regnũ tenebat, anxièq; peterent ſibi Regem hominem creari. Doluit Samuel væſanum clamorem, & ſe nequire concitatum ſedare tumultum. Adijt Dominum conſultum, qui ait: *Audi vocem populi in omnibus quæ loquuntur tibi; non enim te abiecerunt, ſed me, ne regnem ſuper*

Greg. Niſſenus.

Exod. 33. 23.

Greg. Niſſ.

1. Reg. 8. 7

per eos. Iuxta omnia opera ſua, quæ fecerũt à die, qua eduxi eos de Ægypto uſque ad diẽ hanc, ſicut dereliquerunt me, & ſervierunt dijs alienis, ſic faciunt etiam tibi, 1. Reg. 8.7. Præmitto Hebræorum œconomiam, eo tempore non per Reges gubernari, ſed per Iudices, qui veluti Proreges Dei erãt, Deo ſibi ſolummodò Regis nomen vindicante; Iudex erat tunc Samuel, qui cernens populum eâ Regis ambitione iniuriã Deo inferre, qui regni habenas premens populo moderabatur, querelam Deo præſentavit; ideò ait Deus: *Non te abiecerunt, ſed me*, & ut Samuelem ſolaretur de iniuria, quæ in eum ex Dei contemptu reſiliebat, eorum infamiam & ignobilitatem oſtentui reddit, inobedientiæ eos incuſando, quam ut non demiretur Samuel, eorum prodit progeniem, eos filios rebellium & inobedientium proavorum probans: *Iuxta omnia opera ſua, quæ fecerunt à die, qua eduxi eos de Ægypto uſque ad diem hanc, &c.* Quaſi Deus dixerit; quid mirum, quòd ex prava, & obſcura radice turpes eruperint rami? hanc inobedientiæ ignobilitatem iam in ſuo fonte ebiberunt, viciata eſt in eorum ſtirpe obedientia, conſentaneum eſt, ut ipſi quoque ab obedientia degenerent, & peſſimum radicis emittant odorem. Vide Dei ingenium, qui inobedientiâ populi cognitâ, ut eam velut turpitudinem deteſtandã, & abſurdiſsimam ignobilitatem carpat, ad eorum progeniem recurrit. Nam maculæ nota, quâ inuritur genus ad infamiam & contemptum ſobolis maximè ſpectat: nam erubeſcit filius, & dolet ſe ignominiâ affici, ex proavorum probroſa nota ſibi obiecta.

Gregorius. Audi Gregor. in hunc locum: *Hìc etiam aliquid gravius cernitur, qui cùm abiectũ paſtorem conqueritur, abijcientium peccata omnia, & parentum etiam mala memorãtur. Summum namque crimen agnoſcitur, ad cuius diſcuſſionem in Dei memoria præterita cuncta mala redduntur.* Supremum peccati dedecus, turpiſsimamque fœditatem æſtimat Gregorius illam, quæ in progenitoribus incuſatur infamiæ, nam ſic arguitur originem infeſtare & polluere, & ſobolem ignominioſam efficere.

35 Hæc cùm ita ſe habeant, divina providentia videtur, nihil tam ſolicitè accuraſſe, ut divini Verbi progeniem nobilitaret, felicitaretque, quàm Dei obedientiam in illa ſplendeſcere, & quaſi nitidiora nobilitatis auſpicia, à ſola obedientia petantur, eam ſolam videtur divina Sapientia conata in progenitorum ſuorum generationibus innectere, ſtuduiſſeque ut ab ea ſigillatim divini Verbi incarnandi promiſsio ſuũ duceret exordium. Ad eam veritatem ſtabiliendam ſpectant, quæ tota præcedenti ſectione ſcripſimus, ubi miram Dei curam commendamus erga Iſaac generationẽ illuſtrandam, quæ velut fundamentalis lapis ſubiectus eſt ſacræ œconomiæ ædificio; quã ut conſpicuam redderet tota Dei cura fuit in avertendo ab ea inobedientiæ dedecore, tradendoque eam ingenio obedientiæ elaborandam & decorandã: illud indicans quod quemadmodũ inobedientia una fœx fuit, quâ humana generatio ſorduit, ſic unica nobilitas ſit obedientia, quâ poſsit pulchreſcere.

36 Abrahã in Chriſti progenie primus Chriſti proavus nominatur, à quo Chriſti generatio uſurpat initiũ; in quo ut iã Chriſti incarnatio & illius promiſsiones dedicarẽtur, excellentiſsimæ obedientiæ opus præiactũ fuit: oportuit enim ut ſacris obedientiæ auſpicijs initiaretur protoparẽs Chriſti ad illius incarnãdi promiſsionem ſuſcipiẽdam; quaſi ſola obediẽtia fuerit, à qua Chriſti progenies veræ nobilitatis ſplendorem exigeret. Celebris eſt locus ille Ioan. 8. 56. ubi Iudæorũ perfidiã Chriſti ſapientia carpẽs inquit: *Abrahã pater veſter exultavit ut videret diẽ meũ; vidit, & gaviſus eſt.* Exultavit Abrahã iuxta mentẽ Ruperti, id eſt arduo ſibi impoſito præcepto à paternis laribus & patria exulandi obedivit; obediẽtia a perfectione & alacritate parẽdi nomen nacta. Nã ad immane & difficillimũ præceptũ ſic inardeſcere animũ, ut illud ſumma hilaritate aggrediatur, præſtantior obediẽtiæ cõſũmatio eſt. Quaſi dicat; exultavit Abrahã obediendo vel exultãdo obedivit, ut videret diẽ meũ; id eſt incarnationis meæ diẽ divino lumine afflatus prævideret, neque ſuã fore ſobolẽ divinitus prænoſceret. Sic interpretantur hunc locum Auguſtin. tract. 43. in Ioan. quem de incarnationis die exponit Irenæus lib. 4. cap. 15. & 16. & Cyrillus apud Caten. Græcã. *Diem autem vocat, tẽpus adventus ſui, de quo Pſalmiſta ait: Hæc dies, quam fecit Dominus, exultemus & lætemur in ea.* Igitur ut cerneret Abrahã præſtantiſsimũ diẽ incarnationis; ſeu generationis Chriſti, quæ fuit quodammodo obedientia compacta. Nã cùm æternũ verbũ præceptũ accipere, & obedire nequiviſſet, quippè quòd coæquale erat Patri, quaſi obedientiæ amore tentum, naturam noſtrã aſſumpſit, in qua poſſet obedire, ſtuduit in noſtra ſubſtantia minor fieri Patri ad obediendum, & ad præceptum patris ſuſcipiẽdum homo factus fuit. Quocirca in primo generationis ſuæ inſtanti, Patris præceptũ amplexum eſt. Hoc, inquam, egregium obedientiæ opus, candidiſsimũ obedientiæ diẽ (in quo obedientiæ amor & pulchritudo

Ioan. 8. 56.

Auguſtin. Irenæus. Cyrillus.

de ſinu paterno rapuit filium, ut indueret naturam, in qua obediret) ut cerneret Abraham oportuit, ut ille ingenti obedientiæ facinore præpararetur, & adornaretur; indèque cognoſceret, quem nobilitatis apparatum, quos claritatis titulos tantus filius in ſuis progenitoribus deſideraret. Auſcultandus nunc Rupertus in præfatum Ioan. locum. *Quid enim eſt, quod ait: Exultavit, ut videret diē meum; niſi illud, quod & nos in eodem Patre fidei noſtræ rectè miramur, quia primus ad præceptum Dei longam & laborioſam ſuſtinuit peregrinationem, ſic non quaſi triſtitiam aut neceſsitatem, ſed ut verè magnæ lætitiæ expectationem: Promiſerat enim illi Deus nullum habenti hæredem, imò & (quod maius eſt) ſterilem habenti uxorem, quòd in ſemine eius benedicerentur omnes gentes. Nec ſtatim accepit filium, per quem illud ſemen benedictionis, quod eſt Chriſtus, ſperare poſſet, ſed priùs exijt, neſciens quò iret, & in terra aliena in caſulis habitando, demoratus eſt, non habens hic manentē civitatem, ſed futuram inquirens. Hoc ergo magnum quidē eſt patris Abrahæ meritum, quòd hanc eius obedientiam Dei filius appellat exultationem, ſed longè maius eſt ſui ipſius teſtimonium, quòd diem ſuum fuiſſe teſtatur eiuſdem exultationis præmium, dicendo: Exultavit, ut videret diem meum, vidit & gaviſus eſt, &c. Quis illud penſare poteſt beati ſenis gaudium, quando accepit diutinæ exultationis ſuæ præmiū, ſcilicet filium, veracis Dei teſtimonium, poſteritatis initium, naſcituri Chriſti ſeminarium?* Rupertus.

Perpēde quantam nobilitatis paraturam ab obedientiæ apparatu quæſitam ambiat Pater æternus Filio ſuo naſcituro, in eximiæ obedientiæ executione promittitur Abrahæ filius; in parentum obedientia generatur naſcituri Chriſti ſeminarium.

37 In hac generandæ & propagandæ ſobolis ratione, cui obedientia inſerebatur, non ſolùm nobilitatem agnoſcebāt Iudæi, ſed quam iam veluti divinitatem meditabantur. Attendentes enim ſe ab Abrahamo oriundos, cui iniuncta fuit obedientia antequàm filij promiſsio ei deferretur, qui prolem accepit non tam ex communi naturæ vigore, quàm ex divino Verbo, cui obediebat Abraham, non naturæ, cùm uxorem adijt fœcundandam, ſenio iam confectā, cui virtus defecerat genitalis, & quidquid allectare defloridum iam appetitum valeret; ſuperbientes venditabant, ſe ex Deo eſſe: putabant enim divinam eſſe proſapiam & ex Deo trahere ſuam originem, quæ à divini Verbi promiſsione ei obediente naturâ auſpicabatur exordium. Ideò dicebant: *Semen Abrahæ ſumus, & nemini ſervivimus unquam*, Ioan. 8. 33. & quaſi optima eſſet conſequentia, illos ex Deo eſſe, quia ſemen Abrahæ erant, ſubdiderūt; *unum patrē habemus Deum*, num. 41. Chriſtus autem ut eorum infamiam refelleret, inanemque & mendacem eſſe adſtrueret nobilitatis gloriam, quam tum ex Abraham, tum ex Deo ſibi arrogabant, qui ab Abrahæ obedientia defecerant: ſic in illos invehitur: *Si filij Abrahæ eſtis, opera Abrahæ facite*, num. 39. Rurſumque: *Vos ex patre diabolo eſtis, & deſideria eius vultis facere*, num. 44. demum concludit: *Qui ex Deo eſt, verba Dei audit; propterea vos nō auditis, quia ex Deo non eſtis*, num. 47. Quaſi dixerit; fallax eſt & vana veſtra iactatio, ut quid claritatis ſplendorem captatis ab obedientia Abrahæ, & ob eam rationem à Deo, qui ab Abrahæ operibus degeneres eſtis, & divina mandata ſpernitis, ſi ex Deo vos ideò deſcendere præſumitis, quia ab Abraham originem ducitis, cùm inobedientes ſitis, & inobedientiam diabolus pariat, qui primus perduellionem in Deum affectavit, verè ex patre diabolo eſtis; qui enim ex Deo eſt, verba Dei audit, & Deo audit, propterea vos nec verba Dei, nec Deo auditis, quia ex diabolo eſtis. Intuere quomodo obedientia, quæ progeniem fundat, efficiat eam veluti divinam, & quæ ab obedientia degeneret, in diabolicā demigret. Accipe Rupertum in præſenti: *Dicta ſunt utique hæc propter elatam nimis Iudæorum ſuperbiam, qua ſe ſolos ex Deo eſſe præſumebant, videlicet ſecundùm Iſaac, quem Sara ſterilis & longæva, ex Deo, inquam, id eſt, per Dei repromiſsionem, & non per carnis accepit conſuetudinem. Vt autem anus, præſertim ſterilis, qualis erat Sara, concipiat, Dei donum eſt. Hoc ſcientes ſe ſolos ex Deo eſſe, ſe ſolos præſumebant eſſe filios Abrahæ. Adverſus huiuſmodi æſtimationem veritas præſens: Qui ex Deo eſt, inquit, verba Dei audit, propterea vos non auditis, quia ex Deo nō eſtis. Quod eſt dicere: Qui non in illa multiplici ſuperfluitate naturæ eſt, de qua Deus poſt peccatum primi hominis dixit ad Evam matrem cunctorum viventium: Multiplicabo ærumnas tuas, & conceptus tuos: ſed ex illa benedictione, qua in paradiſo ante peccatum benedixit eis, dicens: Creſcite & multiplicamini, & replete terram, & ſubijcite eam, & dominamini piſcibus maris, & volatilibus cœli, & univerſis animantibus, quæ moventur ſuper terram, de qua potiſsimùm benedictione ille pater noſter Iſaac extitit, de cuius nobili ortu vos ſecun-*

Num. 41. Num 39. Num 44. Num. 47. Ioan. 8. 33. Rupertus.

eundùm carnem plurimum gloriamini, hic verba Dei audit. Ex quibus perſpicuè elicitur, quòd origo, quæ Dei obedientia concreta eſt qualis illa ante peccatum: *Creſcite & multiplicamini, &c.* & qualis præceſſerat in Iſaac, licèt primæ infectionis nõ expers, in qua Abraham Dei verbi obedientiæ paruit, adeò nobiliſsima eſt, ut ex Deo eſſe dicatur, illa verò quæ inobedientia compingitur, & ex qua rami & fructus inobedientiæ pullulant, adeò eſt obſcura & ignobilis, ut ex diabolo eſſe enuntietur.

38 Mediusfidiùs ut argumento noſtro facẽ ſplendidiore lumine irradiantem præferamus, operæpretium eſt prænotare; ter promiſsionem fuiſſe delatam Abrahæ de ſobole obtinenda, ſed priùs ſemper ab eo exacta obedientia; in triplici tamen pollicitatione eum ordinem ſervavit divina Sapientia, ut ſemper clarior promiſsio priori ſuccederet, & quò clarior adveniebat promiſsio, difficilior & nobilior obedientia indicebatur. Prior Dei ſponſio ſic habet: Gen. 12. 1. *Dixit autem Dominus ad Abram: Egredere de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui, & veni in terram, quã monſtravero tibi: faciamque te in gentem magnam; & benedicam tibi; & magnificabo nomen tuum, eriſque benedictus. Benedicam benedicentibus tibi, & maledicã maledicẽtibus tibi; atque in te benedicentur univerſæ cognationes terræ*, Gen. 12. 1. ubi ſub nomine gẽtis magnæ & divinæ benedictionis Chriſtus adnotatur, & populus Dei electus: ut Rupertus admonuit apud Lypoma. Rupertus. *Benè ergo non ait: Faciamque te in gentẽ multam, ſed in gentem magnam. Nam verè magna gens, cuius Dominus Deus eius, quam magnificavit, & honoravit magnus Dominus, de qua magnos Patriarchas atque Prophetas, vel Scribas peritos, ac diverſorum meritorum magnos viros habemus, per quos veram Dei magnitudinem cognovit mundus*; & poſteà: *Non aliam ſine dubio benedictionem hic commemorat, niſi illam, qua per ſemen Abrahæ, quod eſt Chriſtus, in omnes gentes gratia Spiritus ſancti effuſa eſt.* Cui quidem promiſsioni præceſsit dura ſatis & incommoda obedientia patriæ relinquendæ, & orbis peragrandæ, ut Chriſti progenies, quæ in Abraham primas mittebat radices, ab obedientia nobilitatem inciperet aucupari.

39 Secundam pollicitationem, ſed clariorem quidem & illuſtriorem, decerpes à loco Geneſ. cap. 17. 4. *Dixitque ei Deus:* Gen. 17. 4. 10. *Ego ſum, & pactum meum tecum, eriſque pater multarum gentium. Nec ultrà vocabitur nomen tuum Abram; ſed appellaberis Abraham, quia patrem multarum gentium conſtitui te. Faciamque te creſcere vehementiſsimè, & ponam te in gentibus, regeſque ex te egredientur, & ſtatuam pactũ meum inter me & te, & inter ſemen tuum poſt te in generationibus ſuis fœdere ſempiterno, ut ſum Deus tuus & ſeminis tui poſt te*: Et pacti formam exprimens Deus inquit num. 10. *Hoc eſt pactum meum, quod obſervabitis inter me & vos, & ſemen tuũ poſt te; & circumcidetis carnem præputij veſtri, ut ſit in ſignum fœderis inter me & vos.* Iam non ſolũ ſpondetur Abrahæ gens magna, ſed & gentes multæ, inſuper & regia ſoboles: *Regeſque ex te egredientur.* Aperitur enim iam regnum Chriſti, per quẽ nactus eſt Abraham adeò ſublimem paternitatem, ut quoſcũque filios ſibi Deus acquiſierit, ij Abrahæ filij appellentur. Adeſt Rupertus apud Lypoman. *Ego ſum: Hoc, inquam, pactum in Chriſto eſt, mediatore Dei & hominum, per quem ſolum Abram pater factus eſt multarum gentium (imò quod dictu quoque ſanctiſſimum & digniſſimum eſt) pater omnium Dei filiorũ. Omnes enim quotquot filij Dei dicũtur & ſunt, non niſi per Chriſtum talem gratiam acceperunt, per quem redempti & Deo renati ſunt. At ille, ſcilicet Chriſtus, ſecundùm veritatẽ carnis aſſumptæ ſemen Abræ eſt: igitur omnium, quorum Deus pater eſt, & Abram pater eſt.* Quæ nota filij Dei ab Abram oriundi promiſsio, ut dilucidior emergeret, mutatur nomen Abræ, una litterа divini nominis, & quidem ſacratiori in Patriarchæ nomine intertexta; ut qui ſpõdebatur unum cum Deo Filium ſe habiturum, Dei quoque nominis particeps exiſteret; geſtaretque in nomine divinæ Paternitatis inſigne. Strenuè profectò Lypomanus myſterium hoc in nominis mutatione obſervavit: *Ante ergo promiſsionẽ Iſaac nomen illius erat Abram, pater excelſus: poſteà autem paternitatis illius celſitudo ornatur, H, litteræ, quæ inter ſacratiores litteras, quibus nomina Dei ſcribuntur, principalis eſt, & bis ſcripta in nomine illo ineffabili, quæ & ſemel adſcripta nomini Abrahæ, & ſecundò adſcripta Saræ, indicat prærogativam quandam maximam datam utriſque generandi Deum aliquãdo de ſemine ſuo in Chriſto naſcituro de Beatiſsima Dei Genitrice Maria, quæ vera fuit Abræ & Saræ filia.* Igitur divini Filij habendi ſtipulatione perſpicuè Abrahæ à Deo intimata, quid à Patriarcha exigit Deus, ut eius mundetur, & nobiliter adornetur propago ad tantum Filium effundẽdum? Meherclè exigit Deus eximiæ obedientiæ claritudinem per circumciſionem, quæ veluti duplicem obedientiam imbibit,

nem;

nempè obedientiam ipſius circumciſionis ſuſcipiendæ, quæ gravis valdè erat, & ex qua ſæpè vitæ diſcrimen imminebat, & obedientiam quam in ſigno ſuſcepto circũciſi totius legis ſervandæ profitebantur.

Caietan. Quò loci Caietanus inquit: *Verè circumciſio eſt profeſſio, quod circumciſus divino ſubijcitur iudicio, divinæ eſt debitor ſervãdæ iuſtitiæ, unde & Paulus docet, quòd circumcidens ſe debitorem ſe cõſtituit univerſæ legis faciẽdæ.*

Chryſoſt. Et Chryſoſtomus ad illa verba: *Et tu ergo cuſtodies pactum meum, & ſemen tuum poſt te in generationibus ſuis*, ait: *Nihil aliud à vobis requiro quàm obedientiam & gratitudinem, & ego omnia quæcunque pollicitus ſum, opere complebo.* Vt autem perdiſcas, in præſenti obedientiam non quomodocunque intentã à Deo, ſed eam ſignanter, quæ ignobilitatem expungit inobedientiæ ab Adam inductam, & quæ univerſam cõmaculat humanæ ſubſtantiæ propaginem; opportuna eſt quæſtio, quam hìc exigitant Rupertus & alij:

Rupertus. *Hic iam quæritur* (ſic ille) *cur tali in loco, tali in parte corporis ſignaculum iuſtitiæ fidei pater noſter Abraham acceperit? Si enim ſignaculum pro ſigno iuſtitiæ datum eſt circumciſionis cauterium, cur nõ potius in ea parte, vel membro corporis datum eſt, quod nudum eſſet, ut ſemper pateret?* Verè ut obedientia, & totius legis ſervandæ debitum in eo membro inſcriberetur, per quod ſeminis, quod promittebatur, propagatio debebat effluere, & ſic obedientia honoraret partem illam, in qua Chriſti progenies initium ſuum dedicabat, quemadmodum inobedientia Adæ priùs in mẽbro illo innotuit, ſicque infeſtavit & deturpavit progeniem ex illo derivatam. Aptè

Rupertus. Rupertus: *Signum fœderis ſecũdùm Moyſem, & ſignaculum iuſtitiæ fidei ſecundùm Apoſtolum circumciſionem eſſe iam ſuprà diximus, quod diffiteri Iudæus, nec Hebionita poſſit hæreticus. Conſtat verò, quòd fœdus ipſum, vel fides, quæ Abrahæ ad iuſtitiam reputata eſt, in promiſſione ſeminis extitit, in quo benedicerentur omnes gentes. Hoc nempè eſt, quod credidit Abraham & reputatum eſt illi ad iuſtitiã. Qua ergo in parte corporis huius fidei ſignaculum magis congruè daretur, quàm in ea per quam ſemen ipſum naturaliter traijcitur? Illic utique congruentius ſignaculum poſuit ſpõſor, & promiſſi ſui debitor Deus, ut & ipſe promiſſionis, & homo expectationis ſuæ ſemper commoneretur. Debitorẽ ſe natumque fortiter teneri voluit, qui promiſſi ſeminis ſignum in ipſo ſeminis effuſorio credenti poſuit homini. Simulque & illud ſcitendum, quia ſicut Noe fidei ſuæ rectè in nubibus poſitum eſt ſignum; dicente Deo: Cùmque obduxero nubibus cœlum, apparebit arcus meus in nubibus, & recordabor fœderis mei quod pepigi tecum: Videlicet qui prædicenti Deo crediderat, quòd diluvium aquarum de nubibus ulteriùs inundaturum non erat: ſic rectè nihilominus Abrahæ, quia crediderat dicenti Deo, quòd in ſemine eius benedicerentur omnes gentes, in hoc loco ſeminis, id eſt, in genitali corporis parte, ſignum eiuſdem fidei poſitum eſt.* Clariùs quidem digeſſit, & ſuccinctiùs argumentum compreſſit Alcuinus apud Lyppoman. *In hoc membro Adam inobedientiæ priùs cognovit, decuit, ut iſte in hoc membro ſignum obedientiæ ſecundò acciperet ut ita oſtenderetur obedientes quãdoque generare filios ad vitam, unde olim prævaricatores ille generavit ad mortem.*

Alcuinus.

Pro cuius loci uberiore illuſtratione reſcribenda nobis ſunt verba Hugonis de Sãcto Victor. quæ ſuperiùs ſcripſimus. Sic enim ille in annotationib. in Geneſ. expendentis rationem ob quam primi parentes ſtatim poſt peccatum appetitus rebellionem primò ſenſerunt, cognoſcentes & erubeſcentes ſe eſſe nudos: *Iuſtè quidem* (inquit) *inflicta eſt homini hæc pœna à Domino, ut quia ratio noluit obedire ſuo ſuperiori, id eſt Deo, nec ei obediat ſuum inferius, id eſt caro. Ex miſericordia tamen Dei, & ut homo ſubſiſtere poſſit, factum eſt, ut cæteræ partes corporis ad nutum obediant rationis, ſient, aut moveantur, una autem pars rationi non obedit in ſignum tranſgreſſionis, ſcilicet pudenda: ideò videlicet quia tota propagatio generis humani per partem illam erat tranſitura, ſcriptum eſt in ea quaſi in porta ſignum inobedientiæ parentum, inobedientia ſcripta membrorum.*

Hugo de Sanct. Victor.

Iraque illa prima perduellio, quam in membris propagationi deſervientibus primò protoparentes poſt tranſgreſſionem perceperunt, ſcriptura quædam & veluti inſtrumentum fuit, quod ius obtinuit peccati in tali membro exaratum, quò innoteſceret, inobedientiæ reatum per illud originis ſeminarium in omnes poſteros derivandum. Ait ergo Alcuinus; huiuſmodi ſcripturæ damno per circumciſionem ſapienter divinam occurriſſe Sapientiam, ſtatuendo ut circumciſio, quæ obedientiæ ſignum eſt, in illo quoque membro incideretur, & veluti inſcriberetur, quaſi ſcripturæ inobedientiæ, obedientiæ ſcripturam opponeret, per quam illa ſi penitus non deleretur, ſaltim infirmaretur. Vt quemadmodum membrum illud inobedientia inſcriptum ignominiæ turpitudinem in ſobolẽ inſpuebat, ſic illud obedien-

dientiæ inſtrumento obſignatum minueret originalem infamiam, & nobilitatem obedientiæ ingenerare contenderet. Forſan circumciſio quæ inobedientiæ titulum dedicabatur & ſtabiliebatur, iam Dominicæ crucis obedientiam præfigurabat, quæ peccati chirographum delevit prorſus & diſrupit. De quo Apoſtolus ad Coloſſenſ. 2. 14. de Chriſto, qui factus eſt uſque ad mortem obediens, inquit: *Delens quod adverſus nos erat chirographum decreti, quod erat contrarium nobis, & ipſum tulit de medio affigens illud cruci, & expolians principatus & poteſtates traduxit confidenter, palàm triumphans illos in ſemetipſo.* Num non animadvertis, quomodo ſemper ex obedientia originis nobilitas ſemper hauriatur, quæ in inſtrumento generationis inſculpitur & inſcribitur, ut ab ea poſteritas maculata claritudinem, quam fas eſt illi ſugere, attrahat? In eamdem veritatem ſanciendam incidit quæſtio, quam expedit Lypomanus: *Cur etiam maſculis tantùm, & non mulieribus ſit etiam circumciſio imperata, cùm tamen & ipſæ peccato originali ſubiectæ ſint, & à muliere peccatum originale habuerit ortum, & ipſa circumciſio in remedium peccati originalis tradita ſit. Ratio eſt, quia peccatum in generatione eſt à patre, materiam autē mater miniſtrat; unde peccatum originale non contrahitur à matre, ſed à patre. Vnde circumciſio quæ ſpecialiter ordinatur ad peccatum originale, ſolis maribus competebat. Inſuper quod circumciſio inſtituta eſt in ſignum fidei Abrahæ, qui ſe credidit patrem futurū Chriſti ſibi repromiſiſſe: ideò convenienter ſolos comprehendebat maſculos. S. Thom. 3. par. quæſt. 70. art. 2. ad 4. Fœminæ verò alio remedio ab originali purgabantur, videlicet fide parentum & oblatione hoſtiarum, quemadmodum antè circumciſionem viri ſancti mundabantur. Vnde in Actor. lib. legitur: Fide purificans corda ipſorum. Prætereà quamvis prima illa tranſgreſſio inceperit à fœmina, vir tamen fuit cauſa tranſfuſionis originalis peccati. Nam ſi ipſe non peccaſſet, originale peccatum non fuiſſet tranſfuſum. Idcircò ſecundùm Apoſtolum: Per unum hominem peccatum intravit in mundum, &c. Addè quòd fides illa & cultus derivabantur tūc temporis per generationem carnalem, in quantum patres docebant filios de huiuſmodi. In maſculo autem eſt principiū activum generationis, & ideò ſolis maſculis data eſt circumciſio pro ſigno.* Itaque totus circumciſionis apparatus eò ſpectabat, ut generationis ſeminarium contagio inobedientiæ infectum & ignominiam illius in poſteros immittens, obedientiæ ſigno inuſtum mūdaretur, ab ipſoque obedientiæ obſignatione protecto decurreret nobilitas in poſteros, quæ turpitudinem ab inobedientia partam reſtingueret, vel maculoſum profluvium extenuaret. Sic iam Dei diſpoſitione præparante & abſtergente humanæ generationis canales, per quos divina Sapientia in naturam noſtram ſibi amiciendam erat deſcēſura, quæ cùm Deus eſſet, nobiliorem progeniem, quàm eam, quæ obedientiæ claritudine erat inſignita, non deſiderabat. Et hūc ſibi ſcopum in circumciſionis fœdere pangendo divinam mentē præfixiſſe, non inepte autumat Caietanus: *Quare Deus hoc ſignum elegerit, & in tali membro, ſola Dei libertas ratio ſufficiens eſt. Accommodationes tamen multæ afferri poſſunt, præcipua tamen eſt ratio, quòd Meſſias ex genere Abraham producendus erat. Niſi enim huius myſterij ratio habita fuiſſet, quilibet character, ſeu quævis nota in quacunque corporis parte ſuffeciſſet ad diſtinguendum, & diſtinctum ſervandum Abraham & genus eius ab alijs nationibus mundi.* Ergo divinā providentia, quæ ſacræ œconomiæ providebat authoritati & maieſtati, reliquis diſtinctionis formis omiſſis, ſignum obedientiæ prælegit, quo propagatio inſigniretur divini generis, cenſens meritò nobilitatem ab obedientia emanātem digniorem Deo eſſe, utpotè præſtantiorem. Quid enim, quaſo, tam conſentaneum, quàm per euripos & traduces obedientiæ inſcriptos elabi, qui tanquam primum ſuum opus obedientiam ſpectabat; imò illam eſſe ſuorum facinorū caput ſciebat; ideò inquit ille ex ore vatidico: *In capite libri ſcriptum eſt de me, ut facerem voluntatem tuam; Deus meus volui, & legem tuam in medio cordis mei,* Pſalm. 39. 9. in medio cordis, ubi eſt fons vitæ ſitus; ſitam ſe, ait Dominus fovere legis obedientiam, quaſi illam ceu vitam æſtimet, & ſimul cū vita in generatione hauſerit: & Ioan. 5. 30. *Non poſſum ego à me ipſo facere quicquā; ſicut audio iudico, & iudicium meum iuſtū eſt: quia non quæro voluntatem meam, ſed voluntatem eius, qui miſit me:* & Ioan. 6. 38. *Deſcendi de cœlo, non ut faciam voluntatem meam, ſed voluntatem eius qui miſit me.*

Ad Coloſſ. 2. 14.

Lypoman.

Caietan.

Pſal. 39. 9.

Ioan. 5. 30.

Ioan. 6. 38.

40 Tertia iā divini Filij promiſsio tunc enuntiata eſt Abrahæ, cùm ad illam obedientiæ arduitatem excitatus eſt, quam vel ipſa natura abhorret; imperatum eſt enim ei, ut chariſsimum filium ſpei ſuæ & vitæ pignus immolaret, quàm alacri mente, impavido intemeratoque animo, fide integrā, ſpe inconcuſsā, ſiccis oculis, inturbato & ſere-

ſereno vultu, & ore ſilenti adortus eſt Patriarcha. Sic textus: *Vocavit autem Angelus Domini Abraham ſecundò de cœlo dicens: Per me metipſum iuravi, dicit Dominus, quia feciſti rem hanc, & non pepercisti filio tuo unigenito propter me; benedicã tibi, & multiplicabo ſemen tuum ſicut ſtellas cœli, & velut arenam, quæ eſt in littore maris: poſſidebit ſemen tuum portas inimicorum ſuorum, & benedicentur in ſemine tuo omnes gentes terræ: quia obediſti voci meæ,* Geneſ. 22. 15. Difficultate implectitur locus, nam nihil novi Abrahæ obedientia, cuius novitatem demiratus eſt orbis, promerita fuiſſe videtur, nec videtur quæ nunc eſt ei delata novorum munerum ſponſio, ſed eorum, quæ ei pollicita præceſſerant, repetitio. Cur ergo in tantæ obediẽtiæ obſtupore & maieſtate nil ſublimius, nil glorioſius advenit Abrahæ, ijs quæ olim ipſe acceperat? Difficultatem exacuit præclarè Origen. *Solicitum hæc & intentum auditorem requirunt. Novũ eſt enim, quod dicit: Et vocavit, inquit, Angelus Domini Abraham ſecundò de cœlo. Quod tamen addidit, non eſt novum. Nam benedicens benedicam te, & antè iam dictum eſt; & multiplicans multiplicabo te, antè promiſſum eſt: & erit ſemen tuum ſicut ſtellæ cœli, & ſicut arena maris, & priùs fuerat pronuntiatum. Quid ergo eſt nunc amplius, quod ſecundò clamatur de cœlo? Quid novi veteribus, vel promiſſionibus additur? Quid plus præmij datur in eo, quod dicit: Propterea quòd feciſti verbum hoc, id eſt, propterea quòd filium obtuliſti, propterea quòd non pepercisti unico filio tuo? Nihil additũ video, eadem repetuntur, quæ priùs fuerant repromiſſa. Ergo ſuperfluum videtur eadem ſæpiùs retractare, & minus neceſſarium.* In eo diſſolvendo nodo in varias ſententias diſtrahuntur Patres. Origenes, ut eum extricet, expendit diſcrimen, quod reperitur inter præſentem pollicitationem, & reliquas: reliquas ut enuntiaret Deus, ſemper in terra Patriarchã alloquebatur. Sic enim habes in Geneſ. cap. 15. 4. *Statimque ſermo Domini factus eſt ad eum dicens: Nõ enim hic hæres tuus erit, ſed qui egredietur de utero tuo, ipſum habebis hæredem, eduxitque eum foras, & ait illi: Suſpice cœlum & numera ſtellas, ſi potes, & dixit ei: Sic erit ſemen tuum, &c.* In præſenti de cœlo Deus ad Abraham verba facit: *Vocavit autẽ Angelus Domini Abraham de cœlo ſecundò dicens: Per me metipſum iuravi, &c.* Ex quo diſcrimine geminam Abrahæ promiſſam generationem aſsignat; alterã populi terreni, quæ quia terrena & carnalis in terra ſponſa à Deo fuit; alteram cœleſtem, nempè divini Filij ex Abrahami cenſu oriundi, quæ quia cœleſtis, è cœlo fuit evulgata. Vnde promiſsio divini Verbi Abrahæ ex genere deſcenſuri illuſtriùs ex præſenti pollicitatione, quàm ex præhabitis evincitur, & authoratur. Ait ergo Origenes: *In ſacramentis enim fiunt cuncta quæ fiunt; Abraham ſi tantùm ſecundùm carnem vixiſſet, & unius populi, quem ſecundùm carnẽ genuit, pater fuiſſet, una ſuffecerat repromiſſio. Nunc ergo ut oſtenderet eum primò patrem futurum eorum, qui ſecundùm carnem circumciſi ſunt, circumciſionis ſuæ tempore datur ei repromiſsio, quæ ad populum circumciſionis pertinere deberet. Secũdò, quia pater futurus eſſet eorum, qui ex fide ſunt, & qui per paſsionem Chriſti veniunt ad hæreditatem, tempore nihilominus paſsionis Iſaac promiſsio renovatur, quæ pertinere debeat ad eũ populum, qui paſsione Chriſti ac reſurrectione ſalvatur. Et eadẽ quidem repeti videntur, ſed lõgè diverſa ſunt. Ea enim quæ priùs dicta ſunt, & ad priorem populum pertinẽt, in terris dicta ſunt; ſic enim dicit Scriptura: Et eduxit eum foras; de tabernaculo ſcilicet, & dixit ei: Reſpice ſtellas cœli, ſi dinumerari poſſunt á multitudine: & addidit: Sic erit ſemen tuũ. Vbi autem ſecundò repetitur repromiſsio, deſignat quia loquutus eſt ei de cœlo, & datur promiſsio de terra prima, ſecunda de cœlo. Nonnè apertè hìc illud deſignare videtur, quod Apoſtolus dicit: Primus homo de terra terrenus, ſecundus homo de cœlo cœleſtis.* Differre etiam hanc promiſsionem á retroactis cenſet Origenes, quia ob inſignis obedientiæ meritum, ad quod evectum eſt ob immolationem filij Patriarcha, hæc promiſsio iuramento á Deo ſtabilita eſt: *Per me metipſum* (inquit) *iuravi.* Quam ſectatus quoque eſt Rupertus lib. 6. in Geneſ. cap. 33. *Hoc verbum promiſsionis de benedicendis gentibus in ſemine eius, nunc vice altera Dominus loquutus eſt. Nam & in primordio, quando dixit illi: Egredere de terra tua, & de cognatione tua, hoc promiſit, dicens: Atque in te benedicẽtur univerſæ cognationes terræ. Proinde quia ſemel & iterum hoc promiſit Deus, rectè promiſsio iam dicitur; differt tamen aliquãtiſper. Vbi nullum adhuc Abrahæ præceſſerat meritum, tantummodò promiſit; ubi verò iam per obedientiam emeritus eſt, cum interpoſitione iuramẽti repromiſit, ut per duas res immobiles, inquit Apoſtolus, quibus impoſſibile eſt mentiri Deum, fortiſsimum argumentum habeamus, qui cõfugimus ad tenendam propoſitam ſpem.* Caietanus autem aliam adinvenit diverſitatem iactam inter præfatas pollicitationes & præſentẽ,

Geneſ. 22. 15.

Origen.

Origen.

Gen. 15. 4.

Rupertus.

ſump-

ſumptam ex verborum differentia, quibus in eis functus eſt Deus; clariori etenim ſtylo ait cœleſtem Sapientiam Abrahæ divinum nunc promiſiſſe Filium quàm antea.

Gen. 12. 3. Priùs enim Geneſ. 12. 3. inquit: *In te benedicentur univerſæ cognationes terræ*, quod

Gen. 18. 18. quidem repetit Geneſ. 18. 18. Nunc verò ait: *Et benedicentur in ſemine tuo univerſæ gentes terræ.* Magis perſpicuè enuntiat Deus, inquit ille, Chriſtum, ubi aſſerit in ſemine Abrahæ, quod eſt Chriſtus, benedictionem conſequuturas gentes, quàm affirmando benedictionem adepturas in ipſomet Patriarcha. Sic ille ſcribit; *Hoc igitur*

Caietanus *quod dicitur: Benedicentur in ſemine tuo omnes gentes terræ, adimpletum eſt per Meſſiam, quoniam in eo benedicuntur univerſæ nationes terræ ſucceſſivè. Adverte quòd illud idem promiſſum Abrahæ prima viſione ſcripta cap. 12. modò repetitur, clarius tamen, quia quod ibi implicitè dicitur; & benedicentur in te: hìc explicatur dicendo, in ſemine tuo. Neque enim ibi promiſſū eſt, quod in ipſo Abraham ſecundū ſeipſum benedicendæ eſſent univerſæ familiæ gentium, ſed quod, ut hìc aperitur, in ipſo ſecūdùm eius ſemen, qui Meſſias eſt, benedicendæ eſſent univerſæ gentes terræ, quia obediſti voci meæ.* Hanc interpretandi rationē mutuatus eſt ab Ambroſio apud Lypoman.

Ambroſius Caietanus ſic aſſerente: *Hæc iterum benedictio præſtitit ſuperioribus. In illis enim propagationem ſeminis Abrahæ promiſit futuram: in hac autem ait: & benedicentur in ſemine tuo omnes reges terræ, quoniam audiſti vocem meam. Et nos ergo audiamus vocem Dei noſtri, & obediamus præceptis eius, ſi volumus apud eum invenire gratiā.* Rupertus autem apud Lypoman. Ex alio capite elicit intervallū, quo diſtinguit hanc promiſsionem à præhabitis, nempe ex illis verbis: *Poſſidebit ſemen tuum portas inimicorū ſuorum*, quæ in illis enuntiata non

Rupertus ſunt. Ait enim ille: *Iuramento enim interpoſito augetur benedictio Abrahæ his verbis: Poſſidebit ſemen tuum portas inimicorum ſuorū. Portæ nimicorum poteſtates ſunt tenebrarū, quas ſemen Abrahæ Chriſtus nunc poſſidet, iuxta quod ipſe præloquutus eſt: Cùm fortis armatus cuſtodit atrium ſuum, in pace ſunt omnia quæ poſſidet: ſi autem fortior illo ſuperveniens vicerit eum, univerſa arma eius auferet, in quibus confidebat, & ſpolia eius diſtribuet. Hoc autem per paſsionem & mortem eius actum eſt. Suſcitavit enim illum Deus à mortuis, ſolutis doloribus inferni, iuxta quod impoſsibile erat teneri illū ab eo. Benè ergo hoc loco, ubi immolatus eſt Iſaac, primùm ait: Poſſidebit ſemen tuum portas inimicorū ſuorum.* Ex quibus omnibus aptè ad noſtrum inſtitutum liceat decerpere, ubi celebrior mirabiliorque obedientia tum parentis Abrahæ, tum nati Iſaac illuxit, ſolemniorem, cœleſtiorem, firmiorem, clarioremque effudiſſe æternum Patrem divini Filij ex illis oriundi pollicitationem. Viderat Deus inclytam parentis obedientiam, quâ accinctus eſt filium immolare; animadverterat inſignem filij obſecundationem, qui effectus eſt obediens uſque ad mortem, & nobiliſsimum ſplendorem obedientiæ in patre, natoque fundatum perpendens; genuſque iam clariſsimum utriuſque obedientiâ firmari; illis ſemen ſuum (ut ita dixerim) adiunxit, ex eiſque ſuum Filium temporaliter naſci decrevit; idque iuxta ſententiam Origenis & Ruperti iam non ſolùm promittit, ſed iuramento ſancit; ut innuat decretum ſuum immobile & irrevocabile; de cœlo vult enuntiari promiſſionem, non in terris ſicut antea (ſic placuit Origeni) ut indicet cœleſtem ſobolem, & non dumtaxat terrenam ex parēte liberoque oriundam. Clarioribus verbis ſacramentum aperit, & ideò ut aiunt Caietanus & Ambroſius, iam ſpondet gentes benedictionem naturas non in Abraham, ſed in eius ſemine, quod eſt Chriſtus. Auctiorē demum, ut obſervat Rupertus, repetit promiſsionem, dum victoriam & triumphum ab hoſtibus gloriosè reportandum, à ſemine Abrahæ edicit. Quaſi nulla queat dignior Deo nobilitas in terris adaptari, quā quæ ex eo genere provenit, cui exordium obedientia dedit, ab eaque primùm dedicatum eſt.

41 Nec ſilentio involvam præter triplicem iam præindicatam promiſsionem de divina obtinēda ſobole Abrahæ factam, aliam inſuper cap. 18. Geneſ. contineri, qua periocha noſtra perpulchrè illuſtratur. Nam prius quàm illā Deus emiſiſſet, obedientiæ perſonam induit Abraham Adæ inobedientiæ lugubri habitu amicto oppoſitam, ſcenamque egit obedientiæ ſcenæ, quam in paradiſo inobediētiæ induxit primus parens adamuſsim contrariam. Sedēti Abrahæ ad oſtium tabernaculi tres apparuerunt iter agentes viri fervente ſole, & in illis Dominus; occurit illis prius Patriarcha, & quos exiſtimavit ſolis ardore & viæ labore laſſatos invitat, ut recreentur, cibum parat, menſam arboris umbrâ protectam ſternit, prandentibus autem illis ait textus; *Ipſe verò ſtabat iuxta eos ſub ar-* Gen. 18. 8. *bore*, Geneſ. 18. 8. Hìc operę pretium eſt, Abrahamum cum Adamo divini præcepti prævaricationi intento conferre; ſtat ſub arbore Adamus pomi aſpectu illectus &

illo

illo ſe paſcens, ſub arbore ſtat Abraham paſcens alios & ipſe ieiunus: ille quæ aliena erant ſurripiens, prohibuerat enim ei Deus ſcientiæ & boni arboris eſum, hic quæ ſua ſunt liberaliter largiēs: ſub arbore ille à facie Dei ipſum quærentis ſe abſcondit, hic Deo, quem quæſivit, ſub arbore aſsiſtit: ſub arbore ille Deo ſe infenſum præbet, hic obſequioſum. Adde quòd arbor ſub qua ſtabat Abraham, Eucherio teſte, crucis arborem deſignabat, obedientiæ ligno, atque ideò ſtabat ſub illa Abraham tanquam ſub obedientia preſſus: Adam verò ſub inobedientiæ arbore voluptatis delicijs relaxatus. Cerne theatrū obedientiæ in Abrahamo oppoſitū inobediētiæ theatro in Adamo primū erecto. Quid inde? Verè illico ac ea obedientiæ irradiatione effulſit Abraham, quæ Adæ inobedientiā damnavit, ſuſcipiendæ prolis, de qua naſceretur Chriſtus, pollicitationē accepit, nec ſemel enuntiatam, ſed geminatam: *Revertēs veniam ad te tempore iſto vita comite, & habebit filium Sara uxor tua*, Geneſ. 18. 10. & rurſus num. 14. *Nunquid Deo eſt quid quam difficile? Iuxta condictum revertar ad te hoc eodem tempore, vita comite, & habebit Sara filium.* Adeò divinos rapuit oculos nobilitatis ſchema, quo ſe accinxit Abraham, ut inobedientiæ ignominiam, quæ Adamus ſe polluit, refelleret, ut ſemen ſuum Abrahæ ſemini inſerendum pollicerētur, unde obedientiæ ſuo habitu exultavit Abraham, ut videret diem Chriſti, nempè eius incarnationem, cui ſub arbore ſtanti & forma ſua primæ inobedientiæ formam delente tantum myſterium revelatum eſt. Ad hunc enim Geneſis locum ſpectare arbitratur Rupertus locum Ioan. 8. cap. 56. *Abraham pater veſter exultavit, ut videret diem meum; vidit & gaviſus eſt.* In ea etenim verba Ioan. ſic ſcribit ille: *Hoc ergo magnum quidem eſt Abrahæ patris noſtri meritum, quòd hanc eius obedientiam Dei filius appellat exultationem, ſed longè maius eſt ſui ipſius teſtimonium, quòd diem ſuum fuiſſe teſtatur eiuſdem exultationis præmium dicendo: Exultavit Abraham ut videret diem meum: & vidit, inquit, & gaviſus eſt. Tunc quippè diem Domini Abraham vidit, cùm in figura ſummæ Trinitatis Angelos hoſpitio ſuſcepit. Quibus profectò ſuſceptis, ſic tribus quaſi uni loquutus eſt: quia etſi in perſonis numerus trinitatis, in natura unitas divinitatis eſt. Vidit ergo, & gaviſus eſt. Quis autem penſare poteſt illud beati ſenis gaudium, quando accepit divinæ exultationis ſuæ præmium, ſcilicet filium, veracis Dei teſtimonium, poſteritatis initium, generis fundamentum, ſalutis argumentum, naſcituri Chriſti ſeminariū? Quis, inquam, niſi quem eadem fides animavit, præſentiſcere poteſt gaudium amici Dei, quo dilatabatur anima eius, cùm ſtaret ſub arbore familiariter cum illo, à cuius facie timidè ſe abſcondit reus Adam ſub arbore, & cibis ſuis illum paſceret, quem ille per cibi rapinam offenderat, ſuamque radicem vetus oliva revireſcere conſpiceret ad proferendum fructum, qui tandem vetiti ligni morſus expiaret?*

Eucherius. Geneſ. 18. 10. 14. Ioan. 8. 56. Rupertus.

42 Nunc diſſertè intelligenda ſe offerunt abſtruſa ſanè & implicata verba Zenonis Veronenſ. ſerm. 3. de Abrah. *Religioſus carnifex ſtringit gladium: Patris erat quod levavit, Dei fuit quod pepercit.* Hoc ſinuoſam difficultatem involvit; quòd patris fuerit, gladium ad interimendum filium levaſſe. Arctatur amplius nodus quæſtionis, dum Zeno Abraham levantem mucronem in filium cum Dei munere in parcendo videtur cōferre: *Patris*, inquit, *erat quod levavit, Dei fuit quod pepercit.* Fateor ab Eccleſia ſic Deum exorari: *Deus, cui proprium eſt miſereri ſemper & parcere.* Sed proprium patris eſſe, natū iugulare non lego; patris quidem eſt, vitā infundere filio, non diffundere; alere, non laniare; conſervare, non diſſecare, quo ergo pacto ait Zeno? *Patris erat quod levavit.* Præclarè quidem vocavit Abrahamum religioſum carnificem, & ſi religio urgebat quòd filium mactaret, non natura; maturius dixiſſet; religionis erat quod levavit: cur religionis munus naturæ appoſuit: *Patris erat quod levavit.* Nam pater naturæ vocabulum eſt, & natura gremio ſtringit filium non enſe diſtringit. Satis profectò ingeniosè myſterium concepit Zeno; & proprijſsimis vocibus effudit: ſciebat Abrahā non tam naturâ patrem eſſe, quam obediētiâ, & quòd à Dei obedientia acceperat, quod ei natura denegarat; quocirca Iſaac non tam naturæ, quàm obedientiæ ſuæ filium æſtimavit, obedientiæque ſuæ nobilitate putavit ſe allexiſſe Deum, ut æternus filius ex Iſaac obedientiæ prole naſceretur. His meditatus Zeno, & animadvertens Abrahamum, dum levat gladium in filium, munus obedientiæ exercere, meritò dixit: *Patris erat quod levavit.* Nam qui dono obedientiæ pater eſt, paternitatem ſervat & exercet, dum paret, perdit ſi non pareat; ut ergo Abraham patrem ſe oſtendat, obediat; & ſi levare gladium obedientia eſt, ut pater ſit, levet gladium: Nam obedientia filium, quem genuit, non iugulat, ſed fovet, imò verè Abraham pater non eſſet, ſi gladium non levaret, etenim ſi non levaret, inobediens eſſet, & inobedientis pietas natū

Zeno Veronenſ.

pe-

perimit obedientiæ,& crudelis in obedientiæ filium eſt. Vnde ſubiunxit Zeno: *Nec qui feriebatur, timuit, nec qui feriebat, expavit.* Nã obedictiæ filius quidquid à matre expectat, putat favoris eſſe non timoris, & qui ab obedientiâ filium habet, vulnera obedientiæ non putat nato interitum adducere, ſed ſalutem; & ut præclaram rei coronidem imponat Zeno, ſubmittit: *Melius ſervavit filiũ, dum non pepercit. Sola enim fides ambulat inter gladius tuta.* Si Abraham melius ſervavit filium diſtringendo in eum gladium, quàm ei parcendo, verè *patris fuit quod levavit.* Non enim deciſcit à paterno munere ea actio, quâ vita filij melius ſervatur.

43 Conſentaneè ad præcedẽtia ex obedienti Abrahamo quis potuit naſci niſi filius, qui obedientia nominaretur? Iſaac enim riſus interpretatur; riſus enim dictus eſt puer à riſu patris, & cui arrideret pater obedientiæ cultiſsimus niſi filio, qui totus obedientia eſſet? Etenim poſtquam promiſerit Deus Abrahæ filium, ſcribit textus:

Gen. 17. 17 *Cecidit Abraham in faciem ſuam & riſit, dicens in corde ſuo: Putasne centenario naſcetur filius? Et Sara nonagenaria pariet? &c. Et ait Deus ad Abraham: Sara vxor tua pariet tibi filium, vocabisque nomen eius Iſaac*, Geneſ. 17. 17. in quem locum ſic Rupertus lib. 5. in Geneſ. cap. 35.

Rupertus. *Imperioſa hæc repetitio ſermonis Dei eſt notam fidem hominis excitantis, ut aures audiendi habeat, nec humilitate nimia diſſimulet audita gaudia. Sara, inquit, uxor tua pariet tibi filium ſicut iam dixi, quia tu riſiſti, quod ſubaudiendum eſt, vocabitur nomen eius Iſaac; quia revera ridebit in noviſsimo generoſitas tua; Iſaac namque riſus interpretatur. Quo nomine rectè ſeminis Abrahæ, quod eſt Chriſtus, felix nativitas ſignificatur.* Sed myſterium riſus paterni, & qua ratione ab eo filius nomẽ fuerit nactus, ob quod eius nativitas Chriſti prælinearit nativitatem, ex inſigni loco Philonis non obſcurè diſcendum erit, qui lib. de Abra-

Philo. ham ait: *Qui adducitur pro victima Chaldaicè, Iſaac, Latinè riſus vocatur. Qui riſus non intelligitur nunc pro petulantis vultus habitu, ſed pro mentis benè affectæ gaudio. Hanc lætitiam vir ſapiens meritò ſacrificare Deo dicitur, per iſtam figuram docens, quòd gaudium ſoli Deo ſit propriũ. Nam humanum genus mœrori, timorique eſt obnoxium propter mala vel præſentia, vel imminentia. Divina verò natura expers eſt mœroris, timoris paſſionũque omnium, felicitatis beatitatiſque ſola particeps*: & poſt pauca, inducens Deum loquẽtem, ait: *Gaudium & lætitiam non eſſe cuiſquam præter me omnium Patrem, propriam poſſeſſionem ſcio, quam tamen ipſe dignis non invideo. Quis autem dignus eſſe poteſt, niſi qui me, meamque divinitatem ſequitur?* Ergo ſola obedientia cenſetur digna, quæ riſum & gaudium participet, quod quidem plenũ eſt ſolius divinæ naturæ proprietas & poſſeſsio, ut autẽ oſtenderit Deus quantum nobilitatis genus obedientis imbibat, Abraham divinæ obedientiæ devotus, cùm audit ſibi filium promitti, ridet, & riſus donum Dei eſt, quod innuit aliquid divinæ proprietatis & nobilitatis in hominẽ deſcendiſſe. Et à parentis riſu, filius riſus nomen habet, ut innoteſcat ſimul cum paternâ obedientia & portionem quandã, ſeu participationem divinæ claritudinis natum à parente traxiſſe, obedientiamque divinæ quandam ingenuitatis portionem in obedientiũ origine inſeminare (nec ideò aſſero Iſaac generationem ab inobedientiæ labe purgatam, ſed ab obedientia parentis nonnihil gloriæ accepiſſe; & primâ extersâ maculâ emerſiſſe illuſtriorem.) Verum eſt tamen iuxta ſententiam Ruperti, Iſaac riſus nomen non tam ſibi portaſſe quàm Chriſto, quia Deus riſus pleni nomen abſolutè promeretur, ſed dũ Chriſto illud gerit & præfert Iſaac, titulum & ius effert, quo ſe Dei progenitorem oſtentat, & evincit Chriſtũ à ſe oriundum ex riſus nomine. Et nota tam Abrahamum quàm Saram, auditâ filij pollicitatione, riſiſſe, ut agnoſcas utriuſque cõiugis obedientiam (nam teſte Philone, obedientes ſolummodò riſus fiunt participes) divinæ naturæ claritatis fuiſſe demeritam, ab eaque filium, qui riſus nomen tanquam quid divinum habuit, prodijſſe. Dixi tanquam quid divinum. Nam adeò divina portio riſus & gaudium eſt, ut iuſtus ſi riſerit, ſe riſiſſe diſſimulet, ne quod Dei proprium eſt, videatur affectaſſe, vel uſurpaſſe. Nunc præclaram lucraberis rationem, ob quam Sara rogata à Deo quare riſerit, ſe riſiſſe negaverit, ſic textus: *Dixit autem Dominus ad Abraham: Quare riſit Sara dicens: Nunc verè paritura ſum anus?* Geneſ. 18. 13. *Negavit Sara dicens: Non riſi, timore perterrita*, n. 15. & verè riſus illius occultus fuit: nam quaſi quæ cunctaretur ridere, aliorum fugit aſpectum. Quapropter conſultò appoſuit textus: *Quæ riſit occultè*, n. 12. Sed quorſum Sara riſum abſcondit? quid erubuit in riſu, quid pertimuit, ut riſerit occultè, & ſe riſiſſe fuerit inficiata? Verè tam altiſsimam æſtimationem de riſu & gaudio, in hac lachrymarum valle concepit Sara putans illum ſolius Dei ditionem & proprietatem; ut ridendo ſe dignitatem Deo propriam ſurripuiſſe timeret, & quaſi

Gen. 18. 12. 13. 15.

tanę

tantum facinus expaveſceret, abſcondere illatam Deo iniuriã decrevit, ideóque ſe riſiſſe negavit. Quàm perbellè Philo ubi ſuprà: *Non eſt tamen quòd aliquis putet* (ſic lóquentem dat Deum) *meam, & non modò mixtam lætitiam cœlitus in terram deſcẽdere, ſed temperata eſt ex utroque, ita ut de meliore plus admixtum ſit ſicut lux in cœlo ſincera ſemper eſt & pura à tenebris; in ſublunari autem aëre miſcetur caligine; & hoc eſt, opinor, cur & antea virtutis cognomen habens Sara, cùm riſiſſet, roganti riſus cauſam, ſe riſiſſe negavit; verita ne fortè gaudium, quod nulli naturæ convenit, ſolius Dei rem uſurpaſſe videretur.* Philo.

44 Et Mehercle non inani fundamento Philo riſum & gaudiũ, quod ſolius Dei proprietatem & poſſeſsionem dicit, ut nobilitatem commendet obedientiæ, ſolis obedientibus dicit eſſe communicatum, quaſi obedientia beatitudo ſit, quæ cœleſtẽ æmuletur, & obedientes in terris inſtar illorum ſpirituũ ſe gerant, qui felicitate perfruuntur in cœlis. Nonne hanc obedientiæ ingenuitatem parit illud Dominicum pronuntiatum, ubi poſtquam docuerit, petendum nobis eſſe regnum Dei, mox ut poſtulemus monet: *Fiat voluntas tua ſicut in cœlo & in terra*, Matth. 6. 10. quaſi obedientia, quæ nil eſt aliud quàm divinæ voluntatis executio regnum creet: *Hoc eſt regnum Dei*, inquit Chryſologus, *quando & in cœlo, & in terra Dei volũtas eſt ſola.* Sic ille ſermon. 67. & quid eſt deprecari, ut divina voluntas in terra fiat, ſicut in cœlo, niſi cœleſte regnum humiliare, ſublimitatem inclinare felicitatis, & velle gloriam deſcendere & in terra collocari? Audi Chryſolog. ſem. 72. *Fiat voluntas tua ſicut in cœlo & in terra. Sicut in cœlo, ſic & in terra: tunc tam totum cœlũ eſt, tunc agit Dei mens vna omnes, quando omnes ſolius Dei ſapiunt & faciunt voluntates. Tunc omnes unum, imò unus omnes, quando Dei ſpiritus in omnibus vivit unus.* Quid mirum ſi Dei gloriam attrahat ad ſe obediens, qui divini ſpiritus vitam ad ſe trahit, ut ille in ipſo vivat, & ipſe in illo. Cõſultò hæc dixerim; quia Iſaacũ Deus, (qui nomen à riſu & beatitudine obediẽtiæ habuit, & obedientiæ Dei æmulator fuit, cũ uſque ad offerendũ ſe morti fuerit inventus obediens) tanquam cœleſtem honorarit, illius providens honori & auctoritati, evitans ut inter humiles & demerſos degeret: *Orta fame ſuper terram poſt eam ſterilitatem, quæ acciderat in diebus Abraham &c. Apparuit ei* (nempè Iſaac) *Dominus, & ait: Ne deſcendas in Ægyptum, ſed quieſce in terra quam dixero tibi; & peregrinare in ea, eroque tecum, & benedicam tibi. Tibi enim & ſemini tuo dabo univerſas regiones has: complens iuramentũ, quod ſpopondi Abraham patri tuo, & multiplicabo ſemen tuum ſicut ſtellas cœli: Daboque poſteris tuis univerſas regiones has, & benedicentur in ſemine tuo omnes gentes terræ &c. Manſit itaque Iſaac in Geraris*, Geneſ. 27. 1. ſi autem ſciſciteris; Quam ob cauſam interdictus fuerit Iſaaco ingreſſus in Ægyptum, cùm parens eius Abraham eam peragraverit? Reſpõdet Lyra; propter dignitatem & nobilitatem obedientiæ, quæ emicuit in Iſaac. Abrahã primus obediens Deo fuit, ut qui genus conſtituerat; Iſaac iam ex progenie obedientiæ proles deſcẽderat, qui à parente obedientiam ebiberat, & ipſe obedientiæ & parentis & ſuæ fuerat victima effectus; hunc vult Deus ut extra terram cœlitus ſibi promiſſam non evagetur: indignum & indecorum eſt, obedientiæ auctoritati, ut alterius imperia adeat, & præterquam Dei ſubdatur poteſtati. Et ſignanter prohibetur ei in Ægyptum deſcendere, quia iuxta myſtica ſenſa Patrum nil tam notum, quàm per terram promiſſionis cœleſtem & trãquillam patriam; per Ægyptum verò mundi huius fluctuantem turbulentiam deſignari. Igitur Iſaac promiſſam terram ne deſerat, Ægyptum non intret: quaſi dixerit, obediens qui beatus eſt, ad mundum ne demigret, cœlum ne relinquat. Adeſt Lyra: *Manſit Iſaac in Geraris ex præcepto divino, noluit enim quòd deſcenderet in Ægyptum. Cauſam autem huius dicunt Hebræi, quia Iſaac ut ſuprà dictum eſt, cap. 22. fuerat Domino conſecratus, quando fuerat oblatus in monte, & ideò non erat decens, quòd exiret terram promiſſionis.* Et ut ſtrenuè obſervavit Theodoretus, inficiatus Deus eſt Iſaac deſcenſum in Ægyptum, ut in terra promiſsionis, beatitudinis & felicitatis ſchema indueret & oſtentaret obediens, probaretque verè ſe riſum eſſe. Premebatur fame tunc terra, calamitas omnia devaſtabat, dirè neceſsitas graſſabatur, ab ea regione negat Deus obedientem abſcedere; ibi abundè decernit eum alere, ut quemadmodum felicitatis eſt inter egenos non indigere, inter miſeros nil deſiderare, & à cõmuni calamitate non tangi; ſic probet beatitudinem ſuam obediens, dũ rapinæ graſſantis miſeriæ non ſubiacet, & inter infelices ſcit eſſe beatum. Ait ergo Theodoret. quæſt. 76. *Iſaac verò filium Abrahæ domi manere voluit, cui etiam abundè omnia ſuppeditavit, cæteris magna inopia laborantibus.* Et ut Lypomano placuit abducitur a deſcenſu in Ægyptum obediens, quia ſicut gloria neſcit defectum, oportet

Matth. 6. 10

Chryſol.

Chryſol.

Gen. 27. 1.

Lyra.

Theodor.

ut

ut obediẽtia deſcenſum dediſcat: *Prohibet*
Lypoman. *iuſtus*, inquit ille, *excedere terrã promiſsionis, ne fidei fervor decreſcat, quam & iuramenti renovatione inſtaurat, atque fovet. Non patitur Deus deſcendere Sanctos, ſed vult ſemper illos ad ſuperiora proficere.* Felicitas ſanctorum decrementum ignorat, ſed etiam augmentum. At obedientiæ beatitudo ita neſcit defectum, ut profectum agnoſcat. Et ut adſtruat amplius Deus, obedientiam felicitatem eſſe; tranquillitatem, quietem & abundantiam, quas providet Iſaac, mediâ obediẽtiâ provider; imperat enim ei, ut quieſcat in terra promiſſa, in qua Deus ei benedicat: ô bone Deus, quàm leve præceptum, quàm dulce imperium quieſcere eſt & benedici! Sed quies non abſque obedientia quies eſt, verteretur enim in laborem, ſi obedientia deficeret, & verus obediens faſtidiret beatitudinem, in qua ei obedientiæ obſequia deeſſent. Ideò ait: *Ne deſcendas in Ægyptum, ſed quieſce in terra, quam dixero tibi, &c. Eroque tecum & benedicam tibi.* Quamobrem Chryſoſtom. apud Lypo-
Chryſoſt. man. ſubmittit: *Deinde, ut ne putet iuſtus quod hoc imperet, quaſi voluerit eum famis anguſtiam experiri, & non permittere ei tranſitum in Ægyptum, inquit: Ero tecum & benedicam tibi. Ne ſis anxius, neque curam habe, ego enim ero tecum. Quid hoc iuſto beatius, qui talem promiſsionem à Deo accepit? Hoc te declarabit omnibus feliciorem, hoc te affluentem rebus omnibus faciet, hæc eſt ſumma gloria, hæc eſt vera ſecuritas, hæc eſt ſumma & caput bonorum, quia ego tecum ſum.* Quocirca huic obedientiæ, quæ neſcit inter preſſuras anguſtiari & felicitatem deponere, iterum divinum ſemen repromittitur, eius enim dignitas & nobilitas tanta eſt, ut ab ea ducere originem ſibi glorioſum æſtimet Dei Filius: *Et benedicentur in ſemine tuo omnes gentes*
Lypoman. *terræ.* Vnde Lypomanus: *Semen verò illud non niſi Chriſtus Dominus eſt, qui ſolus eſt benedictio, iuſtitia, ſanctitas, redẽptio, & hæreditas æterna ſanctorum omniũ & ſalus vera.*

45 Nunquam ſibi ſatisfeciſſe videtur Deus in aperienda & amplianda obedientiæ nobilitate & granditate: quocirca ex uno ſolo obediente tantam ſibi gloriã gigni æſtimat, quantam ex reliquorum hominum imperio, magiſque ſibi auguſtum ducit unius obedientis Deum, quàm cæterarum gentium, imò totius orbis Deum appellari; quippè ſuum regnum plus putet ex illo nobilitari, quã ex reliqua hominũ fre-
Gen.26.24 quentia, ſic enim Iſaacum affatur: *Ego ſum Deus Abraham patris tui. Noli timere, quia ego tecũ ſum. Benedicam tibi, & multiplicabo ſemen tuum propter ſervum meũ Abraham*, Geneſ. 26. 24. Expẽde illud: *Ego ſum Deus Abraham patris tui*, & cur nõ ex aliorũ populorum imperio ſe notũ Deus facit? Cũ omniũ Deus ſit, univerſaleque ſceptrum teneat, ſolius Abrahæ cur ſe Deũ nominat? Verè ut gloriæ ſuæ blãdiatur, & obedientiæ gratiã commendet, quaſi in divinæ æſtimationis ſtatera ponderoſius lãcem inclinet unus obediens, quã cæteræ orbis nationes. Et quorſum ſe Deus Iſaac nõ appellat, nũ non obediens ille? Nonnè illius obedientiã utpote celeberrimã & modis omnibus demirãdam evulgaverat fama ex ſacrificio illo ſolemni in monte inchoato, licèt non peracto? Tanta profecto eſt obedientiæ celſitudo, ut Iſaac obediẽtem appellare diſsimulet Deus, ne audiens ſe obedientẽ vocari intumeſcat. Sinuoſe tamen & implicitè obedientiam illius teſtatur, dum ſuã ei benedictionem offert, ſemẽque illius augendũ fatetur, quæ duo obedientiæ præmia ſunt, ſimulque dum Abrahæ obedientiam amplificat, ad illam imitandam eius animũ & mentem arrigit. Quã perbellè Chryſoſt. apud Lypoman. *Conſidera miſericordiam* Chryſoſt.
Dei, nam cũ dixiſſet: Ego ſum Deus Abraham patris tui, oſtendit, quomodo ſibi vẽdicaverit, & proprium fuerit Patriarchã, & ita dignatus eſt Deus ſe vocare Deũ Abrahã. Et Dominus orbis ac cõditor, unius hominis Deũ ſe dicens, nõ cõcludit & abbreviat cũ Patriarchæ appellatione ſuũ dominiũ, ſed magnã in illũ ſuã benevolentiã monſtrat. Ita, inquit, eũ mihi feci propriũ, ut apud me reputetur tantus, quãti alij omnes. Et ideo multiplicabo ſemen tuum propter Abraham patrem tuum. Multas, inquit, illi debeo retributiones propter ſuam in me obedientiã; igitur propter illũ multiplicabo ſemen tuũ. Interim & iuſtũ ad æmulationẽ patris ſui provocavit, monſtrando ſimilem illi virtutem. Iacta eſt iam obedientia duorum priorum progenitorum Chriſti in hac ſuæ generationis ſtructura.

46 Ad tertium iam fundamentalẽ lapidem deveniamus, nempè Iacobum. Cuius quidem conceptio & partus potius ad ordinẽ gratiæ videtur ſpectaſſe, quã naturæ, in quibus natura non tã attendiſſe videtur inobediẽtię primi hominis fluxum, quã divini Verbi obedientiam, & cœleſtis promiſsionis firmitatem. Sterilitate enim laborabat Rebecca mater Iacob: *Deprecatuſque eſt* Gen 25.21
Iſaac Dñm pro uxore ſua, eò quod eſſet ſterilis, c. Gen. 25. 21. & c. 24. 14. dicitur: cã à Gen. 24. 14.
Dño eſſe præparatã in coniugẽ Iſaac: *Ipſa eſt, quã præparaſti ſervo tuo Iſaac.* Sed cur

infœcundam cõiugem providit Deus Iſaaco, cui promiſsio divina & iureiurando firmata futurum ſemen decreverat, in quo omnes gentes benedictionem ſortirentur? Sanè ut in illius conceptione fulgeret miraculum, & naturam ſuum perdidiſſe ordinem, ut divino Verbo parceret, monſtraretur. Quocirca Rupertus ait apud Lypoman.

Rupertus. *Benè igitur præparavit Rabeccam providentia Dei, nec falſus eſt ſervus Abrahæ dicendo: Ipſa eſt, quam præparaſti Domine filio domini mei. Verumtamen talem præparavit, in qua non poſſet omnis caro, ſed ſola fides coram Deo gloriari, ſterilem nãque uterum providit.* Igitur Iacob generatio non tam cenſenda videtur opus humanæ carnis, de qua hæc nequit ſibi blandiri, ſed divini Verbi potentiæ. Et Lypomanus

Lypoman. ſubiungit: *Steriles etiam Sanctorum matres vult Dominus, ut gratiæ & promiſsionum filij habeantur.* Adeò obedientiæ filius prodijt Iacob, ut à morigera indole ductus in obſequia ſemper obedientiæ propenderet, & dum frater venaticæ voluptati ſtuderet, à mabat ipſe domus clauſtra, ut paternæ ob

Gen. 25. 27. ſecundationi obvius & frequés eſſet: *Quibus adultis*, inquit textus, *factus eſt Saul vir gnarus venãdi, & homo agricola: Iacob autẽ vir ſimplex habitabat in tabernaculis*, Gen.

Lypoman. 25. 27. in quẽ locũ Lypomanus: *Dictio Tã, à verbo Thamã venit, quod eſt cõplere, conſumare, perfieere, ſimplicẽ, conſummatũ, perfectũ, integrũ, immaculatũ, & innocentẽ ſignificat.* Et Caietanus: *Eſau vacabat agriculturæ & venationi, Iacob vacabat domeſticis officijs, & cultui proprij animi.* Obediendo enim parentibus in domeſticis exercitijs, animũ virtutibus omnibus excolebat, & imbuebat. Tãto Iacob obedientiæ ardore afficiebatur, ut in præripiẽdis à fratre primigenijs, nil tã veritus eſt, quã ab obediẽtia & parẽtis revera deficere, clarioré æſtimans obedientiæ quã primigenij benedictionẽ & claritudinẽ. Nũc ſingula textus verba diſcute, ut cognoſcas totũ negotiũ obediẽtia per

Gen. 27. 8. actũ. Sic ad illum mater: *Nunc ergo fili acquieſce conſilijs meis, & pergens ad gregem, affer mihi duos hœdos optimos, ut faciam ex eis eſcas patri tuo, quibus libenter veſcitur, quas cùm intulerit, & comederit, benedicat tibi, prius quã moriatur*, Gen. 27. 8. In re tã gravi tantique ponderis, ut eã aggrediatur Iacob, putat mater lenẽ illius indolem præcepto non egere, ideò ait: *Nũc ergo fili acquieſce conſilijs meis.* Etenim perfectiſsimã nati obedientiã percallens mater, ſuã illivoluntatẽ propoſuiſſe, ſatis eſſe arbitrabatur.

Lypoman. Quanquã præceptũ non defuiſſet, exiſtimat Lypomanus, qui vertit ex Hebræo: *Audi vocem in eo quod præcipio tibi.* Vnde ſubiũgit, *Monet enim quòd obediat non conſilio, ſed præcepto.* Sed Iacob iura obedientiæ ſervãs & zelans, in matre obſecundanda ſolũ veretur ne parenti inobediat: ideò ait rem totam matri committens: *Noſti quòd Eſau frater* Gen. 27. 11. *meus homo piloſus ſit, & ego lenis, ſi attrectaverit me pater meus, & ſenſerit, timeo ne putet me ſibi voluiſſe illudere, & inducat ſuper me maledictionẽ pro benedictione.* Gen. 27. 11. Sic ad ea verba Chryſoſt. *Magna* Chryſoſt. *pueri gratitudo, & in patrẽ reverentia. Timeo, inquit, ne in diverſum eveniant ſtudia mea, ne videar adverſari patris ſententiæ, & pro benedictione maledictionẽ mihi adducam.* Conflictũ obedientiæ ſuſtinet puer, in quo veretur obediendo matri cõtra obedientiã parentis agere, hunc ſibi nodũ petit diſſolvi, ne perplexitate animi ductus dũ obedientiæ navat, inobedientiæ reus reperiatur. Prudens verò mater divinam ei volũtatem aperiendo duellũ, quod in pueri mente agitabatur, feliciter ſedat. Nã vice illorum verborũ: *In me ſit (ait) iſta maledictio fili* Gen. 27. 13. *mi: tantũ audi vocem meam, & pergens affer quod dixi*, Gen. 27. 13. Chaldæus interpretatur: *Mihi dictũ eſt per prophetiã, quòd nõ* Chaldæus. *venient maledictiones ſuper te, niſi benedictiones fili mi.* Cui aſſentiens Lypomanus inquit: *Videtur igitur ex verbis matris ipſam* Lypoman. *voluntatem Domini præſciſſe, & firmiter adhæſiſſe promiſsis, benedictionem manere minori; ſicut & Iſaac natu fuerat minor Iſmaele. Confidebat ergo mater nullam ſubſequturam maledictionem; ideò more vulgi dicebat: veniat ſuper me iſta maledictio, quam fruſtra times, imò benedictio quã tibi promiſit Dominus.* Quamobrem aptè ſubiecit Chryſoſtom. *Quibus dictis puerum à timore liberavit.* Vide adoleſcentis animum ſemper obedientiæ alumnum, & eius diſciplina apprimè eruditum.

47 Iam virile robur aſſumens Iacob, difficiliorem palæſtram obedientiæ ingreditur, & ad grandiora eius facinora provocatur, per ea ſe ad promiſsionem divini filij eſſe oriundi ſuſcipiendam præparans. Arduam enim & moleſtam peregrinationem ei imponit uterque parens: ſic priùs mater ad illum: *Nunc ergo fili mi audi vocem meam, & conſurgens fuge ad fratrem* Gen. 27. 43. *meum in Aram, habitabisque ibi, &c.* Geneſ. 27. 43. Deinde ſic pater: *Vocavit itaque Iſaac Iacob, & benedixit eũ, præcepitq; ei dicens: Noli accipere coniugem de genere Chanaam, ſed vade proficiſcere in Meſopotamiam Syriæ ad domum Batuel patrem matris tuæ*, Gen. 28. 1. in primis in præſenti expendit Rupertus apud Lypomanum, ſic Iſaacum ad ſe accerſiviſſe Iacobũ, ac ſi filius eius unicus eſſet, & à ſe Eſau expulſſet.

Gen. 28. 1.

Ete-

Etenim Iſaac ex obedientia natus, obediẽtia educatus & adultus illum ſolum filium agnoſcebat, qui obedientiæ ſtudijs totus erat traditus, & quem inobedientia ſibi vẽdicaverat, iam ſuum utpote divinæ promiſ-
Rupertus. ſioni minimè idoneum, non reputabat: *Quẽ iam ipſe neſciens* (fatur ille) *imò quem Deus benedixerat per ipſum neſcientem, eum nũc vocat ex nomine, & ſcienter benedicit, id eſt, datum in illo confirmat ſubreptæ benedictionis. Porro Eſau alienigenis uxoribus cum offenſione materni & paterni animi adhærendo, non iam Abrahæ, non Iſaac, aut Rebeccæ filius erat, quippè qui non in benedictione ſeminis Abrahæ, ſe l nomini ſuo in carne ſua generare, & aliam quam Dei domum ædificare cœperat.* Obediẽtium progenies quæ Dei filio præadornabatur, inobedientem filium evomit, ſuumque inficiatur, quippè qui curet ſibi generare, non Deo. Verumtamen pro inteilectu verborum Ruperti illud ediſcito, quòd licèt Iſaac neſciente fuerit adeptus benedictionem Iacob, non tamen obedientia inſcia, nam quem ſenſus præ ſenectute deſeruerant, obedientia non deſeruit: ita enim mutuo vinculo quaſi identitatis vita & obedientia in Iſaac erant inter ſe connexæ & velut indiſtinctæ, ut qui reliquos ſenſus ceu emortuos habebat, vivum obedientiæ ſenſum conſervaret, potuit ille vitam perdere ſenſuum vivus, ſed obedientiæ ſenſus donec vitam deperderet, perire in illo non potuit. Nam qui ab obedientia ſuxerat vitam, niſi vita deficiente obedientia, non valuit deficere. Senſus ſeu inſtrumentum obedientiæ auditus eſt, atteſtante A-
Ad Rom. 10. 17. poſtolo ad Roman. 10. 17. *Ergo fides ex auditu, auditus autem per verbum Chriſti.* Igitur auditus ſolus & efficax in Iſaac permanſit, etiam cùm cæteri ſenſus ſuum in illo officium amiſerunt. Sic enim textus:
Gen. 27. 21. *Dixitque Iſaac: Accede huc fili mi, ut tangam te, & probem, utrum tu ſis filius meus Eſau, an non. Acceſsit ille ad patrem, & palpato eo dixit Iſaac: Vox quidem vox Iacob eſt, ſed manus manus ſunt Eſau: Et non cognovit eum, quia pilosæ manus ſimilitudinem maioris expreſſerant*, Geneſ. 27. 21. Oculi cæcitate, tactus ſtupore laboraverant in Iſaac, ſolus auditus vigebat, quia verbum Dei per auditum in animum illabitur obedientiam erigens. Quamobrem hic deceptus in viro obedientiæ devoto non fuit, ſed vividus ſemper effloruit. Accipe Bernard. ingeniosè & acutè myſterium
Bernardus. inſectantem, ſermon. 28. in Cantica: *Aſpectum quem inobedientia clauſit, aperiet obedientia. Denique à mandatis tuis intellexi, inquis, quod intellectum reddat obſervatio mandatorum, quem tulit tranſgreſſio. Adverte adhuc in Sancto Iſaac, quomodo præ cæteris ſenſibus auditus in iam ſene viguerit. Caligant oculi Patriarchæ, palatum ſeducitur, fallitur manus, non fallitur auris. Quid mirum ſi auris percipit veritatem cùm fides ex auditu, auditus per verbum Dei, verbum Dei veritas ſit? Vox, inquit, vox Iacob eſt, nihil verius. Manus autem manus ſunt Eſau, nihil falſius. Falleris, manus ſimilitudo decepit te, &c. Sapiens fuit Iſaac, ſed tamen erravit in ſenſibus. Solus habet auditus verum, qui percipit verbum.* Igitur parentum obedientiæ ſe committens, illique ſoli fidens profectus eſt Iacob in Meſopotamiam. Huiuſmodi obedientiæ alacritatem commendans Chryſoſtom. ait apud Lypoman. *Vide* Chryſoſt.
hunc iuvenem, qui domi educatus, qui antea nunquam in peregrinatione fuerat, neque magnum iter fecerat, neque prave aliquod expertus erat quomodo iter arripiat, & diſce quàm excellentibus præſtiterit moribus eius vita. Nihil de longi itineris ſubſidio & apparatu agitur, quia inſignis obedientiæ fides illi pro viatico eſt. Vt optimè Lypo-
Lypoman. manus: *Talis illi fides felix erat viaticum, ut ex Deo totus ſemper, & ubique penderet.* Solum Scipionem portat in tam duræ & laborioſæ peregrinationis levamen, quia obedientia ut vinceret, obedientiæ dumtaxat innitebatur, etenim illum non tam fatigabat labor, quàm obedientia ſolabatur; præ cuius amoris magnitudine ingentiores moleſtias delicias reputabat. Teſtatus eſt ipſe Iacob, ſe è domo paterna baculum tantùm accepiſſe, qui defeſſa membra tantiſper ſuſtineret. *In baculo meo tranſivi Iordanem* Gen. 32. 10.
iſtum, & nunc cum duabus turmis regredior. Geneſ. 32. 10. Baculus lignum crucis præfiguraſſe, quæ tota obedientia divini filij fuit,
Auguſtin. docet Auguſtin. ſer. 79. de tẽpore: *De beato Iacob non legimus quòd cũ equis, aut aſinis, aut camelis abierit, ſed hoc tantùm legimus, quòd baculum in manu portaverit. Sic enim ipſe dum ſupplicaret Domino, dixit: Domine minor ſum omnibus miſerationibus tuis; cum baculo meo tranſivi Iordanem iſtum, & nunc cum duabus turmis regredior. Iacob ergo ad accipiendam uxorem exhibuit baculum: & Chriſtus ad redimendam Eccleſiam detulit crucis lignum.* Obediens perfectus dum obedientiam comitem in negotio quantumvis arduo habet, ad ſui ſubſidium & ſolatium nullius rei amplius ſe egere arbitratur.

48 Nec morata eſt divina dignitas in inſigni Iacobi obediẽtia præmio afficiẽda; nã vix illius iter Patriarcha fuerat exorſus, cùm divini Filij ex ſe deſcenſuri ſolemni

quodam ritu promiſsio ei cœlitùs defertur:
Gen. 28. 10. *Igitur egreſſus Iacob de Berſabee, pergebat Aram; cùmque veniſſet ad quemdam locum, & vellet in eo requieſcere poſt Solis occubitum, tulit de lapidibus, qui iacebant, & ſupponens capiti ſuo dormivit in eodem loco: viditque in ſomnis ſcalam ſtantem ſuper terram, & cacumen illius tangens cœlum, Angeloſque Dei aſcendentes & deſcendentes per eam, & Dominum innixum ſcalæ dicentem ſibi: Ego ſum Deus Abrahã & Deus Iſaac, terram, in qua dormis, tibi dabo, & ſemini tuo, eritque ſemen tuũ quaſi pulvis terræ. Dilataberis ad Orientem & Occidentem, & Septentrionẽ & Meridiẽ; & benedicentur in te, & ſemine tuo cunctæ tribus terræ. Et ero cuſtos tuus quocunque perrexeris, &c.* Geneſ. 28. 10. His verbis pollicitum fuiſſe Patriarchæ Dei Chriſtum ex eius progenie naſcendũ teſtatur Rupertus
Rupertus. apud Lypom. *Magna ſanè ſupernæ propitiationis dignatio, quæ ſuper hunc peregrinũ talem vel profugũ viſcera ſua nõ cõtinuit, quin properaret oſtẽdere quàm tutũ illi ex ſemine eius præpararet refugiũ in altitudine cœli. Quid enim eſt ſcala hæc tantæ altitudinis, niſi illa ſeminis ſeries, quam novimus ſecundùm Evangelicũ librum generationis Ieſu Chriſti filij Dei? Eius namq; gradus ſcalæ ſupremus eſt, & cui Dominus fuit innixus, non alius quàm Ioſeph in illa generatione noviſsimus vir Mariæ, de qua natus eſt Ieſus, qui vocatur Chriſtus:* & præterea: *Et erit ſemen tuũ ſicut pulvis terræ. Hoc de ſemine carnis dictũ eſt. Porrò quod ſequitur: Dilataberis ad Orientẽ & Occidẽtem, Septentrionẽ & Meridiem, de ſemine fidei dixit; ſic enim cõcludit: Et benedicẽtur in te, & in ſemine tuo cunctæ tribus terræ. Illud ante, hoc poſt ſeminis eius Chriſti adventũ factum eſt. Nã in duodecim tribubus ſuis terrã, in qua dormiebat, tunc illi dedit, proleſque penè innumerabilis ex illo orta. In Chriſto autẽ ex eius ſemine nato, totum mundũ per quatuor partes eius benedixit.*
Caietan. Cõteſtatur Caietan. *Meſſias ergo promittitur ex progenie Iacob, & æquatur Iacob Abrahæ in hoc quòd omnes tribus terræ benedicendæ ſunt, & in ipſo & in ſemine eius. Quod intelligendũ eſt, videlicet quòd in ſemine eius, hoc eſt, in Meſsia, & in ipſo tam Abrahã, quàm Iacob tanquã in electo patre Meſsiæ benedicendæ erant omnes familiæ univerſæ terræ.* Vix nobilitas obedientiæ ſplẽdeſcit, cùm ei divina ſoboles addicitur, tã procer enim ramus nõ niſi tã ingenuo trũco debetur, cõtendente ſemper divinã providentiã, ut Dei Filij originẽ nobilitet, ex obedientiæ illũ deducere generoſitate. Sed iã celebritatẽ, quã id actũ eſt, oportet ut attendamus. Nã in primis theatrũ erectũ eſt, in quo heroicæ obedientiæ Iacob illuſtris ſcena proderetur; actores erant Angeli, qui quaſi obedientiæ Patriarchæ invidentes, illius perſonam agebant, nam Angeli aſcendentes per ſcalam, quæ huius actionis erat theatrum, Iacobi agebant perſonam deſcẽdentis in Meſopotamiam, & ab illa poſtea remeantis in nativam patriam. Reditus nãque ex Meſopotamia etiam ex obedientia proceſsit, ut inferiùs expẽdemus. Deus autem velut ſpectator ſummitatem theatri, ſeu ſcalæ tenebat, cui innitebatur, actus feſtivitate delectatus. Sic Diodorus apud Lypom. *Angeli etiam deſcendentes & aſcendentes Iacob deſcenſum in Meſopotamiam, & aſcenſum in terram Chanaam præfigurabant.* Et actione peractã, ut oſtenderet Deus quantum voluptatis ex actũ obediẽtiæ perceperit, quam Iacob inſtituerat; illũ progenitorem Filij ſui elegit, polliceturque ſtatim Verbum ſuum ex illius origine carnem ſumpturũ. Deinde ex obediẽtiæ actione, illius nobilitatis amorem tantum incaluit divinus animus, ut qui obedire non poterat, quippè qui nullum ſe ſuperiorem agnoſceret, ſolerter viam quæſivit, quã aliqua ratione obedientis ſibi nomen adaptaret; cogitavitque in Iacobum obedientẽ ſe immittere, ut dum illius dirigit greſſus, actaq; gubernat; illius obedientiam quodammodo ſibi propriam faciat, illiuſque nomen ſibi adſciſcat. Ideô inquit illi: *Et ero cuſtos tuus, quocunque perrexeris*: in quem locum Chryſoſtomus: *Ne putes, quòd ſolus iter facias, me habebis itineris comitem, me habebis cuſtodem in omni via, omnia tibi difficilia facilia reddentem.* Dignitati Angeli, qui obedientis cuſtodiæ præficitur, quaſi invidens Deus, Iacobi dum obedientiam perficit, cuſtodem ſe offert. Vice illorum verborum: *Et ero cuſtos tuus*, legendum putat Caietanus: *Et ecce ego tecum, & cuſtodiam te quocunque perrexeris: ubi manifeſtè patet plus promitti quàm cuſtodiam.* Chaldaica verò Paraphraſis: *Et ecce Verbum meum in adiutorium tuum erit*: quaſi divinũ Verbum ex inſigni obedientia Iacobum progenitorem ſuum agnoſcens, & Filij amorem & obſequia præmaturans, ipſius animo infidere promittat, ut in adverſis & duris ei opem ferat.
Chryſoſt. Caietan. Chaldæus.

49 Nec omittam admonêre, adeô notum fuiſſe illius temporibus obedientiæ debitam fuiſſe Chriſti progeniem, ut Eſau attendens, Iacob minorem fratrem obedientiã ſibi præſtare, in ultimam deſperationem devenerit primogenitæ benedictionis, quæ ſimul cum divini Verbi generatione gradiebatur. Expende textum:

Vi-

Geneſ. 28. 6 *Videns autem Eſau, quòd benedixiſſet pater ſuus Iacob, & miſiſſet eum in Meſſopotamiam Syriæ, ut inde uxorem duceret; & quòd poſt benedictionem præcepiſſet ei dicens: Non accipies uxorem de filiabus Chanaam, quòdque obediens Iacob parentibus ſuis iſſet in Syriam, probans quoque quòd non libenter aſpiceret filias Chanaam pater ſuus, ivit ad Iſmaelem, & duxit uxorem, abſque his quas priùs habebat,* Geneſ. 28. 6. Quo ultimò Eſau extinguit ſpem paternæ benedictionis, & divinæ primogeniturę, verè non tam videtur fuiſſe venditio primogenij pro lenticularum edulio, nec benedictionis paternæ ſuffuratio, quâ eum prævenit frater (adhuc enim ſpes in illo videbatur ſuperſtes omnia recuperãdi) quàm alacris obedientiæ fraternæ contemplatio, quippè qui ſciebat divinæ ſoboli obedientiæ ſtirpem, utpotè nobiliorem, cœlitùs præparari, quam cùm in fratre ſplendidam animadvertiſſet, & in ſe obſcuram & debilem, noviſsima deſperatio eius animo obrepſit; ideò textus cognitionem obedientiæ fraternæ ultimo loco induxit: *Quòdque obediens Iacob parentibus ſuis iſſet in Syriam,* ut ſubderet cùm reverentiæ paternæ frænum ſpeique totius habenas abrupiſſe; exinde enim cœpit, quod parentibus cogitabat magis inviſum liberius agere, & ſtulto conatu in eorũ ſtudia irrumpere, ut ſcitè obſervavit Rupertus apud Lypomanum:

Rupertus. *Fecit hoc Eſau, quod verius eſt, quia parẽtibus quoque propter Iacob iratus erat, ſicut Cain, & conciderat vultûs eius: idcircò ut eos amplius offenderet, egit ita.*

50 Poſtquàm iuxta paternum præceptũ coniuges Iacob in Meſopotamia duxerat, poſtquàm liberos procrearat, & rei familiaris fertilem copiam, cœlo ſibi favente auxerat, receſſum in patriam cogitavit, ſed divinum ſemper præceptum expectans, nũquam obedientiæ ſaturatus: *Maximè dicẽ-*

Geneſ. 31. 3 *te ſibi Domino: Revertere in terram patrum tuorum, & ad generationem tuam, eroq́; tecũ: miſit, & vocavit Rachel & Liã in agrum, &c.* Geneſ. 31. 3. Tanquam iuris ſui non ſit obediens, nihil tentat abſque Dei præcepto, & ſtatim illud audit, nullam innectit moram; ut Chryſoſtomus adno-

Chryſoſt. tavit in præſenti: *Hæc ut audivit iuſtus à Deo, non fuit negligens, ſed ad iter ſe accinxit.* Sed & Angelos in diſceſſus ſui itinere habet occurſores. Agit enim cũ obediente quaſi cum nobiliſsimo & illuſtriſsimo heroe, cui poſtquàm mirandũ opus perfecerit, glorioſèque de inimicis triumpharit, ampliſsimus & magnificus expeditur comitatus apparatus, nihil enim tam ſplẽdidum & conſpicuum in Dei conſpectu, quàm obedientia. Quamobrem aptè Ru-

Rupertus. pertus ait lib. 8. in Geneſ. cap. 2. *Primum pro magnificentia viri accipimus, quod dictum eſt: Fueruntque ei obviã Angeli Dei. Non enim dictum, quia apparuit Angelus, vel apparuerũt ei Angeli Dei, quod & multis accidit, ſed dictum eſt, quia fuerunt ei obviam Angeli Dei, quod inſigne ſonat victoris & emeriti, cui pro gloria triumphi pompa cœleſtis obviam procedens feſtiva exceptione lætũ obſequium præbuerit, &c. Et rectè talẽ habuit occurſum, qui ſub obedientia peregrè militaverat, in fide certaverat, in ſpe victoriam perfecerat:* & cap. 3. ſcribit: *Igitur Iacob poſtquàm præceptũ patris peregit, revertenti fuerunt obviam Angeli Dei, ut ſciamus, quòd poſt obedientiæ laborem cuique viro fideli ſupereſt ſupernis illum revelationibus glorificari, & cœleſtium ſpirituum crebra viſitatione iam in hac vita remunerari. Sic ipſe Chriſtus, poſtquã tentationes evicit, exceptus eſt victor ab Angelis: reliquit enim eũ tentator, & ecce acceſſerũt Angeli, & miniſtrabant ei.* Quandã cognationẽ cũ ſplendore gloriæ generoſitas nanciſcitur obedientiæ, quã in hac vita felicitas illa beat, fulgoriſque ſui participem efficit. Beati enim ſpiritus quaſi cum concive & communicipe cum obediẽte agunt, frequenterque inviſunt.

51 Suppeditat præterea Iacob ſingulare quoddã teſtimoniũ noſtro inſtituto egregiè militans. Habet enim ſic textus: *Habitavit* Geneſ. 37. 1 & 2. *ergo Iacob in terra Chanaam, in qua pater ſuus peregrinatus eſt, & hæ ſunt generationes eius, Ioſeph cũ ſedecim eſſet annorũ paſcebat gregẽ cũ fratribꝰ ſuis adhuc puer, &c. Iſrael autẽ diligebat Ioſeph ſuper omnes filios ſuos.* Verè in demirationẽ adducit ſacros Interpretes, quòd cũ duodecim liberos Iacob procrearit, dum ventũ eſt ad eius generationes ſignãter enarrãdas: *Et hæ sũt generationes eius,* à Ioſeph, qui penè ultimus erat, ſumatur hiſtoriæ caput; & quod difficultatẽ auget, quòd ille dũtaxat recenſeatur, quaſi ſolus ille numerũ Iacobi generationũ cõpleat, vel in eo omnes recapitulẽtur. Apprimè quæſtionẽ agitat Rupertus:

Rupertus. *Suprà dixerat: Erãt autẽ filij Iacob duodecim, eorũq́; catalogũ ediderat. Nũc autẽ dicturus: Ioſeph cũ ſedecim eſſet annorũ: præmittit. Et hæ ſunt generationes Iacob.* Nodũ quoque agnovit Chryſoſt. *Et vide admi-* Chryſoſt. *rabilem illum Prophetã, quomodo cùm promittat nobis genealogiã; quinã ex illo nati, & iterum qui ex natis ab eo nati (ſicut ſuprà, cùm de Eſau ſermo eſſet, fecit) ad Ioſeph illum ſtatim feſtinaverit adoleſcentẽ, omniũ fratrũ (ut ita dicã) poſtremũ: et dicit Ioſeph decẽ & ſeptẽ erat annorũ.* Profectò

hæc mirum in modum commendant ingẽtẽ Iacobi, quo erga obedientiã exardebat, amorẽ. Vitæ ſuæ & nativitatis ordinem præ cæteris filijs referentẽ Ioſephũ meditatus eſt Patriarcha; & cùm ſimilitudo amorẽ gignat, quia Ioſeph plenũ ſpecimen reddebat paternæ virtutis, totum paternæ affectionis pondus ad ſe traxerat. Concepit eũ ſterilis mater Rachel, quemadmodũ à matre ſterilitate oppreſſa cõceptus fuerat Iacob; hic olim domi ſtuduit manere, ut parẽtibus crebrã obedientiã exhiberet, & Ioſeph adhuc puer cervicẽ paternæ obedientiæ ſubiecit; impedimẽta & inſcitiam ætatis vincebat in illo obedientiæ amor, ut perbellè expendit

Chryſoſt. Chryſoſtom. *Et quam ob cauſam nobis annorũ deſignat numerũ? Vt ſcias quoniã adoleſcentia nõ eſt virtutis præpedimentũ, & plenius ſcias adoleſcentis erga patrem obedientiã.* Parens ergo qui totus ſemper in obedientia fuerat, filiũ ubi ſimilẽ ſibi & parẽ in obedientia animiq́ue virtute eſt cõtemplatus, eũ ita arſit, ut nullum alium præter illum ſibi videretur habere, ſolum ſuũ cẽſuit filium, in quo amoris ſui cenſum parilis virtutis ſimilitudo locaret. Nec alium filiũ velut ſuũ æſtimavit, niſi quẽ obediẽtia genuerat; obediens enim natura Deo fuit, cũ præter ſuũ ordinem, quæ infœcũditate laborabat, concepit. Ideò quaſi Patriarchæ liberi alij non eſſet, ut ſuũ dũtaxat ſupputavit, qui obedientiæ ſibi ſimilitudine reſponderet.

Rupertus. Aptè Rupertus: *Duodecim quidẽ filios habuit Iacob, ſed in uno Ioſeph ſuã generationẽ, id eſt, ſuæ vel paternæ ſimilitudinis effudit pulchritudinem. Nam ſicut & pater ſuus ex ſterili, & ipſe ex ſterili Rebecca, divina iuvante gratia, progenitus, & divina benedictione donatus eſt: ſic & iſte nihilominus ex ſterili Rachel dono Dei ſuſceptus eſt, futurus eiuſdem benedictionis hæres. Ioſeph ergo cũ ſedecim eſſet annorũ, paſcebat gregẽ cũ fratribus ſuis adhuc puer. Non ita ſuperfluit ſermo Dei, ut nos docere velit, quòd hac ætate quiſq; adhuc puer ſit, cũ præmiſſo, cùm ſedecim eſſet annorũ, ſubiungit: Adhuc puer, ſed ut citã iuſtitiæ, vel meriti mireris perfectionẽ, quæ continuò ſubtexitur: idcircò ſic utrumque vigilanter dictum eſt: Sedecim annorũ, & adhuc puer.* Expẽde illos tres primores Chriſti progenitores ſuã generationẽ, vel ſuæ generationis pulchritudinem illam tantùm recenſuiſſe & appellaſſe, in qua obediẽtiæ ſuæ pulchritudinẽ & nobilitatẽ effundebant in filios; quia cũ propoſitum illorum eſſet divinum Verbum in orbe inſeminare, ad id dignè præſtandũ, generationes ſuas nobilitate & amplitudine obedientiæ ſtudebant adornare; ideòque illam ſuam computabant, ex qua ſimilis illis filius in obedientia oriretur, ſecus eam ex qua inobediens profluebat.

52 Ad reliquos Chriſti proavos deveniẽdo, aptiſsimam rationem evinces, ob quam junior Chriſti progenitor David, naturæ ordine inverſo, prælatus fuerit in Chriſti generatione antiquiori Abrahæ: *Liber generationis Ieſu Chriſti filij David, filij Abrahã*, Matth. 1. 1. Etenim cùm Chriſti progenies ab obedientia petatur, per eamq́ue ut illuſtrior claritudo illius ſit, cõſtituatur; huic argumẽto deſerviens Matthæus, illũ cenſuit Chriſti propriorem proavum, qui inſignior ſanctitate & obedientiâ præceſſit. Quocirca animadvertens clariores ſanctitatis & obedientiæ titulos infulſiſſe in Davide quã in Abrahamo, tũc illi in Chriſti geneſi poſt habuit, & proximiorẽ Chriſto illum conſtituit, in quo Chriſti obedientia tanquam in perfectiore imagine ſplenduit. Memini me in cõmentario loci huius, 1. p. huius tom. n. 27. auctoritatem adduxiſſe Abulenſ. id ſtatuentis: *David videtur excellere Abrahã ex Dei acceptatione; quia licèt nõ cõſtet nobis omnino, an Deus magis dilexerit David quã Abrahã, vel è contrario: ex verbis tamẽ quæ Deus dixit, aliqualiter innuitur, magis fuiſſe acceptũ Deo David, quàm Abraham, quia de Davit dixit: Quæſivi virũ ſecundũ cor meum, quod non dicitur de Abrahã, nec de aliquo alio. Etiã ex beneficijs collatis innuitur; nã maiora contulit ipſi David, quã alicui Iudæorum.* Abulenſ. Locus quẽ Abulẽſis allegat pro cõmendãda Davidis ſanctitatis excellẽtia, eſt Actor. c. 13. 22. *Suſcitavit illis David Regem, cui teſtimonium perhibens, dixit: Inveni David filium Ieſſe virum ſecundùm cor meum, qui faciet omnes voluntates meas.* Actor. 13. 22. Quæ quidem verba ſignanter ad obedientiam Davidis amplificandam ſpectant. Et cùm Abulenſis aſſerat ea non dicta fuiſſe de Abraham, nec de aliquo alio, elicitur elogium divinum, quod Davidis obedientiæ laudem detulit, præſtantius fuiſſe teſtimonijs, quæ Abrahæ obedientia à Deo accepit: ac proinde, ne iniuſtitiæ, aut falſitatis Deum arguamus Davidis obediẽtiam illuſtriorẽ fuiſſe, ac glorioſiorẽ quàm Abrahæ. Verba præfata Paulus partim deſumpſit à 1. Reg. 13. 14. *Quæſivit Dominus virum iuxta cor ſuũ: & præcepit ei Dominus, ut eſſet Rex ſuper populum ſuum, eò quòd nõ ſervaveris quæ præcepit Dñs*, ſic locutus eſt Samuel ad Saulẽ: & 3. Reg. 15. 5. *Eò quòd feciſſet David rectum in oculis Dñi, & nõ declinaſſet ab omnibus quæ præceperat ei cunctis diebus vitæ ſuæ, excepto ſermone Vriæ Hethei.* 1. Reg. 13. 14. Paulus verò eã exceptionẽ reticuit; malẽs abſolutè dicere: *Qui faciet omnes volũtates meas*: quaſi inobediẽ

tia

tia reputanda non fuerit, quæ præcoci fuit pœnitentia deleta, & præmaturis lachrymarum fluctibus abſorpta, nec æquum videtur, ut unius dumtaxat inobedientiæ tribulus fertilem obedientiæ infamet ſegetem, qui demerſus & obſcuratus iacet tot oppreſſus erumpentibus, & in altum ſurgentibus ſpicarum culmis conſtipatis, obedientiæ granis refertarum. Vt ea verba illuſtremus: *quæſivi, ſeu inveni virum ſecũdùm cor meum*: præmittendum eſt egregiũ pronuntiatũ Irenæi lib. 4. c. 76. *Præſta Deo cor tuũ molle & tractabile, & cuſtodi figurã qua te figuravit artifex, habens in te metipſo humorẽ, ne induratus amittas veſtigia digitorũ.* Hæc verè eſt obediẽtiæ cõſummata perfectio, Deo præbere animum ita tenerum flexibilemque, ut abſque ulla illius obſiſtentia in eo forma divini cordis, ſeu voluntatis imprimatur, nullaque præceptorum figura in divina voluntate ſit, quam ſtatim animus non excipiat. Quam obrem Davidis animus totus divinæ obedientiæ ſacer, nullo potuit ſolemniori laudum præconio celebrari, quàm vocando illum virum effictũ ſecundùm cor Dei, hoc eſt cuius animus ſic ceræ, cùm liquieſcit, mollitiem imitabatur, ut divinæ voluntatis nutus formamque abſque ulla vi, ullove labore ad ſe admotam lubens exciperet, apprimèque exprimeret. Huius excipiendæ divinorum mandatorum figuræ nobilẽ & ingenuam facilitatem deſignat Paulus cùm ait: *Qui faciet omnes volũtates meas.* Igitur quia David inclytæ obedientiæ fama, quam Deus Filij ſui generationi ſolicitè accurabat, Abrahæ antevertit, non immeritò locum ei à natura debitum in divina progenie ceu nobilem benedictionem præripuit. Quocirca Chryſoſtomus præfatum Actorum locum interpretans expendit poſt enuntiatam Davidis obedientiæ gloriam illicò eum Paulum progenitorem Chriſti fuiſſe teſtatum, de cuius ſemine ille fuerit ortus, immediatè enim Paulus ſubiungit: *Huius Deus ex ſemine ſecundùm promiſſionem eduxit Iſrael Salvatorem ſuum*, Actor. 13. 23. *Davidem autem ſolùm commendat, quoniam ab illo Chriſtus*, inquit Chryſoſtomus homil. 29. in Acta. Quaſi dicat: ſtudens Paulus fidem Chriſti nati in Iudæorum mentibus adſtruere, eoſque ad illam ſuſcipiendam inſtruere, antequàm Chriſtum proponat à Davidico ſemine iuxta promiſſionem divinam ortum, Davidis obedientiam probatiſsimam, ſummaque laude dignam prodit; quaſi obedientia perfectior, inſigne fuerit, & irrefragabilis nota dignioris proprioriſque Chriſti progenitoris. Conſonat ijs ratio Ruperti à nobis tradita, 1. p. huius tom. in interpretat. verſ. 1. num. 31. *Prætereà illud ſciendum eſt, quia cùm iſti duo ſint patres, ad quos eiuſdem Ieſu Chriſti promiſſio facta eſt* (fatur de Abraham & David) *verbũ eiuſdem promiſſionis ad David non parum auctum eſt. Nam ad Abraham dictum eſt: Ex ſemine tuo benedicentur omnes gentes; ad David: De fructu vẽtris tui ponam ſuper ſedem tuã; plus eſt eſſe ſeminis Abrahæ regem, quàm eſſe ſemen Abrahæ.* Igitur David regi promittitur Chriſtus filius & rex; Abrahæ tantùm filius: & hoc diſsidium, etiam diſcrimen obedientiæ illorũ eſt, quo diſtinguitur, ut excellentior Davidis obedientia ab obediẽtia Abrahæ; in homine enim regijs infulis nõ inſignito, quippè qui unus de numero reliquorũ æſtimatur, quemadmodum extitit Abraham in mundo velut hoſpitem & peregrinũ ſe gerens dum vixit, profectò obedientia quantumvis ſtrenua nõ eam demirationem animis affert, quã regij animi ſubiectio & facilitas; qua quidem ſe flexibilem & tractabilem divinis præceptis reddit. Etenim in ſupercilioſo faſtu, ſuperboque tumore, quẽ gignit imperium, mentem habere facilem & accinctam, ad divina mandata lubenter ſuſcipienda & colẽda, ſupremus vertex, imò miraculũ obedientiæ eſt: vix enim ſcit ſubijci animus aſſuetus imperio. Ideoque ab eo Deus tanquàm pretioſiorem difficilioremque victimam obedientiam exigit. Nã in ea ſemetipſum Deo mactat, ſuamque poteſtatem; 1. Reg. 15. 22. ſic inobedientem Saul, & ſacrificia adornantem alloquitur Deus: *Melior eſt enim obediẽtia quàm victimæ, & auſcultare magis quàm offerre adipem arietum.* Quamobrem Thephylact. quẽ in cõmentario noſtro attulimus, ideò ad Davidem in Chriſti genealogia Abrahæ prælatũ, quia regnũ illius, inobediẽtis Saulis ſceptrũ extrudẽs, typus fuit Chriſti regni, qui factus obediens regnavit, delevitq; regnũ inobedientiæ per Adamum inductũ: *Etenim ſervabat David verũ typũ Chriſti; ſicut enim ipſe poſt Saul reprobatum à Deo, & odibilẽ regnavit: ita Chriſtus, poſtquàm privatus eſt Adam regno & principatu, quẽ habebat in omnia, & animantia, & dæmonia, incarnatus venit, & regnavit.* Aſſentit Athanaſ. ibidem, qui primum in Chriſti geneſi locũ ideò ait obtinuiſſe Davidem præ Abrahamo, quia imaginẽ & ſpecimẽ Chriſti apprimiùs in ſe expreſsit: *Ac proinde nõnullas advẽtus Chriſti imagines, ſpecimenque præſefert. Congruũ ſiquidem erat proavum ſui nepotis aliquas ſimilitudines in ſe præferre. Atque hinc eſt illud: Liber generationis Ieſu Chriſti filij*

Irenæus.

Actor. 13. 23.

Chryſoſt.

Rupertus.

1. Reg. 15. 22.

Theophyl.

Athanaſ.

David, filij Abraham. Quasi dicat, prior David in catalogo progenitor David quàm Abram, quamvis hic antiquior, exaratur; quia perfectiorem in se Christi nepotis effigiem præsentavit. Et licèt David, singulas Christi virtutes in se adûbraverit, Mehercle obedientia extitit, cuius imaginem perfectioribus coloribus tinctam in se depinxit, futurisque seculis præmonstravit.

53 Nec sanè debilia tibi testimonia ad id confirmandum propinabo. Satis ingeniosè expendit Rupertus; quarta seculi ætate David Regem inauguratû, quæ quidem quarta ætas mysterij & similitudinis relationem dicit ad quartû creationis diẽ, in quo Sol & Luna, reliquaque sidera condita sunt, & cœlo defixa: quo sanè divina Sapientia contendit Davidem regio splẽdore ornatum instar Solis illuxisse in hoc mundo, diviniáque Filij promissionem regalis quoque fulgoris incrementa sumpsisse. Hucusque enim Dei Filius futurus tantùm homo hominibus nullo regij nitoris ornamento distinctis promittebatur: quarta verò ætate, pulchram sacramenti cum quarto die cognationem habente, regi Davidi promittitur rex futurus. Apparuit enim quarta orbis ætate regio iubare accinctus, sicut Sol quarto die in cœlo radiorum spiculis redimitus. Sic ille lib. 1. in lib. Reg. *Hunc quartam ætatẽ quartæ diei in laudẽ Creatoris coniubilare rectè dixerim, & secundùm opera utriusque Spiritum Sanctũ spiritum prædicari fortitudinis, quia videlicèt quarto die luminaria firmamentum ornaverant, in potestatibus & firmissimis ordinibus suis, & quarta ætate in psalmis canoris, scriptisque propheticis regali authoritate sermo Dei convaluit; in quo? In eo videlicèt, quod is qui hactenus homo, vel semen in Isaac vocandum patri Abrahæ promissus fuerat, iam rex promittitur cum iuramẽto dicentis ad David: De fructu vẽtris tui ponam super sedem tuam. Item: Semel iuravi in Sancto meo, si David mentiar: Semen eius in æternum manebit, & thronus eius sicut Sol in conspectu meo, & sicut Luna perfecta in æternum, & testis in cœlo fidelis.* Vterque autem tam David, quàm Dei filius, regnum non nisi missi à parentibus occupãdum perrexerunt; primusque illorum incessus ut regnum possideret obedientia paterna fuit: Davidemque à patre missum, regia facinora aggressurũ præsignasse filium Dei à Parente missum regalia munia ut adoriretur, testatur Rupertus lib. 2. in lib. Reg. cap. 4. Postquam sacrâ unctione destinatus esset ad regnum David: ingruente bello illo, in quo Israeliticum exercitum, cui præerat Saul, exprobravit immanis Philisthæus provocans eis virum qui singulari certamine secum congrederetur, eoque victoria discerneretur. Sic rextus scribit: Dixit autem Isai ad David filium suum: *Accipe fratribus tuis ephi polentæ, & decem panes istos, & decẽ formellas casei, has deferes ad tribunum, & fratres tuos visitabis, si rectè agãt, & cum quibus ordinati sunt, disces,* 1. Reg. 17. 17. Quem locum interpretandũ assumens Rupertus inquit: *Non ut pugnaret armis indutus est bellicis, sed ut fratres suos visitaret, missus est à patre suo David. Planè sic & Christus non ut operibus legis pugnaret, quæ nihil ad perfectum adduxerat, sed ut fratres suos in hoc mundo peregrinantes visitaret, à Deo patre suo missus est. Visitaret, inquam, licèt longè minor dictio sit quàm opus est. Qui tropus Tapinosis dicitur, id est, humilitas rei magnæ non id à gente sententia, quod ostendit. Quo locutionis modo Moyses quoque rem grandem humilians: Vadam, inquit, & revertar ad fratres meos in Ægypto, ut videam si adhuc vivent. Quod utique dictũ re quam intendebat lõgè minus. Igitur ut fratres suos visitaret, hoc est, ut filios Dei, qui dispersi erant, in unum congregaret, Christus venit, &c.* Scitè satis & eleganter admonet Rupertus, Isai cùm mittit David, ut fratres invisat usum fuisse figurâ, quæ dicitur Tapinosis, in qua rei dignitas verborum humilitate deprimitur. Et verè si solùm ad invisendos fratres mitteretur, nulla verbis humilitas inesset, nec Tapinosi esset opus, non enim res dignioresvoces exigebat: sed cùm patris obedientia David adlegaret ad regium conficiendum facinus, ostentandãque regalis fastigij virtutem, ad quam sciebat illum inauguratum, simulque ad regnũ Christi eo opere prædicendum in quod patris obedientia illum urgebat, rectè phrasis invisendi fratres Tapinosis appellata est, quia rei maiestatem humiliat, & obscurat. Quâ functus fuit Moyses, cùm se profecturũ ait in Ægyptum, ut fratres visitet, & re vera à Deo mittebatur, ut Dei imperio & nomine accinctus populum à turpi servitute in gloriosam adsereret libertatem. Ea functio regia David, Christi regalem potestatem prefigurans ab obedientia auspicia sua sumit feliciaque exordia. Nam ab obedientia nihil humile, nihil non augustum paritur.

1. Reg. 17. 17.

Rupertus.

Rupertus.

54 Vt autem perdiscas quanto sacramenti pondere provisum à Deo fuerit, ut Davidis regnum imperium Christi præsignãs, quarta ætate orbis emerserit, quæ quidem quartum diem creationis, in quo conditus est Sol, ut sibi affinem mysterij simili-

litudine reſpicit: operæpretium eſt, ut agnoſcas duo ſimul eximiâ pulchritudine in Sole coadunari, tum perfectam & alacrem obedientiam, tum ſplendidam regni maieſtatẽ. Natus eſt enim Sol ad imperij principatum; nam pulchritudo faciei illius digna imperio. Vndè ſic textus: *Dixit autem Deus: Fiant luminaria in firmamento cœli, & dividant diem, ac noctem, & ſint in ſigna, & tempora, & dies, & annus, ut luceant in firmamento cœli, & illuminent terram. Fecitque Deus duo luminaria magna, luminare maius, ut præeſſet diei, & luminare minus, ut præeſſet nocti*, Gen. 1. 14. Diei & mundo illuſtrãdo præfectus eſt Solis, & Lunæ principatui, proprietate verè regia antevertit, quia Luna ab ipſo tanquam à ſuperiori poteſtate lucem mutuatur, ipſe non ab alio quàm à ſe ipſo, ut Rupertus admonuit apud Lypoman. *Amplius autem ex eo Sol luminare maius eſt, quàm Luna, quia lucet luce propria, nã Luna relucet ab illo, luce ſcilicet non ſua, ſed aliena.* In Solis autem creatione vim quandã obedientiæ geminatæ reperies. De reliquis creaturis dictũ eſt, quod de luce, ut formarentur: *Dixitque Deus: Fiat lux, & facta eſt lux*, Geneſ. 1. 3. De Sole verò dictum eſt: *Dixit autem Deus: Fiant luminaria in firmamento cœli*: en Dei imperium: *Fecitque Deus duo luminaria magna &c.* En quaſi obedientia exequentis. Nam alia perſona videtur iuſſiſſe, alia fuiſſe executa. Quamobrem Baſilius ait: *Quis dixit? & quis fecit? Nonnè animadvertis in hiſce, non concipis mente duas perſonas? ubique hæc ſententia, hoc edictum Theologiæ hac in enarratione ſparſum eſſe videtur.* Et clariùs Ambroſius: *Deus ergo dicit, & cui dicit, niſi Filio? Deus Pater dicit; Fiat Sol, & Filius fecit Solem. Dignum enim erat, ut Solem mundi faceret Sol iuſtitiæ.* En prima in Solis formatione obedientia, ſeu quaſi obedientia. Nõ enim ibi eſt obediẽtia propriè, ubi ſummã æqualitatem eſſe probat fides. Fecit igitur Filius Solem: ſed quomodo fecit? Verè à natura obedientiam præſtantiſsimam & præter ordinem exigendo, efficiendoque ut illa mirã potentiam in ſe facilem præbendo eius imperio monſtraret. Conſule Hugonem de Sãcto-Victor. apud Lypom. *Sed quis ſcit, utrũ eadem ipſa lux, poſteà in lucis ſubſtantiã translata ſit, & ampliata claritate formã meliorem acceperit, quemadmodum in nuptijs Dominus Ieſus de aquis vinum fecit, ut reformationis ſtatum in melius, & inſtaurationis ſacramentum demonſtraret? Nam quod erat lux antequàm Sol factus eſt, hoc erat aqua priùs quàm in vinum mutata eſt, ut non aliud fieret, quod potius exhibitum eſt, ſed de eo ipſo quod antè vilius habebatur.* Itaque quemadmodum aquæ natura mirâ obedientiâ tractabilem ſe divino imperio exhibuit, ut tota in vinum demigraret; ſic lucis primodialis natura tenuis quidem & debilis potentiam ſuam obedientialem exeruit, ut in ſplendidiſsimam ardentiſsimamque Solis naturam, Dei indicto præcepto obſequioſa tranſiret. Inſignè Solis obedientiam divinis imperijs præſtitam, non deciduam, aut caducam, ſed firmã ſemper & ſtabilem cõmendat Regius Vates Pſal. 118. verſ. 89. & 91. *In æternum, Domine, verbum tuum permanet in cœlo.* In quem locũ Incognitus teſtimonio Ambroſij ſenſum ſuum comprobans, ait: *Iſte verſus exponitur de cœlo materiali, ſcilicet de cœlo, in quo poſita ſunt luminaria magna, Sol, Luna, cæteraque ſidera. Vbi ſciendum, quòd ibi dicitur verbum alicuius eſſe, ubi verbum obſervatur, ubi obedientia verbo exhibetur: ſicut & ille verbum alicuius repellere dicitur, qui illi obedire contradicit. In cœlo ergo materiali ſemper verbum Dei permanet, quia ibi plena obedientia ei exhibetur, plena ſervitus, quia corpora cœleſtia plenè verbum Dei obſervant; quia ordinem à verbo Dei datum obſervant integraliter, & per iſtius cœli exẽplum Pſalmus nos induere vult ad Verbi divini ſervitutem, & obedientiam. Iſtam expoſitionem planè ponit Ambroſius hìc dicens: In æternum, Domine, verbum tuum permanet in cœlo. Vides in te debere manere, quod in cœlo permanet, ac perſeverat. Serva ergo verbum Dei in corde tuo. Si verbum Dei in cœlo permanet, imitemur cœlum, ubi permanet verbum Dei, ibi permanet ordo ſolemnis cœleſtium ſtatutorum & beneficiorum Domini.* Deinde ſubiungit Pſalmes: *Ordinatione tua perſeverat dies; quoniam omnia ſerviunt tibi*, vel, ut alia littera habet; *omnia ſunt ſervi tui.* In qua verba turſus Incognitus: *Hic ponit tertium, ſcilicèt quòd homo Dei ſervitio ſe totum debet mãcipare. Si enim creaturæ irrationales divino ſervitio ſe totaliter ſubijciunt Deo plenè obedientes, quid facere debet homo ratione utens, & hanc rationem hìc inducit Pſalmus dicens: ordinatione tua perſeverat dies, &c.* Atteſtatur Hilarius in præfata verba Pſalmi: *Volens igitur Propheta præſtare nos ac perficere Deo dignos & ſciens repoſitum humanæ ſpei eſſe, ut in cœleſtem gloriam, ſi diſciplinam cœleſtis obedientiæ conſectaretur, accederet, ita cœpit: In ſeculum, Domine, permanet verbum tuũ in cœlo; in cœlo ait, quia ſcit in terris propter falſitatem hominum non manere: & quomodo in cœlo maneat, ipſa veluti corpo-*

Gen. 1. 14. Rupertus. Geneſ. 1. 3. Baſilius. Ambroſ. Hugo de Sanct. Victor. Pſal. 118. 89. 91. Incognit. Incognit. Hilarius.

poralis contemplationis fide cernitur. Nō eſt illic tranſgreſsio, non demutatio, non infirmitas, non otium. Contueamur Solis annuum curſum, & menſtruum Lunæ recurſum, Aſtrorum quoque ſtationes, aut converſiones, aut demutationes. Nunquid non finibus ſuis, & conſtitutis terminis ac decretis viciſsitudinibus continentur? Nihil illic demutatur, nihil differtur, nihil negligitur, ſed in conſtitutionis ſuæ manet lege, & indefeſsis obedientiæ miniſterijs perſeverant. Hæc duo Solis munia, nempè obedire & regnare, eleganti carmine connexit
Pſal. 18. 6. David Pſalm. 18. 6. *In Sole poſuit tabernaculum ſuum; & ipſe tanquam ſponſus procedens de thalamo ſuo: Exultavit ut gigas ad currendam viā; à ſummo cœlo egreſsio eius: Et occurſus eius uſque ad ſummum eius, neque eſt qui ſe abſcōdat à calore eius.* Inter cœleſtia corpora Sol maximè Dei potentiam declarat, ita ut videatur in ea Deus ſummet conſtituiſſe habitaculum, & quaſi tabernaculū imperatorū ac regiā; & verè in cœlo tabernaculum regium Soli Deus præparavit: Nā ea verba: *In Sole poſuit tabernaculū ſuū*, ut Genebrardus ait,
Genebrar. per hypallagen dicitur, pro *Solem poſuit in*
Sāctesſpagninus. *tabernaculo ſuo*: Sāctesſpagninus legit: *Soli poſuit tabernaculum in ipſis*, hoc eſt, cœlis,
Iuſtinus. quam verſionē tenet Iuſtinus Mart. quæſt. 63. & Vatablus: *Et ipſe tanquam ſponſus procedens de thalamo ſuo.* Quæ quidē verba regalem maieſtatem Solis enuntiāt, ſuperbum & ſplendidum ornatum ſponſi, purpurâ auroque intextum, qualis regem decet, quo mundo exoriens amictum ſe oſtendit, deinde coronâ redimitum, coronam enim olim ſponſi à regibus mutuabantur,
Cant. 3. 11. quem morē probat locus Cant. 3. 11. *Egredimini & videte filiæ Siō, regem Salomonē in diademate, quo coronavit illū mater ſua in die deſpōſationis illius, & in lætitia cordis eius.* Exortus enim matutinus, quo caligo noctis diſpellitur ſolis radijs, quemdam ei videtur decorem velutique coronā adijcere, præter radiorum, quos vibrat, quoddā quaſi diadema; tantaque eius eſt maieſtatis pompa, tam auguſtus apparatus, ut Dei nomen illi nanciſcatur. Etenim Anaſtaſius Si-
Anaſtaſius Sinaita. naita lib. 4. Hexamer. ait: *Porro autem ipſum quoq; nomē Solis, quod Græcè eſt Elios, cùm ſit dictio Hebraica interpretatur Deus. Quamobrem Chriſtus ex cruce clamavit Heli; Heli; quod interpretatur Evāgeliſta: hoc eſt, Deus meus, Deus meus; erat enim Sol typus Chriſti.* Deinde ſubdit Pſalmiſta: *Exultavit ut gigas ad currendā viā, &c.* Qui busverbis denotat mirā ſolis ad præceptum ſibi impoſitum implendum obedientiam: robore enim giganteo & heroico ad curſum ſuum peragendum accingitur, pulchritudinis & maieſtatis ornamentis ſe induit ad illum conficiendum, quaſi obedientia feſtivam obedientiam illi pariat; deinde magnanimitate & robore ſe accingit, ut omnia impedimenta repellat & devincat, quominus obedientiam ſibi indictam cōſummet. Quocircà aptè Lorinus noſter adnotat, quòd vox Hebræa GHIBBOR, quæ ponitur pro *Gigante*, ſumi pro quolibet in omni officio accuratè, pulchrè, benè, rectè obeundo & peragendo. Vnde Vatablus ait: *Vbi ortus eſt Sol, peragit curſum ſuū prōto, læto, & alacri animo, quemadmodū alacri & nobili animo tendit curſor ad metā ſibi in ſtadio propoſitam.* Davidem in his verbis Pſalmi præciniſſe Chriſti & regnum & obedientiam concors eſt Patrum conſenſus; teſtis ſit pro omnibus Ambroſius lib. de incarnat. cap. 5. *Chriſtū quaſi gigātem ſanctus David Propheta deſcribit, eò quòd biformis geminæque naturæ unus ſit concors divinitatis & corporis, qui tanquā ſponſus procedens de thalamo ſuo, exultavit tanquam gigas ad currendam viam. Sponſus animæ ſecundùm Verbum: gigas terræ, quia uſus noſtri officia percurrens, cùm Deus ſemper eſſet æternus, incarnationis ſacramenta ſuſcepit.* Igitur ut Deus regni maieſtate ſublimis naturæ humanæ ſe deſpondit, quia moris eſt, ut in die ſponſalitij ſponſus potentiæ ſuæ, pulchritudinis & gloriæ ornamenta & inſignia explicet: ut gigas robuſtus validiſque viribus præditus ſuſcepit incarnationis ſacramenta portanda, ideſt miram erga Patrem obedientiam, ea nempè myſteria obeundo, quæ ſibi à Patre in primo ſuæ incarnationis inſtanti fuerant præcepta. Vt perſpicuè adnotavit Richardus de S. Laurent. lib. 12. de laudibus B. Mar. *Caro Chriſti dicitur nubes levis, quia peccatum non fecit, vel levis obedientiæ adimpletione, quia exultavit ut gigas ad currendā viam mandatorū Patris.* Perpende quàm aptè quarta ſeculi ætas, quæ reſpicit quartum creationis diem, quo Sol formatus eſt, & in cœlo conſtitutus, exceperit regnum David Chriſti regnum & adventum præſignans. Oportebat namque ut cognationem cum regno Solis haberent regna, quæ Solis imperium ſimul cum obedientia coniunctum imitabantur, vel potius ut Sol ea regna prædiceret, in quibus ab obedientia regius decor & ſplendor maieſtatem & firmitatē capeſſebat, unde Chriſtus in ſacris litteris ſæpèſæpius Solis nomen adeptus eſt.

Lorinus.

Ambroſ.

Richar. de S. Laurent.

55 Quocirca tanto obedientiæ amore animus Davidicus exarſit, quippè qui animadverteret obedientiam regni ſui ſpiritū eſſe

eſſe & vitam, cum qua illud fuerat exortum: ut obedientiam frontem effecerit & caput regiæ diſciplinæ, quam in libro Pſalmorum ſcripſit. Qui enim regem ſe ab obediẽtia ſenſerat, ab illa regium ſuum opus voluit inchoandum. Itaque Pſalmus primus integer obedientiæ divinæ ſacer eſt: *Beatus vir qui non abiit in concilio impiorũ, & in via peccatorum non ſtetit, & in cathedra peſtilentiæ non ſedit*, Pſalm. 1. 1. & ſtatim: *Sed in lege Domini voluntas eius; & in lege eius meditabitur die, ac nocte*, verſ. 2. Pſal. 1. 1. 2. Quod obſervavit Hieronym. apud Gloſ. in prothemat. in lib. Pſalm. *In hoc Pſalmo loquitur Propheta conſiderans deſtructionẽ generis humani, quæ contigit per Adam, & ex oppoſito prævidens prophetico ſpiritu reparationem per Chriſtum futuram; & ut contraria contrarijs curentur, vult eum omnino reddere oppoſitũ & diſsimilẽ priori Adam, quia ſicut ille deſtruxiſſe dicitur humanum genus per ſuperbiã & inobedientiam; eodem modo Chriſtus per humilẽ obedientiam ſuam reduxit, quod deſtructũ fuerat culpa primi parentis ad vitam.* Hieronym

Ecce ſacer ſcriptor obediens & rex; qui ſe ex obedientia aſſumptum ad regnum cognoverat, à quo extruſus fuerat Saul inobediens, ſicque ſe imaginem regni Chriſti, quod obedientia fuerat dedicatum præferre meditabatur: hunc mentis ſuæ nobilem fœtum, nempe obedientiæ & regni nexũ velut primogenitum partum in libro, quem edebat, effudit, quaſi hic eſſet operis ſui ſcopus, quẽ contendebat collimare.

56 Davidicum igitur regnum Chriſtique imperium eo ſtricto mutuæ ſimilitudinis vinculo ſunt revincta, ut Chriſtus Davidque viciſsim ſibi nomina uſurpent; & Chriſtus David nominetur, David autem Chriſtus acciatur. Quod Chriſtus Davidis nomen gerat, cuius geſsit carnem, & cuius moribus prægeſtus eſt, probat Hilarius commentans titulum Pſalmi 53. *In finem, in carminibus intellectus David &c.* Hilarius Pſal. 53. 1. Poſtquam enim morum & obedientiæ conformitatem inter David & Chriſtum expreſſerit, vocat Pſaltis obedientiam evangelicã, inquiens: *Sanctus & beatus David non ignarus, ſed ut Propheta evangelicæ doctrinæ, & in tempore licèt legis hanc temporalem agens vitam, tamen quantum in ſe eſt Apoſtolici mãdati precepta conſummat, teſtimonio, de ſe Deus fidem præſtans, cùm dictũ eſt: Inveni virum ſecundùm cor meum David, qui filius Ieſſe eſt. Non enim inimicos ſuos bello perſequitur; neque inſidiantibus ſibi decertando armis reſiſtit: ſed exemplo Domini, cuius & nomen, & lenitatem præfigurabat, proditus orat, periclitans pſallit, patiens odia gratulatur, & ideo ſecundum cor Domini repertus eſt.* Paucis interiectis ſubdit. *Ergo hoc quod à Zipheæs David prodituri, in finem eſt intelligendum. Per quod oſtenduntur, ea quæ in præſens tũ erga David gerebantur, præformationem in ſe futuri temporis continere: cùm innocens inſectatione vexatur, cùm propheta contumelijs illuditur, cùm Deo placens ad mortem requiritur, cùm rex inimico ſuo, ut Herodi Dominus atque Pilato, ab his proditur, cum quibus totus eſſe debebat. Pſalmi ergo intelligentia in finem eſt, & in David illo intellectus, in quo finis eſt legis.* Habet ergo Chriſtus nomen David, cùm quæ David canit de Chriſto Davide ſint intelligenda. Et interpretatione illuſtrãs ipſe Hilarius Pſalmum 135; qui incipit: *Memẽto Domine David & omnis manſuetudinis eius.* Pſal. 131. 1. Contendit hunc Pſalmum intelligendum eſſe de vero Davide Ieſu, qui nomine Davidis à pluribus Prophetis inſignitur, præſertim ab Ieremia cap. 23. 5. *Ecce dies venient dicit Dominus, & ſuſcitabo David germen iuſtum, & regnavit rex, & ſapiens erit, & faciet iudicium, & iuſtitiam in terra. In diebus illis ſalvabitur Iuda &c.* Iere. 23. 5. Nam vaticinium iſtud perperam de David filio Iſai poteſt exponi, cùm ille iam diu è vita diſcefſerat. Et inquit: *Hoc eo dictũ eſt, quia cùm in Prophetis longè poſtea quàm David corpore exceſſerat, ſcriptum habeatur in Ieremia, ſuſcitabo illis David regem orientem iuſtum &c. Confiteantur neceſſe eſt Iudæi longè poſt tempora David eſſe hæc prædicata. Eſt autem David iſte, qui nomen parentis ſecundùm originem carnis accepit: nomen ſumens eius, cuius ex genere ſumebat & corpus. Omnia autem quæ Pſalmo continentur, & à geſtis Prophetæ David, & à naturæ humanæ infirmitatis, & ab eius tẽporibus diverſa ſunt. Et quia ei nõ res, non conditio, non tẽpus aptatur, & in eum David, quem poſtea Dominus per Prophetas pollicitus eſt, conveniunt; non eſt ambiguum quin etiã hic qui Propheta egregius & magnus eſt, de eo David, qui poſtea extitit, Dei ſpiritu, & prophetiæ ſpiritu ſit locutus.* Hilarius Quod verò David Chriſti nomen caperet, dum illius gerit perſonam, prædicitque ſe fuiſſe paſſum tormenta, quæ Chriſtus in ſuo corpore ſuſtinuit, probat Rupertus lib. 4. de vict. Verbi Dei. cap. 12. *Quis alius in David operatus eſt, niſi verbum Deus Filius carnis eius futurus, ita præſens ipſi David, ut iam in perſona eius ipſe David loqueretur, ipſe per eumdem David propriis vocibus ſuis de ſemetipſo futura quaſi præterita vaticinaretur? Exempli gratia: ego autẽ conſtitutus ſuum rex ab eo ſuper Sion mon-* Rupertus

tem

tem ſanctum eius, prædicans præceptũ eius. Dominus dixit ad me; Filius meus es tu. Item foderunt manus meas & pedes meos. Non opus eſt adſtruere, quod omnibus notum eſt, voces iſtas eſſe proprias eius, qui cũ in forma Dei eſſet, humiliare ſemetipſum habebat, ita ut crucifigeretur, quod eſt fodi manus & pedes eius Quid mirum, ut Chriſti nomen ſibi addicat, qui eius gerit perſonam, uſurpat & geſta paſsionis, quæ tota Chriſti obediẽtia fuit? Quaſi Chriſti & David unum ſit regnum, unum nomen, eadem geſta; ſimiliſque obedientia, propter eorum, quæ uterque paſſus eſt, parem conformitatem, æqualemque ſpeciem. Quam ſi fuſius
Rupertus. evolvere cupis, mitto te ad ipſum Rupertum lib. 1. in. lib. Regum cap. 8. 9. & 10. ubi elegãter expendit ſimilitudinis paritatem qua ſe mutuò Davidis inſectatio Chriſtique paſsio reſpiciunt. Igitur cùm regnum nobilem maieſtatem, auguſtã auctoritatem firmamque ſtabilitatem ab obedientia auſpicetur, ideo enim in ſplendidiſsima Solis ingenuitate & claritudine obediẽtia & regnũ amicas iunxere manus, imperio ex obedientia procedente. Præterea cùm obediẽtia ſit, quæ puriorem & illuſtriorem generis ſtirpem efficiat, & quæ Dei cognationem gignat & impertiatur; meritò Evangeliſta Matthæus Chriſti intexens genealogiã viciniorem Chriſti conſtituit Davidem, à loco expungens Abrahamum, quem ei naturæ antiquitas dederat, ut eum proximiorem Chriſto parentem agnoſcamus, quẽ ſtrictioris obedientiæ tituli exornarunt, adeoque inclytum effecerunt, ut ad regium verticem pervexerint, nam quemadmodum obedientia Chriſtum Regem peperit, ſic & Davidem.

57 Meherclè ſi Chriſti generationis univerſalem ſeriem percurras diſcutiaſque, reperies nil tam divinam providentiam accuraſſe, quàm ut in omnibus Chriſti proavis vel ſaltim inſignioribus humilis & prompta obedientia ſplendicantibus radijs colluxerit, etenim ut ſæpè ex Ruperto, alijsque Eccleſiæ patribus admonuimus ſcopus à divina Sapientia collimatus in tot decurrentibus generationibus eſt non tam carnalis propagatio quàm divini Verbi cœleſtiſque promiſsionis exacta executio, & huius genealogiæ progenitores Chriſtum per ſpiri-
Rupertus. tum genuiſſe. Quamobrem Rupertus lib. 2. in Apocalyp. poſtquam ex Chriſti pronuntiato Matth. 12. 48. *Quæ eſt mater mea & qui ſunt fratres mei? Et extendens manum in Diſcipulos ſuos, dixit: Ecce mater mea, & fratres mei: Quicunque enim fecerit voluntatẽ Patris mei, qui in cœlis eſt, ipſe meus frater, & ſoror & mater eſt.* Chriſti ge-
Matth. 12. 48.

neratio non niſi ex obedientia recenſenda, quæ Chriſti originis, quaſi ſemen & inſigne eſt, ſubdit: *Denique Evangelica Chriſti generatio tota ſpiritualis eſt, & ſecundùm ſpiritum David quoque Pater eſt Chriſti, quia videlicet Verbũ Dei, quod eſt Chriſtus, corde credens & ore deprompſit & ſcriptis edidit primus Prophetarũ, clariſsimus Patriarcharum.* Vocat enim ſecundùm ſpiritum Patrem Chriſti eum, qui ſecundũ obedientiam Chriſti parens evaſit, quaſi obedientia ſpiritus Chriſti & vita ſit. Igitur obedientiam, in qua ſtrenuè ſe geſſerũt primores Chriſti proavi, nempe Abrahã, Iſaac, & Iacob, quartus quoque Iudas ebibit, quæ eum ad regnum evexit, & obedientiæ vi & poteſtate illud à maioribus ipſo natu præripuit. Nam cui quartum locum inter fratres natura dedit, obedientia primum regia effecit dignitate. Dignum quippe erat, ut ad regnum & divini ſeminis ſuſcipiendi promiſsionem, is eligeretur, qui reliquis fratribus quamvis potiore naturæ iure cõſpicuis, obedientia fuerat anteſtatus. Quam obedientiæ auctoritatem tanquam immortalitate dignam poſteriſque ipſius ſectãdæ vehemens incitamentum allaturam ipſe Iudas moribundus teſtatam reliquit; ſic filios ſuos alloquens lib. de teſtam. duod. Patriar. *Regnum dedit mihi Dominus in obedientia patris: Nunquam enim contriſtavi verbum patris mei Iacob, quoniam omnia quæcunque mihi dixit, faciebam.* Forſan ex hoc Iudæ teſtimonio non inlepidè interpretationem, nec incongruum intellectum delibabis eorum verborum, quibus parens Iacob iam ad diſceſſum ex hac vita accinctus Iudã filium commendavit, Geneſ. 49. 8. *Iuda te laudabunt fratres tui. Manus tua in cervicibus inimicorum tuorum, adorabunt te filij patris tui. Catulus leonis Iuda. Ad prædam fili mi aſcẽdiſti &c. Non auferetur ſceptrũ de Iuda, & dux de fœmore eius, donec veniat qui mittendus eſt, & ipſe erit expectatio gentium.* Loco eorum verborũ: *Ad prædam fili mi aſcendiſti*, non abſque magno ſacramento LXX. trãſtulerunt: *Ex germine fili mi aſcendiſti.* Quibus verbis videtur Patriarcha filium laudare ex eximia ſimilitudine morum à parente deſumpta. Cùm enim ramus à trunco, & à ſua radice germen commendatur, verè exprimitur illud à radice non degener, ſed ſuam ab illa virtutem traxiſſe, ſeq; ſimilitudinẽ illius induiſſe, parilique florum & fructuũ pulchritudine ornaſſe; cùmque præcipua virtus qua Iacob à tenera floruerit ætate, obedientia fuerit, quæ illo creſcente fertili incremento provecta fuit, eaque protecto ad benedictionis paternæ culmen & divini filij ex ſe oriundi
Lib. de teſtam. duodecim Patriarch.
Gen. 46. 8.
LXX

di illuſtriſsimã promiſsionem pervenit, ut ſuperiùs fultum reliquimus: verè filium Iudam Iacob á perfecta ſibi ſimilitudine in virtute commẽdans, non obſcurè innuitur; Iacob his verbis filij obediẽtiam laudibus fuiſſe proſecutũ, eáq; á ſe tanquã á præclara radice in natũ fuiſſe derivatã: ac proinde de ea ſola tanquã á paterna radice deducta ſe ſemper fuiſſe gloriatum, ab eaque regnum accepiſſe Iudas cõdito teſtamẽto prodidit. Gennad. Quem ſanè ſenſum amplectitur Gennadius apũd Lypoman. inquiens: *E germine fili mi aſcẽdiſti, hoc eſt, auctus es, & exaltatus, tãquam ex bona radice mea truncus floridus.* Quaſi dicat, qui te obedientia, qua me sẽper proſequtus es, elatum & ſublimem cõtemplabitur, te ſanè natum meum confitebitur, me enim obediẽtia ad excelſam dignitatem provexit: Quocirca te floridum germen meæ radicis non inficiabitur. Igitur loci præindicati elucubratio ſic ſe habet. *Iuda te laudabunt fratres tui.* Apud illosque in ſummo honore & laude eris, tanquam primogenitũ te colent ſuſcipiẽtque; ideo ut Caietanus ait: *A laude nomẽ habes: quia Iudas ſonat confeſsionem laudis.* Conteres hoſtiũ cervices, criſtataque eius colla humiliabis; ſuper fratres principatum obtinebis, ideo ad pedes tui provoluti adorationis debita perſolvent, ſicut leonis catulo reliqua animalia: & quaſi rationẽ prædictæ gloriæ ſubiungat, inquit: *E germine fili mi aſcendiſti.* Etenim virtutis obedientiæ, quâ pollui iugiter, nobilis proceſsiſti hæres, ut præclarum germen optimæ radicis ſuccum epotaſti, eâ virtute auctus es & promotus quâ radix; ſi ſimilis mihi in obedientia evaſiſti, quid mirum, quòd ea quę me fratre ſuperiorem effecit, primigenium illi ſuffurando, ut in me illud transferret, te quoque fratribus celſiorem & digniorem præſtiterit? Obedientiæ adnatum eſt regnum, & innatum; cum ea mihi natum fuit; indubitanter tu illâ prædituſ natus es ad imperium; ideo gratulabundo vaticinio tibi prædico, quòd ſceptrum non auferetur, nec ducatus á tua ſobole, donec ab ea oriatur æterni Patris filius, in quo univerſæ gentes ſuam figent expectationem. Perpende quomodo obedientia, quæ ab Abraham, Iſaac & Iacob impluit in Iudam, imperium ſimul & divini ſeminis promiſsionem ſecum tulerit, ut cum ipſis pariter in illum influeret.

58 Aminadab autem egregium obediẽtiæ ſpecimen præbuit, quæ regnum tribui Iudæ promerita eſt. Cùm enim fugientes Iſraelitæ ad littus Rubri maris deproperaſſent, paratoque undique anguſtiarum conflictu ſe oppreſſos plangerent. Nam á tergo urgebat eos furens Pharaonis phalanx, á frõte verò marini fluctus iter præpediebat; Moyſes ut ab imminenti hinc inde eos periculo liberaret, dorſa maris virgâ percuſsit, cuius ictibus cedentes aquæ paratũ & apertum iter populo obtulerunt, cryſtallinâ ſolidate murorum vice latera occupantes. Ingreſſus eſt viam maris Moyſes, Iſraelitas vocibus hortans, ut veſtigia ſua ſequerẽtur; ſed illi novitatis pavore perterriti, formidantes illicò ſe obruendos, ſi coactæ undæ ſolverẽtur, imperio Moyſi cunctati obſiſtebant, & conſiſtebant. Tunc Aminadab Princeps Iuda impavido corde á timore ſe expediens, & Moyſis obedientiæ committẽs, primus fuit, qui ducem ſequeretur, cuius exemplo reliquæ compulſæ tribus, animoſè novum iter arripuerunt. Cuius obedientia imperterritâ alacritate Tribus Iuda ad regnum inaugurata manſit. Nam obedientiæ ius non niſi ad regium culmen ſe porrigit. Sic Lyra teſtatur aſſerens in hunc ſenſum coire ſimul Doctores Hebræos & Latinos. Sic enim ille ſcribit commentans locum Cantic. 6. 11. *Anima mea conturbavit me propter quadrigas Aminadab. Per quas* (inquit) *intelligitur potẽtia regni Iudæ, eò quòd Tribus Iuda ſecundũ omnes Doctores Hebraicos & Latinos meruit dignitatem regiam in tranſitu maris Rubri. Nam aliis Tribubus formidantibus Moyſen ſequi per mare diviſum, Tribus Iuda conſtanter ſequta fuit ipſum, & aliis conſtantiæ dedit exemplum. Tunc autem Aminadab erat Princeps Tribus Iudæ, qui egreſſus eſt de Ægypto cum Naaſſon filio ſuo, qui mortuo patre ſucceſsit ei in principatu.* Num non animadvertis, quomodo obedientia comitem ſe ſemper Chriſti proavis præbuerit, eisque fuerit inſita, ut recto illos tramite ad regiam propelleret dignitatem? Lyra Cant. 6. 11.

56 Ex parẽte Aminadab filius eius Naaſſon, ipſe quoque proavus Chriſti hanc regnandi doctus eſt diſciplinam. Præcipiente enim Domino ut tribuum Principes munera in altaris erectionẽ ſacrarent, exemplum patris ſectatus primus fuit Naaſſon, qui præcepto paruit, formam reliquis Principibus donandi præſcribens, nam quæ ipſe largitus eſt, cæteri fuerunt largiti. Sic textus: *Dixitque Dominus ad Moyſen: Singuli duces per ſingulos dies offerant munera in dedicationem altaris. Primo die obtulit oblationem ſuam Naaſſon filius Aminadab de tribu Iuda,* Num. 7. 11. & textum perlegens invenies reliquos Principes modum & menſuram doni oblati á Naaſſon fuiſſe imitatos. Si Lyram conſulas, ediſces Naaſſon hac nobili & egregia obediẽtia, qua reliquis eſt anteſtatus Principibus regnum firmaſſe ſtabiliſſeque, quod fuerat promeritus obediens Num. 7. 11.

ani-

animus Aminadab in ingreſſu pelagi Rubri. Etenim præindicato loco adiungens locum
Num. 2. 1. Num. 2. 1. *Locutuſque eſt Dominus ad Moyſen & Aarõ dicens: ſinguli per turmas, ſigna atque vexilla, & domos cognationũ ſuarum caſtramentabuntur filij Iſrael per gyrum tabernaculi fœderis. Ad orientem Iudas figet tẽtorium per turmas exercitus ſui: erit que Princeps filiorum eius Naaſſon filius*
Lyra. *Aminadab.* inquit: *Iſtam autem primitatem in vexillis & motionẽ caſtrorum, ac etiam dignitatem regiam meruit tribus Iuda, quia primò ſecuta eſt Moyſen per mare Rubrũ ut dictum fuit Exod. 14.* Et obſerva meritò fuiſſe Orientem aſsignatum in caſtramentatione tribui Iudæ, quo in loco Sol primitus
Pſal. 18. 6. ſuam obedientiam & regnum dedicavit, iuxta illud Pſalmi. 18. 6. *Exultavit ut gigas ad currendã viam. à ſummo cœlo egreſſio eius,* ideſt ab Oriente, ut num 55. præcedenti explicuim'. Pulchrè enim tribus qui per obedientia pergit ad regnum, in Oriente ſtatuitur, à quo ſuam obedientiam & regnum Sol quotidie inchoat. Quæ omnia divina diſpoſitione connexa & ſibi mutuò reſpondẽtia eò tẽdunt, ut Chriſti regnũ eius obe-
Matth. 1. 4. & 5. dientia obtentum, portendant.

60 *Naaſſon genuit Salmon: Salmon autem genuit Booz de Rabab* Matth. 1. 4 & 5. verè Salmon perfectiſsimam obedientiam, quâ parenti & avo Aminadab excelluit, oſtentavit, tum ex rei præceptæ difficultate, tum ex alacri & prompto obediendi animo; non enim tam expectaſſe viſus eſt præceptũ quàm ſignum. Cùm enim animadverteret, Salmon ſe nominari, quod quidem nomen interpretatur *accipe vas.* Cernẽs ſe nomine præceptum portare, quoties nominari ſe audiebat, præcepto repercuſſus & ſtimulatus, quod proprium nomen illi indicebat, ſolicitè cogitabat quale vas ſibi eſſet accipiendũ, ut præceptum, quod ſonabat nomen, impleret; tandẽ divina luce correptus mẽte ſubijt Rahab quondam meretricem, vas exiſtere divinæ electionis & gratiæ, quod obedientia elaboravit & perpolijt. Cùm enim inter ethnicos dæmonis cultum & ſcorti libertatẽ profiteretur, veri numinis fide & cœleſti lege inſtructa ſtatim non acquievit carni & ſanguini, diſciplinamque regij Pſaltis egregio facinore præveniens obiita eſt populum ſuum & domũ patris ſui, propter quod concupivit rex ſpecimen eius indemnisque Ierichuntinã deflagrationẽ exceſsit, & populo Dei adnumerata eſt, in quo divinæ electionis vas æſtimata, omnibus divinæ gratiæ largitatem propinabat. Rem ergo perpendens Salmon, ut præceptum exequeretur, quod ſuum ei indicebat nomen, *Accipe vas,* Rahab coniugem accipere decrevit. Non terruit illũ præactæ vitæ turpis diffamatio, quia ignominiæ præteritæ maculas cenſebat obedientiæ nobilitate abraſas, nec ullam turpitudinem in ea ſubſidere arbitrabatur, quæ divinæ ſe legi manciparat. Imò Princeps quamvis eſſet illuſtrioris tribus, tamen quia obedientiæ ſtuduiſſe avidus erat, non tam infamẽ putavit Rahab ex antiqua prava conſuetudine, quàm ex obedientia, cui iam ſtudebat, claritate generoſa fulgentem, & ad illam coniugio ſibi copulandam, ut ſtrenuus obediens, ſolo præcepto, quod ei ſuadebat nomen quod gerebat: *Accipe vas,* adſtrictus eſt: ſic ſe ad regnũ & Chriſti progeniem adornabat. Ingenioſe tem commentatus eſt Chryſoſt. hom. 1. imperfect. *Non* Chryſoſt. *ſine ratione credimus ipſam fuiſſe Rabab meretricem, & accepiſſe eam Salmonem. Forſitan autem ideo & interpretatur Salmon Accipe vas: quaſi per ipſum nomen invitabatur à providentia Dei, ut acciperet vas electionis Rabab. Nam ſicut Paulus cùm fuiſſet perſecutor, dignus probatus in Apoſtolatu, vas electionis factus eſt à Deo: ſic Rabab cùm fuiſſet meretrix & gentilis, digna æſtimabatur à populo Iſraël, ut eſſet coniuncta Salmoni. Priùs enim dicebatur Rabab, quod interpretatur latitudo, vel dilatata, poſtquam autem nupſit Salmoni, nominatur Racham, quod interpretatur aſcenſio. Verè enim aſcendit facta una ex filiabus Iſraël, & dignificata coniugio talis viri.* Vide quomodo aſcenſiones præparet ſemper obedientia & divinæ legis ſuſceptio, & quos ſui iuris habet, in dignitatum altitudinem & amplitudinem perpetim efferat.

61 *Booz autem genuit Obeth ex Ruth,* Matth. 1. 5. Matth 1. 5. Quid mirum ſi felix obedientiæ connubium liberos procreet obediẽtes? Fortunatum cõiugium Salmonis & Rahab, quod obedientia ſacravit. Hauſit à parente Booz, ut nõ niſi obedientia nuptias ei præpararet & ligaret, nec obediẽs poterat aliã coniugem quàm obedientiæ cultricem ſibi adiungere. Expende primò obedientiam fidelis Ruth: ad quam ſic Noemi ſocrus fata eſt: *Booz iſte cuius puellis in agro iuncta* Ruth. 3. 2. *es, propinquus noſter eſt, & hac nocte aream ordei ventilat: lavare ergo & ungere, & induere cultioribus veſtimentis, & deſcende in aream, non te videat homo, donec eſum, potumque finierit. Quando autem ierit ad dormiendum, nota locum in quo dormiat, venieſque & diſco aperies pallium, quo operitur a parte pedum, & proijcies te, & ibi jacebis: ipſe autem dicet tibi quid agere debeas. Quæ reſpondit: Quidquid præceperis, faciam,* Ruth 3. 2. Non intemperantia allecta eſt puella ad lectum ſenioris, ſed ſocri præceptis, & edicto legis, cuius memi-

nit

nit ſocrus cùm ait: *Propinquus noſter eſt.* Cuius etiam meminit illa, cùm inventa in
Ruth 3. 9. lecto à Booz, dixit: *Ego ſum Ruth ancilla tua: expande pallium ſuper famulam tuam, quia propinquus es.* Ruth 3. 9. Cautũ enim
Deuteron. 25. 5. erat lege lata Deuter. 25. 5. *Quando habitaverint fratres ſimul, & unus ex eis abſque liberis mortuus fuerit, uxor defuncti nõ nubat alteri, ſed accipiat eam frater eius, & ſuſcitabit ſemen fratris ſui.* Diſceſſerat abſque liberis coniux Ruth, & affectu obſervandæ legis, acceſsit ad Booz qui iure propinquitatis tenebatur ſemen defuncti ſuſcitare. Et bonum propoſitũ, puramque Ruth mentem teſtatus eſt ſtatim ipſe Booz: *Benedicta es à Domino filia, & priorem miſeri cordiam ſuperiore ſuperaſti: quia non es ſecuta iuvenes pauperes ſive divites.* Quibus verbis fœminam à libidinis affectu purgavit. Vnde Chryſoſt. ſupercenſet divini ſpiritus ſecretæ loquti
Chryſoſt. ũi Ruth in his agendis fuiſſe obſequutam: *Conſequenter, inquit, & Ruth inſpiratio eſt appellata, nam niſi inſpiratio Dei fuiſſet in ea: non dixiſſet, quæ dixit, nec feciſſet. quæ fecit.* Et Theodoretus
Theodor. rem digerens ait, apud Gloſ. *Ille factum Ruth laudavit, temperantiam autem non prodidit, ſed legi conſervavit nuptialem congreſſum; oſtendiſti, inquit, per ea quæ feciſti, quòd hoc non feceris voluptati ſervíes, revera enim iviſſes ad eos, qui ſunt iuvenili ac florente ætate ſolam rationem habens fruendæ voluptatis.* Sed & Booz quoque expendenda eſt obedientia & accurata legis obſervatio, qui noluit Ruth uxorem ducere, donec virum cognatione Ruth proximiorem iuxta legem conveniret, ſciretque ab eo an vellet cum Ruth connubiale fœ-
Ruth 3. 12. dus iuire. *Nec abnuo me propinquum*, ait, *ſed eſt alius me propinquior. Quieſce hac nocte, & facto mane, ſi te voluerit propinquitatis iure retinere, bene res acta eſt. Sin autem ille noluerit, ego te abſque ulla dubitatione ſuſcipiam, vivit Dominus*, Ruth. 3. 12. vide quomodo coniugij obedientia Paranimphus fuerit, uterque illam ambit, illã expectat ſponſus, illa illorũ iungit manus; & abſque uterque vinculum abnuit nuptiale. Adproperabat enim iam regnum tribui Iudæ tradendũ. Nã Booz avus fuit David; ideo oportuit, ut avi ducti obedientia congreſſum coniugalẽ obirent, totumque negotium perficeret obedientia, quo præcocius nepotis regnum maturarent. Accipe
Chryſoſt. Chryſoſtom. ubi ſuprà. *Quid primum laudatur in Ruth? Dilectio generis Iſrael, aut ſimplicitas, aut obedientia, aut fides? Dilectio quidem generis Iſrael, quia ſic deſiderabat filios ſuſcipere ex ſemine Iſrael, & una fori ex populo Dei, ſi enim communicationẽ viri deſideraſſet quaſi puella laſciva, aliquẽ iuvenem potius appetiſſet. Quoniam autem non laſciviæ ſuæ, ſed religioni ſatisfacere cupiens fuit, familiam ſanctam potius elegit, quàm iuvenilem ætatẽ. Simplicitas autem, quia ultronea ſub pallium eius ingreſſa eſt, nec cogitavit, ne fortè ſperneret eã, quaſi vir iuſtus laſcivam puellam, aut ne deluderet eam, aut quod gravius erat, contemneret deluſam: ſed obaudiens facta ſocrus ſuæ conſilijs, cõfidenter credidit, quia proſperaturus erat Deus actum ipſius, ſciens conſcientiam ſuam, quia non libido ad hoc eam compulerat, ſed religio erat hortata. Quid autem & in Booz prædicatur? Humilitas, caſtitas, & religio. Humilitas quidem & caſtitas, quia non contigit eam quaſi laſcivus puellam, nec abhorruit eam quaſi caſtus laſcivam; ſed mox ut verbum eius de lege proximitatis audivit, nihil horum omnium laſciviæ imputavit, ſed omnia religioni adſcripſit.*

62 *Ioram autem genuit Oziam*, Matth. 1. 8. Nec invalidè decertat pro noſtro argumento ſtabiliendo, in præſenti Evangeliſtam ſilentio tres oppreſsiſſe generationes. Nam Ioram genuit Ochoziam, Ochozias verò Ioam, Ioam autem Amaſiam, Amaſias demum Oziam, ut in commentario litteræ adnotavimus. Expulſi autem ſunt à generatione divini Filij, & notâ ſilentij tumulati Ochoziam, Ioas, & Amaſias: ſi verò rationẽ indages, ea præclara eſt, quia cùm divinæ providentiæ ſtudium fuerit, in agro divinæ genealogiæ obedientiæ ſemen ſpargere, ut cœleſtis progeniei germina ſemper obedientiam ſaperent, & obedientiã pollerent: tendebant enim in eum generandum, qui obedientiæ vexillum à primo ſuæ generationis inſtanti erat elaturus, & inobedientiæ exemplum ſtatuendus, factus obediens uſque ad mortem; mortem autem crucis: tribus autem præindicatis regibus obedientia adeò exoſa & inviſa fuit, erit, ut ſemen illius eradicare & extinguere fuerint conati; ſemen obedientiæ verbum Dei eſt, quod oportet præcedere, ut obedientia ſequatur. Huius verbi ſatores Concionatores & Prophetæ in illo populo extiterunt. In hos invecta eſt trium regum impia crudelitas, in eos gladio irruebant, quos non ſurripiebat à regio furore fuga, deſævientes inobedientiæ ſemen illiuſque diſperſores. Qua propter tanquam divinij ſtudij everſores, & in divinum propoſitum affectato animo machinatores expungendos eos à divina genealogia cœleſtis diſpoſitio decrevit, ut nullum locum obtinerent inter obedientiæ ſurculos traducesvè, qui obedientiam procul à populo exulare moliebantur. Optimè Ru-
Matth. 1. 8.

per-

pertus explicans locum Apocalyp. 3. 12. ubi ſic Deus alloquitur Epiſcopum Philadelphiæ Eccleſiæ, qui obedientia floruit, commendationem enim obtinuit à Deo, quòd
Apoc. 3. 12. verbum ſuum ſervaverit: *Et ſcribam ſuper eum nomen Dei mei*, inquit: *Alioquin niſi*
Rupertus. *David per fidem Chriſti pater fuiſſet, fruſtra ſecundùm carnem anteceſſor eius extitiſſet. Vnde Ochozias, Ioas, & Amaſias, qui eiuſdem Chriſti, eiuſdem Verbi Dei præcones Prophetas perſecuti ſunt, & occiderunt, in illa generatione computati non ſunt. Igitur cùm de iſto, qui in hoc vincit, ut intellectum habens adiuvet, atque cooperetur, quatenus creſcat & proficiat Verbum Dei, ita dicitur: & ſcribam ſuper illum nomen Dei mei, idem eſt ac ſi diceret: ille pater meus, & mater mea dicetur, & erit, & hoc nomẽ æternum hæreditabit.* Etenim, ſi divini Verbi obſervatores in frontibus inſcriptionem gerunt, quâ parentes Dei dignoſcuntur, ſi obedientes notâ divinæ paternitatis inſigniuntur: quid mirum quòd à divino genere deleantur, profundoque ſub ſilentio ſepeliantur, qui ſub inobedientia militarunt, obedientiæ Verbi divini effecti perduelles: etenim divinæ paternitatis inſcriptio, quam obedientia in frontibus obedientium incidit; inobedientiâ exurgente, ſtatim obliteratur & corrumpitur.

Matth. 1. 10. *63 Ezechias autem genuit Manaſſen,* Matth. 1. 10. Inclytus miniſter, aviduſque cultor obedientiæ fuit Ezechias, quam vitæ ſuæ præpoſuit, diriorem que ſibi divini Verbi fruſtrationem, quam maturam mortem æſtimavit, ob quæ ardorem & ſtudium divinæ promiſsionis in ipſo implendi portitor effectus eſt. Sic enim habetur, 4. Reg. 20. 1.
4. Reg. 20. 1. *In diebus illis ægrotavit Ezechias, uſque ad mortem, & venit ad eũ Iſaias filius Amos, dixitque ei: Hæc dicit Dominus Deus. Præcipe domui tuæ, morieris enim tu, & non vives. Qui converſus eſt ad parietẽ, & oravit Dominum dicens: Obſecro Domine, memento quæſo, quomodo ambulaverim coram te in veritate, & corde perfecto, & quod placitum eſt coram te, fecerim. Flevit itaque Ezechias fletu magno.* Auguſtinus apud D. Thom. in Cat. ceniet. fletum non emiſiſſe Ezechiam, nec doluiſſe, quòd vita ei importunè præcideretur, ſed quòd in ipſo divini filij de throno David oriundi promiſsio evacuaretur, plangebatque ſe talem eſſe, qui divini Verbi executionem non ſuiſſet promeritus; cernebat enim ſe ſobolem David, & ſine liberis diſcedere, & ideò à divini Verbi adimpletione ſe amandatum graviAuguſtin. ter lamentabatur. Sic Auguſtinus: *Achaz autem Ezechiam, cui, cùm eſſet ſine liberis dictum eſt: diſpone domui tuæ, quia morieris. Inde ſi vit, non propter longiorem vitam, cùm ſciret inde Salomonem placuiſſe Deo, quòd non petierit ampliores annos, ſed quia dubitabat ne promiſſio Dei impleretur, cùm ſe ſciret eſſe de David, per quem oportebat venire Chriſtum, & ipſe erat ſine liberis.* In ea ſententia fuit quoque Rabbanus apud Rabbanus. Gloſſ. in prædictum locum Regum. Quocirca ut divinam promiſsionem in ſe exequendam à Deo imploret; obedientiæ ſuæ teſtimonia præſentat, quippè qui perdidicerat divinæ ſobolis pollicitationem obedientiæ fuiſſe adjegatam, eâque eſſe litos divinæ progeniei traduces, ut dignè Dei filium effunderent; ideò ait: *Memento, quæſo, quomodo ambulaverim coram te in veritate, & corde perfecto, & quod placitum eſt coram te, fecerim.* Qui ſciebat cœleſtis œconomiæ promiſsionem obedientiæ addictam, ius obedientiæ ſuæ explicat, ut Verbi divini executione non fruſtretur, quaſi dicat, numquid rebellem me tuæ voluntati expertus es, ut à me pollicitationẽ divini Verbi removeas? Numquid populum à tua lege & obedientia averſum, ad præcepta tua colenda non reduxi? Numquid abolitam tuam legẽ in animis impiorum non inſtauravi? Numinis tui cultum ardenti zelo proſecutus non ſum? Cur, obſecro, obedientem animum obediẽtiæ præmio, & promiſsione deſtituis? Verè Ezechiæ obſecundationem commendat Tertullianus, & eam cœleſtis ſobolis pignore affectam plaudit lib. 3. cõtra Marcion. in Carmine.

Tertullia. *Æmulus Ezechias populi correptor inertis,*
Ablatis legem qui reſtauravit iniquis;
Hæc olim mandata Dei prior omnia iuſſit.
Qui precibus bellum, non ferri cuſpide, ſolvit.
Hic moriens lachrymis annos ac tempora vitæ
Accepit, meritò talem, tulit actus honorem.

Deinde ut aſtruat adeò altiſsimè obediẽtiã & divini Verbi promiſsionis progreſsũ in ſuo animo rebus omnibus prælatũ, ut illo obtento cæterorũ laborum & bonorũ oblivionem iam ebiberit, cùm filium nanciſcitur, quo & obedientiæ ſuæ fides firmatur, & divini Verbi decurſus ſtabilitur, nato Manaſſes nomen imponit: *Ezechias autem genuit Manaſſen*, qui interpretatur *Oblivio*: in memoriam reducens gratam mentẽ Ioſephi Patriarchæ, cuius nunc ſe dedit imitatorem: Nato enim Ioſepho primogenito in Ægypto, nomen ei indidit Manaſſes, ut debitam gratiã pro tanto dono Deo dignè referret: *Vocavitque nomen primogeniti* Gen. 41. 51
Ma-

Manaſſes, dicẽs: obliviſci me fecit Deus omniũ laborũ meorum & domus patris mei, Gen. 41. 51. oblivionẽ, quã poſteritas attulit Ioſepho, filiũ unicũ ſuũ bonum reputãti, ſuggeſsit Ezechiæ Divini Verbi executio, quaſi illã unicã ſuã cenſeret felicitatẽ. Optimè Chryſoſt. hom. 1. imperfect. *Manaſſes autẽ interpretatur ex oblivione, quã interpretationẽ cõmendat liber Geneſeos, ubi cũ natus fuiſſet in Ægypto filius Ioſeph, vocavit nomẽ eius Manaſſes dicẽs: Obliviſci me fecit Deus laborũ meorũ, & laborũ omniũ domus patris mei. Propterquod cũ genuiſſet filiũ, vocavit eũ ex oblivione, quaſi ex deſperato filiũ ſibi natũ.* Ex præhabitis omnibus liceat tibi delegere, cũ conſiliũ divinæ mẽtis fuerit, divino filio adornare nobiliorẽ progeniẽ, eãq; auguſtiorẽ cẽſuiſſe, magiſque tanto inſtituto dignam, cui obedientiæ claritudo immiſcebatur, ideòq; eã virtutẽ præoptaſſe in divini filij genere præfulſiſſe.

Chryſoſt.

§. V.

Nobilitas tum divinæ generationis æterni Patris Filij, tum humanæ ex obedientia delibatur.

64 *TRiplex obedientiæ ſtatus aſſeritur, ex Ioſue 10. 3. D. Thom. & Caiet.*

65 *Quo obedientiæ genere obſervaverit æternũ Patrem divinus Filius etiã ante humanitatẽ aſſumptã, ex quo nobilitas obedientiæ adſeveratur: Adſtruitur Filiũ obedientiã cuius fuit capax exhibuiſſe Patri, ex Geneſ. 1. 6. per Baſil. & ex Gen. 1. 14. per Caiet. & Ambroſ.*

66 *Cũ parilis æqualitas in omnigena perfectione verſetur inter Patrẽ & Filiũ, Filius inducitur obediens Patri, nõ verò Pater Filio propter originis rationem, quaſi ab origine Filius habeat Patri obedientiam deferre, & claritudo divinæ originis abſque obedientia non fuerit. Lepidè illuſtratus locus ad Philipp. 2. 5. à Ioan. 10. 30. & c. 14. 9. & c. per Tertul.*

67 *Temporalis divini Filij generatio perfectiori obedientiæ ratione felicitatur, quæ veluti obedientia concreta eſt ex loco ad Hebr. 12. 2. per Chryſoſt. Nazian. Anſel. & ex cap. ad Hebr. 10. 5. & Pſal. 39 7. qui lucem accipiunt à Deuter. 15. 16. 17. & Exod. 21. 6.*

68 *Obedientia perfectior eſt, quæ præceptũ prævenit & ſignis ſuperioris paret, ex D. Thom. & hæc inventa eſt in primo generationis Chriſti inſtanti, iuxta perplurium Patrum Eccleſiæ ſenſum.*

69 *Ob huiuſmodi obedientiæ rationẽ cõmendandã, libri nomen præter veteris teſtamenti Scriptorum morem hiſtoriæ ſuæ Matthæus impoſuit, per Theoph.*

70 *Nec placuit Matthæo in frõte dũtaxat Evãgelij huius obedientiæ nobilitatẽ affigere, ſed in genealogiæ ſerie eã exaravit, Matth. 1. 3. qui eluceſcit à Gen. 38. 29. ex Chryſoſt. & Theophilacto.*

71 *Chriſtus Dñs ut ſe ab obedientia ortũ teſtaretur, ſi quãdo vel leviſsimã inobedientiæ larvam ſanctiſsima Mater aſſumebat, eã ignorare & diffiteri videbatur, elucubratus Matth. 12. 46. ex Tertul. ſed in eo magis matrẽ cõmendabat & honorabat, quæ perfectiſsimæ obedientiæ ſacrariũ ſemper extitit ex Iuſtino Mart.*

72 *Obedientiæ Chriſti nomẽ parẽtis ſuæ indidit ex Auguſt. qui lucẽ accipit à loco ad Rom. 10. 16. & à Ioan. 5. 25. cõſentit Leo.*

73 *Quo pacto tẽporalis Chriſti generatio divinã fuerit æmulata ex mẽte Auguſt. quæ illuſtratur à Pſal. 148. 5. & Gen. 1. 2. per eundẽ Auguſt. ſedatur difficilis quæſtio orta ex cõtrarietate invẽta inter locũ Gen. 1. 31. & Gen. 2. 1. & 2. & ex ea inducitur prõptitudo & facilitas divinæ generationis (quæ maxima obedientiæ pars eſt) per Rup.*

74 *Expenditur obedientia Mariæ ex Luc. 11. 27. per Auguſt. & Gaudentio.*

75 *Cõmendatio Marianæ obedientiæ ampliatur ex loco Matth. 12. 48. per Guarric. Iſai. 62. 4. per Richar. de S. Laurent.*

76 *Divinus filius Marianæ obedientiæ amore captus eã parentẽ elegit, Pſal. 44. 11. per Paſchaſ. Incognit Chryſoſt. & Pſal. 44. 3. & 5. ex Philip. 2. 7. per Paſchaſ. locus Iſai. Abbatis. Confertur obedientia Mariæ cũ Chriſti obedientia. Luc. 1. 46. illuſtratur ex Pſal. 122. 2 per Richard. de S. Laurent. Confertur locus ad Philip. 2. 6. cũ Luc. 1. 37. & 49. per Richard. Pulchritudo Mariæ eius obedientia ex Eccli. 36. 24. per Hailgrin. & Richard. & ex Pſal. 44. per Guarricum.*

77 *Pro eodem argumento fulciendo libranturverba Gregorij Magni.*

78 *Præfertur fax Ildefonſo aſſerente Chriſtũ in lacte materno ebibiſſe obedientiã, & illuſtratur ex D. Tho. edocẽte in Euchariſtia perfectiſsimã obedientiã elucere. Maria obedientiæ gymnaſium ex Hieronym.*

79 *Spiritus ſãctus ab obedientiæ opere in divina Incarnatione emergente Spiritus ſãcti nomen ſibi adaptavit, & nomen Spiritus Domini reliquit, quod in creaturarum primordialiũ productione aſſumpſit, ex Auguſtin. & Ruperto.*

80 *Chriſtus nobilitatẽ obedientiæ cũ divinitatis claritudine quodãmodo confũdere videbatur, ſtudens ab obedientia Deus agnoſci. Quare Chriſtus oraverit prævie ad ſui corporis trãsfigurationẽ; Vt ab obe-*

dientia quæ in oratione exercetur, corpori ſuo gloria videatur enaſci, Matth. 17. 2. Luc. 9. 29. per Origen.

81 *In Thabor Petri inſcitia correcta, quæ gloriam à propria volũtate quærebat, & inſtruitur nobilitatis claritatem ſimul cũ obediẽtia progredi. Luc. 9. 33. & Matth. 17. 5. & 6. per Origen.*

82 *Chriſtus plauſum Filij Dei in Thabor ſecretò accipit, quia ibi de obediẽtia paſſionis tantummodò confabulatur. Luc. 9. 31. At in Calvario ubi plenã perficit obedientiã, Ioan. 9. 30. apud cœleſtes aulicos publicè Dei Filius celebratur, per Albertũ Magn. Hæc olfactavit Iſaac, cũ obediẽtiæ odore recreatus benedictionis ſolemnitate minorẽ filiũ honoravit, interpretatus locus Gen. 27. 27. per Caiet. & Lypom. illuſtratur à Gen. 1. 11. & c. 27. 31. per Caiet. Rẽ auctorat Ambroſ.*

83 *Chriſtus ſpiritum exhalans ab obediẽtia Dei filium voluit ſe agnoſci, Marcus 15. 37. & 39. lucem accipit à Ioan. 19. 30. Aſſiſtit Bernardus.*

84 *Difficilis locus Cyrilli Ieroſolymitani expeditur & elucescit à 4. Reg. 20. 9. ubi obedientia Dei eſt inſigne, & inobedientia hominis nota.*

64 TRriplicem obedientię ſtatũ diſtinguere poſſumus ex ſacra Pagina, & D. Thom. Primus qui obediẽtiæ nomẽ admittit in laxiori ſenſu & improprio, nempè cũ ſuperior volũtatem inferioris exequitur, ſic Deus dicitur Ioſue voci obtemperaſſe, Ioſue 10. 13. *Stetit itaq; Sol in medio cœli, & nõ feſtinavit occũbere ſpatio unius diei, nõ fuit anteà nec poſteà tã longa dies, obediente Deo voci hominis.* Secũdus amplectitur obedientiam in ſenſu magis proprio & accincto, ſcilicèt cũ imperiũ proficiſcitur ab æquali in æqualẽ, & obediẽtia inter pares ſtatuitur, huiuſmodi imperiũ & obedientia eſt unius ad ſe ipſum. Quocircà D. Tho. 1. 2. q. 17. art. 5. cõcedit volũtati imperiũ reſpectu ſuorũ actuũ: undè volũtas ſibimet imperat, cum actibus ſuis imperat; ſibimet paret cũ proprij actus illi parent. Et art. 6. idẽ imperiũ ſtabilit in ratione reſpectu ſuorũ actuũ. Quamobrẽ in D. Thom. reſponſo ad primũ ait: *Ad primũ ergo dicẽdũ, quòd ratio hoc modo imperat ſibi ipſi ſicut & voluntas movet ſeipſam, ut ſuprà dictũ eſt, in quantũ ſcilicèt utraq; potẽtia reflectit ſupra ſuos actus & ex uno in alium tendit.* Tertius obedientiæ ſtatus ſtrictius obedientiæ acceptionẽ coarctat, eamq; ſolã obedientiã agnoſcit, quæ reperitur inter inferiorẽ & excellentiorẽ, nẽpè cũ ſubditus præceptis à ſuperiore latis obſecũdat. Ita D. Tho. 2. 2. q. 104. art. 1. in corp. & Caiet. ibi. Vndè art. 5. in corp. nomen obedientiæ inter æquales excludit, quia de obedientia propria & ſuccincta ſermonẽ habet. Inquit enim: *Tenetur autẽ homo homini obedire in his quæ exterius per corpus ſunt agenda, in quibus tamẽ ſecundũ ea, quæ ad naturã corporis pertinẽt, homo homini obedire non tenetur, quia omnes homines in natura ſunt pares, &c.* Ex quibus infertur obedientiam inter æquales repertã impropriã accerſi, ſi cũ inventa inter impares auctoritate & poteſtate conferatur, propriam tamen appellari cum ea, quæ ſuperioris datur ad ſubditum comparatam, ſingulas tamen obedientiæ nomen obtinere. D. Thom. Caietan.

65 His præhabitis: operæpretium eſt, ut adſtruamus, & æternũ patrẽ imperiũ diſtringere erga filiũ ante omnẽ œconomiæ rationẽ, & verbũ obedientiã exhibere patri; nõ quidẽ ſtricto modo, nec nimis diſcincto, ſed qui æqualitatẽ inter imperantẽ & obedientẽ tuetur, in eo enim nec imperiũ auget perfectionẽ in præcipiente, nec minuit in obſecundante obſequium, etenim manet inter utrumq; illæſa & perfectionis, & maieſtatis æqualitas. Hanc igitur præcepti & obedientiæ ſeriẽ inter Parentẽ divinum & eius ſobolẽ agnoſcunt, decerpuntq; ex ſacra Pagina Eccleſiæ Patres: adducũtq; locũ Gen. 1. 6. *Dixit quoque Deus: Fiat firmamentũ in medio aquarum, & dividat aquas ab aquis: & fecit Deus firmamentũ: Diviſitq; aquas, quæ erãt ſub firmamento ab his, quæ erãt ſuper firmamentum.* Etenim ea verba: *Dixit quoq; Deus.* Itẽ & ea: *Dividat aquas ab aquis.* Dei imperiũ ſonãt præcipiẽtis ut firmamentũ ſtabiliatur conditũ, & diſcindãtur aquæ. Rurſum ea verba: *Et fecit Deus firmamentum, diviſitque aquas,* Dei obedientiam indicunt iniunctũ præceptũ exequentis, educentis firmamentum, & aquam diſcernentis. Sed quo, quæſo, pacto & imperat Deus & obedit Deus? Quia ſub uno Deo, & ſub unius naturę & perfectionis paritate, alia eſt perſona quæ imperat, nempè Pater, alia quæ obſecũdat & exequitur nẽpè Filius. Non addit perfectionẽ præceptũ, non deterit obedientia, cùm unus ſit Deus, eiuſdemq; ſubſtantiæ, & perſona quæ imperat, & quæ paret. Præclarè quidẽ in eũ locũ Baſilius, apud Lypom. priora verba interpretans: *Dixit quoq; Deus: Fiat firmamentũ,* Baſilius. ſic ſcribit: *Iã & pridie Dei verba præceptumque percepimus: Fiat lux, & hodie eiũdã audimus: Fiat firmamentũ, plus tamen aliquid præſentia verba videtur habere, propter quod oratio non modò conſiſtit in præcepto, ſed & cauſam cur ipſa requiritur extructio firmamenti, ſine cunctatione protinus addit, ut dividat, inquiens, aquas ab aquis, &c. Nũc verò Deũ iubentẽ inducens*

Ioſue 10. 13.

Geneſ 1. 6.

ac

ac differentem, eum ſanè taciturnitate cui iubet, & qui cùm differit, inſinuat, aut ſubſtendit, haud invidens nobis ne illius notitiã conſequamur, ſed ad illius deſideriũ nos incendens, gratia cuius veſtigia quædã indiciaque ſecretæ rei ſubmittit. Vt igitur ad eã inquirendã perſonam ad quam verba diriguntur, noſter animus excitetur, hæc ſũpta eſt ſapienter artificioſèque locutionis figura. Deinde ad ea verba deſcendẽs: *Et fecit Deus firmamentũ, diviſitque aquas*, ait: *Poſt hoc enim imperiũ Dei: Fiat firmamẽtum: non dictũ eſt ſimplici modo, & factum eſt firmamentum, ſed: fecit Deus firmamentũ: & rurſus: & diviſit aquas quæ erãt ſuper firmamentũ, ab his quæ erãt ſub firmamẽto. Exaudite vos, exaudite qui ſurdi eſtis, reſpicite vos, qui cæci eſtis. Et quis, quæſo, ſurdus eſt, niſi qui non exaudit adeò magna voce Spiritũ ſanctũ clamantẽ? Quis deniq; cæcus eſt, niſi qui nõ cernit ac inſpicit adeò apertas, adeò claras de unigenito Filio Dei demonſtrationes? Fiat firmamentum. Hæc voxprofecto cauſæ principis eſt. Fecit Deus firmamentum: Hæc effecti vis eſt ſanè, creatricisque potẽtiæ filij teſtis.* Subſcribit Ambroſ. apud eumdẽ Lypoman. *Deus eſt itaq; qui dicit venerabilis naturæ, inæſtimabilis magnitudine, immẽſus in remunerationibus incomprehẽſibilis in operibus, cuius altitudinẽ ſapientiæ quis inveſtigare facilis? Iſte inquam dicit filio, id eſt brachio ſuo, dicit virtuti ſuæ, dicit ſapientiæ ſuæ, dicit iuſtitiæ ſuæ: Fecit namque filius quaſi potens, fecit quaſi virtus Dei, fecit quaſi ſapientia Dei, fecit quaſi iuſtitia Dei.* Ecce quomodo filius parentis præcepto reſpondet, & illius imperium perficit, qui licèt unus cum eo Deus ſit, ab illo tamen diſtincta perſona eſt. Ex ſimili elocutione idẽ myſteriũ deducit Ambroſius: ſcriptũ eſt enim Gen. 1. 14. *Dixit autẽ Deus: fiant luminaria in firmamento cœli, & dividant diẽ ac noctẽ, &c. & factũ eſt ita: Fecitque Deus duo luminaria magna.* Scitè hîc admonet Caietanus: *Non eſt ſenſus, quòd poſtquã factum eſt ita, ſicut dixit Deus, quòd fecerit Deus duo luminaria magna (facere enim præcedit eſſe) ſed eſt ſenſus, quòd factũ eſſe ita ut dixit Deus, effectũ eſt hoc modo, videlicet, quòd fecit Deus duo luminaria, ita quod priùs deſcribitur terminus, & factũ eſt ita, & poſteà deſcribitur modus, quo factũ eſt.* Itaque præceſsit imperiũ Dei: *Dixit autem Deus: fiant luminaria:* & ſtatim obediẽtiæ executio ſucceſsit: *Fecitque Deus duo luminaria.* Deus eſt qui præcepit, Deus eſt qui præceptũ obſervat. Profecto inquit Ambroſius, ſub uno Deo una eſt perſona quæ iubet, nẽpè Pater, alia quæ imperiũ implet, ſcilicèt Filius: *Deus ergo dicit, & cui dicit, niſi filio? Deus pater dicit: Fiat Sol, & filius fecit ſolẽ.* Ita enim ille apud Lypoman.

Ambroſ.

Ambroſ.

Gen. 1. 14.

Caietanus.

66 Meritò diſquires, cũ utraque Parentis & Filij perſona æquali vigeat potentia, ſimili polleat gloria, pariliſque floreat maieſtate, cur imperiũ ex ſacræ Paginæ diſciplina ſpectet ad patrẽ, obediẽtia ad filiũ; præcepti principatus attribuatur patri; Filio executio, nec unquã inveniamus iubẽdi auctoritatẽ appropriari filio, patri verò obſequiũ parendi? Verè credã eum rerũ ordinẽ ex natura divinæ originis deduci, per quam filius, id omne quod eſt, agnoſcit ſe à patre accepiſſe, & iugiter accipere. Quãvis enim ſciat divinus filius ſe cũ patre de omnigenę perfectionis æqualitate poſſe & debere cõtendere, adeò ut nequeat ab eo, vel in minima dignitatis aut excellentiæ præeminentia ſuperari; (id enim recta fides docet) tamen ex eo quòd patrem intueatur fontem ſuæ ſubſtantiæ, à quo quidquid auctoritatis, ſublimitatis, claritudiniſque in omni perfectionis genere ſuſtinet, perenniter emanat. Videtur in eo gigni quædam veluti reverẽtia, moderatio & obſervantia erga patrem, quâ cupit imperiũ ſemper deferri patri, ſibique obedientiæ munus adciſci: & præ ea modeſtiæ vi (ut ita loquar) quâ colit ſuæ ſubſtantiæ principium, nunquam apertè de æqualitate cũ patre gloriatur, nec eã vẽditat, quamvis poſſet. Modeſtioribus ſemper vocibus utitur, ut eã exprimat, & quę, quidquid contentionem & iactantiam redolet, excludunt. Accedat lepidè & noviter elucubrandus difficilis locus Pauli ad Philip. 2. 5. *Hoc enim ſentite in vobis, quod & in Chriſto Ieſu, qui cùm in forma Dei eſſet nõ rapinã arbitratus eſt eſſe ſe æqualem Deo, ſed ſemetipſum exinanivit formã ſervi accipiẽs, in ſimilitudine hominũ factus, & habitu invẽtus ut homo.* Trita & cõmunis huius loci interpretatio eſt aſſerere, Chriſtum non putare ſe aliquid à Patris maieſtate & auctoritate præripere, dũ æqualitatẽ illius adfectat. Sed cũ eo ſenſu nõ aptè videntur ſequẽtia verba cõnecti: *Sed ſemetipſum exinanivit, &c.* Etenim ex eo quòd divinus filius nil ſe æſtimet à patris excellẽtia detrahere, dũ ſe illi probat æqualẽ, nõ benè infertur, quòd exinanierit ſe humanã ſervilemq; formam induendo. Quid enim conſequẽtiæ habet æqualitas cũ patre cũ exinanitione? Imó quia æqualis filius per omnia patri ut parilitatem ſibi naturæ iure debitã ſuſtineret, diſparem abiectũque ſervitutis habitum non erat aſſumpturus. Ego verò ſic ea verba adorior illuſtranda: Chriſtus cùm in forma Dei eſſet, pariliſque perfectionis & excellentiæ cum Patre, tamen non eam

Ad Philip. 2. 5.

rapinam arbitratus eſt, ut ſe eſſe æqualem Patri vocitaret, de paritate cũ illo ſe apertis & elatis vocibus iactans: verè ſciebat ſe nihil ex paterna gloria uſurpare, cùm parẽ ſe Patri exhibebat: tamen ea moderatione & obſervantia erga fontem ſuæ ſubſtantiæ utebatur, ut ſi magnifica iactatione æqualitatem, quam cum Patre habebat, prædicaret, oſtentaretque, rapinam ſe commiſiſſe arbitraretur. Ea verba Apoſtoli ſic accepta præclaro conſequentiæ nexu ad ſe advocãt verba ſequentia: *Sed exinanivit ſemetipſũ formam ſervi accipiẽs, &c.* Quaſi dicat, tãtum affuit à divino Filio, qui æqualis Patri exiſtebat, ut ſe Patri parẽ gloriosè efferret, quod ad humanæ naturæ humilem ſervitutem ſe deiecerit. Sed adhuc difficultas nõ lenteſcit: ſi Filius æquè bonus, æquè potens, æquè perfectus ac Pater emergit, cur inquit Paulus, non in eam illum deveniſſe rapinã, ut publicis præconijs æqualem ſe illi iactitaret? Cur rapinæ incuſandũ eſt propriæ gloriæ & maieſtatis præconium? Verè ſi Evangelicã geſtorũ & verborũ Domini Ieſu hiſtoriã diſcutias, attẽdes urbanitatis & modeſtiæ cultũ quẽ Chriſtus, etiã ut Deus, erga parentẽ obſervat. Non enim reperies illum cum Patre de æqualitate decertare, nec in maieſtate ſe illi cõferre; ſed moderatiorib' ſemper verbis uti: *Ego & pater unũ ſumus*, Ioan. 10. 30. & c. 14. 9. 10. & 11. *Philippe qui videt me, videt & Patrem. Quomodo tu dicis: Oſtende nobis Patrẽ? Nõ credis quia ego in Patre & Pater in me eſt? Verba quæ ego loquor vobis, à me ipſo non loquor. Pater autem in me manens ipſe facit opera.* Quæ quidẽ verba, eo urbanitatis modo ſũt condita, ut licèt debeant intelligi de unitate ſubſtantiali identitateque naturæ, quã filius cũ patre habet, tamẽ poſſent interpretari de unitate affectionis & amoris, quæ frequenter inter dignitate diſpares reperitur, unum enim ſæpè facit inæquales maieſtate animos amor. Igitur hæc moderationis, & quaſi reverentiæ obſervãtia defertur parenti à filio, non quia illũ ut ſibi prælatũ ſuſpiciat: eſt enim filius Deus, & Deus dediſcit ſuperiorẽ. Sed quia illũ fontem & originẽ ſuæ naturæ reveretur, & totũ quod eſt ab illo cõmunicatum agnoſcit. Præſtatque obſervãtia, quem eiuſmodi cognitio parit, ut quaſi rapinã arbitretur filius cõtentioſe de æqualitate cum parẽte gloriari. Hãc interpretãdi rationẽ didici ex Tertullian. vel ſi mavis ex Novatiano lib. de Trinitate c. 17. *Qui cũ in forma Dei eſſet, inquit. Si homo tantũmodo Chriſtus, in imagine Dei, nõ in forma Dei relatus fuiſſit: hominem enim ſcimus ad imaginẽ Dei, nõ ad formam Dei factum: quis ergo eſt iſte, qui in forma Dei, ut diximus, factus eſt Angelus? Sed neque in Angelis formam Dei legimus, niſi quoniam hic præcipuus atque generoſus præ omnibus Dei Filius, Verbum Dei, imitator omniũ paternorũ operũ, dum & ipſe operatur, ſicut & pater eius, forma (ut expreſsimus) eſt Dei patris. Et meritò in forma pronuntiatus eſt Dei, dũ & ipſe ſuper omnia, & omnis creaturæ divinã obtinens poteſtatẽ, & Deus eſt exẽplo patris, hoc ipſum tamẽ à patre proprio cõſecutus, ut omniũ & Deus eſſet, & Dñs eſſet, & Deus ad formã Dei patris ex ipſo genitus atq; prolatus. Hic ergo quamvis eſſet in forma Dei, non eſt rapinã arbitratus æqualẽ ſe Deo eſſe. Quãvis enim ſe ex Deo patre Deum eſſe meminiſſet, nunquã ſe Deo patri aut cõparavit, aut contulit, memor ſe eſſe ex ſuo patre, & hoc ipſũ quod eſt, habere ſe quia pater dediſſet. Inde deniq; & ante carnis aſſumptionẽ, ſed & poſt aſſumptionẽ corporis, poſt ipſam præterea reſurrectionem, omnẽ patri in omnibus rebus obedientiã præſtitit pariter ac præſtat.* Cernẽ quomodo ab origine proveniat divino filio obediẽtiæ ratio, cuius eſt capax, ut nulla ſit origo etiã divina, quam obedientia non nobilitet; ſimulq; ex his tibi innoteſcet quã ob cauſam Spiritus ſanctus in ſacra Pagina, iuxta Eccleſiæ patrũ interpretationẽ, æterno Parẽti attribuat imperiũ, Filio obediẽtiam adſcribat.

Ioan. 10. 30. Ioan. 14. 6. 10. & 11.

Tertullian

67 Certè divinus filius qui in æterna generatione obedientiã didicit, quæ omnẽ abnuit imperfectionẽ, nec minuit poteſtatis, & maieſtatis gloriã quã cũ parẽte habet æqualẽ, ut tẽporalẽ generationẽ illuſtraret, perfectiſsimã ei obedientiã immiſcuit, nos erudiens eã generationẽ nobiliori claritudine cogi, quæ celebriori obedientia cõpingeretur, & qui cũ in forma Dei eſſet, eã obedientiã nõ detrectavit, quæ illæsã maieſtatẽ, qua æqualis eſt patri, ſervaret, formã ſervi induens in primo ſuæ tẽporalis generationis inſtanti, ad ſtrictiſsimã parẽdi formã ſe accinxit. Cùm enim pater Chriſto in primo eius conceptionis inſtanti obtuliſſet optionẽ eligẽdæ libertatis, impaſsibilitatis & incolumitatis corporis, vel paſsibilitatis ſervitutis & obediẽtiæ, prælegit obediẽtię ſubijci, & diriſsimũ genꝰ necis, nẽpè crucis, ſubire Patris præcepto conſtrictus, ne generatio ſua humana ab obedientiæ conſpicua ingenuitate deciſceret, nobiliſque crederetur quæ obedientiã ſibi accerſebat. Sic non ignobiles recentiores, quos refert, & quibus aſſentit P. Ioan. de Lugo tom. de Incarnat. diſput. 3. ſect. 1. n. 12. & 13. ſuamque ſententiam non invalidè communiunt ex illo Pauli ad Hebr. 12. 2. ubi loquens de Chriſto primum ad vitã faciẽte gra-

Ioã. de Lugo.

gradũ, hoc eſt in primo ſuæ generationis inſtãti ait: *Aſpiciẽtes in auctorẽ fidei, & conſummatorẽ Ieſũ, qui propoſito ſibi gaudio ſuſtinuit crucẽ, cõfuſione contẽpta, atq; in dextera ſedis Dei ſedet.* Græci Codices apertè habent: *Pro propoſito ſibi gaudio, id eſt pro gaudio ſibi propoſito*, vel *loco propoſiti ſibi gaudij*: ut ſit ſenſus. Cùm Chriſtus in primo ſuæ incarnationis momento ex parentis ſibi optione facta, gaudiũ attenderet ſibi eſſe propoſitũ, & vitã totius mali expertem voluptatumq́ue copia exundantẽ, cũ videlicet poſſet non mori, & felici corporis incolumitate frui, aliaq́; ratione humanæ ſaluti proſpicere, præelegit eo gaudio poſtpoſito in crucẽ agi, ignominia diræ & probroſæ necis neglecta. Sic Chryſoſt. *Licebat illi nihil pati ſi voluiſſet, non enim peccatũ fecit, neque dolus inventus eſt in ore ſuo, ſicut & ipſe dixit in Evangelio: Venit enim princeps mundi huius, & in me non habet quicquã.* Et in eamdẽ ſententiã Nazianzen. apud Oecumeniũ: *Cui cũ liberũ fuiſſet manere in propria gloria, & divinitate, nõ ſolũ exinanivit ſemetipſum uſque ad formã ſervi, ſed & crucẽ ſuſtinuit, ignominia contẽpta.* Et Anſelmus lib. *Cur Deus homo*, c. 19. totã præfatã diſciplinã videtur cõplecti. Fulcitur propoſitæ ſententiæ veritas ex loco Pauli ad Hebr. 10. 5. *Ideò ingrediẽs in mundũ dicit: Hoſtiã, & oblationẽ noluiſti, corpus autẽ aptaſti mihi: Holocauſtomata pro peccato nõ tibi placuerũt; tũc dixi: Ecce venio: In capite libri ſcriptũ eſt de me, ut faciã Deus voluntatẽ tuã.* Hæc quidẽ verba deſumpſit Apoſtolus ex Pſal. 39. 7. *Sacrificiũ & oblationẽ noluiſti, aures autem perfeciſti mihi*, ſeu ut alij vertunt, *perforaſti. Holocauſtũ & pro peccato non poſtulaſti; tũc dixi: ecce venio. In capite libri ſcriptũ eſt de me, ut facerẽ voluntatẽ tuã; Deus meus volui; & legẽ tuã in medio cordis mei.* Chriſtũ igitur primũ vitæ limen attingentẽ, hoc eſt in primo ſuæ conceptionis inſtãti conſtitutũ, ut obedientiã profiteatur, ad quam explendã è ſinu parentis deſcẽderat, inducit regius Pſaltes ſic patrem affantem. Quoniã hoſtiæ & oblationes antiquæ tibi gratæ nõ fuerunt, præſtò eſt iã vitæ meæ perjucundũ tuis oculis ſacrificium, in quo præceptũ à te mihi impoſitũ moriẽdi perficiã, ideò perfeciſti, ſeu perforaſti mihi aures tanquam voluntario ſervo, qui amat haud quaquã à ſervitute & obedientia Domini ſolvi. (Verè hìc fit alluſio ad ritũ illũ, quo ſubula perforabatur eius, qui poſt annum ſextum ſervire adhuc eligebat toto vitæ tẽpore. Deuter. 15. 16. 17. & Exod. 21. 6.) Seu perfeciſti, ut arrectæ eſſent & intẽtæ ad tuæ vocis auſcultationẽ. Sunt autẽ qui aſſerant Hebraicè poſitas eſſe aures pro toto corpore per Synedochẽ, idq́; ad rẽ præſentẽ accommodatè, ideòq́ue Paulum ut tropũ explicaret, poſuiſſe corpus, neque enim aures ſine corpore eſſe queũt; interim autẽ ut ait ſcholion Græcũ, futuri ſacrificij vim tacitè indicavit, *corpus*, inquit, *aptaſti mihi*, quo tibi obtẽperare, meq́; ipſum immolare valeã. *Aptaſti*, id eſt, corpus autẽ aptũ ad id perficiendũ, ad quod aſſumebatur mihi finxiſti. Et quoniam priſtina ſacrificia & holocauſta in expiationẽ peccatorũ nõ ſanxiſti, quippè quæ ad abſtergenda peccata nulla virtute vigebãt; ecce iã venio ſicut de me liber veteris Teſtamẽti prædixerat, ſanguinis mei hoſtiã oblaturus, quæ hominum expurget peccata: *Deus meus volui*: hoc eſt libẽter me offero; corpus hoc paſsibile aptũ ad crudeliſsimã crucis mortẽ perferendã accepto. Quocirca ſatis ad rẽ conſentaneè ſubdit Paulus ad Hebr. 10. 8. *Superius dicens, quia hoſtias & oblationes & holocauſtomata pro peccato noluiſti, nec placita ſunt tibi, quæ ſecundũ legem offeruntur, tũc dixi: ecce venio, ut faciam Deus meus volũtatem tuam, aufert primum, ut ſequens ſtatuat.* Attende quomodo nobiliſsima Chriſti origo obedientia quaſi ſubigatur, cũ in primo ſuæ conceptionis inſtanti eã præligat, amplectatur, & profiteatur.

68 Vt autẽ perdiſcas illuſtriori conceptioni, perfectiorẽ & conſũmatiorẽ obedientiã deberi, quò innoteſcat, nobilitatẽ ſimul cũ obedientia creſcere, pariliq́; celeritatis gradu ut individuas ſorores curſu ſuũ agere, vixq́ue abſolutiorẽ numeris omnibus obedientiã abſque auguſtiori claritudine inveniri: placet mihi graviſsimorũ Patrum & Doctorũ placitũ aſſerentiũ Chriſto Domino impoſitũ neutiquã fuiſſe præceptum ſub peccato obligãs, ſed ſolũ præceptũ, ſeu mãdatum, quod quidẽ extẽditur ad ordinationẽ, directionẽ, & regulã ſuperioris, qui poteſt ſub peccato obligare, non tamen obligantis: ſicut regulæ religionũ, & ordinationes Prælatorũ ſpectant & dirigũtur ad ſubditos honeſtè cõponendos, & tamẽ frequẽter non ligant ſub peccato, ſunt tamen materia obedientiæ, & quidẽ obedientiæ perfectioris, ut S. Thom. docet, 2. 2. q. 104. art. 2. *Voluntas ſuperioris quomodocunq; innoteſcat, eſt quoddã tacitũ præceptum, & tãto videtur obedientia perfectior, quãto expreſſum præceptũ obedientiæ prævenit, voluntate ſuperioris intellecta.* Iuxta quã doctrinam poſteà art. 5. diſtinguit tres obedientiæ gradus: *Sic ergò poteſt triplex obedientia diſtingui, una ſufficiẽs ad ſalutẽ, quæ ſcilicet obedit in his, ad quæ obligatur; alia perfecta, quæ obedit in omnib' licitis; alia indiſcreta,*

Chryſoſt.

Nazianz.

Anſelmus.

Ad Hebr. 10. 5.

Pſal. 39. 7.

Deuter. 15. 16. 17. Exod. 21. 6.

Ad Hebræos 10. 8.

D Thomas

quæ etiã in illicitis obedit. Pro hac ſentẽtia militant Chryſoſt. hom. 59. & 75. & Ioan. & hom. 28. in epiſt. ad Hebræos, ad illa verba: *Qui propoſito ſibi gaudio.* Cyrillus Alexand. lib. 7. in Ioan. cap. 7. Theophilact. in cap. 14. Ioan. Euthym. in cap. 10. Ioan. Anſelmus opuſculo de meditat. redẽptionis c. 3. & 4. & alibi ſæpè. Albertus Mag. c. 3. de virtutibus. Dionyſ. Ciſter. in 3. q. 3. art. 2. concl. 6. Magiſter Victoria teſte Medina infrà q. 47. art. 2. & ipſe Medina eam cenſet probabilem in 1. 2. quæſt. 114. art. 1. Lorca in 3. par. quæſt. 19. diſput. 63. afferens pro ea Paludan. in 3. d. 12. quæſt. 2. art. 3.

Chryſoſt. Cyrillus. Theophil. Euthymi. Anſelmus. Albertus Magn. Dionyſius Ciſter. Victoria. Medina. Lorca.

69 Eamque obedientiæ rationẽ, quæ nõ ſub peccato arctat, ſed alacri quodã & facili animo fertur ad voluntatẽ præveniendã ſuperioris, & illius directionem exequendam, ut perfectiorẽ & Chriſto dignioré cõmendat Matthæus in præfixa ſuæ Hiſtoriæ inſcriptione ſeu fronte: *Liber generationis Ieſu Chriſti*, Matth. 1. 1. ſciſcitatur Theophilactus, quãobrẽ Matthæus in inſcriptione præfigenda ſuæ hiſtoriæ morẽ antiquorũ patum nõ fuerit inſecutus, qui quoniã verba quæ populo annũtiabant, ex divino Spiritus ſancti afflatu hauſerant, ut ea cõmendarent, altiuſque audientiũ animis exequẽda infigerẽtur, à divinæ viſionis auctoritate titulum libris imponebant: *Viſio Iſaiæ filij Amos*, c. 1. 1. & c. 2. 1. *Verbũ quod vidit Iſaias*, & Ierem. 1. 1. & 2. *Verba Ieremiæ, &c. quod factũ eſt verbũ Domini ad eũ.* Igitur Matthæus cùm pariter à Spiritu ſancto dicerit, quæ ſcribẽda ſuſcepit, nihil enim in ſui Evangelij libro calamus digeſſit, & expreſſit, quod Spiritus sãctus nõ ſuggeſſerit, cur quæſo ab eorũ cõſuetudine deflexit, nec enim ſe à cœleſti revelatione accepiſſe, quæ exaravit affirmat, quẽadmodũ Iſaias: æquè enim ac ille poterat Matthæus ſic hiſtoriã ſuam inſcribere, viſio Matthæi. Nec in inſcriptione teſtatus eſt, verba, quæ ſcriptis edidit, verba Dei eſſe, ſicut Ieremias, ſed cõſentaneũ duxit hiſtoriæ ſuæ libri nomen indere. Verè exiſtimẽ Matthæũ eo ſtudio accuraſſe ingẽs diſcrimen aperire, quo perfecta obediẽtia, quæ ad legẽ evangelicã ſpectat, & quam Chriſtus Dominus inſtituere deſcendit, ab imperfecta diſcernitur, cuius veſtigijs tantummodo laſsi antiquorũ animi & legis pondere depreſsi inſiſtebãt. Meherclè hi tanquã duri & incircumciſi corde, & qui virtutis tramitẽ faſtidiebant, ut divinã voluntatẽ opere implerẽt, virtutiſq; diſciplinã inſectarentur, aperta præcepta, & minas, ſi ab eis deficerent, expectabant, & qui virtutis pulchritudine nõ alliciebãtur, præceptis & cõminationibus cogebantur: Ideò ſacri Prophetæ & Eccleſiaſtes à divinæ poteſtatis auctoritate exordiebãtur, initioque ſermonis præmittebant divinã eſſe viſionẽ, divinaque verba, quæ tradebant, ſciebãt enim languidũ populũ non amoris virtute ferri in Dei obſequia, ſed ægrè præceptis cœleſtib' & divinæ viſionis coactione ad auſcultandum Dei inſtitutis; quod quidẽ imperfectè obedientiũ eſt. Matthæus verò cũ eã nobilis obedientiæ normã, contendat cõmendare, quã Chriſtus advenit animis fideliũ inſerere, ab antiqua inſcribẽdorum librorum formã avertit mentẽ contentuſq; eſt hiſtoriæ ſuæ libri nomine inſignire. Nã perfectus obediens, & qui virtutis amore capitur, ut cõſiliorũ evangelicorum difficilè diſciplinæ adhæreat, divinã viſionẽ, apertaq; Dei verba nõ ambit, ſignis tantũmodo ducitur, ut pareat, ſatis eſt illi ad dura onera ſuſcipienda, ſi in libro legat, Deo ſe morẽ geſtorũ ſi ea ſuſcipiat, libri lectionẽ quæ illi divinã aperit voluntatem, tanquam præceptũ ſuſpicit. Hæc profecto ſumma obedientia eſt, quæ ita alacrẽ avidũque divinæ dignoſcendæ & peragendæ volũtatis exquirit, ut ſignis tantũ, ſimplicique voce ad eã explendã rapiatur. Ideòque Evãgelicus hiſtoricus eã, ut quæ Chriſtũ, Chriſtiq; æmulatorẽ maximè deceat in ipſa Chriſti generationis inſcriptione prodit. Adeſt Theophilact. *Quã ob causã nõ dixit viſio vel ſermo ſicut Prophetæ, qui ſuos libros ſic inſcripſerũt? Quæris, ut diſcas, quare? Prophetæ loquebãtur ad duros corde, & inobedientes, & ideò dicebãt, divina eſt viſio, & ſermo eſt ex Deo, ut timeret populus, & nõ cõtemneret dicta: Matthæus autẽ ſermonẽ habebat ad credulos, gratos, & obedientes & propterea nihil tale prædixit, quale Prophetæ.*

Matth. 1. 1. Iſai. 1. 1. Iſai. 2. 1. Ierem. 1. 1. & 2. Theophil.

70 Nec placuit dũtaxat Matthæo hanc nobilis obediẽtię diſciplinã ipſo Dominicæ generationis proſpectui affigere, ſed ipſimet generationi implicare & innectere. Expẽdito illa verba: *Iudas autẽ genuit Phares & Zarã de Thamar*, Matth. 1. 3. Nota eſt hiſtoria puerorũ ortus petita à Geneſ. c. 38. 29. Cũ enim Thamar in ipſis partus anguſtijs comprimẽtibus doloribus arctaretur, conatus Zaram prior egredi manũ emiſit, quã ſtatim ſedula obſtetrix vittâ coccineâ ligavit, eoq; ſigno nobilitatẽ protinus puer ad uterum revocavit: & confeſtim natus eſt frater eius Phares. Hũc rerũ ordinẽ, in quo nihil ſuũ agnoſcit natura, divinitus actum & procuratum credit Chryſoſt. *Neque enim erat*, inquit, *conſequentiæ naturalis, ut is qui emiſiſſet manum, eamdem poſtquam eſſet vincta revocaret. Neque enim conſueti motus hoc fuit ordinis vè naturæ.* Quod ergo erit ſacramentũ in tanta rei novitate à

Matth. 1. 3. Gen. 38. 29. Chryſoſt.

Divi-

Divina providentia intentũ? Cedo Theophilacti iudicio, qui præfatæ cogitationi inſiſtens lepidè & ſalubriter myſterij rationẽ adinvenit. Perfectæ obedientiæ ratio bis ſanè emerſit in orbe: primitus quidem in priſcis illis parentibus, qui in lege naturali degebant, Abraham, Melchiſedech, Iſaac, Iacob, Iob, Moyſes, &c. qui ita erant Divinæ voluntati obſequendæ addicti, eoque illius operibus cumulandæ ardore tenebãtur, ut vix erga illos legibus & præceptis Deus uteretur, neque enim diſtringebat mandatorum aciem, quibus eos ad rẽ præſtandam compelleret, quibus ſatis erat ſimplex quædam beneplaciti ſui oſtenſio; huius obediẽtiæ ſimplicitas & perfectio ruptionem paſſa eſt, promulgatæ legis, quam Deus populo ſcriptam protulit, interiecta. Tunc enim obedientia adeò laſſata, & defeſſa ferebatur, ut niſi ſtimulis legum & præceptorũ adhibitis nequiret moveri; ſtatu legis disiecto & abolito rurſus obedientiæ perfectio in diſciplina Evangelica erupit, iuxta quam iuſti ut divinæ voluntati cõformes efficiantur, præcepti vim nõ expectant. Geminos ergo perfectæ obedientiæ exortus, inter quos medium ſe præbuit legis ſtatus & obedientiæ defectus nobiliſsimæ obſecundationis tramitem diſſecans, æſtimo adumbraſſe Zaram manum emittens ex utero, quæ filo ſanguineo vinciretur, & illam protinus abſcondens, ut prodiret Phares legem præfigurans. Quaſi puſio Zara in illo inſueto naturæ motu ſic faretur: Auguſtior obedientia & quæ ſanguinẽ regiũ divinũque decet, illa eſt, quæ priores Parentes ornabat, qui ingenuo ſpiritu accincti præceptorũ ſtimulis nõ urgebãtur, ut obedientiæ cultũ Deo deferrent, ſat enim illis erat ad præclara facinora edẽda, quod vel ſignis vel facili quapiã via divina volũtas innoteſceret, hos ego adumbro manum educẽs, quæ ſanguinis Chriſti inſigni honoretur: manũ, inquã, quæ operum miniſterio inſervit; effloret enim Dei nobilitas & ardor in his qui perfectiori obediẽtiæ amore ad opera exequẽda trahũtur. Retraho manũ, ut Phares, qui *diviſio* interpretatur, naſcatur, & prælineet legis ſtatũ, in quo priorũ parentũ obedientia elanguit, & veluti quæ pigro & lento curſu incedebat, præceptorũ legis aculeis pungebatur. Rurſus diviſione dirẽpta & lege extincta perfecta obedientia, quæ in primis parẽtibus illuxerat, in Evãgelio ſanguine Chriſti dedicato & munito renaſcitur: tanquã Chriſti ſanguis sẽper perfectioris obediẽtiæ evaſerit inſigne, eãque divinus ſanguis veluti præclariſsimũ ſui ornamentũ ambierit, in cuius rei præfiguratione & myſteriũ ego poſt Phares manu sãguinis Chriſti coruſco redimita in lucem prodij. Habes Theophilact. *Sicut Zara oſtendit quidẽ primũ manũ, & retraxit, ita in ſanctis qui erant ante legẽ apparuit, vita Chriſtiana, omnes enim illi nõ ex obſervationibus & mãdatis legis iuſtificati fuerũt, ſed quia evangelicã vitã vixerũt. Quẽadmodum enim illic nato Phares, poſterior iterũ exĩt Zara: ita lege data iterũ apparuit quæ coccineo faſciculo, nempè ſanguine Chriſti, ſignata fuit.* En quo pacto obedientiã, non quæ præceptis revincitur, ſed quæ nutus & ſigna divinæ voluntatis explorat, tanquam illuſtrius decus, digniuſque ornamentũ ſanguis Chriſti ſemper exoptarit. Theophil.

71 Hinc eſt, quòd Chriſtus Dominus ut originẽ ſuã temporalem nobilitatis titulos amplificaret, teſtaretur; auguſtiſsimũ fontẽ à quo proceſsit, obedientiã ſtatuit, quaſi nullã infamiæ maculã poſsit generatio ſubire, quæ in obediẽtia officinæ eſſet cõpacta & fabricata. Quamobrẽ parentis ſuæ voluit obedientiã emergere ſingulariſsimũ inſigne, adeòque illius propriſsimã notã, qua à reliquis omnibus dignoſceretur, ut ſi aliquãdo Maria perſonã ageret eorũ, quæ extra divini Verbi audientiã & obedientiam erant, ei parentis nomẽ inficiaretur, deferretq; illud his qui divinis verbis & eorũ obediẽtiæ erant intenti, quantumvis naturæ præſcripta illis maternitatis officia tanquã ad ea prorſus ineptis denegarẽt; ſolũ in omnibus obedientiã tanquã parentẽ agnoſcẽs. Expende, quæſo, locũ Matth. 12. 46. ubi ſic de Chriſto Domino habetur: *Adhuc eo loquẽte ad turbas, ecce mater eius & fratres ſtabãt foris, quærẽtes loqui ei: Dixit autẽ ei quidã: Ecce mater tua, & fratres tui foris ſtant quærentes te. At ipſe reſpondens dicẽti ſibi, ait: Quæ eſt mater mea, & qui ſunt fratres mei? Et extẽdens manũ in Diſcipulos ſuos dixit: Ecce mater mea & fratres mei, quicũque enim fecerit voluntatẽ Patris mei, qui in cœlis eſt, ipſe meus frater, & ſoror, & mater eſt.* Obvia eſt loci difficultas, cur ſic à pio filio repellitur mater? Quorsũ ad dulciſsimũ natũ parens ſe recipiens reſpuitur? Quare anxia eius viſendi filij vota refellũtur? Quid quòd foris maneat, quæ ingredi præ audientiũ multitudine nequit? Verè materni amoris myſteriũ latet, licèt in cortice rigidæ detrectationis ſeveritas appareat. Maria ſanctiſsima extra audiẽtiam divini Verbi facta delineabat Synagogã, & inobedientis rebelliſque illius animi larvam induebat; Diſcipuli (quib⁹ matris nomẽ Chriſtus indit) intus divinũ verbũ attẽta mente recipientes, & facili promptoq; animo ad illud exequendũ parato ſervãtes, divinæ maternitatis inſigni coruſcabant, Matth. 12. à 46. uſque ad 50.

quaſi obedientia tota maternitatis & cognationis divinæ ratio fuerit: Ergo cùm de parente & fratribus foris verſantibus, ait Chriſtus: *Quæ eſt mater mea, & qui ſunt fratres mei?* Non rerum veritatem abnuit ſed perſonam, non reſpuit ſanguinis neceſsitudinem ſed ſchemma: ad Diſcipulos cùm ait: *Ecce mater mea & fratres mei*, ſanguinis non commendat propinquitatē ſed virtutis: quod quidē ipſemet confeſtim exprimit: *Quicunque enim fecerit voluntatem Patris mei, qui in cœlis eſt, ipſe meus frater & ſoror & mater eſt.* Veluti exoptans ut tota conſanguinitatis ſuæ ratio ab obediētia petatur. Quaſi dixerit Chriſtus, in Diſcipulis verbis meis inſiſtentibus agnoſco matris meæ ſingularem notam, miram obedientiam, quæ tota ab obedientia rapitur; ideò illos Parentis perſonam gerentes, virtutemque obedientiæ oſtentantes, quæ maternitatis dignitatem parit, matrem appello. Matrem verò ſchemma præferentem inobedientis populi, & extra divini Verbi prædicationem degētis dediſco, in ea maternitatem ignoro, cognationem ab ea dedoceo; quomodo enim in inobediētis perſona Mariam ſciam? Adeò enim propriſsimum pignus maternitatis obedientia eſt, ut ſi ea in parente diſpareat, ei maternitas denegetur, ſi emergat in extraneis, matris nomen ſtatim nanciſcantur. Qua elocutione mirum in modum effert filius celebre parentis ſuæ præconium, velut ſi aſſerat. Non ſolùm obedientia Mariæ parētis meæ ſplendor & lumen eſt; ſed à Deo videtur ipſius ſubſtantiæ obedientia compacta & ſubacta; ut ubi obedientia promicat, agnoſcam Mariam; ubi obtenebreſcit, Mariam ignorem: unde ſi Maria perſonam ſumat inobedientis populi, gloria eſt Mariæ, quòd ſub ea à me detrectetur. Nam id nihil eſt aliud quàm aſpernari perſonam, & Mariam ſub illa deliteſcentem adamare. Præclarè rem elucubratur Tertullianus lib. de carne Chriſti, cap. 7. *Sed aliàs figura eſt Synagogæ in matre abiuncta, & Iudæorum in fratribus incredulis: Diſcipuli autem novi intus audientes, & credentes, & cohærentes Chriſto, Eccleſiam delineabant, quam potiorem matrem, & digniorem fraternitatem, recuſato carnali genere, nuncupat. Eodem ſenſu denique & illi exclamationi reſpondit, non matris uterum, & ubera negans, ſed feliciores deſignās qui Verbum Dei audiūt.* Tertulliani mentem illuſtrat eleganter Iuſtinus Martyr quæſt. 136. *Ijs autem non matrem debito honore fraudat, ſed docet, qua, ut ita dicam, ex maternitate Virgo ſit beatiſsima. Si enim is qui Verbum Dei & audit, & ſervat, Dei eſt & frater, & ſoror, & mater, quorū utrumque in eius matre inerat, perſpicuum eſt matrem ipſius ex hac matris ratione beatam dici oportuiſſe. Audire enim Dei Verbum, & cuſtodire virtutis eſt, mundique animi, qui totus Deum intuetur. Et quoniam non quamvis mulierem Deus delegit, quæ Chriſti mater fieret, ſed quæ cæteras mulieres virtutibus anteiret; idcircò etiam Chriſtus ab ea virtute Matrem ſuam beatam dici volebat, ex qua digna habita eſt, quæ virgo Mater fieret.*

Tertullia.

Iuſtinus. Mart.

72 Adeò Chriſtus magni pendit obedientiam, adeò nobiliſsimam æſtimavit, ſuæque nobilitati auctorādæ conſentaneā, ut inter virtutes reliquas, illam parētis ſuæ nomine conſignierit, ſciens apud nullum ſanæ mentis indubitatum fore eam generationem titulis omnibus claritudinis evadere conſpicuam, quæ ab obedientia informetur & concernatur. Quocircà obedientiam veluti parentem habet. Vnde auſus fuit dicere Auguſtinus ſerm. 11. de Nativit. Domini: *Angelus ſermonem iecit, virgo concepit; coniunctio hæc ſine ſordibus facta eſt, in qua & maritus fuit ſermo, & uxor auricula.* O quàm pura, quanta munditie prædita fuit generatio, quæ ex divino ſermone, velut ſemine in aure Mariæ iacto, coacta prodijt! Generatio in qua ſermo vicem patris, matris verò vicem geſsit auditus, quæ non præferet auguſtæ ingenuitatis præconia! Auguſtini verba ut luce irrorētur, præmitti oportet, uſitato Scripturæ ſacræ idiomate per aurem obedientiam deſignari. Eo uſus eſt Paulus ad Rom. 10. 16. *Sed nō omnes obediunt Evangelio: Iſaias autē dicit, Domine quis credidit auditui noſtro? Ergo fides ex auditu, auditus autem per Verbum Chriſti.* Quaſi ex auditu medio verbo, hoc eſt ex obedientia, qua quis mentem divino Verbo ſubijcit, proveniat fides. Quamobrem audire, idem eſt, ac obtemperare. Ad ea enim verba Ioan. 5. 25. *Amen, amen dico vobis, quia venit hora, & nunc eſt, quando mortui audient vocem Filij Dei, & qui audierint vivent*, inquit Auguſtin. ſermon. 64. de verbis Domini. *Quid eſt, qui audierint? Qui obedierint, & obtemperaverint, ipſe vivent.* His præhabitis ait Auguſtinus: *Coniunctio hæc ſine ſordibus facta eſt, in qua & maritus fuit ſermo, & uxor auricula.* Quā digna Deo generatio: cuius veluti maritus Angeli Paranimphi oraculum fuit, & verbum virgini delatum, uxoriam autem functionē tenuit obedientia, qua divinum Verbum per aurem in animo fuit exceptū. Quaſi obediētiam cenſuerit Auguſtinus divinitati affinem, unde inter reliquas virtutes, quæ in Ma-

Auguſtinus

Ad Roman. 10. 16.

Ion. 5. 25.

Auguſti.

Mariæ mente tanquam ſplendentia ſidera ſcintillabant, obedientiam divinæ maternitatis gloria veluti dignioré delegit. Ideoque aptè egregius Doctor ſubiunxit: *Hoc ſplendore Filium Dei concipi decuit, hac munditia generari.* Eadé habet Fulgentius ſerm. de laudib. Mariæ. Veluti nullum fuerit aptius inſtrumentú ad divini Filij conſpicuam nobilitatem atteſtandã, quàm quod ex obedientia gignitur. Et ſerm. 9. de Nativit. Domini rurſus ſcripſit: *Chriſtum non concupiſcentia carnis, ſed obedientia genuit mentis.* Et in eundem ſenſum coit communis Patrum elocutio (quâ frequenter utitur Magnus Leo) aſſerentium Mariam Filium æternum prius concepiſſe mente quâ corpore.

Leo.

73 His ſanè credam inniti nobilem illam audaciam Auguſtini ſer. 8. de Nativit. Dom. qua raptus eſt, ut aſſereret: *Nativitas temporalis Chriſti divinã æmulata eſt.* Et quid, quæſo, cõmune habet divina generatio, in qua procedit à Parente Filius illi conſubſtantialis & per omnia æqualis, cum temporali cõceptione in qua formatur homo inferior non ſolùm parente, ſed Angelis? Quæ ſimilitudo inter utramque verſatur, ut affirmet inclytus Doctor, tẽporalem Chriſti generationem divinam imitari? Et quidem licèt in æterna proceſſione, in qua neceſſariò oritur à Patre Filius, propriam obedientiæ rationem nequeamus comminiſci, tamen elucet non modica nec ignobilis obedientiæ portio, quæ ferè tota obedientiæ ratio ſolet æſtimari, nempe infinita illa facilitas, innataque prõptitudo & alacritas, qua Filius à Patre proceſſit. O quãtum procul abfuit à labore Pater in Filio generando! Certè commendat regius Pſaltes obedientiam, quam creaturæ præſtant creatori à geſtienti illa aviditate & hilaritate, qua Dei imperium expectãt, cui pareãt, quam etiam in effectibus his parturiẽdis, qui præter illarum ordinem naturalem ſunt, vocant Theologi obedientiam potentialem paſsivam, unde creaturarum molitio tantummodo Deo vocis prolatione, ſeu voluntatis nutu conſtitit: *Quia ipſe dixit & facta ſunt, ipſe mãdavit & creata ſunt.* Pſalm. 148. 5. Qua mente actus Auguſtinus materiam illam ex qua Deus creaturarum univerſitatẽ eduxit, autumavit à ſacro Hiſtorico aquam nuncupari propter paratiſsimam illam proclivitatem & facilitatem, quâ ſe Dei vocibus, vel nutibus ſubijciebat; unde in verbis illis: *Et Spiritus Domini ferebatur ſuper aquas*, Geneſ. 1. 2. per aquas intelligit molem illam materiæ, quæ ad Dei imperium multiplicem creaturarũ varietatem emittebat fundebatque. Ideoque ait, nomen illi aquarum eſſe inditum, quia non ampliùs negotium Deo faceſsit, quàm ſi in aqua tractãda elaboraret. *Aqua*, inquit Auguſtin. de Geneſi ad litter. cap. 4. *mobilior eſt quàm terra, & ideò propter operandi facilitatem ſubiecta materies artifici aqua erat vocanda magis quàm terra.* Vt enim quis aquam levi quodam impulſu, quocunque velit, facillimè vertit, & cõvertit, ita Dei Spiritus quodcunque vellet, opus ex parata illa materia fabricabat. Cæterùm ſi cum prædicta facilitate eam conferas, quâ Dei Filius generatus à Patre prodijt, illam moleſtiam & laborem appelles, neceſſe eſt: exenterata verba illa Geneſ. 2. 1. & 2. *Igitur perfecti ſunt cœli & terra & omnis ornatus eorum. Complevitque Deus die ſeptimo opus ſuum quod fecerat, & requievit Deus die ſeptimo ab univerſo opere quod patrarat.* Legit Hebraũ exemplar: *Perfecit Deus die ſeptimo opus ſuum.* Difficili Meherclè nodo implicatur hic locus; etenim ſi die ſexto adeò affabrè conſummata omnibuſq; numeris abſoluta meditatus eſt Deus creaturarum conventum univerſamque mundi fabricam, ut earum pulchritudine & perfectione allectus approbationis ſuæ teſtimonium illis deferret, ſcribente Hiſtorico: *Vidítque Deus cũcta quæ fecerat, & erant valdè bona. Et factum eſt veſpere & mane dies ſextus*, Geneſ. 1. 31. quo pacto ſtatim ſubditur: *Perfecit Deus die ſeptimo opus ſuum?* Quid perfectionis die ſeptimo percipiendum deſiderabat Dei opus, quod die ſexto venuſtatis & perfectionis ſententiam à Deo latam nactum eſt? Næ prioribus ſex diebus mentio de temporali rerum molitione facta eſt, quibus Deus univerſa condidit, nativaque perfectione accinxit: ijs quidem diebus inducitur Deus labore fatigatus, quocirca ſeptimo dicitur requieviſſe: labor enim præcedit, ubi requies ſequitur. Dies igitur ſeptimus, quo moleſtiæ ſuperſedens Deus quieti inducitur indulgere, dies æternitatis eſt, in quo Pater inceſſanter generat Filiũ, in ea generationis æternitate decrevit orbem moliri, & in Filij ſubſtantia tanquam in lucidiſsimo ſpeculo, perfectiſsimaque imagine meditatus eſt creaturas multo perfectiores quàm in ſeipſis, ideòque ait die ſeptimo mundum ſe perfeciſſe, nõ quia ſexto inchoatus & inornatus manſit, ſed quia cùm dies ſeptimus æternæ generationis dies ſit, in qua univerſum condere ſtatuit, eo dicitur omnibus ſuis partibus & numeris illud expleſſe; quia in filio cumulatiori & perpolitiori pulchritudine diſtinctum ſpectavit, quàm in ſemetipſo poſteà futurum erat. Nunc perpende quomodo

Auguſtin.

Pſal. 148. 5.

Geneſ. 1. 2.

Auguſtin.

Geneſ. 1. 2. & 2.

Gen. 1. 31.

modo ſex diebus, quibus mundus eloboravit, laboraſſe aſſeratur Deus, die autem quo filium generat, quieſcit, non quia creaturæ dum ad lucem vocantur, Deo obſiſtant, nec difficultas aut repugnantia quam durities & intractabilitas materiæ, ex qua educuntur, Deo aliquam moleſtiam ſuggerant, ſed quia ſi earum in obtemperando promptitudo & facilitas conferatur cum ea, qua divinum Verbum à Parente prodit genitum, hæc quies & voluptas, illa moleſtia & labor mereatur nuncupari. Nimiâ ſubtilitate hæc excogitavit Rupertus lib. 2. in Geneſ. à c. 13. cuius verba, quia effuſius ſe explicant, in breviorem faſciculum accingo: *Quid ergo eſt, & requievit Deus in die ſeptimo, niſi quia comparatio diei huius ad cæteros facta eſt? Et quis iſte ſit dies, iam ſuperius in initio dierum dictũ eſt, videlicet quia primus eſt dies, & quia cæteris diebus non tanquã minor poſtpoſitus, ſed ut longè dignior ſuperpoſitus eſt, etenim dies iſte ſplendor paternæ gloriæ lux lucis, & fons luminis, dies dierum illuminans, Sol ipſe verus & indeficiens, dies non factus, ſed omnem diem efficiens: in cæteris laboravit, in iſto ſolo nihil unquam fuit quod reſiſteret ei. Igitur hic unus eſt, in quo Deus requievit. Magna & mira ſententia. In iſto enim ſeptimo die ſancto & benedicto creavit cœlum & terram & omnia, id eſt, decrevit creare, antequam in ſingulis diebus omnia faceret.* Etenim creaturarum eductione, cum divini Filij generatione cõparata, in illa nota emergit inobedientiæ, nempè labor ille, quo in creaturis condendis propter earum quaſi repugnantiam afficiebatur Deus; in hac ſtemma perfectiſsimæ & exactiſsimæ obedientiæ ſplenduit, nempè quia in filio ſolo nihil unquam fuit, quod reſiſteret ei, hæc enim eſt nobilioris obedientiæ maieſtas, nec enim illuſtriori inſcriptione, glorioſiori vè titulo poteſt inſigniri, qui in faſtigio quieſcit obedientiæ, quàm ſi de eo in erecto marmore exaratum maneat: *In illo ſolo nihil unquam fuit, quod Deo reſiſteret.* Nũc perſpicua luce reſperſa intelligenda ſe offerent verba Auguſtini: *Nativitas temporalis Chriſti divinam æmulata eſt.* Cùm enim in divina generatione illud effulſerit, quod perfectiorem obedientiam deſignat & nobilitat, ſcilicet paratiſsima illa facilitas, ob quam nunquam in filio invenit Deus quod ſibi, vel leviter obſiſtat, ut generatio temporalis ſimilibus quodammodo coloribus divinæ tingeretur, ad eam cogendam & formandam velut matrem adciſcit obedientiam, quia in obedientia pura nihil reperit Deus quod ſibi repugnet; quocirca vocat Auguſtinus Chriſtum de matris obedientia natum. *Chriſtum*, inquiens, *non cõcupiſcentia carnis, ſed obedientia genuit mentis.* Verè omnem nobilitatis ſuæ ſplendidiſsimum apparatum ab obedientia videtur vocaſſe Chriſtus, ſiquidem procedens à matre homo, ab obedientia naſcitur; & procedens à patre Deus ut propriſsimam gloriam ſibi induit, quod ſplendidius eſt obedientiæ indumentum & inſigne, nempè procinctus ille ſummæ alacritatis & facilitatis: *In cæteris laboravit, in iſto ſolo nihil unquam fuit, quod reſiſteret ei.*

Rupertus.

74 Hæc illuſtrat & commendat adverſativa illa, quæ in ijs verbis uſus eſt nõ abſque ingenti myſterio Chriſtus Dominus, quibus ſummum Mariæ eloquium pius fœminæ ardor conatus eſt: *Extollens vocem quædam mulier de turba dixit: Beatus vẽter qui te portavit, & ubera quæ ſuxiſti: At ille dixit: Quinimo beati qui audiunt verbum Dei, & cuſtodiunt illud*, Luc. 11. 27. Qua ſanè ſententia Chriſtus Mariam non tam felicem à puerperij munere, quàm à divini verbi cuſtodia & obſervantia videtur declaraſſe. Nam illud: *Quinimo beati*, eamdem habet poteſtatem ac: *Imò magis beati.* Nec certè adverſativa hæc gloriam deprimit Mariæ. ed, ſed auget & cumulat; quaſi voluerit Chriſtus vocẽ mulieris corrigere laudantis ſanctiſsimam Parentem; dixeritque; non tam laudibus efferas Mariã ob altiſsimam matris dignitatem, quàm ob præclara virtutis merita, quæ illam ad tantam faſtigij celſitudinem evexerunt. Prædica miram illius obedientiam, præſtantiſsimam animi facilitatem & aviditatem, qua divina verba expectat, firmiſsimam munitiſsimamque cuſtodiam, quam illis in corde ſuo extruit: obedientia enim illam Dei matrem effecit, & ad tam inauditæ maieſtatis extulit culmen. Quocirca felicius eſt Dei Verbum animo, quàm utero geſtare, quia in illo meritum, in ſecundo dignitas reperitur: & Meherclè haud tantæ gloriæ eſt dignitatem poſsidere, quàm promereri, quia in dignitate felicitas, in merito virtus ſplendeſcit. Vnde Auguſtinus epiſtol. 38. ſcribit: *Maternum nomen in virgine terrenum eſt, in comparatione cœleſtis maternitatis, quam illi contrahunt, qui volũtatẽ Dei faciunt.* Ex quo infert in eo ſummam laudem vigere Mariæ, quod reliquos homines Angeloſque obedientia anteſtetur, quæ divini puerperij attulit maieſtatẽ. Sic enim ille ad ea verba: *Quinimo beati, &c.* Hoc eſt dicere: *Mater mea quam appellatis felicem, inde felix quia Verbũ Dei cuſtodivit, non quia in illa Verbum caro factum eſt.* Non ab his differunt, quæ dixit lib. de ſanct. Virginit. cap. 3. *Beatior fuit Ma-*

Luc. 11. 27.

Auguſtinus.

Auguſtinus.

Maria concipiendo mente quàm ventre, & inferiùs: *Felicius geſtavit corde quã carne.* Hunc ſanè ſcopum collimavit Gaudentius ſerm. 13. *Exquo enim Deus carnem noſtræ fragilitatis aſſumpſit, idem Filius eſt hominis qui & Dei, quia non alius ex Maria natus eſt, quàm qui per maternas illapſus aures uterum virginis complevit.* Per aures quidem, quæ via ſunt obediẽtiæ & officina, ut ſuperiùs explicuimus illapsũ aſſerit Gaudentius divinum Filium in Mariæ alvum; etenim æſtimavit obedientiã eſſe, quæ mundiorem ſibi & nobiliorem ad uterum pararet aditũ. Cùm enim reliqui homines per inobedientiæ fores ingrediantur ad vitam, qui quidem infauſtus ingreſſus infamia & turpitudine eorum generationem inficit: Dei Filius ut ab eorum tramite aberraret, mundiſsimã ſplendidiſsimamque ſibi compararet originem, portas & adyta obedientiæ quæſivit, per quæ ingrederetur, ideòque per aures, quippè quæ verbum excipiunt, verbi naturam non amittens ſe in uterum Parentis dimiſit. Deinde cùm Dei Filius, cùm à Patre gignitur, is ſit, in quo nihil unquam fuit, quod reſiſteret Patri, ut à ſemetipſo non deficiat, cùm temporaliter gignitur, eam viam in Matre adit, nempè obedientiam, in qua nihil unquã eſt, quod Deo obſiſtit, nam quæ Deo obluctatur, obedientia non eſt.

Gaudẽtius.

75 Certè præſenti inſtituto pulchrã coronidem impoſuit Guarricus Abbas ſerm. 4. de Aſſumpt. B. Mar. dum ex verbis illis quibus Chriſtus Matrẽ deſpexiſſe viſus eſt, Matth. 12. 48. *Quæ eſt Mater mea?* &c. quæ ſuperiùs expoſuimus numer. 71. ſummam Marianæ obedientiæ gloriam delibat. Ait enim: *Aliàs velut diſſimulaſſe Matrem viſus eſt, cùm in mediis ſermonibus dicenti cuidam: Ecce Mater tua & fratres tui foris ſtant quærentes te: Quæ eſt, inquit Mater mea? Quicunque enim fecerit volũtatem Patris mei, &c. Mariam, quæ ſecundùm carnem Mater erat, alia quoque ratione matrem ſibi Ieſus probat, quandoquidem ipſa voluntatem Patris in tantum faciebat, ut de ipſa prædiceret Pater, vocaberis voluntas mea. Igitur ubi eam Filius negligere videtur, ibi amplius eam honoraſſe innuitur, dum ei ſcilicet maternus honor duplicatur, pro eo quòd eundem Filium, quem alvo geſtaverat incarnatũ etiam nunc animo geſtabat inſpiratũ.* Itaque cũ ex Chriſti teſtimonio ij præcipuè Matris ſuæ nomen ſortiantur, qui Parentis æterni voluntatem explent, verè Maria, quæ in tantum Dei voluntati adhæſit, ut nullã quam ipſius habuiſſe videatur voluntatem; ob quod quidem glorioſum illud nomen à Deo ſibi inditũ adepta eſt: *Voluntas mea*: De illa enim autumat Guarricus prædictum ab Iſaia vaticinium illud; cap. 62. 4. *Vocaberis voluntas mea*: celſiori iure præ cæteris & arctiori divinæ maternitatis dignitatẽ tuetur. Quocirca unde Chriſtus viſus eſt, Mariam ut Matrem reſpuere, inde eam in parentem magis ſibi coarctat & conſtringit. Nam ſi divinæ maternitatis gradus obedientia metitur & impertijt, ea ſanè proximiorem intimioremque gradum tenebit, quæ Dei voluntas nũcupatur: nã cõſummatior obedientia eſt, quæ propria voluntate abiuncta ſolam divinam ſuam reputat. Igitur Filius qui ſemper à Patre gignitur ex æterna que generatione habet, ut unam voluntatẽ cum ipſo ſortiatur, ob quod nihil unquam in eo eſt, quod Patri reſiſtat, ut generationẽ ſuam temporalem ſimilem quodammodo divinæ efficiat, Matrem petit, quæ unius voluntatis cum Patre eſt; quocirca *voluntas mea* à Deo Patre nominatur: quam ipſe dum habitat, voluntatem inhabitat Patris, atque ideò à Matre etiam habet, ut unius ſemper voluntatis cum Patre ſit. Quod verò ideò Chriſtus deſcendit in uterum Mariæ, quia illa glorioſa appellatione conſignatam eam meditatus ſit: *Vocaberis voluntas mea*: apertè innuiſſe videtur Richardus de S. Laurent. lib. 10. de laudib. Mar. *Maria eſt habitatio Filij, quem in ventris ſuſcepit hoſpitio; cui dicitur Iſai. 62. vocaberis volũtas mea, in ea, & terra tua inhabitabitur, id eſt, caro tua fœcundabitur Chriſto eam inhabitante.* En quo pacto obedientia fuerit, quæ in Maria prævaluit, ut Filium raperet de ſinu Patris.

Guarricus.

Iſai. 62. 4.

Richar. de S. Laurent.

76 Sanè obediẽtia decor & ſpecies fuit, quæ ſplendens in Maria divini Filij animum iaculavit, egitque ut de paterno ſinu in ſuũ uterũ delaberetur. Nam ſi phraſim divinæ Paginæ percallueris, invenies obedientiam eſſe, quæ animi faciẽ linit, pingit, perpolit, calamiſtratque, & pulcritudinem eius exacuit, ut Dei oculos capiat, mentemque in illius amorem irretiat. Vnde regius Pſaltes, cupiens ut fidelis animæ venuſtas ſe totam in pompam effundat, quò divinum alliciat amorem, ipſeque quaſi impos ad ipſam feratur, ſolam obedientiam ei ſuadet, Pſalm. 44. 11. *Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam, obliviſcere populum tuum & domum patris tui, & concupiſcet Rex decorem tuum.* Obedientiæ præceptũ ſponſæ ingeminatur, dum ei dicitur, *audi*: & ſtatim: *Inclina aurem tuam. Audi*, id eſt, animum tuum præpara & adorna ad divinam diſciplinam capiendam, eſto in procinctu ad Dei verbum auſcultandum: *Inclina aurem tuam*: cùm iam divinis fueris imbuta in-

Pſal. 44. 11.

inſtitutis, divinamque voluntatem percalleris, operibus illi te conforma, quæ didiceris, exequere. Vnde iuxta Dei iuſſum patris oblivionem ſubpaternos deſere lares: ſicque obedientiâ altè animo tuo infixa, ſpecioſam tuam formam adamabit ſponſus. Nam obedientia ſpecies & decor eſt animi, qua delibutam cùm ſponſam attendit ſponſus, illico illam ardet. Sic Paſchaſius in præſenti: *Audi, quia hæc eſt omnium diſciplina, quicunque erudiri cupiunt, ut audiant diligenter. Deinde ait: vide: Quia quæcunque quiſque audierit, reſtat, ut intelligat; alioqui ſi non intellexeris, quid prodeſt audire? Hincque ſequitur; inclina aurem tuam, ubi humilitatem audiendi docet, & inſinuat venerabiliter audire debere verba divini eloquij, ſeu Doctorum prædicamenta non elato corde, neque cum faſtidio vel torpore animi, quinimò devota mente & cordis auribus. Vndè Dominus: Qui habet, inquit, aures audiendi audiat. Et concupiſcet rex decorem tuum.* Chryſoſt. *Alius ait ut concupiſcat.* Quaſi ex obedientiæ pullulent pulchritudine ſpicula, quæ divinũ amorem provocent, & faucient ſponſi animum. Quocirca Incognitus ait: *Hic commendatur ſponſa ex divinæ voluntatis cõformitate.* Et Chryſoſt. dilucidè rem ediſſerit: *Et concupiſcet rex decorem tuum. Vides eum non loqui de pulchritudine corporis. Si enim hæc feceris, tũc, inquit, eris pulchra. Hæc enim non facit pulchritudo corporea. Atqui inter infideles videmus corpoream pulchritudinem, & ex gentilibus formoſas mulieres, ſed ut ſcias eum non loqui de pulchritudine corporis, eam dicit cõſtitui ex eius obedientia; obedientia autem non conſtituit pulchritudinem corporis, ſed animæ.* Certè optat ſponſus ſponſam adinſtar ſuæ venuſtatis pulchreſcere & calamiſtrari, & eam in ipſa ſpeciem ſe deperire, quã ipſe floret. Sic Paſchaſius: *Sequitur autem per eaſdem penè lineas laudis, quas ſuprà de ſponſo propoſuit, licèt ſubmiſsius. Quia ille ſpecie ſua ſpecioſus dicitur: Hæc verò ideò pulchra & ſpecioſa, quia ſibi eam ſociavit Dominus in coniugium.* Ipſe verò innuit ſuam ſe pulchritudinem ab obedientia captare, eatenuſque vult videri pulcher, quatenus obedientiã viget. Quamobrem, ſpecies quæ in eo commendatur hoc in epithalamio à regio Vate, obedientia eſt: *Specioſus forma præ filijs hominum, diffuſa eſt gratia in labijs tuis, &c. ſpecie tua & pulchritudine tua intẽde, proſperè procede, & regna,* Pſal. 44. 3. & 5. Sed quæ eſt, quæſo, ſpecies, qua tacto deprecatur ſponſo Pſaltes regni dexteritatẽ fortunatumque progreſſum? Credam profecto extitiſſe obedientiam, quam ut perficeret: *Exinanivit ſemetipſum formam ſervi accipiens, in ſimilitudinem hominum factus, & habitu inventus ut homo: Humiliavit ſemetipſum factus obediens uſque ad mortem, mortem autem crucis.* Sub ea obedientiæ ſpecie acto, eoque regio decore prædito vaticinatur Chriſto vates imperij proſperitatem, feliciſsimoſque eventus pollicetur. Adſtat Paſchaſius: *In forma filius Dei cùm eſſet non per rapinam æqualis Deo, ſed per naturam veræ nativitatis, quia genitus eſt à Deo patre ſemetipſum exinanivit, non ut alius quàm ipſe eſſet, ſed ut formam ſervi accipiens pro noſtra redemptione, idem ipſe Deus & homo eſſet: in qua itaque forma ſpecioſus dicitur præ filijs hominum.* Qui ab obedientiæ humilitate vult pulchritudinẽ & nobilitatẽ ſuã auſpicari, quid mirũ, ſi ut amore trahatur, ſponſæ exigat pulchritudinẽ, & animi ſplendorem in ipſa, quæ ab obedientiæ humilitate ortũ habeat? Quod verò obedientia velut inſigne fulgeat pulchritudinis ſponſæ, quæ illud gignit arctiſſimum vinculum, fortiſsimumque animarũ glutinum, quod optat Chriſtus nunquam diſſolvi, ipſoque conſtrictus exigat à Patre, ut ipſe nunquam à ſuis diſſocietur, Ioan. 17. 24. *Pater, quos dediſti mihi, volo, ut ubi ſũ ego, & illi ſint mecũ.* Teſtatur egregiè Iſaias Abbas ſerm. de tranquillit. *Cùm Dominus ſpiritum ſuum in charitate ſuper Diſcipulos effudiſſet, & animos eorum recreaſſet: Aſcendo, inquiens, ad Patrem meum, & Patrem veſtrum, Deum meum & Deum veſtrum: Volo Pater, ut ubi ego ſum, & ipſi illic ſint mecum, quoniam dilexi eos, ſicut tu dilexiſti me. Cæterùm ut oſtenderet ſe non de omnibus dicere, ſed de illis qui proprias amputant voluntates, & ſanctæ illius voluntati parent, & omnia mundi huius cõmercia à ſe reijciunt: Elegi, inquit, eos de mũdo, propterea odit eos mundus, quoniam ab eo non ſunt. Qui ea, quæ mundi ſunt, reliquerunt, digni facti, quemadmodum vides, ut Domini Ieſu ſponſæ ſint, & in eius voluntate permaneant. Propter hoc, inquit Apoſtolus, relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit uxori ſuæ, & erunt duo in carne una. Sacramentum hoc magnum eſt: Ego autem dico in Chriſto & in Eccleſia.* Herclè hæc obedientiæ diſciplina, quæ in fidelium animis veritate firma fulcitur, promicantioti ſplendore præfulget in Maria. Nam præ reliquis creaturis nobiliſsimum illud perfectiſsimæ obedientiæ nomen & ſtemma promerita eſt: *Vocaberis voluntas mea.* Quo efflorente pulchrior cæteris divinis aſpectibus apparuit, tantoque amoris incendio deflagravit ex eius pul-

Paſchaſius. Chryſoſt. Incognitus Chryſoſt. Paſchaſius. Pſal. 44. 3. & 5. Ad Philip. 2. 7. Paſchaſius. Ioan. 17. 24. Iſaias Abbas.

pulchritudine Dei filius, ut eam cunctis creaturis poſtpoſitis ſibi aſciſcerit in matrē. Quocirca teſtatur eadem met ſanctiſſima virgo humillimæ obediētiæ ſuæ pulchritudine adeò proſperè proceſsiſſe & regnaſſe, ut magna, quæ collata ſunt ei à Deo, eius
Luc. 1. 46. modi pulchritudine acquiſierit: *Magnificat anima mea Dominum; & exultavit ſpiritus meus in Deo ſalutari meo; quia reſpexit humilitatē ancillæ ſuæ; ecce enim ex hoc beatam me dicēt omnes generationes: quia fecit mihi magna qui potens eſt.* Luc. 1. 46. Ancillæ humilitas cōſummatam obedientiam deſignat, nam ancillæ munus eſt obedire nō ſolum iuſsis Domini, ſed eius manus nutibus, quos attētè venatur, ut voluntatē eius
Pſal. 122. 2. operetur, aſſerente Propheta: *Sicut ancillæ in manibus dominæ ſuæ ita oculi noſtri ad Dominum Deum noſtrum.* Pſalm. 122. 2. Ancillæ verò ſi adiungatur humilitas, plenam perfectionem obedientia nanciſcitur. Nam in humili ancilla nihil unquam eſt, quod Domini voluntati reſiſtat. Eiuſmodi igitur obediētiæ pulchritudine ornata prædicat Maria, ſe adeò divinum animum illaqueaſſe & ad ſe provocaſſe, ut divini theſauri, & cœleſtis abyſſus gratiarum depoſitum fuerit effecta, in uterumque ſuum carne ſua veſtiendum divinum Verbum compulerit.
Richar. de S. Laurent. Accipe Richard. à S. Laurent. lib. 11. de laudib. Mar. *Martha quæ provocans interpretatur, deſignat Mariam, quæ merito humilitatis, & voto virginitatis provocat, id eſt porro, hoc eſt, certè vocavit ſpecie ſua & pulchritudine divinos aſpectus, quando videlicet altiſſimus Dominus reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ. Vnde dicitur Iſai. 62. Vocaberis voluntas mea, quia complacuit Domino in te: vel ideo provocans, quia merito humilitatis ſuæ provocavit Deum ad carnis aſſumptionem, quando viſus eſt ei dixiſſe: Tu mihi ſola places.* Nec ſanè mirū quòd pulchritudinē obedientiæ Mariæ adamarit & ambierit Dei Filius. Etenim in ea venuſtatis & ſpeciei ipſius effigies delineata eſt, & quodammodo expreſſa. Nam obedientiæ ipſius imago quædam perfectiſsima veluti ab exemplari deducta, in Maria præceſsit; unde cum Mariæ pulchritudine Dei Filius delinitus eſt & irretitus, non tā Mariæ ſpeciem adamabat quàm ſuam, quæ velut ſpeculum pulchritudinis eius ipſius met illi pulchritudinem obijciebat; & velut alter Narciſſus in Mariano fonte venuſtatem ſuam ipſe contemplans, ſemetipſum in imagine deperibat. Obedientiam Chriſti
Ad Philip. 2. 6. commēdans Apoſtolus ad Philip. 2. 6. *Qui cùm in forma Dei eſſet, non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualem Deo; ſed ſemetipſum exinanivit formam ſervi accipiens, in ſimilitudinem hominū factus, & habitu invētus ut homo. Humiliavit ſemetipſū factus obediens uſque ad mortem, mortem autē crucis. Propter quod, &c.* Verè huius obedientiæ non abſimilem formam meditatus videtur Filius in Matre: quæ cùm mundi regina & creaturarum Princeps exiſteret, & Dei forma fuerit ab Auguſtino nuncupata;
Auguſtin. *ſi formam*, inquit, *Dei te appellem, digna exiſtis.* Semetipſam exinanivit formam ancillæ accipiens; & humiliavit ſemetipſam facta obediens uſque ad mortem, mortem autem crucis. Cùm enim ei Angelus nūtiaret celſiſsimā divini puerperij dignitatem cœleſtiſque maternitatis maieſtatem, quæ uſque ad divinum illam ſolium evehebat, exinanitionem ſimul & obedientiam ancillæ prætendit, reſpondens: *Ecce ancilla Do-*
Luc. 1. 37. *mini, fiat mihi ſecundùm verbū tuum*, Luc. 1. 37. & ipſam divinitatis gloriam poſsidēs quippè quæ Dei Verbum carne ſua amictū in utero geſtabat, ab humilitate & obediētia ancillæ non abiungitur, unde Eliſabethā
Luc. 1. 42. inviſens, ait: *Quia reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ*, Luc. 1. 49. ſanè non mirum quòd Dei Filius Mariæ pulchritudine allectus illaberetur in ipſius uterum, in quo illius ſibi carnem adaptaret, quæ Dei ſpeciē & formā præſeferebat: Egregiè quidem & acutè rem expendit Richardus de S. Laurent. lib.
Richard. de S. Laurent. 4. de laudib. Mar. *Reſpexit Deus humilitatem Mariæ, cui per humilitatis meritum dedit, ut filium ſuum in carne conciperet, & de ſua carne verum Deum & hominem, omnium hominum quantum in ipſo eſt, ſalvatorem generaret. Cuius humilitatis virtutem mox determinans ſubiungit: Ancillæ ſuæ. Nam quia ſe humiliter quod erat, ancillam cognovit, ideò quod non erat, ſublimiter eſſe matrem promeruit. Exinanivit enim ſe exemplo filij ſui formam ancillæ accipiens, propter quod & Deus exaltavit eam, & dedit illi nomen quod eſt ſuper omne nomen poſt nomen filij ſui.* His aptè texuntur verba Cardinalis Hailgrini in Cant.
Hailgrin. Qui illud explicans Eccleſiaſt. 36. 24. *Species mulieris exhilarat faciem viri, & ſuper omnem concupiſcentiam hominis inducet deſiderium*, inquit: *Species ſiquidem mu-*
Eccli. 36. 24. *lieris virum potenter humiliat, ſeverum & auſterum emollit. Huius mulieris ſpeciem ſic concupivit Dominus, & ipſa eius deſiderium in tantum perduxit, hoc eſt ad tantum exceſſum perduxit, ut ad noſtrā infirmitatem humiliatus ſit omnipotens, & qui eſt vita viventium humiliatus ſit ad mortem.* Quaſi pulchritudo obedientiæ & humilitatis Mariæ ita rapuerit divini Filij animum, ut ea adſtrictus ſimilem ſibi pulchritudinem compararit, humiliando ſe

fa-

factus obediens uſque ad mortem. Eadem
Richar. de S. Laurent. verba habet Richardus de S. Laurent. lib. 6. de laudib. Mar. Optimè expendit Guarricus Abbas novum quidem eſſe & inclytum genus victoriæ, quo exarmatur hoſtis non tam poteſtate quã amore, cùm ad evincendum illum & humiliandum, non perdendum diſtringitur pulchritudinis acies, non armorum violentia. Sic enim ille, ſerm. de
Pſal. 44. 5. Guarricus Abbas. Nativit. B. Mar. expendens illud Pſal. 44. 5. *Specie tua, & pulchritudine tua intende, proſperè procede, & regna.* Scribit: *Mirabilis triumphus gratiæ, omnino novum ac pulcherrimum genus victoriæ, hoſtem non perdere ad mortem fortitudine, ſed convertere ad amorem pulchritudine.* Verè Maria cùm Dei filium in genus humanum infenſum armiſque inſtructum ſpecularetur, mirabilem triumphum, pulcherrimum que victoriæ ordinem de illo cogitans reportare, novum dimicandi genus invenit; exeruit enim non exercituum copias, non telorum fortitudinem, ſed miram obedientiæ ſuæ venuſtatem, qua ita illum ad amorem converteret, ut ad mortem perduceret, non quidẽ perdendum, ſed ad ſublimiorem gloriam evehendum. Igitur, ô Maria, ſpecie humilitatis tuæ, pulchritudine obedientiæ tuæ intende, proſperè procede, *& regna*: filium tuum illa devinciendo, ut ad eos, quos perdere potentia virtutis ſuæ cogitabat ad mortem, amore convertatur, ut corpus ex te aſſumat, quo mortem diram pro illis ſubeat.

77 Vt præfatam mentem illuſtrem, deglubenda ſunt verba Magni Gregorij in cap. 1. lib. 1. Regum, etenim iuxta eius mẽtem in temporali conceptione æternus filius non tam videtur generandus deſcendiſſe in Mariæ uterum, quàm ipſa ad Dei thronum fuiſſe elevata, ut de ſinu Patris illum in ſuum reciperet. Meritorum enim culmen adeò exceſsit in Maria, ut quaſi exæquarit inacceſsibili divinitatis faſtigio, quo veluti ſine aliquo divini Filij deſcenſu ſuo illum gremio ſuſciperet. Quod ſi iuxta præhabita ſenſa Patrum; obedientia, quâ Maria floruit, incitamentum fuit, quo allectum Dei Verbum ſe Mariæ in Filiũ tradidit, credam Mariæ obedientiam adeò in altiſsimum montem excreviſſe, ut ad Dei ferè celſitudinem pervenerit. Sic ſe habent
Gregorius Magnus. verba Gregorij: *An non mons ſublimis Maria, quæ ut conceptionem Verbi æterni pertingeret, meritorum verticem ſupra omnes Angelorum choros uſque ad ſolium deitatis erexit?* Verè cùm divina proles tanto obedientiæ amore flagraret, quo nobilitatẽ ſuam commendaret, ut patri eam omnem obedientiam præſtaret, cuius capax erat æqualitas quã cum parente habebat; deinde ardentiſsimè geſtiret corpus aſſumere, in quo perfectiſsimæ obedientiæ ſacrificiũ Patri valeret libare, talis erat ei mater præeligenda & præornanda, quæ à tanto obedientiæ vertice non decideret, ut cùm filius ſuæ obedientiæ ſpecimen exhiberet, matrizare & videretur, & diceretur: ſicque à gemino ſuo originis fonte nobilitatem ſuam amplificaret: etenim qui ex patre habuit, ut unius voluntatis cum illo eſſet, oportebat ut ex matre quoque haberet unius eſſe cum illo voluntatis. Vndè promerita eſt Maria, ut nomen *voluntas mea* ab æterno Parente ſortiretur, ut ſuperiùs ſancitũ manet. Quocirca perfectiſsimam obedientiã in cruce explens Chriſtus non ſolùm Filius æterni Patris apparebat, qui Patris nõ poterat reſiſtere voluntati, ſed ut matris quoque, quæ cùm Dei voluntas vocaretur, matris nomini haudquaquam reſponderet, ſi ab obedientia, & divinæ voluntatis expletione deciſceret. Igitur ut Maria matris officium obiens dignè divini Verbi conceptionem attingeret, oportuit, ut cùm meritorum cacumen extrueret, qui divinum nomen per obedientiam promereretur, nempè voluntas divina, ſicque choros Angelorum tranſgrediens uſque in deitatis ſolium ſe proriperet.

78 Meherclè Chriſtus Dominus ut conſpicuam claritudinem originis ſuæ auctoraret ſtabiliretque, neutiquam detrectavit is videri, qui nobiliſsimam obedientiã à matris uberibus ſuxiſſet, & eorum fluenta ebibens, non tam lacte quàm obedientiâ fuiſſet pactus & nutritus. Enucleanda ſunt verba Ildefonſi ſerm. de Nativ. Mar. *Lacta Maria panem cœli, præbe lambenti mammillam, ut ille præbeat percutienti maxillam.* Quid, quæſo, commune habet aut proprium panis Euchariſticus, & obediens illa & humilis manſuetudo, qua gennas ſuas Chriſtus alapis inhonorandas expoſuit cũ matris lacte, ut pius Doctor hortetur Mariam lactis ſuæ radios in infantis labella aſsiduè infundere, ut ille panem cœli ſe præbeat ſumentibus, maxillamque colaphorum turpitudini, & ſugillationi offerat? Num à lacte habet Chriſtus, ut facilem & alacrem ſe præbeat ad deliteſcẽdum ſub panis ſpeciebus & porrigendam gennam percuſſori? Vel ſi eo lacte non eſſet educatus, ab his ſacramẽtis abſtineret? Hîc opus, hîc labor eſt: ſed ſi rem attentè conſideres, apprima Chriſti & exacta obedientia in Euchariſtiæ ſacramẽto uberiori gratia præfulget quàm in alijs, ubi verbis pro libito Sacerdotis prolatis obedit, ibique eſt, ubi & quando Sacerdos vult, ut ſit; ubi obediẽ-
Ildefonſus.

tiam

tiam illam pius Dominus videtur imitatus, qua primitus creaturę in orbis molitione, ut eſſent, illi parebant, verbo enim ſuo dũtaxat, earum univerſitatem condidit, in quo regius Pſaltes non minus imperantis maieſtatem, quàm obedientium promptitudinẽ
Pſal. 148.5 & facilitatem commendat: *Ipſe dixit & facta ſunt, ipſe mãdavit, & creata ſunt.* Pſal.
D. Thom. 148.5. ſic D. Thom. opuſcul. 38. c. 11. *Auguſtinus ait: Accedit Verbum ad elementum, & fit ſacramentum: hoc eſt, Dei Verbum inſtitutum à Chriſto, profertur ſuper panem, & mox fit ſacrum ſecretum, ſcilicet corpus Salvatoris ſub ſpecie panis.* Præterea in eo quod alapa ſuſtinuerit Dominus deturpari, arduũ obedientiæ exemplũ hominibus dedit, & forſàn ipſa morte illuſtrius in eorum ſententia, qui mortem infamia poſthabent moleſtamque & intolerabilem vitã ducunt, quã ignominiæ macula inficit, nec æſtimant nobile facinus vitam dedecore conſpurcatam prodigere. Meditatus eſt Ildefonſus Mariam, quæ voluntatis nomine decorata erat, nomen ipſum digeſsiſſe in ſubſtantiam, quippè quæ divinæ volũtatis cibo alebatur; cibus enim erat illius Dei facere voluntatem, qui quidẽ cibus ſicut in illius convertebatur ſanguinem, ſic ex ſanguine tranſibat in lac, ex quo uberum liquor non tã lac erat, quàm divina voluntas & obedientia. Conſiderans ergo Ildefonſus in Mariano lacte divinam voluntatem & obedientiam epotari, ſimulque quantâ obedientiæ perfectione egebat Chriſtus ad Euchariſtici Sacramenti inſtitutionem, & turpis ictus, qui ſacratiſsimam eius faciem corrupit, tolerãtiam, ſalubriter, opportunèque ſuadet Mariæ dicendo: *Lacta Maria panẽ cœli, præbe lambenti mammillã, ut ille præbeat percucienti maxillã.* Quaſi dixerit: Cùm lactis tui liquor, ô Sanctiſsima Puerpera, totus ſit obedientia, totus ſit divina voluntas; irrora humore tuorum uberum puerum, madeant illo labia puſionis: hauriat à tuis papillis obedientiam, ſugat divinam voluntaIoan. 4. 34. tem, qui poſteà de ſe fatetur: *Meus cibus eſt, ut faciam voluntatem eius, qui miſit me, ut perficiam opus eius*, Ioan. 4. 34. ut cùm poſteà præclara arduaque obedientiæ facinora fuerit adortus, qualia in inſtitutione ſuperſubſtantialis Panis perfecit, quotidieque perficit, & in humili ſubiectione, quâ faciem ſuam tunſionibus aperuit, peregit; evulgetur tantam obedientiam Filium didiciſſe â Matre, & ab eius uberũ ſucco traxiſſe, nec minus in eo quòd unius ſit cũ Patre voluntatis, matrizaſſe quàm patrizaſſe. Quamobrem ſatis aptè expendit Hieronymus, Mariam divino Spiritu ſancto afflatã, mox ut accepit ſe ad dignitatẽ divini puerperij elevari, ut tãti Filij digna Parens exiſteret, obedientiam in ſupremum verticem provexiſſe, ſe uſque ad profundam ancillæ conditionem dimittendo, ut cùm naſceretur Deus, ex ipſa obedientiæ ſchola videretur elabi: *Apud Mariam ita cœleſtis providentia negotij ipſius conditionem diſpoſuit, ut magis obedientiam exhiberet in mandato, cùm honorificẽtiam ſuam cognoſceret ex Angelo.* Sic ille ſerm. 2. de Aſſum. Hieronym.

79 En quomodo nulla fuerit ratio, nulla via qua Chriſtus ſe obedientiæ Filium oſtẽdat, probetque, quam non prætenderit, ab ea aucupãs illuſtriora & firmiora clariſsimę ſuæ generationis teſtimonia. Quapropter elegit Matrem, quæ propter ardentiſsimum obedientiæ ſtudiũ ab æterno Patre *voluntas mea* nuncuparetur, & quæ in ipſamet divinæ maternitatis dedicatione illi ab Angelo denuntiata à regni faſtigio, & totius orbis principatu uſque ad ancillationis exinanitionem ſe dimitteret, huius ſibi præparente uterum Dei Filio in mirabilis obedientiæ officinam, in eo enim ipſe, cum in forma Dei eſſet æqualis Patri abſque ullâ rapinæ adfectatione, in primo temporalis generationis ſuæ inſtanti, exinanivit ſe formam ſervi accipiens, & ſemetipsũ humiliavit factus obediens uſque ad mortem, mortem autem crucis. Sed & Spiritus ſanctus, qui eius miro obedientiæ operi tanquam primus artifex præſidebat, ſpeciali quodam ornamento gloriæ ſe accinxit, ſingularique decoris ſplendore irradiavit, quaſi ab excellentiſsimo obediẽtiæ facinore, quod in obediẽtiſsimæ fœminæ alvo ipſius opera patrabatur, ipſe quoque nova quadã pulchritudinis claritudine calamiſtraretur. Etenim ille qui quondam in rerum primordio, materiam præparans fovenſque, ex qua creaturæ erant producendæ, quæ in facilitate & aviditate, qua vocatę in lucem prodibant, obedientiæ ſtudium, quod tanto imperio tributare geſtiebant, teſtabantur; ſpiritus Domini tantummodo elegit appellari. Dominum ſe æſtimans ab obedientia, qua tot illi creaturæ reſpondebant: *Et ſpiritus Domini ferebatur ſuper aquas*, Geneſ. 1. 2. In Chriſti Domini generatione, in qua auctioribus & ſublimioribus incrementis ſpecimen obedientiæ cumulatum efferebatur; ſiquidem generatio compingebatur in ipſamet obediẽtiæ regia, nempe Maria, & ipſamet generatio quaſi obedientia erat, cùm in primo illius inſtanti Chriſtus parentis obedientiam ſuſcepiſſet, elegantiori habitu præfulgentem ſe oſtendit, nõ Spiritus Domini, ſed Spiritus Sãcti nomine glorioſo ſe conſigniens. Vnde Angelus Mariæ ait: *Et Spiritus Sanctus ſuperveniet in te*, Luc. 1. Geneſ. 1. 2. Luc. 1. 35.

Matth. 1. 20 35. & ad Ioſephum: *Quod enim in ea natum eſt, de Spiritu ſancto eſt.* Ab hoc enim obedientiæ opere, quod in Mariæ utero Spiritus ſanctus erexit, molituſque eſt, primùm hæc ſplendida appellatio emerſit, clariſsimumque nomen Spiritus ſancti noviter ſibi aſſumpſit. Quaſi obedientia ſit, quæ radios nobilitatis undequaque emittat, quibus miniſterio ſuo etiam adſtantes veſtiat. In huius mentis fulcrum accerſo

Rupertus. communia verba Ruperti in cap. 1. Matth. *Ab hoc loco ferè primùm ſonuit in auribus noſtris, hoc reverendum & inſigne vocabulum proprium, & abſolutum Spiritus ſanctus, ubi Angelus ad Mariam ait: Spiritus ſanctus ſuperveniet in te. Quam ob cauſam? Niſi quia (cum magna reverentia cogitandum eſt) maximè ex hoc opere, quod in Maria operatus eſt, claruit hic ſpiritus Domini, quòd ſanctus ſit.*

80 Verè qui Dominicæ hiſtoriæ attentâ mẽte inſudarit, pernoſcet ſtuduiſſe Chriſtum Dominum adeò indivulsè obedientiæ nobilitati, claritudinem divinitatis innectere & implectere, eoque intimo vinculo eas ſimul colligare, ut ab obedientia divinitas, quæ in ſe latebat, curaſſet dignoſci, & tunc Deus cognoſci & celebrari, cùm præclarum obedientiæ facinus edebat. Tranſfigurationis ſacramentum diſcutiens Origen. homil. 3. in Matth. ſciſcitatur, quam ob cauſam Chriſtus, ut divinitatis radij ſe plenius in corpus effunderẽt, ipſum animæ beatæ gloria abintus erumpente veſtiretur, ita ut inſtar ſolis facies eius ſplendeſceret, veſtimentaque candidius nive albicarent,

Matth. 17. 2 Luc. 9. 29. atteſtante Matth. 17. 2. *Et reſplenduit facies eius ſicut Sol, veſtimenta autem eius facta ſunt alba ſicut nix*: formam orantis aſſumpſerit? Nam ait Luc. 9. 29. *Facta eſt dum oraret ſpecies vultus eius altera, & veſtitus eius albus & refulgens.* Vt quid præmittit divina Sapientia orationem ad divinitatis apparatum manifeſtandum? Cur alterius virtutis habitum non aſſumpſit, quem glorioſa illa corporis ſui immutatio ſequeretur? Meherclè, ait Origenes, oratio obedientiæ forma eſt & conflatorium, quâ animus Deo ſe ſubijcit, ſatagitque rationes indagare, quibus divinis imperijs ſeverus & firmus inſiſtat, & divinæ voluntati adamuſsim cónformetur. Igitur ut Chriſtus Dominus obedientiam fingat veluti fontẽ divinæ nobilitatis, cœleſtiſque ſplendoris, qui corpori ſuo obvenit, obedientis & orãtis formam captat, & dum Parenti ſe humiliter ſubdit, vult ut eius corpus gloriæ claritudine nobilitetur, quò ſic obedientia cõcipiatur veluti totius nobilitatis ſcaturigo.

Origen. Audi Origen. *Dum orat, transfiguratus eſt. Cùm Ieſus ſic viſus fuerit loquens cum Patre, & oraret eum, id eſt, ſubdens ſe Patri vero Deo, tunc veſtimenta eius ſplendida & candida fuerunt ſicut nix.*

81 Percipies nunc rationem, ob quam Petrus fuerit in monte inſcitiæ inſimulatus, non enim calluit diſciplinam, quâ Chriſtus eo facto illum intuere contendit: *Ait* Luc. 9. 33. *Petrus ad Ieſum: Præceptor, bonum eſt nos hìc eſſe; & faciamus hìc tria tabernacula, unum tibi, & unum Moyſi, & unum Eliæ, neſciens quid diceret. Hæc autem illo loquente, facta eſt nubes, & obumbravit eos,* Luc. 9. 33. Hanc nubem lucidam appellat Matthæus: *Adhuc eo loquẽte, ecce nubes lucida obumbravit eos,* Matth. 17. 5 *17. 5.* Tabernacula quærebat Petrus in monte, ſed tabernaculum opacitatis obſcuritatem affert, non ſplendoris claritatem; tabernacula propria voluntas Petro dictabat; & quid propria voluntas niſi obſcuritatem pariat. Inſcius profectò eſt & ignarus, qui à propria volũtate putat gloriæ claritatem corpori naſciturum: neſciebat ergo quid diceret, & inſipientiam illum effutientem ut corrigeret & doceret, nubes deſcendit lucida ſplendore ſuo eos & ſocios reſpergens; & quo, quæſo, munere ea nubes fungitur? Verè obedientiæ annuntiatrix erat, obedientiam ſuadebat & involvebat, nam velut proprium partum nubes vocem emiſit Patris dicentis: *Et ecce vox de nube dicens: Hic eſt Filius meus dilectus, in quo mihi benè cõplacui, ipſum audite,* Matth. 17. 5. Matth. 17. 5 Quaſi dixerit Pater, Tu Petre, malè ſanæ mentis factus propriam voluntatem ſecutus obſcuritatem tibi parabas, tabernacula fieri tibi cupiebas, ego tibi claritatem in obedientia paro, deſiſte à tuo ſenſu, ne obſcurus fias, Filium meum audi, illi obſecundationem præſta, illius verbis obtemperato, & fulgẽti gloriæ lumine amicieris; obedientia eſt, quæ claritudinem & nobilitatem impertitur, ideò obedientiæ monita tibi in nube lucida involvo, ut cùm obedientiam ſuſceperis, credas illicò nobilitatis ſplendore te veſtiendum. Subſidiatur Origen. ubi ſu- Origenes. prà: *Ecce nubes lucida: Deus prohibens Petrum facere tabernacula tria, oſtendit unũ & melius. Tabernaculi hoc eſt proprium opus obumbrare aliquos ſub ſe; lucida autẽ nubes obumbrans eos diviniorem & ſplendidiorem recompenſationem exemplo ſuo demonſtrabat eis futuram, quæ protegeret eos ſimul & illuminaret. Quæ ſit autẽ nubes lucida obumbrans Sanctos, niſi fortè virtus paterna, ex qua venit vox Patris, dans teſtimonium Filio quaſi dilecto, & exhortans eos, qui obumbrantur ab eo, ipſi nõ alij obedire.*

Non

82 Non ſanè in inepram quæſtionem vocat Albertus Magnus, cur in vertice Thabor æternus Pater publico vocis plauſu Chriſtum filium ſuum eſſe publicavit illiuſque nobiliſsimam originem prodidit; dicens: *Hic eſt Filius meus dilectus, &c.* In Calvario autem, ubi præclariſsimum obedientiæ ſpecimen dedit, obedientiamque cõſummavit & uſque ad ſuum cumulũ provexit, vocis publicæ teſtimonio illum Filium à ſe genitum non probavit. Etenim ſi obedientia inſigne nobilitatis eſt, & veluti menſura ſeu ipſe nobilitatis animus, profecto aptior in Calvario vox qua Chriſtus Dei Filius acclamaretur, quã in Thaboris culmine, debuiſſet perſonare. Facilè quidem à quæſtionis nodo expediremur, aſſerendo; in Thaboris faſtigio, ubi gloriâ Chriſtus veſtiebatur, felicitaſque & voluptas omnia poſsidebant, nec obedientia circa obiecti arduitatem exercebatur, oportuiſſe ut Patris vox Chriſtum ſuum eſſe Filium oſtenderet, eiuſque claritudinem aperiret. Nam ubi obedientia veluti obſcura erat, felicitatiſque apparatus manifeſtus, clara quoque divinæ filiationis maieſtas veluti abſcondebatur, unde neceſſum fuit, ut inter illas deliciarum undas vox adventaret, quæ Chriſtum Dei Filium proferret; quaſi ubi obedientia non innoteſcebat perſpicua, divini Filij nobilitas deliteſceret. Atverò in Calvario, ubi obedientiæ vexillum explicabatur, eaque uſque ad ſuæ perfectionis ſupremum faſtigiabatur, in univerſiſque Chriſti geſtis ingenti voce perſtrepebat, otioſa videbatur quælibet vox alia, quæ Chriſtum Dei eſſe Filium panderet, ſplendoremque illius originis pangeret. Nam ubi obedientia loquitur, nil niſi decor & fulgor immaculatæ ingenuitatis auditur. Quã quæſo, ederet obedientia niſi divinitatis & claritudinis vocem? Quapropter conſentaneum fuit, ut Pater in Calvario ab ea voce, quam in Thabor emiſit, abſtineret. Sed aliam non ignobilem enodandæ difficultatis rationem invenit Albertus. Attendit enim in Thabor obedientiam non tam operibus fuiſſe proditam, quàm verbis prolatam; ſermonemque de illa fuiſſe auditum non probatum, ac inter ſplendentium radiorum agmina, quæ à Chriſto erumpentia ipſum cingebant, obedientiam non tam re apparuiſſe quàm verbis. Quocirca textus ait: *Erant autem Moyſes & Elias viſi in maieſtate, & dicebant exceſſum eius, quem completurus erat in Ieruſalem.* Luc. 9. 31. Cæterùm Calvarium theatrum obedientiæ fuit, ubi totam ſe obedientia profudit, nulluſque fuit actus, qui obedientiæ non eſſet; perhibuitque ipſe Dominus ſe ſuã iam obedientiam perfeciſſe: *Cùm ergo accepiſſet Ieſus acetũ, dixit: conſummatũ eſt. Et inclinato capite tradidit ſpiritum,* Ioan. 19. 30. Ait ergo Albertus; ubi tenuis obedientiæ oſtenſio, illaque tãtummodo ſe verbis prodidit, modica fuit Chriſti nobilitatis & divinitatis manifeſtatio, & ideò vox Patris Chriſtũ à ſe genitũ conteſtans ad exiguos Diſcipulos & in ſolitudine, quaſi ſecretò res ageretur, delapſa eſt. Porro ubi plenus ſe diffudit obedientiæ apparatus, ut in Calvario, ſolemnior præparatur pompa, auguſtior optatur locus, copioſior nobiliorũ ſpirituũ quæritur frequentia, in cœlo enim tãquam in curia Regia; tot myriadũ cœleſtiũ intelligentiarũ aſsiſtentibus, cum eis intonuit vox Patris: *Hic eſt Filius meus dilectus, in quo mihi benè cõplacui.* Celebrioré enim pompã illuſtriuſque nobilitatis editũ conſummatæ Chriſti obedientiæ quam tantummodo indictæ æquũ erat adornari. Sic Albertus ſer. 20. *Multo fortius delectatus fuit Pater in humilitate, obedientia, & patientia Chriſti, quibus inimicorum manibus ſe ſubijciebat crudeliter: Tunc enim præclara Angelorũ militia audiẽte dicebat: Hic eſt Filius meus dilectus, in quo mihi benè cõplacui.* Digniori promulgationis voce perfecta obediẽtia petit nobilitari, quæ nõ ita nota eſt, exigit ſecretiorẽ. Verè nullâ re ita videtur divinus animus oblectatus, nullâ ita provocatus & impulſus ad Filiũ honoribus cumulandũ, quã obedientiæ perfectæ exhibitione. Hæc ſanè non obſcurè obumbravit Patriarcha Iſaac, cùm ingredientẽ filiũ Iacob benedictionem paternam ſubrepturum alloquitur. De quo ſic textus: *Statimq; ut ſenſit veſtimentorũ illius fragrantiã, benedicens illi, ait: Ecce odor filij mei ſicut odor agri pleni, cui benedixit Dominus,* Gen. 27. 27. ubi expende rationem, quã excitatus fuerit Patriarcha ad impertiendã benedictionẽ nato, odorẽ fuiſſe inſtar odoris agri pleni, quæ veſtimenta ſpirabant, nã mox ac veſtiũ percepit fragrantiã ad benedicendũ Iacobo excitatus eſt; ſic Caietanus & Lypom. Prior inquit: *Admirantis eſt, vide odorẽ: tanquã initiũ benedictionis, tanquã incitantẽ ipſum Iſaac ad benedictionẽ.* Sed quæ, quæſo, cõnexionis vis intereſt, quovè vinculo odor agri, cui Dñs benedixit, & benedictio Iacobo clargiẽda colligãtur, ut ex illo ad hãc pelliceretur & provocaretur Patriarcha? Certè, ni fallor, alluſiſſe his verbis Iſaacũ exiſtimo ad primũ illum agrũ, qui divino imperio parẽs herbarũ florũque ornamẽto ſe accinxit pomiferaſque arbores procreavit. De quo Gen. 1. 11. &

Albertus Magnus.

Ioan. 19. 30.

Gen. 27. 27.

Caietanus. Lypoman.

Luc. 9. 31.

Gen. 1. 11. 11. *& ait*: (nempè Deus) *Germinet terra herbã virentem & facientem ſemẽ, & lignum pomiferum faciens fructum iuxta genus ſuum, cuius ſemen in ſemetipſo ſit ſuper terram. Et factum eſt ita. Et protulit terra herbam virentem & facientem ſemen, lignumque faciens fructum; & habens unũquodque ſementem ſecundũ ſpeciem ſuã, & vidit Deus quòd eſſet bonum.* En vocem divinam præceptum ſuum primo illi agro in dicentem: *Germinet terra, &c.* En promptam & paratam obedientiam abſque ulla mora ſubſecutam: *Et factum eſt ita.* Quod breve obedientiæ compendium conſultò præmiſit hiſtoricus; ne, ſtatim ſuo ordine diffuſius dicturus quàm exactè ager divinis iuſsis obtemperarit, obedientiam ille ſuam cunctanter peregiſſe videretur: en benedictionẽ Dei agro delatam: *Et vidit Deus quòd eſſet bonum.* Nã Dei approbatio benedictionis vim habet. Odor ergo qui ab agro Dei benedictione & approbatione honorato exhalatus Patriarcham recreabat, odor obedientiæ erat, quẽ ex Iacob veſtimẽtis ſenſit pariter emiſſum, & ideò ex illo ad benedictionẽ maieſtatis & gloriæ illi impertiendã arreptus eſt. Etenim in veſtib⁹ induendis Iacob durũ obedientiæ certamen ſuſtinuit, & obedientiæ contra obedientiam viſus eſt ſibi militare, hinc enim inde colliſus ferebatur. Nã ad induenda Eſau ornamenta ex una parte obedientia urgebat & impellebat matris, ex altera timuit, ne in voluntatẽ parentis fraudulenter irrumperet, præſtigioſeque ab illo benedictionẽ extorqueret, ſicque pugnare: cõtra patris animũ propendentẽ in Eſau; hunc igitur ancipitẽ tumultũ cogitationũ, quẽ ipſe conſilio proprio ſedare nequiverat, volũtati matris humiliter & obedienter cõmiſit: quæ

Gen. 27. 13. ad filiũ ait: *In me ſit iſta maledictio fili mi: tantummodo audi vocẽ meã.* Geneſ. 27. 13. Quò loci ſic vertit Chaldæus: *Mihi dictum eſt per prophetiã, quòd non veniẽt maledictiones ſuper te, niſi benedictiones fili mi.* Vndè Caietanus ait, Iacobum ſibi perſuaſum habuiſſe, ne matrẽ iniuriâ afficeret, rẽ ſibi ita ſeriò præcipientẽ, divinæ revelatio-

Caietanus. nis afflatu fuiſſe inſtinctã: *Confidens mater in divina revelatione*, inquit ille, *fideiuſſoris perſonã aſſumit, ut ſic tutum reddat filiũ.* Igitur Iacob quaſi triumphũ agẽs obedientiæ matris de parentis obedientia, quæ ſibi videbatur obſiſtere, vincebaturque ab ipſo revelationis fide, ut illuſtrior obediens excederet, Eſau veſtimenta aſſumere, & ſibi aptare non ambegit: veſtimenta ergo odorem obedientiæ eſſlabant de obedientia triumphantis, eo refectus Iſaac odorem illum referente obedientiæ, quã divinæ præſtitit voci, primus ille ager, floꝛum & arborum ornamentis ſe veſtiens, ob quam benedictionem à Deo nactus eſt, conſeſtim ad benedictionem filio porrigendam, univerſamque cœli & terræ opimitatem delegandam ſtimulatus eſt. Nam obedientia aculeus eſt, quo pungitur & veluti cogitur gloriæ Dñs illã obediẽti deferre. O quã peracutè Ambroſ. lib. 2. de Iacob & vitã beatã: Ambroſ. *Ecce odor filij mei, ſicut odor agripleni. Licèt ſuavis & dulcis odor ſit agri, quia eſt odor naturæ, tamen in ſancto Patriarchã virtutũ ſpirabat gratia. Quàm verecundus ut patrem timeret fallere! Quàm reverens parentum, & honorificus ut matri, quod iubebat, non poſſet negare! Hos igitur fructus redolebat Iacob.* Quid igitur mirum quòd pater obediẽtis filij holocauſto delectatus, cuius ſuffitus cœleſtia arcana penetrabat, & ſecretiora ſacraria replebat, maieſtatem illi & gloriã corã cœleſtis curiæ aulicis ſpiritibus deferret, decoremq; ſuum duceret, primogeniti filij ſui nomine illũ decorare.

83 Qui in æthere apud ſupernæ civitatis incolas ex obedientia Deus & Patris unigenitus declarabatur, in crucẽ actus vitęque finem imponens voluit ab obediẽtia Deus agnoſci. Qui ab obediẽtia vitam inchoavit, ſpiritum obediendo emiſit, ut vitæ principium & finis ſibi mutuò reſponderẽt, divinitatemque vitam aſſumentis & deponentis obedientia teſtaretur. Expendenda ſunt verba Marci 15. 39. *Videns autem Cẽturio, qui ex adverſo ſtabat, quia ſic clamãs expiraſſet, ait: Verè hic homo Filius Dei erat.* Præmiſerat Marcus n. 37. *Ieſus autẽ emiſſa voce magna expiravit.* Attendens autem Centurio quòd Chriſtus ingentem clamorem effundendo morti ceſſerit, in agnitionem Chriſti divinitatis dicitur deveniſſe. Nunc operæpretium eſt examinare, quænam fuerit vox illa, quidvè per eã Chriſtus oſtenderit, quâ emiſsâ finierit vitam. Id indagemus à Ioanne ſic ſcribente: *Cùm ergo accepiſſet Ieſus acetum dixit: Conſummatum eſt, & inclinato capite tradidit ſpiritum.* Ioan. 19. 30. Cùm poſt hanc editam vocem Chriſtus è vita diſceſſerit, non erit incongruum cogitare eam auditam fuiſſe, quæ in Centurionis animum cognitionem Chriſti divinitatis intruſerit. Vox illa cõſummatæ obediẽtiæ teſtimonium fuit, quâ Chriſtus publicè in ipſo mortis articulo teſtatus eſt, ſe divinũ opus à Patrẽ impoſitũ numeris omnibus abſolviſſe, ex prodita ergo Chriſti obedientia, & teſtamentò firmata voluit Pater, ut eius nobilitas & divinitas innoteſceret, & quã ex obedientiæ cõſummatione publico præconio Dei unigenitus ſtatuebatur in cœlo,

Mar. 15. 39. Mar. 15. 37. Ioan. 19. 30.

eo-

eodem tempore, obedientiæ teſtimonio edito Dei Filius manifeſtaretur in terris, quaſi obedientiæ fuerit ubique proprior & certior claritudinis nota, & divinitatis irrevocabile inſigne. Myſterium egregiè
Bernardus. percalluit Bernardus ſerm. 28. in Cant. *Undè igitur advertit pulchritudinem crucifixi; & quòd is ſit Filius Dei qui cum iniquis reputatus eſt? Reſpondere aliquid ad id, noſtrum nec fas, nec opus eſt. Nec enim Evãgeliſtæ hoc diligentia præterijt. Sic enim habes: Videns autem Centurio, qui ex adverſo ſtabat, quia ſic clamans expiraſſet, ait: Verè hic homo Filius Dei erat. Ergo ad vocem credidit, ex voce agnovit Filiũ Dei & non ex facie. Erat enim fortaſſe ex ovibus eius, de quibus ait Oves meæ vocẽ meã audiunt, & cognoſco meas, & cognoſcunt me meæ. Auditus invenit, quod non viſus, oculum ſpecies fefellit, auri veritas ſe infudit. Oculus pronuntiabat infirmum, oculus fœdum, oculus miſerum, oculus morte turpiſſima condemnatum, auri Dei Filius, auri formoſus innotuit.* Inter tot tumultuantium animorum turbines, qui in Chriſtum glandes conviciorum grandinabant; inter fœdiſſimas blaſphemias quæ Chriſti decorem & ſpeciẽ deturpabant & occultabant, inter immanioris ſupplicij horrores, inter turpiſſimæ infamiæ & ignominiæ formam quæ undique Chriſtũ circumduebat & obſidebat, ſola vox peractæ obedientiæ audita divinitatis præconium & notitiã hominis invexit in animum, univerſam illam ludibriorum tempeſtatem Aquilonis inſtar diſrupit & proſligavit, omne illud inglorij dedecoris theatrũ mẽtita eſt: quia obediẽtia ſemel percepta, ingenuę claritudinis cõceptum ſubſequi neceſſum omnino eſt.

84 Ex his evenit, ut creaturæ, cũ Chriſto humilis ſuæ obedientiæ ſedula obſequia tributare conantur, ipſum obedientiæ ſtudentem præſtolentur; quaſi inter obedientiæ officia diviniori illum habitu indutum ſplendidioreſque nobilitatis radios emittentem ſpectent. Difficilia quidẽ ſunt verba Cyrilli Ieroſolymitani Catecheſ. 2. qui
Cyrillus Ieroſolym. retrogradum illum Solis motum tempore Ezechiæ diſpungens, ait: *Tũc propter Ezechiam Sol reverſus eſt, propter Chriſtum verò Sol obſcuratus eſt, non retrocedens, ſed deficiens, ac per hoc utriuſque differentiam & Ezechiæ & Ieſu demonſtravit.* Expoſtulavit Ezechias ab Iſaia Vate pignus incolumis ſalutis, quam illi Dei nomi-
4. Reg. 20. 9 ne Vates obtulerat, & ait Iſaias: *Vis ut aſcendat umbra decem lineis, an ut revertatur totidem gradibus? Et ait Ezechias: Facile eſt umbram creſcere decem lineis, nec hoc volo ut fiat, ſed ut revertatur retrorſum decem gradibus*, 4. Reg. 20. 9. Profecto Sol obedientiæ ſibi indictæ inſiſtit, dũ iter ſuum peragere feſtinat prorſum pergens. Cùm verò retrovertitur, ab obedientiæ ſuæ ordine videtur deflectere, optione ergo factâ Ezechiæ in pignus obtinẽdæ ſalutis celeris inceſſus Solis vel receſſus per decem gradus, utpote difficiliorem elegit receſſum, & forſitan non ita eſt arduum ab obedientiæ tramite reſilire, quàm illũ iugi conatu percurrere. Ait ergo Cyrillus: *Tunc propter Ezechiam Sol reverſus eſt, propter Chriſtum verò Sol obſcuratus eſt, non retrocedens ſed deficiens: ac per hoc utriuſq; differentiam & Ezechiæ, & Ieſu demonſtravit.* Quaſi dixerit: Sol veluti ſi ratione præditus eſſet, præclarũ ſtatuit diſcrimẽ inter ſordidũ peccatorẽ ignobiléque propter quem ſuum deſerens curſum retrogreſſus eſt, & Chriſtum Dominũ, propter quem, cũ deficeret, deliquiũ paſſus eſt. Etenim ignobilitas & turpitudo, quã peccator in ſua origine ebibit, aptius nõ potuit exprimi, quã per ab obedientia diſceſsũ. Quid ni eligeret prævaricator, qui ab inobediẽtia traxit infamiã, creaturã ab inſtituto ſuo obedientię deficere? Arverò Sol Chriſtum attendens perfectiſsimã obedientiã explentem, curſũque obedientiæ conſummantem, quippè qui obediens fuit factus uſque ad mortem, in tanto obedientiæ facinore ſuũ illũ Deũ & Dominũ recognoſcens ut divinitatẽ ſimul & dominiũ teſtaretur, nõ ſtuduit retro gradus fieri quemadmodum tempore Ezechiæ (eſſet enim valdè abſonũ ineptumque ſolemnioris obedientiæ dedicationem inobediẽtiæ tropis & imaginibus celebrare) ſed deficiẽdo, ad obediẽtiæ auctoris ſuæ formam ſe cõponere; etenim Sol iſte naturalis agnovit Chriſtũ Solẽ divinũ ſimul & auctorẽ ſuum eſſe, & cùm attenderet illũ curſum ſuũ finientẽ & expirantem, putavit ſe non poſſe ſubſiſtere, undè eo deficiẽte, ut verus obediens appareret, veſtigijs ſui capitis inſiſtẽs, affectavit defectũ, vel ſi didicit ultra divini Solis obitũ curſum ſuum progreſſurũ, ſaltem normam & habitũ auctoris ſui accuravit exquirere, & ſic obedientiæ ſuæ avidũ ſtudium declarare; perfecti enim obedientis eſt Domini ſui actuum ſe typũ præbere, illoſque attentè ſpeculari & ſcrutari, ut in ſe tranſumat; undè cũ illum morientẽ meditatus eſt, & curſum conſummantẽ, appetivit & deficere, & à curſu deſiſtere, vel certè ad illius ſe formam adaptare, ut obediẽtiæ habitu illũ velut Deũ ſuũ proſequeretur, fateretur q, : qui enim Ezechiã hominem teſtatus eſt retromiſſo curſu, quo ab aſſueta obedientia deflectebat, cenſuit ſe Chriſti divinitatẽ proteſtari obediẽtiæ for-

ma aſſumpta. Et ſic puto me mentis Cyrilli ſcopum collimaſſe aſſerentis: Ac per hoc utriuſque differentiam & Ezechiæ & Ieſu demonſtravit.

§. VI.

In Mariæ parentibus illius conceptioni ſtudentibus miræ obedientiæ ſpecimen promicuit, undè Maria à ſua conceptione obedientiam hauſit, quam illibatam & ſplendidã ſemper ſervavit: ex quo illa nobiliſſima à prima ſui origine evincitur.

85 *SAncita obedientiæ nobilitate, ſtatuitur conceptionem Mariæ ab obedientia ſumpſiſſe auſpicia ex B. Brigitta. Commendatur illuſtris conceptio Iſaac à Zenone Veronen. in Gen. 17. 15. & Gen. 18. 10. Confertur ſacrificium in quo Abraham conatus eſt immolare filiũ cum ſacrificio quo ſe devoverũt Mariæ parentes obedientiæ ſibi impoſitæ de coniugali conventu ut Maria conciperetur; illuſtratur id ex Geneſ. 3. 7. per Hugon. de S. Vict. & ex B. Brigitta.*

86 *Mariæ conceptio ab obedientia ortum trahens elicitur ex Pſal. 71. 6. per Ruffinum. Quæ lucem accipiunt ex Iſai. 53. 7. per Gaſpar. Sanch. Gloſſ. Damaſcenũ & eius Scholiaſten.*

87 *Prætereà argumentũ fulcitur ex Pſal. 131. 8. quem Chryſoſt. interpretatur de Maria. Lorinus, Gregor. Thaumat. expenditur regiũ Vatẽ non eſſe Dominũ deprecatum, ut deſcenderet in arcam, ſed ut aſcenderet.*

88 *Prædictus locus Pſalmi elucubratur ex Geneſ. 6. 14. & Exod. 25 8. per Richar. de S. Laurent. Bernard. Origen. Chryſoſt. Albinum, Interlinear. Bedam, Cyrillum, Heſychium Ieroſolymit.*

89 *Primus inceſſus Mariæ in ſua conceptione, inceſſus obedientiæ fuit, quæ deſignata fuit in nubecula illa 3. Reg. 8. 44. aſcendente de mari. Nubes inſigne obedientiæ præfert ex Pſal. 77. 25. ex Pſal. 88. 7. ex Pſal. 134. 7. ex Pſal. 103. 3. ex Eccli. 43. 16. ex Iſai. 5. 6. ex Ierem. 51. 16. per Incognitum & Caiet. locum 3. Reg. 18. 44. Interpretatur Ioan. Ieroſolym. de puriſſima Mariæ conceptione: cuius verbis fax præfertur. Quomodo figura Marianæ conceptionis veſtigium præmiſerit Dominicæ incarnationis, ex Ioan. Ieroſolym. & Richard. de S. Laur.*

90 *Argumentum firmatur ex Iſai. 19. 1. per Richar. de S. Lauren. Hieron. & Ambr.*

91 *Angelus legatus eligitur ad Mariã, cui myſterium incarnationis nuntiaret, quia ut dignitati conſuleretur Mariæ obediẽtis non niſi Angelũ, qui obediẽtia excellebat, oportebat mittendum, quia auctoritati obedientis, dignitas ſolius obediẽtiæ adæquatur, per Richard. de S. Laur. Sed quare Simeon Mariæ non mittitur Dominicam incarnationis legaturus, qui humilis & obediens & Spiritu ſancto erat plenus? Luc. 2. 25. per Epiphan. Cyrillum & Chryſoſt. adhuc dignus non erat, qui ad Virginẽ adlegaretur incarnationem explicaturus, quia ipſe inobedientiæ maculam in conceptione inſtar reliquorum hominum ſuxit: At Mariæ conceptio ab obedientia orta, & divina incarnatio veluti obedientia coacta, & ideò conſentaneum fuit, ut legaretur Angelus à ſua prima creatione obedienti, quia ſic dignè reſpondetur & auctoritati perſonæ, ad quam legabatur, & maieſtati legationis, quam obibat.*

85 MEdiusfidius cũ §. 4. clariſſima obedientiæ nobilitas manſerit ſancta & firmata, eam q; divina Sapiẽtia ſtuduerit in temporalis generationis ſuæ proavis innectere & intexere, ut ingenua & conſpicua ab illis cenſeretur decurrere: & §. 5. ſpectaverimus obedientiã eã divinæ generationi immixtã, cuius illa erat capax, & ulteriùs temporalem divini Filij generationẽ obedientiã coalitam & compactam, quæ in ipſa obedientiæ officina & ſchola, nempè Marię utero, fuit concreta, parentemque elegiſſe ſummâ obedientiã prædităm, quæ obedientiæ ſuæ pulchritudine & imperio divinum rapuit animum, ut ex ipſa carnis humanæ ornamentum aſſumeret, quo velut glorioſo decore ſe præcingeret, quaſi nobilius divina proles non poſſet enaſci, quàm ab obedientia effuſa: facile ſanè erit nobilem Mariæ conceptionem adſtruere, ſi illam obedientiã coactam & ornatam oſtendamus. Rurſus examinanda & illuſtranda accerſo B. Brigittæ verba, quæ ſect. 1. §. 4. num. 21. ſcripſimus, deſumpta ex lib. 6. c. 55. *Mater Dei loquitur. Quando Pater meus, & Mater mea matrimonialiter convenerunt, plus fecit hoc obedientia quã voluptas, & plus ibi operata eſt charitas divina quã voluptas carnis. Nã hora, in qua ego cõcepta ſum, benè poteſt vocari aurea hora & pretioſa, quia alij cõiuges cõveniunt ex voluptate carnali; mei autem Parentes cõ-* B. Brigittas

venerunt ex obedientia ex præcepto Dei. Perpende, quo iam pervenerat purgata & defœcata natura parentũ Mariæ, quantum ab affectionibus primæ labis ſe expediiſſet, quã fuerit attritus fomes, quã extinctus & tumulatus iacuerit appetitus ſtimulus, imò cupido ipſa quã prorſus delata, quæ princeps germẽ primævi peccati exiſtit, ut materia iucunditatis verſa fuerit in luctũ, voluptatis munus tranſierit in tædiũ & doloré, poſſederitque odiũ quod ambierat cupiditas, & qui erat lætitiæ thalamus, fieret ara ſacrificij, in qua eximius animi cruciatus exercebatur, & vehemẽs dolor Deo litabatur. Cõmendans Zeno Veronen. ſerm. 3. de Abraham nobilem conceptũ Saræ, inquit: *Cõcipit Sara, portat ſine labore uteri ſarcinã, quæ iã ambulare non poterat, tũc diſcit mater eſſe cũ deſinit: marcidæ mammæ lactis ubertatẽ oſtendunt; & de ieiuna ætate puer robuſtus ſaginatur.* Et tamen cùm ſic effœta eſſet effecta & emortua præ nimia annoſitate, non legitur illi aut viro connubialis complexus fuiſſe indictũ præceptũ, ſed feſtiva & votiva nuntia ſuſcipiendæ ſobolis delata, & quæ ad gaudij riſum utrumque coniugem provocaret, ſic Gen. 17. 15. *Dixit quoque Deus ad Abrahã: Sarai uxorẽ tuã non vocabis Sarai, ſed Sarã: Et benedicã ei, & ex ea dabo tibi filiũ. &c. Cecidit Abrahã in faciẽ ſuã, & riſit. Dicens in corde ſuo: Putasnè centenario naſcetur filius? Aut Sara nonagenaria pariet?* Et Gen. 18. 10. *Revertens veniam ad te tempore iſto, vita comite, & habebit filiũ Sara uxor tua. Quo audito Sara riſit poſt oſtium tabernaculi.* Et quãvis Saræ riſum ſuggeſſerit incredulitas, non tamen mœroris aut moleſtiæ laborem ſuſtinuit, ſed motũ exhilarati animi habuit; ea enim quæ optamus, licèt fieri non poſſe credamus, cùm nobis annuntiãtur, animo lenocinij illecebras pariunt. Longè ſanè diſſimilis in parentibus Mariæ caſus. Tantũ enim abfuit à voluptate & uſu coniugij eorũ animus, ut ad illum egerent præcepto, præceptum verò non niſi circa difficile & arduum, vitæque moleſtum verſatur, & quo magis præhabenda ad conceptionem prolis coniunctio timebatur, conceptio magis credebatur: ſic enim quandoque timor, damna quæ nequeunt evenire, formidat, ſicut ardens deſiderium, id in quod fertur, credit ſæpiùs impoſsibile, ut accidit Saræ, quæ præ urgenti filij deſiderio, quod ei pollicebatur, effici non poſſe iudicavit. Ne, quæſo, temeritatis incuſer, ſi auſim cogitare & proferre nõ minoris ſacrificij facinus attuliſſe Ioachimo & Annæ præceptum de coniugali conventione, quã Abrahæ præceptum de libero immolando; ut ubique præceptum, quia utrobique difficultas, ſed in Ioachimo & Anna ſublimius opus, & quæ omnem demirationem ſuperat, quàm in Abrahamo ſplendicat, nam huius dolor militat naturæ; illorum contra naturam, hic actum timet, ex quo filiũ perdat, illi opus conſummare formidãt, ex quo filiã ſanctiſsimam habeãt; ille adeò intra naturæ iura ſe continet, ut animi tortura prematur in naturæ pignoris amiſsione, illi adeò ſuperiorem naturæ volatum efferunt, ut quaſi extra naturæ ſint ditionem, naturæ perhorreſcant conſuetudinem, ex qua dulcè naturæ pignus funditur. Vlteriùs vincitur à Ioachimo & Anna Abrahã, quia ille ſcenam doloris ſui non perficit, iſti laborẽ formidati cõgreſſus cõſummat: avocatur ille antequã obedientiã perficiat, provocantur iſti, donec præceptum expleant, ille ſub iſto ſolum & diſcrimine militavit. Hos perduxit præceptũ uſq; ad poſtrationẽ. Confer nunc, obſecro, arã quã erexit Abrahã in qua filiũ ligatũ manibus & pedibus ſterneret, cũ thalamo in quo mundiſsimi cõiugij ſolvitur debitũ & ad illud caſtiſsima mẽbra ſolvuntur; & perpende cui debetur maior ſanctimoniæ & reverẽtiæ cultus, ſi enim Iſaac devotio, & parẽtis Abrahæ obediẽtia arã illã ſanctificarũt, quã ſanctitatis & venerationis largitionẽ nõ afferrent thalamo obediẽtia & devotio utriuſq; coniugis, quæ ſublimiori demiratione, Abrahæ ſacrificio ſupervectabatur? Siquidẽ in ſacrificij immolatione, & præcepti expletione pertimeſcebat Abrahã naturæ aſſecla naturæ iacturã & doloré, Mariæ verò parentes in præcepti ſui executione veluti naturæ exules & impugnatores naturæ voluptatẽ & incrementa. Igitur in actũ illum, qui totus obedientia erat, in quo tã ſolemne novũque obedientiæ ſacrificiũ agebatur, in quo conſortes naturã ſuã ignorabãt, vel ſupra illã ſublimiter elevabantur, quomodo primi parẽtis inobediẽtia inſtillaret? Quomodo corruptæ naturæ tavus tãtæ integritati poſſet obrepere? Quomodo per canales illos quos obediẽtia deterſerat, & ſupra naturæ ordinẽ & præſcripta collocarat, vitiatæ naturę contagiũ in conceptionis officinã ſe immitteret? Certè ſi ut ſect. 5. §. 1. n. 5. ex Hugone de S. Vict. ſtatuimus in inſtrumentũ & fontem generationis primum & principem ſui effectum immiſiſſe primi parentis inobedientiam, eamque in illo primo pullulaſſe iuxta præſcriptum illud, Geneſ. 3. 7. *Et aperti ſunt oculi amborum, cùmque cognoviſſent ſe eſſe nudos fecerũt ſibi perizomata.* Vt in ſeminario vitæ inſcriberetur macula & inobedientia quæ ab illo in poſteros propaganda erat: Ideóque poſteà

Zeno Veronen.

Gen. 17. 15.

Gen. 18. 10.

Geneſ. 3. 7.

ſtea Deũ circunciſionem, quam tanquã ſignum obedientiæ ſibi ſolvendæ erigebat, in generationis miniſterio voluiſſe affigere Deo ſic inſtrumentũ illud veluti caſtigante & infirmante, ut ubi inobedientia vexillata erat, ibi obediẽtiæ ſignũ regnaret, & unde dirè effluebat in poſteros, deinde mitius & imbecilliusin eos derivaretur. Recole illa verba Hugonis: *Vna autem pars rationi non obedit in ſignũ tranſgreſsionis, ſcilicet pudenda: Ideò videlicet, quia tota propagatio generis humani per partẽ illã erat trãſitura, ſcriptum eſt in ea quaſi in porta ſignum inobedientiæ parentum, inobedientia ſcripta membrorum.* Nunc, oro, attendas quã ex adverſo in parentibus Mariæ ſe res egerit, in quibus ea pars, quæ in reliquis hominibus rationi non obtemperat, adeò rebellionem & perduellionem à ſe expunxerat, ut penè effæta & extincta lãgueret, & quę tyrannica poteſtate in cęterisquaſi iure obtinuerat rationis obedientiã infringere, in Ioachimo & Anna non niſi ex præcepto movebatur. Ergo ſi in ea parte, quia tota propagatio generis humani per illam erat tranſitura, ſcriptũ eſt quaſi in porta ſignum inobedientiæ parentũ, quo indicabatur inobediẽtiæ maculam per illud membrum in ſobolẽ defluxuram, verè apud Mariæ parẽtes quando tẽpus honeſti concubitus urgebat, ſignũ illud inobedientiæ prorſus erat deletũ & abraſum, in eiſq; ea pars obediẽtiæ ſignũ & inſigne geſtabat, quæ adeò rationi ſubdebatur, ut præcepto ad uſus ſuos veluti coacta ferretur; undè fateri tenemur, quòd quemadmodũ ſignũ inobedientiæ in eo membro emergens teſtimoniũ eſt infectionis in prolẽ derivatæ, ſic obedientię ſignũ in illo exaratũ, expungens & delens inobediẽtiæ chirographũ, teſtimoniũ eſt mũdiſsimæ ſobolis conceptionis. Quapropter Mariæ ut authenticè ſuæ cõceptionis ingenuitatẽ totius piaculi immunẽ oſtendat, eã ex obediẽtia deducit, qua adducti illius parentes ad ipſam generandã acceſſerunt. Teſtẽ adhibeo B. Brigittam lib. 6. c. 49. *Mater Dei loquitur, ſi alicui volenti ieiunare, qui deſideriũ haberet comedendi, ſed voluntas reſiſteret deſiderio, præciperetur à ſuperiore, cui obediendũ eſſet, quòd propter obedientiã comederet, & ille propter obedientiã cõtra velle ſuũ comederet, illa comeſtio maiori remuneratione digna eſſet quã ieiuniũ. Per ſimilẽ modũ coniunctio meorũ Parentum fuit, quando ego concepta fui; & ideò veritas fuit, quòd ego concepta fui ſine peccato originali, & non in peccato.*

Hugo de S. Victor.

B. Brigitta

86 Cogitationem B. Brigittæ cœlitus inditam, nempè Mariam puriſsimè conceptam, quia ex parentum congreſſu obediẽtia inſtincto deducta, ſtrennè confirmant verba Ruffini Aquileiẽſis interpretãtis illud Pſal. 71. 6. *Deſcendet ſicut pluvia in vellus.* Sic ſcribentis: *Rectè ergo Maria velleri comparatur, de cuius fructu ſalutaria populis veſtimenta texuntur. Vellus planè Maria eſt, ſiquidem de molli ſinu eius agnus egreſſus eſt, qui & ipſe matris laniciem, id eſt, carnem geſtans malli vellere cunctorũ operit vulnera populorũ. Omne enim peccati vulnus Chriſti lana ſuffunditur, Chriſti ſanguine fovetur, & ut ſanitatẽ recipiat, Chriſti indumento veſtitur.* Velleri cõparatur Maria, quatenus vellus quid eſt diſtinctũ & ſeiunctũ ab ove, Maria autẽ in primo ſuæ generationis inſtanti, cœpit ſingularis exiſtere perſona & à Matre diſcerni: itaq; iuxta mentem Ruffini Mariæ conceptio & velleris detonſio ſe mutuâ quadã ſacramẽti neceſsitudine reſpiciũt, quia ſicut in cõceptione Maria cœpit eſſe alia à parente, ita in tõſione vellus ab ove aliud incipit eſſe. Vndè Anna cũ concipit, rectè confertur ovi cùm tondetur. Quid verò in ove cũ tõdetur ſubeſt, ſplendidius emicat quã obedientia? Quamobrẽ ovis vel agni detonſio inclytũ ſolemnioris obediẽtiæ inſigne præfert, & cũ amplificare ſtudúit Spiritus ſanctus mirũ Chriſti obedientiæ exemplum in paſsione ſua exhibitũ, agno illũ cõparavit corã tonſore obmutescenti, Iſai. 53. 7. *Oblatus eſt quia ipſe voluit, & non aperuit os ſuum, ſicut ovis ad occiſionẽ ducetur, & ſicut agnus coram tondente ſe obmuteſcet.* Aptè ergo Anna cùm filiã ſanctiſsimã concipit, ovi corã tondente cõſtitutæ cõparatur, quæ illuſtre ſpecimen obedientiæ emittit, ut cenſeatur totũ fuiſſe obedientiæ opus quod requiſitũ ad conceptionẽ fuit, nec aliter proceſsiſſe Annã ad thalamũ ut conciperet, quàm ovem aut agnum ad tonſtrinã, ut tondeatur, nec minus inviſum fuiſſe thalamũ Annæ, quã agno tonſtrinam. Et ut præclarè noſter Gaſpar Sanchez ait: *Eſt optimum ſymbolũ eius, qui in dolore & iniurijs animum habet infractum, & longè ſuperiorem adverſis quem nobis Iſaias proponit in agno.* Scilicèt ſilente coram tõſore, cui licet conferri Annam præcepto connubialis congreſſus ſilentem nec repugnantẽ. Quocirca integra mente animoque inconcuſſo ſanctiſsimi coniuges nil delato præcepto reſpondentes in thalamũ tanquã in ſacrificij officinã perrexerunt, ne ſi preces in dicto præcepto opponerẽt, mũdi ſalutẽ retardarent. Optimè enim eis aptatur ratio, ob quam Chriſtus inſtar agni obmutuerit coram tyrannis Pilato & Herode: *Nũ aperuit os ſuũ* (inquit Gloſ.) *quia pauca Pilato & Herodi reſpondit, ne differretur ſa-*

Iſai. 53. 7.

Gaſpar Sãchez.

Gloſſa.

ſalus humani generis. Et quæ, quæſo, inobedientiæ antiquæ prurigo thalamo illi poſſet obrepere, in quo tantæ obedientiæ facinus celebrabatur? Quomodo à ſacrificij illius fictione, in quo coniugũ animi divino præcepto tanquã aræ & igni devovebantur inobedientiæ lues valeret deſcendere? Quàm antè exclamavit Damaſcenus, orat. 2. de Nativit. Mariæ: *O beatos Ioachim lumbos, exquib⁹ prorſus immaculatũ ſemen fluxit! Opræclarã Annæ vulvã, ex qua tacitis incrementis ex ea auctus atq; efformatus fuit fœtus ſãctiſſimus!* Et ſubinferiùs: *Ioachim & Anna ſibi ipſis ad iuſtitiã ſeminarũt, ac vitæ fructũ meſſuerunt.* Optimè ſibi reſpõdent ſeminatio iuſtitiæ, hoc eſt obedientiæ, & vitæ fructus: etenim Maria, quæ obedientiã tanquã ſemen habuit, erumpens in ſua cõceptione nõ mortis, ſed vitæ fruct⁹ fuit, floruit enim tunc eius vita, quãdo reliquorũ viget mors. Nec omittã, quæ ſcripſit Scholiaſtes Damaſceni in cap. 15. lib. 4. fidei orthodox. *Proinde in glorioſæ Annæ præconiũ (quod & in filiæ ſuæ laudẽ honoremq; itidẽ cedit) nonnulli ad calcem ſalutationis Angelicæ & cũ multa religione, pietate, animiq; veneratione & illud adjiciunt: Et benedicta ſit Anna mater tua, de qua ſine macula proceſsit caro virginea.* Congruenter ſatis ſalutationi, quæ immunem Chriſti generationẽ adſtruebat tũ ex obediẽtia matris, in qua formabatur, tũ ex geniti obediẽtia, qui in ipſamet generatione præceptum patris ſuſcepit, adiungendã duxerunt commendationẽ puriſſimi ventris Annæ, in quẽ pro ſemine obedientia cecidit, & virgineã carnẽ abſque ulla macula compactã generavit. Vt autẽ ſtabiliatur firmiùs Mariæ cõceptionẽ in Annæ utero patratã, plenè opus obedientiæ extitiſſe, illã nõ tam humanum quã divinũ opus Damaſcenus prædicat; Marianæ enim cõceptionis cõpagem ſibi Deus vẽdicat ut propriã, eo ſenſu quo Deus prælatusvè geſta ab obedientia ſubditorũ parta ſua eſſe denuntiat. Ait enim Damaſcenus ſuprà prope finem Mariam alloquens: *Quã beata domus David ex qua prodijſti, & vẽter, in quo Deus ſanctificationis arcam, hoc eſt eã, aqua ipſe ſine ſemine cõceptus eſt, fabricavit.*

87 Alluſit procul dubio Damaſcenus ad illud Pſal. 131. 8. *Surge Domine in requiẽ tuã tu & arca ſanctificationis tuæ.* Quẽ locũ interpretatur Chryſoſt. in Liturgia Græca de Chriſto & de ſanctiſsima Parẽte: *Gabriele dicente tibi, virgo Ave, cum voce incarnatus eſt omniũ Deus in te ſacroſancta arca, ut dixit iuſtus David.* Deprecationis ambitu ſupplicat David, tũ ut divinus Filius è ſinu Patris deſcendat, & carnẽ noſtrã aſſumat. Tum ut ſanctiſsima Maria, quæ arca futura eſt tantæ œconomiæ myſteriũ geſtatura, celeriter conſtruatur, hoc eſt, ut eius conceptio præcoci curſu maturetur, & ut ſcitè obſervat noſter Lorinus, preces Davidicæ mentis in præſenti eò tendunt, ut Deus imperet præcipiatque Mariæ arcam citiſsimè fabricari. Ait enim, videtur ea phraſi importari firmum Dei ſtatutum, quã primum Mariæ conceptionem & Filij incarnationem maturandi. Ex quo liquet ſtudiũ fuiſſe Vatis oſtendendi tam humanam filij generationẽ, quàm Matris conceptionem extitiſſe opus ab obedientia partum, cui præparando & conficiendo divinum præceptum interfuit. Quod in Chriſti generatione effulſiſſe eleganter admonuit Thaumaturgus ſerm. 1. de B. Mar. annuntiatione: Vbi Mariæ obedientiam, prudentiam mentiſque maturitatem Evæ inſipientiæ, inobedientiæ ac animi petulantiæ oppoſuit, illa ut divinum Verbum generaret, hæc ut ſemen diaboli conciperet: *Nam prudens,* inquit, *& ſapiens in cunctis erat Maria, nec ſimilis ei ex univerſis generationibus ulla unquam eſt reperta. Non ſicut anteà prima virgo Eva ſola in paradiſo chorum agens atque tripudians, relaxata mente per incuriam ab auctore omnis mali ſerpente, & ſic ſenſu mentis corrupta eſt, ac per ipſam fraudulentus venenum effundens, mortemque admiſcens in omnem mundum introduxit, ac propterea omnis ſanctorum ærumna nata eſt; verùm in ſola ſancta Virgine eius lapſus reparatus eſt. Neque priùs ſanctiſsima Virgo donum admiſit, quàm quis illud mitteret, & quodnam donum eſſet, ac quis ferret, addidiſcere ſtuderet. Quæ dum ſecum velut anceps loqueretur; ait ad Angelum: Vndè ſic nobis benedictionem aſporiaſti? &c.* Ecce quomodo Maria verbis Angeli aſſenſum credere ſuſpendit, donec divinã ſciviſſet voluntatẽ, & oportere ſe inſtar ancillæ divinis verbis fidem & obedientiã præſtare cognoviſſet, ut ſic in eius utero obediẽtiâ excellentiſsimâ undique circumlito & circunfuſo, Chriſti generatio cogeretur, diceretur q; Chriſtus veluti ab obediẽtia genitus, & effuſus, ne quis de eius ingenita & ingenua claritudine quiret ambigere. Quod verò obedientia miniſtra fuerit & veluti obſtetrix Marianæ conceptionis, quippè quæ Parẽtes eius ad thalamũ cõpulerit, omniaque adamarit & expedierit, ut mũdiſsima prodiret, verberatâ inobediẽtiâ & fugatâ à nuptiali thoro, & fœcundis coniugũ amplexibus, in quibus illa ſe immiſcebat venenũ primæ maledictionis infundẽs, adſtruit idẽ Gregor. ubi ſuprà ex præindicatis Pſalmi verbis: *Surge Dñe in requiem tuam,*

Damaſcen.

ſcholiaſtes Damaſ.

Lorinus.

Gregorius Thaumat.

Pſal. 131. 8.

Chryſoſt.

Gregorius Thaumat.

tuam, tu & arca ſanctificationis tuæ. Sic enim ille ubi ſuprà: *Verè enim arca eſt ſanctiſsima Virgo intrinſecus & extrinſecus deaurata, quæ univerſum ſanctificationis theſaurum ſuſcepit: Surge Domine in requiem tuam. Surge Domine ex ſinu Patris, ut collapſum primi parentis genus erigas. Hæc poſtulans ac deprecans David ad virgam, quæ ex ipſo pulcherrimi illius fructus florem germinatura erat, vaticinans dicebat: Audi filia & vide, & inclina aurem tuam, & obliviſcere populum tuum, & domum patris tui, & concupiſcet Rex decorem tuum, quoniã ipſe eſt Dominus Deus tuus, &c.* Expende verba illa: *Hæc poſtulans ac deprecans David, &c.* Quaſi diceret, cùm David deprecaretur Mariæ conceptionem, eamque vaticinaretur, ſermonẽ & vaticinium ſimul de eius obedientia induxit, monẽs eius ut populi & patriæ domus obliviſceretur, quod quidem monitũ ſimul prophetia fuit. Nam verè Maria in ſua conceptione viam & mortem populi ſui neſcivit; cuncti enim populi ſui indigenæ conceptionem ſortiti ſunt conſpurcatã & pollutam, quam illa prorſus ignoravit, oblita eſt etiam patriæ domus conſuetudinis, nam cùm parentes ad illam generandam cõvenerunt, moris ſuæ, imò & naturæ conſuetudinis fuerunt obliti, ſiquidem non voluptate, aut naturæ præſcripto fuerunt inſtincti, ſed præcepto provocati naturæ voluptatẽ faſtidientes. Quod enim in alijs cupiditas præſtabat primæ inobedientiæ effectus, in illis obedientia & præcepti cultus operata ſunt. Quæ ſanè meditatus Gregorius, inquit, regium Vatem in unum ſimul & vaticinium Marianæ conceptionis, & eius obedientiæ prædicationem copulaſſe. Vt verò vatidicus Pſalmiſta innuat obedientiæ nobilitatem, & claritudinem, qua in lucẽ prodeunt, qui conceptionem ſuam ab obediẽtia auſpicantur, cùm Chriſti & Mariæ generationem prædicit ab obedientia deductam, eã voce ſingulariter utitur: *Surge Domine, tu & arca ſanctificationis tuæ*, ſeu legit Hieronym. *Aſcende proſperè.* Ad rẽ fortè aptius ceciniſſet; inclinare ſeu deſcẽde Domine; cùm enim Filius è ſinu Patris in Mariæ alvum fuerit elapſus, profecto ea generatio melius per vocem deſcenſus aut humiliationis quàm per aſcẽſionis ſeu ſurrectionis vocabulum exprimeretur. Non inficiabor, ſi id tantùm attẽdiſſet Vates cõgruẽtiùs ijs nominibus fungendo fuiſſe locutum. Tamen quia contendebat ſplendorem Filij & Parentis originalem ſtatuere, qui ab obedientia effluebat, eorumque cõceptionem, à turpi & infami reliquorũ hominum conceptione diſcernere, quæ ignominiam ſuam à prima inobediẽtia electat, quapropter in ea ſemper invenitur deſcenſus & caſus. Non enim homo in primo ſuæ generationis inſtanti ſurgit, ſed humiliatur, non aſcendit, ſed cadit, ideò Chriſti & Mariæ generationem maluit per aſcenſus & elevationis vocabula declarare. Nam illis obedientia, in qua gignebatur, attulit, ut in generatione ſua elevarentur & aſcenderẽt, eamque diſtinctionis notam præferrent inter cæteros homines, quibus inobedientia peperit, ut in primo conceptionis inſtanti conſternarentur, miſerèque iacerent.

Hieronym.

83 Meherclè, ni fallor, ut regius Vates mentis ſuæ propoſitum ſplẽdidius eniteretur, cùm Mariæ conceptionem vaticinatur, divino Spiritu illi affulgente, arcam eã nominavit: *Tu & arca ſanctificationis tuæ*, qua voce alluſit vel ad arcã Noe, in qua humanũ genus evaſit incolume, ut volunt Auguſtinus & alij; vel fœderis arcã, ut cõtendit frequentior Patrũ & interpretũ cœtus, vel ad utramque ſimul, ut plerique neque ignobiles nituntur, in quorum ego ſenſum propendeo. Nam utraque ſua compage teſtatur, Mariæ conceptionem humana quidẽ opera fuiſſe patratam, ſed non tam naturæ ordini, quàm divino præcepto obediente, & inſiſtente. Gemina arca hominum induſtriâ fabricata eſt, ſed divinum inſequente exemplar, divinęque vocis præcepta ſervãte. De arca Noe habes Geneſ. 6. 14. ubi ſic Deus Patriarcham affatur: *Fac tibi arcam de lignis levigatis: manſiunculas in arca facies, & bitumine linies intrinſecus & extrinſecus. Et ſic facies eam, &c.* De teſtamenti arca ſic Dominus ad Moyſen, Exod. 25. 8. *Facientque mihi ſanctuarium & habitabo in medio eorum. Iuxta omnem ſimilitudinem tabernaculi quod oſtendam tibi, & omnium vaſorum in cultum eius, ſicque facietis illud: Arcam de lignis ſetim compingite, &c. & deaurabis eam auro puriſsimo intus & foris, &c.* Verè hæ duæ arcæ germana ſe paritate reſpiciunt. Nam utraque ex eadem materia compingitur, nempè ex lignis ſetim, de arca teſtamenti id apertè aſſerit textus, ne obſcurè de arca Noe cùm ait: *Fac tibi arcam de lignis levigatis*, ut placet Richardo de S. Laurent. lib. 11. de laudib. Mar. *Facta eſt de lignis ſetim arca Noe ſicut arca teſtamenti, ligna ſetim levia ſunt: Propter hoc dictum eſt Noe Geneſ. 6. Fac tibi arcam de lignis levigatis.* Vtraque intus & foris firmabatur & ornabatur, arca Noe bitumine, fœderis arca auro: Vtramque divinum præceptum honoravit, & obediẽtia fabricavit, ut evincitur ex textu, Altiſsimum enim Dei cõſilium fuit, ut arca, in qua liberandum erat ge-

Auguſtin.

Gen. 6. 14.

Exod. 25. 8

Richard de S. Laurent.

genus humanum, & ea quæ Dei thronus extitura & propitiatorium, non niſi Dei ſapientiam artificem haberent, nec aliã executricem virtutem quam obedientiam, ut ſic earum dignitas & nobilitas etiã à principio miræ commendationis maieſtate fulgeret. Verè hæc omnia Mariæ ſacramento ſerviebant, & utraque arca fœderabatur in munimentis adornandis animatæ arcæ cõſtructioni, quæ adeò clara & illuſtris extitit, ut ad exemplum geminæ præindicatæ arcæ Dei ſapientiam ſortiretur opificem, & illius compactio, ſeu conceptio tota ab obedientia emanaret, in primoque conceptionis inſtanti adverſus ingruentia mala bitumine eſſet foris & intus fulta, & quia non tantum ei ſecuritas accurabatur, ſed decor, ſplendor, & gloria, eius intima & extima auro veſtiebantur. Quod autem Deus ex eo quod utriuſque arcæ fabrefactor extiterit, animatæ Mariæ arcæ voluerit haberi, teſtatus eſt Richardus lib. 11. de laudib. B. Mar. *Facta eſt arca iſta, ſupple à Deo Trinitate, eius enim artifex & conditor Deus, ad Hebr. 11. & Eccli. 9. In manu artificis operæ laudabuntur. Ipſa eſt enim vas admirabile, opus excelſi, Eccli. 43. De quo ſcilicet opere dicitur, Pſalm. 117. A Domino factum eſt opus iſtud, & eſt mirabile in oculis noſtris. Item de hoc opere dicitur Eccli. 40. Gloria Domini plenum eſt opus eius. Vel artifex ſapientia Dei ſcilicèt Filius; quia ſapientia ædificavit ſibi domum, Proverbior. 9. Sapient. 8. Quis horum quæ ſunt, magis quàm illa eſt artifex. Vel artifex Spiritus ſanctus, de quo dicitur Sapient. 7. Omnium eſt enim artifex, virtutem omnem habens, omnia proſpiciens, & qui captat omnes ſpiritus intelligibiles, vel artifices Beſeleel & Oliab.* Et Bernard. ſerm. de S. Maria: *Arca teſtamenti typum tenet ſanctæ Dei genitricis; illam fecit Beſeleel, iſtam condidit Emanuel. Beſeleel Oliab in opere ſocium habuit, & Virgo quoque virginum condita, prælecta, præſervata, præparata, & ornata per Spiritum ſanctum, & eius omnipotentem Filium fuit. Beſeleel interpretatur umbra Dei, Oliab protectio mea, prior ille Spiritus ſancti, iſte verò typum tenet Filij.* En quomodo cùm cõdenda fuit viva arca & concipienda Maria, ut nobilis fictio & compactio eius emergeret, conſpirarunt Spiritus ſanctus & divina Sapientia, ille opus ſuum obumbrando, iſta protegendo ab omnigena mali imminentia, & ſic à communi labe, quæ cunctorũ hominũ conceptionem infeſtat, Mariæ generatio prælecta, præſervata, præparata, & ornata proceſſit. Vlterius ex obediẽtia quæ in utriuſque arcæ fabrica ſplẽduit, agnovit Richardus de S. Laurent. ubi ſupra, obedientiam qua compulſi Mariæ parentes ad eam concipiendam acceſſerunt: *Commendatur hæc arca ab omnium virtutum compage, quia cùm ſit ſpecialiſſimum opus Dei compaginata eſt virtutum omnium firmitate. Ipſa enim velut arca Noe, & velut arca teſtamenti ad præceptum Dei facta eſt de lignis ſetim, quæ fortia ſunt, & imputribilia. Propter hoc dicitur Iſai. 40. Forte lignum & imputribile elegit ſibi artifex ſapiens, ſcilicèt Chriſtus ſapientia Patris, qui Mariam ædificavit ſibi domum & arcam.* Et proculdubio haudquaquam inficiandum eſt quin divinus favor, quo Deus Mariam in ſua conceptione præfulſit & præſervavit, ne in communem generis humani ſtragem decideret, in arcæ Noe conſtructione & munimentis fuerit mirificè præadumbratus. Quid enim tam apprimè exprimit miſeram illuviem, in quam cuncti filij Adæ, qui ad vitam prodeunt, demerguntur, quàm eluvio illa univerſalis, & ſolutis undique aquarum voraginibus collecta, in qua cuncta animantia, univerſique homines (ijs exceptis, quos cuſtodiebat arca) miſerè perierũt? Ne igitur arca communi plagæ obnoxia maneret, inquit textus: *Fac tibi arcam de lignis levigatis. Et bitumine linies intrinſecus & extrinſecus.* In quem locum ſic Origen. apud Lypoman. *Alia littera habet, de lignis quadratis. Quadrata ligna fuiſſe referuntur, quo & facilius alterum alteri poſſet aptari, & inundante diluvio totus aquarum prohiberetur incurſus, cùm intrinſecus & extrinſecus bitumine iunctura muniretur.* Chryſoſt. autem putat ligna, ex quibus arca connexa eſt, fuiſſe incorruptibilitate prædita: *Ideò tibi*, inquit, *impero, ut extruas arcam ex lignis quadratis & incorruptis.* Albinus in quæſt. ſuper Geneſ. ait: *Quæ ſunt ligna levigata, de quibus arca præcipitur fieri, niſi fortia & inſolubilia, & benè coarctata, de quibus alia translatio dicit: quadrata: ne arca ventorum vi, ſeu aquarum inundatione ſolveretur?* Interlinealis: *De lignis levigatis, id eſt, politis, ne quid nocivum inhæreret.* Quod, quæſo, dignius propriuſque Marianæ conceptionis ſimulachrum, quàm quod olim in arca fuit erectum? Etenim illa quoniam in humani generis ſalvandi depoſitum eligebatur adverſus ingruentẽ pluvialem inundationem rapidamque ventorum violentiam, quæ interitum cunctis mortalibus minabantur, eâ arte ex divino præcepto fuit fabrefacta, præornata & præmunita tum lignorum, ex quibus contignabatur, incorruptibilitate, tum levigatione

gla-

Richard. de S. Laurent.

Bernardus.

Richard. de S. Laurent.

Gen. 6. 14.

Origenes.

Chryſoſt.

Albinus.

Interlin.

glabroque cultu, qui omnem adhærentem ſordem repelleret, tum bituminis litura intus & foris, vel minimæ guttulæ adiacentis undique aquæ aditum interdicente; ut cùm mors omnibus dominaretur, ipſa libera & intacta nulloque generalis cladis veſtigio ſignata, mortis irrideret potentiæ. Nonnè hæc inſtabilitatem Marianæ conceptionis myſterij ſùt præfigiata? Sanè generalis culpæ inundatio lethaliter imminet cunctis filijs primi parentis, qua demerſi in ipſo primo vitæ gradu pereunt: ſi præſcriptæ leges Adami ſoboli attenderentur, Maria diſcrimen hoc videbatur incurſura; ſed quia ad id dignitatis faſtigium ex divina præelectione evecta deſtinabatur, ut humanæ redemptionis depoſitum conciperet & ſervaret, conſentaneum providumque divinæ Sapientiæ conſilium fuit, ut hæc cœleſtis theſauri arca eâ corruptibilitate cõpingeretur, quæ omnem corruptionem abigeret, ſic leviter perpoliretur, ut nullam ſordem admitteret, ſic præparata & prævallata gratiæ bitumine intrinſecus & extrinſecus firmaretur, ut nulla eſſet adverſaria poteſtas, quæ illi ſuum effectum valeret imprimere. Deinde divina Providentia ſimplici huius myſterij veritatem teſtimonio ſancire contenta non eſt: ideòque ſecũdam arcam teſtimonia congeminans imperat fabricari, nobilioribus eam præparamentis & firmamentis adornans, quibus ab impendentibus damnis protegatur. Nã quod in priori arca bitumen pro munimento fuit, in ſecunda aurum pro vallo penito & extimo extitit: *Arcam de lignis ſetim compingite, &c. & deaurabis eam auro puriſſimo intus & foris*, Exod. 25. 10. & 11. Beda apud Lypoman. per arcã Chriſtum interpretans, ex eo quòd fuerit ex lignis ſetim confecta, omnem dediſcentibus corruptionem, elicit puriſſimam Chriſti originem clariſſimamque generationem totius peccati expertem: *Ligna quippè ſetim levis & imputribilis feruntur eſſe naturæ, non multum à qualitate albæ ſpinæ diſtantia. Arca ergo de lignis ſetim facta eſt, quia corpus Dominicum ex membris conſtabat omni vitiorum labe carentibus. Et hæc eadem ſunt ligna ſpinis ſimillima, quia etſi nõ in carne peccati, tamen in ſimilitudinẽ venit carnis peccati, ut Apoſtolus ait*: Eundẽ Dominicæ humanitatis ingenuum candorem ab origine evincit, ex eo quòd arcam iuſſerit Deus intrinſecus & extrinſecus aureis laminis ornatam fabricari. Sic enim ille ubi ſuprà: *Arca igitur intus & foris auro mundiſſimo deauratur, quia aſſumpta à Filio Dei humana natura, & intus Spiritus ſancti virtute plena erat, & foris hominibus apertè Spiritus ſancti opera præmonſtrabat.* Horum ſingula in unum perſtringit Cyrillus lib. 4. ſuper Ioan. *In his verò per arcam, quæ in tabernaculo erat, idem rurſus nobis quaſi per partes oſtenditur. Conſtituta enim fuit ex lignis, quæ putredinem non patiuntur, ut incorruptibile corpus Chriſti eſſe perdiſcas. Auro etiam puro intrà & extrà fuit deaurata, quia pretioſa regaliaque omnia in ipſo ſunt, non ſolùm quæ deitati, ſed etiam quæ humanitati eius attribuuntur. In omnibus enim primus eſt, (ait Paulus) & aurum honoris atque præſtãtiæ loco ſuper omnes accipitur.* Profecto non abſque eximio ſacramento pietatis Dei Filius fœderis arcam non ſolùm ſui ſed & Parentis Mariæ imaginem voluit exiſtere, ſeque & Mariam ſimul in eius fabrica & delineamentis repræſentari. Studebat enim Dei ſapientia, ut perfectionem, nobilitatem, gloriamque, quam de ſui incarnatione arca illa exprimebat, indiſtinctè exprimeret de Mariæ conceptione, ſciretur-que Filium & Matrem in ea originis claritudine, quæ omnem excludit umbrã peccati, non tam duos eſſe quàm unũ; Filius enim & Mater in ea gloria veluti pares non per diſtinctas imagines, ſed per eamdem indiſcretè figurantur. Conſonat Bedę & Cyrillo Bernardus ſerm. de S. Maria ubi de ea fabricam arcæ interpretans, inquit: *Beſeleel ergo cum ſocio arcam teſtamenti fabricavit, ſancta quoque Trinitas Virginem ſibi ſanctificavit, ac templum ſanctiſſimum conſecravit, hoſpitiumque mundiſſimum ſibi præparavit, thalamum quoque, de quo ſponſus præ filijs hominum ſpecioſus, ad publicum procederet, decenter ſibi præornavit. Neque enim Pater abeſſe potuit, ubi eius Filium & Spiritum cooperari voluit, &c. Pater ergo in conſecratione Virginis exhibuit claritatem, Filius humilitatem, Spiritus ſanctus charitatem: Pater lumen exhibuit rationis, Filius cinerem humiliationis, Spiritus ſanctus oleum dilectionis. Pater exhibuit potentiam, Filius ſapientiam, Spiritus ſanctus omnium virtutum gratiam. Pater auctoritatem contra peccatum, Filius humilitatem contra mundum, Spiritus ſanctus charitatem erga Deum & proximum. Arca verò de lignis ſetim facta eſt. Eva ſpina, Roſa Maria, Eva ſpina fuit, quæ virum ſuum ad mortem pupugit, & poſteritati ſuæ peccati aculeum infixit. Ad commendationem verò gratiæ ſuæ, & ad deſtructionem humanæ ſapientiæ de fœmina, ſed de Virgine, de ſpinoſa patrum origine deſcendente dignatus eſt carnem aſſumere, ut ſimilem ſimili redderet, contrarium contrario curaret, peſtiferam ſpinam evelleret, peccati*

Exod. 25. 10. & 11.

Beda.

Beda.

Cyrillus.

Bernardus.

cati chirographum potentiſsimè deleret. Humilitas per ſexum fœmineum commendatur, gloria Virginis & maieſtas opitulatur, peccatum gratia eÿcitur. Eva ergo ſpina fuit, Maria roſa extitit. Eva ſpina vulnerando, Maria roſa omnium affectus mulcendo. Eva ſpina infigẽs omnibus mortem, Maria roſa reddens ſalutiferam omnibus ſortem. Arca ergo Chriſtus & Maria de lignis ſetim, quæ licèt ſpinoſa, tamẽ corruptionem ignorantia conſtructa, quia licèt Chriſtus & Maria deſcẽdãt de Patriarcharum ſpinoſa carne, quippè quæ ab Eva ſpinam infigente fuit lacerata, ulcerata & corrupta, tamen ipſi inſtar lignorum ſetim nullam unquam paſsi fuêre peccati putredinem aut corruptionem. Ambo in ſimilitudinem carnis peccati, quia ſic Divinam potentiam commendabant ſub larva peccati, peccati regnum proſcindẽtes & evertentes, ſed abſque ulla læſione, ſeu infectione peccati; & ideò Eva ſpina fuit, roſa Maria, illa inſtar ſpinæ omnia corrumpens mortemque poſteris afferens, Maria & Filius inſtar incorruptæ roſæ vitæ odorẽ ſpargentes, peſsimumque peccati & mortis halitum, qui à ſpinæ vulnere peſtilenter emanat, diſijcientes & profligantes. Cùm verò ea ſpina peccati poſteris omnibus Adæ infixa à prava inobedientiæ radice pullulaverit, rectè regius Pſaltes Mariæ conceptionem cum arcæ teſtamenti conſtructione contulit, quæ tota ex obedientia proceſsit arcæ opus iuxta Dei præſcripta perficiente, ut nulla in radice ſeu conceptione Marię inobedientiæ ſpina credatur infixa, nulla inobedientiæ macula effluxa, cũ in ea plãtanda & formanda ſola obedientia inſudaverit. Quocirca Heſychius Ieroſolymit. ſerm. 2. de laudibus B. Mar. ex eo quòd in arcæ fabrica miniſterio obedientiæ elaborata, Mariæ generationem agnoſcat, quæ tota ab obedientia proceſsit, illam incorruptionis & integritatis titulis honorat: *Surge Domine in requiem tuam, tu & arca ſanctificationis tuæ. Quæ eſt haud dubio Virgo Deipara. Si enim tu es gemma, meritò illa eſt arca. Et quia Sol exiſtis, neceſſariò Virgo vocabitur cœlum, cùm ſis flos immarceſsibilis, profectò virgo erit planta incorruptionis, & paradiſus immortalitatis.* En quomodo Heſychius ex eo quòd obedientia immiſcuerit ſe Mariæ generationi, quemadmodum & arcæ compagi; excitatur ad appellandam Mariam cœlum, plantam incorruptionis, & paradiſum immortalitatis, quæ nomina ab infectæ naturæ vitio, corruptaque origine procul abſunt.

Heſychius Ieroſolym.

89 Porro Marianæ conceptionis ingenuitatem & claritudinem ab obediẽtia ortum ducere, auſpiciaque deſumere, id maximè ſuadet, quod nota immunitatis originalis Mariæ ſimul forma obediẽtiæ excellentiſsimæ extiterit, aſcenſuſque quo illa ad vitam in conceptione proceſsit, obedientiæ ſimul fuerit inceſſus & progreſſus. Enucleandus accedat locus 3. Reg. 18. 44. ubi cùm Elias pronus & ſupplex pluviã à Deo deprecaretur: *Dixit ad puerum ſuum: Aſcende & proſpice contra mare. Qui cùm aſcendiſſet & contemplatus eſſet, ait: Non eſt quidquam, & rurſum ait illi: Revertere ſeptem vicibus. In ſeptima autem vice: Ecce nubecula parva quaſi veſtigium hominis aſcendebat de mari.* 3. Reg. 18. 44. Præmitto nubes obedientiæ ſemper inſigne præſeferre, quæ non niſi ad divinum imperium coguntur, conſurgunt, & moventur. Trita res hæc in ſacra Pagina, Pſalm. 77. 23. *Mandavit nubibus deſuper*, Pſalm. 88. 7. *Quoniã quis in nubibus æquabitur Domino?* Pſal. 134. 7. *Educens nubes ab extremo terræ.* Pſalm. 103. 3. *Qui ponis nubem aſcenſum tuũ.* Eccli. 43. 16. *In magnitudine ſua poſuit nubes.* Iſai. 5. 6. *Nubibus mandabo ne pluant.* Ierem. 51. 16. *Qui levat nubes, &c.* Vndè Incognitus in Pſalm. 77. quia nubes attendit divini Verbi obſervantiſsimas, & obedientia præſtantiſsimas, per eas ait Dei miniſtros, nempè Apoſtolos Verbi divini gerulos, ut illud in orbem inſeminent, deſignari: *Vbi nota, quòd per nubes ſignificantur Apoſtoli: Mandavit autem iſtis nubibus ut panem cœli verbi Dei per mundum diſtribuerent, dicens eis: Euntes in mundũ univerſum docete omnes gentes, &c.* Vtitur ſemper Deus nubibus ad providentiæ ſuæ munia tanquam fideliſsimis miniſtris ſemper ad divinis imperijs parendum accinctis: ex quo regius Vates cœlis & intelligẽtijs ſupremis nubium nomẽ accommodat, ut eorum obedientiam commendet: *Quis, inquit, in nubibus æquabitur Domino?* Vertit Caietanus *in cœlis*. Et ſacri Interpretes per nubes in præſenti ſpirituales ſubſtãtias interpretantur, quæ haudquaquam Deo queunt comparari. Hinc Deus dicitur equitare ſuper nubes tanquam auriga ſuper rhedam regiam, quæ illius nutui obtemperat, ab ipſoque facilè gubernatur, & quocunque ipſi libet, fertur: *Qui ponis nubem aſcenſum tuum, & ambulas ſuper pennas ventorum.* In quem locum concinnè Incognitus: *Sciendum quòd hìc vult oſtendere Pſalmiſta Dei poteſtatem ſupra elementũ aëris, quia ipſe poteſtate ſua ad libitum agitat aërem, & per ventum nubes ducit per aërem ſecundùm beneplacitum voluntatis ſuæ. Per hoc volens inferre, quòd tales impreſ-*

Pſal. 77. 23. Pſal. 88. 7. Pſal. 134. 7. Pſal. 103. 3. Eccli. 43. 16. Iſai. 5. 6. Ierem. 51. 16. Incognit. Caietanus. Incognit.

preſsiones quæ fiunt aëre, & conſimiles fiunt ex divina diſpoſitione. Vnde ait: Qui ponis nubem aſcenſum tuum. In Hebræo habetur: currum ſuum, quia nubes videntur diſcurrere per aërem ad modum curruum. Quod fit Dei virtute. Et quia nubes per aërem velociter agitantur, & diſcurrunt à ventis impulſæ, ideò ait: Qui ambulas ſuper pennas ventorum. Dicuntur enim venti habere pennas metaphoricè propter velocitatem curſus. Et per hoc voluit oſtendere Pſalmiſta Chriſti aſcenſionem in nubibus. Nam ut habetur Actor. 1. videntibus illis elevatus eſt, & nubes ſuſcepit eum ab oculis eorum. Et non ſolùm ipſe Chriſtus ut caput aſcendit in nubibus ſed etiam membra eius aſcendent in nubibus, dicente Apoſtolo, 1. ad Theſ. 4. Nos qui vivimus, qui relinquimur, ſimul rapiemur cum illis in nubibus obviam Chriſto in aëra, & ſic ſemper cum Domino erimus. Quod ideò dicit, quia tempore iudicij nubes ſuſcipient fideles, qui tunc erunt, & Angelorum miniſterio ducentur in nubibus obviam Chriſto, ut ibidem ait Gloſſa. Tam ergo de Chriſto capite, quàm de membris eius dicit: Qui ponis nubem aſcenſum tuum. Præmiſſa igitur accurata & exacta nubium obedientia, quæ neſciunt formari & elevari, & demũ diſpergi & diſparere niſi ex Dei imperio, ob quæ obediẽtiæ inſigni titulantur: cùm illuſtrem Marianæ conceptionis umbram edere ſtatuit divina Sapientia, eam in tenui, leui, parvaque nubecula de ſalſo mari aſcendenti figuravit: per quæ apertè innuit Mariæ conceptionem de obedientia totum ſuum trahere apparatum; obedientiam Dei expectavit ſicut nubis, quæ niſi Dei præcepto vocata neſcit denſari & aſſurgere. Quapropter Maria inſtar nubes de ſalſo pelago aſcẽdit, ſed nullam illius ſalſuginem ſecum attrahens. De naturæ humanæ ſalo peccati amaritudine affecto in ſua conceptione evehitur Maria, ſed nullam illius amaritudinem ſugens, quia gratia & ardor Spiritus ſancti ab ea vaporem illum expurgavit, ex quo nubecula hæc concreta eſt, ut ſterilem & aridam terram ſalutari pluviâ irrigaret. Ideò annuntiatur Eliæ, mundi ſalutem precibus contendenti: *Ecce nubecula parva, quaſi veſtigium hominis aſcendebat de mari.* Egregiè nubecula in ſua generatione appellatur Maria, quæ cùm Dei præcepto evocatur, & obedientiam præfert, nobilitatem & ingenuitatem ſuæ originis teſtatur. Nequit enim origo quæ ab obediẽtia profluit, ullâ ſorde conſpurcari, vel pravo accore vitiari, de materia abſurda & accida ſurgit, ſed nihil amaritudinis ſeu infecti liquoris ebibens. Strenuè rem digeſsit Ioannes Ieroſolymit. lib. de inſtitut. Monachor. cap. 32. *Per hoc nãque quod ille puer Eliæ vidit de mari nubeculam parvam oriri, revelavit Deus Eliæ, quòd quædam infantula, ſcilicèt B. Maria, per illam nubeculam ſignificata, & inſtar illius nubeculæ per humilitatem parva naſceretur de humana natura peccatrice deſignata per mare. Quæ infantula iam in ſuo ortu eſſet munda ab omni peccatorum ſorde, quemadmodum nubecula illa fuit de mari amaro ſine tamẽ aliqua amaritudine. Licèt namque nubecula illa eſſet originaliter eiuſdem naturæ cũ mari: alterius tamen fuit qualitatis, alteriuſque proprietatis. Mare quidem ponderoſi eſt amarum: ſed nubecula illa levis fuit & dulcis. Sic quamvis in quolibet alio homine natura humana inſtar maris ſit in ſua origine, ita amaritudine & peccatorum pondere preſſa, ut fateri cogatur: Iniquitates meæ ſupergreſſæ ſunt caput meum, & ſicut onus grave gravatæ ſunt ſuper me: Beata tamen Maria de hoc mari, id eſt natura humana, aliter fuit orta, quia in ſuo ortu non fuit onerata amaritudine delictorum, ſed inſtar illius nubecula fuit levis per immunitatem peccatorum, & dulcis per plenitudinem chariſmatũ: ipſa enim in ſuo ortu fuit nubes illa, de qua per Moyſen ſignificatè eſt ſcriptũ: Ecce gloria Domini apparuit in nube.* Et notandum hîc vocem *ortus* non aſſumi à Ioanne Ieroſolymit. pro nativitate, ſed pro origine, nã proprius originã quàm nativitatem ſignificat, idque ex ipſo verborum contextu aperte elucet, ait enim: *Licèt enim nubecula illa eſſet originaliter eiuſdem naturæ cũ mari, alterius tamen fuit qualitatis, alteriusque proprietatis, &c.* Quaſi dicat; & ſi Maria à ſua origine naturam humanam habuerit, ſed non eiuſdem qualitatis & proprietatis, quia à ſua origine nullum peccati pondus, nullam primæ maculæ acerbitatem ſenſit, quibus affectam reliqui homines naturam humanam in ſua origine participant. Vndè ſtatim ortum, ſeu conceptionem Mariæ cũ reliquorum hominum origine conferens, & diſcrimen, quod inter utramque originem funditur, explicans, ait: *Sic quamvis in quolibet alio homine natura humana inſtar maris ſit in ſua origine, ita amaritudine & peccatorum pondere preſſa, &c. B. tamen Maria de hoc mari, id eſt natura humana aliter fuit orta, &c.* Hoc eſt: aliter à cæteris hominibus originem ab ea ſumpſit. Quod quidem ipſa imaginis & exempli ratio, quæ de nubecula paratur manifeſtè evincit. Etenim Maria nubeculæ confertur, cùm primùm formata apparuit, & nubis rationem induit, in ſua tamen prima for-

Ioan. Ieroſolymit.

formatione illâ ita aſſumpta fuit de mari amaro & onere prægravato, ut pondus maris & amaritudinē nō allexerit, ſed à primo formationis ſuæ inſtāti ſicut nubes eſſe cœpit, cœpit quoq; dulcis & levis exiſtere. Quare ut paralellis lineis nubeculæ figura Mariam figuratam reſpiciat, typuſque & protypus ſibi mutuis ſimilitudinis coloribus reſpondeat, fateri oportet Mariam in ſuæ primo originis inſtanti ſubſtantiam naturæ humanæ traxiſſe, ſed puram & defœcatam totiuſque labis & acerbitatis expertem. Hæc autem puritas & peccati indemnitas, quam in ſua conceptione Maria nacta eſt, rectè per id quod nubecula viſa fuerit aſcendere ſignificatur: *Ecce nubecula parva quaſi veſtigium hominis aſcendebat de mari.* Nō enim apparuit nubecula mari cohærens aut inſiſtens, quia ſic videretur eius acerbitatem & pondus in ſua prima formatione participaſſe, appareret enim quaſi maris onere, cui communicarat detenta, ſed viſa eſt à mari vitioſiſque eius proprietatibus elevata. Optimè enim Mariæ conceptio & origo per aſcenſum exprimitur, quia in conceptione, quæ alijs lapſus & caſus eſt, ipſa glorioſè aſcenſum invenit præparatum. Nec abſque myſterio aſcēdiſſe videtur quaſi veſtigium hominis, quia eo innititur in Mariana conceptione veſtigia quædam divini Filij incarnationis effulſiſſe. Aptè ſanè Ioannes Ieroſolymit. ubi ſuprà cap. 35. ſcripſit. *Signum quippè expreſſum imminentis incarnationis Filij Dei fuit, ſcilicèt quod cœtus Diſcipulorum Eliæ vidit nubeculam & infantulam illā quaſi veſtigium hominis aſcēdere.* Quaſi veſtigium hominis Filij Dei præferens viſebatur Maria in ſua conceptione aſcendere, quia gratiarum & gloriæ, quæ in Filij Dei incarnatione erant effuſura, titulis incolorabatur. Richardus de S. Laurent. lib. 12. de laudibus B. Mar. præindicatum locū 3. Reg. 18. 43. 44. de Chriſto Domino elucubrans ex illo arguit illibatam & intemeratam Chriſti generationem, quæ non viri operâ, ſed Spiritus ſancti virtute compacta fuit, & omnigenæ gratiæ copiâ ditata: *In tempore gratiæ*, inquit, *apparuit nubecula gratiæ, id eſt Chriſtus quaſi veſtigium hominis, & non dixit veſtigium ſimpliciter, ſed quaſi veſtigium, quia non opere viri, ſed opere Spiritus ſancti conceptus eſt, & natus, aſcendit de mari, id eſt, de utero Mariæ aſcendit, quia in excellentiſſimo ſtatu vitæ humanæ fuit.* Ergo cùm Ioannes Ieroſolymit. ait, ideò aſcendiſſe Mariam in ſua conceptione in nubecula effigiatā quaſi veſtigium hominis, quia in illa tunc divinæ incarnationis gratia præfulſit, aptè apoſitum eſt, non veſtigium, ſed quaſi veſtigium hominis, quia Mariæ conceptio non plenè imitata eſt gratiam Dominicæ incarnationis, hæc enim abſque viri opere perfecta eſt, at Mariæ conceptio uxoritij conſortij opere formata, habuit tamē quaſi veſtigium incarnationis, quia ſicut hæc omnem maculam umbramq; peccati procul à ſe propulit, ſic Mariæ conceptio totius peccati immunitate prædita eſt, & ſicut Adami illuvies illam non attigit, neque iſtam. In quam mentem devenit ipſemet Richardus ubi ſuprà, qui ut adſtruat ſimilitudinem parentis Mariæ cum Filio eam ex eodem loco 3. Reg. 18. 44. inducit, ex quo nuper Chriſti originalem nobilitatem in eius incarnatione ſplendentem probavit. Ait enim: *Similis viti in foliis, & Maria ſimilis Filio in moribus, qui eſt vitis vera, Ioan. 15. vndè nubes quæ aſcendebat de mari 3. Reg. 18. quaſi veſtigium hominis dicitur habuiſſe. Oſee 10. vitis frondoſa Iſrael, id eſt, Maria fructus, ita eſt Chriſtus adæquatus eſt ei.*

Ioan. Ieroſolymit.

Richard de S. Laurent.

Richard. de S. Laurent.

90 Neque omittam elegantem interpretationem Iſai. 19. 1. quam excogitavit Richardus de S. Laurent. ubi ſuprà: *Ecce Dominus aſcendet ſuper nubem levem.* Expēdit in primis dixiſſe Vatem aſcendiſſe Dominum, & non deſcendiſſe; cùm incarnatio Domini, de qua agit, in qua humiliavit ſe factus obediens uſque ad mortem, congruentiùs per deſcenſum quàm per aſcenſum exponenda videretur. Deinde per nubis levitatem agnoſcit claritudinē Dominicæ generationis nullâ maculæ obſcuritate opacam, nullo peccāti pondere prægravatam. Sic enim ſcribit lib. 12. de laudibus B. Mar. *Videtur quòd dixiſſe debuerat Propheta, deſcendet Deus ad nubem levem, ſicut dicit infrà Iſaias 64. Vtinā diſrumperes cœlos & deſcenderes, & non aſcenderes ſuper nubem levē. Quia non ſe exaltavit, ſed multum humiliavit aſſumendo carnem; ſicut dicit Apoſtolus ad Philipp. 2. Humiliavit ſemetipſum factus obediens uſque ad mortem. Sed quia deſcendens in carnem, qui anteà ignotus erat mundo, ſic aſcendit in notitiam & honorificentiam hominum. Ideò dicitur ſuper nubem aſcendiſſe. Aliter incarnatio Domini dicitur aſcenſus, quia tunc viſibilis mundo apparuit, ſicut nubes melius nobis apparet aſcendendo quàm deſcendēdo. Vel ideò dicitur aſcenſurus ſuper nubem; quia caro in ipſo omnino ſubdita fuit ſpiritui, nec aliquid adverſus ſpiritum concupivit.* Et longè inferiùs de Chriſto Domino identidem ait: *Levis fuit peccati immunitate, quod pondere ſuo animam deprimit in gehennā, cuius caro dicitur*

Iſai. 19. 1.

Richard de S. Laurent.

citur nubes levis Iſai. 19. Qui peccatum nō fecit, &c. 1. Petr. 2. vel levis obediētiæ adimpletione, quia exultavit ut gigas ad currendam viam Pſal. 8. mandatorum Patris. Exquibus perſpicuè elicies, maieſtatem & ſplendorem originalis nobilitatis neutiquā ab obedientiā ſeparari, ſed eo arctiſsimo cognationis vinculo utramque couniri, ut vix una ab altera diſcindi valeat. Quamobrem incarnatio Domini aſcenſus appellatur, nam ex eo quòd deſcenderit Dei Filius in carnem factus obediens; obedientiæ claritudo humilem vocem deſcenſus, in nobiliorem mutavit, ideòque Vates de Chriſto in incarnatione deſcendente ad obedientiam ait auguſtiori vocabulo: *Aſcendet Dominus*, quia ipſa humilitas obedientiæ claritudo eſt, & inclinatio ad parendum aſcenſus maieſtatis. Deinde per nubis gracilitatem & levitatem duo dicit Richardus pariter & indiſtinctè portendi, & omnimodam puritatem, quā Chriſtus à peccato immunis fuit, & alacrem facilemque obedientiā, quā accinctus fuit ad obedientiæ adimpletionem; en quomodo originalis nobilitas obedientiam imbibat, eamque in ſua origine & generatione optet Chriſtus Dominus promicare, ut eam nobiliſsimam & undequaque illuſtriſsimam comprobet. Cæterùm cùm præfatum Iſaiæ locum Eccleſiæ Patres exponant de B. Virgine, Hieronymus, Ambroſius lib. 3. de viduis, & in Pſal. 118. littera S. verſ. 1. & Richardus de S. Laurent. lib. 7. de laudibus B. Mar. eadem myſteria in honorem puriſsimæ Mariæ cōceptionis licebit ex illo meditari.

Hierony. Ambroſius. Richar. de S. Laurent.

91 Demum ut in calce huius operis obedientiæ nobilitatem omnibus commēdationis numeris cumulemus, ſciendum eſt, in id maieſtatis faſtigium obedientiæ gloriam eſſe evectam, ut obedientem non dignè niſi obediens alloquatur. Quamobrē cùm de nuntio obedienti adlegādo agitur, oportet ut is legationi obeundæ præficiatur, qui obedientiæ ſit cultor, & eā obediētiæ excellentiā polleat, quā viget is, ad quē mittitur, & expoſtulat granditas mandati deferendi. In diſputationem vocavit Richardus de S. Laurent. lib. 1. de laudib. B. Mar. Quare ex præſtantiſsimis cœleſtium ſpirituum fuerit à Deo electus, qui ut legatione fungeretur, ad Virginem miſſus eſt, eique ſacræ œconomiæ ſacramentum nuntiaret? Et reſpondet, id divino fuiſſe conſilio diſpoſitum, ne quid reverentiæ & honoris detraheretur Virginis dignitati & auctoritati. Nam cùm Maria gloria humilitatis, ſimul & obedientiæ fulgeret (quæ duæ virtutes ſe mutuò fovent, accendunt, & calamiſtrant, nam quò maior eſt humilitas, promptior eſt obedientia & alacrior, & quò eſt obedientiæ ſtudium ardentius, gliſcit amplius humilitatis amor) ut prodignitate cum Virgine ageretur, expediebat nuntium ei delegandum eximiā humilitate & obedientiā eſſe conſpicuū. Sic enim ſcribit Richardus: *Quod dignè ſalutare tantā Virginem non ſit quilibet dignus, oſtendit Dominus, cùm ad eam ſalutandam non niſi Angelum miſit: per hoc evidenter oſtendens, quòd qui ſalutationem ſuam ab ea deſiderat acceptari, angelicam vitam debet imitari: ut ſit videlicèt humilis: Angelus enim hominem, quit erra & cinis eſt, non dedignatur cuſtodire, nec inde erubeſcit, ſit obediens, id eſt præcepta Domini adimplēs ſine invidia.* Sed adhuc non miteſcit difficultas. Poſſet enim Deus ſenem Simeonē legatum decernere, qui Mariæ cœleſtis œconomiæ myſterium aperiret, tunc enim temporis ſummā virtutis laude commēdatus apud omnes habebatur, nec enim indecorè Mariæ proſpiceretur dignitati, cùm de eo ſacer textus aſſerat Luc. 2. 25. *Et ecce homo erat in Ieruſalem, cui nomen Simeon, & homo iſte iuſtus & timoratus expectans conſolationem Iſrael, & Spiritus ſanctus erat in eo. Et reſponſum acceperat à Spiritu ſancto, non viſurum ſe mortem, niſi priùs videret Chriſtum Domini, & venit in Spiritu in templum.* Perpende virum Sacerdotalibus infulis conſpicuum, ut cenſet Epiphanius lib. de vita & interitu Prophetar. mirā humilitate ornatum, ideò vocatur, *timoratus*, nam timor humilitatis animus eſt, excellenti obedientiā prædituū, ideò Iuſti cognomen accepit, ut placet Cyrillo lib. de mortalit. cap. 1. *Simeon verè iuſtus fuit, qui fide plena Dei præcepta ſervavit.* Et eius egregia obedientia arguitur præterea ex illis verbis: *Et venit in Spiritu in templum*, hoc eſt divini ſpiritui internæ ſuggeſtioni parens, quod quidem perfectiſsimæ obedientiæ eſt. Et ut Chryſoſtom. orat. de occurſ. Domini ait: *Sæpè quidem veniebat, ſed ſuo propoſito: tunc verò à ſancto Spiritu ductus, venit opportunè ad implendum promiſſum.* Denique omnigenā virtutum gratiā erat refertus, id enim teſtantur ea verba: *Et Spiritus ſanctus erat in eo.* Scilicèt non ſolùm per eſſentiā, præſentiam, & potentiam, ut eſt in omnibus creaturis, nec ſolùm per charitatem & gratiam qualemcunque, ſed etiam per gratiam ſpecialem & eminentem; atque per charitatem ardentem, ut eſt in ſanctis heroicis & perfectis. Cerne, ſi poſſet excogitari magis conſentanea legatio eā quā deligeretur legatus humilis ad humilem, obediens ad obedientem, Sacerdos vitæ puritate &

Richar. de S. Laurent.

Luc. 2. 25.

Epiphan.

Cyrillus.

Chryſoſt.

canarum maturitate venerabilis ad virginē, is in quo Spiritus ſanctus erat, ad eam, in quam Spiritus ſanctus erat ſuperventurus. Verumeninverò dignitati Mariæ, myſteriiſque maieſtati, quod nuntiabatur, non ſatis conſuleretur, ſi Simeon quātunvis provectâ ſenectæ felicitate venerandus eximiáque humilitate & obediētiâ præditus, & nō Angelus ad Mariam mitteretur. Etenim obedientia ipſius diſpar valdè Mariæ & incarnationis Verbi obedientiæ inveniebatur. Certè Maria obedientia ab ipſa conceptione hortabatur, conceptionem enim eius obedientia dedicavit, ad quam operādam ſola obedientia eius parentes perduxit, purgato naturæ canali ab inobedientiæ prurigine, ubi nullus appetitus fomes ſentiebatur, imò concupiſcentiæ tædio membra illa languebant, undè ſubſtantia Mariæ in primo generationis inſtanti emergens obedientia inſignita eſt, & vexillata. Generatio item Verbi, quæ nūtiabatur, myſteriū obedientiæ fuit. Nam ad eam prærequiſita fuit præſtantiſsima Mariæ obſecundatio, & in primo illius inſtanti Chriſtus crucis & mortis præceptum accepit. Igitur ut dignè ornatus procederet legatus ad Virginem, in qua obedientia ab ipſa conceptione deducta fuit, & ad incarnationem Filij divini nuntiandam, quæ totum ſuum apparatum de obedientia explicabat, non qualicunque obedientiâ oportebat ut ditaretur, ſed eâ quæ à cōceptionis primo fonte defluebat, ut ſic eius dignitas aptè congrueret perſonę cui mittebatur, & myſterio quod legabatur, ac proinde Simeon ſenex minus idoneus exiſtebat, qui conceptionē communi inobedientiæ ſordē ſenſit polluram. Expedivit ergo ut eſſet Angelus, qui divino verbo conditus fuit, & ad eius imperium eius ſubſtantia in ſui creatione reſpondit. Ex quo ſequitur ad auctorandam & calamiſtrandam obedientiam, non niſi obedientiam inveniri, obedientemque ſuæ dignitatis pondus non niſi ex obedientiæ gradibus penſare, ac proinde illum ſolùm ſibi non imparem æſtimare, quem obediētiæ excellentia cernit æqualem.

SECTIO SEXTA.

Verba illa: ISAAC AVTEM GENVIT IACOB, ut immunitatem originalem Mariæ fundant, exprimuntur.

1 *IAcob Marianæ nobilitatis vexilla & ſtemmata explicat. Locus Geneſ. 25. 22. & 24. mutuat claritatem à Geneſ. 3. 21. ex Hieronym. & prætereà à Geneſ. 25. 29. ex Lypomano. Explicatus locus Gen. 25. 25. ex loco Geneſ. 3. 15. ex Irenæo.*

2 *Rebecca myſteriis gratiæ ancillabatur, Geneſ. 25. 28. ex Theodoret. & Lypoman. Dubium, cur Deus de virili ſexu ſubſtantiam non ſibi accinxerit, aptè dirimit Richardus.*

3 *Illuſtre portentum ſplendidæ Mariæ conceptionis in aſcenſu Auroræ aſſervatum Iacob. Locus Geneſ. 32. 24. exteritur ex Cardin. Hailgrin. Richardo. Illuſtratur ex Athanaſ. & Cyrillo Ieroſolym. favet B. Brigitta.*

4 *Sub eodem Auroræ typo & Chriſti & Mariæ quaſi eiuſdem nobilitatis conceptio præfigurata Iacobo, ex Richard. de S. Laurent.*

1 VExilliferum ſanè puriſsimæ Mariæ cōceptionis poſſumus contēplari Iacob in parentē & proavum Chriſti iam à Deo prælectum, & præſcitum duro & permaturo duello adverſus originale peccatū confligentem iam ab utero, & adverſus primum piaculum animosè in alvo materno ſplendidam victoriam dedicantem. Pete duorum fratrum colluctantium hiſtoriā à textu: *Sed collidebātur in utero eius parvuli*, Geneſ. 25. 22. & num. 24. *Iam tempus pariendi advenerat, & ecce gemini in utero eius reperti ſunt. Qui prior egreſſus eſt, rufus erat, & totus in morem pellis hiſpidus, vocatum eſt nomen eius Eſau. Protinus alter egrediens plantam fratris tenebat manu, & idcircò appellavit eum Iacob.* Gen. 25. 22 & 24. Si autem inquiras, Quare Eſau cùm primogenitus fuerit, progeniem non ſuſceperit Dominicæ incarnationis, & ab eo præreptā

ta ſata fuerit in Iacob, qui natu minor? Facilè ſatisfaciam: ut exinde à rerum exitu divinæ generationis ordo conſtitueretur, innoteſceretque qualis dignus, qualiſque ab ea alienus eſſet cenſendus. Nam Esau iã in utero haudquaquam ab Adami peccato & primâ maculâ ſe degenerem teſtatus eſt: & ut oſtenderetur illius in utero communicaſſe ſordibus, ab utero exijt eius imaginẽ referens & participans nomen. Perpende illa verba: *Qui prior egreſſus eſt, rufus erat, & totus in morem pellis hiſpidus, vocatum eſt nomen eius Eſau.* Colore iã nomẽ referebat Adami, flavus enim erat, vel rubeus, & Adam terra rubra interpretatur, & corporis habitu damnationẽ Adami portendebat: unde talis egreſſus eſt de utero matris, qualis Adamus de paradiſo. Quocirca ut Adamum Deus de paradiſo amãdaret, exulem illum ab habitu prodens pelliceis veſtibus contexuit: *Fecit quoque Dominus Deus Adæ & uxori ſuæ tunicas pelliceas, & induit eos*, Geneſ. 3. 21. & ut demonſtraret pellem hirſutam exularẽ eſſe togam, & de exilio damnationis præſcriptam; ſtatim ac eis primos parentes tectos conſpexit, de eorum expulſione à paradiſo agit: nam illicò textus num. 22. & ait: *Ecce Adam quaſi unus ex nobis factus eſt, ſciens bonum & malum; nunc ergo ne fortè mittat manum ſuam, & ſumat etiam de ligno vitæ, & comedat, & bibat in æternũ, & emiſit eum Dominus de paradiſo voluptatis.* Attende ergo quali formâ fundatur à vulva Esau: *Et totus in morem pellis hiſpidus.* Mentior, ſi hic habitus de Adami damnatione non fuerit apparatus. Quamobrem & hanc notam ipſo nomine præferebat. Esau enim idem eſt ac Piloſus, ſi Hieronymo adhibenda eſt fides in quæſt. Hebraicis: *Et egreſſus primus rubeus totus, ſicut pellis piloſus, ubi nos piloſum poſuimus, in Hebræo habet* SEAR. *Vnde & Eſau ſicut & alibi legimus, Seir, id eſt piloſus, eſt dictus.* Et ut inſpicias quantum in Adami infectam cognationẽ pronus ſemper erat Esau, quantoque robore polluerit Adami nota, color, & inſigne ad Esau animum & mentem ad ſe alliciendam, evolve verba Geneſ. 25. 29. *Coxit autem Iacob pulmentum, ad quem cùm veniſſet Eſau de agro laſſus, ait: Da mihi de coctione hac rufa, quia oppidò laſſus ſum, quam ob cauſam vocatum eſt nomen eius Edom.* Nota, quòd cùm edulium condiſſet Iacob de legumine, quod lenticula appellatur, noluit illud ſuo nomine appellaſſe Esau, ſed à rufo illud colore deſignavit, quaſi rubeus pulmenti color illecebra fuerit, quæ illius appetitũ laceſsivit, quod optimè explicat exemplare Hebræum, à quo vertitur, *fac me comedere vel devorare de rufo, rufo iſto*, illa enim vocis geminatio nimis accenſam cupidinẽ indicat à flavo colore provocatam, ut admonuit Lypoman. *Vehementis autem concupiſcentiæ eſt, conduplicare rufum.* Sed ab eo diſſentio, cùm ait: *Ille verò neſciens qualis eſſet cibus, à colore rufum ipſum appellabat.* Et quis credat condimentum illud haud frequens fuiſſe in domo Iſaac, Esauq; leguminis genus ignoraſſe? Quapropter ut innueret textus non tam opſonij qualitatem, quàm colorem cupidinem exacuiſſe Esau, à rufo nomen illi ſubortum eſt Edom, quod rubedinem ſignificat, & idem eſt ac Adã, nã præter quàm quòd eamdem interpretationem habent Edom, & Adã, eodemque ſenſu cẽſent, Edom in originali Hebræo eaſdem litteras habet ac Adam. Hinc liceat advertere gemino nomine gaviſum eſſe Esau, nimirum Esau, & Edom: & utrũque cũ ordine & reſpectu ad formam, colorẽ & nomen Adami: nam Esau dicitur piloſus, damnatis & hirſutis veſtibus alludens, quas ob primum crimen induit Adamus. Edom verò rubedinem denotat, quam denotat quoque nomẽ Adami, & idem ſonat quod Adam. Ergo totus erat ab utero originis labis repræſentationi deditus Esau, & velut primi piaculi ſcenicus, illius actionem in alvũ matris intruſerat, perſonam gerens rubei Adami rufus ipſe, & damnationis Adæ hiſpidâ pelle ipſe cõtectus. Atverò Iacob lenis duro certamine cũ fratre in uteri coniſtica confligens, velut iuſtitiæ originalis iura pugnis tuebatur, & in originalis peccati perſonam excandeſcebat, & velut glorioſus agoniſta fortiter & victoriosè cum larva illa primi criminis dimicabat, donec paleſtra uteri pugilũ contentioſum duellum non ſuſtinens in partu qualitatem agonis aperuit: *Protinus alter egrediens plantã fratris tenebat manu, & idcircò appellavit eum Iacob*, Geneſ. 25. 25. Tenebat Iacob calcaneum fratris, tum quaſi ictum originalis vulneris indicans eum veluti exprobrans, & ſugillãs locum cui inſederat virus ſerpentis: *Et tu inſidiaberis calcaneo eius*, Geneſ. 3. 15. tũ quaſi fratrem ob turpem noxam & hiſpidũ indumentum velut alterum Adamũ à vulva ceu à paradiſo detrudens, & victoriam ſuã oſtentans: *Quaſi iam & ab initio monſtret Deus* (inquit Chryſoſt.) *quod prædicebatur. Maior ſerviet minori, dicit enim, tenebat manu calcaneum Eſau.* Sed elegantiùs rem coloravit Irenæus lib. 2. adverſus Hæreſ. cap. 38. *Si quis autem actus qui ſunt Iacob addiſcat, inveniet eos non inanes, ſed plenos diſpoſitionum, & in primis in nativi-*

Lypoman.

Gen. 25. 25

Gen. 3. 15

Chryſoſt.

Irenæus.

vitate eius, quemadmodum apprehendit calcaneam fratris, & Iacob vocatus eſt, id eſt ſupplantator, tenens, ſed qui non tenetur, ligans pedes, ſed qui non ligatur, luctans & vincens, tenens in manu calcaneum adverſarij, id eſt victoriam. Ad hoc enim noſcebatur Dominus, cuius typum generationis monſtrabat. De quo Ioan. in Apocal. ait: Exivit vincens, ut vinceret. En iam emergit legitima ratio, ob quam quamvis Eſau iure primigenij natura ad divinam progeniem ſignaverit, eum divina electio refellerit, minoremque ei natu ſuffecerit, quia in divinæ generationis ordine, non quidem naturæ leges, ſed gratiæ ſunt ſuſpiciendæ: nec dignitas vitiatæ naturæ, ſed puritatis authoritas attendenda. Schemma originalis labis ſibi accinxerat Eſau, iuſtitiæ partes propugnabat Iacob; in ſtadium uteri manus conſerturi deſcenderant; & ut edoceat Deus, quantum originalis nævus à divina generatione aberret, quantumque deceat cœleſtem progeniem mundities gratiæ: quem natura notâ primigenij inſigniverat, quia tragicam originalis ruinæ agebat in utero ſcenam, odiosè repellit; quem verò natura deſpexit, quia contra damnatum habitum & prioris piaculi indicia dimicabat ab utero, victoriaque potitus egrediebatur, in proavum ſibi deſtinat. Præſtruebat enim iam tunc Iacob viam divinæ generationis dignitati, quæ originalem uteri immunitatem, in quo erat compingenda, ambiebat. Quocirca dixit Irenæus divinæ generationis typū præcediſſe in Iacob, qui ab utero quaſi emeritus adoream oſtentabat.

2 Sed & Rebecca non ignobilem perſonam accipit, ut gratiæ arcanis deſerviat. Diſſentiebant quidem Iſaac & Rebeccæ affectus erga filios. Nam Iſaac diligebat Eſau, Rebecca verò Iacob: Gen. 25. 28. *Iſaac amabat Eſau* (inquit textus) *eò quòd de venationibus eius veſceretur, & Rebecca diligebat Iacob*, Geneſ. 25. 28. & luctа, quâ collidebantur olim in utero gemini pueri, ad amorem parentum tranſijt: velut enim duæ acies Iſaac voluntas pro Eſau, affectio Rebeccæ pro Iacob ex oppoſito inſtructæ ſe expugnabant, & benedictionis gratiam alumno ſuoquelibet prę ripere conabatur: ſed agon palàm peperit Rebecca, quæ præſtigijs & technis, ſed pijs, ſed ſalubribus, filio Iacob benedictionem remente patre, ſed annuente Deo, nacta eſt. Sed difficultas eſt: quare adverſus Iſaac uxorem conſtituit Deus, fœminamque præfert viro in certamine gratiæ? Cur providit, ut Rebecca partes ſuſciperet Iacob? Verè ut in Rebeca diſpoſitio præfulgêret Mariæ; Rebecca enim interpretatur ſaginata, ſeu impinguata; & quid eſt Maria, niſi divinæ gratiæ pinguedine madida? Mulier ergo impinguata paternæ ditionis iura infringat, ut divina gratia in filium influat; nictetque fore mulierem gratiâ plenam, quæ patris in impietatem proni iura diſtorqueat, parteſque abrumpat, ut divino munere decenter filium coronet: & in divina generatione non paterni influxus ſeriem eſſe ſpectandam, ſed materni. Huic enim ſexui uberiùs ſe fidit gratia, ut puriùs honorabiliùſque divinam incarnationem adminiſtret. Non longè abeſt ab hac mente Theodoretus, qui quæſt. 79. in Geneſ. diſquirens, cur Rebeccæ potius quàm Iſaaco voluntatis ſuæ electionem de minori filio promovendo Deus reſeraverit, inquit: *Vt patefieret providētia Dei erga Iacob, quod ſatis conſtat ex eo, quòd Iſaac modis omnibus conabatur benedicere Eſau, ſed gratia Dei, contra quam putaſſet Iſaac, tranſtulit benedictionem in Iacob.* Et optimâ quidē providentiâ mulier filio favet adverſus originale piaculum agonizanti, pater verò illius inſignia geminata tuenti; nam fœminam originalis ignominiæ notâ, ut quæ leviùs peccaſſet, non ita manifeſto dedecore prodit ac corrumpit; ac virum. Quod quidē invenies, ſi rationem aucuperis, cur circumciſio præcepta fuit viris, non mulieribus, quâ illorū originalis reatus ſolveretur. Qui illam circumſectionem circumferentes generis ſui humilitatem depallabāt, determinataque infamiæ inuſtione venditabantur obſcuriores. Cuius nodi ſolutio non inutilis eſt, quā tradit Lypoman. in cap. 17. Geneſ. ſciſcitans enim: Cur maſculis tantùm, non item fœminis ſit circumciſio imperata, cùm ipſæ originali crimine implexæ ſint, & circumciſio in illius remedium inventa? Reſpondet: *Quia vir fuit cauſa tranſfuſionis originalis peccati, licèt tranſgreſſio incepit à fœmina. Vnde Apoſtolus: Per hominem peccatū intravit.* Execrans igitur Deus originariam infectionem diſpoſuit, ut benedictionem in Chriſti progeniem impertiendam ille ſexus ſolicitiùs procuraſſet, qui leviùs peccaſſet, & qui originalis maledictionis nullum obſcurum indicium portaret. Et ſi ulterius ex his progrediaris ad inveniendam expeditionem dubij, quod agitat Richardus de S. Laurent. lib. 4. de laudibus B. Mar. cur ſcilicèt, Verbum æternū de virilis ſexus ſubſtantia carnem non ſumpſerit? Cui quæſtioni ex præindicatis in honorem intemeratæ Mariæ cōceptionis facili negotio ego ſatisfacerem: id nempè ſic fuiſſe cōſultum,

Theodor.

Lypoman.

ut fertiliorem peccati originalis fontem præcipuamque illius propaginem Dei Filius defugeret. Quamvis enim virilem ſubſtantiam, ut ex ea carnem aſſumeret, Deus in eo eventu primæ maculæ expertem efficeret; tamen ſpecialior quædam relatio, aut reſpectus ad originale crimen quàm ſubſtantiæ muliebri etiam infectæ originis exorti, illi obreperet. Nam ſemper verum eſſet aſſerere, maſculum ſexum tanquam illius ruinæ caput, publicâ infamiæ notâ inuſtum, non verò fœmineum; geminum ergo ſexum diſpiciens & ſcrutans Deus, illum tanquam mundiorem ſeque digniorem elegit, ex quo carnem ſibi amiciret, quem primævi ſceleris indicijs levius infamatum invenit. Qui ſic ſcrupulosè & delicatè cum ignobilis originis veſtigijs ſe gerit, apertiora faſtidiens, quo pacto, quâ pietate illam in optima parente Maria ſuſtinuiſſe credamus?

3 Præterà Iacobũ invenio illibatæ Mariæ conceptionis nobiliſsimum atteſtatorem, à cuius lacertorum arctis complexibus Deus quaſi expediri nequivit, quouſque roſeam nitidamque Mariæ conceptionem ſolis cœleſtis luce informatam ei demonſtravit. Enucleandus eſt conflictus ille, quo cum Angelo ſe implexuit Iacob ſub obſcu-
Gen. 32. 24. ræ noctis opacitate: *Manſit ſolus, & ecce vir luctabatur cũ eo uſque manè. Qui cùm videret, quòd eum ſuperare non poſſet, tetigit nervum fœmoris eius, & ſtatim emarcuit. Dixitque ad eum: Dimitte me, iã enim aſcendit Aurora*, Geneſ. 32. 24. Contendebat Iacob, noctis tenebris obvolutus, quaſi peccati generis humani circumfuſus tetrâ caligine, lucis pignus obnixæ deprecationis agone ab Angelo extorquere, ſolariſque ſuæ futuræ ſobolis vel tenero radio reſpergi, ut mœſtam illam tenebrarum denſitatem eius aſpectu ſolaretur. Ait ergo Angelus cupiens ſe ab illius nodis extricare: Averte à me, qui me tenes, ecce ſplendicat Aurora, & in ea rutilat imago Mariæ, nam quemadmodum Auroræ ſplendor exorientis Phœbi iubar eſt, ſic Mariæ nitor à divinitatis quodam fulgore effingitur: habes,
Hailgrin. quod optas, fine me liberum. Sic Cardinal. Hailgrinus ad illud Cant. 6. *Quæ eſt iſta, quæ progreditur quaſi Aurora conſurgens? Per Iacob luctamen ſancti Patres deſignantur, qui luctantes cum Domino precibus obtinere incarnationem Filij ſui, tali inſtantia velut quadam victoria nitebantur, ſed eorum cœtui reſpondetur à Domino: Dimitte me, iam enim aſcendit Aurora, ceſſet inſtantia veſtri luctaminis, quia lux naſcitur, videlicèt Virgo.* Fermè eiſdem verbis Richard. de S. Laurent. lib. 7. de laudibus B. Mar. *Angelus hic Dei pater, Iacob figurat Sanctos Patres, qui ſub veteri teſtamento precibus & lachrymis, quaſi duobus brachijs, ſicut tangitur Oſee 12. Vbi agitur de lucta Iacob, nitebantur extorquere incarnationem Filij ſui. Quorũ cœtui reſpondetur quaſi in ortu Mariæ: Dimitte me, iã enim aſcendit Aurora: quaſi dicat: ceſſet iã inſtantia veſtri luctaminis, quia iam aſcendit Aurora. id eſt, lux illa naſcitur, quæ vobis pariet verum Solem.* His ſic prælibatis, iam ex loco ad adſtruendam Mariæ puriſsimam conceptionem progrediamur. Nec enim aliter hoc nomen Auroræ reſpectu vitæ Marianæ accipi cenſendũ eſt, quàm reſpectu diei: & quemadmodum Aurora, diluculum, mane, initium, & veluti primam cõceptionem & formationem diei deſignat, nam in eo inſtanti, in quo primò lux erumpit, iam diluculum & mane eſt; ſic Auroræ primam inchoationem & fictionem Mariæ vitæ innuit, ita ut in eo inſtanti, in quo primo efformatur, ſicut aſſeritur eſſe iam Mariæ initium, illud initium appelletur Aurora. Nomen Auroræ vel mane in hac acceptione uſurpat Athanaſ. quæſt. 116. *Quid eſt, quod inquit: Mane occidebam omnes peccatores terræ ad deperdendum de civitate Domini omnes qui operantur iniquitatem? Huius dicti hic eſt ſenſus: ſicut matutinum tempus diei eſt initium, ſic omnis peccati initium eſt inimici fraudulenta ſuggeſtio: ideò, inquit, mane occidebam: hoc eſt, reſpiciebam ad principia cogitationum, &c.* Vbi ex mente Athanaſij Pſalmiſta non ſolùm primam peccati conceptionem vocat diluculum, ſed ipſius conceptionis diſpoſitionem, quia ſtante diaboli ſuggeſtione, ſtat quidem peccati apparatus, ſed poteſt non ſtare peccatum. Ex quo deducitur, quòd in Mariæ vita non ſolùm illius conceptio debet appellari Aurora, ſed ea quæ illam præviè proximèque circumſtabant. Habemus Marianam conceptionem Auroræ nomine deſignari, & ſub hoc ſchemate oculis Iacob præoſtenſam. Conſequens ergo eſt, ut gratiæ ſplendore & originalis inſtitiæ inſignitam eam ſuſpiciamus. Nam quemadmodum nihil magis oppoſitum quàm Aurora & Occaſus: Aurora enim initium eſt ſolaris regni, in qua arma lucis primò emergunt, & Occaſus inchoatio imperij tenebrarum, in quo primæ caliginis offuciæ res decolorando hemiſpherium poſsident; ſic nil magis ſibi mutùo adverſantur, quàm Maria & peccatum originale; ideò enim Maria nomen Auroræ nanciſcitur, quia peccatum originale nomẽ habet Occaſus. Hinc eſt, quòd cathecumeni tingendi

Richard. de S. Laurent.

Athanaſ.

bap-

baptiſmate,& originale depoſituri, verſus Occaſum ſiſtebantur, tanquàm illud manumiſſuri, & illicò ſalubribus undis ſuffocatur; ut meminit Cyrillus Ieroſolymit. Cateche. myſtag. 1. *Qua de cauſa verſus Occaſum ſteteritis, operæpretium eſſe puto explicare. Cùm lucis Occaſus apparentium tenebrarum ſit locus: diabolus autem cùm ſit tenebræ robur in illis ſuum habet. Idcircò ſymbolicè Occaſum ſpectantes caliginoſo illi tenebrarum Principi renuntiatis. Quid igitur unuſquiſque veſtrum ſtans dicebat? Renuntio tibi Satana; tibi, inquam, ſcelerato & ſæviſſimo tyranno. Renuntio illi ſerpenti callido & vafro.* Et quemadmodum Occaſus primum piaculum oſtendit, à quo peccati tenebræ incipiunt explicari: ſic per Auroram indicatur baptiſmus, in quo primus gratiæ ſplendor evolvitur, & munimenta, imò & necem illius primæ labis continet. Sic Beatus Athanaſ. quæſt. 136. ad illud Apoſtoli 2. Corint. 12. *Noctē atque diem in profundo egi. Noctem dicit cōverſationem in tenebroſis erroribus ante adventum Chriſti: diem verò vocat vitā poſt adventum vitæ tranſactam in claritate baptiſmi.* Quapropter baptiſmus, à quo vita illa inchoavit, illius Aurora fuit. Ergo cùm ſub Auroræ typo Mariæ Iacobo demonſtratur conceptio: quid illius oculis præfulget, niſi inter Mariæ conceptionem & peccatum originale inimicitiā & ſimultatem partam: ni iloque ſeciùs ab illa originem infectam dimotam, quàm ab Aurora Occaſum: Marianamque conceptionem eſſe duellum & interitum primæ illius labis & inſtar baptiſmatis, ad cuius undarum tactum diſperit inanis? His coronidem imponit B. Brigitta ſerm. Angelico de Virginis excellent. cap. 11. *O quàm clarè emicuit in Annæ utero Aurora conſurgens, quando in ea Mariæ corpuſculum per adventum animæ vivificatum extitit: cuius ortum videre Angeli & homines tanto deſiderio deſiderabant!* Ergo illicò ac anima concreto corpori infuſa eſt, ſimul ibi radij ſolares eā exornarunt, & gratiæ cœleſtes: id enim eſt Auroram emicuiſſe conſurgentem, ubi Mariæ ſpiritus deſcendit in corpus, nam Aurora non niſi Solis ſplendoribus promicat.

Cyrill. Ieroſolym.

Athanaſ.

B. Brigitta

4 Vel poſſumus affirmare ingeniū fuiſſe Angeli, ut à Iacob implicitis brachiorū nodis ſe abſolveret, illi contendenti & pugnanti incarnandi Verbi aliquod ſibi nobile indicium præmonſtrari, eius obtutibus aſcendentem Auroram obtuliſſe: ut ſic in uno eodemque typo geminam, ſed ſimillimam, dignitatem Angelus Iacobi intellectui obijceret, nam in Aurora aſcendenti ſimul & lucidam Deiparæ conceptionem, & Filij ſplendentem generationem præoſtendit. Adeò enim ſibi utraque pari ſimilitudine reſpondet, ut in una poſſint ambæ effigie exprimendæ coire. Quaſi dixerit Angelus: Dimitte me pugil, qui ut à me futuræ tuæ divinæ ſobolis imaginem extorqueas, comprimis: en Aurora aſcendens, tale erit initium filiæ tuæ Deique puerperæ Mariæ, ab omni peccatorum Occaſu & caligine diſiunctum: imò quia lumine Solis illuſtratū, ſcelerum origini bella indicens: talis erit & generatio Verbi tuâ carne veſtiendi. Nam cùm parentis Mariæ & Filij Ieſu generationes, in eo fœderētur, quòd omnem peccati primi labis influxum à ſe reſpuerint; rectè tanquam eiuſdem ſimilitudinis & formæ utraque per unam imaginem dignoſcitur. Hæc viſus eſt contendere Richardus de S. Laurent. lib. 7. de laudibus B. Mar. inquiens, ad illud Iob 38. *Numquid poſt ortum ſuum præcepiſti diluculo, & oſtendiſti Auroræ locum ſuum? In hac authoritate tangitur utraque generatio, ſcilicèt Chriſti & Mariæ. Præcepit enim Dominus diluculo, id eſt, beatæ Virgini, & illuxit, & oſtendit Auroræ, id eſt beatæ Virgini, locum ſuum, ut terminaret tenebras, & inchoaret lucem*: & inferiùs illud explicans Oſee 6. *Quaſi diluculum præparatus eſt egreſſus eius*: primò interpretatur de B. Mariæ: *Diluculum dicitur ortus Mariæ, quia fuit diluculum diei gratiæ, quia uſque ad ipſam duravit nox, quam prima mater in mundum introduxit*: & ſtatim de Chriſti generatione: *Quaſi diluculum præparatus eſt egreſſus eius, ſicut enim egreſſo diluculo fugantur tenebræ noctis: ſic egreſſo Chriſto de thalamo virginali, fugatæ ſunt tenebræ mundanæ iniquitatis & ignorantiæ.*

Iob. 38. Richard. de S. Laurē

SECTIO SEPTIMA.

Verba: IACOB AVTEM GENVIT IVDAM ET FRATRES EIVS, ducunt ad Mariam ſplendidam conceptionem evincendam.

1 *RVben quare de primigenio dejectus? Ob cognationem quam illius crimen cum originali fuit ſortitum, ex Ruperto.*

2 *Cur Iudas quartò natus in Dei progenituram elatus, nõ verò anteriores fratres Simeon & Levi? Ex Anſelmo, qui illuſtratur ex Geneſ. 3. 7. & Tertul.*

3 *Ratio ob quam Iudas in primigenium aſciſcitur, ex Lyra.*

1 IAM in limine verborum tumultuat quæſtio, cùm mos præceſſerit ab antiquitate veneratus, qui primò natis & primigenium, Sacerdotium, Patriarchalem dignitatem, & Dei progenituram ſervaverit, quare Ruben, quem natura ad primigenium ſignavit, à faſtigio Regni, Sacerdotij, & Dei progeniei deturbatur, & quartò natus Iudas in Regem & Dei proavum eligitur? Quam ob cauſam divina ſoboles à Ruben deſcendere detrectat, illiuſque originem ſibi putat immundam? Reſpondet Rupertus apud Gloſſ. in cauſa fuiſſe crimẽ Ruben, ob quod in illius poſteritatem maledictio paterna compluit. Sic enim in eũ imprecatus eſt parẽs Iacob: *Effuſus es ſicut aqua, non creſcas, quia aſcendiſti cubile patris tui, & maculaſti ſtratũ eius*, Geneſ. 49. 4. *In generatione Iudæ & fratrũ eius* (ait Rupertus) *ceſſavit mos ille antiquus, quo primogeniti Sacerdotio fungebãtur, quippè qui erat primogenitus, ipſe peccavit: & propterea benedictionem ſacerdotalem non promeruit, imò diminutionem adquiſivit: Effuſus es, inquit, ſicut aqua, non creſcas: quia aſcendiſti cubile patris tui.* Verè operæpretium eſt, ut mentẽ hanc Ruperti magis explicemus & evolvamus, ſcrutemurque quâ ſpeciali malitiâ crimẽ hoc Ruben inviſum Dei oculis præſtiterit, quęvè in illo ratio aut reſpectus divinam laceſſiverit indignationem, ut eum à progenitoris ſui culmine præcipitaverit? Nam proavi Chriſti præextitêre peccatis obnoxij, ſceleribuſque fœdati, non tamen ob id tantæ maieſtatis inſulis ſpoliati. Me herclè in eam mẽtem devenio, ut mihi ſuadeam, nullum fuiſſe peccatum quod priorum parentum flagitij ſimilitudinem ampliorem ebiberit, illiuſque malitiæ & damnationis germaniorem induerit larvam, quàm flagitium Ruben. Circumſtantias igitur Adami erroris perpendamus. Etenim veluti filius primogenitus Dei evaſerat Adam: ſic enim eum appellat Lucas, dum cap. 3. 38. ait: *Qui fuit Adam, qui fuit Dei*: ſtatim ac illius anima ex ore divino inſtatuam illam terream, divinum opus, ſe intruſit, ſpõſam illam veluti duxit Deus, quã orbis imperio dotavit: ut optimè Tertul. lib. de Pœnitent. cap. 2. *Poſt eondemnatum hominem cum ſæculi dote.* Itaque ſcelus Adami gliſcit ex eo, quòd primogenitus Dei cùm fuerit, patris ſui ſponſam adulterè deturpaverit: en imago criminis Ruben. Conſentiunt enim utriuſque flagitia, nam uterque primò natus, uterque coniugem patris adulterino impetu maculavit: & ecce Ruben effigies originalis peccati. Nunc attendamus, quomodo æquè pariter in damnationis ſupplicio ſe reſpiciant. Pœnas luit Adamus in poſteritate: plectitur quoque in ſobole crimen Ruben; nam in eam maledictio diminutionis & decrementi invecta eſt. Quapropter Theodoretus quæſt. 119. in Geneſ. ait: *Ruben ob perpetratum ſcelus paucitatem filiorum ac poſterorum impreeatur.* Lux ergo iam propoſitam quæſtionẽ irradiat, à ſuorum parẽtum linea oblitterat Deus Ruben; non præcisè, quia criminis fuit reus, cùm plures præceſſerint Chriſti proavi peccatis affecti, ſed quia illius ſcelus de exèmplo & damnatione primi Adæ flagitij inductum eſt: & illius quædam exiſtit apprima æmulatio; adeò enim ingrata eſt divinis aſpectibus in ſua proſapia prima Adæ macula, ut vel propter illius umbram deteſtetur hominem, naturæque incurvet & diſtorqueat leges, ne ab eo originem trahat. Indeque firmiſſimo argumento ſancita Mariæ immunitas innoteſcat. Nam ſi ideò Ruben à Senatu

Gen. 49. 4. Rupertus.

Luc. 3. 38.

Tertullia.

Theodor.

pro-

progenitorum expunxit Deus, quia umbram in ſuo crimine primi parentis ſceleris prætulit, quomodo Mariam ſuſtinuiſſet parentem, ſi ea illius veritatem perraſſet? Vnde cauſa, quâ excluſus eſt Ruben, Mariæ indemnitatis patrocinium eſt: & qualis foret mimus & hypocriſis fabula, ſi ob peccati primi larvam à proavorum cœtu avulſiſſet Rubenum, & Mariam illo conſpurcatam in parentem ſibi Deus deſtinaſſet?

2 Sed adhuc ſupereſt nobis nodus extricandus: cur nimirum Ruben à Dei progenitura deiecto, ad ſecũdo natum Simeonem, vel tertio natum Levi illa non tranſiit, ſed tribus his omiſsis in Iuda requievit? Huius rei rationem ita ſequens Anſelmus
Anſelmus. ait: *Ruben concupiſcentiam ſignificat, quia de eo in benedictionibus dicitur, Ruben effuſus ut aqua, quia quidem fluens in concupiſcentiis fuit: Simeon furor eius pertinax interpretatur, & ideò iram eius ſignificat. Levi quia de tribu eius Sacerdotes electi ſunt, & Sacerdotibus lex commiſſa eſt.* Quę ſi rectè & ritè librentur, horum à Dei progenie expulſionem inveniemus, non parum Marianæ indemnitati, nobiliq́ue eius origini fundandæ conducere. Nam Ruben & Simeon alter concupiſcentiæ, iræ alter ardore deflagrans primas peccati originalis gemmas & fructus præoſtentarunt. Nam illicò ac primi parentes ſe peccato manciparunt, illa macula protinus concupiſcentiam eructavit, ex eaq́ue quaſi neceſſarij effectus inordinati libidinis motus ebullierunt: ut ſtatuerunt Interpreres ad illa verba, Geneſ. 3. 7. *Et aperti ſunt oculi amborum, cùmq́ue cognoviſſent ſe eſſe nudos, conſuerunt folia ficus, & fecerunt ſibi perizomata.* Ira verò & lividus furor ab illa prava radice oppidò pullulavit. Teſtis fuit primogenitus Cain crudelitate & ſanguine madens, & pij Abelis manſuetudini & lenitati averſus. Quocirca excogitavit Tertullian. odium quaſi ſemen diaboli fuiſſe in mulieris pectus invectum, ex quo prodijt ani-
Tertullia. mata atrocitas Caini: *Verbum diaboli ſemen illi fuit, enixa eſt denique diabolum fratricidam.* Quæ verba ſuperiùs manent explicata. Num non vides, quomodo incipiens primum ſcelus gemmaſcere, tanquam ſui impotens concupiſcentiam & iracundiam ceu effectus impatientes abſcondi & cohiberi non ſuſtinentes illicò emiſerit. Igitur Ruben & Simeon tanquam primæ originis maculæ armigeri, illiuſq́ue ſtemmata & præcipua indicia oſtentantes à Chriſti genealogia arcentur: hanc enim maximè dedecere illius inſignia arbitratur Deus. Levi verò à divina proſapia relegatur, quia Sacerdotes ex eius Tribu creati, & Sacerdotibus commiſſa eſt lex: & legis naturalis cuſtodia divinæ generationi & nobilitati non inſervit, non ſubditur naturæ legibus divina origo ſuper illam effertur, eumq́ue naturæ conterit, ut munda & ingenua effluat; igitur legi addicti, vel naturæ præſcripta obſtinatè protegentes, tanquam qui puritati divinæ generationis officiant, locum in Chriſti genealogia haudquaquam obtineant. Erumpit iam hinc immunitas conceptionis Marianæ glorioſa, quæ legem naturæ obruit, & ut innuat Deus in illa violatam, is cui lex committitur, progenituram ſuam noluit cõmitti. Deinde quo pacto, quâvè ratione Mariæ generatio, ex qua immediatè Chriſti generatio orta, primæ radicis corruptum ſuccum traheret; cùm Ruben & Simeon, quia primi contagij ſigniferi præceſſerunt, à priorum progenitorum ſuorum ſerie Deus avertendos ſtatuerit?

3 Id verò nunc relinquitur diſcutiendum. Quamobrem Iudas regnum & cœleſtem progeniem, quæ à tribus prioribus natu fratribus fuerunt elapſa, ſiſtere in ſe fecit, & utraque fuit adeptus? Autumo equidem Deum ad hunc in regem & proavum eligendum fuiſſe permotum, quia in eo nobile quoddam facinus, quod adverſus originale piaculum militaret, proſpexit. Præmitto ſententiam Lyræ. Qui ut intellectum illius loci Cantic. 6. 11. referaret: *Anima mea conturbavit me propter quadrigas Aminadab*, ait. Cùm inſequentes armati Ægyptij fugaces Iſraeliticas acies ad littora Rubri maris compuliſſent, eius undas ad ictum & verbera Moſaicæ virgæ in duodecim fuiſſe calles diſciſſas, quibus ſicco veſtigio vorticibus ad dexteram lævamq́ue erectis ſpatiis illa tranſmeaſſent, ſed ad inopinatum portentum attonitæ phalanges infideles hæſerunt, & apertam illam voraginem perhorreſcentes in eam ſe immittere trepidarunt: & iam hoſtilibus accelerantibus cuneis, & in poſteriores fidelis populi turmas irruentibus, cùm ex producta metus mora periculum imminêret, Aminadab Tribus Iuda Princeps animoſus & impavidus in patentes primus ſe proripuit æquoris hiatus, cuius exemplo & animoſitate metum reliquæ deponentes cohortes, profundo intrepidè fiderunt. Vnde Iuda Dux fuit, qui ſuperbum Pharaonem delusit & illuſit; aquiſq́ue curſum ſuum ambientibus coëgit immergi, & ab hoc
Cant. 6. 11.

facinore tribus Iuda regnum fuit ancupata, teste Lyra in prædictum Cantic. locum: *Per quadrigas Aminadab intelligitur potentia regni Iudæ, eò quòd Tribus Iuda secundùm omnes Doctores Hebraicos & Latinos meruit dignitatem regiam in transitu maris Rubri. Nam alijs Tribubus formidantibus Moysen sequi per mare divisum, Tribus Iuda constanter secuta fuit ipsum, & alijs constantiæ dedit exemplum. Tunc autem Aminadab erat Princeps Tribus Iuda, qui egressus est de Ægypto cum Naason filio suo, qui mortuo patre successit in Principatu.* Huius igitur Tribus animosos spiritus Deus prævidens, ad regnum illam pariter & divinam adscivit progeniem. Sed historiam oportet deglubere, & illius dispicere arcanum. Nil tam certum, (siquidem fidei dogmate sancitum est) quàm mare Rubrum præfigurare baptisma, & Pharaonem adumbrare dæmonem & peccatum originale, quod quidem omnes usque ad Baptismi ripas insectatur. Ita tradit Apostolus: *Nolo enim vos ignorare, fratres, quoniã patres nostri omnes sub nube fuerunt, & omnes mare transierunt, & omnes in Moysi baptizati sunt in nube & in mari*, 1. Corint. 10. 1. ceu ut August. legit in Psalm. 77. *per Moysen baptizati sunt*: in quem locum strenuè Theodoret. *Illa erant nostrorum typus: mare enim imitabatur piscinam, seu lavacrum: nubes autem gratiam Spiritus sancti, Moyses verò Sacerdotem, virga autem crucem, Israel verò significat eos, qui baptizantur: ipse autem Pharao erat imago diaboli.* His igitur sic prælibatis, præscivit Deus Ducem Iuda futurum, qui, reliquis timore præoccupatis & pusillanimitate deterris, in umbras baptismatis primus se conijceret, viamque aperiret cæterorũ ingressui, & iustificationi, peccatique originalis abolitioni, & diaboli ruinæ, & adeò sibi in illo complacuit, ut illam Tribum & regno, & divinâ progenie decorare decerneret. Quasi divina Sapientia dixerit: Vt universis sit notum, quàm infesta sibi & infensa habeat cœlestis prosapia originalis noxæ vel levissima indicia, quantamque in eius oculis gratiam conciliet, qui vel umbraticè in illam abolendam & abstergendã irruat, sicut à proavorum Dei gloria Rubẽ & Simeonem nudavi, qui illius præcipuas & clariores notas præsetulerunt; sicut respui Levi, ne naturæ leges divinæ generationi dominari intelligerentur, sic in regni divinæque incarnationis lapidicinam elegi Tribum Iuda, quia ex ea prænovi futurum strenuum Principem, qui cùm cæteri salutaris lavacri undas, ubi originalis culpa deperit, & tyrannus suffocatus interit, ingredi formidarent, primus tanquam adversus originale scelus in illas prosiliret. Qui enim alios in expugnando originis crimine præstat, ambio proavum; & quò plus ab illa discedit macula, digniorem, qui mihi cognationis vinculo copuletur, reputo. Specta quàm validum argumentum hinc pro Mariana immunitate tutanda insurgat. Nam si cum originali sorde inimicitiæ illæ crebræ erant, quibus Deus allectus ad progeniturã suam, ordine naturæ disrupto, aliquem advocabat: cogita quàm ab illa procul exiterit, quæ puritatis suæ nitore ad se eum æthereas occupantem sedes, & in sinu Patris recumbentem attraxit.

Lyra.

1. Cor. 10. 1.

Augustin. Theodor.

SECTIO OCTAVA.

Expers originalis labis Mariæ conceptio deducitur ex verbis illis: IVDAS AVTEM GENVIT PHARES ET ZARAM DE THAMAR.

1 IVdas ante incestum cum socru tres obtinuit ex legitimo connubio liberos, Genes. 38. 6. Primus Her, cur à divina progenie expulsus? Assignat rationem Augustin.

2 Alia ratio, cur hi tres nati à Christi prosapia expuncti, ex Lyra, Abulens. & Glossa morali.

3 Elucubror locum Genes. 38. 27. de enixione gemini fœtus, in qua Dei singularis providẽtia eluxit, & quare Zara filo croceo notatus in Dei progenitorem non vocatur.

4 Za-

4 *Zara proavus Chriſti cùm non evaſerit, in proavorum numero cur recenſus? Nempè quia figuram Dominici ſanguinis in matris alvum deducens illius efficaciam ad originem nobilitandam explicuit, ex Cyrillo.*

5 *Singulariter Dominicus ſanguis tædio & execratione afficitur erga originale contagium. Locus Athanaſ.*

6 *Adiacet locus Chryſoſt.*

7 *Purpura Zaræ Chriſti purpuram reſpicit, primi peccati ſentes & ſpinas conterentem. Expoſitus locus Matth. 27. 27 per Athanaſium.*

1 PRiuſquàm Iudas nurus fraudulentis illecebris pręſtigioſiſque lenocinijs deceptus geminos ex ea nanciſceretur filios, Sue Chananæi filiam duxit coniugem, ex qua tres liberos procreavit, Her, Onam, & Selam. Tunc ſic
Gen. 38. 6. textus: *Dedit autem Iudas uxorem primogenito ſuo Her, nomine Thamar, fuit quoque Her primogenitus Iudæ nequam in cõſpectu Domini, & ab eo occiſus eſt. Dixit ergo Iudas ad Onam filium ſuum: Ingredere ad uxorem fratris tui, & ſociare illi, ut ſuſcites ſemen fratri tuo. Ille ſciens non ſibi naſci filios, introiens ad uxorem fratris ſui ſemen fundebat in terra, ne liberi fratris nomine naſcerentur: & idcircò percuſſit eum Dominus, quòd rem deteſtabilem faceret. Quamobrem dicit Iudas Thamar nuruì ſuæ: Eſto vidua in domo patris tui, donec creſcat Sela filius meus*, Geneſ. 38. 6. Erumpit igitur quæſtio: cur primogenitum Iudæ Her, & duos poſt eum fratres abiecerit Deus, ne cœleſtis progeniei dignitate fruerentur? Verè, ni fallor, in tribus fratribus nonnihil invenio prioris maculæ præfulſiſſe, & ſive nominibus, ſive geſtis eos primi facinoris, vel damnationem, vel incitamenta, vel circunſtantias præmonſtraſſe. Nam *Her* pelliceus interpretatur, & nomine illam innuebat damnationis togam, exilij lugubre omen ſeu funeſtam veſtem, quam ex pellibus contextam in primos parentes iniecit Deus, ut eos à paradiſo exterminaret. Recole quæ diximus ſect. 6. n. 1. ubi ſtatuimus expulſum Eſau à Chriſti genealogia, quamvis primogenitus Iſaac, eò quòd ab utero effuſus in morem pellis hiſpidus damnati Adami tunicas pelliceas exprimeret: & perpende quàm aptè in omnibus ſibi conſtet ſacra Pagina; eradicatus fuit à proſapia cœleſti Eſau, quia & nomine & corpore (nam Eſau, ut diximus, Pelliceus ſignificat) damnatum habitum Adæ præferebat; non ergo debuit *Her*, qui & Pelliceus quoque in proavorum Chriſti numerum ingredi. Quapropter ait Auguſt. lib. 22. contra Fauſtum, à quo id tranſcripſit Paſchaſ. in cap. 1. Matth. *Nomen quippè maioris, qui vocabatur Her interpretatur Pelliceus, qualibus tunicis induti ſunt primi homines in pœna damnationis ſuæ dimiſſi ex paradiſo.* Peccatum Onam fuit quædam ſterilitatis affectatio, nam ſemen emittebat in terram, ne ulla fœcunditas ex eo obtineretur. Et eius nomen, ut Lyra ait in interpretatione nominum Hebræorum, ſignificat *dolor*, ceu ut Auguſtin. & Paſchaſius inquiunt ſuprà, *mœror eorum*, ſuggeritque pœnam ſterilitatis primis parentibus ob crimen inflictam: *Maledicta terra in opere tuo, in laboribus comedes ex ea cunctis diebus vitæ tuæ, ſpinas & tribulos germinabit tibi*, Geneſ. 3. 17. Et ſi rem ampliùs elucubremur, ex duobus fratribus Her & Onam ſterilitatis completur integritas, nam ſterilis terra dicitur, quæ ſentes & ſpinas gignit pungentes & laceranteſ: item & quæ nihil inutile vel utile profert: & utraque tanquam perfectum ſterilitatis complementum indicta eſt Adæ. Accipe Auguſtin. ubi ſuprà: *Duo genera principum, unum eorum qui oberant, alterum, qui nihil proderant, ſignificantur in duobus filijs Iudæ, quorum unus erat malignus & ſævus ante Dominum, alter in terram ſemen fundebat, ne daret ad fœcundãdum Thamar. Nec ſunt amplius quàm duo genera hominum inutilia generi humano, unum nocentium, alterum præſtare nolentium: & ſi quid boni habent, in hac terrena vita perdentium, tanquam in terra fundãtium, & quoniam in malo, prior eſt, qui nocet, quàm ille qui non prodeſt, ideò maior dicitur malignus: ille autem ſequẽs, qui fundebat ſemen in terram. Nomen quippè maioris, qui vocatur Her, interpretatur Pelliceus, qualibus tunicis induti ſunt primi homines in pœna damnationis ſuæ dimiſſi ex paradiſo. Sequentis verò nomen, qui vocatur Onam, interpretatur mœror eorum. Quorum, niſi quibus nihil prodeſt?* En expreſſus dolor & mœror primorum parentum, ex eo quòd terræ infœcunditas, poſtquàm in ea colenda deſudaſſent, & oberat tribulorum ſævitia, & nihil proderat inutilitate & vacuitate fructuũ.

Auguſtin. Paſchaſ. Lyra. Auguſtin. Paſchaſ. Auguſtin.

2 Deinde de Her & Onã poſſumus philoſophare quemadmodum de Ruben & Simeone ſect. præcedenti n. 2. quos ſtatuimus à Chriſti genealogia expunctos, eò quòd inſigniores proceriorеſque primi ſceleris notas, ſeu pullulos circumtulerint: nempè concupiſcẽtiam & crudelitatem, ſeu impotentiam iræ. Et hæc bina germina in Her

ſimul fœtificaſſe compertum eſt. Nam Interpretes explicantes verba illa: *Fuit quoque Her primogenitus Iudæ, nequam in conſpectu Domini, & ideò ab eo occiſus eſt.* Auguſtin. Geminã hanc nequitiam aſſerunt. Auguſt. loco præfato atrocitate cenſet Her ſcatuiſſe & ſævitia. Alij verò ut Lypomanus, Caietanus, & Lyra, nimiæ illum concupiſcentiæ ſuccubuiſſe, & illius deperijſſe flammis: *Quæ autem fuerit eius nequitia*, inquit Lyra, *in textu non exprimitur, ſed dicunt Hebræi, quòd fuit ſimilis cum nequitia fratris ſui Onam, qui in coitu cum ſua uxore ſtudebat ſemen fundere in terram, id eſt extra vas muliebre, ſed hoc faciebat alio motivo, quia iſte Her libidinosè afficiebatur ad ſuã uxorem Thamar, & ideò cavebat, ne imprægnaretur, ne eius imprægnatione eius pulchritudo minueretur, & ne eius concubitu ad tempus privaretur, ſcilicèt cùm eſſet propinqua partui, & in partu iacens uſque ad purificationem.* Igitur ſi Ruben & Simeon à divina progenie exularunt, quod ſinguli ſingula primæ infectæ radicis germina præoſtenderunt, potiori iure fuit expungendus Her, in quo uno gemini ſtoloues, atrocitatis nempè & effrænatæ concupiſcentiæ promicuerunt. Onam deinde & libidinis incendio exarſit, ſiquidem ſeminis deteſtandam effuſionem haud cohibebat Thamar venuſtate laceſsitus, qua in execrandum opus abutebatur, & illius ebibebat flammas, quibus ad prodigum facinus provocaretur. Prætereà alterius non minus enormis germinis à prima illa radice erupti ſe perhibuit ſigniferum, nempè ſuperbiæ & lividæ invidiæ tabis, quæ inſeparabiliter ſub eodem iugo vinciuntur ſociæ. Nam ne defuncti fratris memoriã excitaret, ſobole præoptavit carêre, ſibi infeſtus ut fratris gloriam & nomen ſupprimeret: in quo quidem non parum ſerpentis, qui virus ſuum in primos parentes influxit, malignitatem fuit æmulatus. Quæ optimè expendit Abulenſ. *Ille autem ſciens non ſibi naſci filios, &c. Ecce quanta invidiæ iniquitas, ut filios nomine fratris non gigneret, rem tam deteſtabilem exercebat. Profectò magna invidia erat, ſibi nocere ut alteri non prodeſſet. Si enim ſic faciens Onam ſibi filios gignere potuiſſet, adhuc quidem excuſandi color quidam ſaltim leviſsimus erat, ſed ſic nec ſibi nec fratri ſuo filios gignebat, ſemen inutiliter effundens. Sed adhuc iſte miſerabilior erat, quia ſe filijs privabat, ut fratrem ſuum mortuum primogenito privaret: non erat enim lex ut frater minor accipiens uxorem fratris ſui mortui ſine filijs, omnes filios pro fratre gigneret. ſed ut primogenitũ nomine fratris mortui vocaret, qui ad familiam & cognationem mortui pertinebat. Omnes autem alij poſt geniti, quotquot eſſent, ad familiã & domum & hæreditatem ipſius gignentis pertinerent; & ſic poterat facere iſte gignens poſt primogenitum, quem fratri mortuo tribuebat, alium ſequentem, qui primogenitus eſſet apud familiam denominandam à ſe. Solam ergo primogenituram dare invidit Onam fratri ſuo Her mortuo.* Iam quoque Sela congruum cenſuit divina Providentia, ut à numero proavorum Chriſti diſpeſceretur: vel quia nomine deceptorem verſutumque præferebat ſerpentem, à cuius fraude & aſtu primum prorupit in orbem ſcelus. Sela enim, teſte Lyra, in interpretatione nominum Hebræorum, & *diſſolvens, decipiens* & *illudens* ſignificat, quaſi primam amicitiarum cum Deo diſſolutionem deceptio in mundum invexerit. Vel quia, damnationem primi peccati, nẽpè inutilitatem & ſterilitatem maledictæ terræ, quemadmodum frater Onam, ſuggerebat. Quapropter Gloſſa moralis ait: *De Sela nihil dicitur, per quod deſignatur, quòd fuit inutilis.* Gloſſa moralis. Attende quomodo in prioribus filijs Iudæ, quos repudiavit Deus, ne illius annecterentur genealogiæ, notiora inſignia primi peccati fuerint exerta.

3 Deveniamus ergo ad arcana diſcingenda, quæ ijs verbis arctantur compreſſa: *Iudas autem genuit Phares & Zaram de Thamar.* Hiſtoria petenda eſt à cap. Geneſ. 38. 27. *Inſtante autem partu apparuerunt gemini in utero, atque in ipſa effuſione infantium unus protulit manum, in qua obſtetrix ligavit coccinum dicẽs: Iſte egredietur prior. Illo verò retrahente manũ, egreſſus eſt alter, dixitque mulier: Quare diviſa eſt propter te maceria? Et ob hanc cauſam vocatum eſt nomen eius Phares. Poſteà egreſſus eſt frater eius, in cuius manu erat coccinum, quem appellavit Zara.* Genes. 38. 27. In geminorum infantium nativitate Chryſoſt. apud Lypoman. potius obſtetricẽ agnovit divinam Providentiam quàm fœminam, ſub his umbris ſecretiora conſilij ſui ſacramenta gubernantem. *Verùm non temerè & abſque cauſa hæc facta ſunt, ſed quòd figura futurorum fuerint, res ipſæ declarant. Neque iuxta naturæ ordinẽ hoc factum eſt. Quomodo enim erat poſsibile, quòd poſtquàm manus ligata fuit coccino, iterum contraheretur, & daret poſteriori tranſitum, niſi divina quædam virtus hæc priùs diſpenſaſſet?* Et rurſus: *Neque enim erat conſequentia naturalis, ut is qui manũ emiſiſſet, eamdem, poſtquàm eſſet vincta, revocaret: neque enim conſueti motus hoc fuit,* Chryſoſt.

fuit, ordinisvè naturæ, nam retrahi manum, & tranſitum alteri cedere non fit lege naſcentium. Quam ergo diſciplinam vult nos haurire divina Sapientia, in eo quòd Zara, qui iam ad primigenium & progeniem capeſſendam divinam porrexerat manum, quaſi victor in contentione, quam cum fratre inierat, illicò ac rubro illo filo ligatum ſe ſenſit, portendentem manum triumphi adeptione humiliaverit compreſſeritque fratri decedens? Quorſum ad rufi coloris ſignum expavit, animoſque victoriæ dimiſit, & quaſi rubore ſuffuſus ex alligato filo manū retrò egit? Hoc profectò, inquit Chryſoſt. *Fuit ex divina gratia, quæ iam tunc pueris aderat.* Non mimi infantiles erant iſti, ſed maturæ actiones, quas divinum conſilium regebat. Rem ergo aperiamus. Zara velut divinæ progeniei avidus, generosâ ambitione cum fratre de illa cõcertans, manum foras emiſit veluti iã primigenium præripiens fratri: victorem puerum ut adiuvaret obſtetrix, rubeam vittam (ô infauſtum & infelix omen: ô importunus favor!) applicuit conantis manui; quã ut præſenſit puer notâ illâ affectam, illicô intromiſit, querulus de obſtetricis infortunato auxilio. Nam divinæ gratiæ inſtinctu in rubea vitta agnovit ſe Adami colorari ſpecie, ficque victoriam ſuam planxit decolorari; nam Adamus idem eſt quod *terra rubra*, & rubeo adſtringi ligamine idem eſſe cenſuit ac reatu accingi Adami. Quapropter ligamen illud Adami portendens reatũ, infamiæ ſibi reputavit indicia: quaſi mutis vocibus occulta ſenſa revelans clarè diceret infans: verè ego primigenio cœleſtique progenituræ non deſtinor, qui eiuſmodi notâ primæ infectæ originis vitior: Dei progenitor non naſcor; qui adhuc ſum in utero & ignominiâ originali proditus longè à Dei dimoveor proſapia: indignum eſt, ut à Deo electus proavus vel ab utero infamis originis notâ inuſtus progrediatur: non iam fratri nobilis meus animus generoſuſque ſpiritus, non iam fratri, quem iam fermè deviceram, ſed Dei conſilio, ſed Dei ſtirpis dignitati decedat. Attende quantum divinæ adverſetur politiæ Mariã in utero reatum ſubijſſe Adami, quæ ſuggeſſit puſioni in utero verſanti natam manum revocare, quam ſenſit Adami reatus ſpecie coloratam, ne illa nota infauſtus fauſtam Dei progenituram adoriretur.

4 Sed dexteriùs feliciùſque de purpureo ſigno Zaræ impoſito philoſophemur: & prævidè diſpiciamus: quare Zara, proavus Chriſti cùm non extiterit, in eius progenitorum reſti recenſeatur? Si aſſeras: quia ex eodem nixu uteri geminus Phares prodijt: eâdem quidem ratione debuit computari in geniali Chriſti catalogo Eſau, qui geminus fuit Iacob, tenebaturque ſacer Hiſtoricus ſcribere, Iſaac genuit Iacob & Eſau. Gemellos ergo fratres ſublimiore ratione permotus Matthæus retulit in præſenti, qui divinitùs ductus gemelliparam Rebeccam tacuit. Nam nativitatem Eſau haudquaquam cenſuit ad divinæ incarnationis nobilitatem, quam intendebat, conducere; Zaræ verò ortus Mariæ & filij eius generationis puritati & nitori adſtruendo plurimum profuit, undè conſentaneum fuit, ut qui illum atteſtabatur, in ſacra ſtirpe publicus prodiret, & qui eum poſſet obſcurare, qualis Eſau, fileretur. Verè litigium Marianæ conceptionis in eo vertitur, ſi Dominici ſanguinis virtus & merita uterum genitricis pervadat, in eoque ad mundandam prolem ab originali reatu prævaleat. Hanc Chriſti ſanguinis poteſtatem & efficaciam voluit Chriſtus Dominus, ut vel umbraticè & imperfectè prælinearet Zara. Ideòque puer quamvis prænoſcens non ſe, ſed fratrem Phares in Chriſti progenitorem præordinatum, ſtudens Dominicæ incarnationi inſervire, ambienſque Chriſti progenitoris ortum præornare, & thalamum uteri ſacrare antequàm frater ex illo effunderetur, manum exeruit à naturali illa vulvæ vagina, quam obſtetrici tradidit purpureo filo alligandam, quo quidem Chriſti ſanguis regius præſignaretur, & inſigni ſanguinis Chriſti in purpura arrepto, manum mox ad uterum retulit, quaſi Chriſti ſanguinis vigorem & valentiam in illum inducẽs. Itaque purpuratam manum ad uterũ trahere quaſi ſanguine Chriſti plenã, nil aliud figuravit, quàm in utero Chriſti ſanguinem & illius vim collegiſſe, quo progenitor Dei antequam natus, præcederet honoratus: uteruſque, in quo recumbebat, regijs ornaretur ſtratis priuſquàm ab illo diſcederet; innoteſceretque ſacri cruoris virtutem altiùs poſſe etiam uterum penetrare, ibique quaſi expectare conceptionem prolis, ut eam ab omni originis immunditia præſervet. Quòd verò Zara purpuram in uterum immittens præſagiat ſanguinem Chriſti intruſum in alvum, teſtatur Paſchaſ. *Ipſa manus ſecum in utero coccum retraxit, indicia videlicèt Chriſti paſſionis*: & Cyrillus apud Lypoman. *Coccinum verò ſanctiſſimum Chriſti ſanguinem ſignat.* Ecce quare Zara, tametſi Chriſti proavus non evaſerit, progenitorem Chriſti compendio alligetur, quia nimirum ad ipſius generationis nobilitatem ingenuam atteſtandam plurimum contulit, aperiens viam quâ poſsit intelligi, quâ ratione uterum Annæ Dominicus

Paſchaſ.

Cyrillus.

nicus cruor permearit: ibiq́ue Mariæ genitricis ſuæ conceptionem ab omni vitio originis protegeret. Nonnè ut honorificè oriretur Phares, quaſi expectavit, ut matris uterus miniſterio Zaræ à Deo acti, Dominici ſanguinis ſpecie reſpergeretur?

5 Nec defugiamus mentem hanc ornamentis fulcire, exprimendo ſpecialē ſimultatem & oppoſitionem, quam adverſus originalem maculam habet ſanctiſsimus Chriſti cruor. Ad id enim plurimum conducit Dei conſilium, quod in mortis Chriſti locum Calvariam præpararet, ubi oſſa primi peccatoris ſepulta iacebant, ut dum in cruce Dominus pendens & per hiantia vulnera ſanguinem mittens fit exſanguis, tanti liquoris illuvio largè terram madefaciat, ſanguiſq́ue divinus ſecretas pororum telluris rimas ſcrutetur, per eaſq́ue peccatoris illius cineres venetur, quos luſtret & expiet: quaſi peccatum cineribus Adami eò uſque intelligeretur infixum & implexū, rebellèq́ue; & tandem contactui divini ſanguinis cederet. Quæ optimè excogitavit Athanaſ. in paſsionem Salvatoris: *Quapropter non alibi patitur, neque in alia regione crucifigitur, niſi in Calvariæ loco, quē Hebræorum magiſtri dicunt Adami ſepulchrū fuiſſe: ibi enim poſt maledictionem humatū eſſe aſſeverant. Quòd ſi res ita ſe habet, non poſſum non admirari paſsionis commoditatem & aptitudinem peculiarē. Oportebat enim Dominum mundum renovare cupientē primum Adamum renovare; & ſoluto illius peccato, peccatum undique tolleret ab univerſo hominum genere: & quandoquidem audivit Adam, terra es, & in terra reverteris, ita ut iam vicisſim audiret, excitare, qui dormis, ſurge, qui dormis, & illuminabit te Chriſtus, & iterum, ſurge, & ſequere me, ut non ulteriùs calces terram, ſed aſcendas ad cœlum*, & paulò pòſt: *Neceſſe eſt enim excitato Salvatore, excitari quoque cum eo etiam ipſum Adamum, omneſque ex Adamo oriundos.* Vnde optimum argumentum à regeneratione Adami ad Mariæ generationem ſumi poteſt. Nam quemadmodū Adamo redacto in pulverē & in utero terræ inſtar embryonis deliteſcente, Zara Chriſtus (Zara enim oriens & claritas interpretatur) purpurea fila ſanguinis in terræ alvum immittens, mundiſsimum parentem & ab omni culpa liberum ad immortalem vitam regeneravit: ſic paſsionis ſuæ Chriſtus & ſanguinis merita, quæ velut coccinea & regalia fila in crucis collo nevit in Annæ uterum inducens Mariæ conceptionem ab omni originali culpa indemnem, immunemq́ue concrevit: nec minor aut debilior intelligenda eſt divini cruoris vis & potentia in generatione, quàm regeneratione gloria induenda.

Athanaſ.

6 Favet his quod excogitavit Chryſoſt. tom. 6. orat. in Paraſcevem, percontans, cur Chriſtus Dominus non in tēplo, nec in urbe, nec in terra minus accincta, ſed in aperto & reſerato campo voluerit ſanguinis ſui libamen Patri litare; decernit id conſultò & providè diſpoſitum, ut non ſolùm ſanguinem ſuum, ſed illius facinora & effectus, nempè creaturarum omnium purgationem, & terræ à maledictione ebibita expiationem cum ſanguine pariter offerret: quaſi Dominici cruoris proprium fuerit peccati originalis imperium diſsipaſſe, *Quare igitur*, ait Chryſoſt. *extra civitatē in edito loco, & non ſub tecto quopiā? Nō ſine cauſa hoc contingit, ſed ut aēris naturam purgaret, in excelſo loco oblatus eſt: ſub nullo tecto, ſed tecti loco cœlo ſuperimpoſito, ut univerſum cœlum mundaret, ove in ſublimi loco oblata. Purgatum igitur eſt cœlum, purgata terra, ſtillabat enim ſanguis ex latere ſuper terram, omneſque eius maculas & inquinamenta eluit, & huius quidem gratia ſacrificium hoc ſub tecto nō peragitur.* Quapropter Zara coccum in uterum parentis inducens hoſtilia impugnacula adverſus originale crimen in illum graſſans intrudebat.

Chryſoſt.

7 Sed ut paribus ludamus figuris, purpuræq́ue, quâ circumcingitur Zarę manus, purpuram obijciamus tribulos primi peccati obtundentem, primæq́ue maledictionis ſpinas hebetantem, ipſamq́ue diſſolvētem, indeq́ue eliciamus purpuram à Zara in uterū miſſam ibi id effeciſſe, quod Chriſti ſanguis ſub alia purpura involutus: ſtatue tibi ob oculos Chriſtum Dominū purpureo indumento amictum & ſpinis redimitum ad Calvariam tendentem: *Tunc milites Præſidis ſuſcipientes Ieſum in Prætorium, congregaverunt ad eum univerſam cohortem, & exuentes eū clamydē coccineam circumdederunt ei, & plectentes coronam de ſpinis poſuerūt ſuper caput eius, & arundinem in dextera eius*, Matth. 27. 27. Expende priùs ordinem verborū. Primò coccineâ veſte induitur, deinde ſpinas ſuſcipit, demùm in manu calamum: & quid, quæſo, fuit Chriſtum purpurâ veſtiri, niſi iā ſanguinis illius reſerati arcanum, & talem eum ſub purpura exprimi, quale illius corpus ſub ſanguine effuſo in cruce futurum erat? In cruce enim pendens ſacratiſsimū corpus proprio ſanguine tanquam purpurâ undique tegebatur, ab imis extrahens veſtem, quâ illius nuditas obvelaretur. Quapropter Chriſtus coccineâ clamyde indutus

Matth. 27. 27.

tus larva ſui ipſius erat in patibulo futuri. Ergo ſanguine in cocco, quo amicieba-tur Chriſtus, depallato: quid reliquũ fuit, niſi bellum adverſus originalem maledi-ctionem & damnationem ciere, & infeſtum hoſtem armis, quibus in genus humanum utebatur, ſpoliare? Nam ſtatim ſpinas in ſe ſuſcipit, ut illarum cuſpides atterat, ca-lamumque à tyranno adimit, quo adverſus nos primi ſceleris chirographum ſcribe-bat: quaſi ad ſchemma & ſanguinis Domi-nici perſonam primi peccati armamenta non ſubſiſtant: & Chriſtus ſanguinis ſui vel umbra obvolutus ſpolia illius oſtentet, ut victoria ſanguini ſuo adſcribatur, & retuſos aculeos, calamumque chirographi ab ho-ſte avulſum ei tanquam propria munera conſecrentur; ideò indumentum coccineũ ſequuntur ſpinæ decacuminatæ & calamus tyranni, tanquam ſpolia victorem. Accipe
Athanaſ. Athanaſ. de paſsione & cruce Domini: *Cũ ſanguine terra funeſtata, & multis undis cruoris eſſet imbuta, cui etiam priùs præ-varicationem Adæ maledixerat Dominus dicens: Maledicta terra in operibus tuis, in ærumnis inde victitabis omnibus diebus vitæ tuæ, omniaque ſanguine redundarent, ut ubique ſpinæ ob execrationem naſcerentur, & hoc chirographum nactus inimicus noſter omnes invaderet, & tyrannidem in omnes ut in ſubiectos ſibi exerceret: ea de cauſa cùm eum omnibus ſpoliaſſet Domi-nus, hoc genere veſtimenti indutus ad mor-tem proceſsit, ut oſtenderet victoriam de morte nõ temerè, ſed pro noſtra ſalute par-tum eſſe. Geſtabatque in coccinea clamyde ſpeciem ſanguinis, ſpinaſque in corona, & chirographum in calamo, quo inſtrumen-to iam olim nos diabolus ori ſuo ration-ibuſque inſcriptos habebat, ut unà cum mor-te iſta etiam ſimul demoliretur.* Indui-tur igitur Chriſtus purpurâ tanquam ſan-guine ſuo, ut ſcelus originale illâ arma-tus evertat. Hincque perdiſcas, quali conſilio purpurâ fuerit Zaræ præligata ma-nus, quam ad uterum matris reveheret, nempè ut purpura ſpeciem ſanguinis Chri-ſti præferens in illa palæſtra originale pec-catum expiantaret, diſijceretque: ſicque exitum Chriſti proavi ab utero præpara-ret, munimentaque pro puriſsima Mariæ conceptione miniſtraret.

SECTIO NONA.

Verba illa: BOOZ AVTEM GENVIT OBETH EX RVTH, Marianæ originis immunitati fulcimenta adornant.

1 *QVomodo viam ſternit ingenuæ Chri-ſti origini Ruth, ex Chryſoſt. & Hieronym.*

2 *Celebris forma nobileque inſigne Ma-rianæ conceptionis acuminatur in Ruth.*

3 *Diſceſſus Ruth à patria quomodo fugam à peccato originis præoſtentet. Locus Pſalm. 44. 11. ex Paſchaſ. & Leone Imperatore. Cui adſtant Chryſippus Ie-roſolym. & Richardus de S. Victor. ad-ducens illud Cant. 1. 5. Ratio quare pa-ter Mariæ non nominatur in ſacra Pagina, ex Richard. de S. Laurent.*

4 *Nomen Ruth baiulum Marianæ nobi-litatis, ex Bonavent. & Imperfecto.*

5 *Aliter nomen Ruth interpretantur In-terlinealis, & Druthmar. Quæ inter-pretatio iam olim Marianæ ſplendori originis monumentum fabricatum plau-dit, nam Mariam in ſua conceptione accelerantem profert, non attractam & coactam, quod indicat illam grrtia ex-ornatam, nam qui peccato inficitur tra-bitur, non accelerat. Locus Ioan. 6. 44. ex Hierony. Locus Chryſoſt. Expoſitus Paulus ad Hebræ. 2. 16. ex Chryſoſt. & Matth. 27. 3. ex eodem. Locus Actor. 9. 8. ex Petro Bleſen.*

6 *Aliam prodit nominis Ruth interpre-tationem Abulenſ. cedit in favorem pu-riſsimæ conceptionis Mariæ, ex Ailfre-do.*

7 *Locus Hugonis Cardin. expoſitus locus Proverb. 30. 18. Accedit Richardus de S. Laurent.*

8 *Iterum coeunt ſimul Richardus & Hu-go in expoſitione Pſalm. 103. 18. & Proverb. 30. 18.*

Egre-

1 EGregius ſanè fuit auſus ille Ruth Moabitis, & inclytum facinus, quo patriã & cognationem fugit, potius quã reliquit velut rude germen à ſilveſtri oleaſtri radice abſciſſum feraci ſtirpi cultæ oleę nobiliter inſitũ. Huius gratia putat Chryſoſtomus fœminam in Chriſti generatione emerſiſſe, & à Booz Chriſti progenitore in coniugem procuratam, quippè qui cognoſcebat ex Ruth facinore mirabili progeniei Chriſti nobilitati adſtruendæ aditum aperiendum: *Ruth propriam gentem contempſit*, ait Chryſoſt. *& terram, & genus elegit Iſrael. Ergo Booz pro merito ſuæ fidei illam accepit uxorem, ut ex coniugio tali ſanctificato genus naſceretur regale.* Quocirca ſubdit Chryſoſt. Booz in Ruth ſibi coniuge copulanda non tam ſibi conſuluiſſe quàm Deo: *Nam Booz ſenior conſtitutus non accepit ſibi uxorem, ſed Deo, nõ propter paſsionem corporis ſui, ſed propter iuſtitiam legis, ut ſuſcitaret ſemen proximo ſuo, non magis amore quàm religione ferventior, ætate ſenior, iuvenis autem fide, & ideò forſitan nominatus eſt in virtute, vel virtus in ipſo prævalens.* Nulla viſa Deo aptior avia, quàm quæ ſuos ignorat parentes, dediſcit cognationem, ſanguinẽ neſcit, huic enim virtus prævalens, hoc eſt gratia prævalens coniungitur, quia eximia eſt gratiæ potentia, quæ in fœmina ſemitã naturæ & ordinem cognationis invalet abolere. Hac animi virtute Ruth, quâ progeniem deſpexit & naturalem parentum neceſsitudinem tantum promerita eſt, ut Iſraeliticis fœminis præhaberetur à Deo, & à ſuo ſanguine abſciſsã præoptat in progenitricem, quàm eas, quæ velut germina naturali radici inhærebant, iam ab illis ſæculis præinſtituens Deus quantum ad parentis ſuæ dignitatem ſpectaret à naturali parentum ſemita deviaſſe. Adeſt Hieronym. lib. de vera circumciſ. *Promittitur per Prophetas de radice Ieſſe virga pro noſtra ſalute proditura, in quam flos conſcẽderet, qui vel ſolus utique pleni agri odore flagraret præ conſortibus ſuis. Hic tamen Ieſſe aviam non Iſraeliticam habuit, ſed Moabitam: cui tantum peregrinæ conceditur, quantum nulla de Patriarchãrũ germine promeretur, ut ſuo utero deſtinatæ benedictionis ſemen accipiat, & Iſraeli nõ Iſraelita parturiat dignitatem: unde iſtud, oro, promeruerit? Credo, quia dicit ſocrui ſuæ: Populus tuus populus meus eſt, & Deus tuus Deus meus eſt. O virtutem viris etiam præferendam, per aliena veſtigia meritum iuſtificationis ingreditur, à quibus maiorũ cæca hæreditas deviavit. Hinc eligitur à Domino, hinc fit Iſraelita mente, non genere; fide, non ſanguine; virtute, non Tribu.* Et quamvis primam radicem Dominicæ incarnationis fundaverit Deus in eiuſmodi à parentibus & cognatione, patriaque diſceſſu; præcipiens Abrahæ: *Egredere de terra tua, & de cognatione tua, & de domo fratris tui*, Geneſ. 12. 1. Hanc ſanguinis derelictionem non ita perfectè obijt Patriarcha ac humilis Ruth; ille namque coniuge, & Lot conſobrino comitibus exilium ſuum ſolabatur, & adhuc aliquid ex proprio ſecum ſanguine educebat ab illo non penitùs avulſus. Atverò Ruth ſoljus ſocrus, quæ de genere ſuo non erat, comitatu ab univerſa disiungitur cognatione, & novam inijt ſanguinis viam; & ſic nihil cæcitatis, aut criminis paternæ cognationis trahens avia Chriſti eligitur, Deique progenitori nubit: *Per aliena veſtigia meritum iuſtificationis ingreditur, à quibus maiorum cæca hæreditas deviavit, &c.*

Chryſoſt.

Hieronym.

Gen. 12. 1.

2 Quæ nobiliora indicia, vel ſolemniores notæ Marianæ puriſsimæ conceptionis, quàm quæ faſtigiantur in Ruth? Quomodo enim celebriùs potuit intemerata Mariæ generatio delineari, in qua ad fidelem vitã virgo ingreditur nihil de parentum ſuorum crimine, aut cæcitate, vel dæmonum ſubiectione inducens, quàm præmittente Deo fœminam & in progenitricem divinæ ſobolis deſtinante, quæ ad vitam fidelis cultus intrat, omni excuſſo naturalis proſapiæ errore & dæmonum famulatu, cui eius maiores fuerant iugiter ſubiugati? En quare exprimitur Ruth in Chriſti progenie, nempè ut nobilitatis Chriſti matris proferat inſignia, ſignaque illibatæ illius generationis circumvolvat.

3 Nec ſanè ibit aliquis inficias per parentum & patriæ deſertionem & à cognatione diſceſſum ſtrenuè à peccato originali libertatem, & indemnitatem deſignari. Sic enim Regius Pſaltes Mariam, quæ & Deipara & ſimul Sponſa eſt, alloquens, eique prævium ornatum ad tantam dignitatem indicens ait, illius attentionem captans: *Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam, & obliviſcere populum tuum & domũ patris tui, & concupiſcet Rex decorem tuum, quoniam ipſe eſt Dominus Deus tuus*, Pſal. 44. 11. Omnem mentis & ſenſuum attentionem advocat Sponſæ, ut quam pulchritudinem cœleſtis in ea exoptet Sponſus, contempletur, nempè originariam pulchritudinem, quæ nihil deformitatis parentalis ſapiat, nec ullâ paternæ domus attractâ ſorde aut turpitudine præceſſerit aliquando

Pſal. 44. 11.

do temperata. Sic innuit Paſchaſius interpretans res paternas, quæ diaboli ſunt: *Et notandum, quòd obliviſcere dixit, & non tantùm deſerere corpore, mandavit, quia quod obliviſcitur, nullo affectu cordis retinetur: in hac quippè oblivione à cordibus fidelium oblitteratur diabolus, & cuncta progenies vitiorum, quæ ſunt ex parte diaboli. Quod autem diabolus pater ſit infidelium, teſtatur Dominus ad Iudæos: Vos, inquit, ex patre diabolo eſtis.* Paſchaſius. Sed magis ad ſcopum noſtrum accedit præfatum locum Pſalmi de ſanctiſsima Maria exponēs Leo Imperator in homil. de Annuntiat. *Cùm adhuc in lumbis paternis continereris, progenitor tuus clamabat: Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam, & obliviſcere populum tuum, & domum patris tui. Audiſti verò, ô filia, commendationem, & oblita es populi, & ſortis, & domus paternæ: ſortis videlicèt illius, quam Eva progenitrix toti generi diſtribuit, infinito illo affectuum, paſſionum, & animi perturbationum cumulo quaſi hæreditario relicto: at nihil horum tu in domum tuam intuliſti.* Leo Imperator. Verè ingenium Leonis ſcopulum amovit à verbis regij Vatis, in quem collidere videbatur interpretatio eorum de Mariæ nitida conceptione. Nam verba illa: *Obliviſcere populum tuum, &c.* potiùs Mariæ originalem ſplendorem videtur expugnare, quàm propugnare. Nam qui obliviſcitur, ſupponit rem, cuius oblivionem ſubijt, aliquando tenuiſſe, ex indeque probaretur Mariam, ſi oblita fuit paternæ ſortis & infectæ hæreditatis, id probare eam in aliquo inſtanti obtinuiſſe Mariam. Hunc, inquam, ſcopulum diſijcit facilè Leo comminiſcens Vatidicū Pſaltem allocutum eſſe Mariam adhuc in paterno umbilico conſiſtentem: ſed Mariæ ſubſtantia in lumbis paternis contenta, nulla alia erat quàm ipſamet fœcunda ſubſtantia parentum, ex qua noverat Vates orinndam Mariam. Mariam ergo ſub paterna ſubſtantia fertili deliteſcentem admonet Regius Vates, ut præparet ſe & adornet ad dignitatem Genitricis Dei munere & gratijs oblivionis paternæ ſortis & corrupti iuris hæreditarij ab infelici Eva decurrentis: & ſub hac conſideratione ſtrenuè Propheta ait: *Obliviſcere populum tuum.* Quaſi dicat: ſuadeo, ut obliviſcaris corruptæ hæreditatis parentum tuorum, cùm ad vitam exeas, ſpiritumque in materno alvo excipias, obliviſcaris, inquam, conſultò, ut diſcrimen agnoſcas inter ſubſtantiam, quam in meis lumbis contenta habes, & ſubſtantiam, quam ex ipſis orta indueris; ſubſtantia, quam in me contenta habes, verè ſubſtantia mea eſt, ſub hac in domo paterna commoraris, memoriaque retines, qualis fuerit hæreditas, quæ humano generi ex parente primo obtigit: ſed huius profectò obliviſci te oportet, & obliviſcēris, cū in tua conceptione tuam propriam ſubſtantiam ineas. Itaque dicitur Maria oblita originalis piaculi per comparationē adeſſe, quod in lumbis paternis habebat: & quia ibi illius meminit, cùm concipitur, illius dicitur oblita. Sed meminit, cùm non erat, & obliviſcitur, cū eſſe inchoavit. Subſignat Leoni Chryſippus Ieroſolymit. in ſerm. de S. Maria: *Audi, filia, & vide, & obliviſcere populum tuum, & domum patris tui. Populus enim, à quo cognationem contraxiſti, populus nequam eſt, ignominiam tibi affert, populus imprudens tibi irreprehenſæ natura propaginis familiaritate iunctus eſt, & cultura ſpinarum ferax roſam tuam producit, obliviſcere autem unà cū populo tuo domum paternam.* Chryſip. Ieroſol. Oblita eſt ergo Maria ſpinarum maledictionis, qualiter obliviſcitur roſa ſentium, quibus accincta, ſed intacta, naſcitur; videtur meminiſſe roſa aculeorum, inter quos & à quorum natura producitur, ſed in ipſa productione, cùm quod fugit ab illis, lene ſit & ſuave, illorum dicitur oblita; ſic admonet filiam Regius Vates, ut cognationis obliviſcatur, quia cùm ab illius radice, licèt ſpinoſa, oriatur, & per eoſdem ſtirpis poros velùt tubos, quibus ſpinæ producendæ, aſcendat, illius recordari videtur; ſed cùm in ipſa formatione nihil aſperum, nihil inſuave, aut horridum aſſurgat, ex quo coaguletur, hiſpidæ & hirſutæ hæreditatis videtur oblita. Richardus de S. Victor. plenam conſonantiam invenit, elicitque ex hoc loco inter Mariam & illius aviam Ruth, aitque Regium Vatē his verbis ad illa alluſiſſe, quæ Booz protulit Ruth ipſius coniugium ambienti, Ruth cap. 3. 10. *Et ille benedicta, inquit, es à Domino, filia, & priorem miſericordiam poſteriori ſuperaſti: quia non es ſecuta iuvenes pauperes, ſive divites.* Ruth 3. 10. Priorem miſericordiam vocat abſceſſum à patria & cognatione, quā inſtituit Ruth; poſteriorem verò diſceſſum à concupiſcentia, quo non iuvenilem florē & laſcivientem vernantis ætatis virtutem, ſed effœtum & defloccatum ſenem in coniugium præoptavit. Ait ergo Richardus lib. 6. de laudibus Beatæ Mariæ, præindicata verba Pſaltis cōmentans de Maria: *Audi, filia, filia, inquā, per imitationē patris Ruth 3. Benedicta es, filia, tu à Domino, & priorem miſericordiam poſteriori ſuperaſti, &c.* Richardi. Vbi Maria ex Ruth imitatione effertur laudibus: nam quemadmodū Ruth errores paternæ cognationis & ſpicula cōcupiſcentiæ ex originali culpa erumpentia de-

dereliquit, ſic Maria in conceptione exoriens ab omni fuit parentum converſatione & macula aliena: & ſubdit: *Et nota, quòd poſtquàm dixerit Oblivíſcere populũ tuũ, addit: Et concupiſcet Rex decorem tuum, ſcilicèt ſi vixeris more peregrini, diligeris à Domino, quia Dominus amat peregrinũ; & quia hoc fecit, ideò dicit Cant. 1. Fuſca ſum, quia decoloravit me Sol; & ideò debes oblivíſci populum tuum pro Chriſto, quia ipſe eſt Dominus Deus tuus, Deus creatione, tuus filiatione.* Quæ verba licèt clara ſint, lautiori elucubratione indigent. Maria enim in ingreſſu ad vitam non diſsimilem illi peregrinationem inſtituit, quam Ruth ingrediens fidelem populum, nam quemadmodum Ruth, Maria nihil in vitam ſecum dè parentum prava converſatione & infecta corruptione intulit. Hanc peregrinationem, ait Richardus, Dei oculos ad ſe traxiſſe, & illius amorem allexiſſe, quia nihil eius obtutibus venuſtius, quàm peregrinatio, quâ quis à parentum malitia abſcedit: inducitque in huius rei teſtimonium
Cant. 1. 5. locum Cantic. 1. 5. *Nigra ſum, ſed formoſa, filiæ Ieruſalem, &c. Nolite me conſiderare, quòd fuſca ſim, quia decoloravit me Sol.* Quaſi dixerit Maria: habitum & formã peregrinæ præmefero in colore ſubnigro, quia peregrini ex Solis ardore fuſcantur, ſed hic ſubniger & fuſcus color ſpecialis mea pulchritudo eſt, quâ à vobis, ô filiæ Ieruſalem, diſcernor; is enim indicat me à parentum & cognationis meæ erroribus ab initio vitæ meæ peregrinatam fuiſſe; ſi huiuſmodi peregrinationis inſignia demiramini, ne ad rem inſolitam, quæſo, expaveatis, nec ita attentè oculos in me fuſcam inſtar peregrinæ conijciatis: *Nolite me conſiderare, quòd fuſca ſim*, & reddit rationem; *quia decoloravit me Sol.* Sol enim iuſtitiæ gratiarum ſuarum in me intortis radijs naturam meam decoloravit, hoc eſt, eo colore privavit, qui in alijs ſuboritur ſemper; is in me color naturæ defuit, qui à parentibus influit in ſobolem: ſed ſic me decoloraſſe venuſtaſſe fuit, ideò nigra ſum, ſed formoſa, quia oblitus ſum populum meum & domum patris mei, idcircò concupivit Rex ſpeciem meam; ſpeciem, inquam peregrinæ, quia ipſe eſt Deus meus, Deus, inquam, in creatione mea, nihil enim in peregrina formatione mea, quod Dei virtus nõ fuerit, enituit, & in mea conceptione Deum ſe præbuit, quia meus eſt in filiatione. Ex his argutam rationem excogitavit Richardus, ob quam Matthæus genealogiam non intexuerit Mariæ, nec illius patrem nominaverit; verè ut innueret eam monita executam fuiſſe Pſalmiſtæ: *Oblivíſcere populũ tuum, & domum patris tui.* Nihil enim de corrupta ſubſtantia ſecum intulit paterna, cùm limen vitæ tenuit, nec eam participavit, qualis à patre deſcendebat, ſed puram, & ab omni labe naturalis influxus, divinâ gratiâ mundante, expertem. Quapropter parentis influentia, quaſi illius fuiſſet oblita Maria, ab hiſtorico debuit omitti: *Ideò non nominatur in Evangelio pater Mariæ*, ait Richardus lib. 12. *quia oblita fuerat domum patris ſui, iuxta doctrinam Spiritus ſancti, qui ei præceperat, oblivíſcere populum tuum, & domum patris tui.* Richard.

4 Oportuit quidem, ut Ruth ſpecialiter in Chriſti generatione exereretur, utpotè nomine ſuo Deiparæ nobilitati nõ infirmum teſtimonium afferens, inſignia enim ingenuæ Marianæ conceptionis Ruth velùt in columna inciſſa & erecta ſuo nomine oſtentat. Et præmitto diſciplinam D. Bonavent. in cap. 3. Luc. *Et ſpecialiter notãdum, quòd omnia nomina quæ exprimuntur in genealogia Salvatoris, aliquid myſterij important, quod valeat ad ſalutem.* Imperfectus cenſet Ruth idem eſſe ac inſpiratio: *Conſequenter*, inquit, *& Ruth inſpiratio eſt appellata.* Dignum quidem quòd proavia Chriſti præferat nomen, ut dignitatem & excellentiam Deiparæ neptis ſuæ referet. Nomen enim hoc verè cõgruit & ſtrenuè accommodatur Mariæ: quæ originem ſuam defugiens, vel ſaltim originis modum quaſi inſpiratio quædam divina eſt. Quemadmodum enim inſpiratio & illuſtratio divina in homine, licèt in intellectu humano recipiatur, & illius efficientiâ & activitate egeat, originem tamen à divina gratia & virtute habet, quæ intellectum mundat, defœcat, & elevat, ut illam eniteatur: ſicque quid divinum appellatur. Eodẽ modo Maria inſtar cœleſtis inſpirationis efformata videtur, quæ licèt in parentis vulva fuerit excepta, ibiq, ſeminali portione patris indiguerit, tamen adſtitit divina gratia ſentinam illam purificans, tenebras illuſtrans, ſordes abluens, ut inſtar cœleſtis inſpirationis divinæque portionis Mariæ conceptio concreſcat, in qua nihil horreat tenebroſum, ſed fulgidum irradiet. D. Bonavent. Imperfectus.

5 Beda, Interlinealis, & Chriſtianus Druthmarus alterius etymologiæ nominis Ruth meminerunt; aiunt enim interpretari *feſtinans*. Ruth autem in fuga, quam à ſua origine & ſubſtantia paterna inſtituit, ut ad Dei progenituram ſe adornet, vocari, quæ accelerat & feſtinat: glorioſum quidem monumentum ſolemneſque titulos illibatæ neptis ſuæ generationi præmaturè erigit. Quæ ut evolvam, præhabito, non enuntiari de peccatore, qui flagitio ſuccumbit, ſicut om- Beda. Interlinealis. Druthmarus.

omnes filij Adæ originali crimini ſubſtamus, quod feſtinet & properet ad Deum, ſed quod trahatur, & quaſi vi quadam ad illum compellatur. Nunc perdiſces rectè pro-
Ioan. 6. 44. nuntiatum illud Domini: *Nemo poſt venire ad me, niſi Pater, qui miſit me, traxerit eum*, Ioan. 6. 44. Hoc eſt, nemo ad gratiam & meam ſequelam peccato ſuppreſſus pergit, claudicat, & deficit, & onere peccati prægravatus hæret, neceſſe eſt, ut à Patre ſtimulis adhibitis divinæ pietatis & gratiæ urgeatur & ſtimuletur. Moroſum enim & tardum, ne dicam rigidum & marmoreum, efficit hominem frigus culpæ. Quare gratia illum ad Deum deducens trahere dicitur quaſi inflexibilem & ſuorum pedũ impotentem; ut egregiè admonuit Hierony.
Hieronym. lib. 3. adverſus Pelagian. *Hoc animadvertendum eſt, quòd qui trahitur, non ſponte currit, ſed aut retrectans & tardus, aut invitus adducitur.* Hac nos doctrinâ imbuit Dominus, cùm Ionam à Ninive divertentem & divinis imperijs rebellem navigio marini monſtri deductum ad littora præſcriptę regionis coëgit appellere. Quid, quæſo, animatâ illâ navi eguit Deus, ut reluctantem præriperet, & in ſtatutam urbem inveheret? Cur leviori & faciliori non utitur divina Sapientia conſilio, ut fugientem reducat? Nonnè poſſet ventis imperare, ut diſſolutis flatibus in navim impingerent, celeriq́ue curſu eam in præſtitutum locum impellerent? Potuit ſanè, ſed erudire nos voluit, quanta ſit peccatoris nõ ſolùm tarditas & torpedo, ſed & pondus, quo, ne Deo reſtituatur, præpeditur. Adeò enim peccato ſuo Ionas gravabat & opprimebat navim, ſeq́ue præbebat onuſtum, ut quaſi frendentium ventorum irruentiumq́ue violentia ſatis non eſſet ad navim impellẽdam peccatoremq́ue in ea decumbentem ad Deum trahendum, novum navigij genus divina Sapientia excogitaverit, & inorme cetum quaſi vitalem ratem præparavit, in cuius ſinuoſam cavitatem molem illã peccatoris committeret, & ſic ad divinij imperij executionem traheret; ut obſervavit Chryſoſtom. tom. 1. homil. de Iona in fine:
Chryſoſt. *Cùm autem navim fuit ingreſſus, turbantur maria, fluctus elevantur, & profundi pelagi arena monſtratur, & ſicut fidele mancipium cùm ſervum fuga lapſum nonnullis etiam communi Domino pretioſis ablatis omni animoſitate contra eius retentores inſiſtit, nec derelinquit, niſi cùm præſentaverit Domino; ſic & mare nullo alieno patrocinio, nullius poſtulato ſubſidio, ſed propria virtute commotum, ut ſibi redderetur, expoſcit.* Itaq́ue non niſi præmiſſis apparitoribus & divinæ pietatis ſatellitibus trahitur ad Deum peccator. Nõ omittendus eſt D. Paulus ad Hebr. 2. 16. *Nuſquam enim Angelos apprehendit, ſed ſemen Abrahæ apprehendit.* Inquirunt Interpretes, cur hoc verbo uſus eſt Paulus, & non alio, quod aptius incarnationem explicaret humanam, poſſet enim aſſerere, ſemẽ Abrahæ ſuſcepit, vel Abrahæ naturam induit, aut ſemini ſe univit Abrahæ, nam apprehendere inſectantis eſt, & fugiẽtem perſequentis. Sic ſanè eleganter ſtatum Apoſtolus naturæ expoſuit humanæ; primæ enim noxæ ruinæ ſubdita, ut ſub Dei conſtitueretur poteſtate, opus erat, non ut vocaretur, aut ſuſciperetur ſolùm, ſed ut apprehenderetur inſtar fugacis; & ſic ad Deũ traheretur, ut opportunè Chryſoſt. in hunc locum: *Nuſquam Angelos apprehendit, ſed ſemen Abrahæ apprehendit: non enim dixit, ſuſcepit, ſed iſto verbo uſus eſt, apprehendit, ex metaphora inſequentium eos, qui averſi ſunt, aufugientem quippè naturã humanam & procùl aufugientem inſecutus apprehendit.* Trahitur ergo quaſi reluctans peccator ad Deum, iuſtus autem quaſi avidus & ſpontaneus feſtinat, trahitur ad peccatũ iuſtus, & ab antiqua ſuggeſtione impellitur, ſed retrectat; feſtinat etiam peccator, ſed ad ſcelus & ad ſupplicium. Nam quemadmodum iuſtus virtutis pennis ad illius faſtigium pernici & grato ſe volatu erigit: ſic peccator inſtar alitis quoque ad gravius ſemper flagitium præceps avolat; nec umbra & imagine quadam obiectæ pœnitentiæ poteſt cohiberi, quin rapidus in immaniora feratur. Perpende illud Matth. 27. 3. *Tunc vidẽs Iudas, qui eum tradidit, quòd damnatus eſſet, pœnitentia ductus, retulit triginta argenteos principibus ſacerdotum, & ſenioribus, dicens: Peccavi, tradens ſanguinem iuſtum. At illi dixerunt: Quid ad nos? Tu videris: & proiectis argenteis in templo, receſſit, & abiens laqueo ſe ſuſpendit.* Nec ſufficit dixiſſe Hiſtoricum, *receſſit*, ſed amplius curſum peccatoris ad iniquitatem commendans addidit, *& abiens*. Nec pœnitentiæ & doloris oppoſitis laqueis potuit implicari, facilè enim illorum vincula tanquam invalida diſrupit. His viſus eſt alluſiſſe Chryſoſt. dum ait: *Iudas dixit: Peccavi, tradens ſanguinem iuſtum, ſed non potuit vitare peccatum; ſic enim de eo ait Spiritus ſanctus, & oratio eius fiat in peccatum, ut in eo quod pœnitentiæ feſtinavit ad portum, ibi incideret in æternum & ſine fine naufragium.* Ecce feſtinationẽ in peccatore ſemper periculoſam, quia à Deo in ea non trahitur, ſed à ſuo peccato in gravius barathrum impellitur, & ideò quamvis ad ſalutis portum curſum ſuum videan-

Ad Hebr. 2. 16.

Chryſoſt.

Matth. 27. 3.

Chryſoſt.

deatur dirigere, in eo miſerè colliſus interit. Nō ergo abſq; ingentis ſacramenti pōdere cogiramus providè Moabitam fœminam Ruth nomen fuiſſe ſortitam, cùm ab origine & cognatione diſcedens fidelemq; vitam inchoans Marianam conceptionem puriſsimam adumbrat. Nam nomen Ruth, hoc eſt accelerans, egregiè Mariæ in ſua generatione, ubi diſceſſum à ſua ſtirpe init, coaptatur, eam namque edocet in eo inſtanti puram & gratiæ cœleſtis munere dotatam. Non enim dicitur de ea, quòd trahatur à Deo quaſi aliquo peccati pondere onuſta, quod reliquis omnibus primi parentis oneri ſubſtantibus commune eſt: ſed quòd acceleret & feſtinet, quod propriū eſt animæ iuſtitiâ præditæ, & ab omni peccati gravitate immunis. Egregiè interpretatur Petrus Bleſen. tractat. de converſione Pauli, illud Actor. 9. 8. *Ad manus autem illum trahentes introduxerunt Damaſcū*, in quo ait inſigne exprimi peccatoris nequitiæ ſuæ oneri ſubſtrati, qui ad Deum nequit accurrere, & niſi trahatur, hæret in limo profundi: *Ad manus exteriùs trahebatur* (inquit) *quem Dominus à ſpurcitia huius vitæ trahebat interiùs, ut curreret in odorem unguentorum ſuorum, niſi enim traheretur, non poterat ad eum venire, qui dicit: Nemo venit ad me, niſi Pater meus traxerit eum.*

Actor. 9. 8.

Petrus Bleſen.

6 Aliam rationem commentus eſt Abulenſ. ob quam nomen Ruth ſpecialiùs in Chriſti progenie ſe præbeat conſpiciendū ultra Scripturæ morem. Vtique ob ſpecialem Dei pollicitationem, quâ ad ſumendā ex Ruth carnem ſe devinxit, Iſai. 16. 1. *Emitte agnum, Domine, dominatorem terræ, de petra deſerti ad montem filiæ Sion.* Vbi pro petra deſerti Ruth Moabitides intelligitur iuxta vulgarem Eccleſiæ Patrū interpretationem. Nam quemadmodum in fronte geniali Chriſti David & Abrahā primum obtinuerunt locum ob celebrem divinæ incarnationis promiſsionem eis delatam, ita oportuit nomen Ruth in Chriſti genealogia, nullo ordine attento, perſonare, cui divinum Verbum ſolemni vaticinio ſobolem illius fore ſe adſtrinxit. Ait ergo Abulenſ. quæſt. 13. in cap. 1. Matth. *Propter hoc poſiti ſunt Abraham & David in principio, quia ad illos ſpecialis promiſsio de Meſsia facta eſt: Scriptura autem ſignificabat Meſsiam venturum de Ruth, ergo debuit ipſa hìc exprimi: patet hoc Iſai. 16. ſcilicèt: Emitte agnum, Domine, dominatorem terræ, de petra deſerti ad montem filiæ Sion. Eſt autem petra deſerti quædā civitas terræ Moab, de qua dicitur eſſe Ruth: & ſic agnus dominator terræ, id eſt Meſsias, venturus erat ad montem filiæ Sion, id eſt Ieruſalem, ubi eſt mons Sion, de petra deſerti, id eſt de terra Ruth; & ſic intelligunt omnes Doctores noſtri: ſicut ait Hieronym. in epiſt. ad Pauli. ſcilicèt Ruth Moabitis exprimit vaticinū Iſaiæ dicentis: Emitte, Domine, agnum dominatorem terræ, de petra deſerti ad montem filiæ Siō.*

Iſai. 16. 1.

Abulenſ.

Ailfredus autē apud Tilman. in Allegorijs rimas aperit ex hoc Iſaiæ loco, per quas myſterium intemeratæ Mariæ conceptionis & favorem divinæ præſervationis in ipſa enitentem poſsimus contemplari; inquit enim: *Petram deſerti, ut exiſtimo, ſpeluncā illā appellāt, quæ in locis deſertis natura, vel arte excīſſa in petra Lot excepit de Sodomis fugientē. De hac petra deſerti in magna admiratione agnū dicit proceſſurū, quia in ea genitus eſt Moab, de cuius ſemine nata eſt Ruth, cuius filius Obed, cuius filius Ieſſe, cuius filius David, de cuius genere natus eſt Chriſtus.* Sed cur Evangelicus Vates Chriſti præſagiens nativitatem, ut prædicat oriundum de Ruth, eo utitur verborū meādro, & meminit petræ, quâ à Sodomæ incendio & generali devaſtatione protectus eſt Lot? Num clariùs non diceret: Emitte agnum, Domine, dominatorem terræ de Moab? Quid neceſſum fuit rem altiùs petere, & nobis ſuggerere, Moab originē duxiſſe à Lot, Lot verò in petra ſtirpem genuiſſe Moabitarum, quæ à voracibus fuit & minacibus præmunitus flāmis? Meherclè ſuadeor hoc ingenio curaſſe Prophetā pariter oculis noſtris objicere Chriſti nativitatem, & Dei poteſtatem præſervativam, ut hāc intelligeremus illius deſervijſſe miniſterio & apparatui, viamque adornaſſe, ut dignè Chriſtus naſceretur. Nec inficiandum eſt providentiam, quâ Deus de Sodomis ſulphureo igne deflagraturis liberavit, elegantem præextitiſſe iconiſmum Marianæ immunitatis ab univerſali illo primæ ruinæ incendio in mortis cineres omnem Adami poſteritatem redigente. Dé præſervatione enim Lot ſic ait textus: *Cūque eſſet mane, cogebant eum Angeli dicentes: Surge, tolle uxorem tuam, & duas filias, quas habes, ne & tu pariter pereas in ſcelere civitatis. Diſſimulante illo, apprehenderunt manum eius & manum uxoris ac duarum filiarum eius, eò quòd parceret Dominus illi. Eduxeruntque eum, & poſuerunt extra civitatem*, Geneſ. 19. 15. En Lot ſi in Sodomis verſaretur irruente igne, pariter cum reliquis conflagraret, unde præviè illum eduxiſſe Deum, præſervaſſe fuit. Locus autem, quo protexit illum Deus, petra illa fuit, cuius Ailfredus meminit ſuprà. Sed & hoc advertendū ſpectaſſe

Ailfredus.

Gen. 19. 15.

Deum

Deum & veluti imminens ſuſpendiſſe incẽdium, donec ſaxeã illã ſpeluncã Lot intraret: *Feſtina* (inquit textus) *& ſalvare ibi, quia nõ potero facere quidquã, donec ingrediaris illuc.* Et ſic Lot intra petram divinâ protectione præmunito, generalis illa divini ignis fulminatio in ſceleſtas urbes graſſari inchoavit. Quæ aptior Marianæ præſervationis, quæ expreſsior effigies? Ipſa enim Dei conſilio à generali humana clade educta, ſub divinæ providẽtiæ petra fuit excepta, ibiq; à cõmuni ruina inexorabiliter omnia pervadẽte propugnata. Vt ergo Iſaias innuat Chriſtũ ortũ ſuũ & nobilitatem ab hac præſervativa Dei virtute auſpicatũ fuiſſe, quæ in ipſius genitrice præceſſit, petram inducit, quæ præſervatio fuit Lot, & imago Marianæ præſervationis: ideò ait: *Emitte agnũ, Domine, dominatorem terræ de petra deſerti.* Quaſi dicat, de oſtentatione tuæ præſervativæ virtutis, quâ prævales in univerſali ſtrage indemnem & illæſum aliquẽ tueri, ſicque indicet Chriſtum natum de divinæ præſervationis alumna.

7 Hugo Cardinalis parũ ab hac via deflectit, ſed in incorruptũ Mariæ pulchritu-
Hug. Card. dinis honorẽ intendens, in c. 16. Iſai. *Ruth Moabitis nupſit Booz, ex quo genuit Obeth patrẽ Ieſſe patrẽ David, ex quo ſemine Virgo Maria proceſsit*: & ſtatim: *Petra deſerti dicitur Virgo Maria, de qua exciſſus eſt parvus lapis ſine manib⁹, qui crevit in mõtem magnum, de quâ dicitur Proverb. 30. Tria ſunt mihi difficilia, & quartũ penitùs ignoro, viam aquilæ in cœlo, viã colubri ſupra petrã: coluber diabolus eſt, cuius triplex eſt veſtigiũ, luxuria, ſuperbia, avaritia: veſtigium luxuriæ non fuit in hac petra, quia Virgo fuit mente & corpore; veſtigiũ ſuperbiæ non fuit in ea, quia humilis; veſtigiũ avaritiæ non fuit in ea, quia pauper volũtaria.* Eleganter dicitur petra Maria, de qua exciſſa petra quoque Chriſtus, ut dũ uterq; nomine petræ proditur quaſi eiuſdem naturæ & gratiæ originalis firmitate ſolidatæ pariter intelligatur: impenetrabilis & durus omnemq; reſpuens originalis impetus ictum (quamvis numquã ſub illo ex vi generationis eſſe potuerit) cõcipitur Chriſtus, cùm ſub ſpecie & nomine lapidis cogi & excindi dicitur. Tũcque Maria ut lapidicina proponitur, undiq; ſtabilis, inconcuſsibilis, & undiq; duritie cõpacta, ut illæſa quoq; & intacta experſque totius indicij feralis ictus habeatur. Quod ut adſtruat, ſubmittit
Proverb. 30. 18. Hugo locũ Prover. 30. 18. *Tria ſunt mihi difficilia, & quartũ penitùs ignoro, viã aquilæ in cœlo, viã colubri ſupra petrã.* Senſum litteralem huius loci & à Salomone
Hierony. intentũ inveſtigans Hierony. ait: *Sed quia per parabolas loquitur, via aquilæ in cœlo difficilè invenitur: hoc eſt ſubtilitas inimici quæ circa cœleſtiũ virorũ corda volitat, magno cũ labore deprehẽditur. Similiter & via colubri ſuper petrã: id eſt aſtutia hoſtis venenati inſidiari nõ deſinit eis, quos in petra fũdatos eſſe conſpicit. Quod coluber diabolũ ſæpè inſinuet, in primi hominis tranſgreſsione probatũ eſt.* His qui ſuper petra ſunt inſidias molitur ſerpens ille antiquus, ambit eos præſtigijs, technis circumcingit, tergiverſatur, ſinuosè & fraudulenter circũdat, à foris eos illecebris ſuis advocat, vitiorũ titillatione provocat, ut à petra excidãt, ſed petrã invadere, per illã repere, veſtigijs ſuis illã conſpurcare nõ audet, unde via, aut veſtigiũ colubri ſupra petrã difficile eſt, id eſt nullũ eſt. Ait ergo Hugo Cardin. per hãc petrã Mariã deſignari: quã coluber ille, qui primos fuit parẽtes adortus, greſsibus ſuis nõ ſignavit, præcluſa illi fuit via, quâ pedibus ſuis, vel pectoris ambagibus & illapſu Mariã ſupprimeret. Quapropter cũ triplex ſit illius veſtigiũ, nullũ eorũ vel leviſsimũ in Maria apparuit. Naturalis & ferè inviolabilis lex eſt, ut ubicũq; pedẽ ille fixerit, indicia ſui imprimat, & quemadmodũ veſtigijs ſuis ille proditur, & à ſuperſtite peda locus, quẽ poſſederit, aut inhabitaverit, dignoſcitur: ſic ubi illius veſtigiũ nullũ unquã fuerit, nec eius emerſerint indicia, locus immunis ab illius greſsibus & prorſus illi inexpertus habetur. Hæc mutuatus videtur Hugo Cardinà Richar. de S. Lauren. lib. 8. de laudibus B. Mar. *Maria eſt petra, ſuper quã nõ eſt inventũ veſtigium colubri, vel diaboli, Proverb. 30. Quod triplex eſt, ſuperbia, avaritia, luxuria. Primũ excluſit ab ea humilitas, ſecundũ charitas, tertiũ virginitas.* Vnde ex defectu eiuſmodi triplicis indicij arguunt Doctores immunitatem originis.
Richard. de S. Laurent.

8 Annectit autẽ præcedẽtibus verbis Hugo: *Elegãter dicitur petra deſerti, id eſt refugiũ peccatoris, qui deſertus eſt à mundo. Vnde Pſal. 103. Petra refugium hericiõs. Alia littera leporibus, id eſt timidis. Prover. 30. Lepuſculus plebs invalida, qui collocat in petra cubile ſuũ. Hæc meritò dicitur petra, quia ſuper ipſã fundamẽta Eccleſia. De hac petra dicit Propheta: Emitte agnũ, Dñe, dominatorẽ terræ de petra deſerti.* Ex quibus elicio, Mariã petrã eſſe, quæ protegit & præſervat peccatores à peccatis actualibus, & à divinæ iuſtitiæ punitione, munera eis & beneficia ſua impetratione impertiẽs, quæ à ſua origine obtinet: functionibuſque ſuis & geſtis declarans, qualis ab initio extiterit, & quia à ſua cõceptione petra fuit ab omni peccati molitie & infirmitate præſervata, quali dignitatẽ ſuæ originis
Hugo.

extendẽs,& in actiones ſuas refundẽs à peccatis cultores ſuos præſervata,petraq; efficitur,quâ ad ſe cõfugientes à ſupplicijs imminentibus abſcondit, munuſque quod à ſuo initio nacta eſt, alijs deinceps pro eorum capacitate diſpenſat. Si præfata verba Hugo non tranſcripſit à Richardo, nimis illi conformiter aſſenſit. Nam lib. 12. ad illud Iſai. 16.4. *Abſconde fugientes, & vagos ne prodas. Habitabunt apud te profugi mei*, ait : *Maria abſcondit fugientes mundum, carnem, & diabolum, quia puſillanimes & timentes Dei iudicium recipit & receptat, vagos non prodit, quia peccatores peccato non exponit, nec vagantes poſt varios errores, quantum in ſe eſt, deſerit inconſultos; ſed eos ad ſalutem abſconditiorat, onibus & exemplis revocans ab errore peccantes. Profugos Domini recipit, quia fugientes à terrore iudicij miſericorditer conſolatur, ſpem veniæ tribuens deſperatis. Ideò de ipſa dicit Pſalmiſta: Petra, id eſt Maria, refugium herinacijs & leporibus*:& lib. 8. *Hæc eſt petra, de qua in Pſalm. 103. Petra refugium herinacijs, & leporibus, ſecundùm aliam litteram. Herinacij ſunt magni peccatores obſiti denſis peccatorum aculeis, qui cùm corriguntur, armant ſe ſpinis ſuis, id eſt excuſationibus : tamen ſi humiliter ad Mariam convertantur, poſſunt apud eã refugiũ invenire: Lepores ſunt timidi peccatores fugientes à iuſtitia Filij ad miſericordiam Matris, de quibus dicitur Proverb. 30. Lepuſculus plebs invalida collocat in petra latibulum ſuum, id eſt in Maria refugium ſuũ.*

Iſai. 16.4. Hug. Card.

SECTIO DECIMA.

Incorruptam Mariæ conceptionem expediunt verba illa: IESSE AVTEM GENVIT DAVID REGEM.

1 *BInomius pater David. Nam Ieſſe & Iſai nomen ſuſtinuit.*

2 *Nomen Iſai humilitatẽ præferebat, 1. Reg. 20. 27. ex Chryſoſt. Lyra, & Abulenſ. ideò nomen hoc vitavit Matthæus.*

3 *Nomen Ieſſe pandit tanquã Mariæ nobilitati magis conſentaneũ. Nã ſignificat munus & oblatio, ex Hierony. & incendium ex Hugon Card. & Richard.*

4 *Nomen Iſai ultra libros Reg. & Paralipom. proterminatum non eſt.*

5 *Expẽditur locus Iſai. 11. 1. Quare Chriſtus & Maria non evulgantur oriundi à radice David, ſed Ieſſe. Expenditur ex Ruperto, & Niſſeno.*

6 *Aliter ſolvit nodum Rupertus.*

7 *Vis huius vocis*, egredietur, *examinatur à Richardo in honorem Marianæ conceptionis.*

8 *Expenduntur verba Richardi de S. Laurent. & Petri Damiani.*

9 *Illuſtrantur verba Damiani ex Tertul.*

10 *Locus Hieronym.*

11 *Obſervatur utilis regula Scripturæ à Richardo pro intellectu loci Iſai.*

12 *Aperitur quare Iſaias non dixerit virgam egreſſam de ramo, aut de trunco, ſed de radice, ex Richardo.*

13 *Locus Iſai.* Egredietur virga, &c. *pleniorem lucem accipit ex cap. 10. 5. eiuſdẽ Prophetæ per Rupertum.*

14 *Item ex fine ipſius cap. 10. per eumdem Rupertũ, & ex cap. 14 29. per Aelredũ.*

15 *Quare flos non inducatur aſcendere de virga, ſed de radice, ex Bernard. & Richard. & Ruperto.*

16 *Aliter præfatum Iſai. locũ interpretatur Richardus, nempè de nobili Mariæ genere.*

17 *Ildephonſus confert præfatum Iſai. locũ cũ Cant. 3. 6. & ab hoc illũ explicat. Illuſtratur Ildephonſi difficilis locus.*

18 *Iſaias in præindicato loco alluſit advirgã Moyſis & Aaron, ex Richardo, & Procopio. Explicatur locus Cant. 1. 7. ex Ruperto, qui virgã Moyſi aſſerit equitatum Dei in curribus Pharaonis.*

19 *Aliud miraculum virgæ Aaron, pro explicatione loci Iſai. & commendatione conceptionis Marianæ.*

20 *Locus Petri Cellenſ. explicatus.*

1 BInomius fuit parẽs David, nam & Iſai & Ieſſe appellatus eſt. Sed mirũ eſt valdè, quòd cùm Iſai nomine ſignatus & proditus fuerit in lib. 1. & 2. & 3. Reg. & lib. Paralip. 1. & 2. abſque ulla nominis Ieſſe mentione, Matthæus in Chriſti genealogia nomen Ieſſe, ſuppreſſo Iſai, elegerit efferendum. Et quidem primum exprimam rationem, ob quam duxerit Evange-

geliſta conſentaneum ab Iſai nomine in Chriſti proſapia abſtinere, deinde rationem ob quam Ieſſe prodiderit nomen.

2 Iſai humilis habebatur & ex plebeio cenſu, quamobrem Saul, qui nimio odio excanduerat adverſus David, ut eum livoris ſui ictibus fugillaret, & aliquâ infamiæ notâ inureret, filium Iſai aſſuevit accerſere. 1. Reg. 20. 27. Sic lib. 1. Reg. 20. 27. *Cùmque illuxiſſet dies ſecunda poſt calendas, rurſus apparuit vacuus locus David. Dixitque Saul ad Ionathan filium ſuum: Cur non venit filius Iſai, nec heri nec hodie ad veſcendum?* Siluit Davidis nomen geſtorum famâ & animi virtute clarum, & à parentis nomine illum nuncupavit, ut generis humilitatem & abiectionem illi offunderet: ut admonuit Chryſoſt. Chryſoſt. apud Gloſſ. *Iuſtum ob vehemens odium non ſuſtinuit proprio vocare nomine, ſed filium Iſai, ſic autem appellavit eũ partim odio proprij nominis, partim genitoris humilitatem notans, ſperans fore, ut hoc pacto iuſti fama contaminaretur, haud intelligens hominem nobilem illuſtremque reddi ſolere nõ progenitorum claritate, ſed animi virtute.* Idem ſentiunt Lyra & Abulenſ. Lyra. Abulenſ. Quamobrem alij ut adulationis lenocinijs blandirentur Sauli, David filium Iſai quoque accibant: exiſtimantes gratam fore iſtam appellationem hoſtis ſui Regi, quę illius contemptum & iniuriam partu riebat. Sic Doëg Idumæus ut blandimentis adulatorijs emolliret mentẽ Saul, *vidi*, inquit, *filium Iſai in Nobe apud Achimelech filiũ Achitob Sacerdotem*, 1. Reg. 22. 9. in quem locum ſic Abulenſ. *Vocavit enim Doëg David filium Iſai, & non vocavit eum David, quaſi ex indignatione vel vituperio, quia non cenſebat eum dignum appellari nomine proprio. In hoc autem erat Doëg adulator, nam cùm vidiſſet quòd Saul dedignabatur vocare David nomine proprio, ſed vocabat eum filium Iſai, ut patet ſuprà & infrà in littera, ipſe quoque ut faveret Regi, nõ vocavit eum David, ſed filium Iſai.* Conſulẽs ergo Matthæus Chriſti progeniei nobilitati, cùm perdidiſceret ex Iſai nomine aliquẽ ſuboriri infamiæ & turpitudinis nævum, illud defugit, nomenque aperuit Ieſſe; quo à radice illâ, ex qua ſolemne vaticinium promulgavit, Mariam virgam Chriſtum florẽ oriundum, omnem diſpeſceret obiectæ ignominiæ maculam.

1. Reg. 22. 9. Abulenſ.

3 Deinde Ieſſe Hiſtoricus protulit nomen tanquam eius interpretatione aliquid Marianæ puritati Chriſtique dignitati afferens conſentaneum. Nam Ieſſe, ut docet Hieronym. & Lyra in interpretatione nomin. Hebræ. ſignificat *munus* & *oblatio*: ſicque dum perhibetur Maria de radice Ieſſe pullulare, innuatur in illius ſubſtantiæ radice divinum effulſiſſe munus donumque gratiarum, & non tam loco radicis humanam habuiſſe ſubſtantiam, quàm ſacrum gratiæ beneficium: radicemque ex qua ipſa erupit, extitiſſe, adeò ab infectione alienam, ut cẽſeretur quid ſacrum dignumque quòd Deo libaretur, unde oblationis nomen obtinuit. Itaque egredi Maria de ſua radice, nil fuit quàm à divino munere ſacraque oblatione oriri. Iuxta alios, nempè Richardum de S. Laurent. & Hugonem Cardin. Ieſſe interpretatur *incendium*; innuitque divini amoris rogum, quaſi Marianæ ſubſtantiæ radicẽ divina flamma occupaverit, ſordeſque exuſerit & abſumpſerit, ne pullulans virga ſacra ex eis ortum habuiſſe diceretur; præmundavit ergo radicem, ex qua gemmaret Mariæ ignis divinus, ut illius germinatio nitidiſsima exiſteret; incendiumque quod ipſius filius poſteà erat immiſſurus in terram, præviè in radice ſui eſſe maturuit, ut virga Marię à charitatis incendio officinam, in qua cogebatur præabſtergente prodijſſe inveniretur. Quapropter Hugo Cardinal. ait: *Ieſſe interpretatur incendiũ, de quo Chriſtus dicit: Ignem veni mittere in terram.* Hug. Cardinal. Luculentiùs rem pertractavit Richard. de S. Laurent. lib. 12. *Dicitur de radice Ieſſe, quod ſonat incendium, quia ignis radix eſt incendij. Commendatur Virgo ex hoc, quòd incendio ferventiſsimæ charitatis, quam Pater habuit ad genus humanum, data eſt nobis Virginis nativitas ad ſalvationem & exemplum. Vnde Apoſtolus 2. Corint. 9. Gratias Deo ſuper inenarrabili dono eius, ſiquidem immenſa Dei charitas fuit cauſa originalis tanti beneficij. Nam cùm Pater, propter nimiam charitatem ſuam, qua dilexit nos, ſicut dicitur ad Epheſ. 2. dederit nobis ſuum unigenitũ, liquet, quòd ex eadẽ charitate dederit nobis matrẽ, ſine qua impoſſibile erat habere filiũ incarnatum, quia huic ſoli Virgini tale privilegiũ debebatur. Vnde dicit Pater Iſai. 42. Gloriã meã, id eſt Filium meũ, quia gloria Patris, Filius ſapiens, Proverb. 10. Secundùm aliã litteram, alteri non dabo, quàm Mariæ. Hæc enim eſt optima pars data Mariæ, quæ non auferetur ab ea, ut alteri detur.* Richar. de S. Laurent. Et rectè ẽ perpendẽti verba Richardi æquè militant pro cõceptione ac nativitate Mariæ, cũ hoc Mariæ donũ mũdo elargitũ ab ipſius conceptione inchoaverit. Nã quemadmodũ in ipſa Chriſti generatione verũ fuit dicere Filiũ à Patre hominibus impertitũ eſſe, illũque tũc eis donaſſe; ſic Maria in eius cõceptione donũ extitit à Deo in homines profectũ, & munus quod à Dei eximia charitate altiſsimoq; incẽdio amo-

ris provenit, haudquaquam cogitandum eſt impurum & ſordidum emanaſſe.

4 Nomen igitur Iſai ultra hiſtoriam Regum,& Paralipom. progreſſum non eſt, ibiq́ue manſit tumulatum: parenſq́ue David à nomine Ieſſe cœpit agnoſci. Quod quidem nomen primum ei filius David in- Pſal.71.20. didit.Pſalm.71.20.*Defecerunt laudes David filij Ieſſe.* Deinde nepos Salomon: *Et teſtamentum David regi filio Ieſſe de tribu Iuda*, Eccli.45.31. voluit enim Deus in Eccli. 45. 31. filio & nepote hoc parentis & avi nomen dedicatum,ut ſub illo celebre ederetur vaticinium Iſaiæ, Mariæ & Chriſti nativam gloriam originalemq́ue nitorem portenIſai. 11. 1. dentis: *Et egredietur virga de radice Ieſſe, & flos de radice eius aſcendet, & requieſcet ſuper eum Spiritus Domini, &c.* cap. 11.1.Quem imitatus eſt poſteà Matthæus ſub hoc nomine parentem Davidis exerens in Chriſti geniali catalogo, quaſi ad Iſaiæ vaticinium reſpiciens, illudq́ue advocans, & lectoris menti ſuggerens,& poſt eum reLuc.3.32. liqui Evangelici Hiſtorici Luc. 3. 32. & Act. 13.22. Actor. 13. 22. & Paulus Roman. 15. 12. Ad Rom. 15.12. Quapropter operępretium erit ex hoc ſolemni Iſaiæ præſagio ſplendidam Mariæ conceptionem aucupari.

5 *Egredietur virga de radice Ieſſe, & flos de radice eius aſcẽdet.* Prima ſuboritur quæſtio: cur Maria natuſq́ue eius Chriſtus non prædicãtur oriundi à radice David,ſed à radice Ieſſe, nam Ieſſe præceſſit humilis & abiectus, David autem locuples & præpotens? Et verè ſi ordinem divinæ promiſſionis ſpectamus;Ieſſe nõ legimus fuiſſe factam Dominicæ incarnationis pollicitationem,quam David ita expreſſam & conſpicuam accepit,ut in eo divini favoris munere reliquos progenitores antecelluerit: cũ igitur in eo & primus ſplẽdor regni & clarior divini Verbi incarnandi promiſsio cõſenſerint,quare David non conſtituitur virgæ Mariæ Chriſtiq́ue floris radix,ſed Ieſſe? Credã,ut innuat Vates puriorem Mariæ & Chriſti generationẽ, & ab omni ſucco maledictionis priſtinæ liberã: non enim à divite & terrenis capitibus glorioſa radice, qualis erat David, ſed à modica & egena, qualis erat Ieſſe. Et quidẽ Mariæ & Chriſti conceptio ab humili radice egrediens amplius primo flagitio Adæ ex ſuperbia provenienti quàm ſi de regia ſuperbaq́ue radice aſcẽderet,adverſabatur. Vt ergo Mater Filiuſq́ue in ſua conceptione ſimultatem & oppoſitionem adverſus ſuperbũ illud primi parentis crimen & inflatus ſpiritus evulgarent,à radice humili quàm opulẽtâ præoptarunt effundi: ideóq́ue ex radice Ieſſe, non ex radice David. Strenuè Rupertus lib.2. in Iſai.cap.7. *Antequã progrediamur,quæ-* Rupertus. *rendũ eſt,cur Propheta hoc loco Ieſſe maluerit nominare,quã David,dicere de radice Ieſſe,quã de radice David:cũ nõ ad Ieſſe patrẽ, ſed ad filiũ huius David floris huius repromiſsio facta ſit? Dicimus, quòd quia David pro maieſtate Regia perſona fuit ſublimis; Ieſſe verò, qui & ipſe dictus eſt Iſai,ordine vel ſtatu longè humilior fuit, adeò ut nõ ſemel, ſed multoties David iam Regi ab inimicis ſubſanãdo improperaretur,quòd eſſet filius Iſai. Porrò adverſus ſuperbiã Aſſur,id eſt diaboli, ſermo nũc erat, & velùt antidotũ humilitatẽ medicinalis gratia promittebat. Rectè igitur regiã præterivit perſonã David: egredietur, inquit, virga de radice Ieſſe,cũ dicere poſſet de radice David. Omnia quæ de hac virga vel flore eius dicũtur repugnãtia ſũt dictis Aſſur arrogãtis.* In hãc etiã mentem devenit Richar.de S.Lauren.lib.12.de laudibus B. Richard.de Mar. *De radice,id eſt de ſtirpe Ieſſe, patris* S. Laurent. *David; & nota, quòd nõ dixerit de radice David,licèt verũ dixiſſet. ſed maluit dicere de radice Ieſſe: Ne vel divites honorare; vel pauperes contemnere videretur: quia Ieſſe fuit quaſi pauper homo reſpectu filij; David autẽ Rex potens & dives.* Et lib.4.ait: *Ieſſe,quia pater David, & ideò caput regni poteſt ſignificare populũ Iudæorũ. Radix illius populi erãt tẽporalia,quia pro terrenis ſerviebãt, & in eis radicati erãt & fũdati. Iſai.1. Si volueritis & audieritis me, bona terræ comedetis. Ab hac radice egreſſa eſt virgo Maria per contemptũ temporalium. Ipſa etiã erat virga conſurgens ex Iſrael. Num.24.quæ duces Moab,id eſt, res tẽporales quibus reguntur filij huius ſæculi, ſicut Sancti ſpiritu Dei,percuſsit, dũ omnia arbitrata eſt ut ſtercora.* Et verè cũ divitẽ aliquẽ & locupletẽ eſſe nil ſit aliud quã numeroſam auri & argenti cõgerere & aggerare copiã,quæ quidẽ maledicta terra producit, & ideò quaſi primæ damnationis partus & effuſio ſunt: proinde in divitiarũ opulentia gloriari, & ingenti facultatũ apparatu inniti,nil aliud eſt quã gloriã à damnata materia poſtulare,primæq́ue maledictionis fœtus pro maieſtate haberi, & ita primæ maledictioni incumbere, ut quibus ipſa ineſt, velùt glorioſa circumferantur, ab ipſiſq́ue honor & reverentia captetur. Quamobrem Chriſtus & Maria, ut procul à maledicta origine verſentur, modicum & humilem egreſſum amplectuntur, glorioſius & nobilius ducentes egredi à radice Ieſſe pura & libera ab omni maledicta materia,quã à regali radice David, cuius regnum auri & argenti aggeribus confidebat, quæ ſubſtantiam maledictam conſolidant

& illuſtrant. Accipe Gregor. Niſſen. epiſtol. ad Theodoſium Epiſcop. *Nec diviGreg. Niſſenus.* *tiæ laudandæ ſunt, nec paupertas vituperanda. Nam illæ conflantur è damnata materia, quæ tandem perijt, conſumiturque à vermibus, incendijs, ruinis, tyrannis, atque prædonibus: at hæc, relictis rebus ſæcularibus, ſolam veritatem inquirit, nec ab ullis temporaneis diſtrahitur.* Oportebat ergo veritatem ipſam veritatiſque parentem à paupertatis radice, quæ relictis rebus maledictione primâ ſubactis ipſi inquirendæ ſacratur, mundiſsimum ortum auſpicari.

6 Satis vennſtam, inſtitutoque noſtro conſonam commentus eſt Rupertus rationem alteram, ob quam non de radice David, ſed de Ieſſe virgam germinaſſe prodiderit Vates. Nempè quò ſic nos alliceret, ut oculos conijceremus in divinæ providentiæ ordinem, quo Davidem ſanxit ad regni portum appellere. Is enim fuit, qui naturæ diſcinderet iura, naturæ curſus dediſceret, ignoraret meatus, in quo gratia occupavit imperium, indulgentia tenuit ſceptrum, favor obtinuit principatum. Samuel namque ingreſſus domum Iſai, ſpretis natu maioribus liberis, eorum detrectâs proceritatem, deſpiciens elegantiam, minimum Davidem inter viliora officia detêtum vocavit ad coronam, plenumque cornu olei avidiùs in illius caput infudit. Si enim dixiſſet Vates: de radice David egredietur virga, non ſic coruſcaret victoria à gratia parta, quâ naturam debellavit, & illius expugnavit ditionem coram Iſai ſeu Ieſſe. Ait ergo: *Egredietur virga de radice Ieſſe*, ut agnoſcas à radice habuiſſe virgam Mariæ canales obturare naturæ, oppillare vias, quibus ſuam inſtillat infectionem: ab ipſa radice, ſeu conceptione Mariæ gratia ſua in eam impluit privilegia cõmunes diſrumpendo leges, à quibus ſanctiſsimam virgulam iam erumpentem præſervavit. Accipe Rupertum lib. 11. de vi-

Rupertus. ctor. Verbi Dei, cap. 18. *Quærendum verò hìc eſt, cur placuerit Spiritui ſancto dicere: Egredietur virga de radice Ieſſe, magis quàm dicere, de radice David, ſive Abrahæ, quibus promiſit, quibus Deus iuravit? Ad hæc, inquam, ſi dixiſſet de radice David, victricem quidem pronuntiaret veritatem promiſsionis, ſed ipſa dictio minus contineret ſacramenti. Nunc autem plus habet myſterij, quia cum præconio veritatis tendentis in ſemen David, ſimul nos mittit in ſecretum paternæ domus eius in ratione temporis, vel diei, quo miſſus eſt Propheta Samuel ad ungendum Regem, quem proiecto Saul providerat ſibi Deus in filijs Ieſſe, qui & Iſai. Quomodo enim dictũ, quomodo factũ eſt? Vitulũ, inquit Dominus, de armamẽto tolles in manu tua, & dices: Ad immolãdum Deo veni. Timebat enim Samuel. Audiet, inquit, Saul, & interficiet me: & implevit cornu oleo iuxta præceptũ Domini, & ivit. Ad immolandũ Domino veni: ſanctificamini & venite mecũ, ut immolẽ. Sãctificavit ergo Iſai & filios, & vocavit eos ad ſacrificiũ, cùmque ingreſſi eſſent, vidit Eliab, & ait: Nũ coràm Domino eſt Chriſtus eius? Et dixit Dñs ad Samuelem: Ne reſpicias vultũ eius, nec altitudinem ſtaturæ eius, quoniã abieci eũ, &c. Quid enim ſacramẽti latet in illis rebus geſtis, niſi quod audivimus, & ſubintelligimus in iſtis verbis Prophetæ: excelſi ſtatura ſuccidẽtur, & ſublimes humiliabuntur, &c. Et egredietur virga de radice Ieſſe, & flos de radice eius aſcendet, &c. Deniq; cùm iſte ſit ſenſus ſuperbi & divites relinquentur, & de puella humili ſive paupercula promiſsio veritatis implebitur, ſimul per hoc dictũ quod eſt de radice Ieſſe, vetus experimentũ auribus noſtris adducitur, quod accidit Ieſſe reprobatis maioribus filijs eius, & aſſumpto humili & parvulo David, qui erat minimus.* Illud autẽ ſubterfugiendũ in præſentiarũ nõ eſt, quod in auguratione Davidis ad regnũ eveniſſe meminit Rupertus: ſcilicèt præceſſiſſe ſacrificiũ, & in illo filios Ieſſe expurgatos & expiatos, & tamen repulſos. Recole caput 1. Reg. 16. Nõ temnendâ demiratio- 1. Reg. 16.
nis cauſam ſuppeditat, quod luſtratis maioribus filijs Ieſſe prævie ad promotionẽ ad regnũ, David dumtaxat non ſanctificato, quippè qui aberat paſtoritio muneri intentus: qui mundati erant & abluti refellerẽtur ad ſceptrũ & divinã progeniẽ haud idonei; qui verò ſanctificatus non præceſſerit, ad regnum acciretur. Quid hoc? Numquid expiatio illa & ſanctificatio in cauſa fuit reprobationis, & nota repulſionis eorũ? Meherclè non multũ aberraveris ab ſcopo, ſi id ſenſeris. Præhabe cum Lyra modum quo filios Ieſſe Samuel præparavit, nempè aquâ expiationis ipſos detergendo *ſanctificavit*, Lyra.
inquit, *filios eius aqua expiationis.* Tinctio autem illa portendebat ablutionem baptiſmalem, quâ ab originali mundamur labe? (quis id non ſciat?) Ergo dùm Ieſſe nati ſparguntur aquâ, & in eis baptiſmi præfiguratur myſterium, inepti ad regni auguratiõnem & Dei proſapiam proſcribuntur, nam qui baptiſmo eget, originalis labis contagio prævie ſubiacuiſſe notatur. Atverò David in regnum vocandus, & in Dei parentem deſtinandus aquâ expiationis non tingitur, & dum in eo baptiſmi figura ſiletur, macula ori-

ginalis occulitur, ut ſic iam Maria, quæ immediatè Dei filium edidit, nobilis originis inſigne præferat, quam ut Dei parentē decebat expiationem non deſiderare, utpotè in quam ſerpens originale virus nō expuit.

7 *Egredietur virga*, poteſtati huius vocis, *egredietur*, indagandæ inſiſtit Richardus de S. Laurent. ſerm. in Nativit. Virginis: *Egredietur, inquit, id eſt, naſcetur. Nota, quòd ſicut dicunt magni ſapientes, proprium eſt fontis vel fluvij egredi de terra vel monte, Geneſ. 2. Fluvius egrediebatur: & Maria ad hoc nata eſt, ut velut fluvius fluentis gratiarum & benedictionis irrigaret totum mundum. Vnde ipſa dicit Eccli. 24. Ego quaſi fluvius Doriæ, &c.* Conſultò ergo excogitatam metaphoram de eruptione virgæ à radice, ut Mariæ Chriſtique generationem indicaret, non perfectè obſervavit Propheta, ſed interpoſuit verbum, *egredietur*, emanationi fluviorum magis conſentaneum, ut inſtrueret nos Mariam non ſic conceptam qualiter virga pullulat à radice, ſed qualiter egreditur fluvius de terræ aut de montis utero. Nam cùm radix germinat virgam, producit quidem naturam ſibi in omnibus valdè conſimilem, ſuiſque proprietatibus affectam; atverò flumen ab alvo terræ funditur, diverſam ab illa ſubſtantiam ſecum extrahens: non eadem eſt aquæ natura, nec eædem affectiones, quæ natura, & affectiones montanæ ſubſtantiæ, è cuius viſceribus fluit. Ergo Evangelicus Vates Mariæ Chriſtique generationē deſcribens commēdanſque, non dixit germinabit radix, nec de radice germinabit virga, quæ quidem elocutiones propriores erant, & inventæ metaphoræ aptiores, ſed *egredietur*; quod quidem proprium eſt fluviorum, ut taliter virga Mariæ de ſua radice pullulaſſe intelligatur, qualiter fluvius à montis radice, ſeu utero elabitur. Nō enim radix infectam corruptamque naturam ſuā virgæ communicavit, nec virga à radice immundum humorem ſuxit, ſed purum, illibatum, à primaque ſorde defœcatum: ſicut fluvius naturam terræ, ex cuius emanat utero, ſecum non extrahit: & verè non diſſimili egreſſu aut curſu quem aquæ fluvij à terræ umbilico inchoant: nā cùm terra primæ maledictioni ſubiacuerit, ſecus verò aqua: ſic fluvius à terra egreditur, qualis Maria ad vitam in utero matris: nempè nobilitatem ſuæ originis retinens, nec illis communicans primi maledicti ſordibus, quamvis ab utero ſordido & maledictionis primæ reo qualis uterus terræ prodeat. Et ideò ait Richardus: *Et Maria ad hoc nata eſt, ut velut fluvius fluentis gratiarum & benedictionis irrigaret totum mundū.* Hoc eſt, quemadmodum fluvius in utero terræ coactus, ſeu congeſtus ſterilitatis damnationi non fit obnoxius, quæ in terram deſcenderat, & ex illo evolvitur, ut ſterilitatis nodum ſolvat fluentiſque ſuis terrā fœcundet, fertilemque efficiat; ſic Maria egreditur à radice ſicut virga, quaſi alterius naturæ à radicis ſuæ ſubſtantia, & in utero matris compingitur, nihil maledictionis ab illo ebibens, ſed maledictionem ſuffocans, & gratiarum ſuarum undis explicatis, ſterilitate exterminatâ fœcundam in orbem benedictionem impluens.

Richar. de S. Laurent.

8 Et quidē quòd Maria radici ſuæ diſſimilis valdè aſcenderit, & in ipſo ingreſſu radicis depoſuerit ſaporem & proprietates, probant ſanè præfata num. 5. verba Richardi: *Egredietur virga de radice Ieſſe. Ieſſe quia pater David, & ideò caput regni poteſt ſignificare populum Iudæorum. Radix illius populi erant temporalia, quia pro terrenis ſerviebant, & in eis erant radicati & fundati, Iſai. 1. Si volueritis, & audieritis me, bona terræ comedetis, ab hac radice egreſſa eſt beata Virgo per contemptū temporalium.* Bona temporalia erāt radix, in ſæcularibus facultatibus Virginis progenitores erant eradicati, in terrena opulētia & magnificentia fundati, & ab ijs, qui rerum mundialium æſtimationem & ambitionem halabant, & per contemptum eorum proceſſit Maria, ut egreſſus illius ad vitam nihil de radicis ſuæ ſucco & inani humore epotaſſe dignoſcatur. Vnde idem Richardus lib. 12. inquit: *Egredietur à radice Maria, in ſe habens omnem munditiæ novitatem. Nam nos naſcimur quaſi nubes obſcuriſſima deformes & obſcuri per originale peccatum.* Annuit Petrus Damian. ſerm. de Annuntiat. *Germinat ergo virgam Ieſſe de tortuoſa radice generis humani, & de Patriarcharum arbore in altitudinem & rectitudinem erumpens, omnem ignorat nodoſitatem filiorum tenebras neſcit, infructuoſa quæque non habet.* Obliqua radix, ſed ab ea recta & procera nihil obliquitatis habēs virga pullulat. Quid tortilius & pluribus flexibus ſinuoſum quàm arboris radix, quæ tota in gibbas concreſcit, & in nodos retorquetur, & replicatur? Nihil profectò ita deformitatē humani ſtatus per peccatū indicat, in quo nihil viſitur rectum: & quo pacto elegantiùs Mariæ puriſſima conceptio poteſt deſcribi, quæ nihil originalis dedecoris attraxit, quàm per geminationē proceræ & erectæ virgæ omnem exuentis curvitatem à retorta & implicata radice?

Richardus. Idem. Petrus Damianus.

9 Sed verba illa: *Filiorū tenebras neſcit*, correctiores codices caſtigarūt, & habent:

Fo-

Foliorũ tenebras neſcit, infructuoſa quæque non habet. Quæ ad propoſitam Vatis metaphoram magis congruè aptantur, nam illud de tenebris filiorũ invenuſtum erat, & à metaphoræ diſciplina exulabat. Et quidem ſatis pulchrè & ingeniosè adnotavit Damianus foliorum Vatem non meminiſſe: meminit certè radicis, virgæ & floris, cur non foliorum, quæ arbori pulchritudinem, authoritatem, & pompam afferunt? Mehercle conſultò id proviſũ à Vate reor, ut nihil quod primum peccatum redoleat, vel illius excitet memoriam, in hac virga germinaſſe credatur. Nam in primis virga folijs deſtituta quaſi nuda conſurgit, & dũ Vates nullis ait folijs amictam virgã erupiſſe, in ea innuit nuditatem illam paradiſi redintegratam, quam cœleſte tegumentum vocat Tertul. & primi Parentes folijs ſe accingendo per peccatum amiſerunt, lib. 2. contra Marcion. in carmin.

Tertullia. *Vt cecidit, ſuaſit virgo ſubducta dracone,*
Conſilio placuit, tegmen cœleſte reliquit,
Arguit hos lignum nudos.

Deinde folia primi flagitij munimenta fuerunt, ornatus & corona; nam dum nuditatem & appetitum peccatum ſuis motibus ſugillantem obvelabant, aliquam excuſationem Deo obtendebant, ut cenſet Auguſtin. peccatiſque tenebris ſuperinducebant, ignorantiamque offundebãt. Deinde inſultans concupiſcentia imperiũ ſuum folijs illis velùt muris cingebat, & laſciviæ pruritu ab illis emanante communiebat, & tremulo viridantis ſtrepitus coruſco adornabat. Vt placuit Tertul. lib. de Anima cap. 38. *Ab his autem annis & ſuffuſior & veſtitior ſexus eſt, & concupiſcentia oculis arbitris utitur, & communicat placitum, & intelligit quæ ſint, & fines ſuos ad inſtar ficulneæ contagionis prurigine accingit.* Optimè ergo admonet Damianus, ut puritatem & indemnitatem Marianæ conceptionis cõmendet, in virgæ egreſſu Iſaiã mentionem ullam foliorum non feciſſe, ne foliorum tenebris illius nativus ſplendor obſcuraretur; & ne in ea aliquid emergeret, in quo conſonantiam aliquã, aut reſpectum ad primum flagitium oculatior aliquis proſpectaret. Proinde ait: *Foliorum tenebras neſcit, infructuoſa quæque non habet.* Sic enim caſtigatum eſt & expunctum *fructuoſa*, quam vocem retinebãt vetuſtiores codices; ut nihil de damnatione ſterilitatis illam attigiſſe in ſuo aſcenſu innoteſceret.

Auguſtin. Tertullia.

10 Hanc gloriam, quâ ſe à ſua radice diſsimilem in altũ effert Maria, adnotavit Hieron. in c. 9. Eccleſiaſt. *Beata terra Eccleſia, cuius Rex eſt Chriſtus filius de ingenuorũ Abraham, Iſaac & Iacob, prophetarũ quoque & ſanctorum ſtirpe deſcendens, quibus peccatũ non fuit dominatũ, & ob id verè fuerunt liberi: Ex quibus nata eſt Virgo liberior ſancta Maria nullum habens fruticem, nullũ germen ex latere, ſed totus fructus eius erupit in florẽ loquentẽ in Cãtico Canticorũ: Ego flos campi & liliũ cõvalliũ.* Liberior fuit Maria, quã ſanctiores Chriſti progenitores, quia & ſi eis peccatũ ultimò nõ fuit dominatũ, ac proinde liberi diſceſſerũt, in Maria nec in initio, nec in fine ullũ obtinuit principatũ. Prodidit ſe Virgo Maria in ſua cõceptione immunẽ à barbara illa feraci denſaque vitiorũ & iniquarũ affectionũ ſilva, quã primũ attulit peccatũ, & ideò ſola emerſit abſque eo quòd aliquis pullulus è vitiata materia hinc inde cũ illa fœtificaret. Quidquid produxit, cœleſte & divinũ fuit, & pro fructu florem loquentem habuit, & de ſua ſibi pulchritudine inter agrorũ flores & lilia convallium blandientẽ.

Hieron.

11 Nec omittendũ cenſeo, cũ Propheta ait: *Egredietur virga de radice Ieſſe*, Scripturæ regulam obſervandam & ruminãdam. Quoties enim ſacra Pagina aliquam rẽ inducit, ex qua metaphoram adſtruat, ſi illam abſolutè & abſque aliquo limite, vel imminutione enuntiet, ſemper debêre intelligi rem in ſuo ſtatu & ſubſtantia perfectã, omnique vitio carentem, quia rerum voces & nomina niſi aliquo ſpeciali additamento afficiantur, quo res gliſcant vel decreſcant, ſemper earum natura perfectionem demõſtrant. Ergo cũ Vates aſſerat: *Egredietur virga de radice*; ſicut nomẽ radix deformitatẽ illã invenuſtam radicis innuit, quæ tota inflexuũ implexa, involucra & tumorum replicaturã efformatur, nã id ex ſua natura & ſtatu habet: ſic nomen virgæ rectitudinẽ indicat & proceritatem omnem nodoſitatẽ excludentem ab omni ruga lævigatam, ab omni tortura & curvitate abſolutam, & radicis naturæ oppoſitam, quia ſicut radicis naturæ obliquitas & tortuoſitas, ſic virgæ perfectio rectitudinis ineſt. Quocircà cùm ait Vates: *Egredietur virga de radice*, perinde eſt ac ſi diceret: habitu & formâ egredietur radicis deformitati cõtraria rectitudineq́, ſuâ, quâ aborigne erumpit, tortuoſitatẽ & nodoſitatẽ radicis ſuæ ſugillãs. Strenuè Richar. de S. Lauren. lib. 12. *Notandũ, quòd cũ Propheta poſuerit virgã ſimpliciter & ſine adiuncto, volens per virgã intelligi beatã Virginem, & dixerit: Egredietur virga ſine aliquo adiũcto, perfectiã virgã voluit intelligere. Cõſuetudo eſt Scripturæ ſacræ, quòd quoties facit metaphorã de quolibet perfecto ad aliquod irrationale, vel ad rem inanimatam, ſi res illa enuntietur in*

Richard. de S. Laurent.

generali nomine, intelligenda eſt res perfectiſsima in ſuo genere. Verbi gratia, non omnia lilia, nec omnes roſæ ſunt eiuſdem pulchritudinis, vel odoris, ideò cùm dicit: Sicut lilium inter ſpinas, vel: Quaſi roſa plantata in Iericho: & eiuſmodi, intelligẽdum eſt de pulcherrimo lilio, & de roſa ſummæ pulchritudinis. Item notãdum, quòd ſemper in metaphoris de imperfectis apponitur aliquid, quod bonum imminuat, vel malum inſinuet, ut cùm dicit Iſai. 56. Canes muti non valentes latrare, vel: Columba ſeducta, Oſee 7. & huiuſmodi. Ergo cùm dicitur: Egredietur virga; non debet intelligi de virga curva, vel aſpera, vel rugoſa, vel arida & huiuſmodi: ſed de viridi, plana, rotunda, quæ proprietates in ſe habeat ſuperiùs aſſignatas.

12 Sed & illud eſt præterea admonitu dignum, conſultò dixiſſe Prophetam virgam egreſſam de radice, non de trunco, vel de ramo; quia virga de radice enaſcens, ſeque decapulans nobiliorem & efficaciorem oſtentat virtutem; nam ampliori viror vernat, & elegantiori ſe rectitudine attollit, quàm quæ de trunco erumpunt. Vnde cùm Vates virgam de radice prodijſſe atteſtatur, ab omni eam originariæ pulchritudinis ambitu contendit commendare, ut idẽ Richardus ſuprà: *Commendatur per hoc, quòd virga de radice egrediens altior eſt, rectior eſt, ſubtilior eſt, humidior eſt, flexibilior eſt, viridior eſt, pulchrior & planior eſt, quàm egrediens de ſtipite, vel de ramo. Sic Beata Virgo altior eſt vitæ ſanctitate, rectior charitate, ſubtilior humilitate, humidior pietate, flexibilior obedientia, vel compaſſione, viridior fidelitate, pulchrior caſtitate, planior ſimplicitate omnibus alijs Sanctis.* Et hæ virtutes excellentias ſuas ab origine ſortiri perhibentur, dum à radice, & nõ de ſtipite, vel ramo virga progredi inducitur. Richard. de S. Laurent.

13 Atverò ut plenam Prophetæ periocham mentiſque illius apprimam explanationem percipiamus, ſciendum eſt, ipſum virgam virgæ oppoſuiſſe, ut quæ unius indignitas & infamia, quæ alterius excellentia & gloria, amplius eluceret, cap. enim 10. 5. ait: *Væ Aſſur, virga furoris mei, & baculus ipſe eſt, in manu eorũ indignatio mea.* Deinde c. 11. 1. *Egredietur virga de radice Ieſſe, & flos de radice eius aſcẽdet, & quieſcet ſuper eum Spiritus Dñi, &c.* Aſſur, hoc eſt, diabolũ, virgam divini furoris & baculũ ſacrę indignationis priùs acclamat: ſtatimque ut Mariæ Natique eius diverſa ſtudia cõtraria molimina, oppoſitoſque conatus exerat, Mariam virgam de radice Ieſſe, Chriſtumque florem de ipſamet radice aſcendentem in medium profert. Si verò virgam Mariæ diaboli virgæ æmulantem inducit Vates, quomodo credendum eſt Virginis virgam à virga diabolica aliquando ſuppreſſam & ſubactam, illamque huic in aliquo inſtanti conſentientem? Verè ex eo quòd ſimultatem & inimicitiam inter utrãque virgam ſtatuit, apertè oſtendit ab origine eã cũ diabolo Mariã ſuſtinuiſſe, ideòque a virgæ ortu & prima eruptione inchoat Vates, ut doceat nos Mariam à conceptione ſua & primo à radice egreſſu bellum & diſſidium virgæ diaboli indixiſſe; nihilque in Mariana virga unquàm extitiſſe, quod ſemper dæmoni adverſatum non fuerit, ſiquidem à radice in illum verè virga, hoc eſt recta & erecta, inſurrexerit. Præſtò eſt tibi Rupertus lib. 1. in Numer. cap. 4. ſic inquiens: *Hoc nempè ſciens Iſaias Prophetа, cùm dixiſſet: Væ Aſſur, virga furoris mei, & baculus ipſe, in manu eius indignatio mea. Ac deinceps: Viſitabo ſuper fructũ magnifici cordis Regis Aſſur, & ſuper gloriam altitudinis oculorum eius: cùm, inquam, hæc & cætera ænigmaticè dixiſſet de ſuperbia diaboli, ſubiecit atque ait de humilitate Chriſti: Et egredietur virga de radice Ieſſe, & flos de radice eius aſcendet, & requieſcet ſuper eum Spiritus Domini, &c. Quid enim virga illa, quæ & hìc neque plantata, neque rigata germinat, floretque, & fructum facit & de radice Ieſſe egreditur, floremque producit, ſuper quem requieſcit ſeptiformis Spiritus Domini, quid inquam, hæc virga eſt, niſi Virgo regia Davidicæ ſtirpis, quæ ſecundùm fidem Evangelij, ſine virili ſemine Chriſtum nobis protulit virum, florem, verumque decus generis humani, in quo corporaliter inhabitat omnis plenitudo divinitatis? In illa virga ſpecioſæ novitatis vetus Evæ reviruit: in illo flore, quem peperit, carnis noſtræ ſilva refloruit.* En quomodo providit divina Sapientia, ut virga Mariæ egrederetur in ruinam virgæ & ſceptri diaboli, & à prima pullulatione hanc auſpicata eſt gloriã, ideòque virga Mariæ erumpit adeò omnis ſordidæ radicis libera, quaſi plantata & rigata non fuerit. Quapropter ſatis cõſequenter aſſerit Rupertus in Mariæ ſpecioſâ novitate vetus Evæ genus reviruiſſe: ſed quo pacto ſpecioſam novitatem præſefert Maria, ſi vel veteris Evæ generis virorem imitata eſt? Optimè quidem, quia pura ſubſtantiæ humanæ efformatio iuſtitiâ originali prædita verè antiquiſsima eſt, nã in Adamo & Eva dedicata eſt: unde genus huiuſmodi formationis omnium extat vetuſtiſsimum, ſed in Maria ſpecioſam ſanè novitatem invenit. Nam cùm genus ſordi- Rupertus.

dum

dum corruptæ conceptionis poſt peccatũ in hominibus iam diu invaluiſſet, pulchra & peregrina novitas fuit, quòd priſtinum illud puriſsimæ conceptionis genus reſtitutum in Maria, & veluti redivivum poſt tot ferales conceptiones ſuſcitaretur, & lib. 2. in Iſai. cap. 6. ſic ait: *Et egredietur virga de radice Ieſſe, & flos de radice eius aſcendet, & requieſcet ſuper eum Spiritus Domini. Virgam de radice Ieſſe ſanctam Mariam Virginem intelligimus, quæ nullũ habuit ſibi fruticem cohærentem: de qua & ſuprà legimus: Ecce virgo concipiet, & pariet filium, & florem Dominum Salvatorem, qui dicit in Cant. Canticorum: Ego flos campi & lilium convallium, & quàm pulchra oppoſitio. Suprà oſtendebatur ille ſpiritualis Aſſur virga furoris Domini, & in manu eius baculus indignationis eius. Ecce autem virga gratiæ, virga requiei Domini, & in illa flos, in quo habitet, ſuper quem requieſcat omnis plenitudo divinitatis.* Hæc verba valdè germana ſunt ijs, quæ ex Hieronymo recitavimus num. 9. Aſcendit virga ſanctiſsima de radice nullum habens ſibi fruticem cohærentem, hoc eſt nullum degener virgultum, nullum indignum germen, nec indecentem ſtollonem primi peccati, quod ſicut non præextitit in Maria, ſic & illius germinatio procul ab illa abfuit. Oppoſitionem interfuſam comminiſcitur Rupertus inter virgam tenebrarum principis & Mariã virgam; contrarijs enim motibus & aſpectibus ſibi viciſsim adverſantur, illa enim eſt virga furoris, Maria virga gratiæ, quæ nunquàm iræ divinæ patuit, virga requiei, quæ nec in ullo inſtanti rebellem ſe Deo præbuit, ideóque in illa flos Chriſtus thronum ſuum locavit. Rupertus.

14 Nec hanc ſolam contrarietatẽ contendit Evangelicus Vates, ut ſpecioſiori fulgore dignitas conceptionis Mariæ coruſcaret. Sic enim finem capiti decimo facit: *Ecce enim Dominator Dominus exercituum confringet lagunculam in terrore, & excelſi ſtatura ſuccidentur, & ſublimes humiliabuntur, & ſubvertentur condenſa ſaltus ferro, & Libanus cum excelſis cadet,* cap. 10. 33. Et mox caput undecimum inchoat per coniunctionem, ET, quaſi quæ ſubſequuntur cum prædictis fibulet & connectat, ut ex præcedentis capitis fine & undecimi initij coniunctione arcanum mentis ſuæ pandatur: *Et egredietur virga de radice Ieſſe, & flos de radice eius aſcendet, & requieſcet ſuper eum Spiritus Domini.* Verè egreſſum & eruptionem virgæ à radice generali illi ruinæ & rerum devaſtationi opponit. Et quid, quæſo, conſequentiæ habet, univerſalem priùs demolitionẽ & ſtragem deſcripſiſſe, & illius ſermonem de Mariæ & Chriſti generatione interſeruiſſe, niſi hos duos oſtendere à plaga & clade illa cõmuni per diaboli aſtum & potentiam inducta immunes evaſiſſe, eoſque illius imperiũ depopulaturos? Qui quidem non in vitam inſiliunt vincendi, ſed victores, & ideò ſoli ipſi in univerſali humanæ ſubſtantiæ maſſa mirabiles & conſpicui. Quamobrem autẽ inter univerſalem humanæ everſionis fragorem meritò libera & expers horum duorum, nempè Mariæ & Chriſti, illuſtris inducitur generatio, ut innuat nihil hanc commune cum reliqua hominum ſorte, quæ deperijt, & ruinæ ſubiacet, habere. Opportunè Rupertus lib. 11. de victor. Verbi Dei, cap. 13. *Et excelſi ſtatura ſuccidentur, & ſublimes humiliabuntur, & ſubvertentur condenſa ſaltus ferro, & Libanus cum excelſis cadet: & egredietur virga de radice Ieſſe, & flos de radice eius aſcendet, & requieſcet ſuper eum Spiritus Domini. Ecce qualis oppoſitio. Perſpice, condenſa ſaltus & Libanus cum excelſis, inde virgam cum flore ſuo. Quantum eſt virga una florifera comparatione ſaltuum condenſorum, & montis Libani cum excelſis ſuis. Attamen quantum valent condenſa ſaltus & Libanus cum excelſis comparatione virgæ huius & aſcendentis de illa floris? Siquidem condenſa ſaltus ſubvertentur, & Libanus cum excelſis cadet. Hæc autem virga & flos totum onus ſuſcepit, totum portat ſupernæ maieſtatis pondus, & non cadit, & non ſubvertitur. Dicamus manifeſtius, quãvis ſub iſta metaphora, quales translatæ ſunt res, non ignoret mundus, non taceat univerſus, qui in mundo eſt, Eccleſiæ chorus. Perſpice hinc gentium, quas per condẽſa ſaltus intelligimus, tyrannos ac Duces, Imperatores & Conſules: inde Iudaicæ gẽtis, quam per Libanũ placet, Reges & Tetrarchas, atque ſummos Sacerdotum Principes: & inter iſtas altitudines ſive magnitudines, ſubortam humilem de domo David Mariam Virginem, Chriſtum parturientẽ Deum & hominem, & magnam victoriæ Verbi Dei concipis admirationem, quod in hunc mundum ingrediens, non quæſivit de altis & ſublimibus parentem habere quempiam, ſolùm ſe ſibi ſufficere ſciens abſque opere humano contra illius Aſſur, id eſt diaboli ſuperbiam ad obtinendum ſibi regnũ, ad poſſidendum David patris ſui ſolium, imò Dei Patris æternum imperium.* Rupertus. Inter omnes gentes aſcendunt Maria & Chriſtus adverſus ſuperbiam diaboli, quippè qui inter univerſitatem hominum ſunt, in quos nihil de ſuperbiæ diabolicæ efficientia po-

Iſai. 10. 33.

Iſai. 11. 1.

te-

teſtare inſtillaverit. His aſſocia mentem Alredi ſerm. 14. in Iſai. qui præfatum Iſai. locum confert cum eiuſdem videntis vaticinio, cap. 14. 19. *De radice colubri egredietur regulus, & ſemen eius abſorbẽs volucrem.* Elegantemque antitheſim inter utrumque meditatur, & Mariæ glorioſum exortum à Propheta ſentit opponi, reguli, hoc eſt Anti-Chriſti conceptioni, hic enim inſtar tortuoſi & obliqui reguli à dæmone colubri larvâ induto, & nequitiæ virus ructante effuſus eſt: Maria Virgo in modum virgæ pullulavit, recta omnemque curvitatem abijciens, lævigata, perpolita, & ab univerſi colubri ſinuoſâ malitiâ aliena: quaſi aſſerat: contrarijs ſe aſpectibus ceu inimicarum & ſibi invicem infeſtarum copiarũ duces Maria & Anti-Chriſtus ab ipſo conceptionis limine, torvè ſe nimis ſpectãt, oppoſitum induunt habitum, diversâque formâ, quâ in lucem ſe produnt, iã ſibi mutua bella indicunt. Nã Anti-Chriſtus ut regulus tortuoſus erigitur, à radice colubri curvitatem ſe participare profitens, Maria autem ut virga recta, quæ nulli radicis ſuæ replicaturæ & nodoſitati communicat, ſe præbet ſpectandam. Sic enim ait Alredus: Alredus. *Colubrum eum quidam idcircò æſtimant appellatum, quòd ſerpentis illius tortuoſi machinamento, de eius ſemine Anti-Chriſtus ſit naſciturus. Sicut igitur exijt virga de radice Ieſſe, & flos de radice eius aſcendet, id eſt, Chriſtus, ita nimirum, de radice colubri egredietur regulus, id eſt Anti-Chriſtus, regulus, qui & baſiliſcus rex ſerpentũ dicitur, afflatu ſuo atque conſpectu homines perimens.*

15 Pro locupletiori Marianæ dignitatis & indemnitatis elucubratione, illud oportet etiam adnotare, non aſſeruiſſe Vatem: *Egredietur virga de radice Ieſſe*, & flos de virga aſcendet, ſed *& flos de radice eius aſcendet.* Hoc quidem novum & inſuetum eſt. Nam ſicut tritum eſt, quòd virga de radice emittatur, ſic peregrinum & demirandum, quòd flos virgæ pariter è radice naſcatur. Quorſum ergo inſolito hoc loquendi modo functus eſt Vates? Verè ut qui hoc evolverent ſcribendi arcanum, puriſsimæ Marianæ conceptionis ſacramentũ invenirent: & quidem, ſi diceret Vates, de radice egreſſam virgam, florem verò de virga deductum, videretur diſtinctum ordinem productionis virgæ à floris productione conſtituiſſe, mundioremque eſſe & digniorem floris germinationem, quæ à virga, quã virgæ emanationem, quæ à deformi radice proceſsit. Voluit ergo Filius Mariæ dignitati & nobilitati cõſulere, & tela, quæ in ipſam intorqueri poſſent, avertere: & de radice Ieſſe ipſe ſe aſcendiſſe teſtatur, ut cùm ipſe de radice aſcendens purus & liber ab omni macula aſcenderit, Maria quoque egrediens de radice, mundam & immunem pariter fuiſſe egreſſam cenſeatur. Ab eâdẽ radice utrumque perhibet Propheta duxiſſe originem, ut dum Chriſtus à radice Ieſſe deſcendẽs originariam ingenuitatem oſtentat, adſtruat matrem ab origine claram, cùm ab eâdem, quâ ipſe, radice prodeat. Vt Mariæ nobilitatem adumbret, veluti excubat, ne ulla infamiæ ſuſpicio in illã poſsit obrepere, ideòque innuit, ſe pariter cum Maria à proavorum ſtirpe deſcendere, & utriuſque ſubſtãtiam in progeniei ſuæ trunco digeri, ſimul & elaborari: ut cùm viderint homines Chriſti & Mariæ carnem veluti ſimul ab eâdem radice fundi, nullus eſſet, qui auderet ignobili originis notâ Mariam inurere, cui divinitas ſe veluti comitem præbebat, ac proinde primum ſpiritum Maria quaſi aſſociatâ ſibi divinitate hauriebat. Ideò Propheta cùm dixiſſet: *Et egredietur virga de radice Ieſſe*, illicò adiunxit, *& flos de radice eius aſcendet.* Quaſi virga & flos pariter fuerint in eâdem radice contenta, ibique floris præſentia, hoc eſt divinitas, locum præcluſerit, ne aliqua radicis macula virgam afficeret aut contaminaret. Exemplo poſſumus rem ampliùs elucidare: in dubium vertitur viri nobilitas, ambigiturque, an ex infecta radice trahat originem, quem Rex ut ab ea infamiæ ſuſpicione eruat, eiuſque atteſtetur originariã & illuſtrem ingenuitatem, publicè ait: is æquè ingenuè & nobiliter natus ac ego eſt: ab eâdem radice egredimur ambo, quem modum ipſe participavit originis, participo & ego. Præſcivit Pius Mariæ Filius, fore nonnullos, qui Parentis ſuæ puriſsimam conceptionem, mundiſsimamque originem in quæſtionum palæſtram vocarent, quorum os ut occludat, nobileque teſtimonium de Parentis ſplendore originali edat; cũ Propheta de Maria dixiſſet: *Et egredietur virga de radice Ieſſe*, illicò inſpirat, ut de Chriſti origine verba facturus haudquaquã dicat, & flos de virga aſcendet, quod magis rei erat idoneum, ſed: *Et flos de radice eius aſcendet.* Vt cùm innoteſcat, utrumque ab eâdem radice pullulare, & Chriſtum nullâ labe originis temeratum oriri, pariter Mariam puriſsimè conceptam eſſe credatur. Quaſi dixerit Chriſtus: immunis ab omni macula exiſtit mea Parens; ſicut nullâ ego corruptæ originis lue afficior, quia à radice, quâ ego, & illa procedit. Favent his verba Bernardi ſerm. de Annuntiat. *Egredietur virga de radice Ieſſe, & flos de radice eius aſcendet. Illud diligenter attende, quòd* Bernardus

flos

florem hunc de radice, non de virga dixerit aſcenſurum, quia etenim ſi nova Chriſti caro in Virgine creata eſſet ex nihilo, ut æſtimaverunt nonnulli, non de radice flos, ſed fortè de virga dici poterat aſcendiſſe: nunc autem quia prodijt ex radice, ſine dubio ab origine probat communem habuiſſe naturã. Videtur enim caro Chriſti & Mariæ tanquam una & eadem caro ſimul per proſapię curſus effluxiſſe, ut quæ de Chriſti carne nobilitas, de Mariæ quoque carne enuntiaretur. Eadem adnotavit Richardus de S. Laurent. ſerm. de Nativit. Mariæ lib. 12.

Richar. de S. Laurent. *Poterat enim verè dixiſſe, & flos de virga aſcendet, ſed maluit dicere de radice: ut unde virgam, id eſt Mariam, inde florem, id eſt Chriſtum, duxiſſe originẽ demõſtraret. Vnde ad Roman. 9. Quorum patres, & ex quibus Chriſtus ſecundùm carnem, qui eſt ſuper omnia benedictus in ſæcula Amẽ. Propter hoc etiam B. Auguſtinus quaſi loquens ad Mariam. Filius Dei verberatus flagellis, felle potatus, affixus patibulo, ut te veram matrem oſtenderet, verum ſe hominem patiendo monſtravit.* Dicam ego, quòd ſicut Chriſtus ignominiæ ſe tradidit paſsionis, ut Mariam veram matrem ſuã adſtrueret: ſic è peccatrice & contaminata radice ſe perhibet ortum ſuſpicioni corruptæ originis quodammodo ſe ſubijciens, ut ab eiuſmodi nota Matris conceptionem abſolvat, eligens vel ſui periculo Marianæ indemnitati viam complanare, & fidem facere: complanat autem viam, dum ab eâdẽ radice, à qua Maria, ſe demonſtrat enatum, ut cùm ab ea radice purus ipſe erũpit, Mariam ab ea pariter puram erupiſſe cenſeatur. Sed & Rupertus regium referat iter, quo cognoſcamus, quomodo iam ab antiquo divinitas radicis ſubſtantiæ Marianæ medullam occupaverit, & in illius penitam virtutem ſe infuderit gratiæ oleo eam interiùs delinens & perungens, & quodammodò præparans mundiſsimum Matris à radice ingreſſum. Ad illa enim verba 1. Reg. 16. 13. de conſecratione David ad

1. Reg. 16. 13. regnum: *Tulit ergo Samuel cornu olei, & unxit eum in medio fratrum eius*: diſsidiũ examinans quod inter Saul, & David unctionem interfuit. Nam de inauguratione Saulis dictum eſt: *Tulit autem Samuel lenticulum olei, & effudit ſuper caput eius*, 1. Reg. 10. 1. inquit: *Imple cornu tuum oleo: & hìc iam manifeſta diſtantia eſt; nam de Saul dictum eſt: Tulit autem Samuel lenticulam olei, & effudit ſuper caput eius: lenticula vaſculum erat olearium, quadrãgulum, in latere apertum, à leniendo dictũ. Cornu verò olei ampliorem longè continẽs abundantiam conſtantem & perſeveratu-*

1. Reg. 10. 1. Rupertus.

ram in David ſignabat regalem & prophetalem pariter dignitatem. Nam directus eſt, inquit, Spiritus Domini in David à die illa & in reliquum, videlicèt cùm ungeretur oleo viſibili, pinguedo inviſibilis à radice ſeſe diffudit in ramos arboris bonæ; à radice, inquam, id eſt ab eo qui dixit: Ego ſum genus & radix David, Apocal. 22. Nam qui poſteà per novam carnis nativitatem factus eſt genus David, ipſe etiam per antiquam nativitatis naturam factus eſt radix David. Specta quo pacto ſe ipſum Chriſtus radicem appellat, ex qua virga Mariæ emittatur, ut ſi eâ parte, quâ radix humana eſt, creditur poſſe virgæ germinationem pravè tingere, quâ parte divinitas in ea ita reſidet, ut radicem ſe Mariæ acerſat, ipſam à qualibet labe poſſe abluere æſtimetur. Dicitur autem Chriſtus Mariæ radix, quia Chriſti merita Mariam in radice contentam comitabantur, ibique veluti expectabant, ut eam nobili immunitate donaret, ſicque poteſt dici à meritis Chriſti veluti à radice ſuæ libertatis ortum traxiſſe Mariam.

16 Hìc iam omni ex latere quadrat aliquorum expoſitio in præſentem locũ Iſai. Qui cũ Vates ait: *Egredietur virga de radice Ieſſe*, non tam exponunt de carnis, quã de virtutum ſtirpe, quæ varijs radiorũ coloribus in Mariæ proavis præfulſerũt; quaſi Propheta ita puram & ſanctam conceperit à ſua origine Mariam, ut eam non tam duxerit in progenitorum carne, quàm virtutibus radicatam, nec tam per ſeminalis virtutis, quàm per gratiarum tubos deductã, nec illius parentes tam ex carnis & naturæ cenſu, quàm ex virtutum fœcunditate dijudicandos, quaſi nil ab eis ſordidum, terrenũ & pravitate implexum, ſed cœleſte & divinum & ſupernaturalem ordinem petẽs Maria hauſerit. Auſculta Richard. lib. 12. de laudibus B. Mar. *Magnas & altas habet Maria radices, & profundiſsimè radicatur. Vnde poteſt creſcere tam in immenſum, radices eius, parentes eius, de quibus orta eſt ſecundùm carnem, ſcilicèt Abraham, Ieſſe, David, qui magni fuerunt, & in ſæculo & coram Deo. Ideò dictum eſt Iſai. 11. Egredietur virga de radice Ieſſe. Spirituales eius radices excellentiſsimæ virtutes, quas omnes habuit in ſuperlativo, & quia per humilitatem tam in profundo radicata eſt in eis, ideò tam in immenſum excrevit, ſcilicèt uſque ad conceptionẽ Filij Dei, qui erat in ſinu Patris.* Et longè ſuperiùs: *Spiritualiter radicabitur in illis antiquis patribus virtutum eorum imitatione ſicut ei præceptum fuerat à Domino: In electis meis mitte radices, Eccli. 24. in Abraham*

Richar. de S. Laurent.

fides

fides & obedientia, in Iſaac ſpes & patientia, in Iacob charitas, in David humilitas; & hæ ſunt ſpirituales radices Mariæ. Itaque duplici nexu fibulatam & infixam poſſumus contemplari Mariam progenitorum ſuorum radicibus: nam & conſanguinitatis vinculo eorum carni colligabatur: & ſpirituali fibula eorum copulabatur virtutibus, quapropter in ſua conceptione, ſicut per carnalem nexum eorum attrahebat carnē, ſimul per ſpiritualem nodum eorum participabat virtutes, quibus in primo vitæ ſuæ inſtanti coronaretur; indeque eveniebat, ut quaſi duabus venis radici coniuncta in ſua conceptione Maria, per unam ſugeret à ſua radice ſanguinem, virtutes & gratiam pariter per alteram; & cùm eodem temporis inſtanti & carnem & virtutes ebiberet, cōſequens erat, ut mundiſsimam à radice carnem ſuſciperet; nam peccatum, cum quo caro à radice fluebat compacta, fugabat & exterminabat virtutes, quas ſimul cum carne epotabat. Virtutes enim, quibus radicabatur in ſuis progenitoribus, & peccatum, quod humanæ origini implexum erat, ſimul coire nequibant. Quocircà ſimul præripiens à ſuis proavis carnem & virtutes, neceſſum erat ut virtutes, quæ ſimul in Maria emergebant cum carne, carnis immunditiam originalem profligarent.

17 Beatus Ildephonſus ſerm. 3. de Aſſumpt. B. Mar. putat mutuis ſe aſpectibus reſpicere, ſibique conſonâ quadam ſacramenti virtute reſpondēre locum hunc Iſai. *Egredietur virga de radice Ieſſe*, & illum Cant. 3. 6. *Quæ eſt iſta, quæ aſcendit de deſerto ſicut virgula fumi ex aromatibus myrrhæ & thuris & univerſi generis pigmentarij?* Sicut enim in illo primus Mariæ ad vitam ingreſſus, ſic in hoc vitæ illius exitus & ad cœlum advolatio deſcribitur. Et myſterium in eo nititur: quare Marianæ vitæ initium per virgam enuntietur à Vate inquiente: *Egredietur virga de radice Ieſſe*: & rurſus aſcenſus eius ad cœlos per virgulæ quoque metaphoram inducatur: *Quæ eſt iſta, quæ aſcendit per deſertum ſicut virgula fumi?* Cùm initium & finis rei extrema oppoſita, & ex adverſâ ſe regione ſpectantia ſint, quid, quæſo, commune, aut germanum habent initium & finis Marianæ vitæ, vel quâ fœderantur ſimilitudine, ut utrumque Spiritus ſanctus per eamdem formam & effigiem virgæ exprimere ſtatuerit? Sicut virga enim egreditur de radice ad vitam, & pariter ſicut virga egreditur de hoc ſæculo ad cœlū. Arbitror id à Divina providentia procuratum, ut ſtrenuum diſcrimen inter Mariam & reliquam hominum univerſitatem præfixerit: in cæteris enim hominibus, quantumvis iuſtis & meritorū divitijs onuſtis, exitus & initium vitæ extrema valdè diverſa, imò & contraria ſunt: nam qui virtutum ambitu accincti & ornati diſcedunt, etſi directo tramite ad cœlum tendant, & eorum digreſſus ab hac vita inſtar virgæ ſit nullâ tortuoſitate ſinuoſæ, ſed rectè firmiterque ad æthera ſe elevantis: tamen eorum initium, quod à conceptione exorditur, infauſtum eſt, & peccati originalis pondere depreſſum. Quamobrem nullam virgæ ſimilitudinem retinet, ſed curvū, obliquum & peccati laſcinijs replicatū eſt, nullaque illi ineſt virtus, quâ inſtar germinis pullulantis poſsit arrigi. Hoc propriſſimum Mariæ cœleſtis muneris privilegiū eſt, quod illius vitæ initium, ſeu conceptio quamdam conformitatem & germanitatis proportionem cum fine retineat; nam gratia & donis æthereis imbuta reſplendet, & nitorem, quo coacta eſt, ſervabit in fine licèt longè auctiorem & cumulatiorē. Quocircà quæ ab Iſaia in ſua conceptione inſtar virgæ rectæ aſcendentis ad vitam viſa eſt: à cœleſtibus intelligentijs inſtar virgulæ fumi ex aromatibus myrrhæ & thuris aſcendentis in exitu ſuo ad Olympum ſpectata eſt. Inſtar virgulæ, inquam, fumi ex aromatibus myrrhæ & thuris, ut illius virtutū incremēta, defœcatiorē vitæ ſtatū, & lautiſsimā, latiſsimamq; ſpargentis ſe per univerſum Orbem odoris pompam demonſtret. Intende ſi quadrent verba Ildephonſi: *Fortè igitur hodie interrogaverunt quidā Sanctorum eminùs proſpicientes illud de Canticis: Quæ eſt iſta, quæ aſcendit per deſertū ſicut virgula fumi ex aromatibus myrrhæ & thuris? Quoniam in aſcenſu eius multa flagrabant ornamenta virtutum incendio divini concremata amoris. Quæ ideò quaſi virgula fumi, quia ipſa eſt virga illa de radice Ieſſe. quæ hodie aſcendit gracilis quidē & delicata ex aromatibus univerſi pulmētarij pulveris. ſed conflagrata incēdio charitatis: & ideò benè in modum fumi virgulæ ex aromatibus, quia facta eſt tota in holocauſtum Dei, quæ odoramenta virtutum ſpargebat de ſe uſque ad cœlos. & non qualiacunque, ſed univerſi pulveris pigmentarij. Vndè fratres admiratio illa Angelica, non de virginitate ſola, quæ fuit ſingularis in Maria. ſed de immenſitate gratiæ venit, quia univerſæ virtutes ex ea reſpergebant ex incendio divini amoris ſuavitatem odoris, ita ut in ea eſſet forma, non ſolùm virginum, verùmetiam omnium Eccleſiarum Dei.* Hæc ultima verba diſpectione & elucidatione indigēt. Quid enim, quæſo, ſibi vult Ildephōſ. cùm ait, in Maria ſcandente in cœlum expreſſam fuiſſe formam Ildephon. ſus.

mam omnium Eccleſiarum Dei? Verè ex huius pronuntiati elucubratione effulgebit in Maria inſtar virgulæ ſe elevantis ad cœlum illam rectitudinē originalem emicuiſſe, quâ in ſua conceptione ſicut virga de radice erecta eſt. Abſit ut ſenſerit Ildephonſus hæreticum dogma, nempè Dei Eccleſiam multiplicem fuiſſe, quæ una ſemper fuit, eſt, & erit. Cùm autem Mariam cœlū petentem appellat formam omnium Eccleſiarum Dei: per omnes Eccleſias intelligit diverſos ſtatus, quos Eccleſia Dei ſæculorum decurſu nacta eſt, & nanciſcetur. Cùm autem Eccleſia ab initio mundi ſuum traxerit exordium, & nata pariter cum Orbe fuerit, ut D. Thom. docet 3. par. quæſt. 8. art. 3. in corpor. & Bellarmin. tom. 1. lib. 4. cap. 5. & 6. Eccleſiæ ſtatus perſtringendo tres potiſsimum poſſumus contemplari. Nempè illum, quem in paradiſo obtinuit binos unientem homines in fidei, charitatis & iuſtitiæ originalis vinculo; itaque Eccleſia in primo ſuo ſtatu, ſeu infantia iuſtitiâ fuit originali fundata & radicata. Secundus Eccleſiæ ſtatus fuit per peccatum deturpatæ multis criminum rugis plicatæ, ſed ablutæ & dealbatæ in lavacro vitę per ſanguinem Chriſti, ſponſam ſibi mundam, pulchramque & omnium gratiarum dotibus ornatam præparantis, ut docuit Apoſtol. ad Epheſ. 5. 25. *Viri, diligite uxores veſtras, ſicut Chriſtus dilexit Eccleſiam, & ſemetipſum tradidit pro ea, ut eam ſanctificaret mundans lavacro aquæ in verbo vitæ, ut exhiberet ipſe ſibi gloriosam Eccleſiam, nō habentem maculam neque rugam, aut aliquid huiuſmodi, ſed ut ſit ſancta & immaculata.* Quem locum de Eccleſia Militante explanavit Anſelmus: *Chriſtus dilexit Eccleſiam, & præ nimia dilectione tradidit in morte ſeipſum pro ea redimēda. Ideò ſe tradidit, ut illam ſuo ſanguine ſanctificaret, quia multis erat peccatis inquinata, ipſe dico mundans eam ab omnibus peccatis lavacro aquæ ſanctificatæ in verbo vitæ, id eſt, lavacro baptiſmi.* Tertiū Eccleſiæ ſtatum poſſumus comminiſci Triumphalem illum, quem iam emerita poſsidebit in cœlis. De quo præſentem Pauli locum interpretatus eſt D. Thom. 3. par. quæſt. 8. art. 3. ad 2. & Anſelmus, inquiens: *Vel ad futurum ſæculum poterunt hæc referri. Mundavit Chriſtus Eccleſiam, ut ipſe poſt diem judicij in æterna beatitudine exhibeat, id eſt, præſentet eam ſibi gloriosam, id eſt, animo & corpore fulgentem, quia tunc iuſti fulgebunt ſicut Sol in regno patris eorum. Tunc plenè atque perfectè erit Eccleſia non habens maculam peccati, vel rugā duplicitatis, aut aliquid huiuſmodi, quia tunc etiam erit verè glorioſa.* Hoc triplici Eccleſiæ ſtatu perpenſo, cùm Ildephonſus ait, in Maria ad cœleſtia tendente formā ſplēdicaſſe omnium Eccleſiarum Dei; hoc ſibi vult, quòd quidquid pulchritudinis & venuſtatis, quidquid gloriæ & authoritatis, quidquid novitatis & demirationis in trino Eccleſiæ ſtatu enituerit, in Maria cœlos tranante fœderatum & complexum eſt. Quapropter oſtentavit rectitudinem & originalem nobilitatem; in qua primò Dei Eccleſia fuit fundata; irradiabant pariter in illa præclara omnia Militantis Eccleſiæ ornamenta, baptiſmaliſque tinctionis nitor, quâ ſi non eguit ad purgationem, functa eſt ad gratiæ incrementum, ſimulque coruſcabat glorioſus fulgor, inclytuſque triūphantis Eccleſiæ decor, ſicque trinæ pulchritudinis Eccleſiæ ſpeculum effecta, omnimodamque ſui excellentiam Eccleſia in ipſa ſpectante & admirante, Maria regium Filij thronum nacta eſt.

18 Iam aliqui exiſtimant videntē Evāgelicum præindicato loco: *Egredietur virga de radice Ieſſe*, ad virgam alluſiſſe Moyſis & Aaron. Procopius enim in cap. 4. Exod. ait: *Hæc eſt virga, quæ progerminat ex radice Ieſſe. Hæc eſt virga florida*: & Richard. de S. Laurent. lib. 12. prædictum Iſaiæ locum explicans inquit: *Maria eſt virga Moyſis, per quam fecit ſigna in Ægypto, & ad quam in omni neceſsitate recurrebat, Exod. 4. quia Chriſtus per Mariam mirabilia fecit in mundo*: & inferiùs *Virga Aaron ad dirimendam cōtentionem, quam quidam movebant contra Moyſen & Aaron, fronduit, floruit & fructum fecit: virga Aaron virgo Maria.* Vt ergo ſacramentum evolvamus, quod mente concepit Propheta, dū ſub virgæ nomine Mariam pandit, ut in virga Moyſis & Aaron eius excellentias præfigiatas intelligeremus; libeat locum illum Cant. 1. 7. & 8. referare, ubi ſciſcitanti Sponſæ: *Indica mihi, ubi paſcas, ubi cubes in meridie*, reſpondit Sponſus: *Si ignoras te, ò pulcherrima inter mulieres, egredere, & abi poſt veſtigia gregum tuorum, & paſce hœdos tuos iuxta tabernacula paſtorum. Equitatui meo in curribus Pharaonis aſsimilavi te.* Verè ſingulare eſt, ut Mariæ annūtietur, quòd quæſitura Sponſum Deum egrediatur. Quid niſi extra ſe evagetur? Num Deum inveniet? Haudquaquam: & quidem minimè ſe agnoſcet, ſi extra ſe putat Deum & Sponſum reperiendum. Nam Mariam concipere ſine Deo in aliquo inſtanti, illam dediſcere eſt. Ideò ait, ſi quæritans me, ignoras te, ô pulcherrima, extra te inveſtigabis me: at ſi te noveris, nullo ſudore defatigaberis, errorē de-

D. Thom. Bellarmi-nus.

Ad Epheſ. 5. 25.

Anſelmus.

D. Thom. Anſelmus.

Procopius.

Richard. de S. Laurent.

Cant. 1. 7. 8.

depones, nam noveris me nuſquam abſceſſiſſe à te, & ita invenies intra te. Optimè
Rupertus. Rupertus: *O pulcherrima mulierum, ò benedicta inter mulieres, cuius pulchritudo benedictio eſt, cuius pulchritudo eſt ipſe benedictus fructus ventris tui: talis ac tanta cauſa tua eſt, ut ſi te ipſam non ignores, ſtatim ſcias illud, quod quæris, dicens: Indica mihi, ubi paſcas, ubi cubes in meridie.* Quòd ſi obieceris, nihil hoc ad inſtitutum noſtrũ; versâ mente, quæ immediatè Sponſus enũtiat, ut gloriam ſuam ediſcat Maria, ſeque optimè calleat: *Equitatui meo* (ſubdit) *in curribus Pharaonis aſſimilavi te, amica mea.* Verè abſtruſus & difficilis locus, ſed extricandus. Quid Maria cum Dei equitatu adverſus Pharaonis militares currus Dei populum inſectantes? Deinde, quis equitatus iſte Dei, in quo eius potentia velut equitans oſtentabatur armata Bellona? Verè cùm nullus equitum expeditorum ad bellũ apparatus legatur adverſus Pharaonem dimicaſſe, qui Dei equitatus poſsit ſuſtinêre nomen: per Dei equitatum virgam intelligo, quam Moyſes gerebat in manu, & quæ pro exercitu equorum & armis ad illudendum tyranno illi fuit, in ea enim velùt in plurimo equo divina ſupervectabatur virtus vires ſuas exerens, & in hoſtium devaſtationem facilis. Aſsimilavit ergo divina Sapientia Mariam Moyſis virgæ, cùm ait: *Equitatui meo in curribus Pharaonis aſſimilavi te, amica mea.* Nunc ut tantum myſterium reveletur, huius virgæ functiones & facinora inſpicienda veniant & diſcutienda. Duo potiſsima inter alia verticẽ attollent. Primum illud ſanè, cum Ægyptijs phalangibus iam iã irruentibus & penè terga pulſantibus Hebræorum, quibus æquoris rippam tenentibus marini vortices fugam præpediebant, virga undas flagellavit, cuius illæ imperium in verberibus ediſcentes, dehiſcentes ſtatim penitum ſolum floribus ſtratum aperuerunt, & ingemiſcenti populo in protectionem obtulerunt, & infideles ingredi feſtinantes agglomeratis aquarum cumulis obruentes. Profectò Cyrillus Ieroſolym. Catechef. myſtagog. 1. in Pharaone uſque ad aquas Iſraeliticum populum inſequente ſerpentem meditatur, qui infectione illius primi veneni in primos immiſsi parentes, homines ſacro fonte tenus infamat, infeſtat, & divexat: *Tyrannus*
Cyrillus Ieroſoly. *ille Pharao* (inquit) *ad mare uſque veteres perſequebatur, iſte verò impudens improbitatis princeps dæmon ad ipſas uſque ſalutares undas te ſequebatur, ille in mari ſubmerſus eſt, iſte in aqua ſalutis ſuffocatur.* Ex eo ergo quòd Pharao imaginem larvamve præfert dæmonis, medio peccati originalis contagio homines uſque ad aquas perſequens, conſequens eſt, & conſentaneum, quod in Moyſis virga, quâ Deus eum deiecit & ſtrangulavit, in aquis inſigne præfulſerit victoriæ, quæ de originali piaculo reportatur. Igitur cùm Mariam Deus alloquitur: *Equitatui meo in curribus Pharaonis aſſimilavi te, amica mea*: idem eſt, ac ſi dicat: Noli te ignorare, ô Mater, attende te ſimilem effectam equitatui meo adverſus Pharaonem, nempè virgæ Moyſis, in quam velùt in equitatum multũ mea aſcendit potentia, illum devaſtatura. Cùm verò Pharao perſonam gerat originalis luis hominem aquarum tenus inliantis, te virgæ æquiparans, quæ illum miſerè diſiecit, te victoriam meam adverſus originale flagitium oſtento, & in medio ſtatuo velùt de illo ſingulare trophœum. Quo iure triumpharetur ab originis delicto, quæ illius triũphus apparabatur?

19 Secundum portentum virgæ Moyſis & Aaronis (utriuſque enim virga fuit promiſcuè appellata) illud extitit, cùm tumultu illo ſuborto, durâque contentione, in qua ſingulæ Tribus Sacerdotij maieſtatem ambiebant, neutrâ alteri decedẽte divinæ inſsioni parens Moyſes populo detulit, ut unaquæque Tribus ſingulas virgas aſſumeret proprio nomine inſcriptas; eas accipiens Moyſes ſimul cum virga Aaron Deo in tabernaculo teſtimonij præſentavit: *Quas cùm poſuiſſet Moyſes coram Domino in tabernaculo teſtimonij, ſequenti die regreſſus invenit germinaſſe virgã Aaron, & turgentibus gemmis eruperant flores, qui foliis dilatis in amygdalas deformati ſunt*, Numer. 17. 7. Verè eximium miraculum, ſed in quo ſingulariter illius novitas prominet? Quis inficietur in eo quòd virga, cùm fuerit arida, omniaque prorſus vitali humore deſtituta, præter univerſalem naturæ ordinem nullâ præhabitâ ſatione, nullâ humanâ induſtriâ, abſque ulla cum terra cognatione, haudquaquam ullo ab ea ſucco attracto virere cœperit, turgêre & gemmare, ſeque in flores effundere? Igitur Mariæ dixiſſe Filiũ: *Equitatui meo in curribus Pharaonis aſſimilavi te, amica mea*: Dixiſſe profectò fuit: Noveris te, Mater, virgæ enim, quæ mihi equitatus in ſuperbiam militarem Pharaonis demergendam in mare fuit, te aptò, conferoque, & quemadmodum illa miraculosè vitam habuit, nihil de maledicta terra ſugens, ſed quidquid in illa viroris & pulchritudinis illuxit, cœleſte fuit, ſic tu ſingulari gratiæ privilegio ultra naturæ iura & leges gradiens genita es & concepta, nullis terrenis defectibus communicãs,

Num. 17. 7.

in-

infectum ullum humorem haud ebibens, quod in conceptione tua viridis & florida extiteris, opus ſanè divinum, non humanũ, evaſit. Hac profectò duplici ratione, quâ cũ virga illa annecteris, equitatum te meum appello in curribus Pharaonis. Fidem tibi faciat Rupertus in præfatum Cant. locum: Rupertus. *Hoc eſt, quod nolo ignorare, & quod ſi ritè perpendis, ò amica mea, nõ ignoras te. Quiſnam fuit ille meus equitatus in curribus Pharaonis, vel quomodo in curribus Pharaonis? Magnum & mirum ſpectaculum reſpiciẽti inde currus Pharaonis, hinc equitatum meum. Currus namque Pharaonis valdè multi ferro armati plerique etiã auro vel argento inſigniti fuerunt: Equitatus autem meus virga una fuit, virga Moyſi & Aaron: virga illa contra ſublimes currus Pharaonis taliter equitavit, hoc modo militavit, elevata ſuper mare vertit illud in ſiccum, & diviſit aquam, & tranſierunt filij Iſrael per medium maris, iterumque reducta ſuper mare operuit aquis currus & equites cuncti exercitus Pharaonis. Rectè ergo virga talis dicitur equitatus Domini, quæ cõtra tot currus & equites Pharaonis ſola ſuffecit, & victoriã peregit. Quomodo, vel in quo tali equitatui meo, amica mea, aſſimilavi te? Videlicèt in eo, quòd poſita corã Domino virga illa in tabernaculo teſtimonij, ſequenti die inventa eſt germinaſſe, & turgentibus gemmis eruperant flores, qui folijs dilatatis in amygdalas deformati ſunt. Illi ſigno, illi equitatui meo aſſimilavi te, amica mea. Sicut enim virga illa germinavit, fronduit, floruit, & fructum protulit non plantata, non ſucco terræ animata, ſed virtute cœleſti, ſic tu pulcherrima mulierum, amica mea, &c.* Adſtipulatur Anſelmus. Anſelmus ſerm. 6. de Aſſumpt. *Quid aliud præſignabat virga illa Aaron, quæ in tabernaculo Domini poſita tertia die inventa eſt germinaſſe? Iamque dilatatis folijs eruperant flores, qui turgentibus gemmis in amygdalas deformati ſunt. Virga iſta ſacra Virgo Maria, quæ neque ſata, neque radicata ſine ullo cultore tertio die, hoc eſt, tertio ſæculi tempore Spiritu ſancto eſt fœcundata, nobiſque Deum genuit, & hominẽ Chriſtum.* Expende verba illa, *neque ſata, neque radicata*; non quòd Maria ex humana radice humanaque ſatione non prodierit, ſed quòd ita fuerit animata ex dono gratiæ; ut prima illa lues & ſpurcitia in humanã graſſans & debacchans ſationem, illam haud quaquam attigerit. Nec aliter Auguſtin. relatus à Richard. de S. Laurent. lib. 12. de laudibus Mariæ. *Virga Aaron* (inquit Richardus) *Virgo Maria, circa quam magna magni notatur figura ſacramẽti. Fuit enim hæc virga Aaron ſummi Sacerdotis, & ſecundùm Iſaiam 11. dicitur virga Ieſſe, à quo immediatè ortum habuit Tribus regia, quia Ieſſe fuit pater David, ad præfigurandum quòd Maria erat illum paritura, qui eſt Rex & Sacerdos. Vnde cùm dixiſſet Pſalmiſta quaſi loquens Chriſto; Virgã virtutis tuæ emittet Dominus ex Sion: paulò pòſt ſubiungit: Tu es Sacerdos in æternum, Pſal. 109. De hac virga dicit B. Auguſt. in quodam ſermone de incarnatione: Virga hæc protulit, quod antè non habuit, non radicata plantatione, non defoſſa ſarculo, nõ fœcundata ſeminario, & cùm illi deeſſent univerſa iura naturæ, protulit virga, quod neque ſemine ſuggeri potuit, neque radice.* Richard. de S. Laurent.

20 Demum in noſtram eruditionem & pium fidelium monimentum voco verba Petri Cellenſ. lib. 9. epiſt. 2. *Virga Aaron fronduit & floruit, ut timeas offenſam, quia virga, ſerves gratiam, quia frondoſa & florida.* Quo loco videtur indagaſſe Cellenſ. rationem ob quam ſymbolum & inſigne nobiliſsimæ conceptionis Marię divina voluerit Sapientia virga inniti & oſtentari, in illaque glorioſos Marianæ puritatis titulos innecti; nam virga in divinis litteris diſciplina eſt timoris, doctrina iuſtitiæ, & inſtrumentum punitionis. Vt quid ergo baſis timoris flores Marianæ conceptionis ſuſtinet, illiuſque gratiæ ſpecies flagelli forma miſcetur? Nempè ut originalem gratiã Mariæ cãdoremque ingenitum rigore adverſus illius incredulos armet ſacra providentia, forma metus & ſupplicij pergama originalem Mariæ pudicitiam obvallant, ut qui illi ingrati ſunt, ſciant, ni originis gratiam revereantur & ſuſpiciant, ſub virgæ ictibus ſe futuros; ſic interpretor verba Cellenſ. *Vt timeas offenſam, quia virga, ſerves gratiam, quia frondoſa & florida.* Veluti quamdam Mariæ irrogas iniuriã, cùm ei eam originis munditiem inficiaris, quam plaudit Eccleſia, & ſignat ſub ſolemnijs: & licèt peccato puritatem illi denegando, non te adſtringas, non nihil ab Eccleſiæ forma & inſtituto devias, cùm quæ illa ſummâ colit celebritate, quæ publicis iubilorum evulgat vocibus, & fidelium cordibus altè pieque ſtudet infigi, nimium tui iudicij credulus reſpuis; caveas moneo, quia quæ mirabiliter animata fronduit & floruit, virga eſt ad terrorem, ad eruditionem, & ſupplicium, ſi ſua illi incolumis gratia ingenita non ſervetur. Petrus Cellenſ.

SECTIO VNDECIMA.

Privilegijs nobilitatis Mariæ favent ea verba: DAVID AVTEM REX GENVIT SALOMONEM, EX EA QVÆ FVIT VRIÆ.

§. I.

Quo modo David ex geſtis ſe primordialis nobilitatis Mariæ teſtem exhibuerit?

1 *DAvidi ad regnum provecto imperiũ in dæmones ſucceſſit. Locus 1. Reg. 16. 14. ex Procop.*

2 *Hoc munus ei delatum, ut iam Marianæ puritatem, & de primordiali ſerpente triumphum præferret, ex Baſilio Seleucienſ.*

3 *Mos divinus ab orbe condito abolendi maculoſæ conceptionis imaginem, ubi divinæ incarnationis vel dubia luces exoriebantur. Confertur locus Geneſ. 3. 17. cum loco Geneſ. 4. 11. ex Procop. & Baſilio Seleucienſ.*

4 *Favet Marianæ indemnitati mẽs Hieronymi evolvens, cur ſolus David in Chriſti generatione nomine Regis floreat.*

1 POſt regiam unctionem, quâ in principem & Dei proavũ ſignatus fuit David, expendo ſtatim ei imperium in dæmones conceſſum, & ad illos abigendos accerſiri, quos levi pulſu citharæ compellebat prædam dimittere, ſeque in obſcuriora antra revocare. Perlege 1. Reg. 16. 14. *Spiritus autem Domini receſſit à Saul, & exagitabat eum ſpiritus nequam à Domino. Dixeruntque ſervi Saul ad eum: Ecce ſpiritus Dei malus exagitat te. Iubeat Dominus noſter, & ſervi tui, qui coram te ſunt, quærent hominẽ ſciẽtem pſallere citharæ; ut quando arripuerit te ſpiritus Domini malus, pſallat manu ſua, & levius feras, &c.* & tandem verſ. 23. *Igitur quandoque ſpiritus malus arripiebat Saul, David tollebat citharam, & percutiebat manu ſua, & refocillabatur Saul, & levius habebat: recedebat enim ab eo ſpiritus malus.* In primis illud reor admonendum, virtutem Davidis in dæmonẽ, quo excruciabatur Saul, non tam partam fuiſſe ex vigore & ſolertia muſicæ, quàm ex vi Spiritus ſancti inſidente Davidi, ut cenſet Procopius: *David canticum articulatæ vocis hymnis divinis temperabat, ut melos ſenſum, intellectus verò una eademque opera divinum ardorem exſuſcitaret. David itaque divini Spiritus vim & efficaciã acceperat, quo operante ſpiritus malignus quieſcebat.* Deinde adverto dæmonem hunc tenentem Saulem larvam quamdã præduxiſſe primi ſerpentis, peccatumque Saulis quodammodò piaculum primum originis adumbraſſe; ſiquidem quemadmodum ſerpens ille humani generis caput fuit adorſum, ita præfatus dæmon caput primũ regni Iſraelitici invaſit in Saule; & quemadmodum primum crimen, quod quidem inobedientiæ & rebellionis fuit, inſtillavit in poſteros, ſic Saulis inobedientia quodammodò transfuſa fuit in illius progeniem, quam ſpoliavit regno, & cladi ruinæque ſubmiſit. Procopius.

2 His præhabitis iam indago, quâ allecta divina bonitas Davidis gratiæ & dignitatis ſpecie, quamvè illius reverita authoritatem, tantum ei indulſit donum, ut armis illum præmuniret in dæmonem aſtus primi colubri præſignantem & in primævæ maculæ umbram. Næ credam ob regale faſtigium in Davide exoriens, & divinas ei impactas promiſsiones frequentiùs repetitas & inculcatas cœleſtis incarnationis illum in ſolemnem œconomum & æterni Verbi progenitorem deſtinantes. Tanta enim eſt interiecta ſimultas inter primordiale crimen & ſacræ incarnationis myſterium, ut is qui tantæ œconomiæ pollicitatione illuſtrius apertiuſque præ cæteris eſſet præficiendus, armis inſtructus & poteſtate adverſus originis corruptionem prævie præfulgeret, ſic iam divina Sapientia ex tunc filij ſui domicilium in carne dignè præparante, aditumque Marianæ nobilitati, ex cuius carne carnem induit, reſerante. Mentior ſi mens hæc non fuerit Baſilij de Seleucia orat. 14. *Legatos humanè excepit David; & mox erat in armis ſpiritus, Pſalmus enim & lyra, & gratia arma ſunt in dæmones. Loquebatur tantùm, & hoſtis vinciebatur, & lyræ melos veluti* Baſilius de Seleucia.

te-

telum iaciebatur in dæmonem. Quis audivit trophœum cantibus excitatum? Ne verò mireris, ſi cum regno in dæmonem quoq; vires acceperit. Nam Chriſti pater ſecundùm carnem David fuit, unàque cũ regia dignitate Dominicæ incarnationis promiſſiones accepit. Vbi enim Chriſti memoria dæmonum eſt pernicies, ubi ſigillum cœleſte eſt, ibi diaboli exitium. In hunc primũ poſt Abrahamum Deus Chriſti incarnationem inſecuit, nec ſine iureiurando id boni nuntij exprompſit: Iuravi David ſervo meo, uſq; in æternum præparabo ſemen tuũ, & ædificabo in generatione & generationem ſedem tuam: & iterum promiſſionum acceſſione iusiurandum affirmat. Semen eius in æternum manet, & thronus eius ut Sol in conſpectu meo. Cum his Petrus Apoſtolorum coryphæus congruens clamabat: Iuravit Deus David de fructu lumbi eius ſedere ſuper ſedem eius. Quod ſi huius fructus Chriſtus eſt, quomodo non pretioſa radix, cũm & ipſi Prophetæ eius exiſtimationem evulgent: & erit ex radice Ieſſe, qui exurget regere gentes, in eum gentes ſperabunt. Quid luculentius potuit enuntiari? Quid maieſtatis & gloriæ in ſanctiſsimæ Deiparæ originalis pudicitiæ ſublimem ſolemnẽque commendationem hinc non inſurgit? Quod præclarum illius claritudinis altumque præconium non reboat? Nam ſi ideò quia David ſimul tegijs infulis & proſapiæ divinæ titulis liberiùs licentiùſque fuit inſignitus, poteſtas in illo, quâ in dæmonem primo ſerpenti ſimilem vigêret, fuit maturata & præcocta: Maria quæ non à longe ſicut David, ſed ex carne ſua immediatum Dei Filio indumentum paravit, quæ non ut vetuſtior avia, ſed ut veriſsima mater illum in viſceribus ſuſcepit, quomodo dæmonis ſubiacuiſſet aliquando confoſa telo? Quomodo vis in illum ei debitum à primordijs non fuiſſet? Quomodo eam adhuc non natam, & in ipſa conceptione ſcintillantem & emergentem pavidæ phalanges non horrèrent? *Si ubi Chriſti memoria dæmonum eſt pernicies, ſi ubi ſigillum cœleſte, ibi diaboli eſt exitium?* Maria quando titulus Dei non fuit? Illa Dei memoriæ quando nõ monumentum & monimentum? Sigillum cœleſte ſimul cum illâ ſicut partum, ita & cõceptũ; cœleſtia ſigna, ſicut in illius nativitate explicata, ita in illius conceptione convoluta & veluti corrugata inchoabãtur.

3 Sic memini ab ineunte orbis ætate moris divinæ providẽtiæ fuiſſe, quoties divinæ incarnationis fodiebantur fundamẽta, efferebãtur columnæ, inſignia prominebãt, primæ corruptionis obruere imagines, abolêre indicia, & maledictionis ob illã inductæ curſum diſtorquere. Perlege dictum fuiſſe Adamo ob peccatũ: *Maledicta terra in opere tuo*, Gen. 3. 17. Caino verò ob fratricidiũ: *Nunc igitur maledictus eris ſuper terrã*, Gen. 4. 11. Divina ultio maledictionẽ in Adamũ non iaculavit, fulminatus eſt autem illâ Cainus. Quamobrẽ, quæſo? Quare quã in Cainũ tetendit Deus maledictionẽ, diſpeſcuit ab Adamo? Sanè quia divini afflatus nuper ſedes, & divini Spiritus recens hoſpitium extiterat: iniuriumque ſibi fore prævidit Deus, ſi in quẽ Dei ſpiraculũ dudùm habitaturum deſcenderat, inflicta maledictione corrumperetur. Sic Procopius: *Verùm quæſtio eſt, quare non ad Adamum quoque dixerit, ut ad Cainum: Maledictus tu ſuper terram? In promptu eſt cauſa: Adamus præfulgebat Spiritus ſancti munere, quod à Deo ſpirante acceperat.* Congruentem magis rationem fuiſſet commentus, ſi primum Adamum cogitaret Procopius primum Chriſti incarnationis ſimulachrum, eiuſque primô expreſſum & deductum lineamentum, ut placuit Baſilio Seleucienſ. orat. 1. inducenti ſic Deum loquẽtem: *Faciamus hominem unigeniti Dei domicilium, faciamus Adam, à quo alter aliquis Adam conditori olim adſideat.* Iam quia in Adami conſtructione priora Dominicæ incarnationis rudimẽta ſplendicabãt, cenſuit Divina providentia oportêre ab illo maledictionis flagellum dimovêre, ſic iã ab antiquo præſtruens, quàm indecens degenerque foret immediatam tantæ œconomiæ officinam, tantique myſterij intimum ſacrarium primæ maledictionis fulmine profanari. Quæ olim teſtimonia pro Dominicæ incarnationis dignitate ſtabilitẽda & veneranda fundari cœperunt, iam in Davide nitidiorem apertioremque illius promiſsionem excipiente, maiore luce firmata ſunt.

Gen. 3. 17. Gen. 4. 11. Procopius. Baſil. Seleucienſ.

4 Nec ad Marianæ puritatis ſubſidium infirmum eſt argumentum, quod decerpitur ex ratione, quam excogitavit Hieronym. teſte Abulenſi quæſt. 15. in cap. 1. Matth. ſcrutans, quare in Chriſti genealogia ſolus David fuerit, qui inter plures purpuratos Regis nomine gaudeat? Ait enim textus: *David autem Rex. Dicendũ tamen quod Hieronymus aſſerit, electionẽ David fuiſſe ex corde, quia de eo dixit Samuel ad Saulẽ: Stultè egiſti, nec cuſtodiſti mandata Dñi Dei tui, quod ſi non egiſſes, iã nũc præparaſſet Dñs regnũ tuũ ſuper Iſrael uſque in ſempiternum. Sed nequaquam regnum tuum ultrà conſurget. Quæſivit ſibi Dominus virum iuxta cor ſuum, & præcepit ei, ut eſſet Dux ſuper populum ſuum. Et licèt tam electio Saulis, quàm Davidis* Abulenſ.

fuerit secundùm cor Dei, quia utrãque voluit: primam tamen voluit, ut esset, & non ut permaneret; secundam autem voluit esse & permanere; quia Deus voluit, quòd David esset Rex usque in sempiternum super Israel, & non solùm ipse, sed etiam posteri eius in æternum. Ex his licebat elicere quàm non obscura umbra prævaserit regnũ David Regni Mariæ, & intervallum, quod inter ipsius regnum Evæque principatum in Regno Saulis præfigiatum diffusum fuerit. Verè Eva Mariaque natæ sunt Reginæ, sceptrum enim originalis dignitatis utraq; à sua productione fuit nacta; hoc tamen interposito discrimine, quòd Eva quemadmodum Saul regnum emoriturum accepit, citòque elapsurum, nec in posteritatẽ trãsmittendum. Quapropter ipsa solùm insulis originalibus efloruit, quæ tamẽ in ipsa lãguerunt, & lassatæ corruerunt. Attamẽ Maria ceu David regnum originalis iustitiæ tenuit, non quidem deperdendum, nec in progeniem nõ transmittendum; filiũ enim, quo ditata fuit, ingenua nobilique ac prorsus regiâ originis gloriâ indutum feliciter enixa est. Cùm ergo tale præcesserit regnũ originalis candoris Evæ, quale subsecutum Saulis, caducum scilicet, sterile & deciduũ; regnumque Mariæ taliter fuerit in orbẽ inductum, qualiter Davidis imperium præcucurrerit, nempè firmum, fœcundum & stabile; consentaneum valdè fuit, ut in hac genealogia solus David regio nomine cohonestatus prominêret, in nomineque futuræ suæ neptis nobile originis stemma portenderet & portaret.

§. II.

David indemnem Mariæ conceptionem musica, præsagitione, & vaticinali carmine in dæmonem fugandum celebravit.

5 *DAvid psalmodia dæmonem deterrebat vaticinia edente Mariæ purissimæ conceptionis, ex Ioseph. Athanas. Gloss. & Chrysost.*

5 CEnsent plures Patres, Davidem, ut dæmonem Saulẽ inhabitantem terrêret, & in fugam daret, non solùm accordi lyræ sonu, suavi fidiũ pulsatarũ harmoniâ, dulcique & periucundo earũ strepitu fuisse functum, sed simul sacros cecinisse hymnos, pepigisseque Psalmos, quos vatidico Dei afflatus Spiritu condiderat, & ad lyræ vocisque concentum sacra Christi sacramenta promentem, exacerbatus & extimulatus infestus spiritus fugã meditabatur, vel si immorabatur pervicax, compulsus abigebatur. Sic Iosephus lib. 6. antiquit. cap. 10. *Saul quædam passiones & dæmonia repẽtè comprehenderunt, suffocationes ei & angustias inferentes; ita ut medici nullum ei salutis remedium invenirent. Delectabatur autem in Davide, & maximè in invasione dæmoniorum, qui cum ad eum accederent, solus erat medicus hymnos dicendo, & psallendo in cithara, & Saul à mentis oppressione revocando.* Accedit Procopius. *Cultus Dei qui per instrumenta musica exercetur, non quidem à Deo traditus, sed à Davide religiosè excogitatus est. Divino enim ardore inflammatus, ea, quæ homines ad libidinem & lasciviam accendunt, ad pietatem traduxit. Cantũ articulatæ vocis hymnis divinis temperans, ut melos sensum, intellectus verò una eadẽque opera divinum ardorem excusciaret. David itaque divini Spiritus vim, atque efficaciam acceperat, quo operante spiritus malignus quiescebat.* Subsidiatur Athanas. hom. de semente: *David cùm in solitudine pastorali ageret, neque esset cum quibus loqueretur, citharam compinxit, ex cuius concentu duo in primis consequebatur, quòd & inde solitudinem suam mitigaret, neque ad dissolutas cantiones delaberetur: sed Psalmos caneret, quo & modulationis fructum perciperet, & pietatẽ adiuvaret, psallebat quoque multifaria miracula Dei; cæterũ cũ torqueretur Saul ab immundo spiritu, nõ defuit, qui indicaret ei Davidis solertiã. Accersitus quoties invadebat regẽ spiritus immundus, David citharam pulsabat hymnos Domino cantitans suffocantem dæmonem propulsabat. O magnam Psalmorum virtutẽ! Spiritus immundus suffocans alium, ipse invisibiliter suffocatur, & respirabat Saul.* Annectit Glossa & Chrysost. *Pulcher Psalmi cõcentus acutissimum est telum adversus dæmones, nec enim cervitia tela fugiunt, ut Psalmos David dæmones. Sumpsit David citharam, & pulsavit, & à Saul recessit malus spiritus, & recedens dæmon cecidit, ut cervus sagitta percussus, & in iecore sauciatus. Pulchra est David cithara, est enim animæ cõsolatio, mẽtis enim nostræ nervos cõfirmat ad virtutẽ.* Cùm igitur & Davide lyræ nervos percutiẽte, & Psalmorũ modulos intonãte, dæmõ vel Christi mysteria perhorrescẽs, vel illorũ vi coactus fugã arriperet, piũ sit credere sæpesæpiùs melodia Psalmorũ purissimæ originis Mariæ privilegia evul-

Iosephus.

Procopius.

Athanas.

Gloss. & Chrysost.

evulgantem (frequenter enim tantum myſterium Davidicis canticis pangitur, ut ſtatim oſtendemus) malevolum ſpiritum iaculatũ fuiſſe & fulminatũ, confuſus enim abſcedebat ſinuoſus coluber indira tartara audiens à mulieris calce, illæſa ipſa permanẽte, caput ſuum conterendum, & ludibrio oſtentandum.

§. III.

Nonnulla Pſalmorum David inducuntur teſtimonia pro intemerata Mariæ conceptione protegenda, & primum ex Pſalm. 23.

6 *INterpretatio Hugon. Cardin. in præfatum locum, qui illuſtratur ex loco Proverb. 8. 22. ex Guarrico. Locus Richard. de S. Laurent.*

7 *Provehitur interpretatio Hugonis. Locus Toleti Cardinal.*

8 *Lucem accipit Hugo ex Lyra.*

6 LOcum illum Pſal. 23. 1. & 2. *Domini eſt terra & plenitudo eius, orbis terrarũ, & univerſi qui habitãt in eo. Quia ipſe ſuper maria fundavit eum, & ſuper flumina præparavit eum*, interpretatus eſt de Beata Virgine Hugo Cardin. *Domini eſt terra, id eſt, beata Virgo, de qua Iſai. 45. Aperiatur terra & germinet Salvatorem, Pſal. 84. Dominus dabit benignitatem, & terra noſtra dabit fructũ ſuum. Deuter. 34. De benedictione Domini terra eius: & dicitur terra propter proprietates, quæ continentur his verſibus.*

Nigra, rotunda, capax, medians, circundata fœta,
Integra, ſtans, humilis, cibat omnia, continet aurum.

quas ipſe fuſiùs ſanctiſſimæ Deiparæ adaptat, ſic cõcludens: *Hæc terra eſt Domini, & quia eſt Dominica mater, nutrix, cultrix, filia, diſcipula, & ancilla.* Quæ verba ſi attentiùs auſcultentur, audies ea Mariæ auguſtã originẽ eructantia; Domini terra appellatur Maria, quia Maria nunquã Domini nõ fuit; & illud tuũ ſingulariter meritò, proprioque iure appellatur, quod nunquã alterius extitit, nec aliquando ſub inimici ditione, aut poteſtate fuit, ſed in tua poſſeſsione ingiter à ſua origine fideliterque permãſit. Terra omnes ſumus, ex terra cõcreti & conflati, terra quoque eſt iuſtorũ pretioſiſſima portio, ſed non eo ſenſu inclyto terra Domini poſſunt nuncupari, quo ſe Domini terrã nimis fortunatè gloriatur Maria; nam hæc ſemper ſub Dñi poſſeſsione, illi verò nonnunquã ab illa evaſerunt, nã terra ſunt ſub dæmonis poſſeſsione coacta, in ipſo vitæ initio originali corruptione fermẽtara maſſa. Hoc innuit illud Prover. 8. 22. *Dñs poſſedit me in initio viarũ ſuarũ*: quaſi illa ſit propriſsima poſſeſsio, quæ ſimul cũ rei initio naſcitur, & ab ipſius origine originẽ auſpicatur. Vnde Maria ſtatim quaſi alia terra à noſtra invehitur, n. 26. *Adhuc terram non fecerat & flumina & cardines orbis terræ.* Nõ enim tellus eſt Maria quemadmodũ ea, ex qua ſumus cõpacti, nã terra noſtra in ipſo ſui exortu hiulca fatiſcit diviſione peccati, dæmonis aratro corrupta & infeſtata: at Marię terra ſemper integra, nullo peccati ſarculo funeſta, nullo primordialis nequitiæ ligone potiusviolata quã ſarrita, & ideò proprietates ſuſtinet terræ, quæ integra eſt, nunquã diminutionẽ aut detrimentũ paſſa, & rotũnda, omnibus ſuis partibus æqualiter conſtans, nihil habẽs aut ſuppreſſum in orbe, aut prominens, quod illius infamet rotunditatẽ, à principio ad finem globũ ſuum volvens pariter tereteẽ & cilyndraceũ. Opportunè Guarricus ſer. de Annũtiat. *Prorſus benedicta illa terra, quæ omnino intacta, nec foſſa, nec ſeminata de ſolo rore cœli Salvatorẽ germinat, & mortalibus panem Angelorũ alimoniã vitæ æternæ miniſtrat.* Ideò huic loco Pſal. adfibulat Hugo illud Pſal. 84. *Dominus dabit benignitatem, & terra noſtra dabit fructũ ſuũ.* Item & illud Deuter. 34. *De benedictione Domini terra eius.* Sanè ut explicet, quare terra Dñi appelletur Maria, & quæ ſit illa terra, quæ glorioſum hoc demereatur cognomen: illa nẽpè, quã Domini benignitas prævenit, ut fœcunda ſit fructibus; non ſentibus & tribulis obnoxia: quæ de benedictione Domini habet, ut terra eius ſit. Hoc eſt, quia maledictionis expers, & benedictione ſemper Dñi honorata, ideò terra Domini promeretur acciri. Mirificè Richardus hæc duo loca, nempè Pſal. 23. & Pſal. 84. quæ Hugo Cardin. cõpaginat, eleganti quoq; explicatione colligat: *Et terra noſtra dabit fructũ ſuũ. Terra noſtra B. Virgo, quæ ex dono Dei facta eſt noſtra. Vnde Ezech. 20. Dedi eis terrã fluentẽ lac & mel præcipuã omniũ terrarũ. Si ergo terra hæc noſtra eſt, ergo fructus eius noſter, quam ipſa videtur tenere in manibus ſuis in ſua imagine, quaſi omnibus offerens illum, ſed ab illis ſolum recipitur, qui auferunt à ſe iniquitatem, quæ erat in manu ſua, Iob 11. & notabiliter dicitur,* DABIT, *vel* DEDIT: *Terra enim humano ſemine ſeminata, nõ dicitur propriè dare, ſed reddere fructũ ſibi cõmiſſum. Sed*

Pſal. 23. 1. & 2.

Hug. Card.

Proverb. 8. 22.

Gaurricus.

Richar. de S. Laurent.

Maria quæ concepit, non ex virili ſemine, ſed myſtico ſpiramine, hoc eſt Spiritus ſancti operatione, propriè dedit fructum ſuum, & benè ſuum, quia nec terra alia digna extitit portare talem fructum, nec talis fructus terræ alij competebat; ideò dicit fructū ſuū, id eſt, ſibi congruum, quia ſoli Virgini congruebat parere Filiū Dei, & ſoli Deo Matrē habere Virginē; vel ſuum, ideſt benedicta benedictū, ſicut terra maledicta in opere Adā fructus dedit maledictos, Gen. 3. videlicèt ſpinas & tribulos: & demū claudit: *Hæc eſt terra, de qua Pſal. 23. Domini eſt terra illius, ſcilicèt propria, & plenitudo eius, ſcilicèt virtutes & dona gratiarū.* Hactenus Richard. de S. Laurent. lib. 8. de laudibus B. Mariæ. Illud expende: Mariam vocari terrā fructui ſuo valdè congruam & conſentaneā, quia illa benedicta & ille benedictus, quibusverbis benedictionē Marię exæquare videtur benedictioni filij, & ſi in aliquo pares evadunt, Mehercìè in eo quòd ſicut filius ab origine benedictus, ita ab origine benedictionem ſortita Maria. Quod quidē ex ſequentibus verbis videtur extrui: *Sicut terra maledicta in opere Adā fructus dedit maledictos.* Hoc eſt, quemadmodum terra primæ maledictionis offucia conſpurcata & atrata ſimiles ſibi peperit fructus maledictionis ſuæ participes & hæredes, ita Maria terra ab origine benedicta, benedictum ab origine peperit; fructū expandens ingenitæ ſuæ nobilitati valdè conformem, quam ille abſque ullis privilegijs ſed eminentiori titulo in matris viſceribus hauſit.

7 Protelat ſuam interpretationē Hugo Cardin. *Et plenitudo eius, de qua plenitudine, Luc. 1. Ave gratia plena, Dominus tecū: Miſericordia Domini plena eſt terra, Pſalm. 32. Orbis terrarum, id eſt, beata Virgo. Sapient. 1. Spiritus Domini replevit orbem terrarum: & univerſi qui habitāt in eo, id eſt, in eam per ſpem & confidētiam, Pſal. 86. Sicut lætantium omnīū habitatio eſt in te, ſancta Dei genitrix, ipſa eſt enim civitas refugij, Ioſue 20. Quia ipſe ſuper maria, id eſt amaritudines tribulationū fundavit eum ut in nullo moveretur, Eccli. 24. In fluctibus maris ambulavi, & ſuper flumina carnalium voluptatum præparavit eum orbem, id eſt, Beatam Virginē quaſi exemplar, Iſai. 2. Mons præparatus.* Quis non videat penè hæc omnia pro ſanctiſsimæ Mariæ illibata conceptione militare? Nam terræ Domini plenitudinem eam dicit Hugo, quam faſſus eſt Paranimphus Gabriel ſalutationem Mariæ impertiēs, Luc. 1. 28. *Ave gratia plena*, dicitur plena, quia gratia nihil in Marianæ vitæ periodo vacuū reliquit, nihil non pervaſit, attingēs à principio uſque ad finem fortiter, & ab ipſo initio uſque ad exitum omnia penetrans & percurrens. Quapropter ex hoc loco Cardinalis Toletus annotat. 67. in cap. 1. Luc. privilegium ingenuæ conceptionis Mariæ eleganter arguit. Sic enim ait: *Beata Virgo eam ſortita eſt gratiā à filio, quæ omne peccatum impediuit, neque enim originale cōtraxit, nec ullum actuale, non ſolùm mortale, ſed nec veniale admiſit, &c. Verè ergo gratia plena fuit, & inter omnes ſola hanc conſecuta eſt plenitudinem.*

8 Deinde orbem terrarum undique occupatum tentumque à Spiritu ſancto appellat Hugo Mariam, de ipſa enim intelligit illud pronuntiatum Sapient. 1. 7. *Spiritus Domini replevit orbem terrarum.* Et hunc Sapientiæ locum elucubrans Lyra inquit: *Omnia creata ſunt & producta per Spiritum Sanctum, Geneſ. 1. Spiritus Domini ferebatur ſuper aquas, id eſt, ſuper materiam informem, ſicut voluntas artificis ſuper materiam, unde ſunt aliqua formanda.* Ex quo infertur Hugonem conceptionē Mariæ cum productione orbis contuliſſe: quemadmodum enim creaturarū illa productio nobiliſsima fuit, nam Spiritus ſanctus primævæ illi materiæ innatabat & incubabat, illam ſacrans, mundans & præparans, ut creaturarū formatio tanto evaderet opifice digna, ſic in materiam, ex qua cogendum erat & compingendum Marianum corpus, veluti impluit, illique quodā modo innavit corruptionis profluvium in illam inſtillans diſpeſcens, ut ab omni originis ſorde concretum & animatum emergeret. Quod amplius explicant verba ſequentia Hugonis: *Et ſuper flumina carnalium voluptatum præparavit eum orbem, id eſt Beatam Virginē quaſi exemplar, Iſai. 2. Mons præparatus.* En præparatum Mariæ orbem ita longè altèque ſuper flumina igneæ concupiſcentiæ & inordinati appetitus, ut nec illius vapor ad illam accederet, nec vel levis exhalatio eius ardoris ad eam quiret advolare, nullis enim concupiſcētiæ motibus quatiebatur, nullis inſultibus expugnabatur, nullis lenocinioſis impulſibus demulcebatur; ea enim plenitudine gratiæ exuberavit Maria, ut excuſſus ab ea prorſus fuerit ille fomes, & appetitus carnis omnino ſpiritui famularetur, abſque aliqua pugna & reluctamine, ex quo munere, ut ſuprà oſtendimus, decerpunt plures Eccleſiæ Patres, nullo pravæ & depravatæ originis ſpiculo punctam fuiſſe Mariam, à quo eiuſmodi concupiſcentiæ perduelliones & feralia bella ortum attrahunt.

Card. Toletus.

Sapient. 1. 7. Lyra.

Hug. Card.

Luc. 1. 28.

§. IV.

Deſumitur munimentum ex Pſalm. 86. pro Mariana puriſsima origine.

9 *QVi de Beata Maria Pſalmum hunc interpretẽtur. Singularis & myſterioſa Pſalmi frons, ex Auguſt. & Richard.*

10 *Quid ex ea decerpatur in Marianæ cõceptionis commendationem, iuſtus quomodo non egeat nomine, ut agnoſcatur, qui operibus claret: exponitur locus Mich. 7. 3. ex Ruperto.*

11 *Verba Richardi in præfatum Pſalmum expenduntur. Adſtat ei Rutilius Benzon.*

12 *Quid per montes deſignat Vates, ex Hugon. Cardin.*

13 *Commendatur & ſplendicat ſententia Hugonis ex ſententia Toleti Cardinal. explicantis, quæ munera Mariæ cœlitùs fuerint infuſa: & quo inſtanti: Accedit Athanaſius, præeligitur ſententia D. Thom. quàm Toleti.*

14 *Tertia ſententia per montes ſanctos ipſum Chriſtum Dominum ediſſerẽs: Locus Petri Damiani, Amedei, Richardi de S. Laurent. & Comeſtoris. Quia templum ædificatum in ſorte Benjamin, qui poſthabitus fuit in benedictione Iacob, Geneſ. 49. 27. naturæ leges temnendo prælatus eſt à Moyſe Deuteron. 33. 12. per Theodor. & Lyram, benedictio ei data quomodo Mariæ conceptionis puritati militet, & ab ea lucem accipit præfatus Pſalmus.*

Pſal. 86. 1. 14 SIc incipit Pſal. 86. 1. *Fũdamenta eius in montibus ſanctis: diligit Dominus portas Sion ſuper omnia tabernacula Iacob. Glorioſa dicta ſunt de te, Civitas Dei,* Pſalmũ hunc de beata Virgine elucidant Germanus Conſtantinopolitanus orat. in adorationẽ venerandæ Zonæ Deiparæ Virgin. c. 1. Richar. de S. Lauren. paſsim, & Hugo Cardin. Illud in primis cenſeo obſervandũ, Propheta inſueto ſtylo Pſalmũ inchoaſſe, mentemque ſuã explicuiſſe: *Fundamenta,* inquit, *eius in montibus ſanctis.* Cuius? Rogo, nõ enim ulliuscivitatis, domus, aut ędificij præceſſerat mentio: cuius fundamenta prædicas, & nobiliſsima exordia & rudimẽta canis, Regie Vates? Certè ſubitus hic & veluti arreptitius dicendi modus animũ indicat plenè rei, quã mente tractabat, intentum: illius excellentijs prorſus deditũ, illarũ demiratione raptũ, & quodammodò debriatũ; unde quæ contemplabatur intus quaſi iã pronũtiaſſet, plenè immemor, quòd arcanũ adhuc in mente latebat, & æſtimans illud iã foras effuſum ait: *Fundamenta eius in montibus ſanctis:* inſuper & hoc ardẽter amantiũ eſt, in quorũ animis cùm nihil niſi & imago & virtutes dilecti inſideat, nihil niſi illas mente volvant, adeò ut ex illarum contemplatione plena gaudij fruitione madeant: arbitrantes non minus ægrè & impotẽter reliquos erga dilectos quã ſe affectos, nullaq; verba emitti, quæ in dilectum commendandũ nõ tendant, illumque in omnium ore animiſque verſari, inquit: *Fundamenta eius in montibus ſanctis.* Opportunè Aug. in præſenti. *Repletus ergo Spiritu ſancto cives iſte, & multa de amore & deſiderio civitatis huius volvens ſecũ, tãquam plura intus apud ſe meditatus erupit in hoc: Fundamenta eius in montibus ſanctis: quaſi de illa dixerit aliquid. Quomodo de illa nihil dixerat, qui nunquã de illa corde tacuerat? Quomodo enim dicitur eius, de qua nihil dictũ eſt? Sed multa, ut dixi, ſecum in ſilentio de illa civitate parturiens clamans ad Dominũ erupit etiam in aures hominũ: Fũdamenta eius in montibus ſanctis.* Eadẽ ferè habet Richardus hunc locum commentans de Maria, lib. 11. *Nota quòd Propheta prævidens in ſpiritu dignitatem & excellentiã huius civitatis, ſcilicèt glorioſæ Virginis, quaſi vehementer admirans gloriam ipſius ex improviſo proſiliit in hæc verba: Fũdamenta eius in mõtibus ſanctis, & cùm nihil præceſſerit, ad quod reſpiciat hoc relativũ,* EIVS, *refertur ad mentem Prophetæ.* Attẽtâmente ruminato, quanti fecerit Deus Marianæ conceptionis ſacramentũ, quãtâ illud reverentiâ, quãtâ puritate & honore voluerit tractare, ut mentem Vatis illud concepturam & evulgaturam divinitùs præpararet, sãcti Spiritus ardore imbuat & inflammet: adeò enim divina & ab omni labe aliena Marianæ vitæ fundamenta & initia ſunt, ut eorum cognitionem nolit Deus niſi in mẽtem omnino puram & defœcatam, & cœleſti igne deflagrantem cadere.

Germanus. Richard. de S. Laurent. Hug. Card. Auguſtin. Richardus.

10 Sed cùm perpendo Regiũ Pſaltem nobilis Mariæ cõceptionis præconia intonantẽ, & illius occulentẽ nomẽ, aliud ex eo ſuboriri dignitatis ſacramẽtum depromo. Nam mos eſt divinæ Sapientiæ, cùm ſtatuit, ſtrenuum ſanctitate virum notum perviuḿque omnibus facere, & ut quaſi virtus pro nomine illi ſit, ut non tam à nomine quàm ab ipſius dignitate & prærogativis dignoſcatur, nomen illius tacere & ſupprimere, & de illo innominato ſermonẽ facere. Sic intelligendus accedit locus Mich. 7. 3. *Magnus locutus eſt deſiderium* Mich. 7. 3.

animæ ſuæ, & conturbaverunt eam: vel ut alij legunt: *eum*. Non quidem aperit Propheta, quis ille fuerit conturbatus & divexatus. Inquiunt Interpretes ſermonem hìc fieri de innocente Naboth. Si verò inquitas, quare eius nomen ſilentium obnubilet: potiſsima ratio eſt, dignitas & iuſtitia ipſius Naboth, quam ita præ omnium oculis, & in cunctorum linguis vult eſſe Deus, ut cùm magnum aliquod & ſingulare enuntiatur, de ipſo ſit intelligendum.

Rupertus. Teſtem invoco Rupertum: *Et magnus locutus eſt deſiderium animæ ſuæ, & conturbaverunt eum. Qui conturbaverunt, & quẽ conturbaverunt? Nimirum ipſe Achab, & uxor eius Iezabeth conturbaverunt Naboth, ſubmittendo contra illum falſum teſtimonium dicentium: Benedixit Deum & Regem, & lapidaverunt eum: ſicque mortuus eſt. Benè ergo cùm dixiſſet: Magnus locutus eſt deſiderium animæ ſuæ, ſubiunxit: Et conturbaverunt eum; ponens pronomen relativum ad illum, cuius non poſuerat nomen, videlicet volens iuſtum Naboth optimè eſſe notum, ita ut quodammodò neceſſarium non ſit nominatim exprimi illum, qui ſemper debeat eſſe in memoria omnium, cùm ſanguis eius ſemper clamet, & ſemper accuſet impiorum ſacrilegium.* Duo pariter adverte: & impium & iuſtum abſque nomine hìc proferri, nam de ſceleſto Achab dicitur: *Magnus locutus eſt deſiderium animæ ſuæ*: nam ut idem Rupertus ait: *Magnum, qui locutus eſt deſiderium animæ ſuæ, Achab licet intelligi.* De Naboth verò dicitur, *& conturbaverunt eum.* Nomen Achab reſpuitur, & ſub alio inducitur, tanquam ſacrilegi & homicidæ detrectetur proprium nomen, ut illius memoria diſpereat. Naboth nec ullum nomen proditur, ſed pronomen, ut ſciatur iuſtum à ſingulari ſanctitatis ſuæ munere ſatis habere unde cognoſcatur. Igitur acturus purpuratus Vates de dignitate, honore, ſingulariſque prærogativa, quâ fundamenta Marianæ civitatis extruuntur, egregium conſilium præclarumque ingenium fuit nomen civitatis celare, & ſolo pronomine uti, *fundamenta eius*, inquiẽs, *in montibus ſanctis*, ut neceſſe non ſit Mariæ nomen edere teſtetur, cùm de eius nobili conſtructione effatur: potiſ enim ab integritate originis ſancit Deus clariſsimã Matrẽ, quã à proprio nomine notã facere. Ita enim ardẽter ſtudet mundiſsimã Mariæ conceptionẽ cœleſtiſq; huius civitatis erectionem ſublimẽ eſſe pervulgatam, & in omnium animis inſitam, ut cùm de dignitate & privilegijs ipſius fundamenti agitur, non oportuerit eius nomen efferri: ſat enim eſt dixiſſe, *fundamenta eius in montibus ſanctis*, & cuius erunt ita ſublimia & ſanctitate compacta rudimenta, niſi Mariæ?

11 Libeat iam Richard. de S. Laurent. in præfatum locum auſcultare lib. 11. de laudibus B. Mar. *Maria eſt illa civitas, de qua in Pſalmis; Glorioſa dicta ſunt de te, civitas Dei, Pſalm. 18. Civitas Dei, hoc dicitur ad differentiam civitatis Babylonicæ, quæ diaboli eſt, in quam Dominus non ingreditur, Oſe. 11. Benè civitas Dei, quæ tota fuit Dei, & nullius niſi Dei quia nihil in ea habuit pars adverſa. Ideò dicit illa Cant. 2. Dilectus meus mihi, & ego illi. Ideò etiam dilectus toties vocat eã ſuam in Cant. dicens: Amica mea, columba mea, ſoror mea, ſponſa mea, & eiuſmodi. Item civitas Dei, quia ſola digna tanto Rege, tanto Pontifice, tanto Fundatore, tãto Inhabitatore.* Quid expreſsius? Oppoſita eſt enim hæc civitas urbi Babylonicæ, in qua fundamenta poſuit diabolus: & ideò diſcrimen inter utramque eſt, quòd ſicut Babylonem inchoat dæmon, Deus hanc à fundamentis erigit; atque ita à fundamentis hæ geminæ ſibi invicem adverſantur civitates: & quòd fuerit hæc genuina mens Richardi ſuadent ſequentia verba: *Benè civitas Dei, quæ tota fuit Dei, & nullius niſi Dei, quia nihil in ea habuit pars adverſa.* Verumenimverò ſi Mariæ conceptio, quæ primum fundamentum illius intelligitur, opus dæmonis evaſiſſet, & cœmentum, in qua ruditas illa & inordinatio ſeminali curſu deſcendens, peccati nempè impolitio & inæqualitas eluceret, quâ veritatis firmitate poſſet ſuſtineri, quòd nullius niſi Dei fuerit hæc civitas, & quòd nihil in ea habuerit pars adverſa? Provehit ſententiam ſuam Richardus: *Commẽdatur civitas hæc à fundamentis. Vnde fundamẽta eius in montibus ſanctis, Pſal. 86. id eſt in Patriarchis, Regibus & Prophetis, ex quibus originẽ traxit, ſicut patet ex Genealogia Chriſti, Matth. 1.* Aſſentit his ſenſis Hugo Cardin. & Petrus Damian. ſer. 46. cùm verò proavos Mariæ, qui illius ædificio moliendo velut fundamenta deſerviũt, montes ſanctos appellat Regius Cãtor, illud profectò docet, quod in progenitoribus Mariæ, quatenus illi rudimenta ſufficiũt, nihil humile, nihil indecorũ, abiectũ, nutans, infirmũ, nil ignobile & deforme ſpectandũ ſit: ideò illos montes appellat, ut vel regiâ dignitate, vel ſanctitatis inſignib. proceres illos & excelſos demõſtret. Quadrat ſentẽtia Rutilij Bẽzoni in profuſiori cõmentario huius Pſal. rationes congerens ob quas fũdamenta Marianæ molis montibus compararetur. *Quia maieſtatem quamdam*, inquit, *mon-*

Richar. de S. Laurent.

Hug. Card. Petrus Damianus.

Rutilius Bonzon.

montes præſeferunt, idonei ſunt ad res promulgandas, magna ex his utilitas capitur, in his tuta commoratio, bellatores ibi aptiores: illic refugium eiſdem, locorum termini deſignari ſolent, denotant fœcunditatem ac felicitatem, illuc evocantur alij & congregantur: per eos provinciæ populique diſterminantur: ampli ſunt, alti, antiqui, rerum in eis geſtarum memoria celebris, ornatum ac venuſtatem orbi afferunt, Dei providentia peculiaris in eis reſplendet. Nullus ſanè eſt Mariæ proavus, qui vallis humilis & abiecta non fuerit, pondus illud commune peccati ſugens, quod in profundum hominem demergit, decurſu verò tẽporis caput attollentes & verticem elevãtes pleriq́ue inſtar montium apparuerunt, vel regiâ maieſtate faſtigiati, vel virtutibus ſublimes & ſanctitate conſpicui. Atverò Propheta cùm eos ut fundamenta Marianæ fabricæ inſpectat, non quidem illos valles ſtratas & depreſſas, aut colles parum erectiores, ſed montes appellat, & montes ſanctos; ut dignoſcas non ab illis in Mariæ conſtructionem aliquid impluere & derivari, humilitatis, ignobilitatis aut immunditiæ, ſed ingenuitatis, celſitudinis & ſanctitatis, ideò quatenus proprietates & proceritatem montium participant, in fundamenta Mariæ advocantur.

12 Alia afferit ſententiâ per montes ſanctos virtutes intelligi & Spiritus ſancti munera, & gratiarum chariſmata, quæ omnia Mariæ pro fundamentis fuerunt. Placet hæc ſententia Hugon. Cardin. & eam fuſius amplectitur Richardus de S. Laurent. ubi ſuprà, cenſet enim alluſiſſe Vatem templi fundamentis, quæ in ſancto monte Sion iacta fuêre: *De fundamentis templi, quo Maria ſimiliter figuratur, ita legitur 3. Reg. 5. Præcepit Rex Salomon, ut tollerent lapides grandes, lapides pretioſos in fundamentum templi, & quadrarent eos, quos dolaverunt cœmentarij Salomonis & cœmentarij Hiram, &c. & hoc neceſſe fuit, quia non homini parabatur habitatio, ſed Deo. Sicut dicitur 1. Paral. 29. Lapides grandes eminentiſſimæ virtutes, ſcilicèt humilitas, fides, virginitas, patientia, paupertas, & huiuſmodi, quæ velùt fundamentum totius boni ſuſtinent & ſupportant ædificium. Et dicuntur hi lapides pretioſi ab effectu, quia virtutum univerſitas Mariam reddit pretioſam. Dicuntur etiam quadrati propter quatuor virtutes Cardinales, quæ glorioſam Virginem quaſi quadratam & ſtabilem reddiderunt contra omnem adverſitatem & impetum inimici, & per has & univerſas alias virtutes conſurrexit hoc ædificium, ut ipſa fieret civitas Regis magni. Per cœmentarios Salomonis & Hiram poſſunt ſignificari chariſmata Spiritus ſancti.* Itaq́ue fundamenta Marianæ fabricæ omnes virtutes fuerunt, quæ cœlitùs conſluxerunt, & in ipſa cõſtructione fuerunt corrivatæ, itaq́ue inter Mariæ & reliquorum hominum conceptionem illud interfluit intervallum, quod inter Salomonis templum & reliqua orbis ædificia, de nullo enim quod de Salomonis templo legitur, nempè quòd exordia ſortitũ fuerit nobilia, & fundamenta pretioſa. Aliorum enim ædificiorum cœmenta ex materia rudiori conglutinantur, quales ſunt ruderes, & lapides informes bardi, nullâ culti arte, ſed quales inveniuntur temerè congeſti, ita ut ab ipſamet deformitate & imperitia rerum naturę́q; fœcibus originem ſuam auſpicẽtur. Atverò in Salomonici templi fundamento ſubſtrati lapides haudquaquã viles, ſed pretioſi & ſummâ artis peritiâ ornati, & exculti affabrè́que elaborati, ut ab ipſa pretioſitate & pulchritudine aſcenderet coronandum. Sic in primo fundamento vitæ omnium noſtrũm, à quo primum ſpiritum trahimus, iacet ignominioſa materia, fœceſq́ue primi peccati excurrunt: omnia rudia ſunt & craſſiora, & corruptione gravitatis coalita; Marianæ verò vitæ fundamentũ glorioſum extitit, & pretioſum ab omni immundiori materia & nequitiæ glarea alienum prorſus, & prævièexpurgatũ: nihil enim niſi pretioſi virtutum lapides, cum quibus nihil potuit ſuſtineri inornatũ, in illud conſenſerunt, ſenatus enim virtutũ omnium fundandæ huic regię civitati cœlitùs advenit infuſus; inſuper & Spiritus ſancti gratiarũ chariſmata, ut ab ipſamet gloria cœleſtiq́; ingenuitate emergeret adulta.

Hug. Card.

Richard. de S. Laurent.

13 Pro cuius rei locupletiori elucubratione advertere operæpretium eſt, quæ Cardin. Toletus obſervavit, ut moris habet, eleganter ſatis, annotat. 67. in cap. 1. Lucæ. Nempè gratiæ partes, ſeu munera bifariam poſſe conſiderari: quædam enim perficiunt & ornant hominem in ordine ad ſe, illumq́ue ſanctitate & innocentia ditant, rectumq́ue & iuſtum conſtituunt, gratumq́ue Deo præſentant; eiuſmodi ſunt munera gratiæ iuſtificantis, fides, charitas, ſpes, fertumq́ue virtutum, huiuſmodi Spiritus ſancti donis compactum fuit & concretum Marianæ vitæ primum fundamentum, hoc eſt illius cõceptio, ita largè & cumulatè ſe in illã effundẽte diviná liberalitate, ut non ſolùm omne diſpeſcerẽt peccatum in illo primo inſtanti à Maria, ſed & etiam legem peccati, quæ perduellis militat adverſus ſpiritum, ac proinde gratiâ exuberanti appetitus & concupiſcentiæ

fomes ſuffocatus in ea manſit & extinctus. Quædam verò aliæ gratiæ ſunt, quæ hominem venuſtant & excolunt in ordine ad alios, de quibus Paulus ait 1. Corint. 12. 4. *Diviſiones gratiarum ſunt; idem autẽ ſpiritus: & diviſiones miniſtrationum ſunt, idem verò Deus, qui operatur omnia in omnibus. Vnicuique autem datur manifeſtatio ſpiritus ad utilitatem. Alij quidem per ſpiritum datur ſermo ſapientiæ, alij autẽ ſermo ſcientiæ ſecundùm eumdem ſpiritum, alteri fides in eodem ſpiritu, alij gratia ſanitatum in uno ſpiritu. Alij operatio virtutũ, alij prophetia, alij diſcretio ſpirituum, alij genera linguarum, alij interpretatio ſermonum. Hæc autem omnia operatur unus atque idem ſpiritus dividens ſingulis prout vult.* Munera hæc divinus amor cùm pro ſuo arbitrio partiatur, ita providentiæ ſuæ ordinem attemperat, ut alius reliquos uno, vel altero ex eiuſmodi donis ſuperet, alter verò ſuperetur ab alio, nam plenam eorum provinciam non unus ſuſcipit, nec ex omnibus ijs gratijs contexta corona ſingulare redimit caput. Sola fuit beata Virgo, quæ univerſarum eiuſmodi gratiarũ pluvia maduit, cunctæ in illam illapſæ ſtagnarunt. Sic rem perpendit Athanaſ. ſerm. in Evangel. de ſanctiſſ. Deipara: *Spiritus ſanctus in Virginem deſcendit cum omnibus ſuis eſſentialibus virtutibus, quæ illi per rationem divini principatus adſunt, imbuens eam in gratia, ut in omnibus gratioſa eſſet; atque idcircò gratia plena cognominata eſt, eò quòd adimpletione Spiritus ſancti omnibus gratijs abundaret, & virtute Altiſſimi obumbraretur, quam virtutem per omnia tempora conceptus eam habuiſſe confido, & poſt conceptum eam retinuiſſe: neque enim id temporarium in Virgine accidiſſe opinor, ſed per omnia tempora hoc illi datum fuiſſe, quemadmodum & nunc & in præſentia & in æternum uſque habet hæc Virgo ſibi obumbrantem virtutem Altiſſimi, & ſuperventum Spiritus ſancti, & virtutem Spiritus ſancti, ut ſit gratia plena.* D. quoque Hieronym. ſerm. de Aſſumpt. B. Mar. ait: *Benè plena, quia cæteris per partes præſtatur, Mariæ verò ſe tota infudit plenitudo gratiæ:* & deinceps: *In Mariam totius gratiæ plenitudo, quæ in Chriſto eſt, venit, quamvis aliter, quia & ſi in ſanctis Patribus & Prophetis gratia fuiſſe creditur, non tamen eatenus plena.* Sed diſcutit quæſtio, an hæc plenitudo gratiarum ante incarnationem irrorarit in Mariam, an verò in ipſius myſterij fabricatione. Sentit Cardin. Toletus, non quidem prævie ad ſacrã œconomiam, ſed in ipſo incarnationis tempore Mariam variegata hac gratiarum ſupellectile fuiſſe indutam: idque conatur fulcire ex præfatis teſtimonijs Athanaſ. & Hieronymi. D. verò Thom. 3. par. quæſt. 27. art. 5. Gratiarum plenitudinem corrivatam fuiſſe in Mariam tempore ipſius ſanctificationis affirmat; nos verò magis ad Thom. ſenſum accedentes aſſerimus, hac gratiarum plenitudine Mariam in ipſo cõceptionis momẽto fuiſſe cumulatam. Nam ſi in myſterium puriſsimæ conceptionis inclinaſſet D. Thom. ne in inconſequentiã laberetur, neceſſarium fuiſſet illi atteſtari, tunc plenitudinem Mariam obtinuiſſe gratiarum. Nec ab hac ſentẽtia abſcedit Athanaſ. Nam ex eius verbis decerpitur, iã tunc cùm Maria gratiâ plena ab Angelo cognominata fuit, in eam Spiritum ſanctum cum omnibus eſſentialibus ſuis virtutibus deſcendiſſe, nam ab eius illapſu Maria gratiã plena effecta eſt. Atverò cùm Angelus Mariæ Ave dixit, vocavitque gratiâ plenam, incarnatio Verbi operata non erat, ſed poſteà Spiritus ſanctus in Mariæ uterũ ſe medium proripuit, ut eam patraret: ſentit ergo Athanaſius ante incarnationem in Mariam plenitudinem compluiſſe gratiarum; & conſequenter eius in conceptionem. Nã ſi præmaturè ad Verbi divini deſcenſum conſentaneum fuit, ut eiuſmodi gratiarum pleno ornamento locupletaretur Maria, quo ad tantum ſuſcipiendum in alvo ſacramentum digniùs præpararetur; perfectiùs quidem, ſed & digniùs præornata feſtinaret ad ſacrum puerperium, ſi à conceptione huiuſmodi donorum redimiculis compta & calamiſtrata præiret. Idque Athanaſius verbis illis indicat: *Neque id temporarium in Virgine accidiſſe confido, ſed per omnia tempora hoc illi datum fuiſſe, &c.* Habemus ergo omne pretioſorum lapidum genus, divitemque Spiritus ſancti virtutum & gratiarum lapidicinam huic regiæ civitati fundandæ adſtitiſſe & inſtitiſſe, plenaſque arcani cœleſtis divitias in prima eius erectione effuſas, ut ſic glorioſa civitas prædicaretur, ſublimiaque præconia de illa evulgarentur, cuius prima fundamenta iaciebantur in montibus ſanctis.

14 Tertia ſententia per montes Sanctos, qui fundamentum regiæ huic Dei ſubijciunt, intelligit ipſum Chriſtum, & authores illius primum hunc Pſalmi verſum à luce, quàm quintus emittit, clariùs ſe exiſtimant interpretari: *Numquid Sion dicit: Homo, & homo natus eſt in ea, & ipſe fundavit eam Altiſſimus?* Petrus Damianus ſerm. 46. ſic ait: *Deus antequàm naſceretur, talem creavit eam, ut ipſe dignè naſci potuiſſet ex ea, de qua Propheta David multò antè prædixerat: Mater Sion dicet:*

1. Corint. 12. 4.

Athanaſ.

D. Hieron.

D. Thom.

Athanaſ.

Petrus Damianus.

dicet: Homo, & homo factus eſt ex ea, & ipſe fundavit eam Altiſſimus, creatus eſt ex ea, quam creavit, portatus eſt manibus, quas formavit, &c. En Maria & fundata & formata à Dei manibus, ut quemadmodum puriſsima nobiliſsimaque fuit Adæ creatio, cuius corpus Dei manus nimis indulgenter confinxerunt, ita figmentũ Mariæ credatur nitidiſsimũ & glorioſum, quod divinæ manus elaborarunt: & in fine præfati ſermonis ſic intonat: *O mirabilis, ò ſingulariter nobilis caro Mariæ Virginis, in qua mulieris natura mutatur, humana conditio non tenetur!* Idem. *Per coitum quidem eſt genita, ſed per efficaciam coitus non enixa, editam communi naſcentium iure edidit ſingularis gratiæ novitate; in humano denique genere ille dicitur nobilis, qui claris maiorũ titulis inſignitur; Beata Virgo Maria licèt de generoſa ſit patrum ſtirpe progenita, ab illo tamen trahit excellentiſsimè nobilitatis genus, qui de illa eſt novo naſcendi genere procreatus.* Quaſi dicat: nobilitas Mariæ non tam pendenda eſt ex clara regiaque proavorum proſapia, quàm quia genus ſuum ab illo trahit, qui de illa eſt novo naſcendi genere procreatus: & ita genus Mariæ genus divinum, non quòd communi lege coniugij edita in lucem non fuerit, ſed quia Filius illam fundavit, ſpurcum ſeminarium naturæ abſtergendo, maculoſumque profluvium expurgando, ne ulla lues per illud ſtillans caderet in Mariam. Quapropter licèt communi iure naſcentium fata eſt ex viro & fœmina, ſingulari novitate pravitati per ſeminalem tramitem illabenti non communicavit. Atque idcircò mirabilis & ſingulariter nobilis cognominata eſt Mariæ caro, in qua mulieris natura mutata eſt, humana conditio non tenetur. Hoc enim nobilitatis inſolitæ privilegium proprium fuit illi & ſingulare aſſervatum. Divus autem Amedeus homil. 5. de laudibus Virginis: D. Amedeus. *Hinc eſt unde magis diligebat Maria, quia eumdem habuit Deum, quem & Filium; quia homo natus eſt in ea, & ipſe fundavit eam Altiſſimus, & hoc eſt unde magis comparabiliter diligebat.* Singularis gratia ſingularem expoſcit amorem, ſpeciale beneficium ſpecialem exigit penſionem, ſingulari gratiæ munere à Deo ſe ornatam ſpectavit Maria, quæ quidem aliis filijs Adæ haudquaquam obtingit: propriũ beneficium accepit, quod à communi largitatis alveo exundavit, ideòque ſingulari & incomparabili amoris flammæ, ut grata rependeret debitum, ſe devovit paſcendã. Accipe Richard. de S. Laurent. lib. 11. de laudibus B. Mar. Richard. de S. Laurent. *Fundamentum Mariæ ipſe eſt Chriſtus: unde Iſai. 28. Ecce ego mittam, dicit pater fundator, fundamentũ Sion, ideſt Mariæ, quæ paulò pòſt appellatur Sion, lapidem angularem, probatum, pretioſum in fundamento fundatum, id eſt Chriſtum. Erat enim civitas hæc fundata ſupra firmam petram, quæ eſt Chriſtus, Matth. 7. item 1. Corint. 3. Fundamentum aliud, &c. Fundamentum enim ſuſtentat totum ædificium, ſic & Chriſtus Eccleſiam, Matth. 16. Super hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, ſuſtentavit etiã & Beatam Virginem in omni gratia, & virtute. Vnde Cant. 8. dicitur: Enixa ſuper dilectũ ſuum.* In quibus verbis contuliſſe videtur Richardus formationem Mariæ cum Eccleſiæ formatione, & illius cum huius fundamento primordia. Nam ſicut Eccleſiæ ſe præbuit Chriſtus fundamentum, ſic Mariæ. & ſicut Eccleſia in foramine illo glorioſo & cruento ſpecu; quod fodit in dextro latere huius petræ dira lancea veluti concreta ex ſanguine & aqua fuit, & illis tã tempeſtivè abluta quàm formata: ita ſanguis Chriſti, hoc eſt merita ipſius paſsionis Mariæ condendæ aſtiterunt, ut ita erigeretur in ſui formatione pura quaſi ſacro ſanguine & aquâ tincta. Nam ſi ex Adami ſordibus & ruderibus Marianæ vitæ fundamẽtum & initium fuit formatum, verè non tã à Chriſto, quàm ab Adamo nominaretur fundata. Vt obſervavit eleganter Petrus Comeſtor Hiſtor. ſcholaſticæ Author, in libello de pura Virginis concepit. *Certè ſi recens hoc eſſet, ſi non eſſet novum & inſolitum, certè Propheta tantæ novitatis miraculum obſtupeſcens non exclamaret dicens: Numquid Sion dicet: Homo, & homo natus eſt in ea, & ipſe fundavit eã Altiſſimus? Intellige, quod ait; ipſe fundavit eam: Ipſe, non alius, non vetus Adam, ſed novus novum iecit fundamentum, ſuper quod tam præclarum, tam inſigne ſurgeret ædificium. Alioquin ſi veteris ruinæ manſere veſtigia, ſi veteri ſuperædificatum eſt, vetus Adam, non ipſe ædificavit eam Altiſſimus:* & poſt pauca: *Oportuit tam ab ipſo fundamenti primordio, præ cæteris aliquod dignitatis ſortiri privilegium, quæ ſecretorum Dei, myſteriorumque cœleſtiũ in ſe ſuſceptura erat arcanum.* Petrus Comeſtor. Verumenim verò, quia in præfato Pſalmo agitur de tẽpli ædificio in monte Sion fundato, dedicato & erecto ut Richardus admonuit, & cum eo Interpretes, operæpre tiumerit adnotare, quantam dignitatem privilegijque ſingularitatẽ ſecum tẽplum afferat, quas terræ communicat, in qua moles eius ſacra fundatur & firmatur. Non enim in deferendo honore ſolo, in quo templi fabrica conſurgit, ordo naturæ attenditur, aut leges eius

ter-

ſervantur, templi dignitas eas diſſolvit, & atterit, regionemque, in qua eius ſtructura attollitur, ijs benedictionibus afficit, quæ iam alij & iure naturæ & poſſeſsionis iure debebantur. Proteritur enim & poſthabetur natura, ubi templi fundamenta iaciuntur. In benedictionibus, quas iam exhalans ſpiritum Iacob filijs impertijt, locum ultimum ſortitus eſt Benjamin, ſinguli enim fratres etiam Ioſeph Benjamino ea benedictionis gratia prælati ſunt; id apertè cognoſces ex cap. 49. Geneſ. 27. Moyſes cùm iam prope interitum fieret tribubus congregatis ſingulas ſingulis benedictionibus honoravit, ſed minimè ſervato ordine, quē tenuit Iacob. Nam tribum Benjamin quarto loco, nempè poſt Levi, qui tertius fuit in benedictione & ante Ioſeph, benedicendam vocavit. Quorſum Moyſes (inquirunt Interpretes) ſeriem in benedictionibus diſtribuendis, quam ſecutus eſt Iacob, immutavit? Quare venerandi Patriarchæ veſtigijs non inſtitit? Certè quia divinitùs acceperat, in terræ ſorte, quæ obtigerat Benjamin, decreviſſe Deum templum fabricandū, nēpè in monte Sion. Id diſces ex Deuteron. 33. 12. ordo quem tenuit Iacob in filijs benedicendis ordo fuit naturæ, Moyſes gratiæ ordini adhæſit, & oſtendit Deus locum, in quo templum conſtruendum eſt, ad gratiam ſpectare, quæ leges naturæ obterit, & eius præſcripta infringit. Scitque dignitatis locum à natura præripere, eumque quē ipſa deſpexerat alteri præferre, qui primos honoris titulos ab ipſa acceperat. Verè noſcit gratia Dei templum ſui iuris eſſe & ditionis, naturamque nihil cum illo habere commune, imònaturam in illius ſervitutem redigendam, undè quidquid ad templum ſpectat, aliquamvè officij neceſsitudinem cum eo nanciſcitur, gratiæ privilegijs eſſe ab alijs diſtinguendum, quanvis ad ea naturæ ordinem neceſſe ſit conculcari. Et ea eſt ratio ob quam Moyſes Tribum Benjamin alijs præpoſuerit, quā Iacob reliquis poſthabuerat. Audi Theodoret. quæſt. 45. *Quare poſuit quarto loco Benjamin, cùm poſtremus eſſet? Illius tribus erat metropolis, in qua ædificatum eſt templum. Quapropter meritò poſt Sacerdotalem Tribum ſacram ædem collocavit*: & Lyra. *Hic poſt benedictionem Levi, ad quem pertinebat Sacerdotiū, ponitur benedictio Benjamin, in cuius ſorte fuit templū*: & inferiùs: *Poſt benedictionem Benjamin ponitur benedictio Ioſeph, quia ſicut in ſorte Benjamin fuit templum, ſic in ſorte Ioſeph fuit Silo, ubi filij Iſrael poſuerunt tabernaculum Moyſi, & arcam teſtimonij, ut habetur Ioſue 18. & quia locus templi fuit excellentior, & Deo diligibilior, ideò præponitur benedictio Benjamin benedictioni Ioſeph, licèt Benjamin fuerit iunior.* Dignitas verò templi & privilegiorum honor à Deo illi delatus ſtrenuè fit conſpicuus ex verbis, quibus Tribui Benjamini benedixit Moyſes, quæ non tam in ipſam, quàm in Templi gloriam amplificandam tendebunt, & quæ non inermiter Mariæ conceptionem ab omni profectam macula propugnant: *Et Benjamin ait, Amantiſsimus Domini; habitabit confidenter in eo, quaſi in thalamo tota die morabitur, & inter humeros illius requieſcet*, Deuteron. 33. 12. *Habitabit cōfidenter in eo*, inquit Lyra, *ſcilicèt in Domino, cò quòd Dominus ſpeciali modo habitabat in templo, de qua habitatione ſubditur: quaſi in thalamo tota die morabitur, templum enim in quo Deus colebatur, erat quaſi thalamus ipſius.* Gloſſa ait fieri hìc alluſionem ad coniugium, & templum inſtar thalami eſſe: in quo ſpirituales Dei nuptiæ perficiuntur nullius ibique quieſcit Deus, nullius vitijs inquietudine perturbatus. Theodoretus autem ubi ſuprà inquit: *Iſtud inter humeros illius requieſcet, de Deo dixit, ut qui Ieroſolymis conſtrui templum iuſſerit, in illo enim peculiariter apparebat*, Hugo Cardinalis duplicem loci huius interpretationem invenit. Scribit enim: *In eo quaſi in thalamo tota die morabitur. In thalamo ſecreta reponuntur, & requieſcit Sponſus; ſic in templo, qui per thalamū deſignatur, ſecreta Domini, id eſt, lex, urna aurea plena manna, virga Aaron, virga fœderis, tabulæ Moyſi repoſitæ erant, in eo quaſi in thalamo requieſcet Dominus. Eſt ergo ſenſus: Dominus morabitur in eo, id eſt in Benjamin, id eſt in templo, quod eſt in ſorte Benjamin, quaſi in thalamo. Vel in eo: poteſt eſſe finis clauſulæ præcedentis, hoc modo: Benjamin habitabit confidenter in eo, id eſt, in Domino, & poſteà tota die quaſi in thalamo morabitur in illo, ſcilicèt in Domino, nullo vitio alienatus ab eo.* Verè ab hoc loco mutuatur lucē præfatus Pſalmus, ubi David maieſtatem & gloriam tēpli cōmendat inquiens: *Fundamenta eius in montibus ſanctis, &c.* Nam ad amplitudinem & magnificentiam, quâ templū fundatum & dedicatum eſt perſcrutandam, maximopere iuvat eiuſmodi vaticiniū de decore & nobilitate Templi editum in benedictione Benjamin, de quo tanquam de templo loquitur vatidicus Moyſes. Nam in primis in templi benedictione promenda eiuſque laude manifeſtanda ordo naturæ obſcuratur, & nullâ illius legum habitâ ratione ad templi ſingularem prærogativam exprimendam pergitur. Deinde, exeo quòd

Deuteron. 33. 12.

Lyra.

Gloſſa.

Theodor.

Hug. Card.

Theodor.

Lyra.

Deus

Deus templum, quem ſpecialem quandam maieſtatem, & gratiarum affluentiam munerumque largitatem oſtentans, inhabitat, ſummo amore proſequatur, à fundamentis ſurgit tutâ ſecuritate adverſus hoſtium infeſtationem & inſidias præmunitum. Nam quæ charior & glorioſior regia Dei eſt, oportet, ut indemnitate fruatur, & ab adverſariorum conatuum hoſtilitate fiat immunis. Ideò de Benjamin, hoc eſt de templo, prædicatur, quòd amantiſsimus Deo ſit, & quia amantiſsimus, in Domino confidenter habitabit. Quamobrem ea verba Pſalmi: *Fundamenta eius in montibus ſanctis*, elucubrantur nonnulli Interpretes, ut vidimus ſuprà, de chariſmatum & gratiarum donis, quibus templi fundamenta ornantur & proteguntur. Ad eamdem Dei erga templum ſolicitam & affectuoſam providentiã ſpectat, quòd Dei thalamus appelletur, quem vigili ſemper curâ zelat Sponſus, nec patitur ab extranea poſſeſsione vel leviter deturpari, aut violari? Quocircà Richardus de S. Laurent. lib. 10. de laudibus Mar. Mariam, quæ in hoc templo figuratur, thalami nomine conſigniens, inquit: *Maria dicitur thalamus excelſus, quia ab omni terrenitate remotiſsimus, & cœlo propinquiſsimus.* Ecce: *Fundamenta eius in montibus ſanctis*: & ſubiungit: *Fuit thalamus concluſus: concluſit enim Dominus hunc thalamum tam diligenter, ut draconem pervigilẽ omnino lateret, & leonem rugientem longè à ſe excluderet, & nec ulla quidem pateret rimula, qua poſſet introſpicere ſubtilis aſtutia inimici. Fuit ſignatus ſigillus, quia ipſe erat ſecretum Domini, de quo ipſe prædixerat Iſai. 14. Secretum meum mihi, ſecretum meum mihi. Bis autem dicit ſecretum meum mihi, quia à cogitationibus & operibus Virginis, & interna pulchritudine virtutum ſuarum gratiarum & donorum excluſus eſt omnino diabolus, ſicut per ſigillum excluduntur à ſecretis, qui non ſunt amici. Eſt firmatus fortiter: firmavit enim hunc thalamum tota beata Trinitas, quia Patris potentia munivit eum contra diaboli violentiam: Sapientia Filij contra diaboli fraudulentiam: Bonitas Spiritus ſancti contra diaboli nequitiam. Eſt armis ſeptus & armatus, in eo ſiquidem continebatur lectulus floridus veri Salomonis, de quo legitur Cant. 3. En lectulum Salomonis ſexaginta fortes ambiunt ex fortiſsimis Iſrael, qui ſunt tenentes gladium, & ad bella doctiſsimi, &c.* Illud demum obſervandum eſt iuxta ſententiam Hugonis Cardin. nempè Deum, & Templum viciſsim reciprocari, & mutuâ nominis & amoris viciſsitudine & Deum thalamum Templi vocari, & Templum thalamum Domini, ut alter alteri invicem ſibi thalamus ſit, miroque & incomparabili modo, quilibet continetur & continet, dum ſimul pariterque in thalami nomine ſibi reſpondent, illumque uterque æqualiter ſuſtinet. Hinc eſt, quòd iuxta Hugonem, illa verba: *Habitabit confidenter in eo, quaſi in thalamo tota die morabitur, & inter humeros illius requieſcet*: & poſſunt intelligi de Benjamin, hoc eſt, de templo, quod Deum velut thalamũ iugiter habeat, & illius amplexibus perpetim fruatur; & de Deo, qui templum ceu regiũ thalamum ſibi præparet, ſimul & Sponſam, cuius amplexibus lætetur ſe ſemper implicari. Igitur ſi Deus thalamus templi eſt, in quo templum recipitur, & à quo conſurgit, quadrat egregiè, quòd in præclarum elogiũ Mariæ aſſumantur verba Pſalmi: *Fundamenta eius in montibus ſanctis*, hoc eſt in Chriſto, iuxta tertiã ſententiã ſuprà ſcriptam: etenim in Deo ceu in thalamo fundata fuit & concepta Maria, & inter divinos amplexus requieſcens ad vitam primum excepta eſt. Veluti pulcherrima coronide redimatur periocha hæc verbis Richardi de S. Laurent. ubi ſuprà de Maria benedictionem Benjamin, vel templi enodantis. *Maria dicitur thalamus pacificus, quia in ſuo ingreſſu dixerat Dominus: Pax huic domui: Et Aggæi 2. In loco iſto dabo pacẽ. Et ideò in pace eſt locus eius, Pſal. 75. Scilicèt Chriſti: Nihil enim ibi fuit contradictionis aut rebellionis inter carnẽ & ſpiritum, rationem & ſenſualitatẽ, quod præſignatum fuerat in arca Noe, ubi omnia animalia pacifica. Et huic thalamo videtur prædixiſſe Pſalmiſta de Chriſto Pſal. 147. Qui poſuit fines tuos pacem. Propter hoc dictum eſt Deuter. 33. Benjamin amantiſsimus Domino, quaſi in thalamo tota die morabitur, &c.* Verè ſi allata à Richardo teſtimonia attentè diſpungas, facili negotio invenies pro puriſsima Marianæ conceptionis integritate & indemnitate ſingula acerrimè decertare.

Richar. de S. Laurent.

Richar. de S. Laurent.

---

§. V.

Illuſtre inſtrumentum ex Pſal. 131. pro inclytæ Marianæ originis immunitate tutanda.

15 *Elucidant Patres præfatum Pſalmum de Beata Maria.*

16 *Sãctus Nicolaus Monachus illum ex-*

expoſuit de illibato Marianæ conceptionis ſacramento. Quis Nicolaus fuerit, & quod bellum adverſus Petrũ Abbatem Cellenſ. pro illo ſuſtinuerit, refert viſionem habitam à Monacho quodam pio Bernardi ob Mariæ conceptionem.

17 *Iudicium fertur de prædicta viſione.*

18 *Non mirandum, nec inſuetum, quòd inter pios viros, ob ſententiarum diverſitatem dura aliqua verborum contentio germinaverit.*

19 *Verba Nicolai enucleantis prædicta verba Pſalmi de Mariæ ingenua origine, quæ appenduntur & trutinantur.*

20 *Petrus Cellenſ. apertè puriſſimam Mariæ conceptionem profitetur.*

21 *Dãtur vindiciæ ex his D. Bernardo ſecundùm libertatem pro pia immaculatæ conceptionis ſententia.*

22 *Reducimur ad Pſalmi interpretationẽ, & cur Mariam in præſenti Regius Pſaltes ſub arcæ teſtamenti ſigillo & figura prodiderit. Quid Richardus de S. Lauren. ſcripſerit, quid Bernardus.*

23 *Provehitur verborum Pſal. explicatio. Locus Richardi de S. Laurent. Revocãtur verba Petri Cellenſ. in gratiam defœcatæ Mariæ conceptionis.*

24 *Arcæ ſacramentum reſeratũ à D. Bernar. obiter expoſitus, locus Geneſ. 3. 17. item locus Cantic. 2. ex nomine lilij ſeu roſæ deſumitur periocha pro Mariana conceptione, ex Guillel. Sedulio, & Anonymo. Roſa abſq; ſatellitio ſpinarũ ante peccatum condita, ex Procop.*

25 *Aliorum interpretatio exponentium quare Maria arca ſanctificationis appelletur. Obiectio, & effugium ex loco Petri Cellenſ. cuius verba diſcutiuntur ex loco Geneſ. 1. 31.*

26 *Arca vocatur à Spiritu Regio Maria ob finem, ad quem arca conſtructa fuit. Locus Exod. 25. 16. ex Richard. de S. Laurent. locus Bernard. verba Ildephonſi elucidantur ex Gloſſa Morali & Ruperto.*

27 *Eadem ſententia delibatur ex Gloſſa morali.*

28 *Favet Amedeus.*

29 *Nobilis origo Mariæ ex eo quòd arca fuerit, ubi cœleſtis reponeretur panis. Ex Petro Cellenſ.*

30 *Inde fax præfertur verbis Gregorij Niſſeni, quæ ampliorem accipiunt claritatem ex loco Geneſ. 3. 17.*

31 *Ob mirabilia in arca, & per arcam patrata regia mens Mariam arcam acceriit teſtamenti, & in primis ob victoriã ex dracone reportatam. Ex Chryſoſtom. Locus Baſilij, & Ephren.*

32 *Iuvant ad hanc mentem eliciendam circumſtantiæ, & forma victoriæ. Locus 1. Reg. 5. 4. illuſtratur ex loco Georgij Veneti, & Ioſue 8. 9.*

33 *Aliud præivit arcæ prodigium in Ozæ interitu, in quod intendit Propheta Mariam arcæ nomine pandens. Locus 2. Reg. 6. 3. illuſtratur locus ex D. Thom. & Abulenſ.*

34 *Attendit quoque Propheta ſpectaculum arcæ in Iordane, cùm nomen arcæ indidit Mariæ duplici ratione: ultima ex Richardo.*

15 *Vrge Domine in requiẽ tuam, tu & arca ſanctificationis tuæ.* Plures conſentiunt Patres, qui præfatũ num. 8. de Beata Maria interpretantur, Aignanus, Iuvenalis apud Glycam 3. par. Annal. Nizephorus 1. Hiſtor. cap. 23. Galatinus lib. 7. cap. 10. Thaumatur. ſerm. 1. de Annuntiat. Chryſoſt. in Liturgia Græca, Heſychius Presbyter Ieroſolymitanus homil. 2. de Beata Virgin. & Chryſippus Presbyter Ieroſolymit. homil. de Deipara. Richardus verò de Sancto Laurentio lib. 10. de laudibus Beatæ Mariæ, & Hugo Cardinal. in præſenti exponunt prædictum locum de Maria ſanctificata, & ab originali nævo mundata; ideòque aiunt, eam vocari arcam ſanctificationis à Vate. Pſal. 131. 8.

16 Qui expreſsiùs locupletiùſq, indicatũ locũ de myſterio puriſsimæ Mariæ conceptionis commentatus eſt, fuit Sanctus Nicolaus Monachus Sancti Albani in epiſtola, quam invenies tom. 12. Biblioth. Patrum, inter epiſtol. Petri Abbatis Cellenſis, & eſt epiſtol. 9. lib. 9. Cuius ut ſuſpicias ſanctitatem, & authoritatem reverearis, ſcito illum ab Alexandro III. canonizatũ, & Sanctorum numero adſcriptum. Fuit Nicolaus Marianæ immunitatis acerrimus propugnator, qui duro bello, diſtrictoque gladio cum Petro Cellenſi conflixit pro glorioſa Mariæ conceptione indemni ab omni originis labe extollenda, & reciprocis calamis pro telis uterque luſit in alium, quibus mutuis ſe ictibus lancinabat, adeò ut diceres, redintegratum duellũ illud quondam inter Hieronymum & Auguſtinum initum. Pugnabat Petrus Cellenſis Beati Bernardi diſcipulus, & alumnus, ut ſanctiſsimum parentem protegeret, qui eò quòd piæ ſententiæ illibatæ conceptionis non adhæreret, nonnullã notã à Nicolao inurebatur; contendebat Nicolaus, & obiecta argumenta à Petro refellere, & Bernar-

nardi auctoritatem circa puriſsimam conceptionem invalidare, & infirmare; ſicque varia ſcripturarum teſtimonia pro iaculis adverſum ſe mutuò contorquentes, & reciprocantes ſententiam ſuam ſinguli fulciebant, & munimentis firmabant. Igitur Nicolaus Petro Cellenſi in eum invehenti, tum ob laceſsitam authoritatem Bernardi, tum eò quòd dixerat, Mariam viciſſe omne peccatum, non omne quidem extirpando, & explantando, ſed nullum prorſus ſentiendo, ſic facit ſatis: *Ad petram verò ſcandali de corde veſtro tollendam, pluſculam eſt immorandum, quia res exigit, ut palàm faciam, quod celare propoſueram. Sãctus ille Bernardus, quem dicis me debita exuere veneratione, & poſt eum verborum iacula emittere, quondam Sanctorum catalogo adſcriptus, nuper eſt ab Eccleſia canonizatus, & ab humano iudicio exemptus. Exemptus, inquam, eſt, ne de gloria eius dubitemus, ſed non ut minus de eius dictis diſputemus. De gloria Beati Martyris Cypriani Beatus Auguſtinus non dubitat, tamen in Spiritus ſancti datione eum erraſſe veriſsimè comprobat: errorem martyrio deletum ſcribit, & ſic docuit Eccleſiam venerati Martyris gloriam, ut tamen nõ imitetur errorem. Ego autem etſi diſsimili ſciẽtia, ſimili tamen conſcientia, ſic venerer Beatum confeſſorem Bernardum, ut laudẽ, & amem eius ſanctitatem, qui neque amẽ, neque laudem eius præſumptionem in Matris Domini conceptionem. Et ne putes, me magis pertinaci, quàm bona conſcientia dicere, quæ dico: audi quid ab ipſis Ciſterciẽſibus vera religione præditis, & Virginem in veritate diligentibus, acceperim de Sancto Bernardo, quorum nomina abſcondo ſub modio, ne odioſos faciam fratrum ſuorũ Collegio. In Claravallenſi Collegio, quidam converſus venè religioſus viſu noctis vidit Abbatem Bernardum niveis indutũ veſtibus, quaſi ad mammillam pectoris fulvam habere maculam. Quem ex admiratione triſtior alloquens: Quid eſt, inquit, ô Pater, quod nigram in te maculam video? Et ille: Quia de Dominæ noſtræ conceptione ſcripſi non ſcribenda, ſignum purgationis meæ maculam in pectore porto. Frater viſa conventui innotuit, & aliquis fratrum in ſcriptum redegit. Relatum eſt in generali Ciſtercienſi Capitulo, & de communi conſilio ſcriptum perijt incendio, maluitque Abbatum univerſitas, Virginis periclitari gloriam, quàm Sancti Bernardi opinionem. Non ſic Paulus, non ſic qui ſe blaſphemum, & inturioſum inclamitat, ut Redemptoris gloriam amplius extollat. Et certè, ut credo, ea ratione Sanctus in propria perſona viro ſimplici, & de talibus nihil ſcienti apparuit, & culpam ſuam innotuit, ut totius Ciſtercienſis Capituli diſcretio deprehenderet, eum velle ſuum errorem damnari, & Virgineæ conceptionis gloriam prædicari. Igitur ſi ego publìco, quod ipſe, ut credo, publicari voluit, hoc non eſt, eius famam extenuare, vel gloriã evacuare, ſed eius voluntatem ſuper dilecti ſui pœnitentia exprimere. Porrò facto levi per purgatorium tranſitu, intravit in gaudium Domini ſui, qui in diebus ſuis ſanctitate venerabilis, opinione ſingularis, eloquentia ſuavis, & ſignorum innovatione, immutatione mirabilium extitit mirabilis. Hæc ego de Beatiſsimo Abbate Bernardo.*

S Nicolaus Monachus.

17 Prius quàm ulterius progrediatur Nicolaus, quæ ſenſerim circa præfata aperiam: de veritate, & certitudine revelationis iudicium abnuo, pro illa ſtat Sanctus Nicolaus, adverſus iliã militat Petrus Cellenſis, qui epiſtola ſequenti, quę decima eſt, dentes in Nicolaum exacuens eum falſitatis incuſat: *Contra legem fratris tui turpitudinem revelas, non quæ eſt, ſed quam fingis. In humanis certè mentiri vereor, quãto magis in divinis?* Inter utrumque anceps hæreo, utriuſque enim me tenet, occupatque virtus, & veritas. Hinc inde vocor, & revocor, & pari utrumque demiratione colens, & affectione proſequens, inter utrumque medius, & tremulus, & pendulus firmor. Sed ſi adhuc cogas, urgeaſque quid ſenſerim extorquere, & iudicij mei tenuitatem quaſi ſub prælo exprimere: dixeri. coactus, Petrum Cellenſ. magis audaciei & dentatè in Nicolaum effuſum, Nicolaum verò minus piè de Bernardo ſenſiſſe. Nam adhuc ſancitâ veritate revelationis ab ipſo adductæ, neutiquam aſſerere auderem, Bernardum Sanctiſsimum Virum optimè de Maria meritum, ipſiuſque illi addictiſsimũ (ſanctiſsimæ enim Dominæ memoria illius mens impinguabatur, voluntas iucundabatur, & animus dulcedine irroratus, ſuavitate illitus, lætitiâ circumfuſus, inſtar melliti favi penè diſſolutus effluebat) moralem incurriſſe culpam, & expiabilem contraxiſſe errorem in Mariæ obſequia, qui examine ignis indigẽret luſtrandus. Nota illa fulva, quæ inter ſplẽdidas veſtes nitidamque ſtolam & ornamenta gloriæ pectori Bernardi inſidebat, non quidem illius animum infamabat, & vel levis culpæ arguebat: ſed intellectum indicabat, non ita clarè circa conceptionis pium ſacramentum illuſtratum, ut piè pro Eccleſiæ authoritate, quæ illius feſtum nondum ſolemnijs ſacrârat, ſtaret: ſed & Bernardum ſententiam indemnitatis Marianæ ab infecta origine penitùs

Petrus Cellenſ.

cu-

cuſtodiſſe, & in præcordijs inſitam, & meditatiùs habuiſſe repoſitam, ſtatim contendam ex verbis Petri Cellenſ. non infirmiter adſtruere.

18 Illud non poſſum non obiter admonêre viro pio & erudito, non inde ſcandali germinandum eſſe ſtollonem, quòd viros ſanctos, omniq́ue virtute imbutos inſpectet inſtar verbecum coniſcantium cornua tentare: non enim ibi ineſt intemperantiæ ſcrupulus, contentionis libido, amaritudinis ſuſpicio, modeſtiæ periculum, nam inter ſe conferentibus calamis pacata eſt animorum provincia, & illis inter ingruentium verborum acerbitatum, undas fluctuantibus & tumultuantibus, mentes ſtationem non deſeruerunt, & ſublimior animorũ portio portus ſecuritate gaudet; ut ipſe teſtatur Petrus Cellenſ. ubi ſuprà: *Quamvis diverſos hinc inde protulerimus ſonos, tamen unus & ſimplex oculus utriuſque noſtrum in Virginis obſequio & famulatu nunquàm caligavit, ſed neque Deo volente caligabit. Vt autem guſtus cibum diſcernit, & alius plus ſalis, alius minus exigit, ſic ſenſus humanus quandoque auſteriora, quandoque dulciora appetit avidiùs. Profert aliꝰ abſque pondere rationis & authoritatis, quod ei placuerit, recuſat alius quidquid ſale prophetico, aut evangelico conditum non eſt. Vterque noſtrum currit poſt Mariam, utinam ad ipſam. Vt credo, una intentio animos parificat, ſed varietas ſermonum, ut potè linguæ diverſæ ſenſus ſcripturæ ſalva fide alternat. An ſcientiores, an ſapientiores ſumus Auguſtino & Hieronymo? Nonnè in fide unanimes, in religione concordes, in charitate ferventes, in ſcientia Scripturarum ſublimes, in authoritate pares, in quibuſdam ſententijs valdè ſunt diſpares? &c.*

Petrus Cellenſ.

19 Iam interceptis verbis Nicolai illius verba aſſuamus, quibus ſuam de Mariæ indemnitate originali ſententiam ex præhabito loco Pſalmi ſtabilit: *Surge, Domine, in requiem tuam, tu & arca ſanctificationis tuæ.* Expendit invitatum Dei verbum à regio Vate, ut iam carnis noſtræ rhedam aſcẽdat, quæ illius requies appellatur, quia in Chriſti corpore omnia trãquilla exritêre & quieta, ibi enim nulla paſsionum ſimultas, nulla carnis in ſpiritum inſultatio, nulla inter appetitum & rationem pugna. Quidquid inferius erat, ſublimiori prompta & libentia obſequia parabat, abſque ulla reluctaminis acedia, aut acerbitate famulatum exhibebat, in hãc quoque requiem & valdè requiei nati ab origine parem, aut ſimilem, Mariam quoque Vates cla noribus excitabat & incitabat. Auſculta Nicolaũ: poſtquã enim dixit: *Hæc ego de beatiſsimo Abbate Bernardo*, ſubdit: *Nunc de ſtatera mea, quæ in hoc, ut ſcribitis, videtur mẽtiri quod dixi. Virgo ſingularis vicit omne peccatũ, non omne debellando, ſed nullum prorſus ſentiendo. Quod non omne debellaverit, teſtimonium perhibet homicidium, adulteriũ, furtum, & horum ſimilia multa peccata, quæ eius affectum nunquam momorderunt, eius memoriam nunquam contaminarunt, eius denique opinionem nunquam læſerunt. Teſtimonium quoque perhibet conſcientia petrina, quæ & ſi cotibus ſit durior, hanc tamen abhorret duritiam, quã totus mũdus abhorret. Os enim aliter ſentiens nõ ſolùm ſtruendum eſt ſimo, ſed lapide conterendũ duriſsimo. Quòd nullum ſenſerit peccatum Virgo peccati deſtructrix, hoc videtur ſentire B. Auguſtinus, ubi inhibet Virginis mẽtionem in peccati mentione. Hoc videtur ſenſiſſe & prophetico ſpiritu prædixiſſe David, ubi Verbum incarnari deſiderans dicit: Surge in requiem tuam, tu & arca ſanctificationis tuæ. Surgere enim verbi, fuit ab occulto ſuo prodire in noſtrum publicum, inviſibilem fieri viſibilem habitu carnis indutum. Incarnatum itaque deſiderat ſurgere in requiem, quam dicit ſignanter ſuam, ut à communi hominum requie diſtinguat, quam idem David deſignat alibi: Convertere, inquiens, anima mea in requiẽ tuam. Requies animæ humanæ in hac vita eſt vel devicta, vel ſopita carnis contradictione ſenſualitatem rationis imperio de facili obedire. Verbi verò incarnati requies eſt, in carne nullam carnis contradictionem, nullam membrorum legi, menti repugnanti ſentire. In hanc igitur requiem ſuam ſurrexit Verbum incarnatum, & non ſolùm Verbum, ſed & arca ſanctificationis ſuæ, videlicèt Mater ſua, de qua, & in qua eſt Verbum incarnatum. Sicut enim in cœlo qualis Pater, talis Filius, ſic in terra qualis Filius, talis Mater, non dico de Spiritu concepta ut Filius, ſed Spiritu repleta, & sãctificata ex utero matris ut Filius.* Quid eſt dixiſſe talem Matrem, qualem Filium, ſicut in cœlo talis eſt Filius, qualis Pater? Numquid ſicut Pater & Filius pares virtute, poteſtate, & dignitate, ita Maria & Filius æquales pondere ſanctitatis & authoritatis? Apage! Sed ſicut Pater integer, incorruptus, immaculatus genuit immaculatum & ſimillimum ſibi in puritate: ſic Maria ſemper immaculata, & illibatã enixa eſt mundum & ſplendidum, talis ergo fuit Mater in ſua origine, qualis in ſui origine Filius, Filius nullius labis in origine particeps, Mater in cõceptione nullius compos infectionis. Nam ſi-

Nicolaus.

cut

cut in æterna generatione ſubſtantiam Filius accepit à Patre nitidam, & quæ nunquam fuerit deturpata, ſic ſubſtantiam ſuã in generatione temporali impertiit Filio Maria haud unquam violatam, vel peccati officiã conſperſam aliquando. Quocircã ſubijcit, quod licèt Maria de Spiritu ſancto non fuerit ut Filius concepta, tamen in utero matris fuit ſanctificata, & Spiritu repleta quemadmodum Filius. Non Mehercle quòd idem fuerit cumulus gratiarum in Matre ac in Filio, uberior ſanè & fertilior torrens divinorum munerum à cœlo præceps ſtagnavit in Filio, quàm in Matre, ſed quia gratiarum impetus quemadmodum ipſo incarnationis tempore ſubitò confluxerunt in Filium, ſic in ipſa conceptione fuêre collapſi in Mariam.

20 Libeat iam quid Petrus Cellenſis epiſtolæ Sancti Nicolai reſponderit innoteſcere: unde quæ fuerit ſententia Bernardi, quidvè illius animus circa ingenuã Mariæ conceptionem, depallabitur. Verè Petrus Cellenſis nobiliter ſatis, & apertè fatetur, Mariam ab omni nævi univerſalis crimine puram in ſua Conceptione aſcendiſſe. Sic enim initio præindicatæ epiſtolæ 10. ait: *Credo, dico, aſſero, & iuro, Beatiſſimam Virginem noſtram in æterna prædeſtinatione ſingulari privilegio munitam, nec à ſua conceptione in aliquo violatam, ſed ſemper manſiſſe, & permanſiſſe illibatam, & ſicut beata ultra humanam & cæterorum hominum naturam, ſic ſecreta & incognita manet ultra omnium notionem.* Petrus Cellenſ. En Cellenſis iuramento adſtrictus regiam immunitatem Mariæ conceptionis profitetur, & ſe illi ſacrè devovit. Ergo inter Cellenſem & Sanctum Nicolaum contentionis cauſam conflictus ſeminarium non peperérat diſſenſio iudiciorum circa illam. Quid ni decertarent tunc & verborum ſe farrirent flagellis, ubi coierant in uno animo, eademque ſententia? Aſſum profectò æſtimo litis fomitem inter illos & controverſiæ originem, quæ non leviter, ut autumo, in eo ſita erat; an puriſſimæ Marianæ Conceptionis myſterium publico præconio eſſet evulgandum, quod vel ex oraculis prophetarum & claro Evangelico teſtimonio, vel Sedis Apoſtolicæ ſacra ſanctione, vel permiſſione ſaltim non erat communitum: & an aperta illi eſſent ſolemnia dicãda, & ſacrandæ publicæ feſtivaque celebrationes, quæ ab Eccleſia non eſſent partæ, vel approbatæ. Id non obſcurè conijcio ex illis verbis, quæ Cellenſis poſt proteſtatam iureiurando Mariæ puram conceptionem ſubmittit: *Quamvis diverſos hinc inde protulerimus ſonos, tamẽ unus & ſimplex oculus utriuſque noſtrum in eius obſequio & famulatu nunquam caligavit, ſed neque Deo volente caligabit. Vt autem guſtus cibum diſcernit, & alius plus ſalis, alius minus exigit, ſic ſenſus humanus, quandoque auſteriora, quandoque dulciora appetit avidius. Profert alius abſque pondere rationis ſeu authoritatis, quod ei placuerit, recuſat alius quidquid ſale Evãgelico aut Prophetico conditum non eſt*: & ſtatim: *Vterque noſtrum currit poſt ipſam, & utinam ad ipſam: vt credo, una intentio animos parificat.* Idem. Perpende, quomodo teſtetur Cellenſ. in ſe & Nicolao circa B. Mariam, & eius puram originem, unum eſſe animum, parem intentionem, unum & ſimplicem oculum & iudicium, in eo tamen inter ſe diſsidêre, quod ſicut guſtus alius plus ſalis, alius minus exigit, ſic placet Nicolao proferre publicè, & docêre abſque pondere authoritatis Eccleſiæ indemnitatem Mariæ ab omni labe: hoc ſibi tamen aſſerit Cellenſis non placêre: quia quamvis firmiter teneat iuretque Mariam totius corruptionis originalis expertem, id quia ſale Evangelico, aut prophetico conditum non eſt, nec ſedis Petri iudicio diſcuſſum, aut indulgentiâ permiſſum, munere fungens Eccleſiaſtæ nõ audet evulgare. Hoc manifeſtius comprehendes ex illis verbis in calce epiſtolæ: *Tu acerbam & immaturam vindemiam, ego in imbre matutino, & ſerotino iam matura poma nova, & vetera ad mẽſam comporto. Virginem laudas, & ego laudo. Prædicas Sanctam, & ego. Ex tollis ſuper choros Angelorum, & ego. Dicis immunem ab omni peccato, & ego. Aſſeris Dei genitricem, adſtruis noſtram ad Deum mediatricem, & ego. Verſa, & reverſa, in quolibet ſtatu venerationis & glorificationis, tecum vado, tecum ſentio. Si verò extra communis monetæ formam vis fabricare aliam, quam non approbaverit ſedes Petri, cuius eſt approbare, vel improbare ordinem univerſalis Eccleſiæ, pedem fixio, & terminos conſtitutos non tranſgredior. Credo, & confiteor plura eſſe apud nos ignota de Virgine ſacroſancta, quàm nota, quia confortata eſt & gratia, & gloria, & non poſſumus ad eam. Evangelio, non ſomnys, de illa credo, & ſi aliter ſapio, & hoc ipſum revelabit Deus, quando voluerit, & quemãdo voluerit. Interim autem dum fit vox ſuper firmamentum, nec deſcendit ad noſtrum firmamentum, pœnas ſubmitto, & meæ ignorantiæ caliginem non à te, ſed à Patre luminum illuſtrandam imploro.* Idem. Quid apertius & clarius? Quis ex his iam non inficiabitur, bellum inter S. Nicolaum & Cellenſ. conſertum fuiſſe, eo quod alter pro Mariæ pu-

puriſsima conceptione, contra eam alter pugnaverit; cùm Cellenſis expreſsâ voce aſſerat; *dicis immunem ab omni peccato, & ego.* Sed eò quòd Sanctus Nicolaus piè ardenterque Mariæ ſubſerviens, ut immaculatam conceptionem præconizaret, eique ſolemnia inſtitueret, Eccleſiæ apertum iudicium non expectaverit. Hoc fervens Nicolai ſtudium vocat Cellenſis acerbam & immaturam vindemiam: Cellenſis verò in tanto prodendo in lucem myſterio, authoritatemque illi publicis celebritatibus conciliando cenſuit deflagrantis & impatientis deſiderij habenas comprimendas, & ne intempeſtivè erumperet, Apoſtolicæ ſedis ſenſum præſtolandum.

21 Ex præhabitis perſpicuè matutinabit, quid D. Bernardus de intemeratæ Marianæ originis ſacramento mente tractaverit: iudicavit enim illius conceptionem nullâ labe deturpatam, nec aliquod cum communi origine habuiſſe conſortium; hoc tamen piè retinendum, nec publicis clamoribus frequentandum, nec univerſalibus ſolemniorum lætitijs plaudendum & fovendum, donec quid eſſet agendum ex Eccleſiaſtica cenſura implueret. Hoc enim clarâ luce ex præactis evincitur. Nam Petrus Cellenſis D. Bernardi ſtudioſiſsimus fuit diſcens, eique adeò devotus, illiuſque veſtigijs firmiter inſiſtens, ut bellum cum Nicolao ſuſceperit pro pio magiſtro ſuo, & optimo parente propugnando. Nec credēdum eſt, Cellenſem, dum pro Bernardo militat, à Bernardi deciviſſe ſententia. Aperuit ergo Nicolao qualis præierit in Magiſtro ſuo mens & iudicium de Deipare conceptione: nec quidem illam iure cōmuni profanatam cenſuiſſe Bernardum, ut Nicolaus innuebat: ſed publicis clamoribus non circumducendam, nec illi feſtivitatem ſacrādam iudicio Eccleſiæ non præobtento, ut piè intendebat Nicolaus.

22 Iam ad intercepram Pſalmi interpretationem operæpretium eſt repedare: *Surgè, Domine in requiem tuam, tu & arca ſanctificationis tuæ.* Pro cuius ditiori intelligentia inveſtigandum cenſeo: cur Regius Pſaltes ſplendicantis Mariæ conceptionis prærogativam vaticinio prodens, eā ſub nomine arcæ teſtamenti invehit? Et ſuadear, id providè & ingeniosè excogitatum, quia inter celebriores præactas Marianæ nobilitatis imagines arca teſtamenti eſt, quæ præclariora teſtimonia, inſtrumenta nobiliora ſecretioraque arcana theſaurizat. Nam in primis ingenuæ Mariæ originis myſterium in ipſius arcæ fabrica & conſtructione mirè fundatum & adumbratum eſt. Opifices arcæ habes Exod. 35. 30. & 34. Nempè Beſeleel, & Oliab. Richardus de S. Laurent. in arca teſtamenti inſpectans & perſcrutans arcana Mariæ, lib. 10. de laudibus Mariæ inquit: *Videamus authorem, fecit Baſeleel, qui interpretatur umbra Dei, ſeu miſericordia Dei, & benè; nam ſicut umbra refrigerium eſt contra rigorem punitionis, quæ quidem exſiccaret nos & confunderet, niſi miſericordia Dei nos protegeret. Vnde Iacobus cap. 1. loquens de iuſtitia Dei & rigore, exorſus eſt Sol cū ardore, & arefecit fœnum, Sol, id eſt, Chriſtus exoritur, id eſt extra ſe oritur, quando punit, quia extra ſe eſt punire, cuius propriū eſt miſereri & parcere; ſed in iudicio veniet cum ardore, & arefaciet fœnum, id eſt carnales in incendio gehennæ.* Richar. de S. Laurent. Quid elegātius pro Mariæ incorrupta conceptione, quam ipſa Dei umbra & protectio fabricavit? Adſtitit enim ſacræ huius arcæ compaginationi & cōſtructioni Dei miſericordia, munimenta effundens adverſus rigorem punitionis, & Meherclè originalis infeſtatio, quid amplius fuit quàm ſuppliciū graſſans & debacchās in poſteros Adæ in multam & vindictam primi criminis. Quapropter hominum univerſitas in conceptione arefacta eſt & exſiccata à rigore illo punitionis ſeminalem pervadente tramitē, quia non habebat umbram protegentem, & illum ardorem protelātem; ſola Virgo fuit arca, quam fundavit, & extruxit ipſa umbra & protectio Dei: quapropter cùm ſuperveniens rigor punitionis ius ſuum occupans, ut arcam in ſui molitione corrūperet, umbram Dei, & refrigerium illi intentum inveniſſet, caſſus & vacuus diſparuit. Eleganter hæc proſecutus eſt Bernardus ſerm. de B. Maria: *Arca quoque teſtamenti typū tenet Dei Genitricis, illam fecit Beſeleel, iſtā condidit Emanuel; Beſeleel Oliab in opere ſocium habuit, & Virgo quoque virginum condita, præelecta, præſervata, & præparata, & ornata per Spiritum ſanctum, & eius omnipotentem Filium fuit. Beſeleel interpretatur umbra Dei, Oliab protectio mea, prior ille Spiritus ſancti, iſte verò typum tenet Filij*: & poſt pauca: *Beſeleel ergo cum ſocio arcam teſtamēti fabricavit. Sancta quoque Trinitas Virginem ſibi ſanctificavit, ac templum ſanctiſsimum conſecravit, hoſpitiumque mūdiſsimum ſibi præparavit: thalamum quoque de quo Sponſus præ filijs hominum ſpecioſus ad publicum procederet, decenter præornavit.* Bernardus.

23 Materiā arcæ diſces ex cap. Exod. 25. 10. *Arcam de lignis ſetim compingite, &c. Et deaurabis eam auro puriſsimo intus ac foris.* In quem locum ſic Richardus de S. Laurent. ubi ſuprà: *Per hanc arcam de-* Exod. 25. 10. Richar. de S. Laurent.

deſignatur B. Virgo ratione materiæ, duplex autem materia fuit huius arcæ, ſcilicèt ligna ſetim, & aurum puriſsimũ. Duo enim fuerunt in ea ex parte materiæ, ſcilicèt caro & ſpiritus, largè ſumendo materiã, moraliter enim loquimur: per ligna ſetim, quæ ſunt imputribilia, deſignatur caro eius, quæ numquã ſenſit corruptionem cõcupiſcentiæ vel putrefactionis, per aurum ſpiritus eius refulgens perfecta ſapientia, & habitaculũ deitate, quæ per aurum ſignificatur. Verè ſi Maria in ſui conceptione communẽ pùtredinẽ, generalemq́ue incurriſſet corruptionem, nequaquã poſſet de lignis ſetim in defectibus compacta accerſiri; materia ergo, ex qua concreta Maria fuit, præintelligitur ab omni putredine aliena, & cum illa gerens ſimultatẽ. Vnde, ſicut ligna, ex quibus conſtruenda erat arca, ante ipſius fabricam præviſebantur, omnem defectum conceptionis explodentia, ita materia, ex qua cogenda erat Maria, adverſus omnem putraliginem, ab illa primi piaculi vetuſtate deſcendentem, concipiebatur præarmata. Per aurum, inquit Richardus, intelligitur divinitas, arca verò moliebatur auro, illam intùs & foris contegente, quaſi in Mariæ opificio quædam eluceret incompatibilitas & incompoſibilitas cum peccato; Maria enim in ſui conſtructione emergebat, hinc inde divinitate fulta, intimè & extimè divina potentia pro ſatellitio munita, ſic enim illa præviè in ſua conceptione divinitate quodammodo veſtiebatur, in qua divinitas carne operta reponenda erat. Petrus Cellenſ. myſteriũ arcæ de ſacro Chriſti Domini corpore interpretans non infirmiter puriſsimæ Mariæ nobilitati comprobãdæ ſtudet. Nam lib. 1. myſticæ expoſitio. Moſaici Tabernaculi, inquit: *Arcã de lignis ſetim cõpingite. Corpus illud Dominicũ de ſacris viſceribus virginalis uteri conceptũ & natũ obumbrante Spiritu ſancto, lignis ſetim congruè cõparatur, quia ligna iſta imputribilia ſunt & levia, & igni appoſita nõ afficiuntur damno combuſtionis, ſed indurãtur ſoliditate robuſtiori. Sunt quoque ſimilia albæ ſpinæ, incorruptibile ſiquidem eſt corpus Chriſti, quod neque computruit aliquando in ſtercore humanæ converſationis corruptione peccati, neque in ſepulchro pulvere mortis. Vnde non dabis ſanctum tuum videre corruptionem. Leve, quia nullatenus originalis peccati ſive actualis oppreſſum gravedine: ſuper pennas ventorum adhuc in carne deambulavit, undaſque ſolido itinere calcavit, & poſt mortem ac reſurrectionem ad dexteram Patris levatis manibus corpore aſcendit. Igni denique paſsionis ſuperpoſitũ corpus Dominicũ tanquã lignũ ſetim non evanuit in cineres combuſtionis, ſed convaluit in impaſsibilitatẽ reſurrectionis. Exarſit namque invidia Iudæorũ adverſus Ieſum, ut ait Pſalmiſta, tanquam ignis in ſpinis, ſed rubus Moyſi in flamma ardens non eſt combuſtus, in pœna ſua pœnam noſtrã evacuans, & à culpa naturam per pœnam liberans. Hoc autem totum quia ſimile eſt hoc lignum albæ ſpinæ, non utiq; veritate naturæ, ſed conditionis ſimilitudine.* Quæ verba in inſtrumentum illibatæ Mariæ conceptionis bifariam accio & refero. Primò ut intelligam viſcera Mariæ & eius carnem à Petro Cellenſi ligna ſetim appellata: & ad Mariæ corpus ſenſiſſe Chriſti corpus eum habuiſſe reſpectum & ordinem, quem habuit arca ad ligna ſetim, ex quibus conficta & connexa fuit. Vnde ſicut præviè ad arcæ fabricam ligna ſetim habebantur, & verè erant imputribilia; ita ante corporis Chriſti conſtitutionem caro Mariæ, ex qua eius fuit incarnatio perfecta, lignum fuit incorruptibile & nullâ immundæ cariei corroſione terebratum; invenit ergo Chriſti ſacra œconomia arcam Mariæ proprietatibus ſetinæ arboris affectam, muneribuſq́ue, quæ in ijs præfigurantur, præornatam; efflorverat nãque Mariæ generoſa illa levitate, quæ originalis nequitiæ pondus excutit, & actualis peccati corruptionem exterminat. Oportuit namque ſic cœleſtem arcã præviſſe munitam incorruptibiliter, & ſolidiori, & imputribili materia compoſitã, ut filius in ea ſuſceptus, & ex ea editus eiſdem muneratus conditionibus videretur quodammodo matrizare: & dum totius inſurgit originalis noxæ expers, dum non computruit in ſtercore humanæ cõverſationis corruptione peccati, dum flammis paſsionum ſuperductus non evanuit in cineres combuſtionis, ſed prævaluit in gloria reſurrectionis; dum invidiæ Iudaicæ ſpiculis petitus igneis, inſtar rubi Moyſis incẽdio obruti, nõ eſt cõbuſtus, in pœna ſua noſtrã diſſolvens, dũ tumulatus ſepulchrales faſcias confringit, & elevatis manibus ad dexteram Patris advolat, hæc omnia ab uberibus Matris ſuxiſſe, & cũ lacte traxiſſe oſtentaretur, quaſi ab illa ſetim munia, naturam, & qualitates participans, quæ abſque originalis piaculi pondere levitârat, & actualis putredinem neſcierat; quæ obruta incendio paſsionis emerſit intacta, noſtræ redemptionis effecta cooperatrix, & pœna ſua noſtram expungens, quæ à morte guſtata ſtatim non ipſa in pulverem converſa mortem redegit in favillas, quæ leviter aëra, æthera, ſuperorumq́ue cuneos tranãs ad regium Filij ſolium pervenit; en

Petrus Cellenſis.

quàm optimæ Parenti ſimillima proles; verumenimverò licèt Maria hæc munera privilegiaque à Filio obtinuerit elapſa, cũ prævie ijs cõpta & redimita fuerit, ut tãto haberetur digna puerperio; nulli dubiũ, quin Filius eadẽ poſteà in ſe ipſo oſtentãs, quaſi matrizaſſe videretur. Quod ſi Petrus Cellẽſis nullũ conſtituat ordinẽ inter Matrem & Filium, inter corpus Chriſti & carnem Mariæ, quæ illud ex carne ſua edidit, ſed corpus dumtaxat Chriſti dicat lignũ ſetim, & arcã ex ipſo erectã: illud ſanè inficiandũ nõ eſt, ſingularis providentiæ fuiſſe, divinæque Sapientiæ inventũ, Chriſtum & Mariam in eamdem coijſſe imaginẽ, ſub unaque cecidiſſe figura, arca videlicet teſtamẽti ex lignis ſetim fabrefacta, ut quæ ex illa deducũtur prærogativæ, dignitates, excellentiæ, & gratiæ in Chriſtũ Dominũ illapſæ, ipſæmet crederentur derivatæ in Mariã. Quod ſi ex proprietatibus ligni ſetim arguitur Chriſti Domini in cœlum aſcenſio, reſurrectio, de morte triumphus, fortitudo, & conſtantia in paſsione, incorruptio ab omni actuali & originali labe; Mariam Matrem, quam ſanxit, per arcã teſtamenti pariter ac ſe ipſum deſignari, cũ in aſcenſione, reſurrectione, de morte trophæo, animoſitate paſsionis, à ſepulchro evocatione, in æthera aſſumptione æqualis ſuo modo cum Filio extiterit; cur parem quoque nõ dicemus cum illo in immunitate ab originali, & hoc illius privilegium ſub arca teſtamenti illi fuiſſe adumbratũ, & reconditũ, quemadmodũ & Filio, qui ſub eiuſdẽ arcæ typo voluit præfigiari?

24 Iam dilucidiùs & luculentiùs retexit Bernardus arcæ fabricæ myſteriũ ſer. de B. Mar. *Arca verò teſtamenti de lignis ſetim facta eſt, & Maria in ſpinoſo & hiſpido Iudæorũ populo & arido procreata eſt*, & poſt pauca: *Setim interpretãtur ſpinæ: Aliter, Eva ſpina, roſa Maria. Revera Eva ſpina fuit, quæ & virũ ſuum ad mortẽ pungit, & poſteritati ſuæ peccati aculeũ infixit; unde Apoſtolus: Per unũ hominẽ peccatũ intravit in mundum, & per peccatum mors, & ſic in omnes pertranſijt. Eva ergo ſpina fuit, Maria roſa extitit; Eva ſpina vulnerando, Maria omniũ affectus mulcẽdo. Eva ſpina infigens omnibus mortem, Maria roſa reddens ſalutiferam omnibus ſortem.* Nec ſanè aptiùs meliùsvè potuit explicari diſsidium, quod intervenit inter Evam ſimul cum poſteris, & Mariã, quàm Evã appellando ſpinã, roſam Mariã. Egregiè namque peccatũ illud, quod fuit in primis parentibus actuale, & in eorũ poſteris originale per ſpinas & ſentes dignoſcitur, quia ab ſpinis & tribulis ſuppliciũ illi paratũ fuit, & ſentuoſa illi fuit maledictio iniuncta, unde quaſi radix aculeorũ evaſit: *Maledicta terra in opere tuo, &c. Spinas & tribulos germinabit tibi*, Gen. 3. 17. Ab una profectò ſe effundunt radice ſpinæ, & roſa, ſed quã diſsimili habitu, & cõtraria forma? Quis nõ videat, quantũ diſtet ab ſpinis roſa, elegãtiâ, odore, pulchritudine, lenitate, illa enim horrida, acris exoritur, & amara tangẽtibus: hęc verò allectrix, lenocinãs, & ſuavis, ita ut non tantũ diverſam ſpeciem inter utrãque dixeris, ſed naturã; illud autẽ mirabile valdè eſt, quòd ab una eadẽque radice & pullulẽt ſentes, & roſa erumpat, in radice enim diverſimode præparatur, & conditur humor, ex quo roſa, & ex quo ſpina producitur, & à radice quaſi quadam intellectivâ & diſcretivâ virtute, per arcanos meatus aſcẽdit ille ignobilis, & acidus humor, qui turget in aculeos; per diſtinctos verò euripos aſcẽdit ingenuus & purgatus defœcatuſque ab omni ſpinoſitate humor, qui gemmat in roſam, Idcircò exiſtimo, hac ſimilitudine fũctum Spõſum, ut ſingularẽ gratiam Mariæ à radice illi provenientẽ inter reliquarũ ſpinarum turbam, & poſteritatem Adæ commendaret: *Sicut lilium inter ſpinas, ſic amica mea inter filias*, Cant. 2. 1. Cùm lilium quandoq; nomẽ generale ſit, & vox per flores omnes evagãs, ut ex præsẽti loco poteſt adſtrui: *Ego flos cãpi, & liliũ convalliũ*, & n. 16. *Dilectus meus mihi, & ego illi, qui paſcitur inter lilia*, haudquaquã abſonũ fuerit pro lilio roſam interpretari, & ideò ab ſpõſo collatã cũ ea Mariã, ut erudiamur ſic ſingulari gratiâ, ſpecialiq; privilegio Mariã à ſua radice inter filios Adæ erigi, quemadmodum ab eâdem ſtirpe inter ſpinas aſcẽdit roſa; à radice quidẽ Adæ oritur Maria, ſed nequaquã ſpinarum qualitatem, & maledictionem participans; ſicut enim in radice aliter concreſcit diverſimodèque afficitur humor, ex quo ſpina, quã ex quo oriũda eſt roſa; ſic in radice humana intelligendum eſt aliter præparatum & diſpoſitum humorem, & materiam, ex qua Adæ cætera proles, quàm ex qua inſurgit Maria. Humor enim, qui, ut ex eo reliqui conſlentur homines, diſponitur, & aptatur, turpis eſt, maledictę terræ infamiam participans, ſentuoſamque fugens execrationem, quã illa multata eſt, & ideò in ſpinas aſcendit. Atverò materia humorq; qui in radice cõdiebatur in Mariæ ſplendidum & roſeum aſcenſum, expurgatus fuit & excoctus ab ſpinoſa illa iniuria, & aculeorum amara triſtitia. Quocirca ſicut diſcrimen, quo diſſentiunt ſpinæ, & roſa, non ſolùm ab ortu, & effuſione à capulo, ſeu à vulva, ſed ab ipſa radice ſumit auſpicia, ita intervallum, quo à reliquis filijs Adæ diſcrepat in nobilita-

Bernardus.

Gen. 3. 17.

Cant. 2. 1.

Cant. 2. 16.

te

te & pulchritudine Mariæ, non ſolùm ab ipſa nativitate, & foliorum dilatatione, ſed ab ipſa ſtirpe delibandum eſt. Hanc mentem exiſtimo Guilielmi cùm præindicatũ Cant. locum enucleans ait: *Sed Virgo liliũ, quia pariens gaudium & lætitiam habebat, & erat parienti in voce exultationis & confeſſionis, quaſi ſonus epulantis, quia nihil in eam de maledictione matris Evæ trãſeat.* His quoque alluſiſſe exiſtimo Cœlĩ Sedulium lib. 2. operis Paſchal.

Et velut è ſpinis mollis roſa ſurgit acutis,
Nil quod lædat habens, matremque obſcurat honore:
Sic Evæ de ſtirpe ſacra veniente Maria
Virginis antiquæ facinꝰ nova virgo piaret.

Strenuè quoque adſtipulatur Patris anonymi rhythmus de laudibus Virginis, tom. 3. Bibliot. PP.

Roſa floret inter ſpinas, vincit nubes matutinas, roris tecta pallio,
Sed non lædit ſpina roſam, ſic nec mentẽ virginoſam peccati contagio.
Hæc eſt roſa Princeps florum,
Quam depinxit author lucis ex colore ſuæ crucis, qui colorat omnia.
In hoc flore de Chriſti latere pluit ſanguis effuſus veſpere, clavis & lancea,
A qua trahit colorem regium
Hæc à rore trahit vocabulum, roſa dicta propter ſignaculum roris Dominici,
Sine rore roſa non naſciturus, ſed in rore ſupergredietur proprio cortici.
Suo maior effecta calamo, clauſa prius ſicut in thalamo, ſub umbra ſurculi;
Sed cum roris deſcendit ſtillula, roſa prodit, & parit virgula rore diluculi.

Verè ſi omnia hæc ad unguem expendenda eſſent, plus tẽporis ſolito inſumendũ foret. Emergit Maria roſa inter ſpinas, ſed nihil læſionis ab illis recipiẽs: pallio divini roris protecta & contecta, ne quid ſpinoſi & ignobilis humoris illã attingat, univerſali ſupernatãs contagio. Rubicunda croceaque nitet inſtar roſæ Mariæ, quaſi ſanguine Chriſti non ſolũ tincta, ſed madida; origo enim ſeu ortus Mariæ, quaſi à latere Chriſti fuit, quia illius cõceptio meritis Domini ſanguinis ſplẽdicavit, unde in foliorũ colore originalẽ & ingenitã nobilitatẽ ſuã oſtentans, ea ſanguinea ſpecie aſperſa, dilatat. Non ſolũ in colore, ſed in nomine quoque ſuæ nobilitatis titulos figit, nã à rore dicitur roſa, & Maria à mare illo rubro ſanguinis, & aquæ, quod amor à Chriſto expectoravit: & quẽadmodũ ſine rore roſa nec concernitur, nec naſcitur, ſic Maria nec cõpingitur, nec oritur ſine Dominici ſanguinis rore, hui⁹ enim meritũ & pretiũ in illius inſtillavit cõceptionẽ, & ideò ab illo regiũ ſignaculũ & inſigne nobilis purpuræ delibãs, generoſũ nobilitatis ſuæ teſtimoniũ, inclytumque inſtrumentum ſecũ elevat à radice. Floridã lucẽ, roſeumque candorem præindicatis inſperſit ſentẽtia Procopij Gazęi, & ab ipſa quæ hactenùs diximus, perbellè illuſtrãtur. Etenim ad illud Geneſ. 1. 11. *Germinet terra herbam virentẽ, & facientem ſemen*, ſic nitrè noviterque de roſa philoſophatur: *A primordio creationis roſa nullis ſpinis erat aſpera, poſteà tamẽ eius pulchritudini acceſſere aſperi illi aculei, ut dũ eius ſuavi odore fruimur, & delectamur, appoſitam quoque ſentiamus triſtitiam, recordantes peccati, ob quod terra condemnatione proſtrata eſt, ut nobis ſpinas, ſentes, tribuloſque pariat.* En roſa in Mariæ puriſsimæ conceptionis, eiuſque prægnitionis, ſeu prædeſtinationis ſymbolum producitur, prominetque in paradiſo ante omnem peccati ruinam, florida, ſpiniſque diſcincta, quaſi primã formationẽ Mariæ antiquæ maledictionis, vel leves umbræ non circumvallarẽt. Quod ſi poſteà ſentes extrinſecùs, & à foris illi acceſsêre, hoc in noſtram eruditionem & humiliationem fuit excogitatum. Quid enim aliud eſt, Mariam inter filios hominum converſantẽ, illiſque aſſociatam inſpicere, niſi quamdam roſarij formam obtutibus noſtris eſſe obiectam, in quo & miſeriam noſtram contẽplemur, infelicemque ſortem lugeamus, & generoſam gloriam undè cecidimus, inſpectemus, eiuſque deperditæ memoria iugi recordatione diſtorqueamur? Sunt in roſario ſqualidæ ſpinæ, ſplendet pariter in illo præfulgens elegãtia roſæ: ſpinæ nos ſumus, roſa Maria; ſpinæ nobis lugubrẽ habitũ, lãguentem, deformemque noſtræ infectæ cõditionis ſtatum offerunt, ſicque nos in lachrymas vocãt: in roſa Maria originalibus roreſcentẽ gratijs fortunatũ illũ ſtatũ cõſpectamus, in quo immortales, nulliq; obnoxij corruptioni deliciaremur, ſi avetito pomo abſtinuiſſent illi parẽtes, quo & illorũ, & omniũ noſtrũ obſtupeſcunt dentes, & cui infixũ virus ſerpentis ad nos enecandos ſerpit; ſicque ſecundò in lachrymas ferimur. Itaque & roſarij contẽplatione, in quo ſpinæ calamitatẽ, quã patimur, roſa gloriã originis, quæ vireſcit in Maria, portendunt; quaſi duplici ictu perculſi bis in lamẽta diluimur, & gemina percuſsio geminũ luctũ petit, & extorquet profluviũ, & ob ærumnã, quâ afficimur, & in nobis experimur, & ob originalem gloriã prçeminentem in Maria, quâ, ſi innocentia & obedientia vigeret in parẽtibus, frueremur, & à qua nos dolemus deturbatos.

Procopius Gazæus.

25 In hæc diverticula traxit nos ſentẽtia Bernardi ſcrutantis in ſpinis ſetim, ex

quibus elaborata eſt arca, regiam purpurâ roſæ Mariæ. Iam ex his perſpicuũ eſt, quare arca ſanctificationis à Vate appelletur Maria, nempè quia materia ex qua connectebatur, incorruptibilem, & incontaminatam ſanctitatem eius portendebat: quamobrem illius conſtructioni ſanctificatio pariter immixta fuit. Alij cẽſent, arcã ſanctificationis à regio Pſalte nuncupatam, quia exẽplar, & prototypũ fabricãdæ arcæ Deus Moyſi tradens, inquit Exod. 25. 16. *Poneſque in arca ſanctificationẽ, quã dabo tibi.* Sic enim quidam legunt, pro eo quod vulgatâ noſtra habent, *poneſque in arca teſtificationem, quã dabo tibi.* Sed hic extenuari videtur, & infirmari teſtimoniũ pro immaculata Mariæ conceptione. Inde enim evincitur opus arcæ prius perfectũ, & conſummatũ, & poſtea ſanctificationem in eã invectam, unde ſanctificatio in arcã non deſcendit, quando elaborabatur, ſed poſt illius fabricam. Quapropter arcæ conſtructio ſanctificatione compacta non fuit, ergo nec conceptio Mariæ, quã in ea aſſerimus præfigurari, ſanctitate & gratijs cœleſtibus ſubactam. Telum hoc ſi validum eſt, non ſolùm in Mariæ nobilem originem, ſed & in filij quoque vibratur, & in ſententiam frequentiſsimam Patrum teſtantium in arcæ fabrica Chriſti portentam incarnationem, ſi argumentum inerme non eſt, pari ſtrepitu & tumultu militat. Illi obviam exijt Petrus Cellenſ. lib. 1. myſticæ expoſition. Moſayci tabernaculi, & ut illud imbelle & marcidum in Chriſto demõſtrat, exarmat quoque ne pugnet in Mariam. Ait enim: *Poneſque in arca ſanctificationem, quam dabo tibi. Eodem ordine, necnon & ratione prius arca conſtruitur, & deinde teſtificatio mea poni decernitur, quo prius facta, & ornata habitatione mundana, homo tanquam habitator, & dominus ad ultimum creatus fuiſſe refertur. Nuſquàm profectò teſtificatio divinitatis corporaliter reponenda, niſi in corpore Ieſu, niſi in arca ſanctificationis, niſi in anima ſingulariter Deo digna, quæ fornace Spiritus ſancti in creatione ſua, congulus originalibus eatenus exacta eſt, ut tam eſſet à peccato remota, quàm Deo unita: Nec peccato præoccupata eſt, quam prævenit Deus in benedictionibus ſuis, ut quaſi ſpiritus laborarit in purgationibus eius, quam præparabat in diuinis deſponſationibus, ſed tam aptè ſanctus in creatione, quã pius inverbi coniunctione. Nulla denique temporum diſtantia interveniente arca cõſtruitur, & demũ teſtificatio in ea ponitur, ſed ſimul arca animæ & corporis Ieſu cũ impoſitione diuinitatis compingitur, ut aſſumendo crearetur, & creãdo aſſumeretur, & ſãctificãdo aſſumeretur, ſive crearetur, & aſſumẽdo crearetur, ſive ſãctificaretur. Nec obijciat, quòd prius arca conſtruitur, & deinde teſtificatio in ea ponitur: quaſi ex hoc concludens prius carnem Chriſti fuiſſe conceptã, & deinde à verbo aſſumptam, ſed crede ſimul in cõceptione animã, & carnẽ aſſumptam, & in aſſumptione acceptã, & conceptam.* Priora illa verba in examen & libramẽ accerſo: *Eodẽ ordine, necnõ & ratione prius arca cõſtruitur, &c.* Quæ tã filij, quã matris nobili origini complanatũ, & explanatũ iter expediunt; coagulum enim corporis tam matris, quàm filij ante gemmæ animæ arcanam infuſionem, inſtar primæ orbis creationis inſpicere oportet, quæ hominis formationem præcucurrit. Homini enim tanquam principi, & creaturarũ vertici præparavit Dominus orbem tanquam regiã aulam, in qua habitaret. Sed ô quàm munda illa regiæ fabricatio, quã venuſta & affabrè ornata à Dei manibus prodijt, quæ ſtatim illius in ſe oculos delicãdos rapuit! *Vidítque Deus cuncta, quæ fecerat, & erãt valde bona*; Gen. 1. 31. Non enim ibi perflarat ulla peſtilens aura, nec ſerpẽs veneni ſui cõtagia ſparſerat, nec ullius maledictionis ſuffitus olfactabatur, univerſa primitiva ingenuitate & candore viteſcebãr, ſic enim decebat mundũ ornari, qui ſui imperatorẽ hominẽ expectabat. Arca Dominici & materni corporis in ſui concretione primã illã orbis dignitatem æmulabatur, vel potius mundi creatio tãquam huius exemplar, & forma præceſſit; ſicut enim mundus nobiliſsimè exordiebatur, & de materia eruebatur, cui Spiritus ſanctus inſederat: ſic ab eodẽ ſpiritu corpus Chriſti mũ liſsimè parabatur in auguſtiſsimæ animæ ſuſceptionem; ſic Marianum corpus, & illius materia omni excluſa contagio, à carnis parentum ſeminario cogebatur exceptura cœleſtem animam divinis gratijs, mirificiſque dotibus præditam & affluentem. Vnde ſicut intelligendum non eſt, arcam corporis & animæ Ieſu prius cõſtructam, & deinde ſanctificationem divinitatis in eã immerſam; ſed ſimul ac anima corpori fuit unita, unitam fuiſſe divinitatem. Sic non eſt cogitandum Marianam arcam prius erectam, & compaginatam, & poſteà ſanctificationis teſtificationem in eam inductam, ſed glorioſam animam gratiarum illam affluentia ſtipante in mundiſsimum corpus pariter fuiſſe invaginatam.

Exod. 25. 16.

Petrus Cellenſ.

26 Non ſolũ regius Vates arcã ſanctificationis vocavit Mariã, ut ab illius exordio & connexione lignorum incorruptibilium Mariæ auſpicaretur, & delibaret puriſsimã ori-

brig inem; ſed ut ex fine, ob quem arca erigebatur, docêret mundiſsimè & imputribiliter fuiſſe coalitam. Finis, quem ſibi divina ſtatuit Sapientia, in arcæ molimine, fuit ſanè, ut ſanctificatio ſeu teſtificatio in ea poneretur: *Poneſque in arca teſtificationem, quam dabo tibi*, Exod. 25. 16. opportunè occurrit Richardus de S. Laurent. lib. 10. de laudibus Mar. *Per hanc arcam deſignatur beata Virgo triplici ratione. Ratione materiæ; ratione ſchemmatis, vel formæ; ratione officij, vel cõtinentiæ.* Poſteà verò qualis fuerit finis exponens ait: *Ratione officij, quia quatur continebat. Hæc ſunt urna plena Manna, ſicut dicitur ad Hebr. 9. Dixit Moyſes ad Aaron: Sume vas unũ, & mitte tibi Manna, quantũ poteſt capere gomor, & repone corã Domino ad ſervandũ in generationes veſtras. Itẽ Virga Aaron, quæ frondverat, ad Hebr. 9. Itẽ Deuteronomiũ. Vnde Deuter. 31. Tollite librũ iſtũ, & ponite in latere arcæ. Dicta eſt autem arca teſtamenti ad Hebr. 9. & Apoc. 12. vel teſtimonij Exod. 25. Pones in arca teſtificationem, quam dabo tibi, id eſt, Tabulas in quibus ſcriptũ erat Teſtamentũ.* Hæc omnia Chriſtũ Dominũ prefigurabant, præcipuè urceus claudens Manna, qui corporis eius panẽ in cœleſte alimentũ fidelibus impertiendũ portendebat. Vt ſtatim idẽ Richardus: *Sic Beata Maria continuit Chriſtum in ſe, qui erit nobis in teſtimoniũ damnationis, ſi ingrati fuerimus beneficijs, quæ nobis contulit.* Non ergo ineptè delibatur ex iſtis flos originalis Mariæ, ex fine enim, & munere, ad quod præelecta & prædeſtinata fuit, decuit maximè arcam ſummâ dignitate fabricari; & ab illius exordio ab omni corruptionis vetuſtate præſervari. Hinc D. Bernardus arguit ſingularem Marianæ puritatis prærogativam ſerm. de B. Maria: *De lignis ſetim condita eſt arca, in qua thuribulum, Manna & Virga ſunt recondita, quia licèt Maria de patrũ natura per peccatum vitiata duceret originem, præelecta tamen per Spiritum ſanctum, & præſervata ad purum Deum nobis obtulit, & hominem.* Subſcribit Ildephonſus ſerm. 1. de Aſſumpt. Mar. *Propter quod uterus eiuſdem Virginis per arcam figuratur, quæ cuncta ſacramentorum arcana in ſe habuit: habuit enim panem illum, qui de cœlo deſcendit: habuit legem Teſtamenti novi, quia Legiſlatorem genuit, in quo ſunt omnes theſauri ſapientiæ atque ſcientiæ: & ideò rectè arca ſacramentorum Dei Virgo Maria fuit; ſupra quam ſanè Propitiatorium, & Cherubim hinc inde obumbratia figurantur. Quia Mariæ nullum extrinſecus obrepſit peccati contagium.* Hæc ultima verba me ad ipſorum elucidationẽ alliciunt: *ſupra Mariam*, inquit Ildephonſ. *Propitiatorium.* Gloſſa Moralis in cap. 25. Exod. eam quoque Propitiatorium appellat: *Facies propitiatorium, Maria namque precibus ſuis Deum facit nobis propitium.* Dignitatem propitiatorij Rupertus apud Caten. Lypomani de Chriſto ait: *Facies & propitiatorium, unde? De auro mundiſſimo. Aurum divinæ in Chriſto ſubſtantiæ ſignificat pretium. Signanter, & expreſsè dixit mundiſſimo; quia videlicèt ex eo quod Deus ab omni eſt ſorde mundiſsimus, ex eo (inquam) propitiatorium nobis factus eſt Chriſtus Dei Filius.* Ergò generoſum eſt nomen propitiatorij, regiamque ſupponit nobilitatem. Quapropter cùm tantum nomen Mariæ imponitur, iam præhabetur ab omni ſorde mundiſsima. *Supra Mariã*, inquit ulteriùs Ildephonſ. *Cherubim hinc inde obũbrãtia figurari.* Horũ verborũ arcanũ ut aperiam, ſcito Ruperti fuiſſe ſentẽtiam, Cherubim arcã obumbrantia & protegẽtia quodammodò reſpexiſſe & alluſiſſe Cherubim introitũ paradiſi cuſtodienti, & volubili flammantique gladio Adamũ à paradiſo propellenti. Ait ergo Rupertus ubi ſuprà: *Qualis factura, qualis vel unde ſumpta fuerit Cherubim forma, non exprimit Scriptura, creaturæ tamen Angelicæ monimentum eſt, quam fortitudinem cũ gladio flammeo, atque verſatili, ante paradiſum collocatum in Geneſi ſcriptum eſt.* Cherubim ergo Mariam velantia, & propugnantia ſanxit Deus ordinem aliquem dicere ad Cherubim limis oculis, torvo aſpectu, enſe minaci abigentẽ Adamũ, & à paradiſi limine arcentẽ, ut oſtẽdat Angelicos ſpiritus fuiſſe aſsiſtrices, & veluti armatos propugnatores in cõceptione Mariæ adverſus Adamũ, illũ deterrẽtes; hoc eſt, à vitæ illius limine infectã illã hæreditatẽ Adæ, & excurrens contagiũ amandantes. Favet ſanè huic intellectui Gloſſa moralis: *Duos quoq; Cherubim aureos facies, per quos deſignatur aſsiſtentia Angelorũ huic Virgini famulantiũ.* Iã ergo Angelorũ famulatus ad conſtructionem arcæ, id eſt Mariæ conceptionem, attinebat ſacratus. Inde infert Ildephon. Mariæ nullũ extrinſecùs obrepſiſſe peccati contagium, per quod originalis macula debet intelligi, quæ à foris quodammodò, id eſt à parentibus fluens nos ratione carentes petit. Vide quantam puritatem exigat Panis cœleſtis, & Manna à ſuperis adveniens, cùm ſic expoſcat mundiſsimã & immaculatã, nec extraneo ſemine ſubactã terrã, in qua ſeratur, digniſsimũque horreũ, in quo recondatur.

Exod. 25. 16.

Richar. de S. Laurent.

Bernardus.

Ildephonſ.

Rupertus

Idem.

gloſſa moralis.

27 Eamdẽ quoq; ſententiãvalebisdecerpere ex Gloſſa morali, in hæc verba: *Arcam*

gloſſa moralis.

de lignis ſetim compingite. Per arcam iſtã figurata fuit Virgo Maria, in qua repoſitus fuit Sanctus ſanctorum Ieſus Chriſtus, qui eſt Rex, & Sacerdos, & cibus fidelium, & tres conditiones figuratæ fuerunt, per tria in arca poſita, ſcilicèt Tabulas continentes leges, & ſignificant regiã dignitatẽ, ad quã ſpectat ferre legem; & Virgam Aarõ. quæ ſignificat Sacerdotiũ, & Manna, quæ ſignificat cibationem fidelium viatorũ in Sacramẽto Euchariſtiæ, & beatorum in propria ſpecie; facta verò fuit arca hæc de lignis ſetim, quæ ſunt imputribilia, ad ſignificandum puritatem Virginis Mariæ, quæ fuit puriſſima mente, & corpore, hoc eſt, ſicut illius corpus nulla iniuria læſum, nulli patens violationi, ſic illius animus ſemper virgo, nullam originem excipiens aut ſemẽ peccati. Iam enim in Mariæ conceptione dedicabat Deus, & præmonebat angelicam puritatem, quam Panis cœleſtis in cordib⁹ fideliũ expetebat, ſiquidẽ ex eo quòd Maria ſacrariũ illius erat futura, à fundamẽtis illibata, & ab omni originis piaculo expers erigebatur.

28 Amedeus verò hom. 1. de laudibus B. Virginis expendens illud Paul. ad Hebr. 9. 4. *In qua erat urna aurea habẽs Manna*, ſic inquit: *Vrna aurea beata eſt Maria, aurea per excellentiã vitæ, aurea per integritatẽ, & puritatẽ, aurea per plenitudinẽ gratiæ. Hæc urna Manna reconditũ habuit, quæ Panẽ Angelorũ. qui de cœlo deſcendit, & dat vitã mundo, ſacroſancto geſſit in utero.* Ergo in cuſtodiã depoſitumque Euchariſtici arcani aurea fabricata eſt Maria, ex auro tota à ſuo exordio cõſtitit, aurũ, inquã, nullo admixtũ rudiori ſtanno, nullo viliori ære vitiatũ, & temperatũ, ideò ſingulariter excellens, ſemper integra, in nullo labefactata, & ab integritate curſum ſuum inchoans plena gratiã, in nullo inſtanti gratiarũ fluẽtis exſiccatum, aut vacuum.

Amedeus.

29 Gratulare Petro Cellenſi, grateſq; ei refer, qui ex eo quòd Panis ætereus in uterũ Virginis ſerẽdus, condiendus, coquẽduſque immitteretur, nobilẽ Mariæ originẽ recognovit. Ipſe enim lib. de Panibus c. 21. per clibanũ ſanctã Mariã interpretans ita ſcribit: *A nobis eſt Virgo, à ſumma Trinitate Spiritus ſancti obumbratio, ab utraque partiũ tã Patris ſcilicèt quã Virginis Filij generatio. Nã verbũ de Patre, caro de Virgine. Quomodo autẽ in fine tẽporũ hic figurativus panis fieret, ubi, quando, & à quo à diebus æternitatis decretũ eſt. Oportuit nẽpè hunc prius clibanũ nõ vili ſtemmate, nec more cõſuetudinario fabricari, quatenus in plenitudine tẽporis, panis, qui dat vitã mũdo, de cœlo deſcẽdens, pro dignitate ſua, congruũ inveniret locum, ubi poſſet opportunè carnẽ aſſumẽdo decoqui. Virgo igitur Virginũ clibanus eſt ad panem ſuſcipiendum, vel concipiendum, non conſumendũ vel utendũ. Ignẽ enim urentẽ nunquã admiſit, quæ carnis concupiſcentiã non ſenſit: ignem fumãtem non ſuſcepit, quæ non cõcepit iniquitatem.* Expende verba illa: *Oportuit nempè hũc pri⁹ clibanũ nõ vili ſtemmate, nec more conſuetudinario fabricari, quatenùs in plenitudine tẽporis, &c.* Quid potuit exprimi clarius? Studuit enim divina Sapientia tãtã clibanum Mariæ dignitate efflorẽre, vigẽre puritate, ut vile ſtemma, morẽque cõſuetudinarium ab eius fabrica expungeret, & dimovẽret: voluit, ut non igne in omnem naturã graſſante, omniaq; corruptione ſuã devaſtante contaminaretur, ſed neque fumo ab illo exhalato vel leviter atraretur. Alius enim rerum, ſeu gratiæ ordo expectabat Mariæ caminum cœleſti imbuendũ pane. Habuit enim Maria divini Spiritus ſancti ignem ſuæ conceptioni ita adſtantem, & ita intentum, ut idem eſſet perfici Mariæ fornacem, & divinis gratijs è divino igne ſpiratis intimè ſuffiri: quo ſic à conceptione ſua odore cœleſti perfuſa, eumque circumquaque ſpargens dignum apparatũ, tanto pani tractando & contrectandũ exhibẽret.

Petr⁹ Cellenſ.

30 Nunc mentem percallebis Gregor. Niſſeni, dum Euchariſtiæ ſacramentum appellat *myſteriũ Virginis*. Verè myſteria Dei appellantur ea, quæ aliquod Dei arcanum ſpectans ad eius excellentiam, potentiam, vel amorẽ contegunt ſignatũ, & involutum. Quid, oro, habet cõmune ſacramentũ cœleſtis panis cũ Maria, ut virginis myſterium nominetur? Verè optimũ ingenium fuit, ut innuat Niſſenus ſingularem aliquam Virginis prærogativã in illo eſſe occultã ſigillatamque; ſicut enim Euchariſtia appellatur myſteriũ corporis, & ſanguinis Chriſti, quia in illa miro modo latet eius corpus, & ſanguis: & vigens ardenſque fides ſub illis ſpeciebus Chriſti ſubſtantiã agnoſcit; ſic appellatur Virginis myſteriũ, quia in ea obſeratur occulta nobilitas originalis Mariæ. Quapropter lucida fides, quæ maieſtatẽ tãti panis penetrat, aſſequitur terrã felicem, quã fatum fuit, non potuiſſe non puriſsimã extitiſſe, primævaque maledictionis expertem. Nunc diſcutienda inducamus verba Gregorij Niſſeni libro de vita Moyſis: *Huius corporis panem non aratio, non ſatio, non agricolarum opus effecit, ſed terra intacta permanſit, & tamen pane plena fuit, quo fameſcentes myſterium Virginis perdocti ſaturantur.* Vt mẽtem Gregorij pervadas, operæpretiũ eſt in me-

Gregorius Niſſenus.

memoriam revocare, terram ante Adæ inobedientiam ſponte ſuiſſe frugiferam, nec violentiâ fructus ab ea extorquendos, nec neceſſum fore homini illos ab ea ſudoris expenſis emere, laboriſque pretio comparare, ſi originalis iuſtitiæ togam retinuiſſet. Nam quod terra ſterilis ſit, ſuorum partuũ avara, hominibuſque ingrata, qui neceſsè habent eamaratro præſcindere, ſtercore fovêre, ſemina in ea iactare, quibus gravidetur, ligone ſarriatur, quo ad partus fundendos obſtreticetur, hoc in mulctã primi peccati fuit, & antiquæ maledictionis opus: dicente Domino: *Quia audiſti vocem uxoris tuæ, & comediſti ex ligno, ex quo præceperã tibi ne comederes, maledicta terra in opere tuo, in laboribus comedes ex ea cunctis diebꝰ vitæ tuæ. Spinas, & tribulos germinabit tibi, & comedes herbã terræ; in ſudore vultus tui veſceris pane tuo*, Gen. 3. 17. Itaque terrã divina vindicta priſtinæ maledictionis flagello verberavit, quo ſterilitati, & ingratitudini erga hominum labores addicta manſit. His igitur prælibatis, quod, quæſo, erit ſingulare inſigne, nobileque indicium terræ maledictione non ſubactæ, neque inuſtæ, ſed originali fœcũditate locupletis? Verè ſi reſpuat aratri iniuriã, ſarculi opera, & abſque labore alieno, & induſtria, & ſemine nõ petito ſponteneè ſe feracẽ oſtentet, & in fœcundos, & voluntarios ſe multiplicet fœtus; Meherclè terra, quæ ita ſe divitẽ, & largã exhibeat, illã præferet originariã nobilitatem, quâ erat ante peccatum ornata, nec maledictionis cõtagium in illã dicetur efluxiſſe. Ait ergo Niſſenus de Maria cœleſtis panis procreatrice: *Huius corporis panẽ non ſatiò, non aratio, non opus agricolarũ effecit, ſed terra intacta permanſit.* Si terra Mariæ, non ſata, non himica aratri ſulculis, non agricolæ labores exigens, panis, qui totũ impleret, ſaturemque; efficeretorbẽ, feraciſſima fuit: cui dubium, quin priſtinæ maledictionis vibrato igne non fuerit fulminata? Hæc enim nota sũt; & ſtemma, quo terra originalem pulchritudinem ſervans, à terra punitione primi criminis profanata, & infeſtata dignoſcitur. Opportunè ergo, & perbellè Euchariſtia appellatur *myſteriũ Virginis*, nam panis cœleſtis ex eo quòd abſque ulla terræ Marianæ iniuria aut læſione fuerit ſatus, & editus, originalem illius ingenuitatem firmiſsimè oblignat. Gen. 3. 17.

31 Nec ob præactas ſolummodo rationes purpuratus Vates Mariæ ſtudens commendare illuſtrẽ originẽ, eã arcæ teſtaméti cõparavit: ſed ob mirabilia etiã & portenta ab ipſa patrata, quæ ad Marianã nobilitatẽ indagandã, & extollendã ſtrenuè conducũt: *Surge, Dñe, in requiẽ tuã, tu, & arca ſanctificationis tuæ*: legũt alij: *arca fortitudinis tuæ*, alij: *arca potẽtiæ tuæ*. Si verò venemur mentẽ Prophetæ, quâ ductus ſub arcæ nomine Mariæ myſteria pangens, arcã, vocat arcã fortitudinis, & potẽtiæ Dei; aditũ nobis reſerat Chryſoſt. aſſerẽs, in his verbis, ſpectaſſe Prophetã ad inſolitũ demirandũque opus illud divinæ potẽtiæ, cùm arca à Dei hoſtibus capta in eos victoriã celebrãtes, triumphũ agentes, pæana decantãtes, illãque quaſi trophæũ efferentes, & circũferentes, atq; exiſtimãtes eã ſibi ſubiectã, & captivitate oppreſsã, vehementiùs inſiluit, glorioſiùs inſultavit, duriorique plagâ contrivit, atq; in Dagonẽ illorũ Deum acriori ſupplicio efferbuit. Itaq; tẽpus, quod arcæ captivitatis, & ignominiæ apparebat, effectũ eſt tempus victricis arcæ, & de hoſtibus triũphantis, quo maximã fortitudinis & potentiæ ſui cognitionẽ, & demirationem illis peperit. Nã tẽplum Dagonis intrans illũ inhonorũ proſtravit, & abſciſsis ab illo capite, & manibus truncũ de ara deturbavit: adverſarios ignominioſâ plagâ, & ignobili ulcere percuſsit, coẽgitq; ut plurimis ditatã muneribus pro ſpolijs dimitterẽt, ut repatriaret. Ea igitur ratio eſt, ait Chryſoſt. ob quã arca Teſtaméti in præſẽti accita eſt arca fortitudinis, & potentiæ Dei: quia nulla ſublimior fortitudinis ſpecies, nulla glorioſior potẽtiæ forma, quã eo tẽpore adverſarios debellare, triumphoque devovere, quo ipſi ſe in victoria iactabãt, & ſibi de oppreſſo, & capto hoſte gratulabãtur. Audi Chryſoſt. *Arca ſanctificationis, alij fortitudinis, alij potẽtiæ, utraq; autẽ vera. Magnã enim Deus potentiã per illã oſtendit, ut quando capta ab Azotijs, quando ſimulachra deiecit, quãdo eos, qui ceperãt, percuſsit.* Chryſoſt. Mirum ergo Regij Vatis ingeniũ fuit, nomẽ teſtaméti arcæ indere Mariæ, ut in victoria, quã arca de hoſtibus, & turpi Dagonis ſimulachro tulit, triũphum Mariæ de dæmone in ſui prima origine pelluceret, & ex ea inveſtigaretur. Verè nomẽ Dagonis ſingulariter aptari poteſt dæmoni excubãti in introitu vitæ noſtræ, ut nos ſuo mãcipet principatui, Dagon enim interpretatur dormiẽs; ut teſtis eſt Hierony. lib. tradit. in 1. Paralip. aſſerens domum Dagon vocari *Bethſan*, id eſt *domus dormiẽtis*. Ita enim facilè, & abſque ulla dæmonis ſolicitudine, aut labore, vel technarum præſtigijs in illius poteſtatem impingimus, cùm tenebroſam autorã vitæ ingredimur, ut quaſi ab illo dormiẽte cõprehendamur. Neceſſum non eſt, ut inſidias tendat, excubiaſque agat; ita enim calamitoſus eſt primus ille ad vitam inceſſus, ut quaſi illum quæramus dormientem, ut ipſi ſubdamur. His ſic præhabitis:

ſciendum eſt, primum illud vitæ noſtræ momentum quaſi ditionem eſſe, templumque Dagonis, quod ipſe inhabitat, imperiũ exercens in homines. Præterea eſſe tempus victricis ſuæ dexteræ, quò ita facili negotio, levique cura nos in ſpolia ſua redigit, ut nullus ſit, qui illud temporis punctum adoriatur, qui ei vel dormienti collum non ſubijciat. Igitur Maria in primum vitæ initiũ aſcendens, quaſi in templum Dagonis, hoc eſt dæmonis, præ nimia ſecuritate, & fiducia dormientis intrat, & dum illud intrat, pariter ſe in illo temporis conſtituit momento, quod univerſalis captivitatis eſt; nam in illo vigetvelut invicta dæmonis poteſtas. Ergo illam ingredientem comminiſcens dæmon, iam captam meditabatur, & veluti alter Dagon dormientis perſonam induebat, ut quaſi dormiens, & à violentia & vi abſtinens, facilè illius obedientiam expectaret. Sed, ô mira fortitudo, ô excelſa Dei potentia! in Maria arca tunc exertè & diſtrictè effulgens, eo loco, eo tempore, quo capta videbatur, quo in Dagonis templum inducta, quo quaſi ut victa illudebatur, & in communem hominum cecidiſſe ſortem à dæmone putabatur; tũc gloria enituit, ſplẽdoribus accincta eſt, enſem diſtringit, caput illi manuſque amputat, & truncũ pronumque cogit pavimentum occupare. Sicque eo tempore, & loco victus triumphatuſque dormiens ille hoſtis à Maria oſtenditur, quo ſe victorem omniũ ſuperbè gloriabatur. Quod ſi quæras, quibus armis fulta arca, hoſtem exarmavit, illuſtremque de illo extulit triumphum? Reſpondet Baſilius

Baſilius. in cap. 20. Iſai. *In faciem prolapſus erat ipſe dæmon à claritate gloriæ devictus, quæ circa arcam Dei ſplendeſcebat.* En quibus armis inſtructa exoriatur Maria, quæ veluti à Filio ſuo mutuans matutinandi habitũ,

Pſal. 109. 4. de quo Pater Pſal. 109. 4. *In ſplendoribus Sanctorum ex utero ante Luciferum genui te.* In divinæ gratiæ fulgoribus genita, & ſancti Spiritus iubare redimita, in veſtitu deaurato circumdata varietate, initium vitæ calcans dæmonis oculos perſtrinxit, & in faciem procidere coëgit. Fortiter & potenter, ſed & gloriosè cum hoſte congreditur, qui tempus victoriæ, & exultationis illius, in tempus ruinæ, & ſqualidi luctus cõvertit, tũcque eum cogit lamenta fundere, cùm carmen victoris intonabat. Verè ad honorem Mariæ inflectere poteris verba, quæ in arca capta Chriſtum Dominum cõſiderans piè excogitavit D. Ephrem ſerm.

D. Ephrẽ. de pretioſa margarita: *Dicunt Iudæi, ſe non credere Deum cum hominibus converſatum eſſe ut hominem. At quid maius, ô Iudæi, arca, an homo? Et in arca credis cõcluſum fuiſſe Deum, & ſuper terram in humana illum fuiſſe natura non credis? Nos, inquiunt, non credimus eum, ſi Deus erat, crucifixum fuiſſe. Sed cur in eo non es incredulus, quòd arca, quæ Deum continebat, ab alienigenis capta ſit? Quia ſicut illa videbatur ſuſtinere ignominiam; ita etiam Deus Verbum, quamvis impaſſibilis eſſet, per aſſumptionem tamen iniurijs, & contumelijs affectus eſt, dum ipſa ſcilicet aſſumptio crucifigeretur, & quemadmodum inter alienigenas ipſum Dagon deſtruxit, atque ſubvertit, ita etiam in cruce Chriſtus diabolum profligavit, ac vicit, & blaſphemos corripuit, cognitionemque divinæ ſuæ potẽtiæ infidelibus, vel iniurijs præbuit.* Profectò ex eo quòd Maria per communẽ naturæ alveum ad momentum primæ vitæ aſcendat, in quo periculum incurrunt omnes, & peccati ignominia linuntur; devicta à dæmone, & capta aliquibus appareret; ſed agnoſcant portentum arcæ in ea patratum, arcæque fortitudinem in illa exertam. Nã & arca myſterium epilogi vitæ Chriſti, & exordij vitæ Mariæ continet, & adumbrat. Etenim quemadmodum Chriſtus in ultima vitæ clauſula crucem aſcendens, peccatorũ ſupplicium, ignominiam quidem ſuſtinuiſſe videbatur; ſed verè triumphator erat, tunc dæmonem diſcerpens, caput eius confringens, & regnum diſſipans: ſic Maria in prima vitæ ſuæ periodo, in punctum illud primum ſcandens, in quo in infamiæ punitionem aguntur omnes. Videtur quidem tanquam capta arca, opprobrium paſſa; ſed propriſsimè tũc gloria triumphatricis enituit, nam dæmonem ſubegit, proſtravit, illiuſque caput comminuit & evertit imperium. Tunc enim vaticinium illud expletũ eſt, Geneſ. 3. 15. *Ipſa conteret caput tuum.* Gen. 3. 15.

32 Sed ſpecimen, & formam victoriæ, quam de Dagone reportavit arca, diſpicere ampliùs oportet. Sic eam refert textus 1. Reg. 5. 4. *Invenerunt Dagon iacentem ſuper faciem ſuam in terra coram arca Domini, caput autem Dagon, & duæ palmæ manuum eius abſciſſæ erant ſuper limen. Porrò Dagon ſolus truncus remanſerat in loco ſuo.* Pro quorum intellectu evolvenda eſt quæſtio, quare deiecto de altari ſimulachro, ſingulariter caput geminaque manus diſſecantur, & in templi limine pudẽdè exponuntur? Integrum corpus Dagonis cùm ſupereſſet, quo conſilio caput, & manus dũtaxat conciſſæ cadunt, nec cum corpore remanent abſciſſæ, ſed uſque ad limen templi feruntur ignominioſæ ſpectandæ? Verumenimverò hæc mirum in modum victoriam arcæ commendant, & pro nobiliſsima Mariæ origine velut glorioſi tituli ſtant erecta. 1. Reg. 5. 4.

& 2. Optimè cẽſuit Georgius Venet. tom. 1. de Hiſtor. ſacra, ſect. 8. problem. 446. per caput, & manus dæmonis intellectualẽ executricemque poteſtatem deſignari: *Caput, & manus Dagon abſcinduntur, ut innuatur intellectualis, & operativa virtus illius idoli à facie Dei eſſe penitùs colliſa, & ablata.* Annecte ſententiam Hugon. Victor. atteſtantis ſic: *Caput Dagon ſignificat ſuperbiam diaboli.* Superbia ergo diaboli ſignanter in primo crimine effulſit; quâ arietavit in priores parentes, viruſque ſuum in illos transfudit, conatum ſuum exequendo, quam operationem manus adumbrant; ac proinde caput, & manus Dagon quaſi ſingularia inſtrumenta, & arma extitêre, quibus felicis illius ſtatus innocẽtiam violavit, & corruptionis luem tranſvexit in poſteros Adæ. Igitur ut doceamur Mariam in arca adverſus primum peccatum inijſſe duellum, illius inſtrumenta convellit, nempè caput, & manus, quaſi illa ſingulariter disijciens, & confringens arma, quibus eam conatus eſt inimicus oppetere; ut ibi infamiâ afficiatur, pœnâque mulctetur, unde inſiluit in homines iniuria. Sed cur in limine apparent, ibique ludibrio exponuntur? O quàm ſapiens divinæ iuſtitiæ ordo, & recta puniendi forma! Vt ibi oſtentui reddantur, & exemplentur, ubi crimen tentarunt. Primum limen vitæ, & introitus eſt ſtadium pugnæ, & palæſtra certaminis, ubi originali telo in primis infixo parentibus diabolus illius ſobolem abſque ullo ſudore vulnerat: in illo vitæ limine quaſi conatus eſt adoriri Mariam; in limine ergo ſpolia ab hoſte parta, armaque diſrupta locentur; ut eo in loco pateat eius ignominia, & trophœum, ubi viguit temeritas; in limine ergo ſtatuatur ſuperbiæ caput, ubi pervium ſit calcationi, quo experiatur vaticinium, & ſciat in limine à fœmina illius caput eſſe conterendum. Nam quod optamus frequẽs eſſe pedum ſubactioni, in limine ſive in introitu figimus. Sic Ioſue civitatem Hai poſtquàm obtinuit: *Regem eius ſuſpendit in patibulo, & proiecit cadaver eius in introitu civitatis*, Ioſue 8. 9. in quem locum Theodoret. quæſt. 11. ait: *Iuſſit calcare pedibus cervices regum, ut audaciores facti alacriùs in acie conſiſterent.*

Georgius Venet.

Hugo Victor.

Ioſue 8. 9.

Theodor.

33 Iam aliud prodeat in medium arcæ Teſtamenti mirabile prodigium, ex quo Mariæ ingenuam conceptionem aucupemur. De inſtitutis ſolemnijs pro deductione arcæ in civitatem David ſic textus, 2. Reg. 6. 3. *Et impoſuerunt arcam Dei ſuper plauſtrum novum, tulerantque eam de domo Abinadab, qui erat in Gabaa: Oza autem, & Abio filij Abinadab minabant plauſtrum novum. Cùmque tuliſſent eam de domo Abinadab, qui erat in Gabaa cuſtodiens arcam Dei, Abio præcedebat arcã. David autem, & omnis Iſrael ludebãt coram Domino in omnibus lignis fabrefactis, & citharis, & lyris, & tympanis, & ſiſtris, & cymbalis. Poſtquàm autem venerunt ad aream Nachon, extendit Oza manum ad arcam Dei, & tenuit eam, quoniam calcitrabant boves, & declinaverũt eam. Iratuſque eſt indignatione Dominus contra Ozam, & percuſſit eum ſuper temeritate, qui mortuus eſt ibi iuxta arcã Dei.* Non levis nec facilè ſedandus tumultus perſtrepit inter Interpretes contendentes interitus Ozæ rationem indagare. Cur ſic ſubitò, quæſo, ira Dei efferbuit in Ozam? Quod illius crimen, quod tantum demeritum eſt ſupplicium? Quare Deus tantiſper non diſsimulavit, & expectavit, ſed populi iubilum, & exultationem mœſtitia intercepit, & publicam celebritatem quaſi lugubri habitu profanavit? Quid ſenſerim aperiam. Nam Ozæ delictum ex verbis illis, *& percuſſit eum ſuper temeritate*, mihi viſus ſum coniecisſe. Temeritas enim fuit Ozæ flagitium. Quid verò ſit temeritas explicat Angelicus Doctor 2. 2. quæſt. 53. ad 2. *Illa dicuntur fieri temerè, quæ ratione non reguntur*: ſtatimque ſubdit: *Vnde temeritas ſub præcipitatione continetur.* In corpore autem articuli docet, præcipitationem conſiſtere in motu quodam voluntatis proterente rationis gradus: qui ſunt *memoria præteritorum, intelligentia præſentium, ſolertia in conſiderandis futuris eventibus, ratiocinatio conferens unum alteri.* Hinc eſt, quòd quando proximi facta recenſemus, vel functiones, & actiones in iudicium vocamus, ſi eas decernimus graviter prauas, & peccaminoſas, levibus ducti rationibus, & parvi ponderis circunſtãtijs allecti, tũc verè iudicium noſtrum præcipitatur, & libramen rationis exorbitans dicitur temerarium. Igitur cùm Oza temeritatis arguitur in arca nutante firmanda, verè peccatum eius in eo ſitum fuit, quòd levi exilique nixus fundamento ſanxit arcam obliquis vitulorum motibus vacillantem fore lapſuram. Sed ex his ampliùs difficultas innodatur; quis enim ſanæ mentis arcam cùm videret bobus ludentibus fluctuantem caſus periculũ non timeret? Quis plauſtri concuſsionibus contrarijs illã ſuccuſſam motibus, atque hûc illûc ſe vergentem ſpectans illius ruinam non formidaret? Meherclè imprudentiæ videretur incuſandus, qui inclinatæ tunc arcæ manum apponendo non ſuccurreret. Sub his latet myſterium. Nam ſi Teſtamenti arca fuiſſet pondus

2. Reg. 6. 3.

D. Thom.

dus aliquod vulgare, ſi univerſalis providentiæ, quâ communiter reguntur omnia, orbitam tenêret, ordinem ſequeretur; profectò nullâ eſſet temeritatis notâ taxandus, qui eam tunc in terram deijciendam arbitraretur. At cùm arca extitiſſet ſacra, ſpeciali Dei conſilio fabricata, ut cœleſtibus gravidaretur arcanis, & quæ Deum haberet aurigam, eam exiſtimare communibus legibus ſubijci, nec aliud de illa ferre iudicium, quàm quod naturalis infirmitas exigit, abſque dubio temeritas fuit, rei circumſtantias non librans, dignitatem non appendens, nec de eis conſulens rationem. Næ commotionibus aut impulſibus, quo reliqua præcumbunt onerâ, ſacram arcam diſcrimen ſubituram non oportebat iudicare. Optimè Abulenſ. rem expedit quæſt.

Abulenſ. 28. in 1. Paralip. *Peccavit Oza tangendo arcam, quia bobes modicum inclinaverant eam, & non videbatur caſura; ipſe tamen voluit tenere eam, ideò ſupervacuè egit, & fuit temerarius in hoc.* Verè inhonora de Deo exiſtimatio eſt, cenſere eum non propriori providentiâ, & ſingulari privilegio arcam illum proſecuturum, ne ſicut cæteræ caderet, quâ divinitas erat cõtegenda. Hoc mihi viſus eſt Deus innuiſſe, cũ ait de Oza textus 1. Paralip. 13. 20. *Et mortuus eſt ibi coram Domino.* Sed cur coram Domino ſupplicium ei infligitur? Aut quo pacto coram Domino ſuæ temeritatis pœnam luit? Coram Domino mortuus dicitur Oza, quia coram arca diſperijt, quaſi in unam dignitatem, & nomen coëant Deus, & arca; ut erudiamur, cùm de lapſibus agitur, aut de ijs quæ ruinam indicant, quaſi eodem modo de arca ac de Deo ſentiendum; & quêadmodum temeraria præſumptio foret cogitare, Deum eâ vi inclinandum, quæ deprimit alios: Deus enim incõcuſsibilis eſt: ſic proportione habitâ de arca ſentiendum, quapropter temeritas contra arcam Dei iniuria reputatur. Et ideò coram arca interijſſe deſcribitur Oza. Rẽ firmat Abu-

Idem. lenſ. ubi ſuprà, quæſt. 30. *Quare dicitur, quòd mortuus eſt coram Domino Oza? Reſpõdetur, quia mortuus eſt coram arca, & in illa erat Deus ſpecialiter, ideò dicebatur mori coram Domino. Ratio autem quare mortuus eſt corã arca, erat, ut puniretur in eo, in quo deliquerat.* Iam ex his mentibus noſtris ſplendeſcet ratio, ob quã David de Maria varicinium edens, ſub arcæ teſtamẽti typo eam pandat: *Et arca ſanctificationis tuæ.* Nempè quia ingenti divinæ iuſtitiæ miraculo oſtentavit Deus non ijſdem legibus aut rationibus metiendam arcæ dignitatem, quibus aliarum univerſalitas mẽſuratur; in arca tunc nobilia indicia erigẽs, illuſtriaque inſignia affigens pro Maria, quæ communibus non eſt arctanda, & comprimenda legibus, nec iuxta naturalis iuris regulas de illa iudicium ferendum, nec eius pertimeſcendus lapſus, ubi aliorum eſt pervius, & ſecundùm præſcripta naturæ neceſſarius. Nam ſi temeritas corrupit Ozam, dum ei ſuaſit, arcam eo motu labefactandam, cui ſuccumbunt aliæ, timeat, ne in temeritatem impingat, qui communem legũ tramitem cogit intrare Mariam, returque ea illam fluctuatione proſternendam, quâ reliqui procidunt filij Adæ. Arca enim quæ in Deum incapabilem capiendum præparatur, naturæ alveum exundat, vulgarem illius curſum non inſectatur, illius non conſtringitur inſtituti laqueis. Aliud autem cogitare, quaſi iniuriam in Deum refundere eſt: ideò ipſe quaſi ſub nomine Mariæ vult comprehendi, cùm de illa aliqua ruinæ perſtrepit ſuſpicio, & dicitur Dominus arca, & arca Dominus, unde cecidiſſe Ozam corã Domino, coram arca cecidiſſe fuit; ut vereatur quis Deo invadere iniurius, cùm ſub fluctuationis offucia Mariam putat fuiſſe periclitatam.

34 Ni velis vatidicum intellectũ præ oculis habuiſſe ſpectaculum illud demirandum; cùm (ut alibi attigimus) naturæ fluxu non ſubſiſtente ſolùm, ſed rebitante (ſenſerat enim habenas cõtraxiſſe, compreſsiſſeque rectricem manũ) Iordanis fluvius nativitatis oblitus, & velùt inſcius, fluenta in originem ſuam impulit, cõpulitque, & eius undæ remeantes fluctibus ſupervectis fraterniſque innitentibus dorſis montium fabricam cryſtallina è materia conſtruentes æther convoluto & celeri curſu illud expugnaturæ videbantur, ut arca ſacerdotalibus inſiſtens humeris arido veſtigio alveũ ingrederetur. Et quò cõglobatus ille aquarum cumulus, niſi tumulus naturalium legũ præextitit, ut dum illis exequiarum faſtum parari præfigurabatur; tunc Maria ſanctitatis culcitra innitens, alveum vitæ ſiccâ & ſtabili plantâ præoſtenderetur intrare. Richardus de S. Laurent. aliâ viâ divertit, expendit enim exundaſſe Iordanem tunc, aquaſque extra ſuum effuliſſe alvum, & alveum. Nam textus ait: *Iordanis autem ripas alvei ſui tempore meſſis impleverat,* Ioſue 3. 15. ut dum arca, quæ præferebat Mariam, apparebat foſſam Iordanis permeatura, quemadmodũ Maria vita alveũ, cognoſceretur gratiã tunc effluxurã naturales uſitaraſq; metas traiecturã, nec ordinarijs legibus adſtrigendam. Sic enim lib. 12. de B. Mar. ait: *Tempore meſſis multiplicat Iordanis aquas ſuas, Ioſue 3. ſic multiplicatæ aquæ gratiarum in Virgine.*

Ioſue 3. 15

Richar. de S. Laurent.

§. VI.

§ VI.

Illuſtratur locus præfati Pſalmi ex cap. 11. Apocal. 19. 12. 1. & adſtruitur ſacramentum arcæ explicari per viſionem mulieris Sole amictæ, ex eaque ſtabiliri Marianæ myſterium illibatæ conceptionis.

35 *CVr poſt revelationē arcæ teſtamenti oſtendatur Ioanni ſpectaculum mulieris induentis Solem? Ex Ildephonſ. Richard. & Anſelm. Apparuit ſignum in cœlo, ut commendaretur loci dignitas, ex Areta. Qua ratione Maria dicitur æqualis Angelis, Aretas illuſtratus.*

36 *Chriſtus, & Maria ſub Solis nomine quaſi æqualiter præſignatis, & quam ob cauſam. Explicatus Pſalm. 92. 2. ex Lorino, Epiphan. & Bernard.*

37 *Ad præfatū inſtitutū enucleatus Pſal. 18. 6. ex Sinait. & promicat amplius ex loco 1. Corint. 15. 41. per Richard. de S. Laurent.*

38 *Eadē ſtabiliuntur ex Richard. & Bernard.*

39 *Prima ratio ob quam nomen Solis puriſſimam Mariæ conceptionem firmet, ex Richard. de S. Laurent.*

40 *Cur Sol conditus in die quarto, cùm lux prodierit prima die? Vt in mundi fronte diſcrimen ſtatueretur inter puriſſimam Chriſti conceptionem, & ſpurcam reliquorum hominum, ex Anaſtaſ. Sinait. Hinc deducitur ſecunda ratio, ob quam Maria nomen Solis habet, nempè quia Sol inſigne Chriſti intemeratæ generationis geſtat.*

41 *Idem deducitur ex ſententia Procopij aliter ſentientis de creatione Solis, & illuſtratur ex Sinaita.*

42 *Eiuſdem abſtruſus, & difficilis locus ſtrenuè, & noviter elucidatus.*

43 *Quem Marianæ vitæ ſtatum, & tempus deſignaverit amictus ſolaris mulieris, facem præfero Bernardi verbis ex ipſiusmet ſententia, & infero tempus præindicaſſe conceptionis. Deus veluti zelotypus ſuæ beneficentiæ, Luc. 1. 28. ex eodem Bernardo.*

35 VErè Regius Vates viſus eſt Ioāni Evangeliſtę nictaſſe, ut mentem ſuam plenius referet, quâ Mariam ut arcam teſtamēti cōcepit. Ideòque Ioannes quaſi germanâ ſequelâ, & myſterioſo nexu fœderatas duas ſibi factas revelationes commemorat. Poſtquàm enim cap. 11. 19. dixiſſet: *Et apertum eſt templū Dei in cœlo, & viſa eſt arca teſtamēti eius in tēplo eius, & facta ſunt fulgura, & voces, & terræmotus, & grando magna*: illicò cap. 12. inchoans, quaſi rem non abrumpens, ſed potius coniunctionis fibula complicans, ait: *Et ſignum magnum apparuit in cœlo, mulier amicta Sole, & Luna ſub pedibus eius, & in capite eius corona ſtellarū duodecim.* Sub arcæ teſtamenti ſpecie Mariam Ioanni apparuiſſe ſententia eſt Ildephonſ. ſerm. 1. de Aſſumpt. B. Mar. *Et apertum eſt templum Dei in cœlo, & arca teſtamenti eius viſa eſt: Quæ profectò arca non illa Moyſi fabricata, ſed B. Virgo Maria eſt, quæ hinc iam tranſpoſita erat; quam B. Ioannes Evangeliſta teſtis veritatis, cui commiſſa eſt, fortè recognoſcens venerabiliter affatur.* Subſcribit Richardus de S. Laurent. lib. 10. *Maria* (inquiens) *dicitur arca teſtamenti Apocal. 11.* Quod verò hæc viſio arcæ teſtamenti cum ſequenti de muliere amicta Sole connectatur, indicat illa cōiunctio, &, quâ poſt ſpectatam arcam Ioannes exorditur, cap. 12. *Et ſignum magnum apparuit in cœlo*; quod quidem non latuit Anſelmum, nomine Ioannis aſſerentem: *Ex his vidi quamdam figuram, magnum quiddam ſignificantem in cœlo, quia res cœleſtis fuit, quæ apparuit.* Igitur Ioannes myſteria, excellentias, prærogativaſque Mariæ, quam oſtenſam accepit in arca, clariùs & apertiùs cognovit ſigno ſubſequenti: *Signum magnum Virgo mater*, ait Richardus lib. 4. *nec antè nec pòſt ſimile viſum.* Sed ubi apparuit ſignum? Vtique *in cœlo.* Locum ſigni ſpectati perpendens idem Richardus lib. 12. ſerm. de Aſſumpt. Mar. inquit: *Verè enim magnum eſt, quidquid cœleſte eſt, ſed minimum quidquid terrenum eſt, quia terra eſt, quaſi punctum, ſive centrum cœli, cœlum verò quaſi magna camara circumquaque diffuſa.* Palàm facta eſt Maria in cœlo, ut à dignitate loci illius puritas dignitaſque pateret: Maria namque cœleſtis ſemper conſideranda eſt, ſemper ſublimis, ſemper excelſa, nunquam infecta, neque iacturam paſſa, humanū primi parentis contagium fœdavit quidē terram, ſed illius corruptus vapor cœlum non attigit, maledicta eſt propter illud terra, originalemque ſuam felicitatem, & fœcūditatem deperdidit, illæſo, & illibato cœlo permanente, originis ſuæ nobilitate retentā: ideò Maria tanquam cœli pars purior, nobilior, defœcatior viſa eſt in cœlo.

Apoc. 11. 19.

Ildephonſ.

Richar. de S. Laurent.

Anſelmus.

Richardus.

Idem.

Non

Aretas. Non quidem ab hac mente abſcedit Aretas, cùm ait: *Eius matrem utpotè puram, & à terrenis rebus liberam, & alienam, in cœlo eſſe deſcribit, & non in terra, vt quæ Angelis æqualis ſit.* Hæc ultima verba expendenda: & in primis inquirendum eſt, quare B. Virgo æqualis, & nō ſuperior Angelis ab Areta accerſatur? Deinde quare ex eo quòd æqualis Angelis evaſerit, inter cœleſtia debeat adnumerari, & ideò in cœlo apparêre? Credo, Mariam æqualem Angelis conſideraſſe Aretam, non quòd illam Angelorum Reginam non agnoverit, vel quòd cumulatioribus gratiarum copijs affluxiſſe quàm illos ignoraverit, ſed ob ipſius originalē nobilitatē obſervatam, in hoc enim par Angelis videtur emerſiſſe Maria, quòd reliquis ab ingenua ſua origine degenerantibus, originali ipſa decore vernavit, in quo videtur Angelis ſupernis ſimilis, qui apoſtaticis copijs à generoſa ſua origine in infima corruentibus, nobilitatis ſuæ primitivum florem retinuerūt. Ex quibus perpendas, quæſo, mirabilem rerum ordinem, & proportionem: quia degeneres Angeli à ſua origine deficientes in terram deturbati ſunt, quæ veluti regnum eſt vilium animorum à conſpicua origine deficientium, ut pares cum paribus verſentur, & converſentur. Ideò conſentaneum valdè fuit, ratioque exigebat, ut auguſta Maria, quæ ſingulariter nobilitati originali innixa invenitur in terris, cœlo adſcriberetur, ibique illi municipium aſſignaretur, ubi reſident ſpirituales intelligentiæ primitivæ ſuę gloriæ poſſeſſores, ut æquales æqualibus admiſceantur, pariterque inter ſe communicent. En quare æqualem Angelis Mariam Aretas acciverit, & ex hac æqualitate dignum fuiſſe ut in cœlo tanquam cœli civis apparuerit, fuerit argumentatus.

36 *Mulier amicta Sole*, ex his verbis velim celſam Mariæ agnoſcas, & demireris dignitatem, cui quidem Chriſtus Dominus, ut parem referat gloriam, eique ſimilem valdè quàm ab ipſa acceperat, Solis illam indumento illuſtrat, divinitatiſque ſplendoribus circumornat. Pro cuius rei luculentiori diſſertione intellectum accipe loci Pſalmi illius 92. 2. *Dominus regnavit, decorem indutus eſt.* Quæ verba optimè percallebis, ſi intelligas decorem, quo induit ſe Dominus, Solis fuiſſe ſplendorem, & phœbeam gloriam, unde Regij Vatis mentem rectè expones, ſi dixeris: Dominus regnavit, Solem indutus eſt, vel Solis iubare accinctus eſt. Quamobrem Lorinus noſter varias huius loci verſiones perſtringēs ita ait: *Decorem indutus eſt. Pſalteriū vetus, & Romanum, Arnobius, Auguſt. Caſſiodorus, Ambroſ Gregor. Bernard. Hieronym gloria: Alij ſplendore, celſitudine, magnificentia; vel veſtivit ſe veſtibus regijs, quæque deceant Regem: regnat cum decore, pompa, maieſtate, magnificentia, ſplēdore: ampla, copioſaque gloria.* Ecce lucis apparatum, lucis arma, Soliſque pompam, pro veſtimentis Domino regnanti extitiſſe. Sed quando regnavit Dominus? Quando amictu Solis indutus? Verè quando illius eſt incarnatio compacta, & in Mariano alvo carnem ſumpſit. Quaſi ex Mariæ viſceribus tegumentum ſibi Dominum paraſſe, idem fuerit ac veſtibus regijs, & ſolaribus radijs circumdatum proceſsiſſe in regnum. Sic locum explicuit Epiphanius Hæreſ. 69. *Velut dicit in 92. Pſalmo. Dominus regnavit, decorem induit, quò oſtendat ingreſſum Dei Verbi à cœleſtibus in mundum induiſſe decorem, hoc eſt carnem ex Virgine natam.* Epiphan. Ergo Chriſtus virginea carne, quam ſumpſerat de Matre, indutus inſtar Solis apparuit, & illius ab utero egreſſus, effuſio, & partus Solis fuit. Quare Chriſtus Dominus, ut æqualem, vel quaſi æqualem Mariæ rependat gratiæ viciſſitudinem, Solem illam quoque efficit, & Sole amicta prodit, radijs à penita divinitate in Mariæ alvo recondita exorientibus, & corpus illius velut pellucidam cryſtallum pervadentibus, ut exterius coronent. Opportunè Bernard. ſerm. in præacta Apocal. verba ait: *Mulier amicta Sole, planè amicta lumine, tanquā veſtimento. Quàm familiaris et facta es Domina, quàm proxima, imò quàm intima fieri meruiſti, quantam inveniſti gratiam apud Deum! In te manet, & tu in eo, & veſtis eum, & veſtiris ab eo, veſtis eum ſubſtantia carnis, & veſtit ille te gloria ſua maieſtatis.* Bernardus.

37 Accinit profectò regium Davidis vaticinium pariter Chriſtum, & Mariam Phœbeo iubare amictam demonſtrans, ſimulque utrique Solis nomen indens: Pſal. 18. 6. *In Sole poſuit tabernaculum ſuum, & ipſe tanquam Sponſus procedens de thalamo ſuo, exultavit ut gigas ad currendam viam: A ſummo cœlo egreſſio eius, & occurſus eius uſque ad ſummum eius; nec eſt qui ſe abſcondat à calore eius.* Quibus verbis apertum eſt, gemini Solis fieri mentionem. Nam alius erat Sol in tabernaculum ſeu tentorium extructus, & paratus: *In Sole* (inquit) *poſuit tabernaculum ſuum.* Alius autem qui *tanquā Sponſus*, nuptialia præferens ornamenta, maieſtatis gloriam explicans, virtutiſque ſuæ exerens vigorem, & potentiam, ut amorem præripiat Sponſæ, *procedens de thalamo ſuo: exultavit ut gigas*, indefeſſo, & conſtanti protelo, ad cur-

Pſal. 92. 2.

Lorinus.

Pſal. 18. 6.

currendam ſtatutam *viam*, *à ſummo cœlo*, nempè Oriente, *egreſsio eius*, *& occurſus eius uſque ad ſummum eius*, ſcilicet Occaſum, duas cœli extremitates, ſeu ſummitates curſus ſui celeritate occupans, unde cecinit: *Nec eſt qui ſe abſcondat à calore eius.* Docemur ergo Prophetam ſub duplici Solis nomine de Chriſto, & de Parente Maria edidiſſe vaticinium. Maria namque Sol fuit, in qua tabernaculum ſuum fixit Chriſtus Sol, à quo egrediens curſus ſui initia inchoaret, metaſque perficeret. Sic præſentem locum interpretatur Ildephonſ. ſerm. 2. de Aſſumpt. Anaſtaſ. Sinait. lib. 4. Hexamer. *Per hoc diſcamus propheticè Solem, nempè Chriſtum, in cœlo currentem.* Epiphanius hom. de laudibus Virgin. *Ex Sancta puella Virgine Maria ſponſus procedit Chriſtus iuxta ſuavem Davidis Prophetæ cancionem: In Sole poſuit tabernaculum ſuum; &c.* Clarius Ioan. Damaſcenus orat. 1. de Nativitat. B. Mar. *Sempiternum enim illud lumen, quod ex ſempiterno lumine antiquiorem ſæculis exiſtentiam habet, ex Maria corporatur, ac tanquam Sponſus de thalamo prodijt, Deus exiſtens, ac poſteà terrenus factus gigantis inſtar exultavit, ut naturæ noſtræ viam currat.* Hinc ſanè mirum inſurgit dubium, nam Maria videtur Chriſto exæquari, cùm uterque pariter per Solis pompam enuntietur; item caro Mariæ quamdam videtur cum divinitate partilitatem ſuſtinêre, ſiquidem Chriſtus cùm Mariæ induit carnem, inducitur velùt Sole accinctus: Maria item cùm divinitate occupatur, ex æquo Sole invehitur amicta. Quid ergo, numquid in eamdem coëunt maieſtatem, eoſdemque ſplendoris gignunt partus, divinitas, & Mariæ caro? Memini dixiſſe Apoſtol. 1. Corint. 15. 41. *Alia eſt claritas Solis, alia claritas Lunæ, & alia claritas ſtellarum.* In quem locum Richard. de S. Laurent. lib. 4. de laudibus Mar. *Claritas alia Solis, ideſt Chriſti, alia claritas Lunæ, ideſt Mariæ, alia claritas ſtellarum, id eſt cæterorum Sanctorum.* Si Solis claritas ut propria Chriſto attribuitur, & eſt veluti inſigne, quo à Maria, reliquiſque iuſtis diſcernatur, quo pacto Regius Vates, Ioanneſque Evangeliſta ſingularem hanc Chriſti notam, nobileque maieſtatis ſuæ indicium Mariæ addicunt, dùm alter amictam illam Sole perhibet, & Solem ipſum effectam proclamat, alter verò tam ſuper Chriſtum quàm ſuper Mariam, Solis gloriam, & nomen expandit? Credam, hanc fuiſſe divinæ providentiæ ſolertiam, & ingenium, ut Mariam prædicaret ab omni peccato immunem, & in hoc valdè ſimilem evaſiſſe Filio totius labis ab origine experti. Licèt enim ſplendor ſanctitatis Marianæ in immenſum à iubare ſanctitatis Filij diſcriminetur, quapropter Maria ut Luna coram ſolari Filij apparatu ſtatuitur, ſicque Apoſtolus rectè ait: *Alia eſt claritas Solis*, utique Chriſtus, *alia claritas Lunæ*, nempè Mariæ. Cæterùm contendens Spiritus ſanctus originalem Mariæ ingenuitatẽ divulgare, in Eccleſiæ cœlo eam pariter Solis radijs accinctam ac Filium firmat. Tùm quia in dediſcentiâ, & ignorantia originalis noxæ quaſi pari gloria Maria ac Filius curſum inchoavit. Tùm quia originalis nobilitas aptius ſanè per Solis genuinum, & nativum ſplendorem, quã per Lunæ deciduũ & mutabile lumen indigitatur.

Ildephonſ. Anaſtaſ. Sinait. Epiphan. Ioan. Damaſcenus. 1. Corinth. 15. 41. Richardus.

38 Hinc eſt, quòd Richardus de S. Laurent. lib. 12. de laudibus B. Mar. ex Solis nitore in Chriſto Domino prominente illius infert nobiliſsimam originem: *Notandum ergo* (inquit) *quòd Sol in quinque privilegijs præeminet univerſis luminaribus cœli, ſic & Chriſtus Dominus Sanctorum ordinibus univerſis, quia non eſt ſanctus ut eſt Dominus*: & cùm de magnitudine primò, & ſecundò de calore diſſeruerit, illicò ſubiungit: *Tertiò in claritate, clarior eſt enim Sol quàm Luna & omnia Sidera. Tullius: Sol quaſi ſolus lucens, id eſt præ cæteris cœli luminaribus. Hæc Solis claritas eſt Chriſti puritas, qui peccatum non fecit, 1. Petr. 2. Qui eſt ſpeculum ſine macula, Sapient. 7.* Rectè igitur Chriſtus Dominus Sol nuncupatur, quia quemadmodũ Sol præ cæteris luminaribus ſolus ſplendidus, & fulgidus: ſic Chriſtus ſolus poſt Adæ lapſum, qui reliquos homines puritate ſuperet, ſingulariter enim ab origine purus, & omni obſcuritati peccati innatans exiſtit. Atverò idem Richardus ubi ſuprà ſerm. de Aſſumpt. B. Mar. explicans quare amicta Sole in cœlo fuerit conſpicua, ait: *Dicitur Maria amicta Sole, quia caruit omnis peccati obſcuritate, & hoc etiam in præſenti*: Ecce quàm ſibi fidus conſtiterit Richardus in exponenda maieſtate, & dignitate Solis, Filium & Matrem pariter cõtegente. Nam ſicut poſt primi hominis Occaſum Sol eſt Chriſtus, id eſt ſolus, qui inter homines originali fulgore ſplendicaverit, ſic poſt primæ mulieris ruinam Sol eſt Maria, id eſt ſola, quæ inter fœminas conſpicuo originis nitore coruſcarit: & lib. 5. explicans idem Richardus illud Pſalm. 18. 6. *In Sole poſuit tabernaculum ſuum*, inquit: *Toti mundo innotuit Chriſtum natum eſſe de Maria Virgine. Vnde Pſalm. 18. de Apoſtolis: In omnem terram exivit ſonus eorum, dicentium de Chriſto: In Sole poſuit ta-*

Richardus. Idem. Idem.

tabernaculum ſuum, ideſt carnem ſuam, quam aſſumpſit in ea, quæ ſcilicet virgo clara erat, & lucida ut Sol per omnimodam puritatem. Quid clarius, & elegantius? Nec enim omnimodâ puritate inſtar Solis ornata eſſet Maria, ſi in originali defeciſſet, & primam curſus ſui lineã inchoaſſet univerſali caligine atrata. Nec ſanè diſſentit Bernardus. Bernardus ſer m. de verbis Apocalyp. *Iure igitur Maria Sole perhibetur amicta, quæ profundiſsimam divinæ Sapientiæ, ultra quã credi valeat, penetravit abyſſum, ut quantum ſine perſonali unione creaturæ conditio patitur, luci illi inacceſsibili videatur immerſa. Illo nimirũ igne Prophetæ labia purgantur; illo igne Seraphim accenduntur, longè verò aliter meruit Maria non velut ſummatim tangi, ſed operiri magis undique, & circumfundi, & tanquam ipſo igne concludi. Candidiſsimus ſanè, ſed & calidiſsimus huius mulieris amictus, cuius omnia tam excellenter irradiata noſcuntur, ut nihil in ea non dico tenebroſum, ſed obſcurum ſaltim vel minus lucidum, ſed ne tepidum quidem aliquid, aut non ferventiſsimum liceat ſuſpicari.* Quæ verba ſic explico, ut intelligam, Bernardum non de gloria, aut ſanctitate Mariæ in aliquo ſpeciali vitæ eius ſtatu fuiſſe prolocutum; ſed de gratiæ plenitudine integrum ipſius vitæ curſum ambiente, illud indicãt verba illa: *Luci illi inacceſsibili videatur immerſa*, immerſum dicitur illud aquâ, cuius nulla vel tãtilla pars ex aqua emergit, vel non contecta apparet: ſi curſum Marianæ vitæ ſpectes, illumque cum fluentis gratiarũ, & lucis divinæ ſplendoribus, quibus circumfuſa fuit, metiaris, immerſam hoc ſpatioſo, & exundanti mari Mariam dices, quia vitæ illius nullum momentum extra illud, aut ſine illo fuit. Hunc intellectum adſtruit verborum ſequentium contextus: *Illo nimirum igne Prophetæ labia purgantur, illo igne Seraphim accenduntur: longè verò aliter Maria meruit, non velut ſummatim tangi, ſed operiri magis undique, & circumfundi, &c.* Iſaiam, & Seraphim in teſtes adducit; Iſaiam, inquã, in quo ignis divinæ gratiæ actualia peccata excoxit, & abſterſit; Seraphim, quæ ab origine illo fuerunt inflammata, & nobiliſsimum initium nacta: hæc autem ſumma, & veluti epilogus extiterunt eorum, quæ divini ignis ſplendore circumducto in Maria patrata ſunt, nam cœleſtium gratiarum ardore meruit operiri magis, & circumfundi, ut ſacro igne concluſa, & ab actualibus præſervaretur, & puriſsima origine inſtar Seraphim conſpicua emineret, univerſali labe longius protelata. Cæterùm ſi in hæc nõ intendiſſet Bernardi mens, nihil ſingulare de Maria prædicaret; nã forſan aliqui præceſsêre viri Apoſtolici, vel ſaltim Apoſtoli, qui divinæ gratiæ circumfuſione, & valle fuêre protecti, ut ab actualibus præſervarêtur: & iuxta plurium ſententiã Ioãnes Baptiſta in venialia ne laberetur, fuit præmunitus. Quapropter appoſitè ad noſtram interpretationem ſubijcit Bernardus: *Candidiſsimum ſanè, ſed & calidiſsimum huius mulieris amictus, cuius omnia tam excellenter irradiata noſcuntur, ut nihil in ea non dico tenebroſum, ſed obſcurum ſanè vel minus lucidum, ſed ne tepidum quidem aliquid, aut ferventiſsimum liceat ſuſpicari.* Voca in trutinam verba illa, *cuius omnia, &c.* Quæ omnia? Rogo. Verè omnia, quæ Mariæ ſunt: omnia vitæ illius ſpatia: omnia, quæ ad Marianam vitam pertinent. Nam ſi eius conceptio opaca, & conſperſa communi tenebrarum ſorte præviſſet, verè omnia eius excellenter irradiata nõ noſcerentur. Sed & verba illa Bernardi lancẽ expoſcunt: *Vt quantũ ſine perſonali unione creaturæ conditio patitur, luci illi inacceſsibili videatur immerſa.* Ex quibus verbis elicio, nullam unionem myſticam, & moralem perfectiorem arctioremvè poſſe excogitari eâ, quâ Maria fuit divinitati copulata, unde unita luci inacceſsibili fuit quã tum ſine unione perſonali creaturæ conditio patitur. Sicut ergo Theologi, ut unionis hypoſtaticæ dignitati conſulant, aſſerũt ex vi huius unionis exigi naturam, cui verbum copularetur, puriſsimam, & totius expertem labis, indecorum enim eſſet valdè, naturam per unionem á tanta perſona aſſumptam, univerſali humani generis deliquio, aut languori ſubiacuiſſe aliquãdo: ſic ego probabili pietate philoſophor, unionẽ illam myſticam, & moralem, quæ ſupremũ occupat verticem, & eſt omnium perfectiſſima, aliquid huiuſmodi pro ſui dignitate, & reverentia efflagitare; valdèque eſſe cõſentaneum, & Deo dignũ, ut creatura, quæ hac intima, & penita unione divinitati eſt annectenda, adeò puriſsimam originẽ ſortiatur, ut in invidiam, & iniuriam divinitatis videatur affirmati, eam aliquando defectum paſſam, & ſub dæmonis proſtratam ditione.

39 Conducit autem Solis nomen ad originalem nobilitatem teſtandam multiplici ratione. Etenim ſolares radij ſi in aliquem immundum, & corruptionem halantem rictum immittantur, nullam infecti halitus participant iniuriam, & cùm in luteam cœnoſamque, ac putrem deſcendunt materiam, illius turpitudinem, & ſpurcitias illæſo tramite percurrunt, ut optimè Richar-

Richardus. chardus de S. Laurent. lib. 12. *Sol per immunda loca tranſiens, nullas inde contrahit immunditias.* Quid pulchrius pro Chriſti Domini ſimul & Dominæ Parentis illuſtri origine commẽdanda? Ipſe enim deſcenſum in humanam naturam peccati hiatibus fatiſcentem, & peſtiferum ſpirantem fœtorem adornans exultavit ut Sol ad currendam viam, à ſummo cœlo egreſsio eius, & ideò naturæ venena diſſolvit, non communicavit, tenebras illuſtravit, non paſſus eſt. Simul & Maria mater communem vitæ viam ſcandalis ſtratam, immunditijs irriguam ingrediens ſingulari privilegio Solis exortum habuit, quocirca in ſcandala non offendit, immunditijs affecta non eſt.

40 Deinde non diſtortè ſcopum noſtrũ collimabimus, ſi ad Solis creationem recurrerimus. Pro quo ſciendum eſt, primo creationis die lucem divinæ vocis imperio fuiſſe productam; deinde Solem quarto die conſtitiſſe effectum. Si verò inquiras, quare à primordio Sol non effulſit, & totius creationis tenuit faſtigium? Si enim tribus diebus, orbis tam ſplendido oculo veluti cæcutiens caruit, quænam erat lux illa, quam primitus Deus mundo impertijt? iuxta duplicem ſententiam bifariam ſatisfaciam. Aſſerit prima, in orbis incunabilis lucem fuiſſe à Deo conditam tenuem quidem, & exilem, & qualis dubiũ ſplendorem in matuta incipit expandere: quarto verò die lucis plenam pompam fuiſſe in Solis molitione explicatam, & obſcuritatẽ illam, quæ luminis partum veluti obturabat, fuiſſe penitus excuſſam, ficque luminis fontem radiorum ſuorũ aperto gurgite effudiſſe fluẽta. Si autem perconteris ulteriùs, quamobrem divina opifex Sapientia ſic lucis præparavit, & diſpoſuit creationem, ut nubila primitùs emergeret, deinceps verò regio apparatu, nempè fulgentiſsimis iubaris ſpiculis coronata? Præſto ſum, ut atteſter, in eo providentiæ ordine ſtrenuũ fuiſſe obvelatum ſacramentum. Nam conſiliũ Dei fuit in prima fabricæ mundialis fronte, diſcriminis depingere imaginem, quod inter Chriſtũ Dñm ab omni peccato immunẽ, & iuſtorum cuneũ Adæ nebula fuſcatũ, erat futurum; iuſtos itaque in ſubnigra illa luce præoſtendit, quia quemadmodum prima illa lux à tenebris veluti trahit ortum, à quarum reliquijs quaſi ſe paulatim exuit; ita ſanctorum vita ab obſcuritate primi peccati Adæ initium habet, & illius caligine ceu compacta curſum ſuum provehit, & ob Adæ maculam lux divina in illis apparet veluti exigua, & obſcura, & radios ſuos complicans; in Sole autem Chriſtum Dominum præfiguravit. Quemadmodum enim Sol in ſui productione nõ ſolùm tenebrarum horrore non fuit infectus, omnem ignorans caliginis officiam, verùm adverſus univerſa noctis armamẽta munitus, & inſtructus prodijt, cuius ad primum exitũ ſeu aſpectum obſcuritatis miniſtri fugaces evaneſcunt, ſic Chriſtus Dominus in ſui incarnatione, non ſolùm primæ Adæ caliginis ſucco non fuit illitus, ſed in illam proſiluit armatus, procul illam, non à ſe ſolùm, ſed ab orbe amandãs, ſicut enim corã Sole ſtatim ac apparet, nequit conſiſtere nox, quin pereat illicò, ſic primum ſpiritũ hauriente Chriſto, nox peccati ab Adamo exhalata oppidò retrograda exinanita diſparuit. Itaque Sol originalis nobilitatis primum vexillum in orbe elatum fuit. Accipe Anaſtaſ. Sinait. rem perbellè meditantem lib. 4. Hexamer. *Sol iuſtitiæ, quẽ prius ſignificavit iſte Sol, qui quarto die fuit à Deo conditus, quoddam novum, & dignum quod ſcrutemur myſterium nobis oſtendit, propterea quod quarto die factus eſt. Nam lux quidem trium dierum præcedentium expãſa ac diſperſa per totam univerſitatẽ, oſtendit lucem increatæ Trinitatis quocumque pervenire, & nullum relinquere locum in ea vacuum. Quando autem primo die fabricatur orbis Solis, & lux illa, quæ eſt ubique præſens, in eo ponitur, hoc ſignificat quòd divina illa lux in orbe quodam primũ quidem ponitur obſcura ob peccatum Adami, poſteà autem lucida propter unionem in Deo per hypoſtaſim, in abiecto ſcilicet, & contempto homine, quem filius hominis ſibi aſſumet ex tota obſcura, & tenebricoſa humanitate.* En quomodo primævæ lucis obſcuritas flagitij Adæ nebulam portendebat, quæ quidem æterni luminis iubar ſe rebus impertiens, & communicans veluti contrahebat, ac quaſi coërcebat arctari. Sol autẽ in cuius origine mundiſsimum lumen erupit, Chriſti Domini puriſsimam ingenuitatem præconizabat, naturã ex obſcura quidem, & tenebricoſa humanitate aſſumẽtis, ſed à tenebris deterſam prorſus, & numquã participẽ. Igitur ſi Sol primus Chriſti præextitit originalis puritatis teſtis & index, & ob id providè quarto die pleno ſplẽdore fuit conditus, ut illius creatio ab univerſitatis rerum creatione ſecerneretur, quam peccatum Adæ inficiebat, infamabatque, divinam lucem ceu depauperando, efficiendoque, ut velut modica, & tenuis in illis viſeretur; providè vatidicus Pſaltes carmine, quo Chriſto Solis nomẽ indidit, pariter & Solis nomen Mariæ impoſuit, ut Solis mentio in utroque conſpicuam originem teſtaretur, indicens ingenuitatem originis, quam Chriſtus iure hypoſtaticæ unionis fuit nactus

Anaſtaſ. Sinait.

Ma-

Mariam ex gratiæ privilegio fuiſſe ſortitam.

41 Aliter cenſent alij, inter quos Procopius, nempè primo die productam fuiſſe univerſam ſupellectilem, plenumque apparatum, nec quidquam luminis effulſiſſe poſtea, quod primo die non fuerit conditum, quarto verò die quo Sol, & reliqua prodiêre luminaria, lucem illam primogenitam fuiſſe diſſectam, & veluti diviſam, nam ex puriori, & defœcatiori illius portione Sol fictus enituit: Luna verò, & reliqua aſtra ex ea, quæ imperfectior ſuperſtes relicta fuit, conſtitêre fabricata. Quapropter inter Solis creationem reliquorumque aſtrorũ productionem id fuit iactum intervallum, quod formatio Solis nobilior evaſit, quippè quæ omnem à ſe expulit umbrarum ſordem, nebulæ fœces; cæterorum autem ſiderum in medium proceſſus aliquantulum viſus eſt turpis emerſiſſe, & deformis, cùm non ex materia expurgata, & pura prodierit, ſed ex tenebrarum veluti ſubſidente purgamẽto commixta & concreta; itaque undecumque, & quacumque Sol inſpiciatur, illicò mentis obtutibus Chriſti nobilem offert originem, illiuſque vexillum verſat, & reverſat. Ergo Regius Vates nomen Solis Mariæ tradens quando Chriſto Domino, originalem quoque illius innuit ingenuitatem. Verumenimverò ſi Petri Galatini, & aliorum ſuſtineri quiret ſententia aſſerentium, Deum naturam humanam in Adamo primitus contentem, almam quamdam in ipſum depoſuiſſe partem illibatam, nec umquã aliquâ labe quantumvis univerſali temerandã, ex qua per poſteros Chriſti proavos veluti per canales decidente, Chriſti pariter & Mariæ ab omni nævo immunis cogeretur conceptio; ex Procopij placito Procopius. iuvari, & firmari poſſet ſic effantis: *Sic igitur prima lux peperit primum diem, ſic etiã inſequentes duos cõſtituit, antequàm crearetur Sol. Cæterùm Deus puriſsimam partem primogeniæ lucis accipiens tranſtulit in Solem, reliquam partem lucis diſtribuit inter Lunam reliquaque aſtra.* Sicut enim Deus in prima illa luce producta portionẽ collocavit perfectiſsimam, nullius participem umbrę, eamque in illa lucis quaſi maſſa voluit aſſervari, donec in Solis creationẽ aſſumeretur: ſic autumant præindicatæ ſententiæ Authores, in Adami natura partem quandam à Deo repoſitam nobilem quidẽ, & ſplendidam, nec aliquando peccati contagio contaminandam, quæ tranſmiſſa ad poſteros, per eoſque quaſi per euripos illibato tramite percurrens Mariæ, & nati formationi (uterque enim nomen Solis habet) puriſsimè deſerviret; reliquis hominibus quantumvis iuſtis inſtar aſtrorum peccati fœces, ſeu umbras in ſui formatione, & cõceptione ſubeuntibus. Quòd ſi diſquiras ulteriùs, quid ad prædictæ ſententiæ conducit elucidationem & munimentum, quod tres dies præceſſerint, quartus verò expectaretur, in quo Solis formatio eluceret, facilis occurrit ſolutio ex mente Anaſtaſ. Sinait. lib. 4. Hexamer. qui trium dierum præeuntium Solis creationem inſequens myſteriũ, inquit: *Ante dictionem autem illud eſt quærendum: cur tres fuerunt dies manci & imperfecti, lucem quidem habentes, Solem autem non habentes. Imò videbantur eſſe quodammodò profundi, & non illuminati, non habebant enim Solem cœli & terræ luminare. Quid ergo in his diſcimus? Et cur nam quartus dies fuit primus, & non mancus? Audiamus, quæſo, quænam inter homines ante Chriſti adventum, & illuminationem fuerunt leges, & modi pietatis divinæ religionis. Nam in principio quidem in prima creatione Deus dedit Adamo exilẽ & evanidam lucem cognitionis, nempè legem mãdati. Deinde in ſecundo loco poſt diluvium creaturam recreans, & terram rurſus ex aquis aperiens Deus dat ſecundam legem de quibuſdam mandatis, & præceptis datis Noe. Quamobrem nominat etiam teſtamẽtum eam, quæ ipſi data eſt, legem. Tertius deinde fuit dies lex quæ data eſt in monte Sinai. Tribus itaque diebus priùs inſtructus, & ſanctificatus fuis Iſrael, quando accepit legem. Quoniam ergo illa trium hominum inſtituta vitæque agẽdæ rationes, quæ fuit (inquam) in Adam ante legem; & quæ in lege data Noe, & quæ in lege Moſaica fuerunt imperfectæ, & in profundis nocturnæ & caliginoſæ impietatis tenebris vita adhuc agebatur, priuſquàm oriretur Chriſtus Sol iuſtitiæ, ea de cauſa tres dies ante quartum imperfectos, & opacos Soleque carentes fecit Deus.* Sicut ergo in illa prima luce, quæ imperfectis umbrarum opacitatibus erat implexa, lucem puriſsimã, quæ Solis inſerviret creationi, conſtituit Deus, intemeratamque materiam illã quaſi nebuloſis tegumentis involvit aſſervatam, eiuſque tres primi dies portitores erant, die diei eructante verbum, limpidiſsimamque tradente lampadem, ex qua quartus dies oſtẽtaret in ſe Solis peractam creationem: ita in primo Adamo perfectiſsimam illam portionem depoſuit Deus, ex qua Mariæ Solis, Soliſque Chriſti conſtruenda erat generatio, cuius geſtatores eſſent tres inſequentes orbis ætates, quas quidem tres primi præfigiarunt dies, eamque altera cõmendabat alteri, nobilem illam Solis materiam eructans, & annuntians, ut iã ætate

Sinaita.

mun-

mundi quarta, ceu in quarto die, qui Solis nomen ſortiti ſunt, Maria nempè, & proles ex illa illibatè, & omni procul expulſo caliginis ſubſidimento conciperentur. Sicque, qui præfatam ſententiam aliquâ duxerit probabilitate dignam, fovêre eam poterit, & fulcire. Ecce quantum ſolari ſplendore, & maieſtate cognata fuerit Chriſto Maria, cum qua ille Solis partitur, & ſuſtinet nomen, ut cùm ex præactis didiceris prorſus nobili & ingenuâ origine debêre produci iuſtitiæ Solem (in cuius ſacramentum præivit Solis clariſsima creatio trium dierum nebulam diſpergentis) qui graſſantes in tres priores ætates Adami tenebras erigebatur diſcuſſurus: noveris hanc originis claritudinem Mariã quoque participaſſe.

42 Hanc ſanè veritatem firmiter ſtabiliam, ſi reconditum, & abſtruſum Anaſtaſ. Sinait. locum evolvere valuero, & illius diſpergere caliginem, qui lib. 4. Hexamer. ſacramenta, quæ in creatione Solis quarto die perfecta conduntur, reſignare contendens, ſic ſcribit: *Non erit abſurdum, ſi illius quoque quarti, qui in fornace puerorum viſus eſt in ſimilitudine Filij Dei, viſionem intelligamus, tanquam quarti diei figuram, & Chriſti, qui in eo oſtenſus eſt, nempè Solis. Eſt enim ille ignis cognatus huius Solis, ſiquidem ille corporalis vim habens & urendi, & pueros cuſtodiendi, Solis qui eſt in nobis, nempè Chriſti præfigurabat imaginem; ſi etiam fornax virginis.* Profectò verba ſunt nodoſa, & intricata, ſenſumque quem claudunt, & quo tument, diſtortè, & difficulter enitentia. Sed egregij Doctoris ſententiam, quâ potuero claritate, aperiam. Et quidem in creatione Solis myſterium Chriſti agnovit, & myſterium hoc in formatione Solis incluſum rurſus in eventu Babylonicæ fornacis refigiatum, ibique cognationem, quæ Mariæ nobilitas & virtus, Filij ingenuitati, & vigori annectitur, inventam. Nam viſus eſt mihi Anaſtaſius tres pueros vinculis adſtrictos, qui in fornacem ſunt præmiſsi, ordinem ad tres primos dies dicere, in quibus & vincula, & tenebræ flagitij Adami ob illorum lucem ſubobſcuram, & imperfectam vigebant, fuiſſe meditatus. Deinde virum illum, qui tres pueros inſecutus eſt, intra fornacem à barbaro Rege ſimilem Filio Dei appellatum, quia eum Solis ſplendoribus accinctum, Phœbeumque iubar æmulantem, & effundentem ſpectavit; divini namque Spiritus lumine reſperſus impij Regis intellectus tũc didicit; Solem in inſigne Filij Dei conſtitutum, & conſpicuam illius præferre ſimilitudinem; quartumq; eum à Rege accerſitum, nõ quia puerorum ordinem, & numerum, ſed quoniam dierum numerum attendit, in quo ſimilitudo Filij Dei in Sole creata eſt. Hæc ſenſa apertè videbis iam Anaſtaſij verbis ſubeſſe: *Nõ erit abſurdum, ſi illius quoque quarti, qui in fornace puerorum viſus eſt in ſimilitudine Filij Dei, viſionẽ intelligamus tanquã quarti diei figurã, & Chriſti, qui in eo oſtenſus eſt, nẽpè Solis.* Vlteriùs cõmentus eſt lepidus Doctor in fornace, poſtquã ille ſimilis Dei Filio in ipſum deſcẽderat; alium veluti Solem vel illius formam: inſtar enim Phœbeæ lampadis fornax fulgorẽ diſpartiri videbatur; & fornacem ſic accenſam & ſolarẽ ſplẽdorem imitantẽ cogitavit Sanctiſsimæ Mariæ prætendere imaginem; cuius quidẽ lucis & ignis virtus contraria peccati Adami tenebris & potentiæ eſt. Cuſtodit enim, non perdit, non vinculis, quos ſectatur, adſtringit, ſed diſtringit, nõ reddit fuſcos, ſed pulchros, nec decolorat, ſed colorat. Itaq; flãmans fornax Mariæ formã, & ſpeciẽ portẽdens, quos vinctos accepit ligacula prefigurãtes peccati ruptis laqueis vinculiſque diſiectis redemptos illicò offert, & recreatos, quaſi Mariæ flamma, & ſplendor cũ poteſtate & tenebris pugnet peccati, eaſque exarmet. Additque Anaſtaſius, hanc ob cauſam Mariæ ignẽ cognatũ eſſe ſolaris luminis, illius, inquam, qui Solis præmonſtrabat ſpeciẽ; idcircòq; quartus fuit appellatus. Hãc ſanè ſententiã ſub Anaſtaſij verbis contineri, ſi ea perlegas, haud obſcurè reperies: *Eſt enim ille ignis* (ſubdit) *cognatus huius Solis, ſiquidẽ ille corporalis vim habens urẽdi, & cuſtodiẽdi pueros, Solis, qui eſt in nobis, nempè Chriſti, præfigurabat imaginẽ, ſi etiã fornax Virginis*; hoc eſt ſi etiã fornax præfigurabat imaginem Virginis. Iam ut opus coronemus, & ſcopum noſtrum collimemus, illud ſupereſt expendere, aperireque, cur in eam mentem devenerit Anaſtaſius, ut cenſuerit, virum ſimilem Filio Dei quartum à Rege divinitùs illuſtrato appellatum, non quòd numerum attenderit eorum, qui inter flammas liberi gradiebantur, quatuor enim erant, ſed quòd illius intellectum ſubierit Solis creatio, quarto orbis die perfecta, & ideò quem veluti Solem coruſcantem cernebat Rex, quartum appellavit, & denominavit à die quarto, quo Sol conditus eſt. Quid, quæſo, cõvenientiæ aut proportionis, quid myſterij ad præſens inſtitutũ afferebat formatio Solis, ut ab his quæ in fornace peragebãtur, cogeretur ad Solis formationẽ referre oculos? Verè hìc divinæ Sapiẽtiæ ingenium panditur, ſacramentũ reſeratur. Etenim agnovit in fornace tanquam in ſtadio, aut coniſtica duellum confligi inter

Sinait.

peccatum & gratiam, inter poteſtatem captivantem, trudentemque in vincula, & virtutem redimentem, à cateniſque abſolventem. Nã meditatus eſt Chriſtũ, & Mariã quaſi pari dignitate redimendi fungentes, & vinctorum libertatem procurantes, & utrumque ſub inſigni & forma Solis prænotari: nam ſi inſtar Solis quartus vir ille effulgebat, hacque de cauſa ſimilis Filio Dei fuit vocatus, Sol enim ſimilitudinem Filij Dei ſpargit, fornax quoque, quæ Mariæ præextitit imago, radios pariter Solis iubar æmulantes præferebat, & quandam Solis regiã, vel Solis ſpeculum illius referens formam, præſignabat; & qui cognati viſebantur in lumine, in poteſtate quoque apparebãt cognati, nam puerorum recreationem, & levamen, & vinculorũ diſruptionem vir ſimilis Dei Filio, ardenſque & promicans ſimul fornax videbãtur operari. Igitur cùm Rex dignitatem redemptionis, maieſtatẽ libertatis humanæ, & in peccatum evertendum poteſtatẽ in Chriſto pariter & Maria, utroque ſub Solis figura oſtenſo, aſpexiſſet prominêre; meritò ſtatim oculos ad creationẽ Solis, quæ puriſsima nobiliſsimaque evaſit, à qua quidquid fœcis aut caliginis primam lucem infeſtabat, procul ſemotum fuit, cõpulſus eſt convertere; ut ſic ingenuitas cõſpicuaque claritudo redemptoris & liberatoris patefieret; radios enim, & lumina in tenebras peccatorum bibraturum non decet infamis, & caliginoſa origo, ſed lucida, & generoſa; ideòque eum, cum quo cognationem redemptionis partitur, nobilitatis quoque originalis cognationi præficit. Atque adeò Mariam, quam cognatam in valentia, & efficacia luminis ſibi Soli iuſtitiæ, aciſcit, in cognationem, & neceſsitudinem puriſsimæ originis ab ipſo quoque aſſumi conſentaneum eſt.

43 Hæc de ſplendido Solis amictu, quo accincta nobilis fœmina in cœlo demerſit, ſed quem illius vitæ ſtatum habitus ille rutilus præſignaverit, quovè tempore Sol intextis crinibus ſuis illam operuerit, diſpiciendum eſt. Credam, Mariam à prima ſui conceptione lucido hoc, & ingenuo ornamento ſe præbuiſſe conſpicuam. Id ex verbis Divi Bernardi non ignobiliter arguam; ſermone enim de Bea-
Bernard. ta Maria de vêrbis Apocalypſ. ſic ait: *Mulier amicta Sole, planè amicta lumine tanquam veſtimento. Non percipit fortè carnalis, nimirum, quod ſpirituale eſt, ſtultitia illi videtur. Non ſic videbatur Apoſtolo, qui dicebat: Induimini Dominum Ieſum Chriſtum. Quàm familiaris ei facta es Domina, quàm proxima, imò quam intima fieri meruiſti, quantam inveniſti gratiam apud Deum! In te manet, & tu in eo: veſtis eum, & veſtiris ab eo. Veſtis eum ſubſtantia carnis, & veſtit ille te gloria ſuæ maieſtatis, veſtis Solem nube, & Sole ipſa veſtiris.* Quaſi dicat: Non capit mundialis inſcitia, quo pacto Chriſtus ex ſe ſuos amiciat, ex ſeque telam elegantiæ, & lautitiæ conficiat, quo eos velut regali habitu ornet. Phœbeam ſe Mariæ parenti telam exhibuit intextam, ut inſtar Solis illa fulgêret humanis, & divinis obtutibus: ſed à quo tẽpore hac gloriosâ veſte gaviſa eſt Maria? Profectò, ni Deum velis tardiorem, & pigriorem in benefaciendo oſtendere quàm creaturam, eumque moroſæ largitatis incuſare, tenêre firmiter debes, Mariam Solem in ipſa conceptione indutam. Attende verba Bernardi: *Et veſtis eum, & veſtiris ab eo.* Sed, ô Maria! Quando Filio tuo indumentum puriſsimum paraſti? Reſpondeat Bernardus: *Veſtis eum ſubſtantia carnis, & veſtit ille te gloria ſuæ maieſtatis.* Oſtendit Bernardus tempus, quo Maria amicivit Filium, ut inde tempus elicias, quo ornata fuit à Filio Maria: ſubſtantia candidiſsima almæ carnis ſuæ veſtivit filium in illius generatione, adeòque fuit velox, & præcox in hoc obſequio Filio deferendo, ut quaſi in procinctu Maria fuerit expectans Filij animam, & divinitatem, ut eam illicò induerit. Nec Chriſtus aliquandiu extitit, aut à quopiã fuit ſpectatus, quin exiſteret, aut ſpectaretur indutus virgineâ Marianæ carnis telâ. Num aſſerere, aut cogitare audebimus, creaturam in officijs præſtandis beneficentiam præveniſſe Creatoris? Segniornè erit divina liberalitas quã creaturæ? Neſcit longa, & ſera molimina Mariæ officioſa voluntas, & ea ſciet Spiritus ſancti, & Filij gratia? Verè ſi Filius Mariam in conceptione ſolari gratiæ ſplendore, gloriæque ſuæ maieſtate non induit, induendus ipſe poſteà ab ea in ſui generatione, celerior ſanè evaſiſſet Maria in illo veſtiendo, quàm ipſe in Maria ornanda. Siquidem Maria aliquando inventa fuerit inornata, ipſe verò nunquam inornatus. Et quis præferat creaturam Creatori in præſtandorum beneficiorum præmaturâ, & quaſi intempeſtivâ celeritate? Præcipuè cùm inſigne Dei fuerit, & honoris gloriæque ipſius eximium coruſcum in benefaciendi feſtinatione creaturam ſolicitâ, & quaſi præcipite curâ anteſtari. Quod quidem diſces ex Divo Bernardo, ut ex ipſo ſuorum explicationem verborum delibemus. Si referendus ſermo imputatus Bernardo, & proprius Petri Damiani

non

non fuerit. Expendens enim verba ſalutationis Archangeli Paranymphi felicia nuntia divinæ incarnationis Mariæ deferẽtis: ea præcipuè attentâ meditatione trutinat: *Ave, gratia plena, Dominus tecum*, Luc. 1. 28. Nuntius, inquit, cœleſtis Mariæ futurum Verbi æterni in illam deſcenſum delegans, cur ait: *Dominus tecum*, & non potiùs Dominus erit tecum? Et quidem nondum divina Sapientia in Virginis viſcera ſuum illapſum adornaverat. Quorſum igitur loquens Angelus, legationemque ſuam explicans, atque expectans Mariæ conſenſum, ut tantum perageretur ſacramentum, Dominus (fatur) tecum eſt, & non tecum erit? Verè ſcrupulus quidam divinæ largitati in præſenti obrepſiſſe viſus eſt. Nam beneficij legatio nonnihil beneficij habet, imò & primitias, floremque illius decerpit; & benefactorem recenſemus eum, qui vicinæ proſperitatis nuntia importat. Æternum igitur Trinitatis conſilium, quòd legatum Archangelum iam dimiſerat, deliberans eum, dũ legatione fungeretur, divinæ beneficentiæ delibaturum primævam & floridam gratiam, quaſi illius ſcrupuloſum, nimiumque zelotypum, una è tribus perſonis, nempè Spiritus ſanctus, ſanxit, ut abſque mora nuntium præcurrens in Mariana ſe involvat præcordia, quò priùs Maria in ſe Deum ſentiat largitorẽ, quàm nuntium iam iam adventantem. Neque enim patitur divina bonitas in præfeſtina tribuendi muneris velocitate à creatura ſuperari. Accipe nunc Bernardum ſermone 2. de Nativitate Domini, qui etiam inſcribitur in conceptione Beatæ Mariæ: *Traditur epiſtola Gabrieli, in qua ſalutatio Virginis, incarnatio redemptoria, plenitudo gratiæ, gloriæ magnitudo, multitudo lætitiæ continetur. Miſſus ergo Angelus Gabriel à Deo, etiam antequàm ad Virginem perveniret, invenit Deum virgineis illapſum viſceribus, & maieſtatẽ Dei virginalis ventris brevitate concluſam. O vẽter diffuſior cœlis, terriſque amplior, capacior elementis, qui totum claudit omnia concludentẽ, in quo Rex gloriæ reclinatur. Denique & Archangelus nõ ait: Ave Maria replenda, ſed plena; nõ, Dominus veniet in te, ſed Dominus tecum: quia inde totã eã ſibi rapuerat Spiritus ſanctus, & cœleſtibus inſignierat ornamẽtis. Iam conſecrata erat in loco voluptatis, de quo fons ille debebat aſcẽdere, qui univerſam terræ ſuperficiem irrigaret.* Tempus ergo quo Dei Filius Solis indumento ornavit Mariã, ex ſeq; ei coruſcam telam præparavit, indagandum eſt ex tempore, quo gloria ſuæ carnis illum Maria circumeinxit, alterumque alteri cõmenſurandum, & coæquandum, ne cunctatior Deus in celeritate beneficijs afficiendi creaturam à creatura taxetur, vel arguatur. Et cùm Maria veluti in deſiderio, & expectatione fuerit divini Filij, ut ab ipſa ipſe in mundum deſcendens, quàm velociter indueretur; conſentaneum eſt aſſerere divinum gratiæ fulgorem in procinctu fuiſſe, & præparatione, ut Mariam in orbem adventantem abſque ulla mora amiciret. Nam ſi fas eſt ita loqui, neſcio an divina largitas aliquo ſuffunderetur rubore, ſi nunquam Chriſtus ſine munere, & ornatu Mariæ potuerit cogitari, verumque fuerit aſſerere, abſque beneficio, & ornamento Filij aliquãdo extitiſſe Mariam. Non eſt Chriſtus, neque fuit unquam, ſi nudus à dono Mariæ fuit. Ne ergo iniuriam irrogemus Filio, ſi pigriorem illum concipiamus erga Mariam, eamque largitatis Filij expertem extitiſſe quandoque comminiſcamur.

Luc. 1. 28.

Bernard.

§. VII.

Explicatur veſtimenti Solis, quo ornatur mulier, ſacramentum, ex aſpectu, & ſitu Lunæ, quæ ſub illo viſebatur.

44 *LVNAM apparuiſſe plenæ lucę coronatam ſentio, ex ſigno Ioanni oſtenſo fuiſſe alluſum ad Solis & Lunæ creationem. Refertur ſententia Procopij. Luna protulit inſignia initij Marianæ vitæ, Sol verò vitæ illius progreſſus. Solis habitus indicia divinitatis innuit: nam Sol, id eſt Deus, ex Anaſtaſio Sinaita. Illuſtratus Gerſon.*

45 *Sententia Gerſonis ſentientis Lunæ inſtar creatam carnem Mariæ, illius verò animam inſtar Solis. Locus Gerſonis lucem accipit. Item & difficilia verba Ambroſij relata à Gerſone. Maria quo pacto pignus redemptionis fuerit, & quem fructum ex eo decerpſerit. Expoſitus Paulus ad Epheſios 1. 13. ex Anſelmo, & aliter ex Chryſoſtomo. Aliter ratio pignoris in Maria adſtruitur, ex Tertulliano. Quàm aptè ex eo quòd caro Mariæ appelletur Luna, anima verò Sol, Lunæ & Solis creatio ex ſentẽtia Procopij Gazæi Mariæ illuſtriſſimam conceptionem adumbrarint. Quæ aperiuntur magis ex Athanaſio.*

46 *Revelatio Ioanni facta Mariæ Solem amictæ, fuit quædam Mariæ transfigurationis manifeſtatio, qualis in corpore Chriſti in Thabor apparuit. Explicatur transfigurationis Chriſti myſterium ex Divo Thom. inde infertur gloria animæ Mariæ adhuc viatricis.*

47 *Mariæ ſingulare privilegium, ut divinitatis forma, & habitu inſigniatur. Itaque convenerunt natura, & gratia in Maria Filio aſſimilanda. Locus Gerſonis.*

48 *Expenditur Gerſon. Naturalis pulchritudo Mariæ quaſi exemplar venuſtatis Filij, quia Chriſtus Dominus matrizabat. Locus Richardi. Adſtruitur id ex loco Cantic. 1. 15. per Rupertum. Matris ſpecies ſimilis ſpeciei Filij in debellandis adverſarijs utendo illa tanquam enſe. Locus Pſalm. 44. 4. ex Chryſoſt.*

49 *Pulchritudo Mariæ iuſtis etiam animis incutiebat timorem. Elucubratus Matth. locus cap. 1. 25. per Richardum de S. Laurent.*

50 *Item pulchritudo vultus Mariæ ſimilis Filij venuſtati, quia decor internus animi in vultu exundat, ex Gerſone, & Richardo de S. Laurent. & ideò quandoque gloriæ pulchritudine illinebatur, quia anima Mariæ glorioſa à ſua conceptione, elicitur id ex Gerſone. Naturalis Mariæ pulchritudo opus eſt quoque gratiæ, ex eodē Gerſone.*

51 *Pulchritudo penita Mariæ ſimilis pulchritudini internæ Filij: & ea ſimilitudo arguitur primò ex ratione formali pulchritudinis, quæ ſplendet in Filio, ex Richardo de S. Laurent.*

52 *Secundò ex eo quòd innuat Deus eodem modo eſſe concipiendam, & indagandam formoſitatem Mariæ, quo Filij. Locus Pſalm. 63. 8. & Cantic. 6. 4. Ruperto confirmat Richardus. Locus ad Roman. 1. 20. ex Tertullian. & Athanaſ. in Maria ineſſe perfectiones omnium creaturarum, & eas eminenter continere, quas formaliter non habet, ex Gerſone.*

53 *Mariæ pulchritudinem indagandam per negationes. Locus Richardi, & ipſe explicatus. Maria deificata, ex eodē.*

54 *Tertiò ex ſacræ Paginæ phraſi explicatus locus Ioannis 1. 14. per locum Lucæ. 1. 28. per Richardum. Gratia plena nomen eſt ſingulare Mariæ, ex eodem.*

55 *Quartò ex principio Marianæ pulchritudinis, ex eodem Richardo.*

56 *Quintò ex nomine, & conditione Spōſæ, ex eodem.*

57 *Sextò ex potentia, qua pollet Mariana pulchritudo allicienda ad ſe oculos, & amorem ſpectantium. Locus Pſalm. 44. 3. illuſtratus Ildephonſ. Locus Cantic. 6. 4. explicatus ex Richardo.*

58 *Alia expoſitio Ambroſij.*

59 *Alia Alani, qui lucem accipit.*

60 *Ruperto, & Bernardo ex his præfertur fax.*

61 *Pulcitur ſimilis pulchritudo Mariæ Filij decori triplici teſtimonio Richardi, & alio Gerſonis: quorum expenduntur verba.*

62 *Statuitur ex Gerſone, conſentaneum eſſe ut ſub eodem Solis ſigno uterque, nempè Mater, & Natus cadant.*

63 *Ex his deducitur haudquaquam mirum eſſe, quòd aliqui Mariæ pulchritudinem attendentes ſuſpenſi dubitaverint, an inſtar numinis eſſet colenda: teſtimonium Dionyſij.*

44 IAM Solis amictum evolvamus ex aſpectu, & ordine quem ad Lunam habet: *Et Luna ſub pedibus eius.* Illud in primis ut certum mihi ſuadeo, Lunam ſubſellium Mariæ pedibus præbentem non in ſtatu adoleſcentis aut deficientis, ſed orbē integrum plenâ luce reſperſum obtinentis, ſediſſe conſpicuam. Cùm autem Mariam contemplor Lunam quaſi pro fundamento, cui vitæ ſuæ nobile ædificium ſuperponitur, habētem, in meam ſtatim mentem irrepſit, Lunam prima initia Marianæ vitæ præſignaſſe; nam domus fundamenta priora illius rudimēta ſeu initia ſunt. Quæ ut evolvam, revocanda eſt in memoriam Solis, & Lunæ formatio, & quo loco, & ſitu condita fuēre. Rei teſtem adhibeo Procop. in cap. 1. Gen. *Sciendum tamen, Lunam illicò ubi creata eſt, fuiſſe plenam, & proprio enituiſſe iubare, & occupaſſe occaſum Sole obtinente Orientalem horizonam, ſiquidem huic diei, illi noctis imperium decretum eſt. Eo itaq; tempore erat plenilunium.* Luna ergo in ſua creatione lumine ornatum plenum ſuū ambitum fuit nacta. Quapropter infeſtatio omnis tenebrarum, & ignominia caliginis ab illius fuit productione propulſata. Idque ea de cauſa, quia noctis imperatrix fuit conſtituta, tenebraſque fugandi muneri præfecta. Nam ſi in ſtatu adoleſcētis, vel decreſcentis Luna formata præiviſſet, neceſſum erat, ut ſplēdida undequaquā evaſiſſet, & aliquam obſcuritatis ſubijſſet infamiam; unde eius origo obſcura, & quodāmodo turpis haberetur: & quā eſſet indecorū, quāq; dedecens regiā maieſtatē, ut

Procop.

ut in ſui formatione illum ſuſtinêret defectum, in quem eliminandum creabatur regina? Quis nõ dicat, hæc, quæ in Luna ſunt peracta, in typum Mariæ fuiſſe comm ẽta, illiuſque præclaræ originis prætuliſſe figuram? Nemo eſt ſanæ mentis, qui ambigat, Mariam ab æterno præparatam imperatricem noctis, quã Adamus in univerſam poſteritatem expanderat; illi incumbebat tãtarum tenebrarum diſsipare caliginẽ, quod quidem illa præſtitit, & meritorum ſuorum congruitatem, & precum virtutem Deo offerendo. Ergo in ſua creatione mundum ingrediens tanquam occaſum occupans, imperijque ſui locum tenens, perfecta debuit enitere abſque ullo lucis defectu, & ambitu integro iubare illuſtrato. Quorſum inficeret obſcuritas, quæ in debellandam obſcuritatem dedicabatur? Victa ne cederet in principio, quæ lumine profiliebat armata, ut victoriam à nebuloſa illa denſitate reportaret? Quàm degener eſſet, & indecorũ, ut à mutilo, & defectuoſo lumine, vel (ut melius dicã) à tenebris auſpicia regni regina tenebras fugatura, deſumeret? Verumenimverò ſi hæc ita ſe habent, cur Luna ſub pedibus revelatur Mariæ Solis amictu, & maieſtate circumfuſæ? Autumem, ut ſic divina nos doceat Sapientia, qualis Maria in ſui conceptione, ſeu vitæ initio, qualiſque extiterit in progreſſu. Meherclè hominis conceptio cum illius vita comparata, non ſecus ſe habet ac fundamentum cum ædificio, & thenſæ cum corpore cui ſubſunt; Luna ergo pleno fulgore accincta, & qualis in ſua præextitit creatione, Mariæ puriſſimam lucidamque conceptionem portendit; à qua prorſus omnis defectus, aut nebulæ macula fuit abacta. Et ſic Mariæ pedibus inſtar fundamenti aut tetraphori datur, cui vita Mariæ ſuperſtat. Nam ſicut generationi humana vita ſupervenit, tãquam domus fundamento, ſic Lunæ ſpeciem Marianæ conceptionis portanti tanquã ſuæcõceptioni Maria ſuperponitur. Hinc diſces diſcrimen inter Mariæ initia, & illius vitæ decurſum: Mariæ cõceptio Luna plena fuit, perfecto, & integro lumine ornata, ſed eam ſub pedibus habet, tanquã qui ab illa ſe emergat, exaltetque in ſolare faſtigium. Nã qui Mariam in conceptione ut Lunam perfecta integraque luce conditam contẽplatur, ſi ulteriùs progreſſus fuerit, & ipſius vitæ vicinos gradus indagaverit, inveniet iam eam à Luna tranſijſſe in Solem. & quaſi ad divinitatis ſolium demigraſſe. Tanta enim extitêre prima merita Mariæ poſt illius cõceptionẽ, ut eam veluti ad divinitatẽ promoverint, & illius amictu, & habitu involverint. Phœbea namque veſte contecta apparuiſſe Mariã, nil aliud eſt quã divinitatis indicijs coruſcaſſe inſignitam. Etenim ut Anaſtaſ. Sinait. admonet lib. 4. Hexamer. *Sol à Dei nomine nomen habet. Porrò, in quit, ipſi me quoque nomen Solis, quod Græcè eſt Elios, cũ ſit dictio Hebraica, interpretatur Deus. Quamobrem Chriſtus ex cruce exclamavit Heli, Heli, quod interpretatur Evangeliſta dicẽs hoc eſt Deus meus, Deus meus. Erat enim Sol typus Chriſti.* Anaſtaſ. Atẽde quanta fuerit Mariæ conceptionis puritas, & ſplendor, ut vix concepta, & ſecundũ vitę gradũ figens ir Solis ſe intruſerit regiã, vel potius in ſacratiora ſecretiora quedivinitatis penetralia fuerit arrepta. Aptè ad præſens inſtitutum fulciendũ accinunt egregia verba Ioan. Gerſonis tom. 3. tract. 5. ſuper Magnificat: *Dic, obſecro, mihi, dic benedicta inter mulieres: dic ubi paſcat, ubi cubet dilectus tuus iſte ex dilectio dilectus, & amicus tuus per amorem. Trahe mecorã te poſt eum in odorem unguentorũ ſuorum ſimul & tuorũ, quoniã omnia ſua tua ſunt: tibi nũc eſt omnia in omnibus: qui cubat, & paſcitur in lectulo florido mentis tuæ, & tu in ſecreto cubili maieſtatis ſuæ apud Patrẽ, qui fontale principiũ eſt totius divinæ maieſtatis, & ibi profectò domus matris ſuæ, ibi cubiculũ genetricis ſuæ, ibi poſt deoſculationẽ ſanctã, & puditã docet te.* Gerſon. Quid ni Solis radijs obvallata promicet, quæ regiã Solis, & ipsũ inacceſsibile divinitatis lumẽ pro domo ſeu cubiculo ſortitur? O mira excellentia, impenetrabilis ſublimitas, ineffabilis gloria Mariæ! Quæ veluti in propriam ædẽ æternũ Patris ſinũ nanciſcitur. Etenim quia Dei verbũ Mariæ mentẽ in lectulũ floridũ ſibi aſcivit, floridũ inquã, hoc eſt nativo virore vernantẽ, nuſquã corruptũ, originalem venuſtatẽ ſervantẽ, nec cõmuni glaciei, quã marceſcunt reliqui, pervium: ut parem, imõ ditiorem Marianæ menti vicem rependeret, hoſpitiumque quod in ipſa originali nobilitate ornatum invenit, remuneraret, ipſum Patris intellectum illi delegit inhabitandum, quem non colit, niſi qui puriſsimâ origine procedit generatus, quo enim pacto nobilitatis fontem intraret, quæ ex tetra, & ſordida origine fluitaſſet aliquando? Ibi docetur Maria divinæ Sapientiæ genitale principium, Mariæ fuit academia, ibi docta Maria, ubi ſapientia orta, ut ubi æterna ſapientia nobiliſſimam habuit originem, Maria inſtrueretur, erigeretur que in ipſius ſapientiæ originem temporalem: ibique diſceret qualis deceret ſanctitas ſapientiæ Divinæ principium. Nam divina Sapientia, quæ ab æterno novit ſemper nobiliſsima generatione à ſuo fonte emanare, fonte inquam,

quam, ſemper impolluto, principioque perpetuo incontaminato: ut temporaliter generaretur neceſſum erat, ut ſimilem, quantum poſſet, fontem ambiret, à quo dignum duceret ortum; ac proinde fontem reſpueret, qui aliquando præiviſſet contagio affectus, principium, quod ſorduiſſet quandoque, detrectaret. Hæc ſenſa credo complecti verbis illis Gerſonis: *Qui cubat, & paſcitur in lectulo floridò mentis tuæ, & tu in ſecreto cubili maieſtatis ſuæ apud Patrem, qui fontale principium eſt totius divinæ maieſtatis.* Quapropter ſicut Filius cubãs, & paſcens in cubili ſecreto Patris, non ſolũ eſt lumen de lumine, ſed lumen in lumine, ſuo modo Maria paſcens, & manens velùt in domo propria, in eodem ſecreto, meritò lumen eſt appellanda in lumine. Quid novum ergo ſi amicta lumine appareat?

45 Aliter reſpectum Lunæ ad Solem in hac viſione Apocal. Mariam delineante, & nobiliſsimam eius conceptionem fulciẽte, poſſumus meditari: cui forſan favebit clariùs, ad eumq; ſecuriùs manuducet ſententia Procop. num. præcedenti relata de creatione Solis, & Lunæ, quàm ad ea, quæ ibidem ſcripſimus. Præmitto ſententiam Ioan. Gerſon. par. 2. in ſer. de Conceptione Mariæ, aſſerentis Mariæ ſanctiſsimam carnem, inſtar Lunæ vel ſtellæ fuiſſe in ſua cõceptione productam, animam verò inſtar Solis creatam. Primum enim ſic ait: *Viſus eſt olim Rex ille, de quo Ierem. 4. Quis non timebit te, ò Rex gentium? Tecum enim eſt decus inter cunctos ſapientes gentium, & in univerſis regnis eorum nullus eſt ſimilis tibi. Hic Rex altiſsimus viſus eſt olim formare ſibi tabernaculũ, ſcilicèt Mariæ carnem in munditia ſtellari. Numer. 24. Viſus eſt ſibi formare tabernaculũ, ſcilicèt Mariæ carnem ſine languore locali, Proverb. ultimo. Viſus eſt ſibi formare tabernaculũ, ſcilicèt Mariæ carnem ſine lege carnali. Auguſt. in ſerm. Ad hanc nempè viſionem conſidero huius viæ tres ſapientes in ſpiritu elevatos: Ecce primus de lege naturæ Balaam filius Beor in quadam viſione elevatus vidit mulierem ſecundùm carnem formari in munditia ſtellari: Orietur, inquit, ſtella ex Iacob, & conſurget virga de Iſrael, ſcilicèt Maria ſecundùm carnẽ; patet Numer. 24. Poſt hæc de lege ſcripta ſapientiſsimus Salomon in quamdam viſionem imaginariam elevatus vidit procùl mulierem, fortè Mariam, ſcilicèt ſecundùm carnem formari, ſed fortitudo, & decor indumentum eius, ſcilicèt carnis ſine languore naturæ. Proverb. ultimo. Poſt hæc de lege gratiæ B. Auguſtin. in quodam lumen vivificum elevatus vidit Matrẽ Dei formari ſecundùm carnem: prorupit in hæc verba: Quis potuit in huiuſmodi anima vel carne locus eſſe vitiorum, quando ad cœli vicem continentis omnia Domini tẽplum eſt effecta? Hæc eſt re' vera illa domus Dei, de qua per Salomonem dicitur: Sapiẽtia ædificavit ſibi domum, excidit columnas ſeptem. Namque virginalis huius domus columnis fulcita eſt, quia venerãda hæc Mater Domini ſeptem Spiritus ſancti donis dotata fuit: quia talem utique æterna ſapiẽtia ædificavit, ut digna omnino eſſet, ex qua ipſe carnem aſſumeret in inæſtimabile pretium ſalutis humanæ. Quid dignius hac virgine? Quid ſanctius in humani generis ſerie potuerit exoriri? Hæc Auguſt.* Et hæc quoque Gerſon adducens ex triplici lege tres ſapientiſsimos teſtes, qui nobiliſsimã Marianæ carnis compactionem conteſtentur. Quorum quidem teſtimonia in id videntur coire, ut carnis ſanctiſsimæ formationem cum ſtellarum vel cœli creatione conferant. Primus eſt Balaam Mariam præſpectans inſtar creationis ſidereæ orientem, & primum ſui eſſe inchoantem. Secundus Salomon, qui Mariam appellat mulierẽ procùl venientem, nempè quia in hanc vitam non communem humanæ ſortis ingreſſum æmulata deſcendit, ſed ſuæ formationis formam eminùs traxit, ſcilicèt taliter creata, qualiter nobiliſsima aſtra, ideòque illius ingenua origo nullam patiens corruptionem, longè alia viſa eſt ab univerſali origine corruptionis contagio infecta: quocirca *fortitudo, & decor indumentum eius*: etenim fortitudo, nempè incorruptio, & decor, hoc eſt lucis ſplendor ſtellarum ornamẽta ſunt; ſidereis enim veſtibus amicta Maria in ſua cõceptione apparuit, à quibus & incorruptionis robur, & fulgoris venuſtatem eſt mutuata. Tertius Auguſtinus, qui Mariam cũ cœlo comparat, & cõſequenter illius generationem cœli creationi exæquat, & forſan illam accerſit domum ſapientiæ divinæ ſeptem columnarum fulcris innixam. De cœlo enim non ineptè, nec litteralẽ ſenſum perfodiens præfatum Proverb. locum aliquis elucubrabitur, eiq́ue facilè facem præferet ex loco Sapient. 18. 15. *Omnipotens ſermo tuus de cœlo à regalibus ſedibus durus bellator in mediam exterminij terrã proſilivit.* Complutenſis legit pro *à regalibus ſedibus à Regia.* Quem locum interpretantur Eccleſiæ Patres paſsim de æterna Sapientia, quæ cœlum pro æde regia ſibi conſtruxit, & ex ea regis inſulas, & imperium in Filio arguunt. Interpretes, inter quos Cereal. apud Gloſſ. *Quod omnipotens (inquit) eſt Filius, ſic docetur. In Salomone legitur: Omnipotẽs ſermo tu⁹ Dñe exſiliẽs à re-*

Ioan. Gerſon.

Sapien. 18. 15.

Complutenſis.

Cereal.

regalibus ſedibus tuis in mediâ exterminij terrâ proſiluit; ergo & Rex eſt, qui regales & obtinet ſedes. Deinde paulò inferiùs clariùs mentẽ ſuam aperit Gerſon: *Secũdo ordine temporũ præfatus Rex ſub illa viſione imaginaria viſus eſt ſibi formare aliud Tabernaculũ ad modũ inebriantis cõtubernij per amorẽ: ſcilicèt animã Mariæ à ſuo principio ut radijs ſolaribus mundiſſimis fulgẽtem, quã videns augmentata natura in lumine gloriæ feſto gaudioſo increationis principio eã conſidero decantare: Pulchritudo eius ut ſpecies cœli in viſione gloriæ. Eccli. 43. Aſpectus eius ut Sol in exitu vas plenũ gratiæ. Ibidem.* Statimque in præſentis ſacramenti munimentum locũ adducit Iob 31.26. *Si vidi Solem cùm fulgeret, & Lunam incedentẽ clarè.* Et Solem interpretatur Mariæ animam gratiæ ſplendoribus ornatam in ſui creatione; & Lunam illius puriſſimam carnem, quæ ſanctiſſimè concreta, & præparata veluti Solẽ, micantẽ illam animã expectabat: *Ad hãc* (ait) *formæ viſionem elevatus eſt ſub lege naturæ ſanctus vir Iob, cùm vidit Solẽ fulgere, quoad animã Mariæ, & Lunã incedentem clarè quoad eius carnem, & lætatum eſt cor eius in abſcondito; patet Iob. 31. Ad hãc viſionẽ de lege ſcripta ponunt nõnulli altius elevatũ, ſcilicèt intellectualiter ſanctũ Regẽ David; cũ vidit Sponſum in Sole ponere tabernaculũ ſuũ, & cũ Sole animæ carnẽ vivere Mariæ, Pſal. 18. Ad hanc viſionem de legẽ gratiæ Sanctus Ambroſ. eſt aſſumptus, qui videns Mariæ animã à ſui principio præſervatione redemptã ait: Nec mirũ ſi Dominus redempturus mundũ operationẽ inchoavit à Maria, ut per quã ſalus hominibus parabatur, eidem primò fructũ ſalutis hauriret ex pignore. Quid enim nobilius Dei Matre, quid ſplendidius ea, quam ſplẽdor eligit? &c.* Ante quàm ulteriùs progrediar: verba Ambroſ. voco in diſcuſsionem. Priora deſumpſit Gerſon ex lib. 2. Ambroſ. in c. 1. Luc. titulo de aſſenſu Mariæ, & Salvatoris conceptione: ubi ſic habet: *Nec mirũ ſi Dominus redẽpturus mundũ operationẽ ſuã inchoavit à Matre, ut per quã ſalus omnibus parabatur, eadẽ prima fructũ ſalutis hauriret ex pignore.* Poſteriora quæ Gerſon aſſuit, habet Ambroſ. lib. 2. de virginibus. Cũ ergo præfatum Ambroſij proloquiũ Gerſon fuerit interpretatus de Mariæ præſervatione, & ab omni originis labe immuni cõceptione: quis ſanus, & proficuus ſenſus ſubeſſe poteſt ijs verbis? *Dominus redempturus mundum, operationem ſuam inchoavit à Matre.* Num puriſsima Mariæ conceptio prima actio fuit redemptionis, primumque locum alijs, qui iam redempti præceſſerunt, præripuit? Prima operatio redemptionis numquid non fuit Abel iuſtus, qui ex Chriſti meritis finalem ſeu perſeverantem obtinuit iuſtitiam? Scio ab aliquibus reſponderi poſſe, Mariam meritò primam operationem redemptoris appellari, quia prima fuit in ordine intentionis, & decretorum mundi redimendi, & quaſi primogenita redemptionis; licèt in executione prioribus Patriarchis ſanctitate præditis deceſſerit. Sed difficile eſt creditu, quòd hæc elocutio, *operatio redemptionis*, ordinem reſpiciat intentionis, propriaque illius ſit, & non magis ordinem executionis, ſignificat enim aptius exercitium ipſum operis, indicatque executionem rei iam inchoatam, & praxi commendatam. Quamobrem aſsignanda eſt ratio vel ſenſus, in quo nobiliſsima Mariæ generatio ſuſtineat nomen primæ operationis redemptionis, ita ut iure dicatur Dominus redemptor ab ea ſuam operationem inchoaſſe: quem ſic aperio. Sanè inficiari non poteſt, quin excellentiſsimum opus in uno genere, & quod alijs ſplendore, perfectione, & ſumptibus præeminet, primum opus in illo genere nominetur, ac proinde ſtudium, & operatio, quâ illi elaborando incumbit artifex, averſatur prima operatio ſua. Quapropter cùm pictor imaginem perficit numeris omnibus abſolutam, in qua nullum artis ingenium, aut ſudor deſideretur, ipſaque artem ſuperare videatur; eam profectò, quamvis aliàs prius doctus penicillus abſolverit, opus primum ſuum aſſuevit accerſere, & de operatione, quâ ipſi ſtuduit elaborandæ tanquam de prima actione ſua ſibi artifex blandiri, gloriarique ſe picturæ tunc artem inchoaſſe. Verumenimverò in genere redẽptionis ille ſublimior celſiorque redemptionis modus cenſetur, cùm redemptor lapſum, & ruinam redimendi ſubiecti non expectat, ut illud elevet, & à caſu erigat; ſed cùm miſeriam prævenit, caſurumque illius pietas præoccupat, præſervatque, ne concidat. Igitur cùm Ambroſius Mariam vocat primam operationem redemptionis, Dominumque redempturum mundum primam actionem ſuam à Maria inchoaſſe, cùm ante Mariam redemptoris functiones iam in orbe invaluerint, plureſque præcucurrerint ſalvati; egregiè argumentatus eſt Gerſon ex Ambroſij verbis ea elucubrans de nobiliſsima Mariæ cõceptione, in qua perfectior, & excellentior redimẽdi ordo ſplẽdicavit, nam redemptor eam non pollutam abluit à ſorde, nec captã redemit, ſed virtutis ſuæ vires exerens præmunivit, ne labe attraretur, prævièq; tenuit

ne in captivitatis ignobilia vincula incurreret. Nã in hoc ſenſu, Mariæ redemptionẽ, quæ prima non extitit, nec conſequenter ab ea Dominus redempturus mundum inchoavit propter operis excellentiam, & miri ordinis redimendi novitatem, meritò potuit operationem ſuam primam appellare, iactareque ſe tunc munus ſuum inchoaſſe, cùm illud ita perfectiſsimè abſolvit. Alia nobis ſuperſunt Ambroſij verba extricanda: nempè quæ prædictis annectit: *Vt per quam ſalus omnibus parabatur, eadem prima fructum ſalutis hauriret ex pignore.* Quale eſt, quæſo, pignus hoc, ex quo Maria, per quam ſalus mundo ſternebatur, ſalutis fructum debebat haurire? Ni mea mens me fallit, autumo, pignus ex quo ſalutis fructus à Maria erat decerpendus, ipſam extitiſſe Mariam; quod ut in ſano, & catholico ſenſu evolvam, attende Mariã hic ab Ambroſio inſtrumentum, canalem, ſeu paraturam univerſalis humanæ ſalutis acciri, ibi: *Vt per quam ſalus hominibus parabatur.* Ex quo proloquio ſaltim evincitur, Mariam in redemptionis inſtrumentũ fabricari, inſtrumentum autem, quod in opus moliendum extruitur, quis ibit inficias, pignus eſſe operis perficiendi? Nam in inſtrumenti erectione ſe quodammodo opifex oppignerat ad beneficiũ per illud præſtandum. Ergo ſi Maria erat, per quam ſalus omnibus erat paranda, & in hoc miniſterium condebatur; eo ipſo quòd inſtrumentum humanæ ſe præbebat ſaluti, neceſſum quoque erat, ut pignus ſtatueretur redemptionis. Quocirca cùm Ambroſius ait: *Vt per quam ſalus omnibus parabatur, eadem prima fructum ſalutis hauriret ex pignore.* Hunc ſenſum efficit: eadẽ prima fructum ſalutis hauriret, ex eo quòd Deus eam in pignus redemptionis crearet, nã inſtrumentum redemptionis eam efficiendo, eam pariter pignus humanæ redemptionis efficiebat. Vnde in idem concidunt, fructum hauriret ex pignore, &, & fructum hauriret, ex eo quòd inſtrumentum redemptionis in ea præpararetur. Nunc ſupereſt diſpiciendũ qualis fructus proveniret Mariæ ex divino conſilio, quod eam in inſtrumentũ pignuſvè redemptionis omnium decreverat: profectò nobilior redemptio, & puriſsima conceptio. Pro cuius notiori, & locupletiori intellectu, præmitto conditionem aut naturam pignoris valdè tritam apud Iuriſperitos. Proprium namque pignoris eſt, ut pretio, & æſtimatione rẽ vincat, pro qua apud creditorem ſufficitur: pignus enim debet creditoris in animum ingerere ſecurã certamque ſpem debiti ſolvendi, pro quo fuit oppigneratum à debitore. Si verò pignus exæquaret tantum, vel inferius eſſet pretio re debitori commodata, vileſceret pignus, nullaque firma ſpes in creditore aſſurgeret debiti reſarciendi, quo enim, quæſo, pacto debitor ſtimularetur ad eruendum pignus ex poteſtate creditoris, ſi illud vilius debito æſtimaret? Præclarum Meherclè huius veritatis teſtimonium ſeliges ex elucubratione difficilis ſententiæ Pauli ad Epheſ. 1. 13. *In quo & vos, cùm audiſſetis verbum veritatis (Evangelium ſalutis veſtræ) in quo & credentes ſignati eſtis Spiritu promiſſionis ſancto, qui eſt pignus hæreditatis noſtræ:* & quia Græci codices, teſte Hieronymo, & alij legunt; *qui eſt arrhabo hæreditatis noſtræ*, in duplicem factionem partiti ſunt Interpretes, alij interpretantes locum Apoſtoli iuxta rigoroſam pignoris poteſtatem, alij autem iuxta arrhabonis ſignificationem: diſcrimen autem inter pignus & arrham eleganter commendant Hieronym. & Anſelmus: hic inquit: *Spiritus ipſe eſt pignus, & arrha, & certitudo noſtræ hæreditatis, quam accepturi ſumus à Deo, id eſt charitas, quam nobis ille Spiritus infudit, arrha eſt futuræ hæreditatis. Pignus enim hoc loco pro arrha poſitum eſt. Pignus enim quando datur, cùm datum fuerit, propter quod datum pignus eſt, pignus aufertur. Arrha verò quando aliqua pretij particula primum datur, ut ſit ſignum totius maſſæ dandæ. Sic charitas per Spiritũ ſanctum data fidelibus, ſignum, & arrha eſt dandæ plenitudinis vitæ perpetuæ. Hoc enim implebitur, unde arrha data eſt, nec ipſa arrha, id eſt charitas, nobis auferetur, ſed implebitur, quando ſumma reddetur.* Itaque arrha pars quædam eſt beneficij præſtandi, quæ adveniente beneficio non aufertur, ſed perficitur; pignus autem quod pro pecunia in poteſtate creditoris relinquitur, ut illius pretium urgeat debitorem ad certam, & ſecuram ſolutionem; nec urgeret, ſi rem pro qua oppigneratur creditori, pretio non ſuperaret. Quapropter Anſelmus, qui pignus arrham interpretatur, ut mentem Apoſtoli explicet, arrham exponit charitatem, ſeu gratiam iuſtificantem, & hanc ab Apoſtolo vocari ſpiritum, eamque indicem eſſe, & teſtimonium hæreditatis potiundæ, quæ quidem adveniente hæreditate non marceſcit, aut defloret, ſed viget, & vernat amplius. Quiverò verba Apoſtoli exponentes pignùs in propria, & congenita ſignificatione relinquunt, in pignore ſtatuunt, quid nobilius & ſublimius ipſa hæreditate, ut ſic certam pariat fiduciam hæreditatis obtinẽdæ. Vnde Chryſoſt. per pignus, donum Filij, & Spiritus ſancti hominibus impertitum intelligit, & quis ambigat,

Ad Epheſ. 1. 13.

Hieronym Anſelmus.

pig-

pignus hoc pretioſius quidem eſſe, & excellentius hæreditate promiſſa, ſicut longè ſublimius, & ineffabilius munus eſt ſe ipſum hominibus, & pro hominibus Deum donare, quàm ſpectandum ſe eiſdem æterna fruitione præbere? *Cùm gentes* (inquit Chryſoſt.) *bello inter ſe conſligunt, obſides exhibent; ita & Deus Filium ſuum, atque qui ex ipſo eſt, Spiritum ſanctum pacis ac fœderum pignus dedit.* Et quomodo non firmâ, & inconcuſsâ fide ſperabunt homines promiſſam ſibi hæreditatem tradendâ, cùm pro illius pignore inacceſsibile illud, & infinitum donum, nempè æternæ ſapientiæ incarnationem, & Spiritus ſancti deſcenſum acceperint. Iam qualem fructum Maria decerpſerit ex eo, quòd in pignus redemptionis humanæ fuerit præelecta, licebit elicere. Nam natura pignoris exigit, ut homines quid in ea auguſtius, & eminẽtius in ordine redemptionis ſuſpiciant, ut ex ipſo redemptionis ſuæ ſecuram ſpem, firmamq́ue fiduciam concipiant. Quapropter oportuit, ut Maria excellentiori redẽptionis virtute ordineq́ue frueretur, quam quidem redemptio lapſam & ſub communis adverſarij poteſtate ſubactam non inveniret, ſed præcaveret, ne caderet, præſervaretq́ue ab univerſali infeſtatione. Cùm autem hanc redemptionis perfectionem, & maieſtatem in Maria ſpectaſſent homines; rectè ex illa tanquam ex pignore validam ſuæ redemptionis ebiberent ſpem, nec dubitarent de redemptoris potentia, & virtute; certâ enim & ſtabili fide poſſe illum captos à ſervitute eruere ſibi promitterẽt, cùm in pignore cernerent egregius munus redemptionis, nempè Mariam à captivitatis iugo præſervatam, & adverſus hoſtis tyrannidem præmunitam. Quod ſi verba Ambroſij iuxta propriſsimam pignoris ſignificationem metiri nolueris; ſed ibi pignus vim arrhabonis habêre contenderis, non minus ex ijs elegantem elucidationem legere valebis. Tunc enim ſenſus erit: *Vt per quam ſalus omnibus parabatur, eadem prima fructum ſalutis hauriret ex pignore*, hoc eſt ex ratione arrhæ redemptionis humanæ, quæ in ipſa ex eo quòd præelecta eſſet, ut per eam ſalus omnibus pararetur, dedicabatur. Ratio enim, & dignitas arrhabonis humanæ redemptionis expoſtulat ei, in quo prominet, nobiliſsimam originẽ, & auguſtam formationem. Huiuſmodi autem ingenuitatis originalis exigentiam in primo pignore, ſeu arrha redemptionis, quę in orbe emerſit, licebit contemplari. Noluit enim divina Sapientia, eam abſque nativâ hac nobilitate ſacrare, ne perfectionem illi quodammodo debitam denegaret. Hunc ingenij mei fœtum lambo, & illuſtro ex mente, & verbis Tertulliani, quæ frequenter in hoc opere circumvolitant. Primi enim hominis plaſmationem pignus redẽptionis appellat, ac proinde divinæ providẽtiæ labore, & cultu dignam, ut nobiliſsima prodiret in lucem, lib. de Reſurrect. carnis cap. 6. *Perſequar* (inquit) *itaque propoſitum, ſi tamen tantum poſsim carni vindicare, quantum contulit ille, qui eam fecit: iã tunc gloriantem quòd puſillitas illa limus, in manus Dei, quæcunque ſunt, pervenit, ſatis beatus, & ſi ſolummodo contactus. Quid enim ſi nullo amplius opere, ſtatim figmentum de cõtactu Dei conſtitiſſet? Adeò magna res agebatur, qua iſta materia extruebatur. Itaque toties honoratur, quoties manus Dei patitur, dum tangitur, dũ decerpitur, dum deducitur, dum effingitur. Recogita totum Deum illi occupatum ac deditum, manu, ſenſu, opere, conſilio, ſapiẽtia, providentia, & ipſa in primis adfectione, quæ lineamenta ductabat. Quodcunque enim limus exprimebatur, Chriſtus cogitabatur homo futurus*: & poſt pauca, *ita limus ille iam tunc imaginem induens Chriſti in carne, non tantum Dei opus erat, ſed & pignus.* Indicat rationem Tertul. ob quam totus Deus creationi Adæ nobilitandæ inſisteret, nimirum quia in illo prævidebat Chriſtum futurum, in eoq́ue pignus, & arrha redemptionis erigebatur. Tantæ enim molis erat, primum condere redemptionis arrhabonem, ut quo nihil in ipſo viſeretur degener, aut deforme, Dei cura, ſolicitudo, ingenium, deliberatio, amor ipſi nobiliter condendo incumberet. Ecce qualis fructus proveniebat Mariæ ex pignore, hoc eſt ex ratione pignoris redemptionis quã, induebat, perfectiùs quidem quàm Adamus. Nã in fabrica primi parentis à longe proſpectabatur, cogitabaturq́ue Chriſtus homo, & redemptor futurus, ac proinde in ipſo ſemotum, & obſcurum quodammodo pignus redemptionis extruebatur; at verò in operoſa Mariæ formatione adeò immediatè cominuſq́ue Chriſtus futurus homo cogitabatur, ut non tam prævideretur quàm videretur, cùm Mariæ caro caro futura eſſet Filij, ac proinde in Mariæ generatione non tam Chriſti carnis ſpecies, quàm ſubſtantia videbatur emergere: conſequenterq́ue Mariæ conceptio non tam erat redemptionis pignus, quàm redemptionis quædam inchoatio, non tam arrha quàm partus. Quo ergo pacto, quovè conſilio divina Providẽtia in generatione Mariæ curâ ſuperſederet, & labore, eamq́ue ignobilem, & turpem pateretur, à quo non abſtinuit in primi hominis formatione, cùm Mariæ conceptio

Au-

Aurora eſſet, vicinumque pignus redemptionis, quo proprius aliud nequit humana ratio excogitare. Adæ verò plaſmatio antiquata,& remotiſsima præviſſet redemptionis arrha, illiuſque velut quædam obſcuritas, & caligo. Hucuſque nos deduxit Ambroſij ſententiæ elucidatio, commendatioque ingenij Gerſonis,qui eximij Doctoris verba ab ipſo fuiſſe parta in teſtimonium, & laudem puriſsimæ Marianæ conceptionis,non immeritò exiſtimavit. Iam verò digreſsione ſciſſa, ad noſtrum inſtitutum progredientes inſpiciamus, ex eo quòd caro conceptioni Mariæ mundiſsimè præparata,Luna appelletur, ipſius verò anima in eam infundenda Solis nomen ſortiatur, quàm aptè concinnèque Solis, Lunæque creatio ex ſententia Procopij Mariæ nobiliſsimam originem præfigurarit commendaritque. Quere verba Procopij ſuprà n. 43. Creata eſt lumine plena lumine, & occaſum poſsidens tanquam regina imperiũ ſuum ingrediens: creatus eſt Sol occupans Orientem,tanquam imperator ſuum tenẽs principatum;ab Oriẽte Sol reſpiciebat veluti inquirens Lunam,in quam lumen ſuum immitteret,velut animum in corpus. Nec abſurdè corpus Solis poteſt Luna nuncupari,quam ſuo ille ſplendore veluti animat, & inſtar moribundæ illa concidit, cùm illo ſpoliatur. O bone Deus! Quàm conſentaneè, apprimèque Lunæ Soliſque creatio puriſsimæ Marianæ conceptioni delineamenta præduxerunt! Non enim abſque ingenti ſacramenti pondere mundiſsimam illam maſſam, quæ Deiparæ generationi ſubſervit, voluit Deus Lunam, eius verò animum in maſſam præparatam infundendum,Solem appellari. Caro enim in utero Annæ compacta ut ex ea tantum extueretur myſterium, meritò in Lunæ formatione fuit præfigiata,quia in occaſu, & regione tenebrarum, in qua verſabantur reliqui ſub umbra mortis, plenè lucida & munda fuit,expulſa procul contagioſa, & obſcura illa ſpurcitia, quæ per ſeminale profluvium in omnes gignendos decidit ab Adamo, ſplendicavit enim ut Luna plena, nihil in toto ambitu habens caliginis, & quia hoc privilegio illa ſola inventa eſt digna, in regione tenebrarum illis illuminandis tanquàm regina apparuit. Tũc autem temporis Mariæ anima in Solis formatione adumbrata Solis ſpeciem præferens, totaque radiorum pompa ſe accingens, in Oriente promicabat; Solis,inquam, ſpeciem præferens,quia tot gratiarum viſa eſt ornata apparatu, ut quoddam ex ſe divinitatis præberet ſpecimen. Ab Oriente, inquam,promicabat,tanquam ab ipſo divinitatis fonte erumpens,& divinitatis ſedem,& ſolium in ipſo ſui egreſſu occupans. Quod, ni fallor, eleganter illuſtrabo ex quæſt. 13. Athanaſij, ſic enim inquirit: *Quæ cauſa, quòd adoramus ad mundi plagam Orientalem: & quare hoc faciunt Iudæi verſus Auſtrum?* Athanaſ. Cui facit ſatis in hunc modum. *Non unũ, & par de his poteſt dari reſponſum. Iudæis enim quibuſdam reſpondendum, & quibuſdam ex Græcis exponendum negotium; denique Chriſtianis etiam, quæ cauſam hanc concernunt,declaranda erunt. At qui Iudæis quidem reſpondemus,quod eam ob cauſam,qui Fideles ſumus adoramus ad Orientem, quod Spiritus ſanctus per Davidem Prophetam præcepit, qui dicit: Adoremus locum,ubi ſteterunt pedes Domini. Quod ſi Iudæus obijciat, ubi ſteterunt Domini pedes? Zacharias Propheta docet, cùm inquit: In Oriente pedes Domini ſtabunt, in monte Olivarum è regione Ieruſalem; unde Iudæi,qui ſunt Ieroſolymis adorantes,verſus Orientalem mundi plagam adorant,ad montem videlicèt Olivarum: & hoc quidẽ breviter Iudæis reſponſum eſto. Ad Græcos reſpondemus, quòd non ideò adoramus ad Orientem,quòd in ea parte mundi Deus aliquo modo circumſcriptus habitet: ſed quia Deus lux eſt vera, dicituràque, eam ob cauſam ad creatum iſtud lumen converſi, non illud quod creatum eſt lumen, ſed eius luminis Creatorem adoramus, & ex elemento omnium ſplendidiſsimo,omnium elementorum ſplendidiſsimum Creatorẽ Deũ adoramus. Audiant verò Fideles, & diſcant,quòd Sancti Apoſtoli Chriſtianorum Eccleſias ideò iuſſerunt Orientem verſus ſuas fundere preces, ut ad paradiſum unde cecideramus reſpicientes ſuppliciter à Deo petamus, & à noſtro Domino, ut in antiquam nos patriam, & locum, unde cecidimus, reſtituere velit.* Itaque digniſsima nobiliſsimaque eſt Orientalis plaga, quæ terno auguſtæ ſignificationis munere gaudet, tripliciſque myſterij ſpeciem geſtat, & aperit. Primum enim indicat maieſtatem regij throni, ibi enim velùt in aureo purpureoque ſolio Deus ſe conſpiciendum dedit,Orientalemque ſitum ſuis pedibus in Regiã ſuam honoravit,ſacravitque. Deinde ipſius divinitatis emittit formam,& elegantiam, inſignia portat, intra ſeque quaſi complicat maieſtatem. Quocirca adoramus ad Orientem, quaſi in illo Deus ceu ſub ſacramento lateat: nec enim aliæ auguſtiores ſpecies reperiuntur, ſub quibus occultum adoretur Numen,quàm ſub Orientis ſpeciebus. Tertiò denique patriam paradiſi præmonſtrat: vndè ſimul cum Adamo poſteritas præceps facta eſt. Iam verò ſi arcana

cana ſcruteris, ob quæ Mariæ animus illicò in diſpoſitam carnem invehendus præfiguratur in Solis creatione Orientem tenentis: facilè ediſces, id eſſe ordinatum ad Mariæ honorem conſpicuum, nobilemque originem depallandâ Sol in Oriente creatus præmittitur ut forma Marianæ animæ, ut huius ſuſpicias decorem, & maieſtatem, quæ in ſui creatione veluti divinitatis ſolium obtinet, & in numinis throno conſidet, quâ nobilis creatur, quæ digna eſt numini conſidere; ulteriùs, ut indicet, ſe in ſui creatione laſciniam induiſſe divinitatis, ſubque illius inſigni, & coruſco complecti, quo pacto in eam caligo impingeret, quam divinitatis obſidebat ſpecies glorioſa, circumvallabat amictus? Demùm ut doceat, in Oriente velùt in paradiſo creata, ex quo ſi corruit miſerè Adam, ſecumque univerſalem ſobolem traxit, ſed non Mariam, quæ in Oriente, ubi paradiſus eſt, præſtenditur creata, ne intelligatur communi ſubiacuiſſe ruinæ. Sed non quieſco adhuc, neque cenſeo ſub ijs latentia ſacramenta uſque ad fundum exhauſta. Contemplor enim animum Mariæ inſtar Solis in Oriente creari, cùm illius caro mundiſsimè inſtar Lunæ præparata iam intrabat Occaſum, & aſpectum ſuum ſeu radios in illam illicò dirigere, quaſi mox ac fuit creatus, ambiret, inquireretque ſui vaginam, in qua pompam ſui abſconderet luminis, gloriæque ſplendorem invaginaret. Vt meam mentem aperiam, inducam Athanaſij quæſtionem 35. quæ mihi præfert facem. Interrogat enim: *Quomodo corpus ſuum agnoſcit anima in reſurrectione, ut non ingrediatur in corpus aliquod alienum?* Et reſpondet: *Eſt hoc naturæ cõſentaneum. Quemadmodum enim agni à matribus veſperè ſeparati, & manè rurſus admiſſi, recta ſinguli ad matrem ſuam ſuâ natura trahuntur; ſic etiam cum animabus futurum eſſe in reſurrectione ſentiendũ eſt.* Perdiſces ex ijs, quàm aptâ parilique proportione perfectionis ſibi mutuò reſponderint Mariæ animus, & caro; quàmque æquâ lance in perfectionis æmulatione inter ſe conſtiterint, ut cùm, eo tempore, quo Maria concipiebatur, ex humana maſſa diverſæ cogerentur, & compingerentur portiones, in varias, & multiplices hominũ generationes efformandas: oppidò ac prominuit velut Sol in Oriente animus Mariæ ſui ambiens corporis conſortium, quaſi qui naturâ fertur agnus ad matrem, & Sol qui directo tramite naturalique impetu radios ſuos immittit in Lunam illuſtrandam; ſic ſplendorem ſuum in præparatum carnis intulit tabernaculum, reliqua, quæ extruebãtur, tunc ignorans, & detrectans, quia ſplẽdidus Mariæ carnis ornatus non niſi talem animum exigebat, nec glorioſus animus Sol effectus niſi in Lunæ ſinus intraret illuſtrandos.

Athanaſ.

46 Mariæ animus Phœbeam æmulans claritatem, & ſplendorem præferens divinitatis, eam mihi mentem ſuggeſsit, ut exiſtimem, revelationem Ioanni Evangeliſtæ factam, in qua mulierem Sole amictam fuit ſpeculatus, haud diſsimile involvere ſacramentum ei, quod in Thabore, cùm transfiguratus eſt Chriſtus Dominus, peractum eſt. Quod quidem myſterium ſic explicat S. Thom. 3. par. quæſt. 45. art. 2. in corpore: *Dicendum, quòd claritas illa quam Chriſtus in transfiguratione aſſumpſit, fuit claritas gloriæ quantum ad eſſentiam, non quantum ad modum eſſendi. Claritas enim corporis glorioſi derivatur ab animæ claritate, ſicut Auguſt. dixit in epiſt. ad Dioſcor. & ſimiliter claritas corporis Chriſti in transfiguratione derivata eſt à divinitate ipſius (ut Damaſcen dicit) & à gloria animæ eius. Quod enim à principio conceptionis Chriſti gloria animæ non redundaret ad corpus, ex quadam diſpenſatione divina factum eſt, ut in corpore paſsibili noſtræ redemptionis expleret myſteria.* Quod quidem Gregorius Nazianzen. eleganti exemplo illuſtrat. orat. 46. de fide: *Vt Sol, cùm in nube tegitur, claritas eius comprimitur, non cæcatur: & lumen illud, quod toto orbe diffuſum claro ſplendore cuncta perfundit, parvo autem obſtaculo nubis includitur, non aufertur, ſic & homo ille, quẽ Dei Filius induit, deitatem in illo non intercepit, ſed abſcondit. Denique cùm ſe in monte paululum extra ipſum hominem extuliſſet, fulgore luminis eius penè obcæcati Apoſtoli ſunt.* Nec quidem ſentit Nazian. gloriæ ſplendorem perpetuò inhæſiſſe corpori Chriſti, quamvis occultum, & oculis noſtris non depallatum; ſed verè caruiſſe illo, quia gloria divinitatis, animaque Chriſti diſpenſatoriè præpediebatur, ne in corpus tranſmiſſa refunderetur. Voluit ergo Ioannes Evangeliſta demonſtrare Chriſtũ Mariamque quaſi pari dignitate, & maieſtatis pompâ à principio conceptionis vitæ ſuæ percurriſſe curſum. Quare ſicut Chriſti anima divinitati unita in ſplendoribus gloriæ inſtar Solis promicans creata eſt; anima quoque Mariæ quaſi Filij veſtigia ſequens fulgoribus gratiæ & gloriæ accincta, ut Sol emerſit in ſua creatione; quocirca ſicut anima Chriſti à principio cum Sole cõfertur, Solque accerſitur, ita pariter & Mariæ. Vlteriùs, quemadmodum anima Chriſti gloria à principio ſuæ conceptionis pelluceret in corpore, & per illud tranſ-

S. Thom.

Nazianzenus.

fuſa per totum eius ambitũ diffunderetur, niſi ob arcanam diſpenſationem, ut pro nobis ſubiret paſſionẽ, aditus fulgoribus animæ & divinitatis Chriſti præcluderetur in corpꝰ: ſic proportione ſervatâ ab initio ſuæ conceptionis Sol animæ Marianæ corpus traijceret, radiorumque ſuorũ coruſcatione illius ambiret ſphęram, niſi detinerentur compreſsi, ut Filij quiret illa eſſe particeps paſsionum. Denique ſicut Chriſtus in Thabor obicem gloriæ diſrupit, ut exundaret illa in corpore, quod quidem viſeretur lumine amictum ſicut veſtimento, ut gloriæ animæ ſuæ & divinitatis fide diſcipulos imbueret, teſte Leone Papa ſerm. de tranſfigurat. dicente: *Vt de cordibus diſcipulorũ crucis ſcandalum tolleretur, nec conturbaret eorum fidem voluntaria humilitas paſſionis, quibus revelata eſſet abſcondita excellentia dignitatis.* Sic ut divina nos eruditet Sapientia, quanta foret corporis Mariani gloria, niſi velut ligata ſubſiſteret, quâ caruit, ut Filij paſsionibus communicaret: quod Chriſtus cum Apoſtolis egit, hoc cum Ioanne faciendum decrevit, cui Mariam in cœlo oſtendit Solis amictum induentem; quod quidem gloriæ ornamentum non aliũde Mariano corpori provenit, quàm ab ipſius animæ gloria inveniente iam diſciſſa obſtacula, ruptaque repagula, quibus ne ſe totam in corpus illuſtrandum immitteret, præpediebatur. Quare ſic revelata eſt Maria Ioanni in præſenti viſione, qualis à principio ſuæ foret conceptionis, ſi permiſſum eſſet glorioſæ animæ ſplendoris ſui debitum corpori perſolvere.

Leo Papa.

47 Nec mirum profectò videri debet, ſtatuiſſe divinam Sapientiam, Mariam non diſsimili amictu lucis ornandam ei, quem induit divinus Filius, & utriuſque corpus quaſi æqualibus mutuiſque reciprocari fulgoribus; nam Mariæ Soli conceſſum eſt, ut divinitatis ſtemmate, & inſigni, in quantum humanæ creaturæ licêret, coruſcaret. Natura enim, & gratia inter ſe conſenſerunt de ornanda ſanctiſsima fœmina naturali, & divinâ ſimilitudine filij. Gerſon 4. par. ſer. de Concept. Mariæ Virginis inducit naturam alloquentem Deum poſt expeditum decretum de Mariana fabrica erigenda: *Poſſumus* (inquit) *per figuram, & imaginationẽ rationabiliter fundatam dicere, quòd domina natura, quam magnus deſcribit Alanus libro ſuo de cõtemplatione naturæ in principio, acceſsit mox cum ſuis ancillis, quæ ſunt influentiæ, & cauſæ naturales ſe offerens ad formationem huius Dominæ, & pulchræ Dei amicæ, & coram divina mateſtate admodùm humiliter, & reverenter ſe inclinavit. Deus meus* (inquit ipſa) *Magiſter meus, atque imperator meus, non omnino ignara ſum pulchri incepti, quod facturus es, & excellentis Dominæ, quam propoſuiſti formare: & quamvis tua potentia* (benè ſcio) *tua ſapientia, & magnificentia in nullo meo egeat ſervitio: me tamen humilitèr offero: quod tibi placitum eſt, præcipe: libenter enim obediam. Hocque tibi notum ſit, nec me, nec ancillas meas ulla uſuras fictione, quominùs omnia demus, & plãtemus in hac Domina omnẽ corporalem pulchritudinẽ. Nã ſuper animã eius nihil habemus poteſtatis, ſcilicet quoad corpus cõferemus ei omnẽ delectationẽ, omnẽ ſanitatem, harmoniã, & temperantiã complexionis. Et breviter benè dicere poterit, quod erit bonis meis, bonis naturæ* (cùm ſit pro te.) *ſuper omnes alias, quæ umquam fuerunt, erunt, & ſunt, abundantiſsimè adornata, & dotata. Expandam, & inſpirabo per faciẽ eius luciditatem quamdam, pulchritudinem, dulcedinem plenam ſimplicitatis, honoris, & honeſtatis; & taliter componam caſtum eius aſpectum, dicta ſua, facta, & mores, quod omnibus eam aſpicientibus erit exemplar, liber, & ſpeculum pulchritudinis, nobilitatis, boni amoris, & honeſtatis:* & eodẽ ſermone lõgè inferiùs ſic ſcribit: *Secundũ, & ultimum dubium: an Domina mea habuerit ſummam pulchritudinem corporalẽ? Et videtur quòd non: quoniam huiuſmodi pulchritudo vana eſt, periculoſiſsima, & occaſio peccandi. Reſpondeo, quòd pertinebat ad Dominam noſtram habere illã pulchritudinem corporalem. Deus enim principaliter corpus formavit, & Dei perfecta ſunt opera: & debebat portare ſpecioſiorẽ inter homines, Pſalm. Specioſus forma præ filijs hominũ. Ideò virtus erat gratior, ſicut dicit Virgilius 5. Æneid.*

Gerſon.

Gratior eſt pulchro veniens in corpore virtus.

Sed dico ulteriùs, quòd hæc pulchritudo, & phiſonomia talis fuit temperantiæ, & naturalis harmoniæ, taliterque compacta, ac diſpoſita, quòd non movebat ullo pacto aſpectantes ad iniquam vel diſſolutam delectationem: imò ad caſtam, & devotam, ut dicit Bonavent. in 3. Sentent. & hoc volo declarare per quatuor cõſiderationes. Prima conſideratio: Habemus quòd phiſonomia Ieſu Chriſti erat talis, ut in ea reluceret omnium virtutum exemplar, malis apparebat tremenda, & auctoritatis plena, ut moveret eos ad bonum timorem: hoc ſatis apparuit, quando die Palmarum è templo eiecit innumerabilem eorum multitudinem vendentium, & ementium, & ſuper hunc locum dicit Hieronym. quòd quidem fulgor exibat à vultu eius, quod terrebat

eos.

eos. Etiam cùm filij Iſrael adorarent eum tanquam Regem. Bonis autem phiſonomia Ieſu Chriſti apparebat delectabilis, & amicabilis, & ad hoc incitabat eos: Diſcite, inquit à me. Pariformiter dico, quòd phiſonomia Dominæ noſtræ movebat aſpiciẽtes ad omnem puritatem, & caſtitatem; & luxurioſas extinguebat, mortificabatque cogitationes. Habemus quòd cùm Moyſes fuiſſet allocutus Deum, facies eius fulgebat, & tanquam ſanctum quemdam timorẽ in his, qui eum aſpiciebant, generabat: quare ergo & facies Dominæ noſtræ nũ poterat talem ſanctum timorem generare, ne turpiter cogitarent, qui eam videbant; cui Deus non ſolùm locutus eſt, ſed in ipſa habitavit. Secunda conſideratio: ſecundùm dictum Ariſtot. natura facit phiſonomiam principũ dignam, talem ut moveat aſpicientes ad timorem & reverentiam, & experientia hoc docet; ſicut aſpectus Leonis eſt tremendus brutis. Quare non potuit aſpectus Dominæ noſtræ per viſionem ſuam extinguere malum & carnalem motum, & movere ad caſtitatem, & temperantiam? Tertia conſideratio: in operibus naturæ videmus, quòd Baſiliſcus ſolo aſpectu occidit hominẽ: quare non potuit Domina noſtra aſpectu ſuo extinguere malum & carnalem motum, & incitare ad caſtitatem? Sicut Siren ſecundùm quoſdam, vel animal dictum Gallicè Sainnier, vel ſicut videmus in lapidibus pretioſis, quòd aliqui naturaliter movẽt ad gaudium. Quarta conſideratio: experientia cognoſcimus, vitia hominis oſtendere ſe apertiſſimè ad extra in viſu vel geſtibus hominis, ut ſuperbiam, iram, luxuriam, timorem, elationem. Hinc Ovidius:

O quàm difficile eſt crimen non prodere vultu!

Multo facilius credendum eſt, quòd virtutes Dominæ noſtræ, quibus prorſus repleta fuit, ſe extendebant, radiabant, & extrinſecè manifeſtabant, ut ſimplicitas, humilitas, continentia, virginitas. Ea propter concludo, quòd ſua pulchritudo corporalis ei periculoſa non fuit, quia ipſa optimè utebatur ea, nec alijs fuit nociva, propter illud quod dictum eſt: fuit ergo pulchra corporaliter & ſpiritualiter, idò digna ut diceretur Dei amica, & ab eo vocaretur hoc modo: Tota pulchra es, amica mea, &c. & par. 4. idem Gerſon ſerm. in eodem feſto Concept. ſic inquit: *Salomon videns ſub lumine tabernaculum virginis glorioſæ, quærebat de ea: Quæ eſt iſta, quæ progreditur quaſi Aurora conſurgens quoad totam in naturalibus, pulchra ut Luna quoad carnẽ, electa ut Sol quoad animam, terribilis ut caſtrorum acies ordinata quoad totã in gratuitis?* Interpretor locum iuxta prædicta à Gerſone; ex eo enim quòd cõmendata fuerit elegans Mariæ forma in veruſtate Auroræ, Lunæ, Solis, ſequitur quòd erga immundos, & illecebroſos ſpectantium inordinatos aſpectus, horrificam, & terribilem inſtar benè ordinatæ caſtrorũ aciei ſe præbuerit. Progreditur Gerſon: *Et cùm nullus ſibi reſponderet, iterum atque iterum quæreret: Quæ eſt iſta, quæ progreditur, &c. & infra tandem naturam Angelicam ad quæſtiones præfatas conſidero reſpondiſſe:*

Hæc eſt ſtella maris, vitæ via, porta ſalutis,
Regula virtutis, limes pietatis, origo
Virtutis, veniæ mater, thalamuſq; pudoris,
Hortus concluſus, fons & ſignatus, oliva
Fructificans, cedrus redolens, paradiſus amœnus,
Virgula pigmenti, vinaria cella loquore
Prædita divino, nectar cœleſte propinans,
Neſcia ſpineti, florens roſa, neſcia culpæ,
Gratiæ fons expers limi, lux nubila pellẽs,
Spes miſeris, medicina reis, tutela beatis,
Proſcriptis reditus, erranti ſemita, cæcis
Lumen, deiectis requies, pauſatio feſſis.

Hæc Alanus in Anti-Claudiano: & hucuſque Gerſon: & idem tract. 3. ſuper Magnificat: *Reliquus finis eſt noſtræ conquiſitioni proprius, & accõmodus de pulcherrima mulierum, quam reſpexit Deus. Exultavit ſpiritus eius in Deo ſalutari ſuo. Qua ſuper re tres accipio conſiderationes. Prima eſt: ſpecioſitas pulcherrimæ mulieris, quæ ſibi datur in Canticis, & alibi plenè nequit intelligi pulchritudinibus aliorum entium nõ intellectis; exponitur enim per ſimilitudines omnis tam naturalis, quàm artificialis formoſitas; quibus ignoratis, ut ignoretur traſumptio neceſſe eſt. Secunda: ſpecioſitas quælibet reperta in creaturis ſparſim, tota colligitur in beata, & pulcherrima mulierum, vel formaliter, vel eminenter. Hæc eſt regula D. Dionyſij Hierarchias ordinantis. Tertia: ſpecioſitas pulcherrimæ mulieris ſumitur ab omni pulchritudine cæterarum creaturarum donis & ornamentis, & quò mireris ampliùs, omnis deformitas alienæ dæmonum, & peccatorum ſibi cedit ad ornamentum.* Quæ Gerſonis verba non ſolùm de perfectionum naturalium cumulo (in quem nunc ſcopum tendimus) ſed de ſupernaturalium glorioſo acervo intellectum fundunt, de quibus infrà.

Gerſon. Idem.

48 Perpende quàm fermè æqualibus greſsibus Mariæ naturalis pulchritudo Filij pulchritudinem inſectetur naturalẽ. Alter alterius videbatur & prototypus, & typus, nec diſcernere valeres, quis alteri elegantiæ præbuiſſet exemplar, ſed forſan diceres, Filij veruſtatem tranſumptã á Matre,

tre, quia matreſ non natizant, ſed matrizant nati, & ideò quia præ filijs hominum ſpecioſum erat Maria in lucem editura, oportuit ut præ filijs hominum pulchritudine ornata præiret: in quam mentem incidit quoque Richard. de S. Laurent. lib. 5. de laudibus B. Mariæ: *Si quis autem quærat de pulchritudine corporali Divæ Virginis, congruentiſsimè mihi videtur poſſe dici & credi, eam præ filiabus hominum ſpecioſam, quæ ſpecioſum forma nõ ſolùm præ filijs hominum, ſed præ millibus Angelorum ſuæ carnis ſubſtantia veſtivit unigenitum Dei. Non enim tota pulchra & ſine macula appellaretur, niſi ſecundùm diſpoſitionem & figuram corporis, & colore faciei pulcherrima, & ſine macula appareret.* Hanc Nati & Matris reciprocam pulchritudinis ſimilitudinem commendat ſapiens Mariæ reſponſum laudi à Filio acceptæ: cùm enim Filium auſcultaſſet dicentẽ: *Ecce tu pulchra es, amica mea, ecce tu pulchra es*, Cant. 1. 15. Mariæ ſapientiæ, & amoris ingenium nihil invenit novum, quod pro accepta cõmendatione referret, nihil ſingulare, quod verbis Sponſi ſuperadderet. Quorſum, & quæ audierat, repetit? & eumdem acceptum amoris, & pulchritudinis honorem reflectit in Sponſum? Ait enim: *Ecce tu pulcher es, dilecte mi, & decorus.* Quemadmodum enim ſe bis pulchram à Sponſo audierat, à duplici quoque pulchritudine commendat dilectum. Quaſi dixerit; ô chariſsime, adeò arctiſsimo ſimilitudinis nodo tuæ meam pulchritudini exæquaſti, ut mea à tua, tua quoque à mea viciſsim videatur parta. Hæc venuſtatis ceu æqualitas, quâ me intueor decoratã, egregior meæ gloriæ titulus, eximium honoris mei ornamẽtum eſt. Quocirca mihi de accepto munere blandiens, ut de noſtra in venuſtate ſimilitudinem glorier; eadem quæ tuus in me contulit amor, pulchritudinis encomia tibi refero, ut oſtendam veluti parem ſeu eamdem noſtrûm utrique cohærere pulchritudinem, cùm eadem utrique commendatio debeatur, atque utrique germanæ competant, & adæquent laudes. Fortè cogitatio hæc iudicio obrepſit Ruperti, cùm ad ea verba. *Ecce tu pulcher es, &c.* dixerit: *Dico ergo: ecce tu pulcher es dilecte mi & decorus: Dicis mihi: ecce tu pulchra: & ego dico tibi, ecce tu pulcher es. Ex quo ego pulchra facta ſum, ex eo tu, qui ſemper pulcher fuiſti, pulchrior factus es. Nam verè in eo pulchritudinem tuam adauxiſti, quod cùm Deus eſſes, homo dignatus es fieri. Hinc tu pulcher & decorus: ita pulcher, ut ſis ipſa ſubſtantia pulchritudinis: ita decorus, ut ſis ipſum decus humani generis. Verè ergo dicis mihi: ecce tu pulchra es, & dico tibi, ecce tu pulcher es, quia tu pulchritudo mea es, quod ergo pulchra ſum, totum tibi attribuendum eſt.* Ex quo igitur pulchra facta eſt Maria, Filius divinus, qui olim ſimplici venuſtate, iam gemina gaudet; nam pulchritudinem hominis induit ex Maria, eamque valdè Marianæ formoſitati convenientem, & conformem: Mariæ pulchritudo à Filio divino eſt, quia ab eo illam accepit Maria, & humana pulchritudo Filij à Maria quodammodo deſcendit, quia quam ab ipſo ut Deo acceperat, eidem ut homini communicavit. Iam ad pariles effectus, quos utraque pulchritudo in Matre & Nato parit, deveniamus. Pulchritudo naturalis Filio veluti illius enſis erat, ſplendidus quidem, & gratus amicis, adverſarijs verò inviſus, & horrificus. Ideò regius Vates poſtquam monuerat ſponſum aſſerens Pſal. 44. 4. *Accingere gladio tuo ſuper fœmur tuum, potẽtiſsime*, illicò ſubdit: *Specie tua, & pulchritudine tua intende, proſperè procede, & regna.* Atqui nullus, labiorum gratiâ, & vultus decore, ſibi regnum parat, ſed vi gladij, & armorum potentiâ. Sed ea eſt Sponſi divini prærogativa ſingularis, ut pulchritudinẽ pro enſe habeat, quâ hoſtes terreat, & debellet: quocirca venuſtatis radij è vultu erupentes, Vates optans ut populi ſub illo caderent, ſagittas appellat in corda inimicorum Regis. Quamobrẽ elegantèr & lepidè inquit Chryſoſt. in præfatum locũ: *Gladius eſt ſpecies, & pulchritudo illius.* Hac de cauſa, ait Gerſon, ex ſẽtentia Hierony. Chriſtum Dominum ſacrilegos templi profanatores non tam flagris verberaſſe, quàm vultus ſui radijs, non tam abegiſſe funibus, quã luminibus, eoſque, qui ipſum ad regnũ cõpellabant, & cõpellebãt faciei ſuæ minacibus fulgoribus, à ſuis cõpreſsiſſe, & coërcuiſſe erroribus. Hæc quoque profectò pugnax in adverſarios virtus, & vigor Mariæ quoque pulchritudini inerat. Tanto enim diſsidio Mariæ venuſtas à reliquarum mulierum elegantia diſcriminabatur, ut quam cæteræ experiuntur ſæpè ſui ipſarum iugulum, & virtutis ſcandalum, haberet ſemper Maria pro munitiſsimo præſidio, ex quo inſultantes hoſtes compeſceret, debellaretque. Itaque vultus Mariæ fortiſsima exiſtebat arx, ex qua fulminabat in impuras, & inhoneſtas cogitationes. Hinc eſt, quòd Mariæ aſpectus iuſtis, & puris gratum ſe, & amicum præbebat, quibus ſui indebat fiduciam, blandèque demulcebat: iis verò qui inſtar brutorum rationem conculcandam appetitui ſubmittebãt, torvum ſe oſtendebat, & infenſum, & è regione ſplẽdoris, quo fulgurabat, cupidinis diſ-

Richar. de S. Laurent.

Cant. 1. 15.

Pſal. 44. 4.

Chryſoſt.

Rupertus.

ijcie-

ijciebantur tela, appetitus fumans evaneſcebat, illecebrarum iacula infringebantur, fomitis obturabatur pruritus. Nec ſecus eiuſmodi beſtiæ ex antris erumpẽres foveārum, viſa Maria, quæritabant latibula, ac omnes beſtiæ ſilvæ, teſte Regio Vate, Pſal. 103. 22. & catuli leonum rugientes ut rapiant, & quærant eſcam ſibi; orto Sole congregantur, & cubilibus ſuis collocãtur. Sanè in fronte Mariæ poſſes legere ingenuos originis illius titulos, cùm eius pulchritudo armamenta miniſtret in principem originalis culpæ effectum abigendum, & evertendum, & quo cõſilio ſordido culpæ fonti immergeretur aliquando ea, cuius facies ſic munita, & armata telis venuſtatis prodiret in turpis originis quaſi primogenitum effectum diſſipandum.

Pſalm. 103. 22.

49 Nec ſolùm hæc Diva potens ſpecie ſuâ, & pulchritudine ſuâ proſperè intendit, procedit, & regnat, Veneris confringens iacula, & retardans inſultus; ſed in iuſtorum quoque animos imperium obtinet, ab eiſq; exigit reverentiam, & timorem: lumineque ac ſplendore vultus ſui eis oculorum perſtringit aciem, ut ad maieſtatem tanti decoris ſpectandam ſpiritus non reſumant. Nec mirum, ait Gerſon, ſi hoc privilegij munere Virginis ſit præditus vultus; cùm ex alloquio divino delatum quondam fuerit Moyſi, in cuius luminoſam faciem nequibant vel Iſraelitici populi ſanctiores viri intendere, unde velamine ad eos alloquendos utebatur. Hinc elucubrantur aliqui locum Matthæi 1. 25. ubi de Ioſeph recitat ſacer Hiſtoricus: *Et non cognoſcebat eam, donec peperit filium ſuum primogenitum.* Quid, inquiunt, obſtabat, quominus Ioſeph Mariam niſi poſt puerperiũ cognoſceret? Qui quæſtionẽ ex Mariani vultus fulgore elucidãt, ex quo enim eius uterum divinitas occupavit, cenſent, à numinis inſidentis radijs Mariæ puriſsimam carnem tanquam pellucidã & cryſtallinam materiam fuiſſe traiectam, eiſque illius faciem coronatam. Vnde Mariæ aſpectus tanto maieſtatis coruſco circumfuſus reverẽtiam incutiebat animo ſanctiſsimi Sponſi, & eã præpeditus, nullã illius ſpectandi fiduciã fruebatur; inde fuit, quòd eo tempore qualis Sponſæ ſuæ facies eſſet, non agnoſceret: donec ab ipſa numine effuſo in lucem, & vultus radiorum orbe depoſito, eam audẽret aſpicere, & ab aſpectu cognoſcere. Hoc fuiſſe Chryſoſt. iudicium refert Richard. de S. Laurent. lib. 5. de laudibus B. Mar. *Et fortè ſicut in apocrypho de infantia Salvatoris reperitur, nemo planè poterat Mariæ faciem intueri. Vnde dicitur Matth. 1. quòd Ioſeph accepit Mariam, & non cognoſcebat eam, donec peperit filiũ ſuum primogenitum: & dicit Chryſoſt. ut quidam aſſerunt, quòd in Evangelio Nazaræorum legitur, quòd Ioſeph Mariam videre non poterat de facie ad faciem; quoniam Spiritus ſanctus eam à conceptione Filij Dei penitùs impleverat. Itaque non cognoſcebat eam propter ſplendorem vultus eius. De iſto decore eleganter dicit ei quidã proſaicè:*

Matt. 1. 25.

Richar. de S. Laurent.

Tu decorem induiſti,
Tu plus Sole refulſiſti,
Cùm beata membra Chriſti
Tua carne protexiſti
Polymita tunica.

Alij dicunt, quòd ex quo Ioſeph cognovit, & credidit Mariam de Spiritu ſancto cõcepiſſe, in tanta eam habebat reverentia, quòd nunquam audebat contemplari faciem eius. Vnde non agnoſcebat cuiuſmodi eſſet vultus eius. Simile legitur de Moyſe Exod. 34. & 2. Corint. 3. quòd non poterant filij Iſrael reſpicere in faciem Moyſis propter gloriam vultus eius, quia cornuta apparebat facies eius ex conſortio ſermonis divini. Si ergo tam pulchra apparuit facies Prophetæ ex conſortio ſermonis divini, quid æſtimas de facie Matris ipſius Verbi?

50 Demum aliam excogitavit rationẽ Gerſon indagandæ ſimilitudinis in naturali pulchritudine Matris cum Filio, præmittens animi pulchritudinem in vultũ ſe quoque immittere, ibiq́ue ſui inſignia defigere, quòd etiam admonuit Richardus ubi ſupr. *Item de pulchritudine Mariæ interiori, tamen magis quàm exteriori dicit ei Spiritus ſanctus in Pſal. 44. Concupiſcet Rex, id eſt Chriſtus, decorem tuum: & nota, quòd per decorem exteriorem, qui conſiſtit in mẽbris, deſignatur decor exterior, qui in virtutibus animæ, & in his conſiſtit ſpecies Iacob, id eſt Mariæ, quæ ſimul & ſemel vitia omnia ſupplantavit, quam ſcilicèt ſpeciem Chriſtus dilexit.* Itaque facies Mariæ veluti gerula erat pulchritudinis animæ, cùm verò in donis, & ſplendoribus gratiæ nulla evaſerit ſimilior, aut vicinior quàm parens nato, in cuius etiam vultum decor impluebat interior; nulli erat dubium, quin in utriuſq; vultu ornando, non tam geminus, quàm idẽ decor conſentire videretur. Et ad hoc firmandum non ignobile argumentum deſumes, ex eo quòd utriuſque anima gloriæ torrente fuerit potata, antequàm ex corpore demigraret. Chriſti namque animam divinæ eſſentiæ fruitione iugiter à conceptione fuiſſe repletam fides ſtatuit. Animam verò Mariæ eiuſmodi munere fuiſſe dotatam ſuadet pietas, & multiplex congruentia, & eſt Gerſonis expreſſa ſententia tract. 4. ſuper Magnificat, in illa verba: *Ecce enim ex*

Richard. Gerſon.

hoc

boc beatam me dicent omnes generationes
Gerſon. *Placet ut ad ſpecialia deſcẽdamus; ſic enim plenior dabitur intellectus præconij, quo beata dicitur per omnes generationes. Offertur animo triplex beatitudo, una viæ per ſpem, altera patriæ per rem: tertia quaſi media inter ſpem, & rem, inter viam, & patriam, qualem habuit manifeſtè Chriſtus; quem fuiſſe viatorem ſecundùm animam, & comprehenſorem ſecundùm ſpiritum, nullus ambigit Theologus* (vocat Gerſon animam partem ſeu portionem animæ inferiorem, quæ triſtabatur, & patiebatur, ſpiritum verò ſuperiorem) *Porrò qualis ſit beatitudo per ſpem & gratiam, norunt communiter fideles Chriſtiani. Qualis prætereà ſit beatitudo gloriæ, videmus nunc per ſpeculum in ænigmate, credentes eam eſſe, quam nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis aſcendit. Recogitata verò duplex hæc beatitudo viam aperit, ut tertia quaſi media citiùs agnoſcatur, quia minor eſt quàm gloriæ conſummatæ, & maior quàm ſolius ſpei, & communis gratiæ. Nec abhorret hæc diſtinctio Theologica phyſicam conſiderationem, quæ ponit virtutes primas politicas, ſecundas purgatorias, tertias purgati animi, quas Ariſtot. vocat heroicas. Hæc beatitudo, quæ purgati animi, vel heroicalis excellentiæ dici poteſt, fuit in Beata noſtra dùm viveret, ſuper omnem purum hominem; ſicut Beata reſidet in patria ſuper omnem Angelicam poteſtatem. Hæc eſt, quæ à nullo vincitur illuſtrium ſecundũ Damaſcen. & iuxta Hierarchicam Dionyſij legem, continet eminenter omnẽ perfectionem creaturarum tanquam inferiorũ, ut iure dicatur Regina mundi, & Domina. Vis igitur brevi compendio Mariæ beatitudinem notam tibi fieri: da ſibi per eminentiam quidquid in creaturis videris melius ipſum, quàm non ipſum, & ſi non formaliter, tamen eminenter, quamquàm diſtanter à Deo. Et quoniam particeps fuit in via utriuſque beatitudinis, viæ ſcilicèt, & patriæ, ponemus aliquas de conditionibus beatitudinis æternæ, per quas gradatim veniamus ad petita, vel ad petẽda.* Ex regula hac tradita à Gerſone pro indaganda Mariana perfectione, & beatitudine, elicio obiter in primis Mariam nobiliter fuiſſe conceptam; quia Adamus, & Eva ingenua ſunt creatione formati, & nobilis origo melior eſt ipſa quàm non ipſa. Deinde ſaltim in ſecundo inſtanti ſuæ conceptionis fuiſſe beatam, & divinæ fruitionis oleo illius animam delibutam, quia Angeli in ſecundo ſuæ creationis inſtanti divinæ eſſentiæ glorioſam viſionem fuerunt nacti: præcocior autem, & anterior divini numinis fruitio melior eſt ipſa quàm non ipſa. Addiderim ego ad regiam dignitatem, quâ ſuper Angelicos cuneos pollet Maria, ſpectaſſe, ut ſi ipſi in ſecundo ſuæ creationis puncto fuerint beati, ipſa in primo beata extiterit. Valdè enim eſt rationi conſentaneum, ut in tanti põderis prærogativa princeps inferioribus non coęquetur, idque quaſi de iure videtur maieſtati debitum. Iam ex his perſpicuum habebis quàm æmulâ pulchritudinis (ſi fas eſt ita loqui) paritate vultus Matris & Nati ſibi mutuò ſæpè reſponderint. In utroque enim ſpecies decorque gloriæ inſpiciendũ ſe præbebat. Nam animæ Chriſti Domini gloria non ſemel in Thabore abruptis obſtaculis, quibus detinebatur, in corpus fuit tranſmiſſa; id aliàs contigit iuxta Origen. Origen. Hieronym. & Paſchaſ. Hieronym. Paſchaſ. & ſplendor ille, qui templi iniurios pluſquàm flagellum in facie Chriſti exortus terruit, à gloriæ animæ pulchritudine forſan emanavit. Idem crediderim de Maria, cùm Solis fulgor illius faciem viſus eſt circumcingere; ergo Parẽs, & Filius ſingulares, & quaſi pares in vultus formoſitate evaſerunt, plerumque in facie decorem, & coruſcum gloriæ circumferentes. Hæc de ſimilitudine Parentis cũ Nato in pulchritudine naturali ferè ex Gerſone deſumpta ſuprà relato, quamvis eâ nõ opus ſolùm fuerit naturæ, ſed etiam gratiæ; nam in decore Mariano exacuendo non natura tantùm, ſed & gratia deſudaverit, ut idem atteſtatur Gerſon ſerm. de nativitat. Virginis Mar. *Porrò ſi de nobilitate corporis,* Gerſon. *quam dare videtur harmoniaca complexionis diſpoſitio, bona loquimur. Invenimus Mariæ corpus miraculosè compoſitũ, quoniam ex utero ſterili formatum eſt ab illo, cuius perfecta ſunt opera; qui ideò perfectè materiam diſpoſuit, ex qua Mariæ corpus formatum, organizatumque eſt. Ac proindè colligimus, quòd neque malevolus aſpectus cuiuslibet ex planetis nocuiſſe credendus eſt in ipſo conceptionis, aut nativitatis exordio; ſicut neque huiuſmodi formatio ſubijciebatur cœlorum influxibus; quoniam quidquid agebatur, hoc totum gratiæ magis erat, quàm naturæ?*

51 Iã ad nexum ſimilitudinis pulcherrimæ ſpeciei ſpiritualis, quo filio coniungitur Maria, deproperemus. Primam Mariæ venuſtatis cum Filio ſimilitudinem decerpimus ex eo, quòd Mariæ ſanctitatis decorem eodem ingenio, & ordine, ac Nati ſpeciem concipiamus. Nam de Chriſti Domini pulchritudine, ut eam dignè exaltemus, & explicemus, dicimus, eam eſſe, à qua procul abeſt omne inordinatum, & deforme, & cui perfectior virtutum concordia, & harmonia, quæ ſpiritualem parit venuſtatem, inſi-

inſidet. Audi Richard. de S. Laurent. lib. 5. de laudibus B. Mar. ſic de eius decore ſentientem, explicans illud Cant. 4. *Tota pulchra es, amica mea, & macula non eſt in te. Tota enim pulchra eſt anima, cui nihil ineſt ſpiritualis turpitudinis, id eſt vitij, & peccati. Talis verè fuit gloriosa Virgo, quæ nec primam ſimilem habuit, neque habitura eſt in utroque. Propterea primum dicitur de ea Sapient. 7. Sincera eſt, & ideò nihil inquinatum incurrit in illam: de ſecundo dicit ipſa, Eccli. 24. In me omnis gratia viæ, & veritatis: & benè dicit omnis gratia: nulla enim defuit ei virtus, nec puritas Angelorum, nec fides Patriarcharum, nec ſcientia Prophetarum, nec ſobrietas Confeſſorũ, nec innocentia aut humilitas Virginum*: & ad id ſtatuendum inducit authoritatẽ Fulberti Carnoten. *Item de his duobus dicit Fulbertus Carnotenſ. in illa hom. approbatæ conſuetudinis. Conſidenter aſſerimus, quòd nullo genere virtutum vacabat, cui plenitudinem in eſſe gratiæ Dei nuntius aſſerebat. Conſtanter etiam aſſerimus, quòd anima ipſius, & caro, quam elegit, & habitaculum ſibi fecit ſapientia Dei Patris, ab omni immunditia, & malitia puriſſima fuit, atteſtante Scriptura; quoniam in malevolam animam non introibit ſapientia, nec habitabit in corpore ſubdito peccatis.* Et quis non videat, hanc pulchritudinem ab ipſa conceptione traxiſſe Mariã? Quod quidẽ ſaltim de verbis Fulberti dubitari non poteſt.

Richard. de S. Laurent.

Idem.

52 Præterea innuere videtur Deus, ut adeò altiſsimum iudiciũ de Mariæ decore fingamus, quòd quemadmodũ divinã pulchritudinẽ, ſic Mariæ venuſtatẽ mẽtibus noſtris inviã, & veluti inacceſſam æſtimemus: caliginẽ enim habitat, & quò illi nitimur effici viciniores, ut eã agnoſcamus; eò videtur altiùs evehi, noſq; tenebris involvere. Regius Pſaltes contendens divinã cõmendare pulchritudinẽ inquit Pſal. 63. 8. *Accedet homo ad cor altum, & exaltabitur Deus.* Quem locũ ſic Eccleſiæ Patres interpretãtur; accedet homo ad altiſsimã divini decoris cognitionẽ obtinendã, & profũda maieſtatis ſcrutãda: *Et exaltabitur Deus*: hoc eſt procul ab illo elongabitur, & altiùs ſe abſcondens divina pulchritudo efferetur, incomprehẽſibilis enim, & inacceſsibilis eſt, ſicque vult ab hominibus æſtimari. In huiuſmodi documentum tradendũ coincidere præſentẽ locũ Pſal. & illum Cant. cap. 6. 4. *Averte oculos tuos à me, quia ipſi me avolare fecerunt*, ſentit Rupertus: *Averte oculos tuos, averte, inquã, videlicèt ita ut prudens, & diſcreta ſit contemplatio, ſciendo quòd ſim incomprehenſibilis ego dilectus tuus, ex eo quòd ſum Deus, cuius ſubſtantiã vel naturã quanto quis contẽplatur ſubtiliùs, tãto ad cõprehendendũ inſufficiens invenitur: ut de iſto quoq; rectè dicas: Accedet homo ad cor altum, & exaltabitur Deus.* Eiuſmodi ergo reverentiæ ritu, & humilitatis cultu diſpoſuit Deus Mariæ à nobis pulchritudinem ſuſpici, & honorari. Quare Richardus in 1. Prolog. ſic ait: *Scio quòd ineffabilis eſt laus Mariæ, nec ad eã poterit homo vivẽs, etiãſi loqui detur Angelorũ linguis, & hominũ, vel ſi plenè cœleſte noverit idioma; quoniã maior eſt omni laude. Hanc enim gloriã ſibi retinuit ſupernus artifex, cuius Virgo mater opus eſt ſpeciale, nec alteri daturus eſt eã. Quare de Maria per Prophetã dicit: ſecretũ meũ mihi: Iſai. 24. Propter hoc etiã de eius ſpecie totiesreplicat ſponſus in Cant. abſq; eo quòd intrinſecùs latet, ſoli perviũ creatori, ſed nulli cognitũ creaturæ. Nã quãta ſit Mariæ ſpecies, qui dedit ſpeciẽ ſolus novit. Licèt autẽ nõ ignoraverim, B. Mariã exaltari accedẽte homine ad cor altũ: cõplacuit tamẽ de eius laudib⁹ ſaltim modicum quid elucidare ad præſens urgẽte me charitate eius, & magnitudine promiſſorum. Qui elucidant me, inquit, vitam æternam habebunt, Eccli. 24.* His accinit, quòd ſicut monemur ex creaturis aſcenſum parare, & ſcalã cõſtruere, ut ex illarum agnitione in Dei cognitionem deveniamus: ſuadente id Paulo ad Roman. 1. 20. *Inviſibilia enim ipſius à creatura mundi per ea quæ facta ſunt, intellecta cõſpiciuntur: ſempiterna quoque eius virtus, & divinitas; ita ut ſint inexcuſabiles*: in quem locum ſic Tertul. ſive Novatianus lib. de Trinit. cap. 3. *Quem* (de Deo fatur) *quoniam obtutu oculorum videre non poſſumus, de operum magnitudine, & virtute, & maieſtate condiſcimus. Inviſibilia enim ipſius* (*loquitur Apoſtolus Paulus*) *à creatura mundi per ea quæ facta ſunt, intellectu conſpiciuntur, ſempiterna quoque eius virtus, & divinitas: ut humanus animus ex manifeſtis occulta condiſcens de operum magnitudine, quæ videret mentis oculis, artificis magnitudinem cogitaret.* Per verba autem illa, *ſempiterna quoque eius virtus, & divinitas*, Athanaſ. lib. 5. de unic. ſubſtant. Trinitat. Chriſtum Dominum accipit: *Quæ ſempiternitas ſive divinitas*, inquit, *Filius eius eſt. Quod alio in loco ipſe tam evidenter abſolvit Chriſtum, & Dei virtutem, & Dei ſapientiam.* Quemadmodum ergo ſancit divina providentia, Chriſti perfectionis, & pulchritudinis cognitionem per creaturarum ſcalam eſſe expugnandam, ut ſimilitudo, quam cum illa Mariæ decor

Pſal. 63. 8.

Cant. 6. 4.

Rupertus.

Richardus.

Ad Rom. 1. 20.

Tertul. vel Novatian.

Athanaſ.

habet, appareat, indicat (ut ex Gerſon ſupra relato didicimus) eius cognitionem per eiuſdem ſcalæ gradus eſſe inquirendam. Item ſicut Deo attribuuntur perfectiones omnes ſimpliciter ſimpleces in creaturis ſparſæ, ut de Chriſti pulchritudine plenum conceptum (quantum valet infirmitas noſtra) formemus: & quas formaliter nequit habêre, in eo per quamdam eminentiã ſtatuimus. Sic pulchritudines ſparſim ſeorſimque in creaturis diſpertitas vult (ex eodem Gerſone) ut collectim in Mariam cõpluiſſe, fuiſſeq; corrivatas credamus; quoad illius pulchritudinis ſcrutinium perfectiùs

Gerſon. accedamus. Quapropter Gerſon tract. 3. ſuper Magnificat: *Conabimur inaniter, ſi verbis æquare volumus pulchritudinẽ eius, quæ ſub Deo maior nequit intelligi, colligens in ſe omnes pulchritudines ſparſas in creaturis. Ita ut ſit verè una ſpecioſa unius ſponſi, una perfecta ſua, una matri ſuæ electa genitrici ſuæ, quæ genitrix eſt gratuita Dei bonitas, quæ pulcherrima pulcherrimam ſibi fecit.* Hoc eſt, valdè ſibi ſimilem in venuſtate, atque ita ſimilis, ut omnium ſimillimã evadat: & longè inferiùs, interro-

Idem gatus ſic Gerſon à diſcipulo: *Perge nunc oſtendere, quo pacto ſit in Maria pulchritudo quælibet reperibilis in creatura, maximè quia minorata eſt ſicut & Filius, ſcilicèt paulò minus ab Angelis; adeò quòd naturalis ſpecioſitas damnatu luciferi inſignior ſit ex dictis, quia perfectior. Quot ſunt prætereà virtutes ſpecificè totã (ut dicitur) naturam ſpeciei conſequentes in gemmis, herbis, verbis, induſtrijs quoq; animalium. Rurſum in donis hominum gratuitis, ut eſt character ſacerdotalis repugnans ſexui fœmineo. Numquid ut intereà ſilentiũ ſit de cæteris, ex his omnibus Mariæ formoſitatem ornabis, vel eã coronabis?* Quibus reſpondet Gerſon. *Ornabo planè, & coronabo. Quod quomodo ſit, ita deduxi: Circumdatur quippè omnibus, & ſingulis quaſi veſtimento decoro multimoda varietate depicto, quorum omnium virtutes inſignes continet, non quidem formaliter, ſed eminenter. Vnde ſi nõ habet naturalia, quæ habent Angelus etiam damnatus, tã ideò tamen eſt admirabilior, & eminẽtior Mariæ pulchritudo per gratiam, quæ naturam inferiorem quàm ſublimiorem copioſiùs ornat, & perficit. Non habet characterẽ ſacerdotalem formaliter fateor; habet autem eminentiùs ad reconciliationem peccatorũ, ad apertionem paradiſi, quia verè ponitur felix cœli porta, ad auxiliandũ contra poteſtates aëreas, contra calamitates, & miſerias omnes tam animarum, quàm corporum: quoties placuerit ſcilicèt illos miſericordes oculos ad nos convertere, quoties nos voluerit tanquam pia mater filios, quãquam debiles & fœdos curandos, purgandoſque ſuſcipere.*

53. Addiderim ergo, quòd quemadmodum Theologia ex Magno Dionyſio docet, divini eſſe cognitionem à negationibus ſeu per negationes eſſe trahendam, inficiãdo numen eſſe quidquid oculis patet, aut ſenſu poteſt percipi, intellectu comprehendi, & quidquid in ambitu creaturarum poſſibilium clauditur; aſſerendoque, quòd nihil horum eſt, Deum eſſe; ſic pulchritudinis Mariæ cognitionem inveſtigandam: negando illam eſſe quidquid eorum, quæ in orbe creationis continentur; quia licèt creata ſit ſupra omne quod creatum eſt, longiùs evehitur, infra tamen Creatorem, & ita eã fingere poteſt pietas, velùt mediam quamdam ſubſtantiam inter Creatorem & creaturam, quæ licèt Deus non ſit, Deificata tamen quodammodò eſt, & forma divinitatis ita reſplendens, ut vix ab illis valeat diſcerni, ſicut candens ferrum ab igne dignoſci nequit; ut fatetur Richardus lib. 5. de laudibus B. Mar. *Sicut enim ferrũ ab igne extractũ nõ ſolũ ignitũ, imò totus eſt ignis, & ſicut aër illuſtratus à Sole, qui dũ inflãmat aërẽ, ſuum imprimit colorẽ, & inducit calorem, totus Sol efficitur: & velùt aquæ gutta dolio vini optimi infuſa, tota tranſit in odorem, in ſaporem, & in colorẽ vini, & ſicut vitrum cãdidum & purum illuſtratũ à Sole tranſit in ſplendorem, & colorem Solis, & ſicut lana candida & pura tincta in ſanguine muricis vel conchilij, tota coloratur ſecundùm qualitatem tincturæ; ſic anima Mariæ Spiritu ſancto repleta, & maximè luce illa cœleſti, id eſt, Filio Dei in eam deſcendente, non ſolùm luminoſa eſt iam effecta, ſed tota Deificata, & ſicut Dei Filius carnem aſſumẽs ex ea, in ea informatus eſt uſquequaque; ſic quando de eius ſubſtantia Filius carnẽ induit, ipſa beata Virgo, quiddam nobis divinũ ineffabile ex Dei omnipotẽtia mutua vit. Vnde & dicit Cant. 2. Dilectus meus mihi, & ego illi. Quid autem ſit illi dilectus, quid illa dilecto, non dicit; quia id tantum eſt, quòd ad illud explicandum verba deficiunt, & iſtud inſcrutabile eſt viatori, quia credere præcipimur, diſcutere prohibemus, ſicut dicit B. Ambroſ.* Aſſererem ego, pronuntiatum illud: *Dilectus meus mihi, & ego illi*, Cant. 2. 16. ſic eſſe exponendũ: Dilectus meus mihi ſimilis in pulchritudine natura i, quia cũ matrizat, me' decor exẽplar videtur illius quo ornatur; & ego illi ſimilis in pulchritudine penita animi, quãtaverò hæc ſimilitudo ſit, nequit explicari, quia ad eã verba deficiũt:

Richardus.

Cant. 2. 16.

quia

quia iſta eſt inſcrutabilis viatori. Cùm enim divina pulchritudo ea ſit, quam non niſi à creaturarum emendicamus cognatione, vel per negationes rerum aliarum rimamur; eaque in meum animum, inquit Maria, tota transfuſa videatur, nec mea niſi per rimulas quaſdã poteſt inquiri, quia ſi prototypi decor inveſtigabilis eſt, erit quoque inſcrutabilis ab illa deducta imago, ſi perfectè & adamuſsim tranſumatur. Proſequitur Richardus: *Si enim qui adhæret Deo, quod fit per dilectionem unus ſpiritus eſt cum eo, 1. Corint. 6. unitate ſcilicèt amoris & gratiæ; quomodo non magis anima Mariæ, à qua nunquam receſſit, & corpus, in quo novem menſibus habitavit incarnata Sapiẽtia, deificata ſunt, & à Filio, qui ignis eſt, tota facta ſunt ignita? Sicut enim aqua in nuptijs converſa eſt in vinum, ubi nec acceſſit vinum, nec receſsit aqua, ſed alterum factum eſt aliud immutationis origine, nec rationis expoſitione, ſed admirationis obtentu. Sic & Maria priùs quaſi aqua puriſſima in Spiritus ſancti ſuperventione, & Filij Dei conceptione, quaſi converſa eſt in vinum ſuper omnia poſt Chriſtum, lætificans cor hominis; & fortè quia eſt hoc modo, & aqua fuit, quæ potus eſt pauperum, & vinum, quod potus eſt divitum.* Difficilis hæc ſententia de aquæ in vinum demigratione, & ſingularis, quæ licèt non rectè intelligatur, ad percipiendum myſterium egregiè intellectum deducit.

Richardus.

54 Præterea ſtabilitur pulchritudinis ſimilitudo inter Filium, & Matrem ex ſacrę Paginæ ſtylo & elocutione, eâdem enim phraſi, & dicendi ſerie utitur, cùm gratiam Mariæ præconizat, at cùm Filij gratiam extollit, de Chriſto Domino inquit Ioan. cap. 1. 14. *Et Verbum caro factum eſt, & habitavit in nobis: & vidimus gloriam eius, gloriam quaſi unigeniti à Patre plenum gratiæ, & veritatis.* Si verò inquiras, quare Dominum Evangeliſta plenum non acceriverit gratiarum, ſed gratiæ: ut quondam Eſther allocuta eſt Aſſuero: *Facies tua plena eſt gratiarum?* Eſther 15. 17. Facilis eſt ſolutio, nempè ut uberiorem & pleniſsimũ gratiarum cumulum in Chriſtum cœlitus compluiſſe oſtenderet. Nam dici aliquem plenum gratijs, ſolùm deſignat illum gratiarum collectione præditũ, non verò quãlibet gratiam in illo plenè infuſam. Cùm verò plenus gratiâ nuncupatur, nullâ ſingillatim expreſsâ, innuitur omnibus illum gratijs dotatum, ita ut quælibet plena in illo inveniatur: ideòque vocatur Chriſtus Dominus plenus gratiæ, quia nulla fuit gratia, quâ plenus non extiterit. Cœleſtis Paranymphus legationis ſuæ munus obiens, ſic eam inchoans Mariam affatur: *Ave gratia plena.* Et quamobrem non plena gratiarũ? Vt indicet de Mariæ pulchritudine, & gratia, eodẽ tenore verborũ loquendum eſſe ac de Filij venuſtate eximia, ut ſi gratia par Filio parens non evadat, illi quàm ſimillima credatur. Hanc mentẽ delibavi ex Richardo lib. 1. de laudibus B. Mar. *Et nota, quòd dicitur gratia plena, non gratiarũ, aut gratijs; ſicut Eſther 15 dixiſſe legitur Aſſuero: Facies tua plena eſt gratiarum. Non enim mirabile videretur, ſi multis gratijs plena diceretur, neque tam una quàm plena oſtenderetur omnibus fortaſſe ſimul ſumptis, ſed ita gratiarum plena eſt, ut unaquaque gratiarum plena ſit:* & paulò inferiùs: *Et hæc eſt prima plenitudo, quam ſecundũ ordinem hiſtoriæ in novo legimus teſtamento. Vbi enim venit plenitudo temporis, ad Galat. 4. Venit pariter & tempus plenitudinis, & duplicem plenitudinem adduxit, quarum prima eſt propria beatiſsimæ Virginis, de qua hìc dicitur, Gratia plena. Secunda eſt propria Chriſti hominis, de qua Ioan. 1. Plenum gratiæ, & veritatis.* Et hinc perdiſces, quare ſtatim in limine ſacer legatus, Mariæ nomen non prodiderit, nec ſanctiſsimam fœminam proprio nomine vocârit. Tantùm enim ait: *Ave gratia plena,* cùm aptiùs videretur inchoaſſe, ſi dixiſſet, Ave Maria, gratiâ plena. Sed ingenium cœleſte fuit ut doceret, divinâ cùm Filio ſimilitudinem tantum gloriæ Mariæ afferre, eamque in tantum velùt propriam ſibi vendicare Mariam, ut illam pro nomine ducat glorioſiori, & ab ea velit deſignari. Itaque cùm Angelus principium eſſet facturus ab illis verbis: *Ave gratia plena,* ſpectaretque in illis Mariæ ſimilitudinem cum Filio complicari, qui plenus gratiæ erat pariter appellandus; nomen occuluit Mariæ, quaſi dicat: non tam à tuo nomine innoteſces, ô Domina, quàm à ſingulari prærogativa, quæ te Filio in pulchritudine ſimilem reddit; ideò non te tuo nomine appello, ſed quod ſimilitudinem hanc importat. Opportunè ſubdidit Richardus ubi ſuprà: *Plenitudo Beatæ Virginis privat vacuitatem, quamdiu enim vas aliquod plus aliquid poteſt capere, tamdiu habet aliquid vacuitatis. Vnde omnis alia creatura aliquid habuit vacuitatis, quia maiorẽ gratiã recipere potuit; ipſa autẽ ſic uſquequaq; gratia plena fuit, quia maiorem gratiam habere non potuit, niſi ipſa divinitati uniretur: hoc eſt niſi ipſa eſſet Deus* (intellige iuxta Dei præſcriptum decretũ) *Hæc eſt plenitudo, de qua ſpecialiter dicit Angelus, Ave gratia plena. Hæc itaque propria beatiſsimæ Virginis, quod etiam*

Ioan. 1. 14.

Eſther 15. 17.

Luc. 1. 28.

Richardus.

Idem.

Angelus proprium nomen eius tacuit, & hoc quaſi pro nomine eius poſuit, ut plena gratia deinceps vocaretur.

55 Vlteriùs deleges argumentũ huiuſmodi ſimilitudinis inter Mariã & natũ repertæ ex principio, à quo Mariæ pulchritudo defluit. Nã Mariæ gratia, & ſpecies ab ea, quã in Filio demirantur cœlestes virtutes, penè decidit immutata. Ac proindè aſſerit Richardus, poſtquã Mariæ commendaverit quatuor ornamenta decoris: Richardus. *Hæ pulchritudines derivantur à quatuor pulchritudinibus Sponſi, à quo Sponſa recipit totã ſuã pulchritudinẽ quia Spõſus pulcher eſt per naturã, Sponſa pulchra eſt per gratiã.* Sic ille lib. 5. de laudibus B. Mar. Quaſi non gemina, & diſtincta fuerit Chriſti, & Mariæ pulchritudo, ſed eadem, diverſo tamen titulo aut ordine utrique communicata. & lib. 1. inquit: Idem. *Et benè gratia plena, quæ in corde, & in corpore receperat totũ gratiæ fontẽ, cui ipſe fons gratiæ Chriſtus Dominus tantum de ſua immenſa pulchritudine contulit, quæ eam uſquequaque replevit, quod eius plenitudinis ipſe factus ſit rivus.* Ecce nomen fontis gratiæ mutuâ viciſſitudine (diſpari tamen) utrique aſciſcitur, & inter Mariam & Filiũ reciprocatur; nam plenitudo pulchritudinis Mariæ rivus eſt fuſus ab exundante fonte venuſtatis Filij, qui ſui tantum Mariæ contulit, ut ipſe rivum ſe cõſtituerit orientem à plenitudine venuſtatis Mariæ unde quis inter Filium, & Matrem poſitus quaſi anceps poſſet hæſitare, quis fõs exiſteret venuſtatis alterius; Maria pulchritudinis Filij, an Filius pulchritudinis Mariæ: & utrũque poſſẽt ut verum amplecti, nã uterque pulcherrimus, & alterius alter fons, ſed longè ordine diverſo.

56 Hæc rurſus mira pulchritudinis quaſi par æmulatio inter Chriſtum & Mariam innititur ſacro nuptiali fœdere, quod geminum connubem connectit; nam thædæ nuptiales ſicut æquales ambiunt coniuges, nobilitate, & divitijs quos feliciter illuſtrent, & amanter dulciterque concremẽt, ita quoque & pares pulchritudine. Quapropter quia Maria in Matrẽ ſimul & Spõſam fuit à Filio divino præelecta, oportuit ut ſimili ſuæ pulchritudinis pompâ ſtatueret Sponſam ſplendicare; tempeſtivè opitulatur Richardus de S. Laurent. lib. 5. Richardus *Aliter tota pulchra dicitur Maria, quia omnes virtutes activæ, omnes virtutes contemplativæ in ea convenerunt, & præ omnibus creaturis admirabilem effecerunt, & hæc etiam fuit eius incredibilis pulchritudo. Per virtutes activas habuit voluntatem mundiſſimam, per ſpeculativas mentem purgatiſſimam. Tota igitur fuit pulchra, in carne puritate virginitatis, & in mente conſummatione ſpeculationis, & neque in carne habuit maculam contagionis, neque in mente rugam duplicitatis: & talem ſibi Chriſtus Matrem, & Spõſam exhibuit nõ habentem maculam, neque rugam, Epheſ. 5.*

57 Iterùm einſmodi pulchritudinis parilitas conſurgit ex ſimili vi & potentia, quâ allicit amantes ad ſeſe, & invitat ſpectatores, provocatque ad ſui concupiſcentiam ardentia in animis deſideria. Quod ſi purpuratum Vatem conſulas, an hac virtute ciendi anxietates & ſuſpiria in ſpectatoribus pariter Mariæ & Filij venuſtas floruerit, aſſeret de Sponſo, pulchritudine ſuâ, & ſpecie in omnium animos obtinuiſſe imperium, inimicos etiam ſui decoris delinimentis pluſquàm iugulo gladij debellatos ad ipſius corruiſſe pedes, ut paulò antè memoravimus. Hæc omnia illa verba obſignãt Pſal. 44. 3. *Specioſus forma præ filijs hominũ, diffuſa eſt gratia in labijs tuis, propterea benedixit te Deus in æternũ. Accingere gladio tuo ſuper fœmur tuum, potentiſſime. Specie tua, & pulchritudine tua intẽde proſperè procede, & regna: propter veritatẽ, manſuetudinẽ, & iuſtitiam* (in quibus interior pulchritudinis harmonia conſiſtit) *& deducet te dextera tua. Sagittæ tuæ acutæ* (*populi ſub te cadent*) *in corda inimicorũ Regis.* Et cùm hæc tanquam mira quædam portenta potẽtiæ formoſitatis Sponſi præmiſerit, virtutem, quâ decor ſponſæ animos ſe intuentium capit, commendans excellẽtius quid & glorioſius de illa prædicat, n. 11. *Audi filia, & vide, & inclina aurẽ tuã, & obliviſcere populũ tuũ, & domũ patris tui, & concupiſcet Rex decorem tuũ.* Quaſi dixerit: venuſtas Sponſi aliorum ad ſeſe laceſſet, & excitabit voluntates, attamen ipſe Sponſi decor tuæ pulchritudinis præda erit, illum ad tuum allectabis amorem. Cyprianus epiſt. 75. legit: Cyprianus *Deſideravit Rex ſpeciem tuam.* Quaſi innuat, Regem cenſere ſe minus habere dum propria pulchritudine potitur, ſi Mariæ pulchritudine careat, quæ licèt ab illo tanquam à fonte proceſſerit, adeò exuberavit eximia, ut in illius concupiſcentia inardeſcat. O quãta prærogativa, & excellẽtia decoris Mariæ, ut poſſit in ſui amorẽ numen ipſum imflammare, & illius provocare deſideria! Hæc profectò ſupremum gloriæ culmen, altiuſque dignitatis faſtigium eſt. Sanè B. Ildephonſ. optans ſummam Mariæ venuſtatem exaggerare, nil concepit de illa ſublimius, quàm quòd potis fuerit divinis placêre obtutibus. Sic enim ait ſermon. 3. de Aſſumpt. Mar. *Nulla nobilior Dei Matre refulſit, nulla ſplendidior ea proceſſit, quã ſplen-*

Pſal. 44. 3.

Pſal. 44. 11.

Ildephonſ.

ſplendor paternæ gloriæ ineffabiliter diuinitùs illuſtravit, quâ virtus Altiſſimi obumbravit, ut virgo pareret, quam divina gratia replevit, ut virgo conciperet; quam ſapientia Dei Patris præ omnibus elegit, ut placeret. Perpende aſcenſus orationis, & gradus egregij rhetoris. Quaſi minus portentum extiterit, virginem concipere, & parere, illud præmittit, & in fronte orationis ſtatuit; deindè ut divinæ Sapientiæ lucidiorem fœtum diſtringat, divina que potentiæ exerat pompam, addit Mariam tantâ dotatam pulchritudine, ut poſsit divinos oculos permulcêre: nec ſolùm permulcêre, & allicere; ſed adeò potenter & imperiosè capere, & illaqueare, ut Sponſus è regione Sponſæ quaſi ſui compos non fuerit, quin illicò ab illius rapiatur pulchritudine, illiuſque radijs velùt dulcibus catenis neſcientibus tamen ſolvere captũ, irretiatur. Hinc illud eſt Cant. 6. 4. *Averte oculos tuos à me, quia ipſi me avolare fecerunt.* Quaſi dixerit Filius Matri. Tanta fuit mentis tuæ puritas, tanta ſpiritualis iſtorum oculorum tuorum extitit vis, ut ipſi me, quaſi extra me rapientes avolare ſuaviter coëgerint de ſinu Patris in tuum gremium. Videtur enim Filius ut plurimum Mariæ deferat pulchritudini & ſplendori; quaſi aliquid ſibi derogare; nam ut lepidè ait noſter Delrius. Quemadmodum qui Solis adverſos radios non perferunt, manu oculum tegunt, & faciem aliorſum avertunt, ita Sponſus ait ſibi nunc uſuvenire, quia nequit geminum illud iubar ſuſtinêre, ſed nimio ſplendore præſtrictus uratur, & extra ſe rapiatur. Et quia alia exemplaria legunt; *quia oculi tui me extulerunt*, vel *me ſuperbire fecerunt*, attende quam amoris fornacem flammantem, quæ deſideria medullarum intima deparcentia Mariæ pulchritudo in filij ſui animo provocarit accenderitque, ut qui ipſiſſima pulchritudo eſt, fonſque totius venuſtatis, quippè qui ipſo ſuimet decore & ſpecie formoſa fruens beatiſsimus eſt, nec cui invideat habet; elegantiam formæ ſuæ attendendo non efferatur, nec ſuperbos ſpiritus induat; cùm verò ad Mariæ pulchritudinem deflectit oculos, veluti iactabundus & glorioſus de tanto ſponſæ pulchritudinis ſplendore tumeat. Vnde interpretantur aliqui: oculi tui me extulerunt, ita non alacrem tantùm, ſed elatum reddidêre, ut planè mei impotens vix penes me ſim præ amore. Sed melius dixeris, ſi gradus progreſſuſque, quos fecerit amor; hìc exprimantur; paulò enim antè inſtar hinnuli celeriter ad Sponſam accurrerat; nunc autem auctо amore inſinuat cor ſuum fugitivum non celeri tantùm curſu ad Sponſam contendiſſe, ſed pernici alarum remigio à ſe avolaſſe, & ad dilectam advolaſſe. Præſentem locum pro Mariæ gloria, & honore ſtrenuè elucubratur ſuus addictiſsimus Richardus de S. Laurent. lib. 5. de laudibus B. Mar. *Incredibilis dicitur Maria pulchritudo, id eſt, in ſuperlativo gradu virtutum omnium plenitudo. Vnde Iſai. 66. Quis audivit umquam talè? Omniumque oculis gratioſa, & amabilis videbatur per humilitatem ſuam, quam reſpexit Deus, Luc. 2. quia ubi amor, ibi oculus. Et nota, quòd dicit oculis omnium. Primò oculis ipſius Dei Trinitatis, qui eius humilitatem reſpexit, & ſpeciem eius deſiderat intueri. Vnde dicunt ei Pater, & Filius, & Spiritus ſanctus, Cant. 6. Revertere, revertere, Sunamitis, ut intueamur te. Sunamitis interpretatur mortificans vel mortificata. Hæc eſt Maria: in hoc etiam quod dicitur, & intueamur te, & ponitur verbum plurale, notatur Trinitas perſonarum. Ideò dicit ei Sponſus Cant. 2. Vox tua dulcis ad audiendum, & facies tua decora ad intuendum. Secundò, oculis Angelorum, & omnium Beatorum, qui in eam ſicut in Filium deſiderant intueri, 1. Petr. 1. Non dico ſicutiſsimè. Tertiò, oculis hominum: creditur enim, quòd ferè nullus potuit eam intueri, quamdiu fuit in mundo, qui eam ſtatim non amaret, nunquam tamen malè fuit adamata.* Ex commate hoc 12. cap. 2. Cant. *Revertere, revertere, Sunamitis, &c.* expoſitum reliquit Richardus comma 4. *Averte oculos tuos à me.* Nam cùm Mariæ oculorum venuſtate, & ſplendore detentus, & præpeditus Filius poſceret ab ea, ut formoſam faciem aliò diverteret; ſicut olim rogabat Moyſen, *dimitte me*: annuiſſetque Spõſa Filij optatibus; vix abſcondito Mariæ vultu, novis dilectus ardoribus æſtuebat; & abſentiâ interpoſitâ gliſcebat amor, acrioribuſque ſtimulis deſideriorũ pungebatur; quaſi abſque Mariæ pulchritudine eſſe nequiret, qui ſuamet cõtentus, & felix quieſcit: ideò ſtatim, quaterque repetito clamore, querẽs ſe tali aſpectu privari intonat: *Revertere, revertere, Sunamitis, revertere, revertere, ut intueamur te.*

Cant. 6. 4.

Delrius.

Richardus.

58 Præterea qui adeò actualiſsimus eſt, ut ipſemet actus ſit, omnia pervadat, & penetret, nec locus ſit, qui plenus ipſius nõ ſit; qui rebus omnibus agendis, auxilijſque parandis adeò non occupatur, nec præpeditur, ut mundialis fabrica nullum ei negotiũ faceſſerit, & ſolo verbo expedierit: ita totus, cùm Mariæ pulchritudini intendit, ab ea poſſeſſus, detentus, & vinctus quodammodo apparet, ut nullus iam ſibi alijs

fovendis,& curãdis videatur: quaſi qui omnibus multus eſt,modicũ ſe,ut Mariæ venuſtate potiatur,æſtimet. Ideòque petit,ut avertat oculos,laqueos laxet, diſſolvat vincula,quò alijs animis ſubſidium , & opem ferre valeat.Veluti ibi non ſit, nec in ſe ſit, ubi Mariæ facies pulchra non eſt. Verè ſi alicui piæ animæ aptari poſſunt verba Ambroſ.in præfatum locum: iure tota ea ſibi vendicat Maria,nec præripit alijs,quæ ſpeciali titulo ſibi debita recognoſcit: *Averte oculos tuos à me , & ſi tu perfecta es , aliæ mihi adhuc redimẽdæ ſunt animæ, aliæ fulciendæ,elevas enim me videndo , ego autem ideò deſcendi,ut omnes elevem.* Sic lib. de Iſaac,& anim.cap.7.

Ambroſ.

59 Si verò inquiras,in quo ſpecialis Marianæ ſpeciei elegantia conſtiterit; quæ illa portio,quæ tantæ venuſtati pro animo eſt, quodvè validius telũ, quod Sponſi præcordia transfodit? Credam ſingularem illius prærogativam eſſe; nempè Mariæ pulchritudinem à pulcherrimo fonte, à mũdiſsima origine derivari, & ſpeciali nobilitatis fermento univerſam Marianæ venuſtatis maſſam eſſe coactam,conſperſam, conditãque. Sic Alanus ſerm. de Aſſumpt. Mar. apud Delrium:qui explicans cur bis gemina voce fuerit à ſponſo compellata Maria, ut ſe præberet ſpectãdam,inquit: *Revertere primò,ò Maria,à captivitate mundi , cui non debes ſubijci,per quam captivi à captivitate ſua ſunt ſoluti.Secũdò revertere ab onere ſive corruptione carnis:quia ſicut immunis es à corruptione peccati , ſic ad immortalitatem tranſire debes abſorta mortalitate per gratiam Dei. Tertiò revertere ad libertatem filiorum Dei,quia ſicut numquã regnavit peccatum in tuo corpore mortali, ſic digna es perfrui eadem Spiritus libertate in carne virginali,qua fruuntur in ſpirituali ſcientia Angeli ab ipſa ſui creatione, ſeu potius cõfirmatione. Quartò revertere, ut intueamur te à dignitate Angelorum ad ſuperexcellentiam iam beatificorum ſpirituum;quia ſicut in Filij tui faciem deſideramus proſpicere;ſic in ſpecie,& pulchritudine tua vultus defigere volumus ; & luce vultus tui illuſtrari.* Hanc vocem beatorũ eſſe Mariã in cœlum aſcenſum optantium teſtatur Alanus.Diſcute illa verba: *Revertere,ut intueamur te à dignitate Angelorũ, &c.* Quaſi Angelorum dignitate præfulſerit Maria,dũ viveret. Quæ, quæſo,hæc Angelica maieſtas,& coruſcũ ſingulare , quod prominuit in Maria? Nũ virginea puritas? Non inficiabor.Sed aſſeram,altiùs mentem eſſe evehendam, & Angelorum dignitatem præcipuè in eo conſiſtere,quòd in originali ſplendore fuerint creati,hac profectò ſplẽduit Maria, & ex hac ad beatitudinem advocatur,quaſi iure ſpeciali debita ſit gloria corporis,vel corpus ſit gloriæ debitum ab ingenua origine deductũ.Deinde verba illa exigunt diſcuſsionẽ , quæ etiã ſuprà ſcripſit Richardus:*Quia ſicut in Filij tui faciẽ deſideramus proſpicere, ſic in ſpecie , & pulchritudine tua vultus defigere volumus,& luce vultus tui illuſtrari.* Meherclè iniurij divinæ pulchritudini viderẽtur cẽſendi beati,qui pelago venuſtatis immerſi, ibique eâ fruentes aliã concupiſcunt , & eius fruendæ pulſantur optatis:ſicut iniuriâ afficere humanũ decorẽ videretur amaſius, qui eo deditus , eiuſque gratiâ , & aſpectu delinitus, aliã deſideraret pulchritudinem , ad quam converteret vultus. Quam, quæſo, optabit pulchritudinem , qui infinitæ ſpectandæ, & fruendæ incumbit?Sed mirũ ſanè fuit ingeniũ ad aperiẽdos ſublimes ſimilitudinis gradus,quã Maria cũFilio habet in venuſtate; inſinuatur enim non tã diverſam eſſe quàm eamdẽ;nec aliã à Filij ſpecioſa forma beatos ambire,cũ Mariæ ſpeciẽ ambiunt.Non enim aut contumelioſum te præbes erga principẽ aut incultũ , cũ ab illius vultu deflectis oculos,ut principis ſtatuã affabrè fabricatã,& ad primè principis referentẽ phiſonomiam ſuſpicias : abeſt procùl indè iniuriæ livor,& obſequij potiùs blandimento principem demulces; tantũ enim diſtat,ut illiberaliter & inurbanè ſe gerant beati , & ſpirituales intelligentiæ, cùm divini vultus gloriâ perfuſi optant Marianæ pulchritudinis ſplendore irradiari , quòd quædã comitatis lenocinia ſe putent Deo dicare , non enim tunc à Dei decore revocãt facies, ſed ad eumdẽ ſtrenuè delineatũ in imagine trãſferunt:& ab architypo oculos defigẽtes in typũ,diſtinctam pulchritudinẽ non quærũt, ſed eamdẽ.Hinc intelliges verba illa : *Volumus luce vultus tui illuſtrari.* Nonnè ſplendore,quo beati circumcingũtur,à Dei fruitione proveniẽte ſatis luminoſos ſe plaudunt? Fulgoribus à divino vultu prodeuntibus ſatiati non quieſcunt? Eſtnè lumẽ aliud, à quo queant pulchriùs aut uberiùs illuſtrari? Apage! Sed omnibus modis contendunt gaudijs à divina pulchritudine exuberantibus deliciari:idcòque oculos ducunt,& reducunt ab illius prototypo in typũ, ab exẽplari in imaginẽ,à venuſtate Filij in pulchritudinem Matris, ut non ſolùm à ſplendoribus Filij,ſed à radijs , qui oriuntur ab ipſo in Mariam , decorentur , & coronentur. Amãt non ſolùm directo pulchritudinis divinæ fulgore , ſed & illius reflexionibus, & reſultibus , qui ab illius imagine in Maria quidem tanquam in cryſtallino ſpeculo efformata reſiliunt amiciri . Quocir-

Alanus.

circà divini exemplaris lumine conſperſi, luce ab illius imagine, quæ in Maria apprimè depicta eſt, cupiunt quoque ſuperfundi, ut non ſolùm divini Solis coruſcum, ſed & illus imaginis inſignia geſtent, quo ſe plenè beatos conſpiciant.

6o Hinc interpretor locum Ruperti, Cant. 1. 15. qui ad illa verba Cant. 1. 15. *Ecce tu pulchra es, amica mea, ecce tu pulchra es*, inquirens, cur ſemel, & iterùm pulchram Mariã appellet, vocemque pulchritudinis congeminet, inquit inducens Filium Matrem al- Rupertus. loquentem: *Quando ex te natus ſum, tunc ex virga flos aſcendit, ſuper quem requieſcit ſeptiformis Spiritus Domini. Ecce ergo tu pulchra es, & iterùm dico, ecce tu pulchra es: pulchra decore virgineo, pulchra unigenito Filio; taliter geminata nullius umquam fuit, nullius umquam erit pulchritudo.* Sed quid eſt, Mariam venuſtam exiſtere, & formoſam unigenito Filio? In promptu eſt reſponſum; ſi aſſerueris virginitatem, fœcunditatemque in Maria ornanda conſeruiſſe manus, pacificèque fuiſſe fœderatas. Idcircò Maria accerſitur bis pulchra, quia floris virginei decore non ſolùm ſplendet, ſed & fructus venuſtate viget. Non eo inficias, nec ſolutioni æmulor. Sed adhuc contendo non percipi ſatis quomodo Maria unigenito Filio pulchreſcat, niſi pulchritudine ab ipſo participata, & in ipſam translata. Mariam namque Filio venuſtari, propriè certè eſt, Filij ſimilitudinem in illam refuſam, & adeò Filij imaginem perfectè exprimere, ut quemadmodum qui videt Filium, videt & Patrem, Ad Hebræ. 1. 3. quia *ſplendor eſt gloriæ, & figura ſubſtantiæ eius*, ad Hebræ. 1. 3. Sic qui ſpectat Filium, ſpectat & Matrem, vel potiùs qui videt Matrem, videt & Filium, quia Maria ſplendor eſt gloriæ Filij nati, & figura virtutum eius. Et huic cogitationi pro fulcro ſunt verba, quæ immediatè ſubiungit Spôſus. Nam cùm præmiſiſſet Mariam bis decoram, ut non ſolùm propriam pulchritudinem oſtenderet illam portare, ſed & Filij quoque decoris ſimilitudinem, ſeu imaginem, ſubdit: *Oculi tui columbarum.* Quaſi dicat, animæ feneſtræ oculi ſunt, cùm verò anima tua, ô Mater, per feneſtras oculorum ſe præbet intuendam, quaſi gemina columba in illis apparet: ideò, *oculi tui columbarum.* Sed inſuper, quòd inſtar columbæ effigiatam animam geras, profectò animæ meæ ſimilitudinem te ebibiſſe oſtendis. Nam mea anima à Spiritu ſancto, qui columbæ effigiem ſibi aſciſcit, habet, quòd columba ſit, vel columbæ formã imitetur: quidquid enim pulchritudinis habet, columbinum eſt, cùm ſeptiformis huius columbæ Spiritus mihi inſideat, & ſeptem ſpiritus ſeptem oculi columbæ ſunt, atteſtante Zachar. *Ecce lapis, quem dedi coram Ieſu, ſuper lapidem unum ſeptem oculi ſunt*, cap. 3. 9. Appello ergo oculos tuos columbarum, ut tuam animam, quæ per illos exoritur, columbam demonſtrem: ſicque aperiam animæ meæ imaginem, & decorem in illa depictum, quæ ſeptiformi Spiritus ſanctis chariſmate ditata ſortitur columbæ nomen: idque circò te pulchram bis aſſero, ut doceam ſecundam, imò & primariam ſeu principem pulchritudinem tuam conſiſtere in eo quòd mei imaginem præferas. Intellectum hunc fuiſſe Ruperti illicò ipſe aperit ſubmittens: *Adhuc addo iſtud pulcherrimum, oculi tui columbarum, quid enim ſunt oculi columbarum, niſi dona ſeptem gratiarum ſeptem ſpirituum ſuper me requieſcentium: ſeptem namque oculi, qui iuxta Zachariam Prophetam in uno lapide ſunt, ſeptem ſunt ſpiritus Dei, qui iuxta iam dictum Prophetam Iſaiam ſuper florem requieſcunt. Iſti oculi mei ſunt oculi tui, oculi columbarum, oculi omnium gratiarum vel ſpirituum tu effecta es particeps.* Nihil Meherclè elegantius, nihil ſplendidius, & ad noſtrum inſtitutum conſentaneum magis nihil potuit comminiſci. Nam cùm Spiritus ſancti omnigenæ gratiæ quaſi colores fuerint, quibus in Chriſti anima velut in ſacra tabula prototypum pulcherrimum artifex depinxit ſupremus, oportuit, cùm ſtatuit illius imaginem in Mariæ anima delineare, ut veluti omnes gratiarum colores in ea inſumeret; quo apprimè perfectèque ſuo architypo reſponderet. Ex his quoque illuſtratur Bernardus hom. 2. ſuper Miſſus eſt, aſſerens: Bernardus. *His virgo regia gemmis ornata virtutum, geminoque mentis pariter & corporis decore præfulgida ſpecie ſua, & pulchritudine ſua in cœleſtibus cognita cœli civium in ſe provocavit aſpectum: ita ut & Regis animum in ſui concupiſcentiam inclinaret, & cœleſtem nuntiũ ad ſe de ſupernis educeret.* Timebo forſan, ne Bernardũ perlegens autumes, Mariæ pulchritudinẽ, divinãque Filij, quaſi rivaliter de expugnãdis animis inter ſe decertaſſe, cõtendiſſeque alterã alteri amantiũ ſpectaculũ, & pompam præripere; ideòque Mariam decore ſuo explicato provocaſſe cœleſtes ſpiritus, ut ad ſe converterent oculos numinis deſertã pulchritudine, quæ ſpectantium theatro ſe ſpoliatam agnoſcens ad Marię decorem ſibi æmulantẽ reſpexit, cuius illicò deſiderio exarſit. Verumenimverò ſi prædicta rudi ita & craſſa minerva percipias, ruſticum ſanè erit, & inſanum commẽtum, impolitaque,

& barbara cogitatio: quòd ſi ea aliquantulum expolieris, & compſeris quaſi per rimulas quaſdam, veritatis tibi lumen emittent. Verum quidem eſt, Mariam ſpecie ſua ſacras intelligentias ad ſe ſpectandam demirandamque ſuaviter purèque pellexiſſe; ſpecie, inquam, ſua divini decoris haudquaquam æmulatrice, ſed eius authoritatis cõciliatrice, quia Mariæ formoſitas à divina non differt, ſed ab ea ſimilitudinem carpit, ideò adverſa non eſt, ſed amica: nec diverſa, ſed eadem. Provocat ergo in ſe Angelicos obtutus, non ut à numinis eos ſpecie contemplanda avocet, ſed ut acciat ad bis contemplandam, cùm eos à divina non arceat viſione, ſed compellat ad perfectam illius in ſe imaginem ſuſpiciendam. Itaque beatiſsimi ſpiritus, dùm oculos ab exemplari ad typum ferunt, referuntque, duplici demirationis gaudio delibantur: in admirationem enim rapit eos prototypi immẽſa pulchritudo, iterùmque ducit in admirationem imaginis perfectiſsima cum illo ſimilitudo; unde inter imaginem & exemplar hinc indè dirigentes aſpectum dulciter gloriosèque velùt inter reciprocas hinc inde erumpentes delicias fluctuant. Et quid mirum, quòd Maria Regis animum in ſui amorem inclinaret? Nam Chriſtus Mariæ pulchritudine captus, non tam Mariæ, quã ſui venuſtatem deperibat. Velut enim alter Narciſſus Mariam ſpectans ſui ſpectabat imaginem, ab illaque ebibebat ignes amoris, quibus deflagrabat, ſibique ipſi veluti lenocinabatur, cùm Mariæ amatoria perſolvebat obſequia; nam ſuæ imaginis decore æſtuari, non tam alienam ſpeciem, quàm ſuam ardêre quis cenſendus eſt. Quamobrẽ aſſerit Bernardus, Mariam cœleſtem nuntium ad ſe traxiſſe de ſupernis: quia licèt in deſcenſu ſacer Paranymphus divino parebat imperio, illud ambijſſe videbatur præ deſiderio fruendi novitate ſpectaculi, quæ præfulgebat in Maria: in qua ita adamuſsim depicta viſebatur regia imago, ut illius amore regalis animus inardeſceret, & nil erat aliud, quàm propriæ pulchritudinis radijs inflammari.

61 Prædictam ſimilitudinem inter Filium & Matrem repertam egregijs teſtimonijs commendat Richardus de S. Laurent. lib. 4. de laudibus B. Mar. cuius verba, licèt largius effuſa, non cenſeo omittenda:

Richardus. *De ſanctitate* (inquit) *B. Mariæ dicit Sanctus Bernardus: Hæc eſt Ieruſalem civitas ſancta: quæ prærogativa meritorum omnẽ tranſcendit creaturam ad evacuandũ omnem poteſtatem inimici, quæ ſola in univerſa generationis linea dicere poteſt poſt Filium, Princeps huius mundi in menõ habet quidquam. Ioan. 14. Item Ioel 3. Erit Ieruſalem Sancta, & alieni non tranſibunt per eam. Item ſicut dicit Anna in Cantico ſuo: Non eſt ſanctus, ut eſt Deus noſter, 1. Reg. 2. Sic dici poteſt Dominæ veriſsimè, nõ eſt Domina ſancta, ut eſt Domina noſtra. Et nota, quòd ſingulas expoſitiones huius nominis Sanctus, Sancta, Sanctum, reperire eſt in Maria. Sanctus vel ſancta idem valet, quod mundus vel munda. Vndè Dominus Levit. 11. & 1. Petr. 1. Sancti eſtote, quia ego ſanctus ſum: ipſa verò mundiſsima creaturarum Dei, ſicut patet. Item ſanctus dicitur à Sancio Sancis: Vnde dicitur Sanctus, quaſi ſancitus: Et ipſa fuit Sancta, id eſt firma, & in bono confirmata. Vndè dicit Eccli. 24. In Sion firmata ſum. Itẽ Sanctus dicitur quaſi agios, id eſt ſine terra, ſcilicèt ſine terrenitate, & eius converſatio tota fuit cœleſtis. Item Sanctus, id eſt, Domino dicatus, datus ſcilicet, & appropriatus. Vnde Luc. 2. Omne maſculinum ad aperiens vulvam Sanctum Domino vocabitur: ipſa verò tota fuit Dei, & nullius niſi Dei. Vnde dicitur Cant. 2. dilectus meus mihi, & ego illi: & ferè ubique in Cantic. vocat eam filius ſuam.* Diligenti, & aperto oculo ſingula verba diſcute, & mentior, ſi non inveneris atteſtari ſimilitudinem Filij cum Matre, quâ maior nequit in creaturis inveſtigari, ab ipſa Mariæ conceptione derivatam, & lib. 5. ſcribit: *De pulchritudine verò, & excellentiſsima Mariæ boneſtate loquitur quidam ſic: Ad membrorũ beatæ Virginis excellentiam ſingularem laudes humanas addere neceſſe non eſt: cùm ex vita illius ſanctiſsima & totius virtutis forma reſplendeat. Eius quidem in terris converſatio, & omnibus ſanctis imitanda proponitur, & etiam Angelis admiranda efficitur, quæ ſiquidem non ſolùm delectabat, ſed & divinos provocabat aſpectus. Quid enim aliud membra illius erant, niſi quædã ſpirituales linguæ, quas Spiritus ſanctus ſui plectro temperans modulaminis ſuæ digitis præſentiæ movebat in harmoniam Angelicæ ſimilitudinis: Idem namque Spiritus, qui illius animam ſui fervore caloris accenderat, membrorum quoque officia in eam habitudinem ſuſpendebat, unde nihil aliud in ſuis membris reſonabat, niſi nectar divinæ humanæque ſapientiæ expreſſum de illa ineffabili ſuavitate, quam in Trinitate Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, maieſtatis divinæ eſſentia Patri communicat, vel concordia. Ad huius puritatis excellentiã nullam alicuius ſancti pertingere ſcimus ſanctimoniam, niſi ſolius Mariæ, quæ tanto divinitati erat vicinior, quanto Spiritus ſancti muneribus ornatior, qui membra eius* Idem.

velu-

veluti in quadam virginitate cuſtodiebat, ut nulli omninò ſubiacerent corruptioni. Perpende, quæſo, quantâ divinitatis ſpecie honeſtabatur Maria, cuius membra inſtar linguarum erant functionibus ſuis divinitatem reſonantia. Vnde actiones Mariæ ceu actiones erant divini amoris, & illius indices, quibus ſe ſpectandum cognoſcendumque præbebat. Hinc eſt, quòd dulcedine illâ, & melodiâ inungebatur, quæ propria Triadis eſt, tribuſque perſonis, numinis eſſentia communicat. Quare ita ſingulis reddebatur ſimilis nectareo illo influxu perfuſa, ut velùt quartam perſonam Triadi additam ſanctiſsimam fœminam æſtimares. Et hac quidem maieſtate & gloriâ à ſui cõceptione Maria prædita cuſtodiebatur, nã ne corruptio illi aliqua dominaretur, ſpiritualemque mentis virginitatem, & integritatẽ illæſam obtinêret, Spiritus ſanctus illi pro ſatellitio fuit. Et quomodo Virgo, & integra mens Mariæ quiret appellari, ſi originali noxæ, dæmoniſque ſubiacuiſſet imperio? Verè dormitaſſet, qui cuſtodiebat civitatem, & aulam regiam. Nec credendum eſt Spiritum ſanctum ſolicitius vigilantiuſque excubaſſe pro Mariani corporis virginitate, quàm mentis integritate tuenda. Hæc enim & pretioſior eſt, & Deo dignior, divinoque habitaculo decentius ornando congruentior, ut ſæpiùs admonui, ſcitèque docet Gerſon ſentiens Virginis nomen nõ ad regionem corporis ſolùm, ſed ad mentis integram munditiam expandi, utramque complecti. Quapropter inducente eo charitatem virginitate, & ſapientiâ comitibus ſtantem coram regio ſolio, ut cauſam diceret pro Mariæ indemnitate ab omni originis turpitudine: chariras Spiritus ſancti donum ſe Mariæ offerens ſic inchoat: *Verè, Pater omnipotens, tu me feciſti, & in te me glorifico Reginam virtutum, & ſine me quæcunque ipſarum non perfectè conveniret humanæ naturæ, nec concederetur; ſum ea, quæ eas illuminat ſicut Sol colores, & vivifico animam ſicut anima corpus; ſine me mortua eſt anima, ac impotens facere quamcunque operationem ſtudioſam ſicut corpus ſine anima. Si ergo cõtingeret (quod abſit) quòd aliquo tempore in conceptione eius, vel poſteà eſſem elongata, & extra illam dominam ratione peccati originalis quis eam cuſtodiret? Nullo enim pacto in ea habitare poſſem. Videamus quid eſſet. Primò anima eius ſpiritualiter mortua eſſet, & ideò turpis, fœtida, deformis, non placens tibi Deo, neque à te amata, indigna ſocietatis tuæ, & ſocietatis Angelorum, & digna ſeparari perpetuò ab eis: & ſi in illo ſtatu moreretur, abſque dubio æternam ingrederetur damnationem. Etiam ipſa eſſet habitatio tenebrarum, quæ lumen portare debet. Rectè dixit Sapientia, admodum impertinens eſſet, ſi ſic fieret, & matutina Stella in ortu eius eclipſim faceret: Roſa nova deficeret, Fons gratiæ deſiſteret, Flos lilij palleſceret, Mater vitæ mortua eſſet, Regina mundi ſubijceretur. Sed cui ſubijceretur? Subijceretur fœdiori, & abominabiliori ſubiectioni, quæ eſſe poſſet illi, ſcilicèt, quæ eſt ipſius peccati. Virginitas dixit, quòd non minus pertinẽs eſſet ad Filium Dei habere Matrem ſemper Virginem, ſpecialiter quæ nunquam fuiſſet violata per peccatum quoad animam, quam habere Virginem corporaliter, in quantum virginitas, & integritas animæ nobilior eſt, & perfectior quàm illa, quæ eſt corporis. Sed peccatum mortale quodcunque certum eſt corrumpere, violare, & enervare animæ puritatem, & innocentiam. Eapropter ſine tyranno illo peccato concepta debet eſſe Virgo illa, ſicut debet eſſe virgo corporaliter.* Iam demùm Richardus ſimilitudinem paritatemque in pulchritudine Mariæ cum Nato ita conſtringit, & coarctat, ut tranſire videatur in unitatem, & de unitate demigrare in quamdam identitatem. Expendens enim verba illa Luc. 1. 28. *Dominus tecum*, inquit: *In verbis iſtis notatur divina ſocietas ad Mariam, quam habuit Maria in ſummo creaturæ. Eſt enim triplex ſocietas, una carnalis ſponſæ ad ſponſum: Alia naturalis matris ad filium: Tertia ſpiritualis creaturæ ad Deum. Prima magna, quia ibi ſunt duo in carne una, 1. Corint. 6. Secunda maior, quia ſunt duo ex carne una: caro enim Matris & caro Filij vna caro. Tertia maxima, quia qui adhæret Deo, unus ſpiritus eſt cum eo, 1. Corint. 6. Et hoc per gratiam: & Maria dicta eſt gratia plena; & quòd invenit gratiam apud Deum: & propter hanc vehementem unionem ſui ad Divinam ſapientiam per gratiam, dicit ipſa Cant. 2 Dilectus meus mihi, & ego illi. Meritò ergo ſocietas B. Mariæ Virginis ad Deum ſumma eſt, quæ omnes iſtas complectitur. Aliter diſtingui poteſt iſtud, ut dicatur, quòd quatuor ſunt uniones, quæ maximè unum faciunt, & omnes iſtæ fuerunt inter Mariã & divinam Sapientiam. Prima eſt Dei ad animam, & eſt ſpiritualis, 1. Corint. 6. Qui adhæret Deo, &c. Secunda eſt perſonalis, & eſt Verbi ſeu divinæ Sapientiæ ad corpus: quamvis enim Mariæ non coniungeretur in unitate perſonæ divina Sapientia, tamen portionem eius carnis in unitatem perſonæ ſibi ſociavit divina Sapientia: quando illud impletum eſt ſimul in unum dives & pauper, Pſalm. 48. Tertia*

Gerſon.

Luc. 1. 28.

Richardus.

eſt

eſt naturalis, ſcilicèt arboris ad fructum, Matris ad Filium, ipſa enim fuit arbor & Chriſtus fructus. Quarta eſt ſacramẽtalis, & eſt per coniugium inter divinam naturã & humanã, & hoc in utero Virginis. Matrimonium enim conſiſtit in duobus; in mutuo conſenſu, qui ibi fuit, quando Virgo reſpondit: Fiat mihi ſecundùm verbum tuum, Luc. 1. & in coniunctione naturarum, quæ ibi fuit, quando Verbum caro factum eſt, & tunc fuerunt beata Virgo, & divina Sapiẽtia unus ſpiritus, & una caro. Si enim Eva dicta eſt eſſe una caro cum Adam, quia de coſta eius formata, ab eo tantùm educta, & in nullo ab eo nutrita: multo melius dicetur caro Chriſti eſſe una cum carne B. Virginis, quia non de coſta, ſed de intimis viſceribus, imò de puriſsimis ſanguinibus Virginis educta ſicut dicit Damaſcenus, & non extra, ſed intra eius gloriosa viſcera novem menſibus educata. Ideò dicitur 1. Corint. 6. & Geneſ. 2. Erunt duo, id eſt Chriſtus in Maria, in carne una virginali. Propter hanc convenientiam, & multiplicem unionem inter Mariam & divinam Sapientiam, ferè omnia, quæ dicuntur de divina Sapientia, exponi poſſunt de Maria, & eis eadem attribuuntur, & fortè propter hoc dictum eſt ei Dominus tecũ. Næ nulla ſublimiora pro glorioſa & auguſta Mariæ ſimilitudine cum Filio potuerũt excogitari? Iam oro, ad ultimam rei coronidem imponendam properemus.

62 Si ergo tanta eſt paritas in venuſtate extima intimaque pulchritudine Mariæ cum Filio, ſi tam reciproco æmulóque ſimilitudinis & gratiæ aſpectu viciſsim ſe uterque reſpicit, ut Filius in Matris forma, Mater in venuſtate Filij ſuæ pulchritudini lenocinetur (ſi in rebus ita ſacris fas eſt profanis vocibus uti) & alter in alterius ſpecie ſuam adamet, ſibique de ea blandiatur; nullum ſanè mirum magis ingenium potuit inveniri, quàm ſub uno eodemque pulchritudinis & ſplendoris inſigni utrumque cõplecti; ut utriuſque quaſi ſub uno ſigillo maneret æqualitas obſignata. Quapropter divino Pneumate reſperſus Regius Pſaltes pariter & Evangeliſta Ioannes Mariam è regione Chriſti poſitam, poſitum Filium à regione Mariæ Solem appellant, ut quæ alteri competunt (ſervatâ proportione) alteri cenſeatur convenire, & Chriſti dignitatem, & excellentiarum eminentiam, quantum capabilis humana creatura, in Mariã fuiſſe refuſam. Quocirca Gerſon. 4. part. ſerm. de Nativit. Mariæ Virginis apprimè expendit illud Cant. 6. 9. *Quæ eſt iſta quæ progreditur quaſi Aurora conſurgens, pulchra ut Luna, electa ut Sol?* Vbi agnoſcit Mariam non quidem Solem accerſiri; ſed inſtar Solis electam: quia illius formationis architypus fuit Chriſtus Dominus, & ab illo in eam tranſumptum quidquid potis eſt humana creatura capere: *Hæc* (ait) *ratione Maria dicitur non Sol, ſed electa ut Sol, quia proximiori ſimilitudine Solem imitatur.* Cant. 6. 9. Gerſon.

63 Prædictis iugi meditatione ruminatis, demirabitur nemo, quòd in id maieſtatis auguſtum faſtigium fuerit ſublimata Maria; ut humanos ſuſpenderit animos, & inſtar Filij ut Sol reſplendens humanos (ſi non fefellerit) ancipites tamẽ tenuerit ſenſus, aliquantulum hæſitantes, ſi ei, in qua divinitatis, & inſigne exerebatur, & pompa divinus eſſet cultus perſolvendus. Hinc eſt, quòd Theologica illa mens Dionyſij Mariæ attendens vultus elegantiam, & modeſtiam; ſententiarum pondus, morum maturitatem, actionum motus divinitatis ſuffitũ exhalantes, denique in illa totum ſcintillare numinis apparatum, exclamârit, parum abfuiſſe quin, ni fidei loris compreſſus cõſiſteret, totũ ſe ad deoſculãda Mariæ veſtigia proſtratus effunderet, ut eã ceu quid divinũ agnoſceret, ſacroſque ritus immolaret.

§ VIII.

Ea verba, & Luna ſub pedibus eius, *in teſtimonium intemeratæ Marianæ conceptionis aperiuntur.*

64 *Luna ſub pedibus Mariæ carnem eius ſpiritui ſubditam deſignat, & fomitem extinctum, ex quo nobilis eius arguitur conceptio. Locus ad Rom. 7. 20. ex Anſelmo.*

65 *Eadem doctrina ex Geneſ. 13. 15. roboratur.*

66 *Illuſtratur quoque ex Cant. 7. 1. per Rupertum, cuius expenduntur verba, & per Ambroſ.*

67 *Mariæ fomes in illius puriſsima conceptione tumulatus, probatur ex Pſalm. 45. 4. Per Caſsiodor. Ruſinum & Carthuſian. Expẽditur obiter locus D. Thomæ.*

68 *Eiuſdem Pſalmi Interpres adducitur Thaumaturgus.*

69 *Rurſus idem Pſalmus fulcitur per Carthuſian. Maria columna vocata ab Honor. Quo pacto Deus in Maria fuerit immobilis, mutabilis verò in alijs. Locus Geneſ. 3. 8. ex Carthuſian. & Tertulliano. Locus Gregorij.*

Lu-

70 *Lucem accipit difficilis locus Tertul. aſſerentis Chriſtum illicò ac ex utero effuſum paſſionem ſuam præolfactaſſe, non anteà: cui ſubſidiatur Bernardus.*

71 *Enucleantur præfati Pſalmi verba illa:* Adiuvabit eam Deus manè diluculo, *ex Iſidoro Hiſp. Ambroſ. Richardo de S. Laurent. & uberiùs ex Iacobo de Valent.*

72 *Luna, id eſt, baptiſmus, ſub pedibus Mariæ, ex Anaſtaſ. Sinait. Mariæ ſub pedibus Baptiſmus propter ab eo indepẽdentiam arguitur independentiæ excellentia ex Pſalm. 15. 1. illuſtratur ex Geneſ. 2. 7. per Auguſt.*

73 *Quanta Mariæ gloria ex eo conſurgit. Aqua ſacra quæ ex latere Chriſti, per Cyrillum Ieroſol. ex Mariæ pedibus videtur fluere.*

74 *In baptiſmo videtur fieri profeſsio non ſolùm Mariæ devotionis, ſed & fidei nobilis eius originis. Pedes Mariæ quaſi ianua fidei, & utriuſque & Militantis & Triumphantis Eccleſiæ. Ex Richardo de S. Laurent.*

75 *Luna, id eſt, mundialis ſplendor gloriæ ſub Mariæ pedibus. Lunæ lumen caducum, Solis firmum ex Procop. arguitur inde illibatio Mariæ.*

76 *Diluitur obiectio aſſerentium per Lunam ſubpedaneam Mariæ corporis tãtùm virginitatem deſignari. Nam virginitas cœlites efficit, quod probant ex interpretatione nominis Cœlebs, per Iſidor. Auguſt. Hieronym. & Quintilian. adſtruunt item ex Hugone de S. Victor. & Richard. ſtatuentibus Mariam inſtar cœlicolæ ob virginitatem ſervãdam probris hominum veluti inſenſibilem effectam.*

77 *Luna, id eſt perfectiſſimarum creaturarum acies ſub Mariæ pedibus. Ex Richardo, confertur locus hic Apocal. cum loco Eccli. 24. 3. quaſi eadem de Mariæ dignitate utrobique docentur, & alter ab altero lucem mutuatur, per Ianſen. Honor. & Richard. Explicatur locus Ioan. 14. 30. ex Bernardo, & Richardo.*

78 *Luna, hoc eſt cœtus creaturarũ, ſeu Eccleſia ſub pedibus Mariæ, quia eius pedes tenet, & ideò Maria non tam Lunæ inſiſtit, quã ab ea cõpeditur, ex Richar.*

79 *Luna ſub pedibus Mariæ, id eſt ſtultiſſimus diabolus ab illa contritus: gemina luce ſplendet: explicatus locus Geneſ. 3. 15. Accedit locus Gerſonis: & myſterium plenè explanans Bernardus, cui adſtat Richardus.*

80 *Luna ſub pedibus Mariæ, mutabilitas Evæ diſſidens à firmitate Solis, quam Mariæ induit. Locus Gregorij Thaumatur. & illuſtre teſtimonium Anaſtaſ. Sinaitæ.*

64 SVprà num. 46. didicimus ex Gerſone puriſſimam carnẽ Mariæ per Lunam, illibatã verò eius animam per Solẽ fuiſſe præſignatam; & numeris præcedentibus fulcire contendimus, Lunam, & Solem in hoc Ioãnis ſigno alluſiſſe ad Solis Lunæque primævam creationem, reſpexiſſeque locũ ubi fuerunt creata. Quoniam verò Sol (teſte Procopio) in Oriente formatus prominuit; Luna autem tenuit Occaſum, qui quidem finis ſolaris curſus cùm ſit, non immeritò quaſi ſub lucis pedibus conſideratur; de ſub pede enim Phœbei luminis, Occaſus oritur ideò Ioanni mulier Sole amicta, ſeu Sol effecta Lunam pedibus premens demonſtratur. Diſcutimus ergo in præſenti, quare mundiſsima Mariæ caro non animam induens inducitur, ſed ab illa calcata, eiuſque thenſæ gerens vicem? Aſſerere audebo, ut caro ſub pedibus animæ liberalem, & nobilem Mariæ originem teſtetur. Nam in rebellione, perduelliopeque carnis adverſus ſpiritum quamvis originale piaculum non conſiſtat, ut aliqui inſanæ mẽtis ſomniarũt, quos damnat Trident. ſeſſe. 5. cano. penult. inficiari tamen non poteſt, concupiſcentiam ſeu peccati fomitem præcipuum originalis infectæ radicis ſtolonem exiſtere, & primæ labis quaſi primogenitũ fœtum, & ob hanc cauſam appellari ab Apoſtolo *peccatum*, ad Rom. 7. 7. 14. & 16. & alibi, ut ibi docent Interpretes. Nam cùm fomes & libido peccati, originalis noxa non ſit, quâ deletâ, remanet illa, nomen peccati ſortitur, quia in illud ſemper inclinat, animumque advocat. Quapropter Anſelmus illud pronuntiatum explicans Pauli ad Rom. 7. 20. *Si autẽ quod nolo, illud facio: iam non ego operor illud, ſed quod habitat in me peccatum.* Egregij Apoſtoli referat mentem: *Sed ſi quod nolo, illud facio, ideſt ſi invitus concupiſco, non ego operor illud, quia mente non conſentio, ſed peccatum, quod habitat in me, operatur illud, ideſt fomes peccati, & concupiſcentia habitãs in carne mea, quæ ſcilicèt concupiſcentia, & peccati libido ſeu delectatio per tranſgreſsionem primi parentis ex vitiata natura mihi tranſfuſa eſt.* Hinc eſt, quod Paulus eodem cap. num. ultimo peccati fomitem legẽ appellet peccati: *Igitur ego ipſe mente ſervio legi Dei, carne autem legi peccati.* Quia ſicut lex ſtabilimentum eſt regni, & ſecuritas imperij: ita peccatum indicũ à pri-

Ad Rom. 7. 7. 14. & 16.

Ad Rom. 7. 20.

Anſelmus

Ad Rom. 7. 25.

primo parente per concupiſcentiã ſuo principatui propugnacula parat. In quem locũ
Anſelmus. ſic Anſelmus: *Mente ſervio legi Dei, volendo quod ipſa vult, & nolẽdo quod non vult; carne autem legi peccati, non quidem dando membra committendis iniquitatibus, ſed tantùm concupiſcendo, quamvis illicitæ cõcupiſcentiæ non dem manus.* Quocircà quẽadmodum ex peccati fomite hominem obtinente optimè arguitur, illum ſub originali noxa comprehenſum, & ab illa ſaltim quandoque poſſeſſum. Nam è veſtigio primatis effectus inſidẽtis in homine, legitimè cauſæ imperium indagatur; ſic quando eiuſmodi fomitis nullum indiciũ in animo ap-
Auguſtin. paret, validâ congruentiâ adſtruitur, illum originali maculâ nunquàm fuiſſe deturpatũ.
Franciſcus Suarez. Inde P. Franciſ. Suarez in. 3. part. quæſt. 27. diſput. 3. ſect. 5. ex carentia, & extinctione fomitis in Maria præclarè ex Auguſt. inducit, originali eam non ſubiacuiſſe ruinæ. Nã fomes infallibilem & neceſſariam habet connexionem cum prima lue: ſi igitur dignitas divini puerperij exigebat Mariam ab illo effici immunem, arctiori ſanè expoſtulabat iure, eam ab infectione originis liberari. Magis enim dedecet ſublimem dignitatem Mariæ primi peccati tingi corruptione, quàm fomitis impulſus pati. Lunam ergo, ideſt ſplendidam Mariæ carnem, ſub Solis pedibus (qui animam præferebat) cœlum conſpicuam oſtendit, ut pandat ſubiectionem carnis, hoc eſt inferioris portionis in Maria: in qua concupiſcentiæ ſtimulus nõ ſolùm erat obtuſus, ſed penitùs ablatus, & fomes utpotè prorſus extinctus, adverſus rationem non fumabat, nec ullis ſuffitus ſuis illecebris illam quibat titillare. Nullũ eſt ſanè maius nec firmius indicium humilioris & promptioris ſubmiſsionis, quàm ſub alicuius pedibus eſſe peroptare: ac proindè caro Mariæ ſub pedibus animi hilarem ſuum rationi famulatum teſtabatur, à qua adeò aberat perduellionis in rationem machinatio, aut levis aliqua reluctantia, ut gloriam ſuam duceret rationis inhærêre veſtigijs, illiqúe ſemper ancillari, quippè quæ inſtar Lunæ ſuum ſplẽdorem ab animo ceu à Sole emẽdicabat. Et quòd Luna Marianæ carnis ſub pedibus fuerit, ſi vera eſt quorũdam Philoſophorũ ſententia, quam refert
Plutarchus. Plutarchus lib. 5. de placitis Philoſophorum cap. 17. aſſerentium, priorem partem, à qua hominis formatio tuũ ſumit auſpiciũ aut initium, pedem eſſe: non parùm pro Mariæ puriſsima conceptione militat. Nam ſubiectionem portionis inferioris ibi ſuum explicare vexillum, ubi humanæ coagulationis eſt exordium, eumqúe ſibi ut proprium deligere, ubi primum humana conceptio incipit emergere; nil aliud eſt profectò, quàm portionem Mariæ inferiorem teſtari; quod ab ipſo Marianæ conceptionis diluculo fuerit exarmata, & eius adverſus rationẽ conſpiratio extincta: & ad hoc ſuadendum in ea parte ſubiectionis ſuæ figit titulos, & inſigne, nempè ſub pedibus, quæ in humana conceptione primum prominet, quaſi ſe innuat ſimul natam cum ea corporis parte, à qua Mariæ fuit conceptio exorſa.

65 Verùm ſi attendamus, & fulminationem illam ſententiæ inſpiciamus, quã invexit facer iudex in ſerpentem: *Inimicitias ponam inter te & mulierem, & ſemen tuũ, & ſemen illius, ipſa conteret caput tuum, & tu inſidiaberis calcaneo eius*, Geneſ. 3. 15. non ignobile referatur ſacramentum, in eo quòd carnis Mariæ Luna ſub pedibus animi fuerit; eâqúe Maria pro ſandalijs fuerit uſa. Nam ſi ſerpentis vafricies calcaneo mulieris inſidias tendit, ictumqúe molitur in eum, ut virus perduellionis adverſus rationem in animo ſerpat, infimamqúe communiat partem, ut ſupremæ adverſetur. Quid, quæſo, eſt pedes Mariæ carnis ſuæ ſubiectione & ancillatione eſſe protectos, niſi adverſus ictum ſerpentis potentiſsimis eſſe armis eius ſpiritum adornatum? Quo enim pacto ſuperbia prævalebit ſuum in eã partem vulnus infigere, cui pro muro prôpta ſubiectio eſt? Profectò humilis ſubmiſſio, & obedientia rationi dicata pedibus inſtar adamantinæ armaturæ deſervit adverſus ſerpentis invaſiones. Quocirca inflictæ percuſsiones in eã cùm in duriſsimam impingãt munitionem, reliquum eſt, ut in ſerpentis caput reſiliant, illudqúe conterant. Gen. 3. 15.

66 Ni mea mens me fallit, arbitror præfatum locum lucem pleniorem haurire ab illo Cant. 7. 1. *Quàm pulchri ſunt greſſus tui in calceamentis, filia Principis.* Calceamenta verò, quæ ſic oculos rapiebant ſponſi hyacinthina fuiſſe, & cœleſtem colorem imitantia teſtatur Honorius apud Delrium, *Pedes*, inquiens, *eius in calceamentis hyacinthinis reſplendebant*: innuitur ergo Sponſum hæc protuliſſe amatoria verba, cũ pedes Mariæ Lunæ ſandalijs conſpicuos attendit. Sed quæ, quæſo, pulchritudo pedum Mariæ calceamentis ſublatuit, quæ mentẽ ſic allexit Sponſi? Præmittendum eſt, valdè inter ſe corporalem, & ſpiritualem calceationem diſsidêre; corporalis enim humilis eſt apud Deum, & ignobilis, & vulgaris plebicolæ propria: ſpiritualis eſt auguſta, & ingenua, & principe digna. Calceatio corporalis eſt terrenæ ſubſtantiæ ornatus, & divitiarum congeſtio, hæc divinis oculis vilis eſt, & obſcura; & ab his temporalibus, & caducis nudatio clara, & illuſtris; quæ Cant. 7. 1. Honorius.

prop-

propter Deus Moyſen populi Principem creaturus, iubet ut calceamenta ſolvat, hoc eſt terrenæ & mundanæ gloriæ affectibus, ut nudetur: *Solve calceamentum de pedibus tuis*, Exod. 3. 5. Exod. 3. 5. Calceatio verò ſpiritualis heroica eſt, & ſublimis animi, quæ infamẽ ſervitutem procul, quia propugnat talos, roboratque inferiorem portionẽ, ut rationi famuletur, in quo vera claritudo conſiſtit: ſpiritualis verò diſcalceatio infamis eſt, quæ calcaneum diſcingit, diſcooperitque ſerpentis ictibus, quibus animũ expugnat, & in ſervilem redigit cõditionem. Vtramque ergo & corporalem diſcalceationem & calceationem ſpiritualem demiratus eſt Sponſus, cùm Mariæ pedibus intuitus eſt velut è Luna ſoleas fuiſſe præparatas; in eo enim calceamenti genere agnovit nihil Mariæ terrenæ inſidêre ſubſtantiæ, atque ita diſcalceatam corporaliter: procul enim eſt à terrenis, quæ cœleſtia calcat, neceſſe eſt enim ab humanis diſcalceari pedes, qui induunt aſtra. Deinde ingenuè illam quoque agnovit calceatam ſpiritualiter, cuius obtegebat pedes nõbilis caro inſtar Lunæ ſplendida, ſuique famulatu, quo rationi ſubiectam ſe gloriabatur, protegebatur à ſerpentis livido morſu, quo calceamento, quia Eva olim nõ functa fuit, eius talus ſerpentis inſultibus patuit, & ſerviliter illi ancillata eſt. Strenuè rem excogitavit Ruperrus: Rupertus. *An non ancilla, ſive ancillæ filia diſcalceatis pedibus incedit? Planè diſcalceatis, & propter hoc ipſum ſervilis arguitur conditionis, quia nuditàs pedũ ſervilitatis eſt argumentum, excepto ſi fiat propter Deum, iuxta illud: Solve calceamentum de pedibus tuis: locus enim, in quo ſtas, terra ſancta eſt. Verùm de calceamentis hìc agitur non corporis, ſed ſpiritus: in quo diſcalceatum eſſe vel diſcalceatam ſumma eſt ignobilitas, & pluſquàm ſervilis egeſtas. Idcircò ancillæ calcaneum ſerpens momordit. Tu autem, ò filia Principis, benè calceata, caput ſerpentis contriviſti: tu maximè, ò Princeps, & Domina, ſingularis dilecta, & ſicut iam dixi, una columba mea, una genitrici ſuæ, videlicèt generationi liberæ generationi non carnis, ſed fidei, quæ me virum non de carne viri, ſed de Spiritu Dei concepiſti, & peperiſti patrẽ vel principem filiorum, non carnis, ſed fidei, vel repromiſſionis.* Eleganter ſanè: & perpende, Mariam à Ruperto appellari unam genitrici ſuæ, id eſt generationi liberæ. Generationem liberam vocat generationem Mariæ, à cua omnis infamis ſervitus procul amandata eſt: & ſicut poſt peccatum Adæ, generatio libera, & ingenua unũ habet Chriſtum, ita unam habet Mariã. Hinc eſt, quòd unica appellatur genitricis ſuæ, hoc eſt, generationis liberæ inſtar matris. Favent verba Ambroſ. noſtræ interpretationi, in qua calceamenti filiæ Principis, eſt Lunam pro ſoleis habêre, & uti ſubiectione carnis pro ſandalijs, ut ratio carnem pediſequam habens non hoſtem, liberè ſemper incedat, lib. enim de inſtitut. Virgin. cap. 14. inquit: *Speciosè procedit anima, quæ corpore velùt calceamento utitur, ut quò velit, ſuum poſſit ſine impedimento ullo circumferre veſtigium. In hoc calceamento ſpecioſè proceſſit Maria.* Ambroſ. Subſidiatur & Caſsiodorus apud Delrium: *In calceamentis ſunt itaque pedes eius pulchri, quando carne iam perdomita utitur ut ſolea vel ſandalio, eaque ſpiritui non eſt oneri, ſed ornamento, non pro vinculo, ſed pro ſupplantari.* Caſsiodor. Hoc verè propè eſt, eſſe Lunã ſub pedibus. Clariùs adhuc Ioan. Gerſon. præfatum locum interpretans de ſubiectione carnis rationi & fomitis extinctione elucenti in cõceptione Mariæ. Sic ille par. 2 ſerm. de Conception. B. Mar. *Maria in principio ſui aliter ſe habuit ſub magnitudine gratiarum, quam priùs ordine cauſæ ſub altitudine naturæ. In cuius gratioſo progreſſu eam Rex taliter commendabat. Quàm pulchri ſunt greſſus tui in calceamẽtis, filia Principis: in calceamentis ſcilicèt carnis.* Opitulatur quoque mirificè Guilielmus apud eumdem: *Greſſus tui, glorioſa Virgo, ſunt nobilitas generis, integritas mentis & carnis, fœcunditas prolis. Calceamenta ſunt affectus in meditationibus, effectus in operationibus, profectus in deſiderijs, exceſſus in gaudijs. Tu es principalis filia Principis, Dei videlicet, qui eſt Princeps principum, & Dominus dominantium, qui te ſpecialiter per gratiam genuit, ſpiritualiter informavit.* Guilielm. Si in præhabitis aſſeruimus, pedum Mariæ involucra fuiſſe Lunam, hoc eſt illius carnem, ſeu portionem inferiorem rationi ſubditam, quomodo pro Mariæ calceamentis deſignat Guilielmus ipſaſmet rationis functiones, nempè ardentes meditationes operationes virtutum, deſideriorum profectus, gaudiorum exceſſus? Sanè ut innueret ita puram, & defœcatam Mariæ carnem evaliſſe, portionem inferiorem ita rationi ſubditam, & attemperatam, ut in rationem iam demigraſſe videretur, ideoque non tã propriæ actiones in illa elucebant, quàm rationis exercitium; & quoniam ita benè calceata procedebat Maria, greſſus illius erant integritas mentis, hoc eſt animus incorruptus, integer, & virgo, quem nulla labes ſtuprârat, integritas corporis. Et ideò emerſit filia Principis, qui eam per gratiam genuit, & ſin-

ſingulariter informavit. Singularis namque Dei munificentia fuit erga Mariam, ut gratia illius generationi adſtaret præſidens ſimul cum natura, tenebras naturæ & ſordes ut fugaret, haberetque in Maria ſimul cum natura filiam, & Maria tam à gratia, quàm à natura genita diceretur. Scholia Græca vice illorum verborum, *filia Principis*, legunt, *filia munifici*, & quàm aptè nomen diviuæ munificentiæ filiæ ſibi aſciſcit Maria, quam comitem ſemper habuit, & in ipſa ſui conceptione, ne in ſordido profluvio naturæ immerſa voluteretur, quaſi obſtetricè experta eſt. Munus hoc ſingulariter Mariæ delatum eſt.

67 Pro huius rei perfecta coronide ſciẽdum eſt, diſceptari à Theologis, quo tempore peccati fomes in Maria diſperierit, & in triplicem ſunt claſſem diviſi. Prima eſt Niſſeni homil. de B. Maria, & aliorum ſententium expunctum in Maria fomitem à Verbi divini in eius viſcera illapſu. Secunda eſt D. Thom. in 3. par. quæſt. 27. art. 3. aſſerentis, in ſanctificatione Mariæ ligatum manſiſſe fomitem, & impeditum, in incarnatione verò Filij extemplò extinctum. Tertia eſt Alenſis, & aliorum, quos refert, & ſequitur Suarez in 3. par. quæſt. 27. diſp. 4. ſect. 5. docentium, fomitem à Mariæ ſanctificatione prorſus emortuum. Credam hanc veritatem traditam à Regio Pſalte Pſalm. 45. 4. *Sonuerunt, & turbatæ ſunt aquæ eorum, conturbati ſunt montes in fortitudine eius. Fluminis impetus lætificat civitatem Dei, ſanctificavit tabernaculum ſuum Altiſſimus, Deus in medio eius non commovebitur: Adiuvabit eam Deus manè diluculo.* Plures ſunt Patres, & Interpretes, qui locum de B. Virgine elucubrantur, quo ſtatim recenſebimus. Diſcrimen ſtatuit Vates inter Mariam, civitatem Dei, & maria & montes. Nam licèt turbentur maria, & ab imis agitata commoveantur, & terreantur montes, ruinæque ſubiaceant, quo denotatur, cuncta miſera illa ſtrage Adæ, & ſubverſione concuſſa; ſuoque exẽplo minentur, Dei civitatem detrimentum paſſuram, & generale ſubituram excidium; verè falluntur, ſuoque fruſtra nituntur conatui, quia civitas Dei, & Aula Regia univerſali non comprehenduntur lege. Nam fluminis impetus eam lætificavit; nec vacat myſterio, quòd gratiarum flumen teſtetur Vates cum impetu deſcendiſſe in Mariam, nam indicat nullatenus fuiſſe cunctatũ nec ſegne influẽdo, ut propter illius moroſum curſum civitas Dei aliquandò periculum ſubierit. Quapropter Caſsiodorus ait: *Nihil paluſtre, nihil moroſum curſus eius ſuſtinet, cui ſe potentia divinitatis infuderit.* Et cõgruenter aſſerit Rufinus hoc gratiarum impetu fomitem exſiccari: *Aqua iſta* (inquit) *concupiſcentias, & ardores carnis extinguit, & illius impetui nihil reſiſtit.* Occultum verborũ ſenſum plenè enucleavit Carthuſianus apertè illum interpretans de Maria: *Fluminis impetus lætificat civitatem Dei, hoc eſt Verbum Dei, in quo eſt omnium deliciarum fontalis, atque immenſa affluentia Sanctam Mariam exultare fecit, præſertim quãdo in uterum eius cum omni plenitudine ſua deſcendit, eamque ſuperimplevit, atque humanam naturam ex ea verè aſſumpſit: Sanctificavit tabernaculum ſuũ Altiſſimus: Nam Deus Matrem, quam ſibi elegit, & condidit, ab omni immunditia culpæ puriſſimam præſervavit, & eam in utero ſanctificavit, ac Spiritu ſancto implevit multo ſublimius quàm Ieremiã, aut Ioannem Baptiſtam.* Cùm præſervata ab originali lue fuit Maria, aſſerit Carthuſ. eam Spiritu ſancto repleram, & in hac gratiarũ inundatione quis ambigat ſuffocatum fomitem evanuiſſe? Quomodo enim fomes pullularet abſque radice, & adverſus rapidum cœleſtium munerum torrentẽ in Maria corrivatum prævaleret? Angelicus Doctor geminam lucem ſub hoc verborũ modio à regio Vate abſconditam ſentit; nam per ea verba: *Sanctificavit tabernaculum ſuum Altiſſimus*, docet vaticinatam ſanctificationem, & puriſsimam conceptionem corporis Chriſti, quod quidẽ in divini Verbi tabernaculum extruebatur, ut peragrationem ſuam inſtitueret; tabernaculũ enim ſive peregrinantium ſive militãtium tegumentum eſt, ſimul & Mariæ ſanctificationem: *Corpus Chriſti* (inquit) *tabernaculum eſt, quia in eo eſt tota plenitudo divinitatis. Hoc tabernaculum ſanctificavit Altiſſimus: non quòd aliquando non fuerit Sãctus, ſed quia in ipſa conceptione ſanctum ipſe formavit:* & paulò inferiùs ait: *Poſſunt hæc referri ad B. Virginem; quia ipſa eſt civitas, in ipſa habitavit, ipſam fluminis impetus, ſcilicèt Spiritus ſanctus lætificavit: ipſam ſanctificavit in utero matris ſuæ poſtquam formatum fuit corpus, & creata anima.* Ex verbis eximij Doctoris primũ elice, ſub nomine ſanctificationis puriſsimam conceptionem comprehendi, ſic enim auguſtam Chriſti generationem ſanctificationem vocat, & ſub eo nomine à Regio Vate enuntiatam. Quid eſt, quòd quidam ad nomen feſti conceptionis ſcrupulo torqueantur? Quod ut devitent, feſtum ſanctificationis inducunt, quaſi feſtum ſanctificationis ex D. Thom. ſententia, illibatam conceptionem non includat. Deinde perpende, ex mente Doctoris Angelici ſub ipſomet verbo-

Gregorius Niſſenus. D. Thom. Alenſis. Franciſcus Suarez. Pſal. 45. 4. Caſsiodor. Rufinus. Carthuſianus. Angelicus Doctor.

borum capulo Regium Vatem & Chriſti, & Mariæ ſanctificationem contegiſſe revelandam: tanquam eiuſdem formæ geminum Solem ab eodem vaticinij oriente manifeſtandum. Quæ verò ſub eâdem cortice continentur, ab eodemque verborum utero parta in communem notitiam deſcendunt: quamvis diverſa ſint, aliquo tamen germanitatis nexu, aut ſimilitudine fœderantur. Si enim per tabernaculum ſuũ, quod Deus ſanctificavit, deſignat Vates tã Chriſti corpus, quàm corpus Mariæ, utrumque ab alio valdè diverſum extitit, & alterum ab altero prorſus diſsidens. Pariter & ſanctificatio in ea corpora deſcendens alia quoque ab alia diſcriminaretur, & diſſimilitudinis hiatu diſtaret, nam gratiæ corpus Chriſti ſanctificantis pacificus fuit ingreſſus, non belliger; gratia enim poteſtate florebat illuminandi, nec egebat purgandi. Gratia verò Mariam ſanctificãs veluti bellum initura mittebatur adverſus hoſtes armata, adveniebat enim tenebras originis, quas Maria contraxerat, fugatura, ſordes mundatura, & tabernaculũ à dæmone præreptura. Nec ſub illis verbis, *tabernaculũ ſuum*, quibat corpus Mariæ, quemadmodũ Chriſti corpus præſagiari. Nam gratia corpus Chriſti ſanctificans non invenit corpus Chriſti alterius tabernaculum; ſed in ipſo inſtanti, quo fuit fabricatum, effecit illud tabernaculum Dei: gratia verò Mariam ſanctificans invenit illam tabernaculum dæmonis, & illud purgando, & ſacrando effecit tabernaculum Dei, ſicut imperator urbem expugnans, quæ ab initio fuit ſub adverſarij poteſtate, non dicitur ſuam expugnare urbem, ſed hoſtis; gratia enim ſanctificans Mariam, priùs cenſenda eſt tabernaculi expugnatrix, & hoſtis propulſatrix, quàm illuminatrix. Quæ ergo tanta diſparitate diſſoluta deviabant, non erat quod providus Vates ſub eodem verborum vinculo tanquam inter ſe conſentientia colligaret. Reliquum eſt igitur, ut aſſeramus, prævidiſſe regium Pſaltem utramque & Chriſti & Mariæ ſanctificationem ſpeciali quodam æqualitatis aut ſimilitudinis nodo implicatam, & neceſsitudinis laqueo devinctam, quas veluti geminas ab eodẽ verborum alvo effudit: geminas, inquam, in eo, quòd gratiæ flumen Chriſti pariter & Mariæ corpus in ipſomet eorum opificio adortum eſt hoſtilem vim præoccupans & proturbans, cui ſi in Chriſto propter novum mirumque generationis ordinem via non patebat, pateret in Maria, niſi prævie præcluderetur.

68 Quòd verò vatidicus Regis ſpiritus ſanctificandi verbo, prout originis excutit infamiam, illamque nobilem condidit, fuerit in præſenti functus, innuit nõ obſcurè Gregorius Thaumaturgus ſerm. 1. de Annunt. præfatum interpretans Pſalmum: *Et non ſolùm admirationem nobis parit Sãctiſsima Mariæ in corpore pulchritudo, ſed & virtutes animæ eius. Ideò & verbis illis: Ave gratia plena: primùm Angelus illam ſalutando compellavit: Dominus tecum; & non terrenus Sponſus, ſed ipſe ſanctificationis Dominus, pater caſtitatis, incorruptionis author, & libertatis dator, ſalutis procreator, & veræ pacis cõſervator, atque largitor, qui ex terra virgine creavit hominem, & ex illius latere ac coſta Evam aſſumpſit. Hic Dominus tecum, & rurſus ex te.* Quaſi dicat: qualiter fuit Dominus cum Adamo, & Eva in eorum fabrica, taliter fuit Dominus tecum: talemque ſe tibi exhibuit Dominum ſanctificationis, & incorruptionis authorem, qualem illis. Nam ſicut condidit Adamum ex terra virgine & impolluta, Evamque finxit ex coſta haudquaquàm ullo contagio infeſtatam, ſic in utero Annæ genitricis tuæ, carnis materiam defœcavit ab omni humanæ naturæ vitioſitate, ut ex terrea carne incorruptè concreta, hoc eſt ex terra virgine & illæſa, formarẽris. Gregorius Thaumat.

69 *Deus in medio eius non commovebitur.* In geminam factionem diviſi ſunt Interpretes. Alij enim ſic conantur præfata verba exponere. Civitas Dei non commovebitur, quia Deus in medio eius: Placet ſenſus hic de Didymo, Apollinario, Auguſtin. Caſsiodoro, & alijs, & iuxta hãc ſententiam aſſerit Vates decreviſſe divinam Sapientiam, ex eo quòd ſtatutum eſſet, ut in medium Mariæ Deus deſcenderet, & eius uterum occuparet, nulla illam umquam cõmotione agitandam, ſed à ſui initio ſtabili firmitate ditandam. Nõ enim decebat immutabilem ſuſcepturam, ut aliquando univerſali rerum mutationi ob infirmitatem ſuccumberet: ô bone Deus, quàm indecorum eſſet & incongruum, ut regiæ quæ mutationis totius experti parabatur, fundamentum nutaret! A primis ergo elementis inconcuſſa, & immobilis dedicabatur civitas Dei, quia in medio eius Deus erat habitaturus: favet huic elucubrationi Carthuſianus: *Chriſtus matrem, quam ſibi elegit, & condidit, ab omni immunditia culpæ puriſsimam præſervavit; & eam in utero ſuæ matris ſanctificavit, & Spiritu ſancto implevit, multò ſublimius quàm Ieremiam aut Ioannem Baptiſtam. Deus in medio eius: Nam Chriſtus Deus & homo in ſacratiſsimæ Virginis utero novem menſibus requievit; ideò Virgo Chriſtifera non commo-* Didymus. Apollin. Auguſtin. Caſsiodor. Carthuſianus.

movebitur à bono in malum, ſed ſtabilis erit in Deo, atque immobilis. Opportunè Mariam columnam vocat Honorius in ſigillo, titulo de epiſtola in principio, Eccleſiam immobili ſecuritate ſuſtinentem. Ad illa enim verba Eccli. 24. 15. *Et ſic in Sion firmata ſum*, ſic fatur: *Sion dicitur ſpecula, & eſt Eccleſia, in qua Maria eſt firmata ut columna, ſuper cuius laudabilem vitam tota Eccleſia nititur fulta.* Quid enim in ipſa lapidicina dura, & ſolida, nec aliqua ex parte infirmanda aut labefactanda cogeretur, quæ in totum Eccleſiæ pondus ſuſtentandum decernebatur? Alij verba Pſalmi ſic evolvunt: Deus in medio regiæ ſuæ civitatis quieſcens non commovebitur. Sed cũ Deus naturâ ſuâ immutabilis ſit, & immobilis, quid mirum ſi in utero Mariæ impellentibus agitationibus non concutiatur? Quid, quæſo, illud erit, quòd Deum à fixa ſua ſtatione perpetiq́ue immutabilitate dimoveat? Melherclè veriſimum eſt, tabernaculo Dei flagellum humanarum paſſionum, quæ mutationes pariunt, non appropinquare, firmatum enim eſt ſuper totius mobilitatis impreſſiones. Tamen ut tardiori captui noſtro ſe adaptet divina bonitas, aliqua ſibi aſciſcit paſſionem & commotionem concernentia, ita, ſe affectũ penitudine inducit ob graſſantem in orbem malitiam, & ex hominum peccatis animum ſuum triſtitia inductum, & dolore tactum. Sic excitatur quandoque Dominus peccatorum ſtimulis punctus tanquam potens crapulatus à vino. Peccatum verò primum huiuſmodi divinę commotionis aperta fuit origo, extunc ergo hi affectus cœperunt in Deo dedicari: *Et cùm audiſſent vocem Dei deambulantis in paradiſo ad auram poſt meridiem*, Geneſ. 3. 8. Perpetratum enim peccatum adeò fuit numini inviſum, ut illius veluti quietem perturbârit, & quaſi nimio indignationis zelo æſtuans, fingebat ſe auram quærere, quâ conceptum ignem leniret, recrearetq́ue. Quapropter Caietanus ait: *In ſpecie ſenſibilis hominis apparuiſſe Deum deſcribitur, ex eo quòd deſcribitur tum loquens, tum ambulans, tanquam ad refrigerium percipiendum ex aura diei; tum formidatus corporaliter ab Adam & Eva abſcondentibus ſe. Apparuit igitur Deus loquens & ambulans illa hora diei, qua refrigerans aura quæritur.* Deinde verò quaſi ebibitam iram nequiret compeſcere, increpantis voce inſurgit in reos: *Vocavitq́ue Dominus Deus Adam, & dixit ei, ubi es?* Quæ verba ſcitè interpretatus eſt Tertul. eiuſmodi motus, & affectuum varietates agnoſcens Deo adſcriptas ob peccati gravitatem exaggerandam, lib. enim 2. adverſus Marcion. cap. 24. *Quis ergo erit mos pœnitentiæ divinæ? Iam relucet, ſi non ad humanas conditiones eam referas. Nihil enim aliud intelligetur, quam ſimplex ſententiæ prioris converſio, quæ etiam ſine reprehenſione eius poſſet admitti etiam in homine, nedum in Deo, cuius omnis ſententia caret culpa. Nam & in Græco ſono pœnitentiæ nomen non ex delicti confeſſione, ſed ex animi demutatione compoſitum eſt, quam apud Deum pro rerum variantium ſeſe occurſura oſtendimus. Iam nunc ut omnia eiuſmodi expediam, ad cæteras puſillitates, & infirmitates, & incongruentias (ut putatis) interpretandas purgandaſque pertendam. Inclamat Deus Adam, ubi es? Scilicet ignorans ubi eſſet, & cauſato nuditatis pudore, an de arbore guſtaſſet, interrogat ſcilicèt incertus. Imò nec incertus admiſſi, nec ignorans loci. Enimverò oportebat conſcientia peccati delitescentem evocatum prodire in conſpectum Domini, non ſolùm nominis inclamatione, ſed cum aliqua iam tũc admiſſi ſugillatione. Nec enim ſimplici modo, id eſt interrogatorio, legendũ eſt, ubi es Adam? Sed impreſſo, & incuſſo, & imputativo, Adam ubi es: id eſt, in perditione es, id eſt, iam hìc non es, ut & increpandi, & dolendi exitus vox ſit.* Et lib. adverſus Praxean. cap. 16. *Sic etiam affectus humanos ſciebat iam tunc ſuſcepturus etiam ipſas ſubſtantias hominis carnem, & animam. Interrogans Adam quaſi neſciēs, ubi es Adam? Pœnitens quòd hominem feciſſet, quaſi non præſciens.* Ex his facilis eſt deſcenſus ad ſenſum eliciendum ex his verbis: *Deus in medio eius non commovebitur.* Quaſi dicat: Deus in medium uteri Mariæ illapſus licèt paſſibilitatem mortalitatemq́ue ſibi accinxerit, illius motus, & demutationes adhuc non ediſcet, nec ſuam dediſcet immutabilitatem & inconcuſſionem: Deus enim doloris, triſtitiæ, & pœnitudinis affectus non delibat, niſi peccati aculeis vel ipſo ſaltim odore concitatus. At in utero Mariæ puriſsima illius carne undique circumſeptus, peccati vel tenui odoramine non ſuffitur, antiquæ primæ labis nec iam abolita præſenſit indicia, quo enim pacto quæ per illam non præterijt ſui veſtigia reliquiſſet, primi peccati effectuum ſeu ſatellitij, nempè peccati fomitis, aliarumq́ue affectionum in peccatum inclinantium nec umbram invenit, illa enim omnia, piaculo nullum in Maria locum obtinente, in ipſius Marianæ vitæ limine evanuerunt extincta. Ideò ergo Deus in medio eius non commovebitur: quia ſi eiuſmodi affectuum demutatio in Deo ſuboritur ex indignatione, triſtitia, aut pœnitentia, ad quas Deum

Eccli. 24. 15. Honorius.

Geneſ. 3. 8.

Caietanus.

Tertul.

vel

vel preſentia, aſpectuſvè, aut tenue aliquod peccati odoramẽtum concitat, cùm in medio Mariæ requieſcens, nulla illius inſignia, vel fumum, vel umbram, vel obſoletam ſaltim pedulam præſenſerit: profectò non erat unde aut commoveri poſſet, aut conturbari. Accipe Carthuſianum Pſalmi nucleum
Carthuſia. ſtrenuè deglubentem: *Quod verò dictum eſt: Deus in medio eius non commovebitur: ſecundò ſic legitur, ut nihil ſubaudiatur, ut ſit ſenſus: Deus non commovebitur in medio Mariæ Virginis. Quamvis enim Deus in ſeipſo omnino impaſſibilis, immobiliſque conſiſtat, ſolent enim ei adſcribi quædam ad paſſionem & motum ſpectantia; quia circa rationalem creaturam ita ſe habet, quaſi talia ſibi verè competerent. Hinc enim apud Malachiam legitur: Laborare me feciſtis Dominum in ſermonibus veſtris: & Dominus me, inquit, configitis gens tota. Sequẽti verò capite. Invaluerũt ſuper me verba veſtra. Apoſtolus verò apertiùs ait: Nolite contriſtare Spiritum ſanctum Dei. Simili modo dicitur Deus commoveri, quando à peccatore contemnitur, & recedit; dum verò inceſſanter in aliquo per gratiam manet, dicitur non commoveri.* Humanæ mutabilitatis reflexus quoſdam & reſultus ſibi divina pietas addicit; nam quia per ſcelus iniquus inſtabilis eſt, & à Deo diſpeſcitur, Deus mutabilis larvam induit, quia ab eo deviat, ſed hoc nõ tam Deũ, quã ipſum peccatorẽ cõmoveri eſt. Quod perbellè admonuit Gregor. lib. 8. Moral. c. 3.
Gregorius. apud Lypom. ad illa verba Geneſ. 3. *Cùm audiſſet vocem Domini Dei deambulantis in paradiſo, &c. Quid eſt enim, quòd poſt peccatũ hominis in paradiſo Deus iam non ſtat, ſed deãbulat, niſi quòd irruente culpa ſe à corde hominis motũ demonſtrat, quẽ iã in ſuo præcepto ſtabilẽ non videbat? Increpavit ergo Adam deambulans, ut cæcis mẽtibus nequitiam ſuã non ſolùm ſermonibus, ſed etiam rebus aperiret; quatenus peccator homo & per verba, quod fecerat, audiret; & per deambulationem amiſſo æternitatis ſtatu mutabilitatis ſuæ inconſtantiam cerneret.* Nihil ſanè dilucidius & elegantius.

70 Accedat luce ex his reſpergendus
Tertullian. difficilis locus Tertulliani, qui de Chriſto Domino ait: *Agnovit adapertæ vulvæ nuptialem paſſionem*, libro de carne Chriſti cap. 23. Adapertam vulvam Mariæ dicit naſcente Domino, ſecutus morem & phraſim antiquorum Patrum, qui per apertionem vulvæ non quidem ſciſſionem aliquam aut corruptionem, ſed prolis effuſionem intelligunt. Difficultas pronuntiati Tertulliani ſiſtit in aperienda ratione, cur Chriſtus à vulva matris effuſus nuptialem paſſionem ſenſerit, aut agnoverit, quaſi in illa incluſus nuptiarum, quæ per paſſionem erant celebrandæ, indicia nulla perceperit. Et quidem ſi rem exprimamus, paſſibilis iam Chriſtus in vulva materna verè paſſionis ſuæ ſaporem delibaverat. Num in Mariæ alvo immenſitas novem menſium ſpatio arctata, & conſtricta non fuit? Et Verbum æternum non obmutuit? Cur hæc, quæſo, ſub paſſionis nomine non venient computanda? Haudquaquam, ait Tertullianus, quæ in vulva matris Chriſtus pertulit, paſſionis ſunt nomine inſcribenda. Nam quæ totam ſibi paſſionis nomenclaturam arrogat, & ut propriam vindicat, noſtrorum fuit ſuſceptio peccatorum: ideò Chriſti Domini paſſiones referens & expendẽs
1. Pet. 2. 24. Petrus inquit: *Ipſe tulit peccata noſtra in corpore ſuo ſuper lignum*, 1. Petr. 2. 24. Quapropter peccatum Chriſtus olfaciens ſtatim nuptialis paſſionis odoramenta ſentiebat. Igitur matris utero undique obſeſſus, cùm peccati notam, vel indicium, aut illius vulneris cicatricem non agnoviſſet: nunquam enim caro puriſsima Mariæ peccato fuit reſignata, connubium per paſſionem inſtituendum non agnoſcebat, nec aliquo illius ſpiramine pulſabatur. Atverò valvam deferens in hæc deſcendit elemẽta primi hominis cõtaminata contagio, & cũ ad eum illicò pravus quem exhalabant fœtor, perveniſſet, in eo paſſionis ſuæ nuptiarum legatum excepit & legationem; ideò Tertul. ait: *Agnovit adapertæ vulvæ nuptialem paſſionem*. Sub ventre enim matris contectus nihil ſceleris erat, quod in Maria nunquam quidem fuit, quod legati munere fungens Chriſto paſſionis ſuæ poſſet nuntia deferre. Sic mentẽ interpretor Tertulliani. Et Mehercle ſic verba Tert. deglubere forſan non auderem, ni fideiuſſorẽ haberem Bernard. ſerm. 3. de Nativ. Dñi, qui inſcribitur etiam in Concept. Beatiſs. Mariæ Virg. explicãs enim illud Gen. 2. 2. *Et requievit Deus die ſeptimo ab univerſo opere quod patrarat.* Diẽ ſecũdum, latumque, Geneſ. 2. 2.
in quo requiẽ delibavit Deus, indicat fuiſſe B. Mariã, quæ illũ veluti à labore recreavit, quẽ illi opus quod patrarat, excitavit, attulitq; : opus, inquã, humanũ & Angelicum, utrũq; enim gravi ſuperbiæ fumo quaſi Deũ ſuffiens fatigavit, confugientẽ ergo Deum ad Mariam ſanctiſsima fœmina demulſit, à moleſtiaq; percepta ſolvit, in qua Deus nullũ indiciũ odorẽvè perpetrati ſceleris præſenſit. Accipe Bernard. *Maria eſt, quæ veBernard. ſtris affectibus ſuaviter indulceſcit; quia magna multitudo dulcedinis eius. Spiritus enim eius ſuper mel dulcis, in quã dulcis Dñs cũ omni ſua dulcedine ſupervenit. Cũ enim*

fecerit Deus omnia opera ſua valdè bona, hìc melius fecit, conſecrans in ea ſibi reclinatoriũ aureũ, ut poſt tumultus Angelorũ, & hominũ, & reclinaret, & requiẽ inveniret. Et lucu entiùs mentem ſuam reſeravit egregius Doctor in eodem ſermone lõgè inferiùs: *Nunc accingamus nos ad vidẽdum qualiter egrediatur de Virgine, quia egreſſio illa dulcior & affectuoſior eſt humanæ miſeriæ, quæ intuentiũ pectora concutit, & irrorat oculos, & beatis fontibus vultus amantiũ perfundit. Hic locũ voluptatis uterũ Mariæ intelligo, in quo cumulavit omnes delicias delicıarum Dominus. De cuius delicijs Spiritus ſanctus admiratorio ſermone in amoris Cantico eructat: Quæ eſt iſta, quæ aſcendit de deſerto delicijs affluens? Numquid in Angelis voluptatem habet Altiſſimus, in quibus ipſe reperit pravitatẽ? Numquid in cõſtellatione, vel ſcintillatione ſtellarũ, quarũ aliæ convertuntur in ſanguinẽ, aliæ cadunt de cœlo, aliæ in tenebras obſcurantur? Nũquid in aẽre, vel igne, vel ventis? Nequaquã in igne Dominus, non in commotione Dominus, non in ſpiritu Dominus ſi verus eſt ille, qui in curru igneo, & equis igneis eſt aſſumptus in cœlos. Numquid in aquis, ubi furẽs, & tortuoſus Leviathan immoratur? Aut in terra, quæ ſub maledicto Adæ ſpinas emittit, & tribulos? Non eſt locus voluptatis, niſi uterus Virginis.* Perpẽde rationẽ argumentãdi Bernardi, ut uterũ Virginis dumtaxat in orbe locũ ſeu paradiſum deliciarũ arguat. Cauſa enim ob quã tam Angelos, quã elemẽta à nomine voluptatis divinæ excludat, eſt vel affinitas, vel neceſsitudo aliqua, vel ſola ſcintillatio, indiciũque primi peccati. Quapropter ſi in Maria præiviſſet levis aliqua primæ deformitatis inuſtio, reliquum erat, ut illius uterus à deliciarũ Dei nomine decideret: ergo ingrediens divina Sapiẽtia in uterũ Marię, ideò ſuũ in eo deliciarũ hortũ invenit, quia in eo primi peccati pedam, aut veſtigium non ſenſit impreſſum; ſenſit, quando ab utero deſcendit in hæc elemẽta primæ turpitudinis fœtorem ructantia. Argutum ergo ingenium fuit Tertul. cùm diceret, *agnovit adapertionem vulvæ nuptialem paſſionem.*

71 *Adiuvabit eã Deus mane diluculo.* Pro uberiori huiꝰ loci explicatione adverte diſcrimen inter diluculo, & mane. Nã ut ait Iſidor. lib. 5. Etymolog. c. 28. *Mane lux matura, & plena, nec iã crepuſculũ; & dictũ mane a mano, manũ enim antiqui bonũ dicebant,* & c. 29. inquit: *Diluculũ quaſi iã incipiens parva diei lux, hæc & Aurora, quæ Solẽ præcedit: eſt autẽ Aurora diei clareſcentis exordiũ, & primus ſplẽdor aẽris,* Iſidorus.

Itaq; diei ſicut & hominis poſſumus triplicẽ ſtatũ diſtinguere. Primus eſt parva illa lux, quæ eſt diei exordiũ; Aurora inquã, in qua diei conceptio, ut ita dicã, compingitur, cui hominis cõceptio reſpondet. Secundus eſt, cũ Aurora mater diei provectior prægnans effecta formatũ iã diẽ tumidiori utero portat; qui quidẽ iã dies per alvi pellucidos parietes mũdo radios explicat maturiores, & hic ſecundus ſtatus diei vocatur mane: qui reſpõdet perfectæ iam formationi humanæ prolis in materno ſinu. Tertiꝰ eſt, cũ ab Auroręutero oritur Sol, & ſimul naſcitur dies, Solis enim exortus prima diei infantia cenſenda eſt, & hũc diei ſtatũ reſpicit hominis nativitas. In trino hoc ſtatu diverſimodè munificã ſe exhibet divina gratia in auxilio homini præſtãdo, etenim verũ eſt, quòd hominẽ in tertio ſtatu, nẽpè à materna vulvæ effuſum generaliter adiuvat Deus, præſidiũ ei gratiæ offerendo, quo à tenebris, quas ab utero traxit, ſe expediat. Baptiſmus enim fons gratiæ eſt infantibus præparatus, qui eos ab Adami ſordibus eluendos expoſcit. In ſecũdo ſtatu (qui mane diei eſt) nimirũm cũ infãs formatus eſt, mẽbriſque diſtinctus, ſed adhuc intra naturæ claustra reſeratus, Deũ hominẽ gratiâ ſuâ adiuvare, & illuſtrare miræ prærogativæ excellentia eſt, & non niſi pauciſsimis conceſſa. Hac præditus fuit Ieremias, ornatus Ioannes Baptiſta, qui cũ nõ fluxiſſent ex utero, divinæ gratiæ, fluentũ in illos impluit, ab originaliq; noxa mũdavit, hos mane Deus adiuvabit. Iam ergo in primo ſtatu hominis, quod diluculũ vitæ illius appellatur, in quo illius elaboratur cõceptio, ita ſingulare, & rarũ eſt, quòd hominẽ Deus adiuvet, ut eiuſmodi privilegij ſingularitas poſt Adæ lapſum nulli creaturarũ niſi Marię fuerit delata. Erupit enim velut antelucana divina gratia, quaſi in procinctu cõſtituta, ſpectanſq; ut vitę Marianæ dies dilucularet, & diluculanti extẽplo ſubveniret. Hãc Mariæ peregrinã unicèq; illi prærogativã impertitã mirificè Regius Vates exprimit, cũ ait: *Adiuvabit eã Deus mane diluculo.* Quaſi dicat: gratiã tibi adiutricẽ impendere non protelavit Deus in exortam vitæ tuæ infantiam, quem cum reliquis hominibus morem ſervat, nec provexit in vitæ tuæ mane, quod quidem ſpecialius dilectis præſtare ſolet; favor tibi aſſervatus, ô Civitas & Regia Dei, ſingularis, & unicus eſt; nam matutinavit gratia laturæ tuæ vitæ diluculo ſubſidium, & tibi incipienti eluceſcere adſtitit, à tuaq; lucida inceptione, & cõceptione quidquid caliginis & horroris Adamus ſparſerat, procùl proturbavit. Ideò Carthuſianus ait: Mariã lõgè ſublimius ſanctificatam quàm Ieremiam,

aut

aut Ioannem Baptiſtam; his enim gratiæ ſplendor in mane vitæ illuxit. Cæterũ Mariã plenum gratiæ coru'cum diluculo, hoc eſt in ipſa cõceptione illuſtravit. Optimè Mariæ aptantur verba Ambroſ. qui ad illud Cant. 6. 9. *Quæ eſt iſta, quæ progreditur quaſi Aurora cũſurgens?* legit: *Quæ eſt iſta proſpiciens tanquã diluculũ*: & ait: *Proſpicit tanquam de domo libera, nec dicit tenebræ cooperiunt me; proſpicit tanquam diluculum, tanquam diceret, nox præceſſit, dies autem appropinquavit.* Richardus autẽ de S. Laurent. lib. 3. de laudibus B. Mar. præſentem locum de ea interpr tans ait: *Caro Mariæ caruit peccato originali in ſanctificatione. Vndè Pſal. 45. Sanctificavit tabernaculũ ſuum Altiſſimus*: & paulò inferiùs: *Caruit fomite, & pravis motibus in chariſmatum infuſione. Vndè Pſalmiſta: Adiuvabit eam Deus manè diluculo, id eſt in principio vitæ ſuæ.* Copioſiùs Mariæ dignitatẽ, & excellentias hoc loco à regio Vate obſignatas reſignavit Iacobus de Valent. Chriſtopolitanus Epiſcopus: *Advertendũ, quòd tota Eccleſia cantat, & attribuit iſtos duos verſiculos Virgini Mariæ propter quatuor myſteria ibi notata, & memorata, quæ propriè ſoli Virgini Mariæ conveniunt. Primum eſt, quòd dicit Propheta: Fluminis impetus lætificat civitatem Dei. Secundum quòd ſanctificavit tabernaculũ ſuum Altiſſimus. Tertiũ, quòd Deus in medio eius non commovebitur. Quartum, quòd adiuvabit eam Deus mane diluculo. Quæ quidem quatuor myſteria licèt dicantur de tota Eccleſia tamen primò, & principaliter, & propriè verificantur ratione Virginis Mariæ, quæ fuit prima civitas huius civitatis, & primũ membrũ Eccleſiæ ſecundũ Auguſt. ſer. 1. de Nativit. Virg. Mar. ſicut illud Cant. 4. Tota pulchra es amica mea, & macula non eſt in te, dicitur de tota Eccleſia ſpõſa Chriſti ratione Virginis Mariæ, quia de ſola ipſa verificatur, quæ ſola fuit ſine macula. Ita pariter iſta quatuor verificãtur de tota Eccleſia ratione Virginis Mariæ, quæ fuit Aurora, & primũ mẽbrum Eccleſiæ, ex quibus duobus verſiculis verificãtur quatuor cõcluſiones de Virgine Maria.* Omiſsis verò prioribus tribus, quæ noſtrũ ſcopũ nõ collimant, licèt illuſtrent, quartam figens concluſionẽ, ſcribit: *Deus altiſſimus ſanctificavit, & lætificavit, & flumine gratiarũ ornavit Virginẽ Matrem ſuã in primo inſtãti ſui eſſe, & animæ creationis, & infuſionis: & per conſequens illa ſanctiſsima anima ſimul fuit creata, & sãctificata, & in illo ſanctiſsimo corpore infuſa, & corpus ſimul cũ anima ſanctificatũ. Et hoc probatur per hoc, quod ſubdit David: Adiuvabit eã Deus mane diluculo, id eſt, in ortu matutino, ut habet l'ttera Hieronymi. Quaſi dicat, quòd illa sãctificatio fuit facta in ortu matutino, & in Aurora ipſius Virginis, & per cõſequens in primo inſtãti ſui eſſe, & ſuæ creationis, eò quòd ipſa Virgo Maria fuit diluculũ, & Aurora totius Eccleſiæ: Ideò de ipſa primò & propriè verificãtur omnia dicta, & iſta quatuor myſteria ſupradicta in iſtis quatuor verſiculis. Ad cuius intelligentiã eſt advertendũ, quòd tota Eccleſia habet noctẽ, & diẽ, diluculũ ſive Aurorã, & mane. Nox Eccleſiæ fuit ab Adã uſq; ad Chriſtũ: dies autẽ à primo advẽtu Chriſti uſq; ad iudiciũ: ideò dicit Apoſtolus ad Rom. 13. Nox præceſſit, dies autẽ appropinquavit. Mane autẽ huius diei fuit inſtar incarnationis Chriſti, quia Sol iuſtitiæ luxit in mũdo. Sed Aurora huius mane fuit ipſa Virgo Maria. Nã ſicut Sol antequã oriatur ſuper Orientẽ eſt claus' in Aurora, & incipit illuceſcere intra Aurorã; ita Chriſtus antequã naſceretur iã incipiebat diluceſcere intra uterũ virgineũ, quia exiſtẽs in utero materno ſanctificavit Ioannẽ Baptiſtã, & non ſolũ Chriſtus fuit in Virgine in ſua Incarnatione, ſed antè iam erat in anima Virginis per gratiã ante ſuã nativitatẽ, ut patebit per Auguſt. Ex quo patet, quòd Virgo Maria verè fuit diluculũ, & Aurora totius Eccleſiæ, in qua Chriſtus ante nativitatem latuit per carnẽ, & ante incarnationẽ latuit per gratiã. Ex quo ſequitur, quòd quãdo de tota Eccleſia dicitur, quòd Altiſſimus ſanctificavit, & adiuvabit eã manè diluculo, & in ortu matutino, totũ hoc verificatur pro Virgine Maria, quæ fuit Aurora totius Eccleſiæ. Quaſi dicat David: quòd eã ſanctificavit in Virgine Maria ante diẽ, & ante ortũ, & conceptũ Chriſti. Sed eſt iterũ advertendũ: quòd ſicut in tota civitate, & tabernaculo myſtico Dei, quæ eſt Eccleſia fuit aſsignare noctẽ, diẽ, & mane, & Auroram ut dictum eſt: ita pariter in tabernaculo & civitate Dei maternali, eſt aſsignare noctẽ, & diẽ, & Aurorã, & mane. Et ſic nox Virginis fuit totũ tẽpus ab eius cõceptione carnis uſq; ad animationẽ. Aurora autẽ eius ſive diluculũ fuit primũ inſtans ſui eſſe, & creationis, in quo anima eius fuit creata, & corpori infuſa. Mane autẽ eius fuit ſua nativitas. Dies verò fuit totus diſcurſus ſuæ vitæ. Ergo ſi Virgo Maria fuit ſanctificata mane diluculo in ortu matutino, ut aſſerit Propheta: Ergo fuit facta illa ſanctificatio in primo inſtãti ſui eſſe, & creationis animæ, in quo incepit vivere in hoc mũdo, & per cõſequens illa ſimul fuit creata, & ſanctificata, & gratificata, & è cõverſo: quæ quidẽ ſanctificatio redũdavit in*

Cant. 6. 9. Ambroſ.

Richard.

Iacobus de Valent.

carnem, ex qua debebat Chriſtus carnem aſſumere. Et ſic in eodem inſtanti habitavit immobiliter in ea Deus per gratiam, quia ſimul fuit creata, & facta tabernaculum Dei. Verè hic ingenium, & pietas manus conſerunt amicas: & nihil potuit inveniri luculentius, & lepidiori ſale conditum.

72 Verumenimverò quia in ſacra Pagina Luna nō ſimplicem ſignificationē habet, ſed portendit aliquando infauſtum quid & infelix: quandoque autem auguſtū & fortunatū deſignat, in utraque ſignificatione ſolvendū eſt penſum noſtrum eorum verborū interpretationi, & *Luna ſub pedibus eius*, quæ pro immuni Mariana origine decertat. A felicioribus igitur auſpicia delibemus: Luna enim ſignificat baptiſmum, qui expūgendæ noxæ originis in Eccleſia ſtabilitus eſt, & fortè id deſumptū eſt ex Lunæ naturali munere, quæ quidē imperium habet in aquas, eaſque gubernat, & terrā humectādo fœcundat: ſic docet Athanaſ. orat. contra idōla: *Luna dimenſum lumen habet, per hāc & aqua in nubibus libratur, pluviæ imbreſque in terram fluunt: mare ſuis finibus circumſcribitur. Terra omnigenis ſtirpibus læta nitet, & effrondeſcit.* Hæc ſanè munia baptiſmus inſtar Lunæ in cœlo Eccleſiæ cōſtitutus in animabus exercet, quas mundat, & abluit à ſordibus, & rore gratiæ fœcundat: ut virtutum omnigenis floribus vernēt. Aſſumptionem hanc probandam, & illuſtrādam ſuſcepit Anaſtaſ. Sinait. lib. 4. Hexamer. eamque ſanxit, tum ex nomine Græco Lunæ, quod eſt *Selen*, & *Selas nepien*, interpretatur fulgor infantium; tum ex ipſius crementis & decrementis, in quorum viciſſitudine videtur quodammodo regenerari, ut adumbret iugem baptiſmi regenerationem. Tum ex diebus triginta, quibus curſum conficit, qui numerus ex trina decade conſtat, ut exprimat Trinitatis myſterium in baptiſmo profitendum. Auſcultare Anaſtaſ. *Etenim ipſum Lunæ nomen ſignificat gratiam, nempè baptiſmatis regenerationem, Selen enim, id eſt, Luna interpretatur Selas nepien, id eſt fulgor infantium, & omniū qui generantur, utpote quòd ab utero alia ſit piſcina. Selas enim eſt lux. Aut rurſus Lunæ fulgor eſt pueraſcens, propterea quòd perpetuò generetur, & regeneretur; quæ quidem eſt perpetua regeneratio lucis baptiſmatis. Et ideò triginta dies conſiſtit Luna conſtans ex tribus perfectis numeris, nempè denarijs in typum & figuram trium perfectarum, & quibus nihil defuit, hypoſtaſeon, ſanctæ & eiuſdem ſimul eſſentiæ Trinitatis in quam credimus in baptiſmate. Propterea omnium quoque creator Ieſus, qui eſt unus è Trinitate, baptiſmo tinctus eſt triginta annos natus, quoniam illic erat mundo manifeſtandum myſterium Trinitatis. David quoque, qui ſecundùm carnem erat pater Chriſti, triginta annos natus factus eſt rex, & tanquam baptiſmo aliquo typico myſterio prius eſt unctus.* Et longè inferiùs ſcribit: *Eſt autem quædam alia admirabilis oratio de Sole, & Luna oſtendens myſterium Chriſti, & Eccleſiæ. Dicunt enim qui res Solis & Lunæ diligenter invenerunt, quòd ab his duobus luminaribus adminiſtratur, & gubernatur, ac dependet univerſa quæ eſt ſub cœlis creatura, tā animatorum quā inanimatorum corporum: Sole quidem dominante æſtati, ut qui ſit elementum ſuum in typum Chriſti, qui in fine meſis cōſummationis eſt exſiccaturus eos, qui ſunt ſub peccato fluvio igneo, qui trahitur ex eorum baptiſmate. Vndè etiā Sol exſiccat, & calefacit creaturas: Luna verò habente gubernationem, & adminiſtrationem authoritatis aquæ, & Spiritus ſancti, qui à Chriſto Eccleſiæ tanquam Lunæ donatus eſt & creditus, quæ Lunæ data eſt tanquam Chriſtus, & credita ad poteſtatē, & gubernationē, ut nos per ipſam generemur, & regeneremur, donec promota ſit, & præterierit nox huius ſæculi, & rurſus exortus fuerit Sol iuſtitiæ. Quod autē Luna à Deo acceperit aquæ poteſtatē, & gubernationē, ſpirituſq; in univerſa aqua & mari, & multis corporibus, & ipſi quidem huius rei plurimam habemus experientiam, & teſtantur omnes, qui in mare deſcendunt in navibus, quòd creſcente corpore Lunæ ſimul etiam creſcunt, & multiplicantur aquæ; ea autem decreſcente, rurſus cum ea deſinunt, & decreſcunt, &c.* Huic quoque ſententiæ acquievit Methodius relatus ab Andrea Cæſarienſi in præſenti: *Idem*, inquit, *author docet, per Lunam, quæ humidæ ſubſtātiæ dominatur, baptiſmū, mare metaphoricos appellatū, deſignari, quod ſanè ſacramentū, ut regeneratis eſt ſalutare, ita dæmonibus exitiale.* Hac igitur Lunæ ſignificatione præmiſſa, nempè quòd ſacrum baptiſmi fontem portendat, curioſius inveſtigare oportet, cur ſub Mariæ pedibus ſiſtatur? Quod quæſo, ſacramenti involucrū vult nos divina providentia revereri, cùm baptiſmum ſub Mariæ pedibus ſtatuit? Næ ſuadeor, ni mea me decipit cogitatio, eo ingenio curaſſe Deum ſanctiſsimæ Parentis nobiliſsimam originem ſartam, tectamque firmare: Maria enim quamvis ſacro ſit baptiſmate tincta, &, ut creditur, à Filio iuxta piam pluriū Patrum ſententiam, illo tamen nō eguit: baptiſma enim in expiationē originalis ſceleris ſancitū eſt; quo ergo pacto

Athanaſ.

Anaſtaſ. Sinait.

Methodius

nc-

neceſsitas compellaret, compelleretque ad fontem eam, quæ ab omni fuit originis piaculo prorſus immunis? Igitur ut hanc Mariæ libertatem, & à baptiſmo independentiam propter puriſsimam, quam nacta fuit, conceptionem, oſtenderet Deus ſtabiliretque; ſub Lunæ typo Mariæ pedibus baptiſmum ſuppoſuit, eamque illo veluti ſuperiorem demonſtravit. Quia omnibus ijs, à quibus non depẽdemus, ſublimiores efficimur; ideòque iuxta phraſim Spiritus ſancti, maior, quæ excogitari poteſt, celſitudo per independentiæ conceptum, ſive vocem ſolet exprimi. Quocirca Regius Vates optans ſuam infra Deum humilitatem, Deique ſupra ſe profiteri altitudinem; mentem ſuam per verba dependentiæ, & independentiæ expoſuit, ſuam quidem à Deo dependentiã aperiens, Deique à ſe independentiã, Pſal.

Pſal. 15.1. 15.1. *Conſerva me Domine quoniã ſperavi in te: dixi Domino, Dominus meus es tu, quoniã bonorũ meorũ nõ eges.* Petit ſe à Deo conſervari tãquam Filium à Patre, ſervum à Domino, quoniam in illo ſperavit, hoc eſt ab illo dependit: ſpes enim non ſolùm dependentia, ſed veluti quoddã ſuſpẽdium ab eo, in quo ſperatur, cenſetur. En profeſsio humilitatis, & depreſsionis infra Deũ. Accedat confeſsio divinæ ſublimitatis: *Dixi Domino, Dominus meus es tu, quoniam bonorum meorũ non eges*: quaſi dicat: idcircò in te unũ ſpero, abs te conſervari peto; quoniam ego quidem nõ habeo, quo egere poſſis tibi ipſi ſufficiẽs: nihil in te ex meis rebus operibuſque commodi redundat: contrà verò tu bonorum origo omnium, nec eſt quidpiam in me, quod non dependeat à te, imò quantusquantus ſum, tuo munere ſum, tuâ ſemper egens ope. Id amplius ex Aqui-

Aquila. læ verſione eluceſcit: *Bonitas mea non eſt ſuper te*, ſic legit vice illorum verborum, *quoniam bonorum meorum non eges.* Vbi manifeſtum eſt, ſubmiſsionẽ, & humiliationem cum dependentia ſeu indigentia reciprocari, & è converſo, quare idem eſt, non ſunt bona mea ſuper te, & dependent à te; quaſi diceret: ſi non dependerent à te, fierẽt celſiora te. Hinc eſt, quòd Deus imperij ſui excellentiam non niſi per independentiam ſui ab alio, & dependentiam aliorũ à ſe velit innoteſcere. Quæſtio communiter ab Interpretibus agitata eſt, cur Deus ſolùm Dei nomine functus in rerum creatarum protelo, cùm ad hominis formationem, & eius in paradiſum inductionem ventum eſt, nomen geminavit, & Dei appellationi Do-

Geneſ. 2.7. mini nomen innexit? *Formavit igitur Dominus Deus hominem de limo terræ, & inſpiravit in faciem eius ſpiraculum vitæ, & factus eſt homo in animam viventem. Plãtaverat autem Dominus Deus paradiſum voluptatis à principio, in quo poſuit hominem, quem formaverat*, Geneſ. 2.7. & verè dominij nomen divinitatis celſitudinis adjunxit, ut ſe à reliquis diſcerneret dominis, qui ſervos habent, eiſque ad functiones authoritatis utuntur. Quaſi diceret: in me imperij nomen altiſsimè faſtigiatur, & altitudini colligatur divinitatis, quia à meis ſervis nullatenus dependeo, nec illorum ope, aut operibus indigeo; ipſi verò à mea dominatione pendent, ſine qua neque vivere, neque moveri fas illis eſt. Reliqui verò domini non ſublimiores ſunt ſervis, ſed ſicut cum illis in dependentia, ſic & in humiliatione reciprocantur, & convolvũtur. Depẽdent quidem ſervi à dominis, quia bonorũ eorum egent, & ex hoc latere; domini celſiores ſe præſtant ſervis; dependent etiam domini à ſervis, quia eorum auxilio, & comitatu egent, & induſtria ad maieſtatem conciliandam, & firmandam: & ex hoc ſe exhibent dominis ſuperiores, & ſervorum nomen haud demerentes. Accipe Auguſtin. qui huius difficultatis ſolutionem ex loco Regij Pſaltis enodavit, lib. 8. de Geneſ. ad litter. cap. 11. *Proindè nullo modo vacare arbitror, ſed nos aliquid, & magnum aliquid admonere, quod ab ipſo divini huius libri exordio, ex quo ita cœptus eſt: in principio fecit Deus cœlum, & terram, uſque adhunc locum nuſquam poſitum eſt Dominus Deus. Nunc verò ubi ad id ventum eſt, ut hominem in paradiſo conſtitueret, eũque per præceptum operaretur, & cuſtodiret: ita ſcriptura locuta eſt: Et ſumpſit Dominus Deus hominem, quem fecit, & poſuit eum in paradiſo operari eum, & cuſtodire: non quòd ſupra dictarum creaturarum Dominus non eſſet Deus; ſed quia hoc nec propter Angelos, nec propter alia, quæ creata ſunt, ſed propter hominem ſcribebatur ad eum admonendum, quantum ei expediat habere Dominum Deum: hoc eſt, ſub eius dominatione obedienter vivere, quàm licentioſè abuti propria poteſtate; nuſquam hoc prius ponere voluit, niſi ubi perventum eſt ad eum in paradiſum collocandum, operandum, & cuſtodiendum, ut non diceret, ſicut & cætera omnia ſuperiùs: & ſumpſit Deus hominem, quem fecit, & poſuit eum in paradiſo operari eum, ut iuſtus eſſet; & cuſtodire, ut tutus eſſet: ipſa utique dominatione ſua, quæ nõ eſt illi, ſed nobis utilis. Ille quippè noſtra ſervitute non indiget, nos verò dominatione illius indigemus, ut operetur, & cuſtodiat nos; & ideò verus, & ſolus Dominus, quia non illi ad ſuam, ſed ad noſtrã utilitatem ſalutemque ſervimus. Nã ſi* Auguſtin.

nobis indigeret, eo ipſo non verus Dominus eſſet, cùm per nos eius adiuvaretur neceſsitas, ſub qua & ipſe ſerviret. Meritò & ille in Pſal. Dixi, inquit, Domino, Deus meus es tu, quoniam bonorum meorũ non eges. Hæc quidem veritas in ſacra Theologia altiores mittit, figitque radices: nam fides ut triũ perſonarum æqualitatem perfectam, & paritatem ſervet illibatam, abhorret verbũ dependentiæ unius ab altera in tanto myſterio inſerere; & ideò quamvis Filius gignatur à Patre, & Spiritus ſanctus à Patre, & Filio procedat tanquam ab uno ſpiratore: abnuit fateri Filium factum aut creatũ à Patre, & Spiritum ſanctum à Patre & Filio, quia hæ voces dependentiam involvũt, quam effectus à cauſa, & creatura habet à Creatore: dependentia verò in Triade ſata æqualitas perſonarum ſolveretur, & ea eſſet alia ſublimior, à qua altera dependeret, illaque indigeret. Providè ergo divina Sapientia conſuluit, Mariam altiorem baptiſmo conſtituere, Lunamque baptiſmatis nobilem typum eius pedibus ſupponere, ut ſic Mariæ auguſtam proderet originem, & à baptiſmate independentiam, quia non indiget fõte quo tingatur, quę omni procul abacta ſorde Sole nitidior coruſcat.

73 Marianam dignitatem, & maieſtatem, quæ ex præindicata erumpit excellentia, ſub modio occultam omittere, quàm alienum eſſet ab eo, cuius cenſus eſt cœleſtis Dominæ gloriam expandere. Venit enim mihi in mentem baptiſmatis nobilis origo, quod quidem ex vulnere lateri Dominico inflicto fluxit. Frequens hoc & tritum apud Patres. Teneto nunc Cyrilli Ieroſolymit. Catecheſ. 13. *Lignum Moyſis tempore dulcem effecit aquam. Et de Chriſti latere aqua fuſa fluxit in ligno. Initium ſignorum tẽpore Moyſis ſanguis, & aqua, & ultimum ſignorum Ieſu hoc idem. Primum Moyſes mutavit flumen in ſanguinẽ, & Ieſus poſtremò aquam emiſit è latere unà cum ſanguine. Iudæis quidem ſanguis, Chriſtianis verò aqua, illis quidem tanquã inſidiatoribus ex ſanguine condemnatio; tibi verò nunc credenti per aquam ſalus.* Et clariùs ſtatim: *Aſſignarunt enarratores patres noſtri & aliam quoque eius rei cauſam. Cùm enim duplex ſit baptiſmi ſalutaris virtus, ut eſt in Evangelijs, una quidem, quæ baptizatis donatur per aquã; altera verò Sanctorum Martyrum in perſecutionibus per proprium ſanguinem: exivit de latere ſalutari ſanguis, & aqua propter eam, quæ eſſet futura, Chriſti confeſsionem, & in baptiſmo, & in temporibus baptiſmi confirmans gratiam.* Et hæc animo volvens, perpendenſque excellentiam delatam matri à nato præ nimia admiratione extra me feror. Nam quod lateris Dominici ſacrarium occuluit, Mariæ pedibus pro ſupplantari eſt. Quod è Chriſti pectore effluxit, è Mariæ emanat plantis; Chriſtus ut fideles ſuos ampliori præficiat honore in eos è pectore ſuo tanquam è cœlo ſalutarem baptiſmatis imbrem emittit; & id muneris vult, ut matris pedes perficiant, ab eis enim inſtillatur ſalutaris aqua, quæ à Chriſti latere. Profectò ſi in hæc S. Auguſtinus intenderet, cùm medius inter Matrem & Natum, mentis quoddam ſuſpendium paſſus, dubius, & anceps in ea verba prorupit: *Neſcio quò me vertam, ad vulnera nati, vel ad ubera matris*, ſententiam forſan mutaret, & verba, dixiſſetque ſpectans matris pedibus delatam dignitatem lateris nati: Neſcio quò me vertam, ad vulnera nati, vel ad pedes matris: non enim abſimili fluento gratiarum aqua utrinque fidelium animos irrorat.

Cyrillus Ieroſolymit.

74 Mediusfidiùs ſub præfatis alia Mariæ excellentia delitescit, quæ demiratio-nis raptum non inferiùs promeretur. Nam baptiſmus fidei ianua, Eccleſiæque oſtium eſt; ſic enim eum appellat Concilium Tridentin. ſeſsione 13. cap. 2. Hæc ergo ianua ſub Lunæ inſigni Mariæ pedibus ſternitur, eiuſque ſuperliminari Maria ſiſtitur, ut plura pro Mariæ gloria documenta ex eo hauriamus. Primum Mariam ſingulare Eccleſiæ Dei ornamentum eſſe, decus, & decorem. Ideòque ſicut inſignia, & ſtemmata gloriæ in ædium ſuarum fronte quis ſculpit, quæ illarum ſplendorem teſtentur, & evulgent; ſic Maria tanquam honor, & venuſtas divinitatis, ſuper Eccleſiæ valvas, quæ Dei eſt regia, dedicatur. Deinde Deum fidei ſuæ profeſsionem, & Marianæ devotionis proteſtationem quaſi ſub eodem honoris vinculo voluiſſe conſtringere. Nam cùm ſtatuerit in ianua Eccleſiæ Trinitatis, quæ fidei princeps myſterium eſt, confeſsionem emittendam; ſic ab ingredientibus videtur ſtabilijſſe Mariæ ſuſcipiendam devotionem, quam ideò ſuper Eccleſiæ ianuam ſtatuit, ut intrantes quaſi pedes Mariæ cervicibus excipiant, eique polliceantur ſubiectionem, & amorem. Nec ſolùm Mariæ devotionem vult Deus ut ingredientes Eccleſię & fidei ianuas profiteantur; ſed & fidem putriſsimæ eius conceptionis, cùm Mariam ſuſpiciant, & venerentur ianua baptiſmi ſuperiorem, utpote quæ eius luſtratione non egebat. Vlteriùs ut admoneantur peccatores, non niſi per Mariæ pedes, quibus ſe exhibeant ſupplices, Eccleſiæ ſibi aditum aperiẽdum. Maria enim quaſi fidei,

Concil. Trident.

& Ec-

& Eccleſiæ portæ cuſtos, & ianitrix ſuper eam figitur, quã oportet adorare, & exorare, eiuſque provolvi pedibus, ut reſeretur ianua. Sanè ad hæc intendit Richardus de S. Laurent. lib. 12. de laudibus B. Mar. ſer. de eius Aſſumpt. aſſerens: *Nota, quòd Luna unica eſt, & ſingularis, & quandoque corniculata apparet, & ideò ſignat Eccleſiã Catholicã, quæ una eſt. Vndè dicit Chriſtus, Cant. 6. Vna eſt colũba mea. &c. Cuius duo cornua Eccleſia militãs, & triumphãs, quæ ſcilicèt Luna ſub pedibus eius eſſe deſcribitur; quoniã utraq; Eccleſia ingratiarũ actione illius proſtrata veſtigijs, interceſſione eius tanquã mediatricis ab eodem Sole cupiens, & capiens participium veræ lucis. Quod enim triumphans iam capit, & obtinet per Mariam, cupit ſibi militãs obtinere per eam.* Vincit quidẽ Richardi pietas, & dulcedo deſideria noſtra. En, quia nõ ſolũ ianua Eccleſiæ militantis Mariæ pedibus ſubeſt, ſed & triumphãtis; & unius Eccleſiæ geminum cornu Mariæ pedibus illuſtrandum proſternitur, ingredientibus militantis Eccleſiæ ianuam pariter & triumphantis Maria portas aperit; quaſi alij ab ea quòd fideles ſint; alij quòd beati, accipiant; ſequeſtrem illam habere gemina Eccleſia demiratur, & gaudet. Solis radij, quos cupit una, quibus fruitur alia per Mariam, tanquam per lucidiſsimam cryſtallum ad utrãque perveniunt. Quòd ſi ad Mediatricis dignitatẽ ſpectat totius peccati expertẽ promicare, ut in ſuperioribus ſancitũ reliquimus: nobilis origo Mariæ rurſus ex Luna ſub pedibus eius fulta conſurgit, quæ illam ſequeſtrem inter Deũ & hominem denuntiat. Favet his egregiè idẽ Richard. lib. 6. de laudibus B. Mar. ſentiens, Mariã poſſe ſibi arrogare, & ut propria vindicare verba illa Chriſti baptiſmũ ſancientis, & Eccleſiæ ianuã ædificantis, Matth. 28. 18. *Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo, & in terra: Euntes ergo, &c. Maria*, inquit, *eſt ſoror populi Chriſtiani per naturã, quod sũma gloria eſt ipſi populo Chriſtiano, ſi eſſet, qui adverteret, habere ſcilicèt ſororẽ Reginã Angelorũ, & hominũ, imò quod plus eſt habere ſpontã Patris, Matrẽ Filij, & amicã Spiritus sãcti, Reginam etiam cœleſtis Regni, ubi plenariam habet poteſtatem, quoſcunque voluerit introducẽdi, quidquid voluerit imperandi, quidquid à Filio petierit obtinendi. Ideò verè poteſt dicere cum Filio: Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo, & in terra: ideò etiã dicit Eccli. 24. in Ieruſalẽ ſuperna poteſtas mea:* ſubſidiatur quoq; Cyrillus in Concil. Epheſ. tom. 6. cap. 6. aſſerens Mariam eſſe, *per quam ſanctum baptiſma obtingit credentibus.*

Richardus.

Idem.

75 Ad infauſtiora Lunæ ſignificata deproperemus. Luna enim, ſæpè ſæpius mundialẽ gloriã deſignat, cui dicitur præſidere, cũ illius terræ proventus obtineat, eiuſque frugum ſit procreatrix, & altrix. Nihil autẽ magis demutationibus perpetitus obnoxium, quàm humanæ gloriæ ſplendor, quem iugiter cũ tenebrarũ alternat poteſtate, & inter utrũque miſerè fluctuat. Meritòque terrena ſubſtantia Lunã pro inſigni habet, quia illius fulgor inſtabilis eſt, & caducus, eiſdemq; quibus Luna mutabilitatis viciſſitudinibus ſubiacet. Igitur dũ Maria Solis inſtar Lunæ ſupervehitur, nihil in illa inſtabile reſidere demõſtratur, ſed fixũ, & firmũ. Nã diſcrimẽ inter Lunã & Solẽ nihil ita pãdit, quã mutatio, quæ Lunæ ineſt, & firmitas, quæ ſolaris luminis inſigne eſt, & coruſcũ, ut optimè admonuit Procopius ad illud Gen. 1. *dixit verò Deus fiãt luminaria: Idẽ cõprobat Luna, nũc plena, nũc nova exiſtẽs, qualitate nũc accedẽte, nũc decedẽte à corpore lunari. Certè evidẽter cõſpicari licet Lunæ nũc obſcurationẽ, nũc ſplendorẽ ſive illuminationẽ, quamvis dicas eã alienа uti luce, quã à Sole mutuetur. Vtcũque hæc eveniant, liquidò, quæ modò diximus, Lunæ accidere novimus. Sol ubi ſemel potitus eſt luce, eam nunquam abijcit, vel deponit.* Sole amicta prodijt Maria, quaſi firmitatem pro indumento habeat, ideò Lunam pedibus terit, mundi huius varietatum viciſſitudines detrectans, edocenſque ad regium ſuum ſolium nullas demutationum impreſſiones, nullas inconſtantiæ, aut inſtabilitatis invaſiones accedere, nam ſuper omnem mutabilitatis regionẽ ſtabilitur. Ac proindè ipſa utpote firmitatis atq; immobilitatis municeps inſtar Solis, quo ſemel eſt induta lumen numquam amiſit. Igitur cùm Mariæ municipatus aut Regnum ſublunare non ſit, ſed ſupralunare, quo pacto contagium illud primi hominis, quod ſublunaribus & terreſtribus dominatur, imperiumque ſuum in ea, quæ mutationibus concutiuntur, ac iactantur, ſortitur, ſublimioris Regni incolam imò reginam poſſet inficere? Librato ſi ijs quadrant verba Richard. de S. Laurent. ubi ſuprà: *Luna ſub pedibus Mariæ referri poteſt ad ſtatum ipſius præſentem, ut per Lunam deſignetur gloria mundana, quæ adinſtar Lunæ numquam in eodem ſtatu permanet. Hanc mũdi gloriam glorioſa Virgo ſprevit ut contemptibilem, contempſit ut inutilem, conculcavit ut vilẽ, cõpreſſit pedibus ut rebellem, tranſijt & tranſilivit ut venenatã, & nocivam. Huic gloriæ mundanæ peroptimè convenunt proprietates Lunæ. Nã gloria iſta vana, deficiẽs, trãſitoria, umbratilis, & cadu-*

Procopius.

Richardus

caduca, ab amore Dei refrigerans, mundi huius amore humectans, & nunquam permanens in eodem ſtatu. Hanc ſub pedibus Maria habet, & ideò Luna ſub pedibus eius. Si ſolicitè divina providentia ſatagit, ut Maria pedibus Lunam, inſigne mundialis gloriæ, premat, quia Dei dedecebat genitricem mundi ſplendoribus deciduis coronari. Quis credat, ſegnem fuiſſe, & cũctatam in ea à tenebris originis præſervanda, cùm originalis obſcuritas plus dedecoris & infamiæ, quàm humanæ gloriæ fulgor afferat? Abeſt à maieſtate Deiparæ mundanæ ſupellectilis luxus, ne eam infeſtet, & nõ cavebit Deus, ne in horrorem originis impingat? Verè ſublimatur ſuper Lunam Maria non tam ob detrectatam ſæculi vanitatem, quàm ob repulſam primi Adami in illud graſſantem corruptionem.

76 Meherclè integritas, & incorruptio corporis ſupergreditur Lunæ ſtationem, quia cœleſte quid eſt virginitatis honos; & virgines cœleſtes accerſuntur, quaſi cœli indigenæ. Hinc cœlibes appellantur: cuius nominis interpretationem quærens Hieronym. lib. 2. contra Iovinian. cap. 19. inquit: *Cœlibis nomen inditum eſt, quòd cœli digni ſunt, quia coitu careant.* Auguſt. autẽ lib. de Grammat. quia inſtar numinis ſine coniugio degunt: *Cœlebs dicitur, qui non habet uxorem, vel quæ non habet maritum, qualia ſunt numina in cœlo, quæ ſine coniugio ſunt, ſi Agapetas attendamus.* Iſidorus Hiſpalenſ. lib. 10. Etymolog. littera C. *Cœlebs connubij expers, qualia ſunt numina in cœlo, quæ ſine cõiugio ſunt; & Cœlebs dicitur quaſi cœlo beatus.* Aſſentit Quintilian. lib. 1. cap. 5. *Ingeniosè Caius viſus eſt dicere, Cœlibes veluti cœlites, quòd onere graviſsimo carent.* Hinc eſt, quòd virgo inſtar cœlicolæ quæ mundi ſunt, & carnis nõ ſolùm non ambit, ſed nec curat laſciniam, quia in cœleſtem demigrans terreſtria peſſundat: & quæ apud homines in honore sũt, arbitratur ſtercora, & detrimẽta. Quapropter virginitas divinitatis luce appropinquante, radioſque explicante, quibus carnis opera ſolveret, promulgata eſt. Ita docet Hugo de S. Victore lib. de perpetua Virginit. Mariæ cap. 1. *Primò quando factus eſt mundus per Creatorem, benedicta eſt fœcunditas, ut multiplicarentur homines; poſteà quando ab uno tantùm populo agnitus eſt Deus, per legem maledicta eſt ſterilitas, ut multiplicarentur fideles. Poſtremò quando inſtabat tempus, in quo nũc ab omnibus gentibus Deus colitur, benedicta eſt virginitas, ut ad vitam cœlibem à carnis opera cuncti provocentur.* Quaſi virginitas municipatum cœli tribuat, potiſque ſit hominem cœlitẽ efficere, & beatum. Ex his elicies, Mariam Lunam terere ſub pedibus ob gloriam, virtutemque ſolã virginitatis, quæ illam veluti beavit, cœlique indigenam fecit; præſertim cùm Maria ob virginitatẽ ſervandam tanquam iam cœlicola mundi gloriam ſpreverit, expulerit honores, opprobriaque & contumelias flocci penderit, æſtimaritque humanas dediſcere affectiones & ſenſa, ut Angelorũ choris inſereretur. Lege Richardum de S. Laurent. ſic differentem: *Maria ipſa fuit virginum primiceria. Bartholomæus enim Apoſtolus dicit manifeſtè, quia prima vovit virginitatem, & ideò prima, quia ante eam nulla: Nec timuit maledictum illud, quod erat ſcriptum Exod. 23. & Deuter. 7. ubi pro benedictione dicitur obedienti, nõ erit apud te ſterilis utriuſque ſexus. Vnde à contrarijs ſterilitas pro maledictione reputabatur in lege. Erat enim tempore legis opprobrioſa virginitas propter adiunctum, id eſt, ſterilitatem. Vnde filia Iepte flevit virginitatem ſuam, Iudic. 5. & erat maledictio iſta opprobrij, nam opprobrium, & vilitas erat mulieri ſua ſterilitas. Vndè dicit Eliſabeth concepto Ioanne, Luc. 1. Sic fecit mihi Dominus in diebus, quibus reſpexit auferre opprobrium meum inter homines. Simile dicit Rachel nato Ioſeph, Geneſ. 30. Sed maledictionem hanc, ſterilitatem hanc, hoc opprobrium, hunc contemptum Maria contempſit, ut Deo offerret gratiſſimum ſacrificium virginitatis abſque omni humano præcepto, conſilio, aut exemplo, ſola inſpiratione Spiritus ſancti*: & Hugo de S. Victor. ubi ſuprà: *Non ergo eſt culpanda Virgo Maria, nec accuſanda de contemptu legis, in qua ſterilitas maledicitur; imò ſola ſingulariter laudanda, quæ prima legis verba non carnaliter ſapienda conſiderans elegit in terra abiectio plebis fieri, & opprobrium hominum, ut per munditiã integritatis in cœlo fieret ſocia Angelorũ.* Hùc ſpectat, inquies, quòd Maria ſupra Lunam ſtans in cœlo ſe præbuerit conſpicuã; hoc enim fuit virginitatis prærogativam, & munus evulgare, quæ ſuos cœlovelut municipes præſentat, ſublimiora pro ſoleis æſtimantes, humanis probris, maledictis, opinionibus redditi inſenſibiles, & velut exanimes, quippè qui terrenum regnũ exceſſerint, cœleſtéque nomina dederint. Profectò non de Deo hęc digna exiſtimatio cenſenda eſt. Quàm indecorum Deo, & eius conſilio, quod ſpectaculum mulieris amictæ, Lunæque innitentis in cœlo prodiderit, ut de materni corporis integritate ſolũ ſibi blandiretur, nullam ambiens capeſſere gloriam ab illius animi integritate! Prius

in-

incoluit Mariæ animum divinitas, quâ eius uterum Chriſti corpus, prius illius elegit mentem quàm ventrem: deformẽ Deus ſibi reputavit corporis inhabitandi corruptionẽ, & æſtimaret congruam mentis incolendæ violationẽ? Apage! Næ quem munditia corporis Mariani vigilem reddidit, & ſolicitum, in integritate illius mentis procuranda otio non languit, ſed multò ſe ſolicitiorem vigilantioremque exhibuit. Sed tuam habeto aſſertionem: cedo, quòd veſtigia Mariæ ſupra Lunam munera ſint eius virginitatis tantùm, quæ municipium nacta eſt in cœlo. Sed Solis ornatus, qui quidem divinitatis indicia portat, ad altiora nos rapit, non id profectò inficiaberis, advocat enim mentes noſtras, ut nil, quod divinitati non competat, de Mariæ ſuſpicemur ſanctitate, & quod indecens Deo apparuerit, id à Maria proterminandum. Quæ veritas, ut amplius niteat, aliam Lunæ Mariæ pedibus ſuppoſitæ interpretationem accingo.

77 *Et Luna ſub pedibus eius.* Lunæ infauſta conditio eſt, ut lucem non quidem innatam & ingenitam, ſed aliunde inditam, & à Sole mutuatam adipiſcatur; quapropter ratam illam & firmam non habet, ſed defectibilem, & veluti nutantem, & continuis demutationibus obnoxiam; in hac lucis debilitate longo intervallo diſpeſcitur à Sole, qui ingenitam lucem obtinet, ſtabilem, indefectibilem, & veluti à ſe, nec aliunde miniſtraro aut ſuppeditato ſplendore coruſcat. Quocirca Luna creaturarũ imaginem geſtat: gloriam deſignat creatã, nulla enim eſt creatura, etiam quæ in altioris perfectionis faſtigium cacuminantur, quæ inſtar Lunæ non fruatur luce, luce inquam, aliunde adepta, non quidem propria, nec à ſe tanquam à principio emanãte. Sol autem, qui totius luminis plena origo putatur, divinitatis exerit nobile ſtemma, quæ ex ſe, & à ſe illuſtris eſt, & ſplendida, fulgorem ab alio fonte non emendicat, radijs ab alieno principio erumpentibus non induitur; ſibi ipſi ſufficiens eſt, & cæteris creatis redundans. Igitur cùm Mariam oſtentet in cœlo Deus Sole undique ſeptam, eiuſque ſpeciem præferentem, & formam, Mariæque pedibus velut pulvinar Lunam ſtratã: nil aliud profectò admonet, quàm ſanctiſſimam Deiparam ſuper nobiliores creaturas Cherubim etiam & Seraphim evectam, quę ſe eius pedibus velut periſtroma calcandũ, ſed nobilitãdum amplius exhibent: ipſamque Mariam velut ipſam divinitatem inſpectandam, & demirandam, ut id diſcriminis inter creaturas & Mariam velut arbitremur interiectum, quod inter ipſas & numen. Sic amictam Sole depallaſſe Mariã, præconium cœleſte fuit, quod indicit omnibus, ut quid à Deo degenerer, de Maria haud concipiatur, quod à divina deciſcit celſitudine, de Maria inficiandum eſt; reputat enim divinitas quaſi iniuriam propriam ullius labis incuſari Mariam, quam ſuo numine veſtit. Strenua hæc de Maria cogitatio ſubſidiatorem habet Richard. de S. Laurent. lib. 12. de laudibus B. Mar. in ſerm. de eius Concept. *Et Luna ſub pedibus eius. Hoc multipliciter exponitur: Luna enim, ut quidam aſſerunt, ultra omnes creaturas exteriores viſibiles exiſtit, & tamen Virgo ſuper ipſam, ſiquidem Luna dicitur, quaſi lux aliena, quia & mutabilis eſt, & lumen habet à Sole; & ſignat omne illud, quod aliunde lucet, & mutabile eſt in propria naturâ. Sic Cherubim, & Seraphim non lucent à ſe, ſed à Deo, qui ſolus eſt lux illuminãs, & ideò dicitur Sol, quaſi ſolus lucens; cætera verò ſunt illuminata: eſt ergo dicere Luna ſub pedibus eius, ac ſi diceretur, exaltata eſt ſuper omnem puram creaturam: Ideò etiam dictum eſt ei: Multæ filiæ congregaverunt divitias, tu ſupergreſſa es univerſas.* Quid clarius, & uberius effuſum poſſes concipere? Hinc intelligendus venit locus Eccli. 24. 3. *In conſpectu virtutis illius gloriabitur, & in medio populi ſui exaltabitur, & in plenitudine ſancta admirabitur*: & poſtea num. 15. *Et in Ieruſalem poteſtas mea, & radicavi in populo honorificato, & in parte Dei mei hæreditas illius, & in plenitudine Sanctorum detentio mea.* Præſentem locum de B. Virgine exponunt Honorius, Richardus de S. Laurent. & Hugo Cardin. & quid, quæſo, eſt in conſpectu Dei gloriari, niſi Mariam ſe Sole intueri amictam? Verè ſtella, quæ conſpectum Solis quærit, non laudem quærit, ſed ignominiam, non ſplendorem, ſed tenebras, non gloriam, ſed confuſionem; nam ſummo Solis ſplendore emergente cœpit obſcurari, & abſcondi, quæ abſente Sole de ſuo ſibi lumine aſſentabatur, verè ut lumen aliquod poſitum è regione Solis gloriam poſsit captare, & affectare, neceſſe eſt, ut cũ Sole de æqualitate contendat, ipſique in ſplendore quaſi par pari æmuletur. Ergo de Maria cùm dicitur, quòd in conſpectu divini Solis gloriabitur; ſanè non eſt, niſi de ſimilitudine, & amictu Solis, quo ornatur, ſibi blandiri. Tanta enim eſt, quaſi dicat Maria, pulchritudo quâ venuſtor, fulgor quo adornor, ut poſsim certamen adornare cum Sole, ipſo enim radios ſuos exacuente, mei non retunduntur, nec fuliginantur, ſed inconfuſi, coruſco haud deperdito conſiſtũt. Et quid, oro, continent verba illa; *in medio populi ſui exaltabitur, & in plenitudine ſan-*

Richardus.

Eccli. 24. 3. 15.

Honorius. Richard. de S. Laurent. Hugo Cardin.

ſancta admirabitur, & ſtatim ipſa Maria de ſe, *in plenitudine ſanctorũ detentio mea*, niſi aperire, teſtariq́ue Mariam Lunam habere ſub pedibus? Nam Luna deſignat cõcurſum, & cœtum creaturarum omnium, & Mariæ aſſignatur pro ſtatione quam calcet, ut diſcamus perfectiones omnes creaturarum ſimul collectas & concretas pedes tantùm Marianos attingere, quas ipſi pro thenſa habent, & inde ſublimiùs Mariæ excellentiam ſuperextolli. Ad id firmandum ſimul ſpectat illud, *& radicavi in populo honorificato*; hoc eſt; miſi radices in gloria & honore nobiliſsimi populi, non populi ignobilis dedecore & ignominiâ. Mittere radicem in plantis, idem eſt ac vitam inchoare, & veluti concipi, quia à radice vitam hauriunt, quâ fruuntur. Quocirca radicare, idem eſt ac formari ad vitam, ſeu generari. Ait ergo de ſe Maria, quòd in populo honorificato radicaverit; quaſi ipſiusmet teſtimonio Mariæ puriſsimam cõceptionem velit Deus manere cõteſtatam, & obſignatam. Optimè explicat Ianſenius, Ianſenius. qualis ſit populus honorificatus: *Radicavi*, inquit, *hoc eſt, radices miſi, & firmiter hæſi in populo honorificato, hoc eſt in eas partes, quas Deus poſsidet.* Ergo Mariæ prima radix, ſeu conceptio à dæmone non potuit expugnari, nec ad eam deturpandam turpe naturæ profluvium prævalere, quia in ea parte radicavit, quæ ſub Dei poſſeſsione erat. Verumenimverò quid ſit Mariam radicaſſe in populo honorificato, illuſtro ego ab eo quòd pedes ſupra Lunam habeat. Luna collectionem (ut ſuperiùs dictum eſt) perfectionum ſignificat creaturarum omnium, quæ ſplendorem ſuum à Deo mutuantur, huic innititur Maria; à Luna enim tanquam ab omnigena perfectione conſurgit; per quod erudimur radicaſſe Mariam in omnimoda excellentia, quæ in creaturis ſparſa diſcernitur, & totius perfectionis faſciculum eius deſerviſſe conceptioni, quæ cum illo fuit compacta, illiſque floribus variegata. Hinc eſt, quòd feliciter fiducialiterque auſa fuit eloqui Maria; *in Ieruſalem poteſtas mea*: quaſi dicat: regnum meũ non eſt de hoc mundo; Princeps huius mũdi in me non habet quidquam, quia cùm in perfectionibus cœleſtium ſpirituum radicaverim, & ſupra illos generatio mea fuerit ſublimata, imperium meum, & poteſtas in cœleſti Ieruſalẽ erigitur: ibi regina ſum, & coronata à beatis omnibus & ſpiritualibus intelligentijs ſuſpicior. Vndè hæreditas mea in parte Dei mei, id eſt, in divinitate, quapropter Sole amicior, quaſi divini particeps ſplendoris, ob quem quidquid Deo eſt indignum, perperam de me æſtimatur, diſtortè mihi adſcribitur, quod illi eſt indecorum. Favet huic interpretationi Honorius in ſigillo de B. Maria, titul. de Epiſtola. *In civitate ſanctificata ſimiliter requievi. Civitas ſanctificata eſt ſuperna patria, æterna claritate illuſtrata, in qua nunc perpetua Virgo cum Angelis, & Sanctis requieſcit, ſed præ omnibus gloria & honore coronata fulgeſcit. Vndè dicit, in Ieruſalem poteſtas mea. Sion præſens Eccleſia: Ieruſalem verò cœleſtis patria intelligitur; Maria autem Regina cœlorum vocatur; ideò non immeritò Ieruſalem poteſtas eius prædicatur; & quia hìc in populo honorificato, id eſt, in populo credentium exẽplo ſanctimoniæ radicavit, ideò hæreditas illius in parte Dei ſui, id eſt, filij ſui divinitate erit.* Expreſsiùs opitulatur Richardus lib. 4. de laudibus B. Mar. *Ipſa enim Regina eſt illius civitatis, cuius filius ſuus Rex, & eiſdem privilegijs ſecundùm leges gaudent Rex, & Regina. Cùm autem eadẽ ſit poteſtas, & communis Matris, & Filij, quæ ab omnipotente Filio, omnipotens eſt effecta, quia non eſt poteſtas niſi à Deo, ad Roman. 14. Tamen excellenter potens eſt in Eccleſia triumphante. Vndè dicit Eccli. 24. in Ieruſalem ſuperna poteſtas mea, imperãdi ſcilicèt, quod volo virtutibus Angelicis, & animabus ſanctis, & faciendi ad beneplacitum meum, & quos volo introducendi.* Et ſignanter notanda ſunt verba ſequentia: *Item ſicut Mariæ filius Rex regum, & Dominus dominantium, Apocal. 19. Sic Maria Mater Chriſti, Regina eſt ſe benè gerentium, & Domina eorum, qui ſibi dominantur. Dominare ergo ſenſualitati tuæ, & caſtiga corpus tuum, ſi tantæ reginæ familiæ adſcribi cõcupiſcis.* Addiſce hinc, quàm exoſam Maria habeat labem illam originis, illiuſque aſpectus, quàm ei moleſtus ſit, & inviſus, ut quos maculæ primæ notâ ſentit inuſtos, eiuſque oſtentare indicia, reſpuat, neque ut ſubditos acceptet; ideò quos fomes (qui quidem præcipuũ ſpiculum originalis piaculi exiſtit) accendit; & mucrone ſuo fauciat, Maria à ſuo Regno relegat; ut ſic Princeps huius mũdi in ea nihil ſuum inveniat, cùm Mariæ imperium non eos admittat, qui principatus ſui inuſtione inſigniũtur. Si ergo à Regno Mariæ primi peccati veſtigia expungũtur, ne Princeps mundi ſe iactet, aliquid ſuum ſub illius cadere ditione; credẽdumne erit ſub huius nequam principis ſceptro Mariam aliquando ſuccubuiſſe? Meritò ergo poteſt confidenter illa filij pronuntiatũ intonare: *Venit enim Princeps mundi huius, & in me non habet quidquam*, Ioan. 14. 30. Sic ex D. Bernardo, refert Richardus ubi

Honorius.

Richardus.

Ioan. 14. 30.

Richard. ubi ſuprà. *De ſanctitate Mariæ dicit Bernardus: Hæc eſt Ieruſalem civitas ſancta, quæ prærogativa meritorum omnem trãſcendit creaturam, ad evacuandam omnem poteſtatem inimici, quæ ſola in univerſa humanæ generationis linea dicere poſt filiũ poteſt, Princeps huius mundi in me non habet quidquam.* Ipſe verò Richardus lib. 11. explanans illud Ezechiel. 44. 2. de porta Sanctuarij: *Porta hæc clauſa erit, non aperietur, & vir non tranſibit per eã; quoniã Dominus Deus Iſraël ingreſſus eſt per eã: eritque clauſa principi*, ait: *Portæ huius Sion fuerunt quinque ſenſus B. Virginis, quæ clauſæ ſemper fuerunt contra omne noxiũ. Vnde dici poteſt de quolibet ſenſuum eius illud Ezechiel. 44. Porta hæc clauſa erit Principi, id eſt diabolo, qui non habuit in ea quidquam.*

Ezech. 44. 2.

Richard.

78 Adhuc ſi præfatæ interpretationi inſiſtamus aſſerentes deſignari per Lunam, creaturarum cœtum, & earum perfectionũ faſciculum: ex illo Eccli. 24. 16. *Et in plenitudine Sanctorum detentio mea*, aliter poſſumus ea verba enodare, *& Luna ſub pedibus eius.* Nempè non quòd tam innitantur Mariæ pedes Lunæ, hoc eſt Sanctorum collectioni, quàm quòd in Luna Sanctorum colligatio deſignata Mariæ quaſi pedes teneat, ad eos veluti provoluta, & cernua exorans, ut ſupplex ſit, & mediatrix apud Filium, & ſtet quaſi cauſam dictura pro genere humano; idem ergo erit *Luna ſub pedibus eius*, & *in plenitudine Sanctorum detentio mea.* Nam à plenitudine ſive cuneo Sanctorum tam triumphantis, quàm militantis Eccleſię detinetur Maria, & illius apprehenduntur pedes; ideò pedes eius ſupra Lunam, expectantes ab ea decus, & honorem, & ab eius ſuperveſtiri gloria. Apprehenderunt quondam ſeptem mulieres virum unum, hìc plenus Sanctorum numerus fœminam unicam apprehendit, dicens tantummodò invocetur nomen tuum ſuper nos. Haudquaquam te, ô Domina, dimittemus, tu es decor noſter, pedes tuos tenemus, nec ab eis ſeparabimur, nam radiorum tuæ venuſtatis reſultibus pulchreſcimus omnes; in te qualis fuerit noſtræ naturæ glorioſus ſtatus intuemur, & illius demiramur integritatem, & incorruptionem; tuum ſuper nos expandatur nomen. Noſtra es, quod noſtrum eſt in te vindicamus, tenêri te permittas, tuæ ſimus gloriæ participes, & ſingularis prærogativæ tuæ enuntiatio ſuper nos effundatur, à tua illibata puritate, hæc ſanctorum acies dicatur immaculata, totiuſque labis expers. Virtute tuæ communionis ſolutum maneat opprobriũ noſtrum. Hinc ſuprà num. 71. ex Epiſcopo Chriſtopolitano retulimus, Eccleſiam ratione ſolius Mariæ vocari immaculatam, & incorruptam. Annuit Richardus lib. 10. de laudibus Mariæ: *In plenitudine Sanctorum detentio mea; hoc eſt, omnium Sanctorum plenitudo me detinet, quaſi ſuam, quaſi me ſibi volens ut propriam vindicare, non tamen quod alijs invideant, quod ſibi zelant.* Itaque ſupra Lunam pedes Marię nõ tam erant ſtantes, quàm affixi, non tam liberi, quàm compediti.

Eccli. 24. 16.

Richard.

79 Ad infelicius ignobiliuſque Lunæ devenimus iam ſignificatum. Luna enim ſtultitiæ præſefert notam & formam; ſtultus enim ſicut Luna mutatur; ideò quilibet defectus (defectus enim eſt inſcitia, & infirmitas à mutabilitate orta) imò & dæmon ipſe totius ſtultitiæ vertex & origo, & inſtabilitatis fontale principium in Luna adumbratur. Providè ergo ſub Mariæ pedibus provolvitur Luna, ut inſtruamur, nullius defectus mutabilitatem; nullius maculæ pruriginem adſtabile, lucidumque Mariæ aſcendiſſe corpus, ſed ſub illius pedibus conſtitiſſe. Stat Maria Solis inſtar promicãs, & ſub pedibus eius Luna, ut Mariæ dignitas, conditio, & ſtatio quantũ Lunæ proprietatibus adversẽtur, oſtẽdatur. Nihil firmius, & ſtabilius Sole, nihil Luna nutãtius, & inconſtantius. Imperat luci Sol, tenebris præſidet Luna; ignorat Sol à creationis ſuæ initio obſcuritatem, Luna non niſi caliginis horrore novit accingi. Luna ergo dæmonis ſub Sole Mariæ, quia Maria lumen, quo ab initio primo ſui fuit illuſtrata, numquã amiſit; ſub illa dæmõ ſtultitiæ, & tenebrarũ princeps, qui licèt Mariæ calcaneo fuerit inſidiatus, ſub illo tamen ut victus & triumphatus, non illo ſuperior ut victor. Caput illius pedes Mariæ terunt, ut conterant; ideò tanquam Luna plena Mariæ plãtis ſupponitur. Luna enim cùm ad plenum ſui incrementum aſcendit, illicò deſcendit deficiens, orbemque ſuum ſentit veluti cõterentis poteſtatis pati ruinam. Succumbit ergo diabolus Mariæ pedibus inſtar plenæ Lunæ, ut diſcamus, uſque ad Mariam illum imperij ſui orbem integrum tenuiſſe, poteſtatemque in humanum genus ſibi ſubdendum à primo Parente expugnatam pleno exercuiſſe iure, nec ullam eius ſubijſſe defectionem aut detrimentum; ſed infauſtum fuit omen ſub plenæ Lunæ forma ad pedes pertendiſſe Mariæ: quia plena accedens illicò erat detegenda, & mutilanda. Ibi profectò vaticinium illud fuit impletum nomine & vice Mariæ indictum mulieri primæ: *Ipſa conteret caput tuum, & tu inſidiaberis calcaneo eius*, Geneſ. 3. 15. Et nota verborum horum ordinem inverſum videri;

Richard.

gen. 3. 15.

deri.Cõſentaneum enim erat,ut priùs ſcriberetur,*tu inſidiaberis calcaneo eius*,quàm *ipſa conteret caput tuum*, ut forma,& ordo ſcribendi ordini hiſtorię quadraret. Nam prius cenſendum eſt, inſidias à dæmone talo parari mulieris, quàm eius conteri caput.Nam ex eo quòd accederet ſerpẽs calci mulieris inſidias moliens, futurum erat, ut retuſis inſidijs in eius caput conterendũ fœmina proſiliret. Quis victoriam enarravit ante cõflictum? Sed adeò nobilem Mariæ originem,& victoriam de ſerpente partam zelavit Deus,ut quò ab illa omnem amoveret ſcrupulum, ambigendiq́ue rimulas obturaret, prius victricem evulgavit Mariam,quàm ſerpentem inſidiantem; induxitq́ue mulieris triumphum ictum ſerpentis præoccupantem; ſerpẽs namque adverſus Mariam bellum gerens non tam apta fuit ferire quàm vulnerari. Ideò non proponitur Luna carpens iter ad pedes Mariæ,ſed iam ſub pedibus eius,quod quidem ſpeciem & actum ſubiectionis involvit; ut dæmonis non deſcribatur adverſus Mariam conatus, ſed debellatio, & triumphatio.Vlteriùs eſt advertendum ex parte mulieris relatam, & annuntiatam victoriã, ex parte verò ſerpentis dumtaxat duelli conatum.De muliere enim dictum eſt', *ipſa conteret caput tuum*, at de ſerpente tantùm, *tu inſidiaberis calcaneo eius*. Quare ergo Deus mulieris triumphi vaticinatur felicem exitum,ſerpentis verò ſolùm proditionem atque adortum?Sanè ut agnoſcamus,ſerpenti adverſus Mariam tãtùm permiſſum eſſe conatum,& nixum,non vulnus: Mariæ autem adverſus ſerpentem donatam fuiſſe victoriam. Et quidem ſi inſultus ſerpentis,& inſidiarum machinatio in Mariã effectum fuiſſet ſortita, tùm Deus vaticinij muneri defuiſſe videretur,triumphum prædicens Mariæ in ſerpentem, non ſerpentis victoriam in Mariam; tùm invidiæ videretur arguendus, qui mulieris prodebat trophœum,ſerpentis victoriã occulebat.Præterea ſi devicta à ſerpente concidiſſet Maria, quorſum gloriæ præconium in eius laudem eſſet efferendum? Qualis,quæſo,ea eſſet victoriæ forma,in qua uterque conſertor debellatus proſterneretur ? Et forſan in Deum Mariæ victoriam præſagientem inſultaret feralis hoſtis effutiens.Quid ſi prędicatur caput meum à muliere conterendũ, cuius ego, ego prius caput comminuam? Quid ſi evulgetur me illius pedibus ſubijciendum,cuius ego prius cervicem ſum pedibus ſubacturus ? Auſcultato Gerſon par. 4.ſer.de Angelis : *Implorandum eſt ab ea auxilium, pro qua ad draconem comminatus eſt Dominus dicens : Ipſa conteret caput tuum: contrivit enim, quia nulli unquã peccato ſubiacuit,nec originali quidẽ; alioquin caput draconis,initium videlicèt peccati, nequaquam contriviſſet. Quin potius ſerpens ſe Virginis caput prius contriviſſe, & conculcaſſe gloriari potuiſſet. Comminantiq́ue Domino,quòd Maria contereret caput ſuum, procaci mordacitate reſpondere valuiſſet. & ego conteram prius ſuum.* Et rurſus ibi ſerm.de concept.Mariæ Virgin.in eadem perſiſtit ſententia. *Iuſtum eſt, quòd Regina illa & Magiſtra Angelorum, quæ ſecundùm promiſſionem divinam debet conterere,& frangere caput ſerpentis, id eſt infernalis inimici,non ſit ullo tempore membrum ſuum, & ſubiecta eius. Alioquin ſemper poſſet improperare ipſi, & per irriſionem dicere : Ecce mulierem, quæ(ut inquit) contrivit caput meum ; ſed prius calceavi caput ſuum per peccatum originale. Ecce Dominam, quæ dicitur tota pulchra: ſed ſub me fuit maculata,contaminata, & proſtituta per peccatum originale. Ecce amicã Regis veſtri, ſed ipſius ego primũ rex fui,& dominꝰ per peccatũ originale. Ecce illã,quæ ſe dicit domiciliũ,& matrem virtutum; ſed prius ipſa obedivit mihi,& me hoſpitio ſuſcepit per peccatũ originale.* En quare Luna, id eſt ſtultiſsimus ille totius proditionis architectus,ſtatuatur conterendus ſub pedibus Mariæ ſolaribus circumductæ radijs, ut cœleſte præſagium impleatur,prodaturq́ue Maria omnis prorſus maculæ expers.In hanc ſententiam expreſsè inclinat Bernardus ſerm.de B. Mar. de verbis Apocal.*Defectus omnis ſub Maria,& quidquid fragilitatis & corruptionis eſt,excellentiſsima quadam ſublimitate præ cæteris omnibus excedit, & ſupergreditur creaturis, ut meritò ſub pedibus eius Luna eſſe dicatur. Alioquin nihil magnum dixiſſe videbitur, ut ſit Luna iſta ſub pedibus eius,quam ſuper omnes Angelorum choros, ſuper Cherubim quoque & Seraphim exaltatam nefas eſt dubitare. Solet autem Luna non modò defectum corruptionis, ſed & ſtultitiam mentis, nonnunquam verò Eccleſiam deſignare: illam quidem propter mutabilitatem,hanc autem propter ſuſceptum aliunde ſplendorem. Vtraque verò (ut ita dixerim) Luna ſub Mariæ pedibus congruè ſatis ponitur;alio tamẽ atque alio modo, ſiquidem ſtultus ut Luna mutatur, ſapiens autem permanet ut Sol.In Sole nimirum & fervor,& ſplendor ſtabilis: in Luna ſolus ſplendor, atque is omninò mutabilis,& incertus,qui numquàm in eodem ſtatu permaneat.Iure ergo Maria Sole perhibetur amicta, quæ profundiſsimam divinæ Sapientiæ ultra quam credi valeat penetra-*

Gerſon.

Bernardus.

travit abyſſum; ut quantum ſine perſonali unione creaturæ conditio patitur, luci illi inacceſsibili videatur immerſa. Illo nimirum igne Prophetæ labia purgantur, illo igne Seraphim accenduntur. Longè verò aliter Maria meruit non velut ſummatim tangi, ſed operiri magis undique, & circũfundi, & tanquã ipſo igne concludi. Candidiſsimus ſanè ſed & calidiſsimus huius mulieris amictus: cuius omnia tam excellenter irradiata noſcuntur, ut nihil in ea, non dico tenebroſum, ſed obſcurum ſaltim, vel minus lucidum, ſed ne tepidum quidem aliquid, aut non ferventiſsimum liceat ſuſpicari. Inſipientia verò omnis longè ſub pedibus eius eſt, ut penitus abſit hæc ab inſipientium mulierum numero, & collegio virginum fatuarum. Imò verò & unicus ille ſtultus, & totius ſtultitiæ princeps, qui verè mutatus ut Luna ſapientiam perdidit indecore ſuo, ſub Mariæ pedibus conculcatus, & contritus miſeram patitur ſervitutem. Nimirùm ipſa eſt quondam à Deo promiſſa mulier ſerpẽtis antiqui caput virtutis pede contritura: cuius planè calcaneo in multis verſutijs inſidiatus eſt, ſed ſine cauſa. Nihil eſt profectò, quod deſideres amplius pro prædictorum fulcimẽto. Quæ etiam vires, & authoritatem accipiunt à Richardo de S. Laurent. lib. 4. de laudibus B. Mar. *Ratione potentiæ dicitur, quòd Luna, id eſt, antonomaſticus ille ſtultus, diabolus ſcilicèt, qui ut Luna mutatus eſt, Eccli. 27. à claritate in obſcuritatem, eſt ſub pedibus eius, id eſt ei plenariè ſubiectus. Apocal. 12.* & lib. 12. ſer. de Aſſump. B. Mar. inquit: *Luna ſub pedibus Mariæ de diabolo dicitur, Eccli. 27. ſtultus ut Luna mutatur: ſtultus dicitur quaſi ſtans altus: hic eſt diabolus, qui noluit humiliari cũ cæteris Angelis, ſed dixit Iſai. 14. Ponam ſedem meam ad Aquilonem: & hic ſtultus mutatus eſt ut Luna, ſcilicèt à claritate Angeli in obſcuritatem diaboli.*

Richardus.

Idem.

80 Demùm in Lunâ inſigni mutabilitatis, & inconſtantiæ ſubiecta pedibus Mariæ, quæ Sole ornata ſtemma firmitatis præferebat, quædam ſuggeritur oppoſitio & ſimultas inter Evam primam peccatricem, ruinæque inductricem & Mariam illius reparatricem. Verè nullo modo aptior Evæ ſerpentis fraudi, & dolo, nec eius telis excipiendis magis patens potuit depingi, quàm cũ inſtar Lunæ inſtabilis introducitur. Nec Maria adverſus ſerpentis thecnas ictuſque potuit ænea magis, vel adamantina exprimi, quàm ſub Solis conſtantia, & immutabilitate. Attende Gregor. Thaumatur. ſer. 1. de Annuntiat. Mariam à firmitate commendantem, Evam verò ab inconſtantia damnantem, & exprobrantem: *Prudens*, inquit, *revera, & ſapiens in cũctis erat Maria, nec ſimilis ei ex univerſis generationibus ulla umquam eſt reperta. Non ſicut anteà virgo Eva ſola in paradiſo chorum agens atque tripudians, relaxata mente per incuriam ab authore omnis mali ſerpente verbum ſuſcepit, ac ſic ſenſu mentis corrupta eſt: ac per ipſam fraudulentus venenum effundens, mortemque admiſcens in omnem mundum introduxit: ac propterea omnis Sanctorum ærumna nata eſt: Verùm in ſola ſancta Virgine eius lapſus reparatus eſt.* Diſsidium ergo ſtatuit Gregorius inter Evam & Mariam, ex eo quòd Maria ut Sol firmata ſit (hoc enim illi nomen indit, dum ſapientem vocat iuxta Eccli. 24. 12. *Homo Sanctus in ſapientia manet ſicut Sol; nam ſtultus ſicut Luna mutatur.*) & Evam ſicut Luna incertam & variam. Nam nuper creata firmari in paradiſo nequivit, quin choreas ageret, & corporis circumvoluta anfractibus, compagumque flexibus diſſoluta hinc inde ſaltus, & tripudia inſtitueret: quam mutabilem inſtar Lunæ ſerpens contemplatus, auſus eſt illam adoriri certus de victoria. Optimo ergo iure ut diſcrimẽ inter Evam, & Mariam plenius eluceret, eã Maria amicta Sole, hoc eſt invariabili ſtabilitate accincta habuit ſubpedaneam: quò oſtenderetur, omnem primæ maculæ apparatum, & expeditionem per Evam inductã, damnaque illius & detrimenta infra pedes cecidiſſe Mariæ, neque ad eam aſcendiſſe: & quemadmodum Evæ inconſtantia, & animi incertitudo mundo miſerã peperit ſtragem; ſic eam Mariæ ſapientiam inſtar Solis ſtabilitatem propuliſſe, reſarcijſſeque. Nã ſicut Evæ animi incertus & nutans ſtatus infauſtum & certum omen habuit vulneris ei ſtatim infligendi; Mariæ invariata conſtantia felicia ſemper offert auſpicia, & affert ſecura indicia ipſius numquam læſę. Rẽ omnem illuſtravit Anaſtaſ. Sinait. lib. 4. Hexamer. *Quòd ſi lucis defectum & diminutionem, & rurſus renovationẽ ſicut in Luna, vis etiam videre in Eva: cogita prophetam, qui dicit Deo: Lumen ſunt præcepta tua ſuper terram. Quorum etiam defectum ſuſtinuit Eva per inobedientiam. Adam enim non fuit deceptus, ſicut dicit Apoſtolus, Eva autem decepta, cùm à tenebricoſi, & obſcuri ſerpentis dominatu oppreſſum fuiſſet, & defeciſſet eius lumen. Eius tamen luminis defectum reſtituit lux vera, quæ ex ipſa proceſsit, ex ſecunda (inquam) Eva Chriſtus, tanquam ex quapiam plena Luna Maria, quæ nunquam minuta fuit, aut defecit, aut privata fuit eſſentiali lumine, nempè ſua virginitate, quando ei acclamavit*

Gregorius Thaumat.

Eccli. 24. 12.

Anaſtaſ. Sinait.

aut Angelus: Ave gratia repleta (propter Evam, quæ eſt Luna, quæ fuit malè habita & vexata) & quæ ex ſuo defectu inobediẽtiam fugerat, & timuerat à ligno inobediẽtiæ & trangreſsionis. Gratia, inquam, repleta à Sole iuſtitiæ, nempè Deo. Habuit ergo Maria Solis luce decora, & eius lumine veſtita, mutabilem Evæ Lunam & obſcuritatem paſſam ſub pedibus, quaſi eius defectu, & damno ſuperior effecta, quod ſanè potiùs oppreſsit, quàm communicavit.

§. IX.

Illuſtris Mariæ conceptio firmum ſortitur argumentum ab iis verbis: Et in capite eius corona ſtellarum duodecim.

81 *Stellæ Marianæ coronæ, cœli naturalis aſtra, quæ eius puriſsimæ conceptioni ſubſerviunt, dum ordinem naturalem in ea oſtendunt ſuperatum. Mariæ conceptionis horoſcopum ſibi gratia vindicavit, ex Gerſone; explicatus Pſalm. 86. 3. per Richard. de S. Laurent.*

82 *Per ſtellas figurãtur duodenariæ Mariæ prærogativæ ex Bernardo. Generationis Mariæ prærogativa inter privilegia cœli à Bernardo recenſa.*

83 *Divus Bernardus Mariæ generationẽ non accipit pro progenie aut proſapia, ſed pro conceptione: nam nobilitas à maioribus effluens non pluris fit ex Gerſone. Adſtruitur Bernardũ uſurpaſſe generationem pro cõceptione ex locis Scripturæ quæ inducit. Explicatus Pſal. 71. 6. ex Hieronym. & Ambroſ. & Ezechiel. 44. 2. per Gerſon.*

84 *Signo mulieris adiungit Ioannes ſignũ draconis de cœlo ruentis, cauda tertiam ſtellarum partem, tanquam ſui comitatum trahentis, tanquam ſigno mulieris adverſum; oppoſitio & ſimultas illuſtratur per Rupertum & Richard. de S. Victor. Draco quare in ſpectaculo hoc cauda uſus, non cornibus capitis? Quia caput à Mariæ pedibus gerebat contritum, ex Aretha, & Andrea Cæſarienſ.*

85 *Ex ſtellis caudam draconis tanquam punctis diſtinguentibus elicit Rupertus quales ſtellæ fuere, quæ Mariæ coronam pepererunt, & adſtruitur, ſacras eſſe intelligentias gloriam Mariæ evulgantes.*

86 *Confertur Maria Angelos ſupra caput geſtans, cum dæmone eos deijciẽte & dimittente ad caudam: ex quo huius ignobilitas, illius ingenuitas dignoſcitur.*

87 *Prima cœleſtium Angelorum prærogativa firmitas, & immutabilitas eorũ naturæ. Locus Geneſ. 1. 3. ex Eucher. & num. 11. & 24. ex Anaſtaſ. Sinait. Hæc Angelica prærogativa quomodo in Maria ſplendeat.*

88 *Nec mirum ſi primo homini eam Deus indulſerit ob rationem divinæ imaginis in eo extructæ. Locus Geneſ. 1. 27. Qualis fuerit in homine Dei imago ex Theodoreto. Rationem divinæ imaginis quàm apprimè obtinuerit Maria: ex Bonavent. Andrea Cretenſ. Epiphan. Andrea Ieroſolymit.*

89 *Angelica natura primum divinæ obedientiæ opus, Geneſ. 1 3. Nobilior origo ex obedientia deſumitur. Locus Athanaſ. illuſtratus ipſe à ſemetipſo.*

90 *Mariæ conceptio in obedientiæ ſplendoribus condita. Locus Guarrici Ignacien. Ildephonſ. & Damaſcen.*

91 *Ita innata Mariæ obedientia, ut quodammodo in Maria virginitas ei decederet. Ex Hugo de S. Victor.*

92 *Obedientiam quam Maria in generatione conceperat, ſemper ſpirabat. Locus Ioan. 2. 3. ex Apollinar. & Simon. de Caſsia.*

93 *Maria in ſpectaculo mulieris Ioanni manifeſtato, quomodo à vertice uſque ad talos ex obedientia cõeatur. Ex Ambroſ. Baſil. & Iunilio.*

94 *Angelicæ ſubſtãtiæ dignitas, ex eo quòd prima fuerit à Deo creatura condita, ex Auguſtin. Tertul. & Petro Damian. & Nazianzen. & eius interprete Nizeta. Extricatus locus Iob 40. 14. ex Olympiod. Angelorum peccatum abſque ſubitaneo & inſtanti ſupplicio non eſt paſſus Deus, quia in hoyninis primi operis ſui iactura ſe quaſi perculſum commentus eſt, ex Leontio.*

95 *Maria originalis prærogativa munditiæ præfecta inſtar Angelorũm, quia divinæ Sapientiæ primogenita. Locus Proverb. 8. 22. Prima fuit in divinorum decretorum ordine. Prima in creaturarum ſerie, ex Bernard. Prima in redemptionis tramite, ex Bernard. Senen. & Petro Damian. Item ex Ildephonſ. cuius pronuntiatum lucem accipit ex Petro Damian.*

96 *Quo ſenſu Maria cœleſtes intelligẽtias coronam ſuam appellet, ex loco Paul. ad Philip. 4. 1. & Theſſalonic. 2. 19. per Anſelm. & Oecumen. Item ex Chryſoſt.*

quan-

quanta Angelis proveniat gloria, ex eo quòd corona ſint Mariæ.

97 Angelica natura celſior, quàm natura Mariæ, ſed Maria eis ſublimiùs gratiæ muneribus ſupernatat ornata, quod glorioſum privilegium eſt, ex Gerſon. Ideòque Maria Angelis velut ſerto coronatur, quæ naturæ inferioris cùm ſit, gratiæ dono ſuperior evadit.

98 Mariæ nobilitas ſupereminens Angelicæ nobilitati arguitur ex conſideratione ſtatus, qui naturam tenebat humanã, quando Maria concepta fuit, & ſtatus naturæ Angelicæ, quando creabatur. Illuſtratus & apertus difficilis locus Ildephonſ.

99 Dignitas eorum, qui humiliori naturâ conditi præferuntur ob munera gratiæ, quibus ditantur, alijs qui perfectioris naturæ ſunt. Locus Gen. 1. 14. ex Anaſt. Sinait.

100 Idem firmatur ex Gen. 2. 7. & 15. per Ambroſ. D. Tho. & Anaſt.

101 Per ſtellas Mariæ coronam formantes cenſet Gerſon deſignari illuſtrationes, quibus ex divinæ eſſentiæ viſione Mariæ mens accingebatur ab eius conceptionis inſtanti.

102 Ex eo quòd ſaltim aliquando Maria divina viſione fuerit potita, duplex decerpitur argumentum pro illius illibata conceptione. Elogium operis de conceptione editi à P. Ferdinando de Salazar.

103 Exprimuntur tùm locus Exod. 33. 20 tùm Ioan. 1. 18 tùm 1. Ioan. 4. 12. tùm 1. ad Timoth. 6. 15. per Interlineal. Guerricum, Gregor. Bernar. & Angelicum Doct. aſſerentes diſſolutionem corporis requiri ad divinam eſſentiam ſpectandam, ex eo conflatur argumentum pro Marianâ conceptionis immunitate.

104 Aliter prædicta loca elucubrantur Ambroſ. Gregor. & Angelicus Doctor ſentientes Deũ à nemine poſſe videri, qui circumſcriptus ſit corpore peccati, nexibuſque primæ maculæ irretitus.

105 Quid corpus peccati ſit, & quomodo oporteat, ut ſepeliatur, ad divinam intuendam eſſentiam, novaque regeneratio ad id exigatur; fulcitur ex loco ad Rom. 6. 6. per Anſel. & fuſiùs à 1. ad Corint. 15. 21. ex Tertulliano, Anſel. & Irenæo.

106 Ex his conficitur validum telum pro nobili Mariæ origine, conferturq; Maria cum per reſurrectionem regeneratis.

107 In duplici ſenſu explicatur ſententia Patrum aſſerens, neminem qui peccati corpus baiulet, poſſe Deum in hac vita videre: in primo ſolus Chriſtus & Maria divina viſione fuerunt illiti. In ſecũdo revocatur argumentum iam ſuperiùs factum.

108 Per ſtellas Mariæ caput ornantes ſanctitas intelligitur Sanctorum omniũ, inde firmatur Virginis originalis immunitas. Locus Apocal. 4. 10. per Gilbertum, & Richard. de S. Laurent.

109 Item per ſtellas has triumphati dæmones deſignantur, illuſtratur locus hic à loco Cant. 5. 9. per Gerſonem.

110 Ingenuam nobilitatem Mariæ probat nomen mulieris, quod in ſigno Ioanni oſtenſo datum eſt Mariæ: cui facem præfert locus Ioan. 2. 4. & cap. 19. 26. item locus Geneſ. 2. 21. per Gerſon. & Tertul. invectio in hæreticos mulieris nomẽ infamantes.

111 Diluitur incuſatio, quæ adverſus digreſſionem hic inductam ex explicatione præfati loci Apocal. inſurgere poteſt. Viſionem arcæ teſtamenti, & viſionẽ mulieris Sole amictæ in unum myſterium convenire docent Interpretes. Solis ſplẽdoris cum auri fulgore reciprocatio, locus Gregor. Thaumatur. & Richard. de S. Laurent.

81 MEherclè ſi ſtellas, quæ coronam Mariæ ſanctiſſimæ præparârunt, iuxtà rudem litteræ corticem, & craſsiori Minerva interpretemur, Mariam dicemus naturalibus coronatam ſideribus; numerus enim duodecimus multitudinem ſolet deſignare. Nam ab aſtris cœleſtibus primùm regiam ſuam dignitatem Maria poſtulat comprobari, & nobilitatem originis fulciri; quæ quidem aſtra dum Mariæ illibatæ origini indagandæ deſerviunt, illi quaſi coronam componunt, & imponunt. Et quidem ſiderea aſtra puriſsimæ Mariânæ conceptioni firmandæ argumenta, & tela miniſtrant, dùm naturalem in ea curſum demonſtrant devictum; ſuoſque influxus ſuperatos atque devictos. Nam in Mariæ illibata origine naturæ ordo neque obſervatus eſt, neque petitus; quia gratia plenum horoſcopi munus uſurpavit; ideò ab ea, tãquam à Maria aſcendente dignitas felicitaſque Mariânæ conceptionis, & nativitatis ſunt petenda, & inquirenda; & ad huiuſmodi horoſcopi influxus attendendum, ut de Mariæ vita & excellentijs certum rectumque iudicium feratur. Opportuna, & tempeſtiva hîc occurrit Ioan. Gerſon doctrina; p. 3. Serm. de Nativit. Mariæ. *Porrò ſi de nobilitate corporis, quam dare videtur harmoniaca corporis diſpoſitio bona loqua-*

Gerſon.

quamur, invenimus Mariæ corpus miraculosè compoſitum, quoniam ex utero ſteri li formatum eſt ab illo; cuius perfecta ſunt opera; qui ideò perfectè materiam diſpoſuit, ex qua Mariæ corpus formatum, organizatumque eſt: Ac proinde colligimus, quòd neq; malevolus aſpectus cuiuſlibet ex planetis, nocuiſſe credendus eſt in ipſo conceptionis, aut nativitatis exordio; ſicut neque huiuſmodi formatio ſubjiciebatur cœlorum influxibus; quoniam quidquid agebatur hoc totum magis erat gratiæ quàm naturæ. Ex aſtris ergo texitur corona Mariæ, ut oſtendatur, quòd ordine naturæ immutato, non tam eis Maria ſubjicitur, quàm Mariæ illa deſerviunt. Ornat autem Mariam, cùm eloquenti ſcintillatione eius gloriam præconizant: ſic muta quadam tremuli luminis facundia effantes; quid ni iura ſua terrena amittant, pro qua ordinem ſuum cœleſtia deperdunt? Si loris comprimuntur aſtra, ne influxus malignus, malevoluſque ſiderum aſpectus in Mariæ conceptione vigeat (cenſuit namque divina providentia futuram Deiparam dedecere aſtrorum in illam imperium, naturalem que defectum ab aliqua immitti conſtellatione emanantem) nũ impoſitis habenis terreſtris naturæ curſum non retardabit, repedabitque, ne corruptionis ſuæ fluenta ad Mariam deducat? Nõ parcitur cœleſtibus ob Mariæ ſervandam dignitatem, & terrenis indulgebitur? Cœlorum influentiæ conſtipantur canales, ne ingrati ſideris aſpectus Mariam quaſi faſcinet, & liberi terrenæ naturæ permittentur eurripi, ut licentioſè ſpurco ſuo humore Mariam deturpent, & contaminent? Sicut ergo gratia Mariæ horoſcopum præripuit à ſtellis & planetis eam perficiens adornanſque in naturalibus; ſic arripuiſſe imperium à naturæ propagine cenſenda eſt, munerum ſuorum pluviali impetu corruptionis illius imminentem eluvionẽ avertens, ne decidentes ſordes Mariam inundarent. Hæc rerum omnium immutatio, & inverſio, in qua in Mariana fabrica extruenda, tam cœleſtis, quàm terrena natura decedit virtuti, & imperio gratiæ, nova fuit, & inaudita, & ob novitatem omnium ad inſuetam demirationem provocans animos; nam inaudito, & miraculoſo modo Mariæ ſuſcepit, & perfecit generationem, qui gignendus expetabatur à Maria. Quo pacto, quæſo, in tanta novitate, naturæ conſuetus conſiſteret curſus? Neceſſe enim erat, ut tam cœleſtium, quàm terreſtrium ſeriem præcluderet, conſtringeretque naturam, peregrinum novumque factus patraturus. Mehercle tanti miraculi ſpectaculum in ſtuporem rapuit regium Pſaltem, ſub Civitatis Dei nomine, ſic de Mariæ opificio vaticinantem: *Gloriosa dicta ſunt de te, Civitas Dei*, Pſal. 86. 3. in Hebræo, teſte Caietano, legitur: *Honoratè dictum eſt in te, Civitas Dei.* Quæ verba ſic ipſe interpretatur: *Dictum eſt, ô Civitas Dei, quòd res honoratæ, res dignæ honore in te ſunt.* Et in fine huius commatis in Hebræo eſt *ſela*, quod quidem eſt ingentis admirationis nota, aut interiectio, ut explicat Genebrardus: *Hic ſela; orem dignam perpetua admiratione.* Quaſi dicat: Talis in tuis fundamentis, ô Dei Civitas, gloria fulget, adeò novus in te iactus eſt ſplendor, enatant à primis tuis elementis honores ita eximij, ut omnium exigant admirationem, vultuſque ſuſpendant: ſed quales eiuſmodi honores? *Numquid Sion dicet: homo & homo natus eſt in ea, & ipſe fundavit eã Altiſſimus?* Sed quid, oro, eſt, *homo & homo natus eſt in ea?* Et illicò, *& ipſe fundavit eam Altiſſimus.* Innuit enim quod qui eam fundavit, in ea natus eſt; ſed quomodo qui in ea natus eſt, eam fundavit? Congruum ſanè magis eſſet, ut utriuſque verbi tempora inverteret, aut commutaret, aſſereretque: Homo & homo natus fuit in ea, & ipſe fundat eam Altiſſimus; nam arduum videtur, & ultra potentiam omnem, ut fundet quis Civitatem, in qua naſcitur, niſi vel quòd eã ędificet antequã naſcatur, quod videtur impoſsibile, vel quod ſemel natus denuò naſceretur, quod nõ leviorem involvit difficultatem. Quam ſic ſentio extricandam; vox illa, *homo*, geminata, & bis repetita, duplicem unius perſonæ deſignat ſtatum, nempè Dei verbi; ſtatum verò geminum diſcernit vox illa, *& ipſe Altiſſimus.* Quaſi dicat: Altiſsimus Dei Filius, qui futurus homo fundavit Mariam, & homo natus eſt in ea. En quomodo homo, & homo fundavit, & natus eſt: fundavit ut altiſsimus Deus, qui æternus eſt, & longè ultra omnem creaturam, natus eſt ut homo. Hinc portentum emergit, promicat novitas omniũ perſtrigens mentis oculos, alliciens animos; à ſæculo non eſt auditum, quòd matris artifex ipſe ſit & filius, & quòd Mariam ſuſciperet fundandam & formandam, qui ex ea deſtinabatur naſciturus. Quomodo, quæſo, naturalis rerum cœleſtium & terrenarum curſus in tanta novitate non conſiſteret, & hærêret? Quomodo in eiuſmodi portenti effuſione naturæ non revocaretur ius, alligaretur facultas; & ubi Altiſsimus Matris ſibi fabricam aſcivit, quomodo auderet contendere natura, ut ordo ſuus intemeratus vigeret? Quàm ingeniosè rem meditatus eſt Richardus de S. Laurent. lib. 11. de laudibus B. Mar. *Commendatur Civitas hæc à miraculi novita-*

Pſal. 86. 3.

Caietanus.

Genebrard.

Richard.

vitate: undè ſequitur: numquid Sion dicet: homo & homo natus eſt in ea, & ipſe fundavit eã Altiſsimus. In hoc enim conſiſtit novitas miraculi indecibilis; & hæc ſunt gloriosa, quæ dicuntur de civitate Dei, ſcilicèt, quòd Altiſsimus, in quantum Deus fundavit eam prius, & poſt eius fundationẽ natus eſt in ea in quantum homo. Ideò cùm loquitur Propheta de fundatione, ponit præteritum, ſcilicèt fundavit. cùm ſubiungit de nativitate in utero, ponit præſens tempus ſcilicèt, eſt, ad oſtendendum, quòd poſt quam eam fundaverat ut Deus, homo natus eſt ex ea, quod eſſet impoſsibile in puro homine. Nuſquam enim auditum eſt, quòd architector prius domum fabricaverit, & poſteà in eadem domo naſceretur. Meritò ergo naturalia aſtra Mariæ gloriæ obſequiũ præbent, eiuſque caput ex ſeſe redimiunt, ut in tanta rerum demutatione, & novitate, in qua Mariæ fabricam Deus ſibi accerſit; credatur numquam ipſa, ſicut nec naturam, dominata fuiſſe Mariæ, Mariam verò ſemper ipſis dominatam.

82 Per duodecim ſtellas Mariæ tempora obvallantes ait Bernardus ſer. de B. Mar. de verbis Apoc. duodecim excellẽtias deſignari, quæ tanquam pretioſæ quędam cælaturę Mariæ vitam venuſtant, & ſpecioſa varietate ornant; quas quia brevius ſuccingit Richardus, & ſingulariter ditatas ab ipſo accipiemus, lib. 1. *Sãt duodecim ſtellæ in corona mulieris, de qua dicitur Apoc. 12. Signum magnum apparuit in cœlo, mulier amicta Sole, & Luna ſub pedibus eius, & in capite eius corona ſtellarũ duodecim: has tamẽ duodecim ſtellas dicit B. Bernardus, duodecim prærogativas Virginis, propter quas etiam dicitur gratia plena: Quatuor ſunt cœli, quatuor carnis, quatuor cordis. Fulſerunt enim quaſi ſtellæ de cœlo Mariæ generatio, Angelica ſalutatio, Spiritus ſancti ſuperventio, Filij Dei inenarrabilis cõceptio. Fulſerũt in carne quatuor, quod fuit virginitatis primiceria, ſine corruptione fœcunda, ſine gravamine gravida, ſine dolore puerpera. Fulſerunt in corde quatuor, devotio humilitatis, reverentia pudoris, magnitudo credulitatis, martyrium cordis. Propter primas dicitur, Dominus tecũ: propter ſecundas benedicta tu in mulieribus: propter tertias gratia plena: Propter omnes dicitur Proverb. ult. Multæ filiæ congregaverunt divitias, tu ſupergreſſa es univerſas.* Stella prima, nempè Mariæ generatio ex priori quaternione ad noſtrum ſpectat inſtitutum, & nobis pro ſcopo erit: ubi oportet animadvertere, eam à Bernardo inter prærogativas computari. Quapropter ſplenduit de cœlo generatio Mariæ, de cœloque advenit, quemadmodum ſalutatio Angelica, Spiritus ſancti ſupervẽtio, & divini Verbi incarnatio. Vndè quẽadmodum in his tribus nil humanæ ſordis inventũ eſt, nil terrenæ maculæ immixtum, ſic Mariæ generatio cœleſtis fuit, pura, & terreſtris immunditiæ exors. Vlteriùs, ſicut in ſalutatione Angelica Dominus fuit cùm Maria, quia Angeli paranymphi deſcenſum prævenerat, & anteverterat celeritatẽ, ut ex D. Bernardo ſuperiùs oſtendimus. Irẽ fuit cũ Maria Dñs, in Spiritus ſancti in Mariæ viſcera illapſu, & in Filij Dei conceptione: ſic Dominus inducitur fuiſſe in generatione Mariæ. Quapropter ſubdit Richardus, propter quatuor prædictas excellentias nuntiatũ Mariæ ab Angelo *Dominus tecũ*. Quod, quæſo, potuit egregiũ magis; & nobilius teſtimoniũ pro Mariæ ſplendida conceptione exeri? Coronatur ergo ſua generatione Maria, & inter aſtra, quæ illi coronã adſtruunt: prima micat, inter ſtellas, quæ cœleſtes vocantur, principem locũ tenet, non quia tribus dignior, ſed quia dignatior erga illam gratiæ favor, ut illius honor cõſpicuus promineat, nec in dubium accerſatur.

Richardus.

83 Nec effugiũ es nactus, ſi aſſeras, Bernardũ hìc generationem pro proſapia aut progenie uſurpare; ſicq; Mariæ non ſignificare conceptionẽ, ſed nobilem à parentibus originẽ. Nã in primis reſciebat Bernardus ingenuitatem à maioribus profectam non valdè apud Deũ commendari, ſed quã propria parit virtus, undè quis nõ tam accitur nobilis ab alienis, quã à geſtis, & functionibus proprijs. Opportunè Ioannes Gerſon. par. 3. ſer. de Nativit. Mar. aſſerit: *Poterat hìc ſermo multũ de nobilitate fieri, quid ſit, & quid vel quantũ laudis habeat. De moribus inſuper nobiliũ ſicut apud Ariſtot. apud Cicer. apud Salluſtiũ, apud Boetiũ, & alios plures invenimus. Etenim cùm nobilitas ſit quædã de meritis veniens laus parentũ: hoc in ipſa nobilitate bonum eſt, ut impoſita nobilius neceſsitudo videatur, ne à maiorum virtute degenerent. Alterum nobilitatis bonum, quia probabile eſt ſecundùm Ariſtot. ex bonis bonos naſci, præſertim cùm ex diſciplina bonarum artium, & virtutum iam confeſtim à puero tradi poteſt, & debet nobilibus: & hoc ſi vero & non ficto nomine nobiles velint haberi, colant in primis præcipua ſollicitudine Deum, cuius oraculum ad puerum Samuelem tale factum eſt: Qui me contemnunt, erunt ignobiles. Neque enim faciunt nobilem antiquitate divitiæ, ut videtur Ariſtotel. deſcribere, neque dominatio ſuper cæteros, aut aliquod huiuſmodi temporale dat nobilitatem, ſed*

Gerſon.

ſervitus Dei, cui ſervire, regnare eſt; cuius agi frænis ſumma libertas eſt. Ex quibus elicere protinus fas nobis eſt, Mariam & Ioſeph ſumma nobilitate præditos fuiſſe. Quæ ratio? Nimirum quia ſupremam eos in Dei obſequio etiam corporali ſervitutem exhibuiſſe credi debet. Deinde, quia profanum Mariæ nefas eſt cenſere à Bernard. inter cœleſtia munera, & à cœlo proficiſcentia recenſam, neque ob eius cauſam legatū fuiſſe Mariæ ab Angelo, *Dominus tecum.* Nam Mariæ progenies è pluribus fuit proavis ſceleratis conſerta, & per eius naturalem propaginem à patribus in filios non Dominus, ſed diabolus deſcendebat, D. Bernardum adeamus ſe explicantem: *Quid ergo ſidereū micat in generatione Mariæ? Planè quòd ex regibus orta, quòd ex ſemine Abrahæ, quòd generoſa ex ſtirpe David.* Et tanquam hoc parvifecerit, & manufecerit, ad ea, quæ Marianæ conceptionis propria ſunt, privilegia advocanda recurrit, ſubdens: *Si id parum videtur, adde quòd generationi illi ob privilegium ſanctitatis ſingulare divinitus noſcitur eſſe cōceſſa, quòd longè antè eiſdem patribus cœlitus repromiſſa, quòd myſticis præfigurata miraculis, quòd oraculis pronuntiata propheticis. Hanc enim ſacerdotalis virga, dum ſine radice floruit, hanc vellus Gedeonis, dum in medio ſiccæ areæ maduit, hanc in Ezechielis viſione orientalis porta, quæ nulli unquam patuit, præſignabat.* Quid clarius? Non ergo poteris ex Bernardi ſententia generationem pro progenie interpretari, ſed pro conceptione: quā quidem egregius Doctor teſtimonijs commendat, eam extitiſſe intemeratam, & totius originalis maculæ expertem, prodentibus manifeſtè. Nam ſi Mariæ generatio commune ſubitura foret naufragium, & tenebrarum horrore involvenda; ſi in univerſali luti volutabro conſpurcanda, cur divinitus prioribus ſæculis appellaretur conceſſa? Cur plauderetur cœlitùs repromiſſa patribus? Cur myſticis præfigurata miraculis? Oraculis cur prænuntiata propheticis? Providè, ne conſuleretur, ſi conceptionem in peccatum impactam, illuvie originali turpatam, & à dæmone ſubactam, tot præcederent acclamationes, tot Prophetarum præconia, tot prænuntiationes, & figurę miraculis confirmatæ, tot pollicitationes, quibus apud prioris ſæculi parentes ſolemnis & veluti diva haberetur. Si Mariæ generationem ſacerdotalis virga ſine radice florens præoſtendit, intemeratam illam proceſsiſſe ex hoc teſtimonio ſuperiùs adſtruximus. Si eam præſignavit vellus rorem ſugens cœleſtem, reliquis terræ partibus ſatiſcētibus præ ariditate; quid, quæſo, aptius potuit divinum invenire ingeniū ad Mariæ conceptionem ab omni corruptione originis liberam oſtentandam? Nam eo uſa eſt vatidica mens Pſalmographi ad indicandam divini Verbi originem temporalem nobiliſsimam: *Deſcendet*, inquiens, *ſicut pluvia in vellus*, Pſalm. 71. 6. Teſte Hieronym. *Sicut in vellus Gedeonis pluvia deſcendit, ita hic illapſus eſt in uterum virginalem per Spiritus ſanctī infuſionē.* Sub eodem ergo ſymbolo & typo, ſub quo attendit Bernardus auguſtam Chriſti conceptionem edoctam à Propheta, ſanxit Mariæ quoque generationem comprehenſam, ut inſtar illius cœleſti ſplendore perfuſam eruderet. Mentem Bernardi poſſumus ex Ambroſio illuſtrare, qui vellus, & lanicinium corporis Chriſti, appellat vellus, & lanicinium matris: & ſub hoc tropo aſſerit, Chriſtū matris carnem geſtare, illud planè admonens, quòd ſicut ex vellere divinū rorē ad ſe advocāte, in reliquā terram ſiccitate graſſante peccati, & eā infeſtāte, arguitur Chriſti cōceptionis nobilitas, ex eodē ſimul Mariæ ingenuitatē originis eſſe eliciendā: ſub nomine enim roris ſupernam pluviam ebibentis, utriuſque pariter carnē ſentit prænotatam. Sic enim ait ſerm. 13. de Nativit. Domini: *Vellus planè Maria eſt, ſiquidē de molli ſinu eius agnus egreſſus eſt, qui & ipſe matris lanicinii, hoc eſt, carnē geſtans, molli vellere cunctorū operit multitudinē populorū.* Vellus ergo appellatur ab Ambroſ. & lanicinium tam Filij, quā Matris caro, imò unū & idē utriuſq; vellus, ut quemadmodū creditur ariditate terrā devaſtante gratiarum imbrē impluiſſe in filij conceptionē, credatur in matris generationē fluxiſſe. Demum ait Bernardus, Mariā ſeu eius generationē per Ezechielis portā orientalē ulli nuſquā reſeratā adumbrari, quo quidē teſtimonio nullū validius apertiuſque pro cōceptione Mariæ, quæ quidē reliquis ſub vulnere originalis culpæ procidētibus, eius ictibus impenetrabilis fuit. Vt explicat Ioan. Gerſon ſer. de concept. B. Mar. par. 2. *Maria eſt illa porta, quā vidit Ezechiel, quæ numquam fuit aperta, ergo per eā numquam intravit peccatū.* Meritò ergo primā è ſtellis Mariæ regium caput ornantibus, numeratur eius ſplendida generatio, quæ accitur cœleſtis, eò quòd deſcenſum trahat à cœlo, quæ Deū ſecū attulit in Mariam, & ob eam annuntiat ei Angelus, *Dominus tecum.*

Bernard. Pſal. 71. 6. Hieronym. Ambroſ. Gerſon.

84 Iā ad ſtellarū dramaticū, & exageticū ſenſū propiùs accedamus, & ut quænā fuerint ſtellę Mariano capiti compingētes coronam exponamus: extra hoc Apoc. caput non expedit evagari: ſed admonere duplex

fig-

ſignum ſeu geminum ſpectaculum, alterum alteri inimicũ & infeſtũ, ex æquo adverſum Evangeliſtæ Ioanni oſtenſum. Nam poſtquam recitavit Ioan. *Et ſignum magnum apparuit in cœlo, mulier amicta Sole, & Luna ſub pedibus eius, & in capite eius corona ſtellarum duodecim.* Extemplò num. 3. ſubdit: *Et viſum eſt aliud ſignum in cœlo: & ecce draco magnus rufus habens capita ſeptem & cornua decem, & cauda eius trahebat tertiam partem ſtellarum cœli, & miſit eas in terram; & ſtetit ante mulierem.* En ſignum ſigno oppoſitum, & bellum indicẽs, contrarijſque ludens armis, diverſa adverſa armatura protectum. Nam illud *ſtetit ante mulierem*, iuxta ſacræ Paginæ phraſim, idem eſt ac ſtetit adverſus mulierem, ut geminæ acies ex adverſo ſtantes, & inter ſe conflicturę. Ecce inter Mariam, & diabolum exeritur iam pugna, bellumque infligendum perſtrepit, iam olim à Deo vatidicè prænuntiatum, Geneſ. 3. 15. *Inimicitias ponam inter te & mulierem, ſemen tuum & ſemen illius; ipſa conteret caput tuum.* Quod eleganter in præſenti expoſuit Rupertus: *Verè aliud, id eſt, alterius rei hoc fuit ſignum; fuit enim ſignum diaboli, qui ſemper adverſus mulierem illam inimicitias exercuit, & exercere non deſinit, malas ſibi, bonas autem mulieri. Deus namq; bonus eaſdem pro bono mulieris inimicitias poſuit, quemadmodum in initio loquens ad ſerpentem dicit: Inimicitias ponam inter te & mulierem, ſemen tuum, & ſemen illius, ipſa conteret caput tuum, & tu inſidiaberis calcaneo eius. Denique ſerpentis illius; id eſt, diaboli, qui in ſerpente locutus eſt, draco iſte ſignum fuit; ſicut è contra mulier illa Sole amicta, ſignũ erat Eccleſiæ totius, cuius beata Virgo portio maxima, portio eſt optima pro felicitate utèri proprij.* Et ſcrutare quantum in habitu, ſitu, & inſignibus utrumque ſignum inter ſe diſſideat; ſignum, inquam, Mariæ, quæ eſt illa mulier Sole amicta, & ſignum primi ſerpentis, qui eſt (teſte Ruperto) draco. Nam ſtellis, quibus redimitur, mulieris caput, draco eas veluti infamando & dehoneſtando caudam ornat. *Mulier amicta Sole, draco rufus*, & ſanguinolentus, quaſi corpus illius ſanguine madidum & illitum. Vndè Primaſius: *Rufus, id eſt, cruentus, & ſævus*, & Andreas Cæſarienſ. *Vocat autem illum rufum, quòd cædi & ſanguini deditus ſit.* Quia quemadmodum indumentum Mariæ, alios eſt operire & protegere, ſicq; radijs, quibus veſtitur, alios induit, fovet, illuſtreſque reddit; diabolus veſtimentum ſuum ab aliorum exitio perit, & ideò detracto ab alijs ſanguine ornatur. Maria terreſtria omnia, eorum que deciduam & vanam gloriam calcat, ideò ex multis ſuprà aſſeruimus, Lunam ſubpedaneam habere. Diabolus terrena bona, & mundialem gloriam diligit, quare tertiam partem ſtellarũ, hoc eſt ſectatores ſuos caudâ eis blandiens mittit in terram, quam ſibi pro regno aſciſcit. Aſſentit Richardus de S. Victor. *Cuius cauda tertiam partem ſtellarum cœli trahit in terram: quia diabolus, dum non valet per apertam ſævitiam, per occultam fraudulentiam, quæ figuratur in cauda, ſeducit, quos denique in terram mittit, dum delectationibus terrenorum accendit.* Et Meherclè dignum non vulgari demiratione cẽſendum eſt, quàm mira rerum conſequentia prædicta duo ſigna ſibi cohæreant, mutuaque eventuum neceſsitudine ſe reſpiciant. Quod ut eluceat, rimare, quæſo, cauſam, inſequere rationem, ob quam mulieris ſignum primum in cœlo apparuerit, deinde draconis? Quo conſilio proviſum eſt, ut draconis ſignum mulieris ſpectaculum non anteverterit, vel ſaltim quòd utrumque ſimul non apparuerit conſpiciẽdum? Verè rerum conſequentia exigebat, ut præiret mulieris ſignum, ſequeretur draconis, quo myſterij reſeraretur arcanum. Superiùs ex Bernardo & alijs ſtatuimus ſub Lunæ typo, quam ſubigebat planta mulieris, deſignatum draconem diabolum, quia ſtultus ut Luna mutatur: & ipſe totius inſcitiæ origo, & inſipientium caput & author, ſubiacebatque calcaneo Mariæ tanquam ſub ictu, quo erat illius caput iuxta divinum pronuntiatum comminuendum. Hæc quidem in primo ſigno depicta ſunt, & in eo talus mulieris Lunæ, id eſt draconi, inſiſtebat, tanquam illius capiti vulnus infligens. Oportebat ergo ut ſignum aliud denuò ſubſequeretur, in quo impacti vulneris proderetur effectus, & draconis caput contritum, quo ob illatam cõtritionem ad ſua machinamenta fungi nequiret, ideòque confeſtim ſecundum ſignum apparuit, in quo hæc præberentur cernenda. Nam viſum in eo eſt draconis caput velut in fruſta proſciſſum, & capitis unitate deperdita ſeptem geſtabat capita draco, quaſi quodlibet fruſtum pro capite. Quocirca tanquam qui capite uti non invalebat, inducitur ad caudæ functiones recurrens, velut qui caudam iam pro capite haberet, & quos conſilijs & fucatis rationibus ad ſe non poterat allectare, caudæ blandimentis & aſſentationibus pellicebat, inſidias dolo & verſutia miniſtrãtibus in orbẽ pro armis invehens; in tãto ſacramento revelando cõſenſerunt Aretas, & Andreas Cæſarien. Prior ait: *Cæterũ quod cau-*

Apoc. 12. 3.

Gen. 3. 15.

Rupertus.

Primaſius. Andreas Cæſarien.

Richard. de S. Victor.

Aretas.

cauda trahat tertiam partem ſtellarum, hoc etiam modo conſiderari poteſt, ut per hæc ſignificari æſtimemus inimici motionem, ſeuca ſum de cœlo poſt confractionem ſui capitis. Poſterior autem inquit: *Per hæc ſignificari opinor, poſt caput illius contritum, caudæ eiuſdem agitationem. Hæc enim homines animo inſtabiles ex cœleſti ſenſu, & converſatione deorſum in terram trahit.* En confracto & proſciſſo in priori ſigno draconis capite, in poſteriori oſtenditur illius virtus confugiſſe ad caudam, eamque agitari à dracone, ut illius anfractibus & circumitionibus ad ſeſe advocaret, quos iam vel nutu capitis contriti non valebat. Quâ, exoro, providentiâ, quâ ratione Sapientia divina ſub primi ſerpentis regno & ditione, vel per breve & unicum inſtans Mariam ſubigendam ſtatueret, quam in antitypum ſerpentis primi creabat, & à vertice ad talos, contrarijs fulgentem indicibus, adverſa ornatam ſupellectile, oppoſitæque virtutis & potentiæ armis munitam illius capiti infringendo obijciebat?

Andrc. Cæſarien.

85 His ſic præhabitis, quæ fuerint ſtellæ tempora accingentes Mariæ, docet Rupertus eſſe indagandum à ſtellis, quas draconis cauda dimittebat in terram; utraſque enim cenſet eiuſdem eſſe generis vel ſubſtantiæ. Vndè quia explicans ipſe muliebris capitis ſtellas aſſeruit, per eas duodecim Patriarchas, vel duodecim Iſraeliticas Tribus denotari: *In capite huius mulieris corona ſtellarum duodecim conſpicitur, quia in initio naſcentis Eccleſiæ duodecim Patriarchæ ſplẽdidi dinumerantur. Nunc interim ordinem mirabilium cœleſtium ſecuturi, coronam duodecim ſtellarum, numerum intelligimus duodecim filiorum ſive Tribuum Iſraël*: ad exponendas deveniens ſtellas, quas caudâ agitabat draco, in eadem ſententia perſtitit dicens: *Stellas cœli filios Iſrael ſignificare iam ſuprà diximus.* Hac Ruperti regula obſervata, in ſententia Methodij, Andreæ Cæſarien. Aretæ, & Primaſij cenſentium ſtellas cauda draconis de cœlo ad terram deturbatas Angelos fuiſſe apoſtatas, ſtatuendum eſt ſtellas tanquam gemmas micantes in corona Mariæ Angelos fuiſſe fideles, & Luciferi imperio reluctantes. Contexitur autem ex illis Marianis temporibus regium diadema. Tum ut eorum excellentiæ & prærogativæ naturales & ſupernaturales perfectius Mariæ tanquam eorum reginæ inſidere aſſeratur. Nam licèt Bernardus ſuprà aſſerat, ſtellas potius à capite ornari, quàm illis pulchreſcere caput: *Dignum planè ſtellis coronari caput, quod & ipſis longè clarius micans, ornet eas potius, quàm ornetur ab eis. Quid ni coronent ſidera quam Sol veſtit?* Ipſa tamen aſtra, non tam ut perduelles ſpiritus gloriam ſuam ambiunt, quàm capitis, quod ſæpiunt, quæ quidquid in ſe ipſius maieſtatis elucet, capiti acciunt, teſtanturque in ipſo ſublimiori quodam perfectionis gradu ineſſe, ut ſcitè admonuit Cœlius Pannonius in collect. in Apoc. *Obſerva, quia ſtellæ in capite mulieris eſſe dicuntur, & profectò datur intelligi, quia non debent quærere quæ ſua ſunt, quatenus ornamento ſint capiti, & omne meritum capiti tribuant.* Vndè Mariam ſtellis redimiri, nil eſt aliud, quàm in ijs florere virtutibus, quæ in ſupernis intelligentijs prominent amplius, ut idem Pannonius innuit: *Duodecim ſtellæ, quæ in capite eius micant, inſignia ſunt virtutum, quibus micat in cœleſtibus.* Tùm ut Mariam velut in publico theatro evulgent cœleſtes ſpiritus ſuam reginam, cui ex ſeſe coronam præparant: nulla enim gratia, vel prærogativa debet effluere in ſubditos, quæ dignius non emergat in capite. Ex quibus manifeſtè evincitur, Mariam originis gloriâ eſſe præditam, quemadmodum ſacrę intelligentiæ initiali nobilitate, & eius formationem, quemadmodum illorum creationem gratiarum cumulo concretam. Alioquin dignius in aliquo genere, vel ordine ſiderea corona præluceret quàm caput: & Angelicis civibus coronari Mariam non tam eſſet inventum, quo illa exornaretur, quàm quo dehoneſtaretur, & Angeli cernerentur illa celſiores; ſiquidem illius gloria è regione Angelicæ excellentiæ refulgens, inveniretur in aliquo inſtanti defectuoſa, & mutilata: non verò Angelica, quæ ab origine ſuum traxit ſplendorem; & cùm oppoſita iuxta ſe poſita clariùs eluceſcant, Angelis coronaſſe Mariam potiùs eſſet defectum eius originalem prodere è conſpectu dignitatis Angelicæ, quàm illi authoritatem, & maieſtatem conciliare.

Rupertus.

Methodius Andreas Cæſar. Aretas. Pimaſius.

Bernardus

Cœlius Pannonius.

Idem.

86 Sed antequàm diſcurſum provehamus, non poſſum non expendere, diſpar intervallum inter Mariam & primum ſerpentem interductum, illa enim Angelos ſupra caput gerit, hic deijcit in caudam; quod quidem diverſum iudicium in utroque parit: in Maria quidem inſigne ingenuæ eius originis, in primo ſerpente turpitudinis à ſua origine deciſcentis; & quod, quæſo, pulchrius teſtimonium pro Mariæ illibata conceptione, quàm in illa virtutem oſtentari contrariam defectui, quem primus ſerpens illicò ac à ſua origine degeneravit, exercuit?

Quid

Quid glorioſius, & originario Principe dignius, quàm miniſtros, quibus utitur ad ſui depallandam gloriam, celebremque efficiendam, honoribus præficere, & ſuper caput collocare? Sic videas ſupra caput Mariæ Angelos, a quibus illa prærogativarum ſuarum exigit teſtimonium, & publicum præconium; & quid vilius & humilius, magiſque proprium eius, qui à conſpicua origine miſerè decidit, quàm quos habet ſequaces, ſuique propoſiti inſectatores inhonorare, & contemnere, ad caudam eos viliter projiciendo, ſic cū eis cauda ludit, quos miniſtros & inſecutores nanciſcitur, nec dignationem eis indulget vultus, ſed dorſi deſpectum. Præterea comitas & urbanitas Mariæ erga miniſtros ſuos inde elucet, quòd Sole ipſa veſtita, & inſtar Solis effecta, ſtellarum lumen non abſorbeat, aut cōfundat, ſed lumen ſuum ita comiter attemperet, & veluti comprimat, ut ſiderum, quæ ſibi delegit miniſtros, ſplendorem non impediat, aut obſcuret, ſed ea ſcintillatione eis ingenita fidenter potiri concedat. Et quamvis Mariæ lucidiſsimus fulgor adeò exuberans ſit & exorbitans, ut quemadmodum Solis ortus ſtellarum eſt tumulus & ſarcophagus, quo cum honore ſepeliuntur; ſic Mariæ ſplendor exoriens hominum & Angelorum coruſcationes veluti fuget, & involvat in tenebrarum occaſum, ut ſerm. de Aſſumptione aſſerit Petrus Damianus:

Petrus Damianus. *In illa inacceſſibili luce perlucens ſic utrorumque ſpirituum, id eſt hominum & Angelorum bebetat dignitatem, ut in comparatione Virginis nec poſſint, nec debeant apparere.* Tamen cùm Angelorum miniſterio fungitur, eoſque in gloriæ ſuæ teſtes advocat, & in capitis ſui coronam accipit, ſic humaniter radios ſuos moderatur, eaque ſuavitatis condeſcendentia permiſcet, ut eos ſuo non priver honore, nec aliquid Angelici ſplendoris velit labefactari. Non ſic quidem, non ſic ruſticus & illiberalis draco, qui poſtquam originalem amiſit urbanitatem, miniſtros ſuos comites non patitur ſed caudiſequas, & quaſi vultus ſui naturalem zelans ſplendorem & decorem, formidans aliqua luminis ſui eos reſpergendos portione, ſi ad vultus ſui fiduciam admittat, poſt terga remittit tanquam ad ſplendoris ſui occaſum, ut ex vultus ſui abſentia tenebricoſiores redderentur: ô arrogans inſolenſque ſuperbi animi, nec ex recenti ruina melius ſapientis agreſtis cogitatio!

87 Iam ad teſtimonia repedemus, quę ſuæ originalis ingenuitatis Maria ab Angelico diademate capeſcit. Prima Angelorum cœleſtium prærogativa eſt illa naturæ ſuæ immutabilitas & firmitas, quâ à primo ſuæ creationis puncto per gratiam, quam in ea acceperant, Deo firmiter adhæſerunt, nullam ſciſſuram aut diviſionem paſsi, nullam ſententiæ, aut curſus vitæ provehendi diſſectionem admittentes. Hoc credam firmari verbis illis Geneſ. 1. 3. Geneſ. 1. 3. *Dixitque Deus, fiat lux, & facta eſt lux, & vidit Deus lucem quòd eſſet bona, & diviſit lucem à tenebris, appellavitque lucem diem, & tenebras noctem, factumque eſt veſpere & mane dies unus.* Cur non dixit primus, ſed unus? Sanè quia primus dicit ordinem reſpectumque ad numerum, ubi neceſſe eſt diviſionem inveniri, unus autem proprius deſignat veritatem & indiſtinctionem. Per lucis creationem deſignatur, iuxta plurium Patrum & Interpretum unanimem conſenſum, ſubſtantiæ Angelicæ creatio; dies verò, in quo cœleſtes intelligentiæ ſunt cōditæ, vocatur conſultò unus, ut ſanctorum ſpirituum oſtendatur iugis & invariata vitæ ſeries, & actionum haud fiſſum protelum. Gratiam enim, quâ in ſua prima origine ſunt ditati, numquam amiſerunt, neque ab ea tuenda deſtiterunt, quæ vitæ degendæ unitas & iudicij deſignatur per diei unitatem, in quo ſunt producti, ideòque dies creationis illorum, unus vocatur, non primus, qui parit mutabilitatem & ſciſſionem per reſpectum ad numerum ſecundum. Sic Eucherius apud Lypomanum in Caten. *In hac ergo luce hiſtorialiter recapitulatur creatio Angelorum, qui pro participatione æternæ lucis lux & dies nuncupati ſunt. Quorum unitas ut oſtenderetur, in ſequentibus non eſt dictum, dies primus, ſed dies unus.* Eucherius. Pulchrius adhuc fulcrum huic firmandæ veritati ſuppeditabit idem caput Geneſ. ſi ſcruteris occultum nucleum in eo detentum. Nam ſi terram nuper creatam ſpectes, eius genialem virtutem quadripartitam reperies; nam ex ea prodeunt quatuor diſtinctæ progenies, nempè herbarum, fructuum, animalium, & hominis, qui è terra quoque conſtitit. Animantia verò invenies rurſus quadrifariā diviſa, nimirùm in pecora, animalia, feras, & reptilia. Num. enim 11. ſic habetur, *& ait: Germinet terra herbam virentem, facientem ſemen, & lignum pomiferum faciens fructum iuxta genus ſuum.* Gen. 1. 11. Inferiùs num. 24. iuſſa eſt tellus producere animalia, & cap. 2. 7. formatus invehitur homo de limo terræ. Ex genitalis terræ vigor in quatuor effectuum claſſes diſſectus. Animantium quoque diverſas acies perleges eodem 1. cap. Geneſ. 24. *Producat terra animam viventem in genere ſuo* Gen. 1. 24. Gen. 1. 24. Geneſ. 2. 7.

iumenta & reptilia, & beſtias terræ ſecundùm ſpecies ſuas. Cùm verò ad volucrum productionem deventum eſt, nullum eis diviſionis onus imponitur, nec diſtinctarum ſpecierum, in quas partiuntur, fit mentio. Tantummodò enim textus ait: Gen. 1. 20. *Dixit etiam Deus: Producant aquæ reptile animæ viventis, & volatile ſuper terram ſub firmamento cœli*, Geneſ. 1. 20. Perpende quomodo hoc commate 20. divinum imperium volucre in ſpecies ſuas non ſciderit, ſed ſub ſimplici quadam unitate vocis quidquid per aëra fertur, concluſerit. Quid, rogo, Divina providentia portendit in terrenæ virtutis & eius animantium toties repetita partitione, volucrum verò unitate & indiſtinctione? Accipito nodum retexentem Anaſtaſ. Sinait. lib. 4. Hexamer. *Terram partitus eſt in quatuor fines, quomodo etiam in quatuor generationes, herbarum, inquam, & fructuum, & animantium, & hominum. Similiter & animantia in quatuor genera dividens ea nominavit, ea vocans pecora, animalia, feras, & reptilia. Volucres autem una vocat appellatione, ſunt enim typus ac figura cœli volucrum, nempè poteſtatum intelligentium, quarum ſententiæ aut vitæ agenda nulla eſt diviſio.* Anaſtaſ. Sinait. Quaſi innuat ſanctus Doctor, terræ diviſionem & ſciſsionem ominatam infeliciter eſſe peccati regnum, quod per ſciſsionem à Deo in orbem intruſum eſt. Ab unitate verò ſubſtantiæ Angelicæ fortunata auſpicia deſumpta, quæ ſanctis ſpiritibus prædicebat, in vitæ ſuæ diſcurſu nullam interijciendam rimulam, nullam fiſſuræ intercapedinem, ſed gratiam illam, in qua fuerunt conditi cum æternitate proterminandam. Angelis ergo coronatur Maria, & ex eorum perfectionibus & prærogativis corona illi colligatur, ut quidquid pulchritudinis & nobilitatis in ſupernis intelligentijs illuxerit, præeminenti excellentia in Mariam derivatum cenſeatur. Ac proinde vitæ integritatem & immutabilitatem, quæ ab eorum creatione ſplenduit, dum Mariam ex ſeſe coronant, ei teſtantur eſſe delatam: & verè ſi vita Mariæ ab illa voragine initium ſumeret, quam peccatum Adami omnibus poſteris fodit, & illicò ab illa per infuſam gratiam emergeret, haudquaquam Maria Angelica integritate & invariatione floreret, cùm in eius vita ſeries, à qua inchoavit, ſciſſa reperiretur, & quædam de tenebris ad lucem, de regno Belial ad Dei imperiũ demutatio.

88 Nec mirum videri debet, eiuſmodi Angelicam prærogativam Mariæ divinitus conceſſam, cùm primo homini fuerit impertita, ex eo quòd divina in eo imago fuerit dedicata. Rogant Interpretes ad illa verba Geneſ. 1. 27. *Et creavit Deus hominem ad imaginem ſuam, ad imaginem Dei creavit illum*: Qualis fuerit divinæ imaginis ratio, quam homo circumfert? Theodoretus apud Lypoman. in Caten. iudicat, imaginem Dei elucentem in homine ſitam eſſe in eo, quòd homo brevis quædam mundi totius norma & exẽplar fuerit, & veluti cunctarum etiam inter ſe diſsidentium creaturarum epilogus, in quo veluti in compendium redactæ univerſæ fœdera iungunt, & mutuis veluti amplexibus ſociantur, & faſciculantur: Gen. 1. 26. *Quin etiam*, inquit, *mirabilis ille omnium conditor Deus naturam in unum quiddam redigere volens hominem condidit, qui in ſe rationalem atque irrationalem, viſibilem atque inviſibilem, mortalem atque immortalem, rerum creaturarum naturam complecteretur, ac veluti ſumma quædam omnium dici poſſet. Dedit illi corpus & animam, hoc aſpectabile ex aëre, & aqua, & igne conſtans, quodque eis nutriatur, quæ ex ijs elementis generantur: illa verò intelligentem, rationalem, immortalitate præditam, inviſibilibus pariter atque intelligentibus ſubſtantijs ſimilem, ut hac ratione univerſa, quæ creata ſunt, non uſu tantùm atque obſequio, ſed & ſimilitudine quadam ac familiaritate iungerentur.* Theodor. Itaque homo creatus eſt veluti univerſale creaturarum emporium, in quo ſimultates, quibus inter ſe aliquæ, nempè elementa, belligerant, deponerent, & quoddam neceſsitudinis & amicitiæ commercium celebrarẽt, ſummaque deſcẽderent ad ima, imis ad ſumma pariter aſcendẽtibus. Si verò Theodoretum urgeas, quæraſque ab eo, quo pacto hanc divinæ imaginis rationem homo per peccatum amiſerit; cùm peccatũ naturalem, ſeu phyſicum naturæ ſtatum non immutaverit, aut perdiderit, ſed moralem, qui ex virtutibus extruitur. Nullũ meo iudicio effugium aliud poterit comminiſci, quàm aſſerere creaturarum naturas in homine quidem componendo aliter colligatas, at non omnino nudas, ſed ſuis dotibus ornatas. Quapropter hominis terrena & animalis portio ſimilitudine non tantùm naturæ, ſed originariæ nobilitatis terreſtribus & animantibus copulabatur, quæ quidem in ſui initio, ſeu formatione ingenuè fuerunt condita, cùm divino imperio prodierint obedientiam exhibentia, & ad illius vocem formam ſumendo reſpõderint, Geneſ. 1. 11. *Germinet terra herbam virentem, &c.* & n. 12. *Et factũ eſt ita, & protulit terra herbã virentẽ, &c.* Gen. 1. 11.

Num.

Num. 24. *Producat terra animam viventem, &c. factumque eſt ita.* Intellectiva autē ſubſtantia hominis, non ſolùm ſimilitudinis vinculo ſupernis intelligentijs annectebatur, ſed & originis claritudine. Vndè quēadmodum illæ in gratia illuſtres fuerunt creatæ, ſic hominis animæ creatio Divinæ gratiæ lumine & iuſtitiæ originalis dignitate fuit decorata. Statim verò ac homo miſerè per peccatum corruit, divina in illo imago attrita fuit, & convulſa, quia licèt ſimilitudinem cum creaturis tam ſupernis, quàm infernis in naturali ſubſtantia retinuerit, non quidem in nobilitatis ornamento; valdè enim diſſimilis evaſit tum animatis, & inanimatis, quæ adhuc de originis ſuæ nobilitate ſibi blandiebantur, tum cœleſtibus ſubſtantijs, quæ à creationis ſuæ decore & pulchritudine haudquaquam deciderunt. Itaque in prima hominis creatione poſſumus eum dicere creaturis tam terrenis, quàm cœlicis coronatum; quia ingenita nobilitatis prærogativa, quæ in utriſque effulſit, ipſe præditus eſt. Cur ergo huiuſmodi ſenſum horreamus ſtatuere in Maria, cùm eam corona ex Angelis fabricata nobilitatem cernimus; Angelis Mariam redimiri nil quidem aliud eſſe ſentiendum eſt, quàm excellentias quibus emicant ſacræ intelligentiæ, Mariana quoque ornamenta eſſe. Quod ſi ratione divinæ imaginis, quam creaturas in ſe omnes recapitulans homo quāmvis mutuò ſibi adverſantes, & ima ſummis reconcilians nactus eſt, eiuſmodi ſublimitas homini debebatur; potiori Mehercle iure aſciſcenda erat Mariæ, quæ recapitulatio quædam extitit perfectionum creaturarum, in ſe epilogans quidquid nobilitatis in longa prolixaque earum periodo ſeu diſcurſu fuerat diſperſum, in qua divinarum & humanarum rerum commercium inſtitutum eſt, quæ angularis lapis fuit utrūque parietem in immenſum diſparem naturæ ſcilicèt humanæ & divinæ compaginavit; quæ genialis feſtivuſque evaſit thalamus, in quo cœleſtia & terreſtria iungentia dexteras novum fortunatumque nuptiarum genus celebrarunt. Quocircà à D. Bonavent. in ſpec. cap. 10. nuncupatur Maria, *imago expreſsiſsima veri Solis*; & ab Andrea Creten. orat. 2. de Aſſumpt. *Imago reſtè deſcripta divini archetypi*, & *in ineffabile concilium curationis humanæ*, & ab Epiphan. orat. de B. Virg. *Incenſum cœli & terræ*, à Laurent. Iuſtin. de caſt. connub. cap. 9. & ab Ambroſ. ſerm. 18. *fœderis arca*, à Chryſolog. ſerm. 140. *Commercium cœli & terræ*, ab Andrea Ieroſol. ſerm. de Annuntiat. *Divina cum hominibus reconciliatio*, & rurſus ab Andrea Ieroſol. ſuprà: *Domicilium cœli & terræ*, & à Creten. ſuprà: *Habitaculum pulchrum divinæ demiſſionis*.

Creten.

Bonauent.

Andreas Creten. Epiphan. Laurent. Iuſtin. Ambroſ. Chryſol.

Andre. Ieroſol.

89 Aliter poſſumus cogitare Angelicā Mariæ coronam eiuſdem puriſsimam originem atteſtari. Nam Angelica natura ex eo cenſetur originali gloria ſplendeſcere, quòd primus fuerit divinæ obedientię partus, utpote quæ fuerit prima creatura divini imperij voce producta. Divinum namque imperium tunc in orbe primò dedicatum fuit, cùm vox illa intonuit: *fiat lux*, quam illicò effectus & obedientia fuit inſecuta, *& facta eſt lux*, Geneſ. 1. 3. & per illam cenſent communiter Patres Angelicam emerſiſſe ſubſtantiam creatam. Vndè beatæ intelligentiæ, quę in obedientia perſtitêre divina, in originali claritudine permanſerunt, quaſi obedientia non deperdita, quæ illos nobiles condidit, nec originaria nobilitas poſsit labefactari; quæ verò ab imperio divino defecerunt, degeneres confeſtim à primæva ingenuitate repertæ ſunt. Nam ab obedientia decidere, à clara origine decidere eſt. Validum teſtimonium teneto Athanaſ. in quæſtion. qui quæſt. 50. rogans: *Niſi prævaricatus fuiſſet Adam, quomodo vita hominum propagata fuiſſet?* ſect. 5. §. 4. num. 23. ubi fuſius de obedientiæ claritudine egimus. Præfatæ quæſtioni annectenda accedit quæſtio 28. quam excitat, ſedatque D. Athanaſ. *Quare maior pars hominum noctu naſcitur, & noctu moritur?* Cui ſic facit ſatis: *Et ideò fieri videtur, ut ex hoc hypodigmate diſcamus, quòd obſcura ſit præſentis vitæ & nativitas & mors, ingreſſus nimirum in hanc vitam & exitus.* Præclarè quidem à nocturno tempore anguria prælibat turpitudinis & ignominiæ humana conceptio & nativitas. Nam quemadmodum lux obedientiæ inſigne eſt, quippè quæ primogenitam obedientiam divinæ voci ſacrarit, à Verbo divino veluti primo nata, ſic tenebræ & nox luci & diei non ſolùm contrariæ, ſed privativa oppoſitione adverſatur, ideò ſimul & inobedientiæ & ignobilitatis notatur indicijs. Statuere ergo Divinam providentiam ut maior pars hominum noctu oriatur, vitamque finiat, ingenioſum documentum eſt, quo erudimur tam ingreſſum, quàm diſceſſum noſtrum ignominioſum eſſe & ſordidum, ſuāque ignobilitatem ab inobedientia ſortiri, quæ tenebroſa eſt & nocturna; nam mortis quoque noctem qua vitam excedimus, ſicut culpæ tenebras, ſub quibus concipimur, inobedientiæ obſcuritas invexit in mundum.

Creten.

Athanaſ.

Athanaſ.

90 Ecce quid nobilitatis Mariæ porten-

tendat caput Angelico ſerto redimitum. Nam idem eſt, ac ſi ex obedientia illi coronam impingeretur. Teſtantur namque Angeli, quòd quemadmodum eorum gloria ab obedientia naſcitur, quæ quidem propria ipſorum corona eſt, quæ eos claros & illuſtres declarat: ſic Mariæ obedientiam ipſimet coronam eſſe. Angelica enim natura Mariam coronari, obedientia redimiri eſt: nam Angeli obedientiæ primigenium portant; & ſicut Angelorum nobiliſſima eſt creatio, in qua celebris obedientia ſplendicavit, ſic Mariæ nobilis fuit origo, in qua conſpicuus obedientiæ ſcintillavit ſplendor. Verè Maria communem hominum nō eſt ſectata propaginem, conceptioniſque ordinem, in qua voluptas & cupidinis rebellio ab inobedientia inducta primas agit partes, & quaſi obtinet principatum; promicat enim Mariæ cōceptio Angelico honore & excellentia, cùm à divino Verbo & eius imperio primum ſuum eſſe ſugere videatur. Quam ob cauſam non iam demiror divinum Verbum opificem, & creatorem Mariæ voluiſſe appellari. *Nova Mater* (inquit Guarricus Ignacien. ſerm. 1. de Nativitat. Mar.) *quæ tam novo miraculo parit, ut ipſum pariat, qui Matrem ipſam inter omnia creavit.* Inter omnia, ait Guarricus, quia licèt creaturarum omnium architectus ſit Verbum, in earum productione ſibi ſociam advocat naturam. At Maria quaſi ſpeciali iure unicè à divino Verbo procedere ſe gloriatur, in cuius generatione natura velut nil proprium habuit, cùm procreata ſit ex Anna ſterili, & quam ultra ſterilitatem diuturnum ſenium defloccarat, proceſſerat enim iam maturiores infœcundioreſque dies, à quibus diſceſſerat geniū, & iocunda feſtivitas: ut Patrum accordi cōſenſu refert venerabilis Pater Caniſius lib. 1. de Deipara cap. 4. Hinc elucet ingenita ratio, ob quam ſanxerit divina Sapientia, ut alvus, in quo Mariæ erat patranda conceptio, omnem exuerit naturæ vigorem, florem ætatis, cupiditatis æſtum; eſſetque non tam genialis virtutis officina, quàm ſarcophagus, in quo quidem obtuderentur naturæ vires, marceſceret viror, corporis effœtæ eſſent paſsiones, voluptas deflorida, in quo quidquid armamenti haberet humanitas, tumulum inveniret non ſenſum; verè ſe Davidi Verbum divinum oppigneraverat ex ipſo Mariam naſcituram: *Semel iuravi in ſancto meo, ſi David mentiar, ſemen eius in æternum manebit, &c.* Pſal. 86. 36. Agnovitque, quòd ſi Mariæ concipiendæ eius parentes intenderent, in ipſo iuventæ flore naturæque ardore, Mariam potius eſſe æſtimandam naturæ opus, quàm Dei Verbi: vel ſaltim cenſendum divinum Verbum ſimul & naturam in Mariæ generatione impluiſſe. Studet ergo divina Sapientia, ut Maria veluti divini Verbi filia unicè appareat; ideòque contendit opera furcticoſque enervare & decolorare naturæ, eamque iam ineptā ad genij miniſteria publicare, à qua tunc Maria cùm prodeat, eam natura erubeſcat fœtum ſuū appellare; ſitumque maneat divinum Verbum de Mariæ conceptione, tanquam de proprio opere ſibi blandiri, quam ipſa obedientia condidit, ſimulque in eiuſdem conceptione & Mariæ ſubſtantiam, & obedientiam divino Verbo prominuiſſe amicas dexteras conferentes. Auſculrato Ildephonſ. ſer. in Nativit. Mar. *Maria Virgo non ſic nata eſt, ut ſolent pueri, vel puellæ naſci, ſed ex Anna ſterili & patre iam ſene extra conſuetudinem mulierum, poſt refrigeſcentem calorem, & ſanguinem in pectore refrigeſcentem, mundo corde & corpore ab omni pollutione carnali orta eſt.* Annuit Damaſcenus lib. 4. de Orthod. fid. cap. 15. *Maria ante ſæcula præcognitivo Dei conſilio prædeſtinata eſt, & prædiffinito tempore ex Davidica radice pullulavit, propter factas ad ipſum repromiſſiones.* Nam divinum Verbū, quod quidem ſe Davidi oppigneraverat pro Maria ex eius ſemine oriunda, in eiuſdem conceptione à promiſsionis ſe debito diſſolvit, ideòque Maria in divini Verbi opus aſciſcenda eſt. Epilogat ſtatim orationem Damaſcenus aſſerens, *parit ergo gratia*, Mariam nixum, ſeu puerperium gratiæ appellans, non naturæ: Anna enim interpretatur gratia: cui ſuum gratia nomen indidit, ut Annæ uterus, in quo ſacer fœtus formatus eſt, & ab illo effuſus, uterus putaretur gratiæ non naturæ: de his prolixiorem ſermonem inſtituimus ſect. 5. §. 5. & 6.

91 Quid, quæſo, Mariæ magis innatum & ingenitum, quàm virginitas, ad quā prima fuit, quæ ſe voto fibulavit? Hanc profectò nemo eſt qui inficietur, cùm Maria ſimul ab ipſa conceptione fluxiſſe, paremque cum illa ſortitam fuiſſe ortum. Tamen obedientiam veluti chariorem fuit Mariæ proſecuta, hāc enim ſanctiſsima fœmina ſibi viſa eſt altius intimiuſque in ipſa ſui cōceptione quàm virginitatem epotaſſe: extuncque profundius in ſui ipſius animo defixam, quàm ipſum amorem virginitatis voto firmatum, qui quidem eam nec concutere tantiſper potuit, nec leviter commovere; imò verò obedientia quoddam genus victoriæ viſa eſt de virginitate reportaſſe: quodammodo enim virginitati obedientiam prætuliſſe Maria oſtenditur, cùm virginitatem quaſi periculo expoſuerit, ut obe-

Guarricus.

Caniſius.

Pſal. 86. 36.

Ildephonſ.

Damaſcen.

obedientia intemerata integraque ſemper conſiſteret. Cogitavit enim connubio ſe Maria tradere, in cuius ſalo virginitas dubiè eſt ſecura & malefida carina, in eius enim fluctibus ſemper invenitur naufraga puppis, ut obedientia tanquam regina ſedata & tranquilla quieſcerer. Diſquirunt Interpretes, quo conſilio Maria vinculo virginitatis conſtricta propoſitas nuptias liberè & indubitanter admiſit, nec parentibus, qui illas ei impoſuerunt, ſacrum virginitatis ligamen revelavit, quo ab indicto præcepto abſtinerent? Meherclè mihi viſum eſt, in animum Mariæ tanquam in militarem palæſtram geminam poteſtatem deſcendiſſe in certamen armatam, hinc obedientiam, virginitatem inde, alteramque connixam cum altera, virginitas enim cum obedientia, ut eam ab animo Mariæ deturbaret, decertabat. Nam ſi Maria obedientiam parentibus præſtabat in propoſito cõiugio, periculum virginitati propendebat. At contra virginitatem obedientia diſtringebat vires, ut eam à Mariæ mente propelleret: etenim ſi virginitatis votum erat tenendum, parentum obſiſtebat voluntati, & ab eorum deficiebat obedientia. Ex duplicis autem concertatoris congreſsibus tenerum ſacræ puellæ pectus coanguſtabatur, & angebatur, nam ex præcepto parentum eam ad nuptias vocante ſentiebat diſerimẽ virginitatem ſubire, at ex virginitatis voto retento, ab obſecundationis perfectione caderet, nam ſi propoſitum ſuum parentibus aperiret, ſanctiſsimæ puellæ videbatur, id non eſſe parentum ſequi iudicium, cui à ſe delectam vitæ rationem præferebat. Tãdem vicit, quàm ardebat, obedientia, & ne à ſibi chariſsima abiungeretur litis exitus precibus & ſancti Spiritus cõſultationi delatus eſt, à quo firmiſsimam ſpem concepit virginitatis non violandæ ob præſtandam parentibus obedientiam. Nam ex huius virore flos non langueſcit, nec laxatur, puritatis, cui iactura ex obedientiæ obſervantia non accedit. Quomodo enim ab obedientiæ ſocietate & familia ritè ſecederet, quã vitæ comitem in ipſo accepit initio? Favet Hugo de S. Victor. lib. de perpet. Virginit. Mar. cap. 1. *Supereſt ergo, ut iam rationem reddamus, quare poſt votum virginitatis Maria virum habere conſenſit. Aut propterea virum habere conſenſit hæc Sancta, ut celaretur propoſitum eius, approbante & hoc ipſum Ioſeph, & idem proponente. Aut ſi fortè huius propoſiti conſcius non erat ipſe Ioſeph (quod fieri potuit) parentibus nuptias imperantibus inobediens eſſe timuit, & ob hoc viro nubere conſenſit ſpeciali (per Spiritum ſanctum, qui eã à principio caſtitatis amore accenderat) fiducia confirmata & ſpe, quam habebat, non dubia, quòd eam Divina miſericordia ita cuſtodiret, quòd poſſet, & voluntati parentũ in matrimonio contrahendo obedientiam exhibere, & tamen nihil in eodem matrimonio impedimenti inventura eſſet, pro quo votum virginitatis, quod pro amore caſtitatis ſuſceperat, cogeretur frangere. Suſcepit ergo coniugium, ſed non mutavit virginitatis propoſitum, & quia caſtitatem dilexit & obedientiam tenuit, inventa eſt in ea, & ſine detrimento virginitatis coniugalis caſtitas, & ſine opprobrio ſterilitatis fœcunda virginitas.* Didicit Meherclè Maria ab implicito nodo liteque obedientiæ & virginitatis inter ſe confligentium exemplo parentis ſui Abrahę ſe expedire, in cuius quoque mente promiſsionis fides & obedientia acerrimum ſuſtinuêre certamen, ſed utraque illæſa. Nam cùm accepiſſet à Deo ex Iſaac feliciſsimam numeroſamque ſobolem ſe acceptum, iuſſus eſt prævie ad nuptias filium immolare, quem ſi mactabat, videbatur divinæ ſtipulationis fides deperire: ſi non iugulabat, iugulum obedientiæ parabator. Tandem ne Filij divini paternitas, ad quam erat advocatus, fluctuaret, ancoram obedientiæ firmiſsimè tenuit; ſperans ab obedientiæ intemerato cultu ſe obtenturum fortunatam promiſſionis executionem: nec cenſuit utile arbitrium, ut promiſsioni Divinæ fidem daret, obedientiam diſſolvendam, ſed obedientiæ adhærendum, ne fides marceſceret. Sicut parens Abraham ad nanciſcendam divinã propaginem, ſic ad divinam ſuſcipiendam prolem ſe præparavit Maria, novitque ex illo quomodo feliciter dirimenda lis eſſet inter virginitatem & obedientiam, nempè obedientiam non deſerendo, nam gloriosius radicata eſt virginitas obedientia non avulſa. Proſequitur Hugo: *Sic beatus ille Patriarcha fidei forma, & obedientiæ exẽplum Abraham in repromiſsione acceperat, quòd in Iſaac benediceretur ſemẽ eius, & tamen iuſſus eſt à Deo eumdem, quem unigenitum habebat ex Sara uxore ſua, filium Iſaac immolare: ſine mora aut cunctatione paruit ſciens pro certo, quòd tametſi contra humanam rationem videretur contraria promiſsioni iuſsio, ſecundum tamen illam virtutem, qua Deo poſsibilia ſunt omnia, & cum obedientia iuſsionis impleri poſſet promiſsio; ſicque factum eſt, ut devotio obedientiæ, qua Deo iubente parere non diſtulit, inveniret meritum, & fides, qua Deo promittenti crediderat, promiſsionis fidelis conſequeretur effectum. Ita etiã hic fieri potuit, ut beata illa Virgo Deo commen-*

Hugo de S. Victor.

mendans omne deſiderium ſuum, tantam in ipſo fiduciam habuerit, ut indubitanter crederet, & parentibus ſe poſſe debitam obedientiam exhibere, & votum caſtitatis, cuius ipſe ſolus conſcius erat, quemadmodum vellet, eo patrocinante inviolatum conſervare.

92 Verum ſanè reor illius proloquium Horat. in Art. Poët.

Quo ſemel eſt imbuta recēs ſervabit odorē
Teſta diu.

Terreum vas fuit Maria (non inficior) quia ex terrena maſſa coactum, ſed quòd imbutum primum fuerit obedientiæ divinæ imbre, inviolabile teſtimonium ex eo habet, quod ſemper eius odorem ſervaverit; nil ſanè invenies ab ore pretioſiſſimi huius vaſis effuſum, quod obedientiam non redoluerit, quam enim primum conceperat, ſemper exhalabat. Et quomodo credendū eſt primariæ inobediētiæ illuviem tetrumque fœtorem in Marianum vas primum immiſſum? Certè ſi illo primum maduiſſet, eius veſtigia quoque retinuiſſet, quæ erumperent aliquando. At ſi hæc omnino fuerunt deperdita, & ut melius eloquar, ſanctiſsimum hoc vas numquam infecerunt; ſoliuſque obedientiæ ſpiramen ex illo ſemper aſcenderit, evidens argumentum eſt, quòd in illud primum non inobedientiæ originalis venenum, ſed obedientiæ ſalutaris liquor impluerit. Omni attentionis pōdere dignum æſtimo, quòd prima & unica verba, quæ ad homines Maria feciſſe legitur, obedientiam dumtaxat cōmēdarint, ſemel ad homines vaſis Mariani os patuit, & ſolius obedientiæ odorem emiſit: nihil niſi obedientiæ ſpiramen ab illo prodijt, quo hominum ſuffirentur mentes, quaſi obedientiam ſolam Mariæ animus delibaverit, eaque refertus fuerit. Si optimè memini haudquaquam in ſacra Pagina invenies Mariam homines allocutam, niſi in celebratis nuptijs in Cana Galilææ ibi deficiente vino filium adit ſupplex, *vinum nō habent*, Ioan. 2. 3. & cùm ipſa poſſet miniſtris imperare, *implete hydrias aqua*; hoc enim acceperat à filio dicente: *Quid mihi & tibi eſt mulier?* Quæ verba quamvis dedignationem ſonent, medullam favoris & gratiæ erga Mariam continent, ut docet optimè Apolinar. apud Caten. Græc. *Noverat mater Dominum ſibi, ut filium, morem geſturum, quin & ipſa reſponſio hoc inſinuabat. Quid mihi & tibi mulier? Tāquam enim exorandus hoc reſpondebat, uti olim etiam Dominus ad Moyſen aiebat: dimitte me, tamquam videlicet qui flecti, & exorari volebat.* Inclinat in hanc interpretationem apertius Simon de Caſsia lib. 5. cap. 1. *Si ſubmiſsè interrogatione retecta profertur; aliam intelligendi formulam parat. Quid mihi & tibi eſt mulier? Quid mihi & tibi omnino in placito eſt. Quod ego volo, & tu vis, ſumus omninò voluntate concordes, ſubvenire volo, & tu vis.* Tamen puriſsima Domina, quæ magis de obedientia quàm de dominio gloriabatur, maluit homines obedientiam docere, eoſque ad filij adiectare obſecurationem, quàm poteſtatem ſuam oſtētare: ideò ait ad miniſtros: *Quodcumque dixerit vobis facite.* In quo perfectiſsimam obedientiæ normam eis præſcribit: Quodcumque dixerit, inquiens, exequimini, nolite illius imperia involvere aut ſcrutari, nec diſcutiatis, an ſupra naturam ſint, aut poſſibilitatem excedant: cæcis mentis oculis quodcunque imperaverit, adimplete, nam ſi impoſsibile vobis apparuerit, omnem ille impoſsibilitatē ſuperat: cui omnia poſſibilia ſunt. Vide qualem obedientiæ odorem ſpiret Mariana amphora, cùm ſemel os illius hominibus patefit. Nec poſſum omittere ſimultatem, oppoſitamque virtutem, quæ hinc inter Mariam primumque ſerpentem inſurgit. Licèt enim illos tamquam adverſas acies intueri, alterum adverſus obedientiam armatum, alteram cōtra inobedientiam munitam, ſemel affata eſt Maria homines, ſemel homines affatus eſt ſerpens; obedientiam illa ut ſuadeat, inobedientiam ut ſuggerat ille. Præceptis Dei etiā quamvis impoſsibilia appareant, docet illa homines, ut pareant, ille divina imperia, quæ facilia ſunt, ne ijs homines audiant, implicat difficultate, prætexens calumnias. Vnde, quæſo, diverſitas tam adverſa actionum, & quæ ita ex oppoſito pugnat; niſi quia ſerpens ſemel inobedientia imbutus, illius ſervavit putidum odorem, quem exhalavit ſtatim; Maria verò ſemel obedientia imbuta, eius ſuaveolentiam ſervavit, quę ſpiravit ad reſarcienda detrimēta invecta à ſerpente? Nùm credendum eſt, Mariam ita ſtrenuè adverſus inobedientē ſerpentem belligerantem, & adverſus illius cuneos firmiter oppoſitam, aliquando ſub inobedientiæ vexillo corruiſſe? Abſit à pijs animis eiuſmodi cogitatio. Rem optimè perpendit Simon de Caſsia ubi ſuprà: *Noverat ipſa voluntatem filij ſui, & qui non pateretur dilectorum ſuorum eclipſim, qui venerat pro omnibus eclipſari. Proinde inſtruit, & informat, ut meritò ſanctæ obedientiæ defectus vini ſufficientia Chriſti protinus auferatur. Ait enim pronuba ſolicita. Quodcumque dixerit vobis facite, quoniam in præceptis errare non novit, utilia præcipit, poſsibilia indicit, & mandat*

Simō Caſſia.

Ioan. 2. 3.

Apolinar.

Simon de Caſsia.

dat honeſta. Nihil ergo excludit doctrix Virgo Sanctiſsima. Quodcumque dixerit vobis facite. Sciebat enim ſuum eſſe omnino irreprehenſibile dictum. Nihil reprehenſibile, aut impoſsibile dicere poteſt; ſi autem dicit aliquid irreprehenſibile, atque poſsibile, fit eo ipſo quod dicit. Dicit poſsibile Adæ præceptum, in cuius prævaricatione tanto gravius ſunt protoplaſti puniti, quantò ipſius obſervantia honeſtior fuit atque facilior.

93 Nonnè ex his attendis, quàm aptè inſideat Angelorũ diadema capiti Mariano? Nam ſi in illorum creatione perfectiſſima obedientia coruſcat, divinumque imperium fuit veluti eorum creator, ipſum enim eos advocavit ad lucem, & ideò nobiliſsimi prodiêre, meritò ex obedientia contextum ſertum debuit temporibus aſſervari Mariæ, quod atteſtetur omnibus eã non abſimilem nactam fuiſſe originem, ſed coronæ ſuæ opificio valdè reſpondentem. Nam Mariæ conceptio ab obedientia auſpicata eſt, & veluti cum ea cõdita & coacta: hanc ut individuam ab origine comitẽ ſemper adamavit, & virginitatem niſi obedientiæ pacificè cohærentem non deperibat; ſpiramen illius obedientia erat, quod ſemper ructabat, ideòque ſemel locuta obedientiæ fragrantiam emiſit, ea ſtudens hominum animos iri refertos. Quamobrem tanquam proprium inſigne eam ſibi obedientiam aſcivit, quæ magis ex adverſo inobedientię à primo ſerpente inductæ æmulabatur. Et ſi ſignum mulieris in cœlo exertum attentius conſideres, in eo invenies Mariam tanquam triumphum ſeu trophœũ obedientiæ deſcriptum, & evolutum; à talo enim uſque ad verticem obedientia accincta, & ornata oſtentatur, eiuſmodique ſpectaculum non niſi apparatus, & pompa obedientiæ fuit. Nam pedes ſupra Lunam, quid, ut ſuperiùs explicuimus, niſi primum illum ſtultum, & Deo rebellem inobedientiæque intruſorem calcabant, & premebãt, cuius caput dum conterebant, caput confringebant inobedientiæ? Corpus luce undequaque circumſeptum obedientiæ habitu ornabatur, ab obedientiaque lautitiam & elegantiam mutuabatur. Nam lux quaſi primogenita primumque coruſcum obedientiæ, & ideò tam obedientiæ proprium ſtemma habita: extitit enim prima creatura, virtute obedientiæ educta, primaque divino præcepto parens. Vndè Ambroſ. apud Lypoman. in Caten. Fiat lux: *Vndè vox Dei Scriptura divinà debuit inchoare niſi à lumine? Vndè mundi ornatus niſi à luce exordium ſumere. Fruſtra enim eſſet ſi nõ videretur.* Dei ingenium hoc fuit, ut venuſtatem univerſum non niſi ab obedientia habeat: voluit enim Deus ſubſtantiam lucis ab obedientia partam notamque præferre obedientiæ, ut mundum lucis radijs ornari, nil aliud ſit quàm obedientiæ ſplendore pulchreſcere. Quam veritatem latè probandam ſuſcepit Baſilius apud eumdem Lypoman. *Prima vox Dei lucis naturam creavit, tenebras delevit, mœſtitiam diſſolvit, mũdum clarum fecit, univerſis gratum attulit, iocundumque conſpectum.* Et poſtquam omnia à luce venuſtiari pluribus fulcierit, concludit: *Omnia tunc divina vox ad iocundiſsimam præſtabiliſsimamque cõditionem ſtatumque mutavit*: quaſi immutatio & pulchritudo, quæ rebus à luce proveniebat, partæ quoque à divino imperio dicantur, qua lux ab illo profluit. Quamobrem lucis ornatus obedientiæ habitus eſt. Vndè luce amiciri Mariam fuit lauto obedientiæ amictu, & eleganti ſtola illuſtrari, quò glorioſior appareret. Caput quoque ab obedientia gloriam habebat, nam corona ex Angelicis ſpiritibus conſtructa, obedientiæ diadema eſt: & quid eſt Angelos caput circumire Mariæ, niſi illud ab obedintia calamiſtratum oſtentari? Quis, quæſo, iam anceps hærebit in nobiliſsima Mariæ origine tutanda, cùm illius conceptio quemadmodum lux ab obedientia divina fundatur? Quæ verò ſuum ab illa ſumũt initium, adeò nobilitate præcellunt omnibus, ut ſupernatent univerſis, nobiliorâque loca petant, ut reliquis rebus, tanquam ſuperioribus ſupervecta præſideant, obtineãtque principatum. Quamobrem rogantibus ubi lux, quæ à divino imperio tanquam ipſiſsima obedientia manavit, condita fuerit, reſpondet Iunilius apud Lypoman. in ſublimiori rerũ creatarum faſtigio, ut tanquã regina ſub ſe cerneret univerſa: *Si autem quæratur*, inquit, *quibus in locis iubente Deo facta ſit lux, cùm adhuc abyſſus omnẽ terræ amplitudinem contegeret, patet profectò, quia in ſuperioribus eiuſdem terræ partibus, quas & nunc diurna Solis lux illuſtrare conſuevit, tunc principalis illa lux emicuit.*

94 Ex alia prærogativa & excellentia ſingulari, quæ in ſacris ſpiritibus ſplendet, dùm Mariæ ex ſe ipſis proprijſque ſuis perfectionibus ſertum concinnant, illius originalem nobilitatem teſtãtur. Angelica enim ſubſtantia prima creatura eſt à Deo condita, ſimulque cum Empyreo creata: cuius creatio non ſolùm ex illo Dei imperio arguitur: *Fiat lux*, ſed in illis verbis: *In principio creavit Deus cœlum*, Geneſ. 1. 1. cenſet Auguſt. apud Lypoman. eam eſſe contentam: *Lux die prima facta ſpiritualis, vel*

Baſilius. Iunilius. Geneſ. 1. 1. Auguſt.

vel corporalis intelligitur; ſi ſpiritualis, non illa patri coæterna, per quam facta ſunt omnia, ſed de qua dicitur: primò omnium creata eſt Sapientia, id eſt, intellectualis, & Angelica vita; quæ niſi ad Creatorem illuminanda converteretur, fluitaret informiter. Cùm autem converſa, & illuminata formata eſt, & factum, quod in Verbo Dei ſcriptum eſt: fiat lux. Quæ & cœlum primò dicta eſt, cùm dicitur: In principio fecit Deus cœlum & terram. Ex eo autem quòd Angelica natura princeps ſit ſeu primogenita creaturarum, eius nobiliſſima creatio elicitur. Nam adeò eſt coniũctus ſuæ cauſæ primus effectus, ut illius macula & defectio in authorem reflecti videatur, eiq́ue imputari: infirmitatiſq́ue & imbecillitatis cauſa arguitur, cùm primum effectum ipſa producente, illius extraneus dominus obtinet principatum; nec princeps cauſa videtur appellanda, quæ primogenitum fœtum in ipſa eius parturitione patitur ab alio poſsideri; ea enim principari neſcit. Nam principatum ignorat, qui primam ſobolem ſub ſua non retinet poteſtate. Quamobrem ſacri Hiſtorici ingeniũ fuit, una eademq́ue voce exprimere, & quòd natura intellectualis primogenita Dei fuerit, & quòd ſub Dei principatu eius origo manſerit. Nam *in principio creavit Deus cœlum*, id eſt, Angelicam creaturam iuxta Auguſt. utrumque innuit: & quòd primò eam creaverit, & quòd ſub Dei principatu eius fuerit peracta creatio. Sic enim habes apud Tertul. lib. adverſus Hermog. cap. 8. *Vndè & Arxontes, dicunt Principes, & Magiſtratus: Ergo ſecundùm hanc quoque ſignificationem, principium pro principatu & poteſtate ſumitur; in principatu enim & in poteſtate Deus fecit cœlum & terram.* Id eſt, primam ſuam creaturam non ſicut ſub alterius Principis poteſtate cadere: ex eo enim quaſi non Princeps Deus, vel ſine principatu eſſe videretur. In hanc mentẽ venit Petrus Damian. ſerm. in feſto ſanct. Michael. Qui ſacramẽta referans ſex alarum, quibus Cherubim apud Ezech. 1. & Seraphim apud Iſai. 6. in ala prima ſublimem volatum Angelicę dignitatis eiuſq́ue nobilem originem agnovit: *Prima Angelorũ ala eſt dignitas ſuæ productionis: Tranſi paramper in arcanum huius intelligentiæ, & dignitatem huius conſidera creaturæ: ipſa eſt principium viarum Dei, ait ſcriptura. Quantum privilegium, quòd illa cogitatio Altiſſimi, in hoc primum opus prorupit. Decebat profectò ut ſingulari gloria præfulgeret, quod de manibus dominantis primitiva creatione proceſſit. Tu ſignaculum ſimilitudinis, plenus ſapientia & perfectus decore in deliciis paradiſi Dei fuiſti, dicit Propheta. Non ſolùm ſimilitudo, ſed & ſignaculum ſimilitudinis, ut tantò ſubtilius imago Dei inſinuetur expreſſa, quanto differentius ſignaculum ſimilitudinem præcedit. Vbi autem plenitudo Sapientiæ decoris perfectio paradiſi deliciæ nominantur, tota ſimul iungitur beatitudo. Subdit autem Scriptura, quòd ſuperexcellit, & totiùs eloquentiæ ſuperat facultatem, quem pretioſiorem fecit Deus. Hìc dictum eſt, quidquid dici potuit.* En quot prærogativarum ſplendoribus coronetur primum Dei opus. Nam ex eo quòd primum fuerit, videtur natura Angelica divinam quodammodo exhauſiſſe potentiam, & gratiarum theſauros veluti depauperaſſe. Hoc namque divino expediebat honori, qui cum primogenitæ creaturæ gloria quaſi confuſus & promiſcuus eſt. Vndè de Chriſto Domino Theologica mens Pauli nihil ſublimius videtur aſſeruiſſe; quàm Ezech. cap. 28. 12. de ſuperna intelligentia, *Tu*, inquiens, *ſignaculum ſimilitudinis*: quod quidem perfectiſsimam & adæquatiſsimam Dei iconem ſeu effigiem deſignat. Paulus enim ad Hebræ. 1. 3. de Chriſto ait: *Qui cùm ſit ſplendor gloriæ, & figura ſubſtantiæ eius*: vel ut Chryſoſt. legit: *Character ſubſtantiæ eius*. Character enim idem eſt ac ſignaculum: quâ voce arbitratur Chryſoſt. functum eſſe Paulum, *ut omnimodam ſimilitudinem, & propriam exẽplaris imaginem oſtendat*. Audiendus quoque eſt Gregorius Nazianzen. orat. 2. in Paſch. *Primum Angelos, & cœleſtes Spiritus cogitavit; atque illa cogitatio opus erat, quod Verbo conficiebatur, atque Spiritu explebatur; atque ita ſecundi ſplendores creati ſunt primi ſplẽdores adminiſtri. Geſtit quidem animus dicere ad malum immobiles, ac ſolummodò ad bonum inclinationem & motum habentes, utpote Deum circumſtantes, ac primario Dei fulgore collucentes: Verùm ut non omnino immobiles, ſed etiam mobiles exiſtimem ac dicam; mihi perſuadet, ille ob ſplendorem Lucifer, qui propter ſuperbiam caligo effectus eſt.* Angelos vocat Theologus ſecundos ſplendores, primi ſplendoris adminiſtros; non quòd aliqua eos creatura præceſſerit, quæ primi ſplendoris nomen ſortiatur; ſed quia Angelica perfectio ſplendor quidam eſt oriens à divina natura, tanquam à primo, ſplendore per eſſentiam reſpectu illius ſecundi ſplendores appellantur Angeli, quamvis primi primo participes: eoſque vocat primi ſplẽdoris, id eſt, Dei adminiſtros, iuxta Davidicum vaticinium, Pſalm. 103. 4. *Qui facis Angelos tuos ſpiritus, & miniſtros tuos ig-*

Tertullia.

Petrus Damianus.

Ezech. 28.

Ad Hebr. 1. 3.

Chryſoſt.

Nazianzenus.

Pſal. 103. 4

ignem urentem. Sic commentatur Nazianzenum interpres eius Nizetas. Expendens ibidem Theologum Angelos accerſiſſe ignem immateriatum,& incorporeum: *Prima enim fulgida natura Deus eſt, qui Angelos ex nihilo produxit, iuxta imaginem ſuam eos creans, incorpoream, inquam, naturam, quaſi ſpiritum quemdam, aut ignem materia vacantem; quemadmodum inquit David: Qui facit Angelos ſuos ſpiritus, & miniſtros ſuos flammas ignis; quibus verbis levitatem, & mentis ardorem, atque aciem, celeritatemque circa divinam naturam & miniſterium deſcribit, atque oſtendit eos in ſublime ferri, & ab omni craſſa & terreſtri cogitatione liberos eſſe.* Nizetas. Deinde animadverte Gregor. quodammodo cũctatum eſſe Angelicam naturã accire mobilem, aut inſtabilem, eamque imperfectionem in ea atteſtari, ſed geſtijſſe illam aſſerere immutabilitate dotatam, nec ad malum lubricam, & rationem aſsignans ob quam doleat ad contrarium cogi, ait: *Vtpote Deũ circumſtantes & primario Dei fulgore collucentes*: velut qui ſentiat à primario Dei emiſſo fulgore prodeuntes creaturas, ita puras & immaculatas debere concipi, quod exiſtimandum de illis non ſit, ab illa prima eva perfectione, quam cum ſubſtantia acceperunt, poſſe dilabi. Nam à primitivæ creaturæ degeneratione, ſeu deciſcentia nonnihil dehoneſtatis, aut indecoris videtur artifici ſuboriri, non ut ex his innuatur, quòd ad Creatoris puritatem ſanctitatemque inficiendam poſsit audere creaturæ imperfectio; ſed ut firmetur quantum honoris, aut venuſtatis creativæ potentiæ ex dignitate excellentiaque primævi ſui partus modo noſtro concipiendi obtingat. Vndè qui Luciferum degenerem à ſua gloria, in qua fuit conditus, contemplantur, morantur fateri eum primam à Deo productam creaturã; quaſi verẽtes ne ex lapſu & ignominia primitivi effectus, aliqua in opificem nota poſsit reſilire. Deveniẽtes Interpretes ad elucubrationem illius loci Iob. 40. 14. ubi de Lucifero ſub Behemoth nomine inquit: *Ipſe eſt principium viarum Domini*; diſcutientes, indaganteſque legitimum eorum verborum ſenſum; & quid eſt viarum Domini conſtitui principium, è Græcis Patribus Græcæ traductioni adhærentibus: *Hoc eſt principatus formationis Domini*, geminus dividitur cuneus: alter dicentium Luciferũ quidem primum obtinuiſſe locum in creaturarum formatione, inficiẽtium alter. Horum autem ratio, quâ nituntur, eſt, quia indignum aut indecorum cenſent arbitrari primam Dei creaturarum aliquam ſubijſſe degeneris inſtabilitatis motionẽ. Sic enim Olympiodorus in Caten. Græc. ait: *Hoc eſt principatus formationis Domini. Alij: caput viarum fortis. Quidam aiunt, hũc primum à Deo creatum eſſe. Alij verò cùm dicere formident, primam à Deo conditã naturam mutationem paſſam eſſe, illum primũ ortum eſſe negant. Eidem tamen Angelorũ principatum delatum eſſe concedunt, qui unus è primis principibus eſſet; à quo neque illud diſsidet: Et ſicut unus de principibus cadetis.* Olympiodorus. Hanc demum doctrinam roborabis, ſi cauſam examines, ob quam Deus primi facinoris protoplaſtorum nec punitionẽ diſtulerit, nec iudicium: ſed calente adhuc culpâ, nec prima illius fraudis ebrietate digeſta aut ſopita, Deus tanquàm iudex in reos inſurrexerit, illorum rebellionẽ haud quaquam diſsimulãs. In præfatum Iobi locum ſic ſubdit Olympiodorus, inquirens quis ille fuerit, *ipſe eſt principium viarum Domini*, vel *ipſe eſt principatus formationis Domini. Alij*, inquit, *formationem Dei hominem eſſe interpretantur.* Quod autem prima à Deo formata creatura homo appelletur, non naturæ ſeriem ſpectat, ſed dignationis gratiam, & honoris privilegium. Hanc reor eſſe rationem, ob quam Deus quaſi primi piaculi impatiens pertæſuſque, illius ſupplicium nõ procraſtinarit, ſed cõfeſtim in tranſgreſſores inſultaverit; Deus enim cùm primum manuum ſuarum opificium conſpurcatum cõtaminatumque cõſpexit, quaſi ſuum ſenſit & doluit honorem labefactatum, æſtimans primæ creaturæ ſuę turpitudinem quaſi in authorem honnihil conſpuere contumeliæ, velut ſi primæ creaturæ & authoris honor in idem neceſsitudinis vinculum ſeu identitatem fuerint colligati aut fœnerati; iniuriâ verò ſe affectum intuens numen in primæ creaturæ iniuria, ut in ea veluti læſum ſe profiteatur, in illius vindictam illicò prorumpit. Quod quidem ſtrenuè admonuit Leontius ſerm. de creat. apud Photium. *Deus ex alto peccatum inſpexit, & connivere noluit, iniuriam primæ creaturæ ſuam eſſe ratus, & iudicans venit, quamvis rei ad iudicium venire non auderent fugientes, & priori delicto aliud adiungentes.* Leontius.

95 Angelica ergo corona Mariano capiti impoſita eiuſdem nobilitati originali patrocinatur, pro eaque cauſam dicit. Nam ſi intellectuali ſubſtantiæ nobilis origo totius maculæ & imperfectionis exors, fuit quodammodo debita, eò quòd prima fuerit creatura à Deo condita, cuius productioni aliquid vitioſitatis immiſceri, quaſi iniuriã ſuam conditor arbitratur: dum Mariæ caput redimit, teſtatur potiori eam iure ingenuam ab origine prædicandam: quæ omniũ crea-

creaturarum initium extitit & caput. *Dominus* (de ea dicit Spiritus ſanctus vel nomine ipſius) *poſſedit me in initio viarũ ſuarum, antequàm quidquam faceret à principio*, Proverb. 8. 22. *Condidit me initium*, legerunt Tertul. & Ambroſ. *Initium*, inquã, id eſt principem & caput, ut Græca tranſlatio habet: *viarum ſuarum*, id eſt, arcanorum & conſiliorum Dei, nam illius profunda iudicia & decreta abſconſa vias inveſtigabiles appellat Paulus ad Roman. 11. 33. *O altitudo divitiarum ſapientiæ & ſcientiæ, quàm incomprehenſibilia ſunt iudicia eius, & inveſtigabiles viæ eius!* Quaſi Maria prima fuerit, primumque locum obtinuerit in divinis decretis, quibus ad æternitatem præfiniuntur, & deſtinantur iuſti, quorum ordine nunc ſuperſedendum eſt. Vel *viarum ſuarum*, id eſt, creaturarum omnium, ut explicat Athanaſ. ad decreta Nizenæ Synodi. Adeò enim univerſitatis creaturarũ, & operum Dei Maria extitit princeps & caput, ut divinę menti obverſaretur, eamque ſuis præfixit oculis Deus, mundi fabricam cùm moliretur, quaſi ardentius & alacrius univerſum conderet, cui Mariam velut principem dominaturam prævidebat; & ob hanc cauſam orbem dicunt aliqui propter Mariam fabricatum; inter quos Bernard. ſerm. 1. in Salve ait: *De hac, & ob hanc, & propter hanc omnis ſcriptura facta eſt, per hanc totus mundus factus eſt, & per hanc homo redemptus eſt; Verbum Dei caro factum eſt, Deus humilis, & homo ſublimis.* Vel *viarũ ſuarum*, id eſt, quas Verbum æternum inſtituit propter hominem inſtaurandum, chirographumque expungẽdum, quod adverſus illum poſſidebat Satanas; harum enim viarum princeps & caput vocatur Maria, quapropter redemptoris primogenita appellatur à D. Bernardino ſerm. 51. art. 3. cap. 3. relato ſic à Suarez noſtro quæſt. 27. in 3. par. art. 2. diſput. 3. ſect. 5. *Propter quod quamvis Chriſtus hominum ſit ſalus: tamen B. Virgo ſingulari modo eum vocat ſalutare ſuum, Luc. 1. Quod benè confirmãt verba sãcti Bernardini Senen. dicentis Chriſtum Dominum magis veniſſe in carne mortali pro B. Virgine redimenda, quàm pro omnibus hominibus, etiam ſi omnes ſimul cum illa conferantur, & propter hanc cauſam illam vocat primogenitam redemptoris, & in hanc ſententiam refert Gloſſ. in illud Cant. 4. Vulneraſti cor meum, ſoror mea ſponſa.* Vndè quod Bernardus ſpectans mundi fabricam protulit de Maria, Petrus Damianus ſerm. de Annuntiat. attendens redemptionis œconomiã de ea pariter edixit: *Evocatur ſtatim cœleſtis ille conventus, & iuxta Prophetã iniit Deus cõciliũ, cogit conciliũ, facit ſermonẽ cũ Angelis de reſtauratione eorũ, de redemptione hominum, de elementorũ renovatione: ac illis ſtupentibus & mirantibus præ gaudio de modo redemptionis. Et ſtatim de theſauris divinitatis Mariæ nomen evolvitur, & per ipſam, & in ipſa, & de ipſa, & cum ipſa totum hoc faciendum decernitur, ut ſicut ſine illo nihil factum eſt, ita ſine illa nihil refectum ſit.* Parum hoc ſi glorioſos & alacres expendamus auſus Ildephonſ. qui lib. de Virginit. Mar. cap. 12. ſic inchoat, vocans Mariam ſolã opus Dei incarnati, ut alia littera habet; vel ſolùm opus ſanctæ diſpenſationis ut habetur in proprio codice. *At nunc venio ad te ſola Virgo Mater Dei: procido coram te ſolum opus incarnationis Dei mei*, & poſt pauca: *Concedas etiam mihi adhærere Deo & tibi, ſervire filio tuo, & tibi; illi ſicut Deo, tibi ſicut Matri Dei; illi ſicut redemptori meo, tibi ſicut operi redemptionis meæ.* Verè cum Redemptoris oculis, vel paternis obtutibus obviam venit redempta Maria, non quidem communi redemptionis ordine, in quo poſt caſum erigimur omnes, ſed ſpeciali eique tantummodo aſſervato, in quo præventa eſt ante lapſum, & protecta ne in univerſale impingeret ſcandalũ: omnigenis Spiritus ſancti donis ornata, gratiæ ditata muneribus, virtutum redimiculis, ut nova nupta onuſta, cœleſtis dignationis ſplendoribus compta, & calamiſtrata, univerſa tam naturæ, quàm gratiæ opera videntur diſparere, & quaſi cuncta in Mariæ fulgoribus fuerint tumulata, diſperierintque; hæc ceu unicum & ſolum opus tã naturæ quàm gratiæ æterno Patri & Verbo præſentatur; Mariam ſe divino vultui offerentem ſi aliæ creaturæ circumſtant, nec ſentiuntur, nec percipiuntur ab immenſo Mariæ coruſco obrutæ, ideòque quaſi ſolum opus intuentur, nec alia opera ſua deſiderant; huius ſpecie & pulchritudine oblectati; exemplum habes à Sole, qui Sol ideò dicitur, quòd ſolus videtur lucere. Nã aſtra, ſidera, & Luna ſimul cum Sole fuerũt condita, & tanquam ſcintillantes gemmæ in firmamento affixæ; abſente Sole, fidenter radios ſuos ſidera exacuunt, eaſque in firmamento dignoſcis: protinus autẽ ac Sol exoritur, dices reliqua aſtra, vel fugata, vel ſepulta, & ſolus eſt Sol, qui firmamentum omne poſſidere videatur, ac ſi reliquæ ſtellę ab illo ceciderint, ſoluſque tibi inſpiciẽdus occurit; ita ſe Maria gerere, coram Filio & Patre cùm ſtat, videtur. Comminiſcere Deum multitudine ſuorum operũ accinctum, creaturarum univerſitate obvallatum, earum pulchritudine & perfectione ſe de-

Proverb. 8. 22.

Tertul. Ambroſ.

Ad Rom. 11. 33.

Athanaſ.

Bernardus.

D. Bernardinus.

Petrus Damianus.

Ildephonſ.

delicíantem, & veluti cum illis ludentem; ſubitò in illius conſpectum intret Maria, & quaſi Dei reliqua opera ab ingenti fuerint hiatu devorata, creaturæque omnes ab univerſali interitu abſortæ; ſolum Dei opus adſtans remanet Maria, ſibi ſolius nomen arrogans, quia ſola comparet. In hanc mentem inclinavit Petrus Damianus ſerm. de Aſſumpt. B. Mar. qui illud explicans Cant. 6. 9. *Pulchra ut Luna, electa ut Sol,* ſcrutāſque in quo Mariæ pulchritudo Lunam, Solemque fuerit imitata, ait: *Quid Luna pulchrius cum ſtellis coruſcantibus in ſignifero limite reliquorum ſiderum ſplẽdorem excedit? Conſidera quàm ſtellaris & ſerena vibratio, quàm luminoſus fulgor circularem orbem tanti luminis ſuperfundat, ut aliorum luminum claritatem non mediocriter offuſcet; ſic & Virgo inter animas ſanctorum & Angelorum choros ſupereminens & evecta merita ſingulorum & omnium titulos antecedit. Quantumlibet aliæ ſtellæ reluceant, Luna tamen & magnitudine præeminet & ſplendore. Sic utramque naturam Virgo ſingularis exuperat, & immenſitate gratiæ, & fulgore virtutum. Electa ut Sol: Hanc attende ſimilitudinem, qua nulla in rebus mundi poteſt eſſe ſublimior. Nihil enim habuit Spiritus inviſibilibus creaturis excellẽtius, cui excellentiam Virginis compararet. Multo enim altius aliquid habet claritas Solis quàm Lunæ; quia & ſi illa minores ſtellas obſcurat, non tamen penitus occultat: hic tamen lucidius incandeſcens ita ſibi ſiderũ & Lunæ rapit poſitionem, ut ſint, quaſi nõ ſint, & videri nõ poſſint. Similiter & virga Ieſſe veri prævia luminis in illa inacceſſibili luce perlucens, ſic utrorumque ſpirituum hebetat dignitatem, ut in comparatione Virginis nec poſſint, nec debeant apparere.* Ecce ſub tam piæ cogitationis volatu quomodo Maria non ſolùm opus Dei primogenitum; ſed & ſolum opus, & veluti unigenitus fœtus redemptionis debeat appellari. Quòd ſi à primitiva creatura primos delibante Divinæ potentiæ flores, arcenda eſt procul omnis imperfectio & injuria, ut artificis honori cõſulatur, qui propriam arbitratur primitivi ſui operis ignominiam. Quid de ea ſentiendum eſt, quæ nõ dumtaxat primogenitæ gloriam, ſed & unigenitæ nomen nanciſcitur? Quàm erit deforme, & à divina bonitate degener, paſſum eſſe Deum credere, in ipſa chariſsimi ſui operis conſtructione eius iacturam permiſiſſe & deturpationem.

Cant. 6. 9.

Petrus Damianus.

96 Sic ſpirituales intelligentiæ ex ſemetipſis Mariæ temporibus coronam imponentes ingenuè profitentur, quidquid in illis honoris, excellentiæ, gloriæque elucet, illuſtrioribus titulis Mariæ inſidere, nullaque Angelicam ſubſtantiã nobilitatis prærogativâ honeſtari, quâ Mariæ dignitas eminentiori gradu non ornetur. Quapropter Angelica privilegia velut indices ſunt Mariani ſplendoris; & ideò cœleſtes ſpiritus eius coronã appellantur. Quamobrem Maria intellectuales ſpiritus alloquẽs dignanter ijs poteſt fungi verbis, quibus Paul. ad Philip. 4. 1. & 1. Theſſalon. 2. 19. *Itaque fratres mei chariſſimi & deſideratiſſimi gaudium meum & corona mea*: &, *quæ eſt enim noſtra ſpes, aut gaudium, aut corona gloriæ? Nonnè vos?* Nam ſi rationẽ emungas, ob quam Paulus diſcipulos & alumnos, quos in fide peperierat, alueratque, & promoverat ad ſtrenuæ virtutis profectum; coronam ſuam appellet; eam potiſsimam arbitror, quia ex virtutum incrementis, quæ in diſcipulis candicabant, Magiſtri & ſapientia, & ſanctitas dignoſcebatur: Itaque gaudium erat Paulo, & corona gloriæ ex virtutum ſuarum typo & icone in alijs depicta dignoſci & indicari. Qui enim Philippen. & Theſſalon. contemplabatur egregiâ fide imbutos, virtutumque omnium ſplendida ſupellectili conſpicuos in eis ſpecimẽ & inſigne virtutum Pauli venerabatur; nullam enim demirabatur diſcipulorum excellentiam, quæ non Pauli gloriæ veſtigia putaret, illiuſque tradere documenta. Sic Anſelmus: *Aut quod eſt gaudium noſtrum, id eſt, undè nunc & in futuro gaudemus, niſi de ſanctitate veſtra? Aut quæ eſt noſtra corona gloriæ, quæ victoribus dabitur niſi vos?* Et poſt pauca. *Verè tunc eritis nobis corona gloriæ, quia & modò eſtis vos gloria noſtra apud Eccleſias, & gaudiũ apud nos; gloriamur enim apud illos de profectu veſtræ fidei & ſanctitatis, & gaudemus in cordibus noſtris.* Theſſalonicenſes vocat Paulus gloriam ſuam apud Eccleſias & coronam, quia Pauli gloriæ & coronæ ſanctitas Theſſalonicenſium vita notam & argumenta præbebat. Clariùs adhuc Oecumenius, qui pro *corona gloriæ*, aptè ad noſtrũ ſcopum legit, *corona gloriationis. Quanti amoris ſunt hæc verba? Matres ergo continuò hæc erga ſua pignora locuntur. Corona gloriationis, ſatis erat dicere, corona, ut oſtenderet vehementiam & gloriationem, quam erga eos gerebat: at ob maiorem demonſtrationem addidit gloriationis, tanquam diceret: in vobis magis quàm in corona glorior.* His, inquam, verbis poteſt meritò Maria cœleſtes ſpiritus affari, eoſque gaudium & coronam appellare: coronam, inquam, gloriationis; quia ſicut Paulus notus fiebat, & clarus apud Eccleſias

Ad Philip. 4. 1. Ad Theſſal. 2. 19.

Anſelmus.

Oecumenius.

ex

ex discipulorum virtutibus, quæ quidem Magistri proloquebantur excellentiam sanctitatis. Ita Maria apud Ecclesiam omnem ex Angelorum prærogativis & glorię cumulo nobilitatem capesit, & gloriationis coronam, quia privilegia omnia claritudinis & gratiæ, quæ in sublimibus substantijs splendicant, indicia sunt, præconia sunt, linguæ sunt, quæ Mariæ delatas prærogativas evulgant. Vndè & ego de sacris Spiritibus ea verba proferam, quæ Chrysost. de Philippensibus, cùm eos à Paulo coronam suã attendit nuncupatos: *Cui gloriæ non fuerit adæquandum, quòd Pauli corona isti sint?* Chrysost. Et quidem æstimavit Chrysost. Philippensium decus & gloriam altius ascendere nõ valuisse, quàm cùm sanctitatis Pauli appellati sunt adversaria, & umbraticam tantùm imaginem, in qua Apostolicæ vitæ splendor dumtaxat matutinabat. Vos, ô sanctissimi Spiritus, & viciniores inaccessibilis sapiẽtiæ fulgoribus intelligentiæ alloquor: *Cui gloriæ non fuerit adæquandum, quòd Mariæ corona vos sitis?* Computent alij perfectionis vestræ titulos, augeant naturæ altitudinem & sublimitatem, coacervent nobilitatis cumulos, exaggerent antiquitatem & numini viciniam, appendant dignitatis pondus, recensent prærogativarum numerum: ego pro gloria vestra pugnans, & omnium ingenia decertans in vestris laudibus superare, nil arbitror celsius aut glorioſius de vobis prædicandum, quàm quòd rudis & velut informis imago sitis effecti excellẽtiarũ & virtutũ Mariæ; ex qua velut ex imperfecta effigie Marianæ gloriæ prærogativarũque monimenta & vestigia decerpuntur.

97 Mediusfidiùs inficias haudquaquã ibo Angelicam naturam altiorem perfectioremque Mariæ naturam evadere, quæ si cum illa conferatur, corruit pondere comparationis depressa, sed absque audaciæ nota conabor edicere, multò amplius Mariã spiritualibus substantijs in ordine & muneribus gratiæ supervectam, quàm in serie & naturæ dotibus posthabitam; & à gratia obtinere, quam alij à natura, dignitatem, & maiestatem adeò illustrem & claram, ut eis superponatur: quod glorioſissimum est, & quandam laudis continens immensitatem: ineffabilisque coronã pulchritudinis: egregiè sanè Simon de Cassia lib. 2. de B. Virgin. cap. 1. Mariam cum Gabriele conferens ait; *Magnus Angelus, magnaque Maria. Magnus & magna, quia uterus ut creatura rationalis esset, accepit. Maior Angelus, maiorque Maria: maior Angelus in natura: maior Maria ex gratia quæ in terris existens visitaverat internis speculationibus Angelos in cœlis: nunc ab ipsis personaliter visitatur in terris. Cœlestis & terrestris; terrestris cœlestem superat.* Simon de Cassia. Inclytum huius rei habes testimonium apud Gerson. lib. 3. super Magnificat. Nam discipulo sic dubitanti & scrutanti: *Perge nunc ostendere, quo pacto sit in Maria pulchritudo quælibet reperibilis in creatura, maximè quia minorata est sicut & filius scilicèt paulò minus ab Angelis: adeò quod naturalis speciositas damnati Luciferi insignior sit ex dictis, quia perfectior. Numquid ut intereà silentium sit de cæteris ex ijs omnibus Mariæ formositatem ornabis vel eam coronabis?* Gerson. In hunc modum Magister respondet: *Ornabo planè, & coronabo. Quod quomodo sit, iam deduxi. Circumdatur quippè omnibus & singulis quasi vestimento decoro, multimoda varietate depicto, quorum omnium virtutes insignes continet, non quidem formaliter, sed eminenter. Vndè si non habet naturalia, qualia habet Angelus etiam damnatus: Iam ideò tamen est admirabilior, & eminẽtior Mariæ pulchritudo, quæ naturam inferiorem, quàm sublimiorem copiosius ornat, & perficit. Nihil sanè luculentius dignius vè.* En quo pacto Maria Angelis coronetur; illustre sanè & mirum eiusmodi coronandi ingenium, ut depressior naturæ sublimioris donis & muneribus coronetur, quæ uberius ipsa à gratia sortitur, quàm sublimior à naturali creatione. Deduxerat autẽ superiùs Gerson modum & rationem, qua Maria iure optimo appellanda esset Angelis coronata, duas iaciens stabilienſque conclusiones iam à nobis num. 52. memoratas: *Prima est: speciositas pulcherrimæ mulieris, quæ sibi datur in Cant. & alibi; plenè nequit intelligi pulchritudinibus aliorum entium non intellectis: exponitur enim per similitudines omnis tam naturalis, quàm artificialis formositas, quibus ignoratis, ut ignoretur transumptio necesse est. Secunda: Speciositas quælibet reperta in creaturis sparsim, tota colligitur in beata & pulcherrima mulieram, vel formaliter, vel eminenter. Hæc est regula divini Dionysij hierarchias ordinantis.* Gerson. Itaque Maria Angelico accingitur diademate, quia in natura Angelica velut in adversarijs aut umbratili & deformi typo delineatæ visuntur excellentiæ, quas Maria à gratia nancisceitur: quas necesse quidem est ut ignoret, qui Angelicam perfectionem profundè non calleat, scilicèt notitia perfecta archetypi non potest quis imbui, typo ab eo transumptò non plenè noto.

98 Etenim quòd Mariæ conceptio cãdidior & nobilior Angelicæ substãtiæ creatione emerserit, non difficulter mihi fatciẽdum

dum erit argumento decerpto ab ſtatu tam naturæ humanæ, quando Maria concepta eſt, quàm intellectualis ſubſtantiæ, quando fuit condita. Cùm enim de Mariæ generatione agebatur, omnium miſerrima conditio naturam tenebat humanam. Nam adeò erat infima, imbecillis, & languida, ut ex illa in lucem prodeuntes nullo impellente, ſtatim in ipſa conceptione ruerent. Antequàm matutinaret voluntatis ardor, & liberum arbitrium elucesceret, quæ ianuam aperiunt peccato, illudque advocant, & inducunt in animum homines, ab illa iniquitate inveniebantur, & capiebantur. De qua Deum alloquitur Vates, cùm ait Pſal. 45.

Pſal. 45. 2. *Deus noſter refugium & virtus, adiutor in tribulationibus, quæ invenerunt nos nimis.* Nam iniquitas, quæ hominem reperit, invaditque ſub rationis defectu contectum, & ſub agreſti & veluti bruta, irrationalique cortice, quæ libertatem ignorat, incluſum; ibique vix natum hominem interimit nondum vitam ſentientem, & ſpiculo mortis confoſſum, ad interitum facilem, dum eſt ad vitæ ſenſum difficilis, verè nimis curioſa, nimis perveſtigatrix, & inventrix nimis iniquitas eſt; ea eſt profectò originalis lues, quæ non expectat hominem rationis compotem, ut ſit piaculi potis; à quo quamvis animus expietur, duri prodeunt & originantur ſatellites, qui vitam hominis infeſtant, & infamant, eamque ad vitium lubricam, & difficilem ad virtutem reddunt. At natura Angelica, dum ſpiritus condebantur ſuperni, à nullo petebatur adverſario, à nemine ad malum concutiebatur, non erat impreſsio ulla ſubita, repentinaque commotio, quæ illam invaderet, & traheret ad ruinam. pacata enim erant omnia & tranquilla, ſerenâque pace fruebatur. Neque ulla ei fuit iniuncta infirmitas, nullius innexus languor, qui ad peccatum illam pelliceret. Enimverò in eiuſmodi naturæ Angelicæ pacifica ſtatione quod nobilis origo prodiret, cui immiſceretur gratia; nec mirum erat facinus, nec glorioſum; quid ni alacris gratia deſcenderet, ubi claſſicum non canebatur, nec horror culpæ imminebat, nec timebatur hoſtis, in quo depellendo erat ſubeundus labor? Quid ni firmitas gratiæ vigeret, & ſtabilitas, ubi vitij non erat lænocinium, neque innatæ illecebræ quæ ad lapſum adlectarent? Quod autem aliqui eſſent, qui ab innata rectitudine degenerarent, nullâ titillatione ab ipſa erumpente natura, quæ à prævio aliquo vulnere læſa non fuit, hoc demirationem meritò exigit. Cæterùm in natura humana, ubi dominabatur infectio, & corruptio, licentioſè graſſabatur, nimiſque curioſus hoſtis in limine adſtabat vitæ, ut illicò venenoſo ictu prolem deſtinaret ad mortem, & ſuo ſubigeret principatui; quod aliqua inſurgeret conſpicua & clara conceptio, ab imminente periculo libera, totiuſque turpitudinis expers, nihil univerſalis detrimenti participans: Meherclè glorioſus gratiæ conatus fuit, illuſtre portentum, generoſus triumphus, præſertim cùm labefactatæ & iactatæ naturæ adeò fuerint indicia deleta, & abacta veſtigia, ut in ſtatu mortali & fragili, exiliique conditione immobilitas immortalis efflòreret. Ea profectò fuit Mariæ generatio, tanto Angelorum creatione clarior, quanto difficilior, quanto ſingularior, quanto dignantius exundantiuſque in illam ſe quàm in Angelicam gratiæ chariſmata fuerunt effuſa. Hanc meo iudicio mentem illuſtrant difficilia verba Ildephonſi, ſi debi a luce perfruantur. Qui lib. de virginit. Sanct. Mar. cap. 10. Paranymphum ſpiritũ alloquens ab eo inquirit, quænam purior & candidior ſubſtantia, Mariana, an Angelica, inquiens: *Tu ſancte Gabriel Angele Domini, qui mitteris ad Virginem Iſrael, qui venis ad matrem Domini, qui properas ad ſingulare virgineum decus in mundo; enarra, quid incorruptius, quid ſincerius, quid integrius, quid ſplendidius inter virginitatem maternam, & naturam Angelicam? Inter virgineam fœcunditatem & Angelicam formationem? Inter corruptibile virgineum decus, & Angelorum exordium? Inter pudorem prole peractum, & Angelicæ nobilitatis initium? Virgo, quæ fœcundatur, & non corrumpitur, an Angelica celſitudo, cuius pars in ruina proſtratur? Decus virgineũ, quod & poſt partũ nitet, an nobilitas Angelica, quæ poſt gloriã culminis damna ſuſtẽtat in ſocijs? Integritas materna, quæ & poſt partũ prolis cõreſcit in gloria Virginis, an cõditio Angelica, quæ detrimentis læſa eſt in electis? Beatitudo Matris, quæ inde fit generatio Dei, unde neſcia corruptionis eſt; an Angelicæ plebis tuæ, quæ ante ſoliditatem invenit diminutionem?* Pro elucubratione horum verborum ſtatuo primum Mariæ virginitatem conferre Ildephonſum cum Angelicæ naturæ formatione, & ipſo ſanctorum ſpirituum exordio. Secundum: Angelicæ ſubſtantiæ initium, ſeu creationem poſtpoſitam ab Ildephonſo Mariæ virginitati ob quandam extrinſecam imperfectionem, & á foris advenientem nobilitati creationis Angelicæ, nempè ſuperbarum intelligentiarum ruinam; nam veluti quoddam dedecus ſentit Ildephõſus formationis Angelicæ, quod ex ſpiritibus Ildephonſ.

nonnulli miſerè fuerint illapſi. Tertium, ex his Ildephonſum conſtringi neceſſariò ad ingenuam Mariæ originem & candidam conceptionem atteſtandum. Nam ſi Mariæ virginitas in ipſo generationis ſuæ inſtanti, aliquam ſubijſſet penitam iacturam, eiq́ue intima aliqua macula inhæſiſſet, ob quam dæmonis imperio procubuiſſet proſtrata: valida non fuiſſet, neque idonea, nec tanto Doctore digna ratio argumentandi Ildephonſi, in qua adſtruit Mariæ virginitatem præferendam Angelicæ naturæ puriſsimo initio, ob id quod aliqui ex Angelis ſuperbè deciderint; quod ſanè argumẽtum abſque intellectualis naturæ iniuria nequiret conflari. Quo enim iure, & ſano conſilio, Angelicæ ſubſtantiæ formatio tãquam defectuoſa ob extrinſecus dedecus ſeu reſpectum poſthaberetur Mariæ virginitati, ſi hæc in ſua origine aliquam intrinſecam labem incurriſſet? Profectò id eſſet fateri, turpiorem eſſe deformitatem, & acrius corrumpentem, quæ ab extrinſeca peccati denominatione, quàm quæ ab intrinſeca labe proveniebat. Sancit ergo Ildephonſus corpoream virginitatem Mariæ ab initio eiuſdem cõceptionis intimè fuiſſe cum animi integritate colligatam & fibulatam; & id tanquam indubitatum præhabens & omni quæſtionis tortura ſuperius, Mariæ virginitatem Angelicæ ſubſtantiæ formationi & initio præeminere. Tanta enim eſt puritas & candor Marianæ conceptionis, & ea nitoris pompa albicat, ut ſi alterius creaturæ quantumvis nobiliſſimæ ingenua formatio, cui tamen ab extrinſeco remotoq́ue reſpectu, vel levis umbra defectus ſuboriatur, cum ea comparetur, inferior ſit æſtimanda. Sufficit enim ſanctiſsimis ſpiritibus, ut ſocios aliquando perduelles habuerint, ſufficit quòd eiuſdem naturæ fuerint coniuncti, ut illorum originalis nobilitas ingenuæ Mariæ conceptionis puritati decedat: ea enim relatio, quæ vel à longe oritur ex rebelliũ ſpirituũ ſocietate, quamvis umbratilis ſit & vana ad dehoneſtandos obſecundantes ſpiritus, ſufficiens eſt ut eorum nobilitatem ſub Mariæ deprimat ingenuitate, quæ adeò clara & ſplendida eſt, ut umbris vel à foris advenientibus rimulas non aperiat. Quòd ſi telum obiectionis in hanc cogitationem vibraveris, aſſerendo, illibatæ Marianæ cõceptioni extrinſecam quoque maculam obrepere, ex eo quòd quemadmodum Angeli, naturam ſortiatur, in qua, non aliquos ſicut Angeli, ſed cunctos, qui eam induũt, ſocios habeat in ipſo vitæ lumine obſcuros, & à tyrannide ſubiugatos; ſpiculum parvipendo, habeoq́ue; nã ex eo glorioſior & ſingularior, ut iã indicavi, Mariæ conceptio aſcendit. Nã aliquos fuiſſe deturbatos à naturæ Angelicę culmine, quę à nullis invaſionibus quaſſabatur, cui inſidias nullus obtendebat hoſtis, ſed innata tranquillitate ſtabilitateq́ue gaudebat, quemadmodum quid illi inglorium fuit, & ipſis ſpiritibus ſtantibus indecorũ ſeu infortunatũ: ita prorſus ſublime & demirandũ, ſupremæq́; felicitatis fuit, ut in natura, in qua omnia erant lubrica & maligna, & quã potentiſsimus adverſarius exarmatã deprehẽdebat, cuius ſubſtãtijs ipſe libertatis defectus, ut peccato nõ inficerentur, tuta non erat ſtatio, unicè Maria pura ſcãderet, & à tot telis ingruẽtibus libera, inſidias technaſq́; adverſarij deludẽs, proſperèq́ue illius caput confringens. Hanc ego reor potiſsimam fuiſſe rationem, ob quam creationem Angelicam Mariæ virginitate depreſsiorem æſtimaret Ildephonſus, & in ſenſu hoc illius mentem interpretor.

99 Et quidẽ negandum non eſt, ſingulare quoddam maieſtatis ſpecimen in eis ſplendeſcere, qui cùm humilioris & tenuioris naturæ ſint, adeò ſunt gratiæ muneribus cumulati, ut præponantur ijs, qui ornatiores ſunt innatis dotibus, perfectioriq́ue naturæ celſiores. Admirantur, ſuſpiciuntq́ue ſuprà ſe in gratuitis poſitos, quos infra ſe in naturalibus demiſſos agnoſcunt: dignumq́; indicant, reverenturq́ue eorũ imperiũ; qui gratiæ ornamentis ſuperioris apparatum naturæ ſuperarunt. Optimum teſtimonium pro hac veritate fulcienda delegere quibis ab Anaſtaſ. Sinait. lib. 4. Hexamer. ſed neſcio an litteræ veritati ſatis exæquatum. Expendit enim dixiſſe Deum, Geneſ. 1. 14. *Fiant luminaria in firmamento cœli, & dividant diem ac noctem, & ſint in ſigna, & tempora, dies & annos, ut luceant in firmamento cœli, & illuminẽt terram, & factum eſt ita.* Deinde ſic ait: *Fecitq́; Deus duo luminaria magna, luminare maius, ut præeſſet diei, & luminare minus, ut præeſſet nocti.* Et animadvertens de luminarium creatione dictũ eſſe: *Fiant luminaria in firmamento cœli:* de formatione verò Solis & Lunæ: *Fecitq́ue Deus duo luminaria magna*, ei⁹ intellectui talis obrepſit cogitatio; ut arbitraretur ſidera & aſtra in firmamento creata; id enim innuunt verba illa: *Fiant luminaria in firmamento cœli*, Solem autẽ & Lunã in terra quidẽ efficta Dei manibus, & poſteà in cœlũ translata; id enim indicat: *Fecit quoque Deus duo luminaria magna*, id eſt, manu & opere condidit in terra, nam poſteà ſubiungitur Deũ illa in cœlo poſuiſſe. Dixi cõſultò me ignorare an hoc ſatis veritati litteræ fuerit fultum: nam textus ſic ait: *Fecitq́ue Deus duo luminaria magna, luminare ma-* Gen. 1. 14.

maius ut præeſſet diei, & luminare minus ut præeſſet nocti, & ſtellas, & poſuit eas in firmamento cœli, ut lucerent ſuper terrã. Vbi pariter de duobus luminaribus ac de ſtellis dictum eſt, à Deo condita, & in cœlo locata. Neque exemplare aliquod invenio, aut translationem, quæ à Vulgata deviet, & Anaſtaſius novitati conceptæ faveat. Quidquid autem de fundamento, cui innixus eſt Anaſtaſius, fuerit; anagogica conſideratio, quam ex eo diſcrimine excitavit, eò pertẽdit, ut adſtruat nobiliorem patriam ſidera & ſtellas nacta utpote firmamentum, quàm Solem & Lunam, quæ humiliori ſolo fuerunt condita; verumtamen tanquam principem poſteà utrumque luminare in firmamento defixum, ut lucis obtineret imperiũ. Nec enim patriæ humilitas eorũ diminuit dignitatem, ſed illuſtravit potius: nam gratiæ dignatione ſupervehi, eis, qui natura digniores ſunt, ſuſpiciendum faſtigiũ prælationis eſt. Huiuſmodi autem diſcriminis inter grandiora luminaria & minora inventi arcanum inveſtigans Anaſtaſius, ſatis aptè ad noſtrum inſtitutum ait; per ſtellas & ſidera ſupernas intelligentias, per Solẽ verò & Lunam deſignari Chriſtum Dominum & Eccleſiam, ſub cuius nomine ego Mariam accipio, quæ pulcherrimus Eccleſiæ animus, & eiuſdem potior & dignior portio eſt. Et ab eo cenſet eorum maieſtatem & gloriam commendari; quòd vilioris patriæ, utique terræ, effecti indigenæ ſceptrum ſuper ſpirituales intelligentias, quæ nobiliorẽ à patria creationem fuerunt adeptæ, ſortiti ſunt. Accipe illum ſic ſacramentum diſ-

Anaſtaſ. Sinait. ferentem: *Fortè enim quòd ab initio in cæli firmamento ſtellæ ſint indigenæ, id figurã habet ſanctorum Angelorum, qui creati ſunt in cœlis, & ideò eas poſuit, antequàm illuceſceret Sol & Luna ſuper terram. Nam ante Solem Chriſtum & Lunam Eccleſiã diviniſſimæ quoque mentes, ſeu intelligentiæ lucem præbebãt ijs qui erant ſuper terram variis modis eis adſiſtentes. Nã quòd duo magna hæc luminaria ſuper terram Deus conſtruxerit, & deinde in firmamento cœli eas poſuerit, ex ipſis ſcripturæ verbis dicimus; dicit enim Legiſlator Moyſes; & dixit Deus, fiant luminaria in firmamẽto cœli, ut qui ſuo iuſſu fecerit hæc ſenſilia, ſed & ea quæ cadunt ſub intelligentiã ſanctorum Angelorum luminantia: ipſe enim dixit, & facta ſunt, ipſe mãdavit, & creata ſunt. Duo autem luminaria non ſic, ſed & fecit Deus luminaria magna, & poſuit ea in firmamẽto cœli; primum fecit, & tũc ea ſupra poſuit. Vbi nam autem ab eo erant facienda, niſi ſuper terram? Non erat enim alius locus extra cœlum, niſi in terra; ubi facta ſunt ab ipſo Deo, & deinde ſublimata ſurſum. Vide mihi rurſus hìc quoque terram ante cœlum à Sole illuminari, & ſic ad cœlum Chriſtũ, qui eſt Sol, remittere poſt eius compoſitionem & conſtructionem, quæ facta eſt ſuper terram.* Strenuum certè ingenium invenit divina Sapientia, quo in Chriſto pariter & Maria ſtupendum miraculum Angelicis ſubſtantijs offerret, & tam Matri quàm Filio ſpirituum cœleſtiũ venerationem & admirationem cõciliaret. Eos quippè humiliori natura induendo eorũque generationem in vili patria & ſqualido ſolo conflando, & demum eos principes in cœleſtibus cõſtituendo, ut gratia vinceret naturã, noſceretur que, quo quis emergit muneribus gratiæ ornatior, principatũ ab eo, qui natura præſtantior eſt, non deprędari, ſed quod ſuum eſt ſibi adciſcere; nã imperium proprium ius & ditio gratiæ cenſendum eſt.

100 Quæ quidem veritas haud invalidè propugnatur ſumpto argumento ex Adæ creatione; de qua ſic textus: *Formavit igitur Dominus Deus hominem de limo terræ, & inſpiravit in faciem eius ſpiraculum vitæ. Plantaverat autem Dominus Deus paradiſum voluptatis à principio, in quo poſuit hominem, quem formaverat,* Geneſ. 2. 7. & clariùs num. 15. *Tulit ergo Dominus Deus hominem, & poſuit eum in paradiſo voluptatis.* Ex quibus apertum eſt, hominem extra paradiſum conditũ, & poſteà in illũ devectũ: ſi verò quæras, cur intra paradiſi ſepta hominis non conſtiterit fabrica, ſed in ſterili & horrido cãpo, ex vilioribuſque telluris fœcibus: è contra Eva nobilius delicatiuſq; fuerit efficta, nẽpè intra paradiſi floridã & ſuaveolentem amœnitatẽ, & ex coſta viri iam Dei ſpiritu animata? Credam ſic id à Deo proviſum, ut iã à ſua creatione homo imperiũ auſpicaretur, & candidã illius indueret. Etenim quia homini dominiũ rerũ omniu etiã Evæ, adlegandũ erat, oportuit ut naturali deſtitueretur nobilitate, undè ex rudi exiliſque & abiecta materia fuit coactus, & in ſterili & infelici ſolo, cõiuge eiuſmodi naturæ donis præſtantior effecta, & tandem princeps ille eſt erectus, & maieſtati deſtinatus, Eva poſthabitã, ne naturæ excellẽtia ſuperbiret fœmina, nec putaret principatũ à naturali præſtãtia exigẽdũ aut derivandũ; ſed à gratiæ fluentis uberioribus, quæ gratius ſanè & felicius in humiliorem naturam confluunt, & corrivantur. Vndè qui ſupellectili naturæ nudus, ſed gratiæ divitijs refertus incedit, pulchros imò regios in auguſto calceamento greſſus & progreſſus facit. Nobilior ergo non fuit Evæ formatio, quamvis in paradiſo coacta

Gen. 2. 7.

& ex latere viri Adæ creatione, quæ extra paradiſum & ex terræ iactabundo leviq́ue pulvere, nam quæ in ea natura vacuum dimiſit, implevit gratia, & non naturæ, ſed gratiæ præſtantia ſpectat ad imperiũ. Habes Ambroſ. apud Lyponan. in Caten. *Apprehendit ergo hominem virtus Dei, inſpirans proceſſus & incrementa virtutis. Denique eum in paradiſo collocavit, ut ſcias apprehenſum quaſi afflatum divina eſſe virtute. Quò loci illud adverte, quòd extra paradiſum vir factus eſt, & mulier intra paradiſum, ut advertas, quòd non loci, non generis nobilitate unuſquiſque, ſed virtute gratiam ſibi comparat. Denique extra paradiſum factus, hoc eſt, in inferiore loco vir melior invenitur: & illa quæ in meliore loco, hoc eſt, in paradiſo facta eſt, inferior reperitur.* Egregiè quoque Angelicus Doctor, 1. par. quæſt. 102. art. 4. in corp. *Paradiſus autem locus fuit congruus habitationi humanæ, quantum ad incorruptionẽ primi ſtatus; incorruptio autem illa non erat hominis ſecundùm naturam, ſed ex ſupernaturali Dei dono. Vt ergo hoc gratiæ Dei imputaretur, nõ humanæ naturæ, Deus hominẽ extra paradiſum fecit, & poſteà ipſũ in paradiſo poſuit, ut habitaret ibi toto tẽpore animalis vitæ, poſtmodũ cũ ſpiritualem vitã adeptus eſſet, transferẽdus in cœlũ.* Demum accedit Anaſtaſ. Sinait. ubi ſuprà: *Exiſtimo autem, quòd etiam extra paradiſum fabricatum eſſe primum parentem Adamum, & deinde poſitum fuiſſe in paradiſo, appoſitè admodũ convenit dici de ſole ſenſili, quoniam ipſe quoque Adam, ſicut dicit ſcriptura, & ſic poſitus eſt in cœlo. Vndè etiam in luminaribus ſcriptum eſt, poſuit, quomodo etiã in homine. Et accepit, inquit, Deus hominem, quem finxit, & poſuit eum in paradiſo, principem eum conſtituens & Evam omnium animantium, ſicut etiã duo luminaria ut imperarent diei & nocti, & ut dominatum haberent in omnia animantia, per quatuor elementa, quæ ſunt in ipſa, ex quibus & per quæ conſiſtit omnis natura corporum tam brutorum quàm volucrũ.* Et poſteà inducit defectũ Evæ diminutionem & ruinam paſſæ, quæ quidem in paradiſo fuerat condita. Superent ergo Angelicæ intelligentiæ Mariæ generationem, eò quòd creatæ fuerint in præſtantiori & ſublimiori natura, eminentioriq́ue patria. Nã Mariæ glorioſa conceptio earum deprimit & humiliat creationis nobilitatem, quia originem adepta eſt adeò ſplendoribus gratiæ coruſcam, & eius muneribus exundantem, ut defectum naturæ inundet, vincatq́ue, & meritò tanquam regina à cœleſtibus excipiatur, & ſuſcipiatur.

Ambroſ.

Angelicus Doctor.

Sinait.

101 *Et in capite eius corona ſtellarum duodecim.* Hoc ſtellarum ſertum exiſtimat Ioan. Gerſon. coruſcationes illas innuere & ſplendores, quibus circumfundebatur Maria, diviræ Eſſentiæ claritati & fruitioni immerſa: ex immenſo enim gaudio fulgoribuſq́ue, quos in illo voluptatis torrente & lucis fonte ebibebat, quidam reſiliebant, reflexioniſq́ue erumpebant radij, qui inſtar glorioſi diadematis illius caput coronabant, indiceſq́ue erant gaudij & luminis, quibus ſuperfundebatur eius animus, divinitatis arcanum & abyſſum profundiſsimam penetrans. Sic enim ait Gerſon tractat. 3. ſuper Magnificat: *Quocirca verſis ad Mariæ pulchritudinem oculis, perpende, ſi potes, qualis fuerit in via ſtatus ſive mentis aut ſpiritus, quàm ſublimis in arce contemplationis, quàm elevata à terra ſurſum, quantis irradiata fulgoribus ab iſto, qui illuminat mirabiliter à montibus æternis. Vndè turbati ſunt omnes inſipientes corde, qui dicunt ſaltim affectu, vel effectu, & ſi non aſſenſu, in corde ſuo: Non eſt Deus. Si erat ut mulier amicta Sole iuſtitiæ, cuius ſub pedibus Luna totius mutabilitatis creaturarum, & in capite eius pulcherrima ſpiritualium ſiderum in æternitate ſplendentium corona: quid inde colligi poteſt, ſi vales conſidera. Nonnè lumen illud immenſum ſcintillabat aliquoties ad oculum mentis intuendum ſe inde præbens, qualiter in via vidiſſe Moyſes & Paulus exiſtimantur? Nonnè ſicut in rimula quadam exilis coruſcationis, dũ oculos ferit emicans flamma mox diſparens; ita fulgurabat in mente Mariæ ſplendor divinæ gloriæ?* Mitto argumentum à me conflatum ex Gerſonis doctrina ſuprà num. 52. ubi deduxi Mariam divinæ Eſſentiæ fruitionem à primo ſuæ conceptionis inſtanti fuiſſe adeptam: in quam idem Gerſon inclinat tractat. 9. ſuper Magnificat. Vbi poſtquàm adſtruxerit iuxta fidei pietatem probabiliter eſſe credendũ, quòd Maria ſanctiſsima in Cœnaculo, ubi ſacramentum Euchariſtiæ venerandum fuit inſtitutum, Filius corpus ſuum communicaverit, ſubiungit: *Probabilia inſuper ſunt plurima de & ſuper hac beata beatarum, quæ ſunt potius accipienda de pietate devotionis, quàm de fidei neceſſitate, aut temeritate aſſertionis; ubi non ſuppetit authoritas ſcripturæ cogens, aut ratio convincens.* Cùm autem diſcipulus urgeret, dicens: *Non placet ratiocinatio aliquorum generalis, dum arguunt: Deus potuit conferre hanc gratiam matri ſuæ; ergo contulit. Potuit itaque dare fruitio-*

Gerſon.

Gerſon.

tionem patriæ ab inſtanti conceptionis cum aliis multis, quæ certum eſt, non dediſſe. Ignorantiam diſcipuli Magiſter retundens; erudienſque quo ſale argumentum illud eſſet condiendum, ut non inficietur, reſpondit: *Quid ſi addatur ad poſſe Dei, quòd hæc decuit dare Matri ſuæ?* Quaſi dicat: privilegia & prærogativæ, quas filius poteſt impertiri matri, decetque ut impertiatur; matri denegandæ non ſunt, id enim fidei & devotionis pietas docet. Rurſus diſcipulus dictis non perfectè acquieſcens ſic ad hominem magiſtrum arguit: *Redit in mentem opuſculum tuum pro articulo ſimili in materia probationis articulorum fidei; cuius reſolutio finalis ſtat in hoc, quòd in rebus ad extra non Deus dicendus eſt facere aliqua, quia decentia ſunt & bona; ſed contrariò potius aliqua dicuntur, & ſunt bona, quia Deus talia vult eſſe illa.* Cui magiſter: *Sic eſt, ut meminiſti: ſic tollendum eſt argumentum tale ad intelligentiam veritatis, niſi præſuppoſita rectitudine fidei; alioquin non ædificatio, ſed irriſio venit.* Rectitudinem fidei vocat Gerſon pietatem fidei. Quamobrem diſcipulos ut ſermonem magiſtrique mentem plenè calleat, illicò inquirit: *Quid eſt pietas fidei?* Ad quem magiſter: *Pietas fidei eſt probabilis, ſeu veroſimilis opinio ſub aliquibus, quæ devotionem ædificare poſſunt, quæ ex ſcripturis authenticis, nec clarè ſequuntur, nec repugnant, & ſic accipi volo, quæ pridem vel deinceps pronuntiavero.* Sic ſanctum reliquit Gerſon, Mariam in ſua conceptione felicitate patriæ, & divinæ Eſſentiæ fruitione delibutam, quia hanc prærogativam potuit filius matri deferre, & ut deferret, decentia poſtulabat, & pietas fidei, nam veriſimilis & probabilis opinio eſt, quæ poteſt ædificare, divinamque commendare potentiam & pietatem erga parentem, non quidem quæ ex ſacræ Paginæ clara luce oriatur, ſed tamen quæ ei non reluctetur: ſic Gerſon accipi ſtuduit quæ pridem docuit, docuit autem nuper præfatum Mariæ privilegium. Cæterùm ſi Maria à primo ſuæ vitæ exordio divinæ Eſſentiæ pelago fuit immerſa, & beatificæ viſionis torrente epotata, manifeſtum eſt eius generationem nobiliſsimam fuiſſe, & ab ea originale piaculum longè proterminatum: tantum enim privilegij & gratiæ munus non inimicis, ſed amicis & purgatiſsimis confertur animis.

102 Sed do libenter, quòd Divinæ viſionis prærogativa Maria à prima ſui origine non fuerit affecta; dum mihi cedant, quòd aliquando dum viatrix fuit, & priuſquàm vitam exceſſerit, eâ fuerit potita, ut pleriſque aſſerunt Patres, quos ſi ambieris conſulere, invenies mirificè illuſtratos apud Reverendiſsimum Patrem Ferdinandum de Salazar, in opere ſuo aureo æternitatiſque ob excellentiam candidato pro immaculata Deiparæ Virginis conceptione, cap. 35. §. 4. tanti ingenij, tamque dexteri fauſta prole, quem meritò deſiderarunt, & inviderunt priora ſæcula, noſtra ſumma gratulatione colunt, & ſuſpiciunt, in quo pariter decertant & erga Virginem devotus affectus, & ingenij acies ſolertiaque, & incredibilis ſanctorum Patrum eruditio, quam in hac re penè exhauſit, & vix poſteritati quid elaborandum reliquit; ſic tamè decertant, ut ancipitem ambiguamque ſuſtineant victoriam; quæ ſi pro aliquo ex cõtendentibus vexillum efferat, verſet, reverſetque, rurſum quid fuerit glorioſius dubitabis, viciſſe vel vinci, & cui potius invidẽdum, victori vel victis. Tunc autem à duplici Patrum ſentẽtia dua tela depromam, quibus immunem prorſus ab originali noxa ſanctiſsimæ mulieris originem propugnabo; tela, inquam, non facilè hebetanda, neque retundenda.

103 Vibrabis forſan in opinionem aſſerentem Mariæ viatricis habitum adhuc induentis mentem ad Deificæ viſionis gloriam elevatam iacula petita, tum ab Exod. 33. 20. ubi Dominus ad Moyſen: *Non poteris videre faciem meam; non enim videbit me homo, & vivet.* Exod. 33. 20. Tum à Ioan. 1. 18. *Deum nemo vidit unquam, unigenitus Filius, qui eſt in ſinu Patris, ipſe enarravit,* & Epiſtol. eiuſdem 1. cap. 4. 12. *Deum nemo vidit unquam.* Ioan. 1. 18. Quo teſtimonio uſus eſt Paulus 1. ad Timoth. 6. 15. *Beatus & ſolus potens Rex regum, & Dominus dominantium, qui ſolus habet immortalitatem, & lucem habitat inacceſibilem, quem nullus hominum vidit, ſed nec videre poteſt.* Ad Timoth. 6. 15. Pro cuius pronuntiati explicatione, & edictæ indictæque legis univerſalis interpretatione gemina eſt Patrum ſententia, ut alias omittam. Prima teſtatur hominem non vivere, ſi faciem Dei videat, quia vita beata petit præmittitque ad ſui fruitionem diſſolutionem corporis. Vndè de ijs, qui peregrinantur in hoc ſæculo, fulminatur edictum, quòd Deũ nullus hominum vidit, ſed nec videre poteſt: quapropter neceſſum eſt corporis tabernaculum deponi, ut ſpiritus liber aſcendat ad Deum ſpectandum. Militat pro hac ſententia Interlinealis: *Quod igitur ait Dominus ad Moyſen: Non poteris videre faciem meam, ipſam viam intellige Divinæ ſubſtantiæ, cuius ratio protinus ſubditur. Non enim videbit me per* Interlinealis.

incircumſcriptam eſſentiam, & vivet mortali carne. Guerricus Abbas ſerm. de purg. & adorn. cordis affectibus: *Sextus ornatus thalami Sion eſt intellectus, qui mentẽ hominis ſuper hæc infirma rapit, omneſque corporeas ſubſtantias intellectual. intuitu tranſiens noncorporeis ſubſtantijs figitur; volenſque ultrà progredi, & propius accedere, audit à Dño; ne appropinques huc. Non enim videbit me homo, & vivet.* Gregor. lib. 18. moral. c. 13. *Quia enim ſuis dilectoribus hæc Dei ſapientia ſe quandoque oſtenderet, ipſe pollicetur, dicens Qui diligit me, diligetur à Patre meo, & ego diligã eũ, & manifeſtabo me ipſum illi: ac ſi patenter dicat. Qui in veſtra me cernitis, reſtat, ut in mea me natura videatis. Hinc rurſus ait: Beati mundo corde, quoniam ipſi Deum videbunt: & Paulus dicit; Nunc videmus per ſpeculum in ænigmate: tunc autem facie ad faciem. Nũc cognoſco ex parte, tunc autem cognoſcam, ſicut & cognitus ſum.* Bernardus ſerm. 31. ſuper Cant. *At talis viſio non eſt vitæ præſentis, ſed in noviſſimis reſervatur; ijs dumtaxat, qui dicere poſſunt: Scimus, quia cũ apparuerit, ſimiles ei erimus, quia videbimus eum ſicuti eſt: & nunc quidem apparet quibus vult, ſed ſicuti vult, nõ ſicuti eſt. Non ſapiens, nõ Sanctus, nõ Prophetа videre illum ſicuti eſt, poteſt, aut potuit in corpore hoc mortali; poterit autem in immortali, qui dignius habebitur. Itaque videtur & hic, ſed ſicut videtur ipſi, & nõ ſicuti eſt.* Pro multis ſufficiat Angelicus Doctor ſuper Iob, cap. 19. lect. 2. *Manifeſtum eſt, quòd caro hominis ſecundùm ſtatum vitæ præſentis corruptibilis eſt, corpus autem, quod corrumpitur, aggravat animam, ut dicitur Sapien. 9. & ideò nullus in hac mortali carne vivens poteſt videre Deum, ſed caro, quam anima in reſurrectione reſumet; eadem quidem erit per ſubſtantiam, neque corruptionem habebit ex divino munere ſecundùm illud Apoſt. 1. ad Corint. 15. Oportet corruptibile hoc induere in corruptionem. Et ideò illa caro huius conditionis erit, quòd in nullo animam impediat, quin Deum poſſit videre, ſed erit ei omninò ſubiecta: quod ignorans Porfidius dixit, quòd animæ, ad hoc ut fiat beata, omne corpus fugiendum eſt, quaſi anima ſit Deum viſura, non homo, & ad hoc excludendum ait Sanctus Iob: Quem viſurus ſum ego ipſe,* & 1. par. quæſt. 12. art. 11. in corp. ad 1. & 2. *Sciendum, quòd ab homine puro Deus videri per eſſentiam non poteſt, niſi ab hac vita mortali ſeparetur. Cuius ratio eſt, quia modus cognitionis ſequitur modum naturæ rei cognoſcentis. Anima autem noſtra, quamdiu in hac vita vivimus, habet eſſe in materia corporali. Vndè naturaliter non cognoſcit aliqua, niſi quæ habent formam in materia, vel quæ per huiuſmodi cognoſci poſſunt. Manifeſtum eſt autem, quòd per naturas rerum materialium divina Eſſentia cognoſci non poteſt. Oſtenſum eſt enim ſuprà, quòd cognitio Dei per quamcumque ſimilitudinem creatam, non eſt viſio eſſentiæ ipſius. Vndè impoſſibile eſt animæ hominis ſecundùm hanc vitam viventis eſſentiam Dei videre. Et huius ſignum eſt, quòd anima noſtra quanto magis à corporalibus abſtrahitur, tanto intelligibilium abſtractorum fit capatior. Vndè in ſomnijs & alienationibus à ſenſibus corporis, magis divinæ revelationes percipiuntur, & prævisiones futurorum. Quòd ergo anima elevetur uſque ad ſupremum intelligibilium, quod eſt eſſentia Divina, eſſe non poteſt, quamdiu hac mortali vita utitur. Quòd ſi in Scripturis dicitur aliquis Deum vidiſſe, id intelligitur, in quantum formatæ ſunt figuræ vel ſenſibiles, vel imaginariæ ſecundùm aliquam ſimilitudinem aliquod divinum repræſentãtes. Quod ergo dicit Iacob: Vidi Deum facie ad faciem, referendum eſt non ad ipſam divinam Eſſentiam, ſed ad figuram, in qua repræſentabatur Deus. Et hoc ipſum ad quamdam prophetiæ eminentiam pertinet, ut videatur perſona Dei loquentis, vel loquens Deus licèt imaginaria viſione: vel hoc dicit Iacob ad deſignandam quandam eminentiam intelligibilem contemplationis ſupra communem ſtatum.* Et in Epiſtol. ad Coloſſenſ. cap. 1. lect. 4. *Non poteris videre faciem meam. Notandum, quòd Deus dicitur inviſibilis, quia excedit capacitatem viſionis cuiuſcunque intellectus creati, ita quòd nullus intellectus creatus naturali cognitione poteſt pertingere ad eius eſſentiam: Iob. 36. Ecce Deus magnus vincens ſcientiam noſtram, 1. ad Timoth. ultimo. Lucem habitat inacceſsibilem, &c. Videtur ergo à beatis ex gratia, non ex natura. Ratio huius aſsignatur à Dionyſio, quia omnis cognitio terminatur ad exiſtens, id eſt, ad aliquam naturam participantem eſſe: Deus autem eſt ipſum eſſe non participatum: ergo eſt incognitus:* & in 2. ad Corint. cap. 12. lect. 2. *Demum ſciendum, quòd divinam Eſſentiam nullus in hac vita poſitus, & hac mortali vita vivẽs videre poteſt. Vndè dixit Dominus Moyſi: nõ videbit me homo, & vivet, id eſt, nõ videbit me homo, niſi totaliter ſeparetur à corpore: ita ſcilicèt, quòd anima eius non inſit corpori ut forma, vel ſi ineſt ut forma, tamen mens eius omninò in huiuſmodi vi-*

Guerricus.

Gregorius.

Bernardus.

Angelicus Doctor.

Idem.

Idem.

Idem.

viſione totaliter alienetur à ſenſibus. Ex quibus omnibus ſic argumentum conflo. Præcipuum & ferè unicum fundamentum, quo nititur contraria ſententia, immunitatem ab originali macula Deiparæ denegans, eſt univerſalis & abſoluta lex illa impoſita poſteris Adæ, de qua Paulus ad Roman. 5. 10. *Sicut ſcriptum eſt, quia non eſt iuſtus quiſquam, non eſt intelligens, non eſt requirens Deum. Omnes declinaverunt, ſimul inutiles facti ſunt, non eſt qui faciat bonum, non eſt uſque ad unum*: & cap. 5. 12. *Propterea ſicut per unum hominem peccatum in hunc mundum intravit, & per peccatum mors, & ita in omnes homines mors pertranſijt, in quo omnes peccaverunt*, & num. 18. *Igitur ſicut per unius delictum in omnes homines in condemnationem: ſic per unius iuſtitiam in omnes homines in iuſtificationem vitæ*, & 1. Corint. 15. 21. *Quoniam quidem per hominẽ mors, & per hominem reſurrectio mortuorum, & ſicut in Adam omnes moriuntur; ita & in Chriſto omnes vivificabuntur.* Si ergo lex hæc à Deo lata in Adæ ſoboſe propter eiuſdem peccatum, quia generaliter & abſolutè edicta eſt, nullam patitur ſui exceptionem, ſed intelligenda eſt ad omnes protenſa & evagata: Meherclè lex de divina Eſſentia in hac vita mortali nemini manifeſtanda, non minùs eſt univerſalis, & abſoluta. Quæ enim lex arctior ſtrictior vè, & generalius extenſa poteſt excogitari, quàm quæ affirmat: *Non enim videbit me homo, & vivet*, & : *Quem nullus hominum vidit, ſed nec videre poteſt?* Et quidem rigidior, & indiſſolubilior videtur lex hæc, quàm prior; ſiquidem illa haudquaquam poſsibilitatem, hæc tamen inficiari videtur; & tamen in huius legis edictione noluit Deus Mariam ſub illa comprehendi, quam in hac vita beatifica eſſentiæ ſuæ viſione decrevit honorare; cur ergo interdicendus eſt locus prioris legis interpretationi, negandumque quòd ab illa lege & pacto, quod ſtatuit Deus cum Adamo, beatam Virginem tunc fuiſſe exemptam, & ab illa univerſali indictione excluſam? Dediſco profectò, quæ diſcriminis ratio poſsit inveniri. Objicies D. Thom. non aſſeruiſſe B. Virginem mortali amictu circumfuſam felicitate divinæ viſionis fuiſſe potitam, neque ab univerſali ea lege fuiſſe liberam, & conſequenter argumentum adverſus eum inermiter ignaviterque militare. Cui præſtò ſum: nam Angelicus Doctor ab ea lege ſentit nonnullos fuiſſe liberos, nec decreviſſe Deum eos ſub illa arctari; quapropter ubi ſuprà, poſtquam ſtatuerit, eam legem de divina Eſſentia viatoribus non revelanda eſſe intelligendam; ſubdidit: *Verum eſt tamen, quòd ſicut Deus miraculosè aliquid ſupernaturaliter in rebus corporeis operatur, ita etiam & ſupernaturaliter, & præter communem ordinem mentes aliquorum in hac carne viventium, ſed non ſenſibus carnis utentium, uſque ad viſionem ſuæ eſſentiæ elevavit. Vt dicit Auguſtin. 12. ſuper Geneſ. ad litter. & in lib. de videndo Deo: de Moyſe, qui fuit Magiſter Iudæorum, & de Paulo, qui fuit Magiſter Gentium.* Quemadmodum ergo cenſet D. Thom. præter univerſalem rerum tenorem in generali illa lege: *Quem nullus hominum vidit, ſed neque videre poteſt*, decreviſſe Deum Paulum & Moyſen non obſerare, quos voluit in vita hac mortali gloriæ gaudijs initiari, quid, quæſo, obeſt, ut cenſeat, ſanxiſſe Deum Mariam ab univerſalitate legis & fœderis initi cum Adamo, iri excluſam? Dices Scripturæ eſſe teſtimonia, quæ innuunt, ea privilegia Moyſi & Paulo fuiſſe impertita, quibus fultus D. Thom. piè in eam propendit ſententiam. Et rogo, deſuntne ſacri Textus teſtimonia, quæ inducant animos in pium iudicium de illibata Mariæ conceptione edendum? Deficiunt Patres, qui ea pro Mariæ originali nobilitate interpretentur? Num Eccleſia in eam adſtruendam, & confirmandam illa non affert?

Ad Rom. 5. 10.

Ad Rom. 5. 12.

1. Corint. 15. 21.

D. Thom.

104 Secunda ſententia teſtatur edictum illud: *Quem nullus hominum vidit, ſed nec videre poteſt*: ſic eſſe accipiendum, ut ea puritas & dignitas ab homine ad divinæ eſſentiæ fruitionem exigatur, quæ non patiatur, quòd peccati corpore obvallatus, Adamique flagitio infectus, & ab eo quaſi per ſequelam affectionibus paſsionibuſque emanantibus irretitus ad eam felicitatem fuerit efferendus & advocandus; decet enim tantum felicitatis faſtigium ut homo ad illud evehendus prava prima origine, quam à parente Adamo traxit, depoſita & tumulata, denuò generetur, ut illuſtri iam generatione renatus & nuptiali veſte indutus ad cœleſte Angelorum convivium admittatur. Huic ſenſui adhæret Ambroſ. lib. de bono mortis, cap. 11. *Non enim videbit me homo, & vivet. Rectè quidem, nam ſi Solis radios oculi noſtri ferre non poſſunt, & ſi quis diutius è regione Solem intenderit, cæcari ſolere perhibetur: Si creatura creaturam ſine fraude & offenſione ſui non poteſt intueri, quomodo poteſt ſine periculo ſui vibrantem cernere vultum Creatoris æterni corporis huius coopertus exuvijs? Quis enim iuſtificatur in conſpectu Dei, cum*

Ambroſ.

unius quoque diei infans mundus à peccato eſſe non poſſit, & nemo poſſit de ſui cordis integritate & caſtimonia gloriari? Sed quia iuſti hanc remunerationem habent, ut videant faciem Dei, & lumen illud, quod illuminat omnem hominem; ab hinc induamus huiuſmodi ſtudium, ut appropinquet anima noſtra Deo, appropinquet oratio, adhæreat illi noſtrum deſiderium, non ſeparemur ab eo. Et hìc quidem poſiti meditando, legendo, quærendo copulemur Deo, cognoſcamus eum, ut poſſumus. Ex parte enim hìc cognoſcimus, quia hìc imperfecta, illic perfecta omnia; hìc parvuli, illic robuſti. Videmus, inquit, nunc per ſpeculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem. Tunc revelata facie gloriam Dei ſpeculari licebit, quam nunc animæ corporis huius concretis viſceribus involutæ ex quibuſdam carnis huius maculis & colluvionibus obumbratæ ſincerè videre non poſſunt. Vbi manifeſtè docet Ambroſ. animas noſtras non tam ad Deum videndum præpeditas à corporis mole, & craſſa materia, quibus in hac vita implicantur, quàm ab immunditia & peccatorum maculis, quæ ex Adami labe illis quotidie obtingunt, nec tam impedimentum ſuboriri à corpore materiali, quàm à corpore peccati quod circumferunt. Illud enim indicant verba illa: *Quis enim iuſtificatur in conſpectu Dei, &c.* Item ea. *Quã nunc anima corporis huius concretis viſceribus involutæ ex quibuſdam carnis huius maculis & colluvionibus obumbratæ ſincerè videre non poſſunt.* Et in Pſalm. 118.

Idem. ſerm. 8. ubi ſic de Moyſe ait: *Sed fortaſſe quia adhuc Dei frequentioribus viſitationibus mundus à vitio non foret, nec fuerit in principio perfectus, utpote cui ante paululum dictum erat; Solve calceamẽtum pedum tuorum, illud utique calceamentum, quod de Ægypto detulerat, hoc eſt, corporeæ converſationis involucrum, ideò dicit ei Dominus. Nemo hominum videbit faciẽ meam, & vivet. Quando dictum ſit conſidera: Nondum ei dictum erat, faciam te in Deum Regi Pharaoni; adhuc homo erat, ideò iſtud ei dicitur. Proceſſu debebatur ut Deus fieret; & ideò dictum eſt ei. De homine dixit: deſiſte hominis habere peccata, & videbis faciem meam. Qui enim faciem meã videt, debet eſſe ſine peccato. Sed quia homo ſine peccato eſſe non poteſt, ideò ut in Dei appellatione poſsit excreſcere, commonetur: & quid de Dei appellatione dicamus? Eſto Angelus, hoc eſt, divini miniſter imperij, obſequere mandatis Domini. Cũ fueris Angelus, videbis faciem Domini. Magnum eſt videre Dei vultum. Lex tibi dicit; ut tertio te offeras in Ieruſalem. Ipſe Dominus Ieſus ait: Beati mundo corde, ipſi enim Deum videbunt. Advertis, quid à te exigitur, ut videas Deum, cui vitæ propoſita ſit prærogativa videndi Deum. Emunda igitur cor tuum, ut quaſi novum creetur renovato ſpiritu. Omnes pollutas cogitationes de corde tuo abijce, nihil ſit quo tuus inquinetur affectus: ſimplex mens, pura ſinceritas ſit. Talibus ſe Dominus, cùm volucrum corpus depoſuerint, demonſtrare dignatur.* Vt Moyſes Dei fungatur intima mentis coniunctione præſentia, efflagitat Ambroſ. ut inſtar Angelis ſit, qui nobili, inquam, ſit origine conditus, & ideò ſubiungit, ut novum cor eius creetur, id eſt, quòd per regenerationem in gratia & gloriæ ſplendoribus emergat; extincto iam & abolito quidquid ab Adami reatu profluxerat. Quapropter prius dixerat Ambroſ. *Irritus quidem erat poſtulationis effectus, ſed affectus probabilis ſervi, qui ultra naturam ſuam devotione progreſſus, de Angelis Domini æſtimabat, quantum in Domini vultu plus deſideraret, quo cupiditatem ſuam geſtiret explere. Noverat in ipſo homine aliã poſt mortem futuram gloriam, aliam claritatẽ; ſicut enim ſtella in claritate eſt, ita & reſurrectio mortuorum. Quæ & ſi ſeminatur in corruptione, ſurgit tamen in incorruptione, ſurgit in gloria, ſurgit in virtute, ſurgit corpus ſpiritale. Qui ergo hæc ſcire poterat, meritò præſumebat ut vultum Dei cuperet, quem eſſet ſopitus corpore mortis viſurus.* Vbi innuere videtur Ambroſ. Moyſen, quippè qui cognoſcebat purgationem candoremque animi, quem divina poſtulat fruitio, dum eam petijt à Domino, corporis poſtulaſſe diſſolutionem, ut corporeis peccati exuvijs nudatus, & glorioſa generatione denuò conditus ad inſpectandum divinum arcanum gloriamque eius ſpeculandam dignus & decens accederet. Iuvat

Gregorius. hæc Gregor. lib. 18. Moral. cap. 37. *Quiſquis ſapientiam, quæ Deus eſt, videt, huic vitæ funditus moritur, ne iam eius amore teneatur. Nullus quippè eam vidit, qui adhuc carnaliter vivit, quia nemo poteſt Deũ ſimul amplecti & ſæculum. Qui enim Deũ videt, eo ipſo moritur, quo vel intentione cordis, vel effectu operis ab huius vitæ delectationibus tota mente ſeparatur. Vndè adhuc ad Moyſen dicitur: Non videbit me homo, & vivet. Ac ſi apertè diceretur. Nullus unquam Deum ſpiritualiter videt, & mundo carnaliter vivit.* Nec diſcriminatur ab his Angelicus Doctor ſuprà

D. Thom. ſcriptus afferens: *Manifeſtum eſt, quòd caro hominis ſecundùm ſtatum vitæ præſentis corruptibilis eſt; corpus autẽ quod corrumpitur, aggravat animã, ut dicitur Sap. 9. &*

9. & ideò nullus in hac mortali carne vivens poteſt videre Deum, ſed caro, quam anima in reſurrectione reſumet, eadem quidem erit per ſubſtantiam, neque corruptionem habebit ex divino munere ſecundùm illud Apoſt. ad Corint. 15. Oportet corruptibile hoc induere incorruptionem, & ideò illa caro huius cõditionis erit, quòd in nullo animam impediat, quin Deum poſsit videre, ſed erit ei omnino ſubiecta. Appende præcipuè hæc ultima verba, in quibus abſque aliqua tergiverſatione docere videtur D. Thom. in vita hac mortali neutiquàm animũ poſſe obtutus in divina eſſentia defigere, ob fomitem rebellionemque adverſus rectam rationem, & animi puritatem, ideòque corpus, quod ex reſurrectionis generatione renaſcitur, animum non impediet, quin Deum poſsit videre, quia erit ei omnino ſubiectum.

105 Pro locupletiori horum Patrum, præſertim Ambroſ. qui ſplendidius ſuam edixit ſententiam, intellectu, ſciendum eſt: corpus hoc corruptibile per Adæ propaginem editum, originali corruptione infectũ, & ijs omnibus affectionibus & pœnalitatibus addictum, quæ illã inſequntur, ab Apoſtolo corpus peccati frequentius appellari, & ipſum fomitem, qui à primo flagitio tanquam ſequela quædam oritur, quoque nuncupari peccatũ, ut ſuperiùs admonui num. 64. Quapropter Paulus ad Rom. 6. num. 6. ait: *Hoc ſcientes, quia vetus homo noſter ſimul crucifixus eſt: ut deſtruatur corpus peccati, & ultra non ſerviamus peccato.* In quem locum Anſelmus indagans quod appellet Apoſtolus *corpus peccati*, inquit: *Vetus enim homo eſt vetuſta converſatio, fomes & conſuetudo peccati, & quidquid vitiorum ex primo parente ſumpſit initium, qui tamen noſter eſt, quia ex nobis, non ex Deo. Et iſte vetus homo cum crucifixione Chriſti ita debilitatus eſt, ut dominante ratione deſtruatur corpus peccati, id eſt peccatum ſecundũ omnia membra ſua deſtruatur. Vnum enim vitium membrum eſt peccati, corpus autem univerſitas delictorum, quorum principium eſt originale peccatum.* Quia verò ut docet Trident. Synodus, ſeſſ. 5. in decreto de peccato originali, adhuc intinctis fonte baptiſmatis, licèt peccatum originale prorſus ſit expunctum, manet cõcupiſcentia vel fomes, qui interdum ab Apoſtolo peccatum appellatur, *non quidem quòd verè & propriè in renatis peccatum ſit, ſed quia ex peccato eſt, & ad peccatum inclinat.* Oportet ut corpus his affectum conditionibus, & inteſtino bello gravidum, ſtimulumque intra ſe ſentiens adverſus rationem erumpentem, prorſus ſepeliatur, & denuò per Dei virtutem in gratia & gloria regeneretur, quò divinis conſpectibus dignus fiat. Candor enim æternæ lucis adeò purus eſt, & puritatis amicus, ut nullum, ut ſe præbeat ſpectandum, patiatur ignobilis originis veſtigium, nec ſordidæ cortuptionis indicium, ſed animum ita purgatum defæcatumque in ſpectatoribus ſuis, ut quidquid pravam originem redoleat, in eis ſepultum maneat, & per novam generationẽ nobilemque grati & glorioſi repullulent. Doctrinam hanc docuit apertè Apoſtolus 1. ad Corint. 15. 21. *Quoniam quidem per hominem mors, & per hominem reſurrectio mortuorum, & ſicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Chriſto omnes vivificabuntur: unuſquiſque in ſuo ordine, &c.* Interpretem accipe Tertul. lib. de reſurrect. carn. cap. 48. *Quia per hominem mors, & per hominem reſurrectio, ut ſeparet quidem authores, mortis Adam, Chriſtum reſurrectionis, eiuſdem autem conſtitueret ſubſtantiæ reſurrectionem, cuius & mortem per ipſorum authorum in nomine hominis comparationem. Si enim ſicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Chriſto omnes vivificabuntur; carne vivificabuntur in Chriſto, ſicut in Adam omnes moriuntur.* Ecce ex adverſo opponit regenerationem reſurrectionis, per quam vivificabimur in Chriſto, Adæ generationi: nam ſicut per hanc mortui generamur ſpiritualiter, & temporali morti devoti ſeu deſtinati, ſic per illã gratioſi & glorioſi regeneramur iam æternitati conſecrati: ſi verò inquiras ab Apoſtolo, quorſum hæc tendit regenerationis providentia, in qua prima infamis generatio tumulata diſpereat, ſubdit: *Deinde finis cùm tradiderit Deo regnum patri*, hoc eſt, ut ſic ſuos beatificæviſioni præſentet idoneos. Anſelmus: *Tradet, inquam, regnum patri à fide incarnationis ſuæ ad ſpeciem deitatis, perducens eos, qui nunc ſibi credunt: non ut ipſe amittat, ſed ut uterque ſe unum ad fruendum contemplantibus præbeat.* Modo autem reſurrectionis imbuens nos Apoſtolus addit: *Sed dicet aliquis: Quomodo reſurgent mortui? Quali autem corpore venient? Inſipiens tu, quod ſeminas, non vivificatur, niſi prius moriatur: Et quod ſeminas, non corpus, quod futurum eſt, ſeminas, ut nudum granum ut puta tritici, aut alicuius cæterorum. Deus autem dat illi corpus ſicut vult, & vnicuique ſeminum proprium corpus.* Vide mihi qualem Apoſtolus deſcribat regenerationem ad Deificam viſionem neceſſariam, nempè in qua quod primum generatum erat, deficiat & moriatur, adeòque novitate ornatus immutatum ſuperveniat; quaſi aliud ab eo, quod prius fuerat,

Ad Rom. 6. 6.

Anſelmus.

Concil. Trident.

1. Ad Corin. 15. 21.

Tertul.

Anſelmus.

rat, appareat; ſicut quod renaſcitur granũ, non eſt ſemen in terra ſatum & deperditũ. Præferat lucem Tertul. lib. de Reſurrect.
Tertullia. car. cap. 52. *Stulte, tu quod ſeminas, non vivificatur, niſi mortuum fuerit. Hoc ergo iam de exemplo ſeminis conſtet, non aliam vivificari carnem, quàm ipſam, quæ erat mortua. Et ita ſequentia relucebunt. Nihil autem adverſus regulam exẽpli licebit intelligi, ne quia ſequitur, & quod ſeminas, non corpus, quod futurum eſt ſeminas, idcirco aliud reſurrecturum corpus, quàm quod moriendo ſeminatur, exiſtimes. Cæterum excidiſti ab exemplo: nunquam enim frumento ſeminato, & in terra diſſoluto, hordeum erumpit, & non id ipſum genus grani, eademque natura, qualitate, & forma.* Et paulo pòſt explicans quo pacto, quod futurum eſt, non feratur, ſubiungit: *Seritur enim ſolummodo granum ſine folliculi veſte, ſine fundamento ariſtæ, ſine ſuperbia culmi. Exurgit autem copia fœneratum, compagine ædificatum, ordine extructum, cultu munitum, & uſquequaque veſtitum. Hæc ſunt ei corpus, à Deo aliud, in quod abolitione, ſed ampliatione mutatur. Et unicuique ſeminum ſuum corpus deputavit; non ſuum, id eſt, nõ priſtinum, ut tunc & illud ſuum ſit, quod extrinſecus à Deo acquirit.* Eadem habes
Anſelmus. apud Anſelmum, qui epilogat: *Tali ergo corpore reſurgentes venient, id eſt, eiuſdem ſubſtantiæ, ſed melioratæ, & innovatæ corpus recipiet ſuum unuſquiſque.* Porrò Apoſtolus mentem ſuam clariùs aperiens ſubmittit: *Seminatur in corruptione, ſurget in incorruptione, ſeminatur in ignobilitate, ſurget in gloria, ſeminatur in infirmitate, ſurget in virtute, ſeminatur corpus animale, ſurget corpus ſpirituale.* Auſcultato Anſelmum, aliam haud deſiderabis
Idem. elucubrationem: *In creatione poteſt ſeminatio hæc intelligi. Seminatur in corruptione, ſurget in incorruptione, id eſt, quamvis homo, ex quo concipitur, uſque ad diſſolutionem ſit in corruptione, tamen ſurget in incorruptione:* & paucis interiectis: *Reſurgent ergo ſanctorum corpora ſine ullo vitio, ſine ulla deformitate, ſine ulla corruptione, onere, difficultate. In quibus tanta facilitas, quanta felicitas erit, propter quod & ſpiritualia dicta ſunt, cùm proculdubium corpora ſint futura, non ſpiritus. Sed ſicut nunc corpus animale dicitur, quod tamen animal non eſt, ita tunc corpus ſpirituale erit, corpus tamen non ſpiritus erit. Ob hoc enim dicitur, quod ſeminatur corpus animale, ſurget autẽ corpus ſpirituale: quoniam tanta erit tunc concordia carnis & ſpiritus, vivificante ſpiritu ſine ſubſtentaculi alicuius indigentia ſubditam carnem, ut nihil nobis repugnet ex nobis, ſed ſicut foris neminem, ita nec intus nos patiamur inimicos.* Primum attende regenerationẽ ex adverſa fronte Adæ generationi adverſari, hanc que per illam iri prorſus abolitam & exinanitam. Deindè adverte, per regenerationem, quâ edimur in inacceſsibilis luminis fruitionem, eiectam disiectamque illam carnis reluctantiam, & inobedientiam, quam aſſeruit ſuprà D. Thom. divinam impediri viſionem; ſtabilirique & ſanciri perfectam, adeòque pacificam harmoniam inter carnem & ſpiritum, ut caro in ſpiritus conditionem demigraſſe videatur: ita ut ob hanc pactam per petem concordiam corpus ſpiritalis nomen aucupetur. Vlteriùs Paulus: *Si eſt corpus animale, eſt & ſpirituale, ſicut ſcriptum eſt: Factus eſt primus homo Adam in animam viventem, noviſſimus Adam in ſpiritum vivificantem, ſed non prius quod ſpirituale eſt, ſed quod animale eſt, deindè quod ſpirituale. Primus homo de terra terrenus, ſecundus homo de cœlo cœleſtis, qualis terrenus, tales & terreni, & qualis cœleſtis, tales & cœleſtes.* Terrenum primum Adam vocat, non tam ob terram, de qua coactus eſt, quàm ob peccatum, propter quod in terram reſolvendus eſt, terrenos verò vocat eius poſteros, quia quemadmodum peccati, ita & pœnarum evaſerunt participes. Cœleſtem accerſit noviſsimum Adamum, eò quòd abſorta prorſus mortalitate cœleſtis & immortalis ſurrexerit: eiuſque ſobolem pariter cœleſtẽ accit, quia devorato & abſumpto quod per primi Adæ peccatum contraxerat; cœleſtis cum Chriſto, & per Chriſtum eſt renata. Sic Tertul. lib. de carne Chriſti, cap.
Tertullia. 8. *Primus homo de terræ limo, ſecundus homo de cœlo, non tamen ad materiæ differentiam ſpectat: ſed tantùm terrenæ retro ſubſtantiæ carnis primi hominis, id eſt, Adæ, cœleſtem de ſpiritu ſubſtantiam opponit ſecundi hominis, id eſt, Chriſti, & ideò ad ſpiritum, non ad carnem cœleſtem hominem refert, ut quos ſic comparat conſtet, in hac carne terrena cœleſtes fieri, ſpiritu ſcilicèt. Quod ſi ſecundùm carnem quoque cœleſtis Chriſtus, non compararentur illi, non ſecundùm carnem cœleſtes; ſi ergo qui fiunt cœleſtes, qualis eſt Chriſtus, terrenam carnis ſubſtantiam geſtant; hinc quoque confirmatur ipſum etiam Chriſtum in carne terrena fuiſſe cœleſtem, ſicut ſunt, qui ei adæquantur.* Clariùs hæc apud Anſelmum:
Anſelmus. *Primus homo factus de terra, id eſt, de limo terræ, fuit terrenus, qui tamen nõ propter carnem, ſed propter peccatum dicitur terrenus, quia cùm iam reus eſſet factus, & mor-*

mortis ſupplicio deſtinatus audivit: Terra es, & in terram ibis. Secundus homo de cœlo cœleſtis, quia Filius Dei venit ad carnem, qua ſuſcepta, & homo exterius fieret, & Deus interius permaneret. Non enim cecidit propter ſe, ſed deſcēdit propter nos, & ſine peccato carnem aſſumpſit, in qua reſurrectionem oſtenderet noſtræ carnis. Nam qualis & terrenus, tales & terreni, & qualis cœleſtis, tales & cœleſtes. Quid eſt, qualis terrenus tales & terreni, niſi mortales ex mortali? Et quid eſt, qualis cœleſtis, tales & cœleſtes, niſi immortales per immortalem? Illud per Adam, hoc per Chriſtum. Dominus enim ad hoc terrenus factus eſt, cùm eſſet cœleſtis, ut eos, qui terreni erant, faceret cœleſtes. Hoc eſt, ideò ex immortali, mortalis factus eſt, aſſumendo ſervi formam, nō Domini mutando naturam, impertiendo Dominicam gratiam, non perpetiendo ſervilem iniuriam. Qualis terrenus, tales & terreni, id eſt, omnes morituri, & qualis cœleſtis, tales & cœleſtes, id eſt, omnes reſurrecturi. Tunc Apoſtolus: *Hoc autem dico, fratres, quia caro & ſanguis regnum Dei poſſidere non poſſunt, neque corruptio incorruptionem poſſidebit.* Carnem & ſanguinem haudquaquam pro ſubſtantia humana uſurpat, ſed pro vitioſitate paſſionumque illuvie, quâ per primum peccatum humana natura madet: ut ſtrenuè Anſelmus: *Caro & ſanguis, id eſt, corruptio vitiorum & mortalitatis, regnum Dei poſſidere non poſſunt, quia nō erit corruptio & mortalitas carnis & ſanguinis. Secundùm has enim qualitates hoc loco nūcupātur caro & ſanguis.* Anſelmus

Sub hoc ſenſu caro & ſanguis, in quibus ſcaturigo illa primi peccati ad pravas affectiones titillat animum, regnum Dei non obtinebat, non enim præcipuè eius fūctioni qualis eſt beata viſio idonea aut capax invenitur. Vndè ſubiungit. *Non autem ipſam carnem dixit abolendam, quia corporis reſurrectione facta à cunctis paſſionibus liberati, æterna vita, cum ineffabili claritate, atque ſtabilitate ſine corruptione fruemur. In illa itaque cœleſtis regni gloria, caro ſecundùm naturam erit, ſed ſecundùm paſſionis deſideria non erit, quia devicto mortis aculeo in æterna incorruptione regnabit.* Iam demum rem coronat Paulus inquiens: *Cùm autem mortale hoc induerit immortalitatē; tunc fiet ſermo, qui ſcriptus eſt: Abſorpta eſt mors in victoria, ubi eſt mors victoria tua? Vbi eſt mors ſtimulus tuus? Stimulus autem mortis peccatum eſt.* Nec nos hìc deſerit Anſelmus mentem Pauli mirè illuſtrans: *Hoc mortale corpus noſtrum induet, ut diximus, immortalitatem. Sed cùm id fuerit, tunc fiet; id eſt, implebitur ſermo ſcripturæ, qui nunquàm aliter impleretur: Abſorpta eſt mors, id eſt nunquam comparet, ſicut aqua, cùm fuerit abſorpta. Quando mortale hoc induerit immortalitatem, tunc abſorbebitur, id eſt, in nihilum redigetur mors corporis in victoria reſurgentiū. Et tunc ei inſultabitur, atque dicetur, ubi eſt mors victoria tua? Vbi eſt mors ſtimulus tuus? Morti corporis hoc dicetur: hāc enim abſorbebit victorioſa immortalitas, cùm mortale hoc immortalitatē induerit. Morti, inquam, corporis hoc dicetur: ubi eſt victoria tua, qua omnes ſic viceras, ut etiam Dei filius tecum confligeret, teque non vitando, ſed ſuſcipiendo ſuperaret? Victiſti in morientibus, victa es in reſurgentibus. Victoria tua, qua abſorbueras corpora moriētium, temporalis fuit; victoria noſtra, qua abſorpta es in corporibus reſurgentium æterna conſtabit. Vbi eſt aculeus tuus, id eſt, peccatum, quo puncti & venenati ſumus, ut etiam in corporibus noſtris fieres, & ea tā longo tempore poſſideres? Morti dicetur, ubi eſt aculeus tuus? Sed aculeus vel ſtimulus mortis peccatum eſt. Aculeus autē mortis dicitur, quo mors facta eſt, non quem mors fecit. Peccato enim morimur, nō morte peccamus. Aculeus mortis eſt peccatum originale, per cuius vulnus mors intravit.* Idem.

Nec omittendus Irenæus lib. 5. cap. 12. *Si igitur mors poſſidens hominem, expulit ab eo vitam, & mortuum oſtendit; multò magis vita poſſidens hominem expellit mortē, & viventem hominem reſtituet Deo. Si enim mors mortificavit, quare vita adveniens non vivificat hominem, quemadmodū Iſaias ait: Devoravit mors potens, indicās Chriſtum, qui eſt vera vita, dū mori voluit, potenti ſua morte humani generis mortem voraſſe.* Irenæus

Ex his ſatis perdoctus plenè Ambroſij reliquorumque Patrum ſenſa callebis. Aiunt enim pronuntiata illa: *Non videbit me homo, & vivet: Deum nemo vidit unquam, ſed neque videre poteſt.* Sic eſſe interpretanda, ut nullus homo, qui terreni hominis imaginem, aut inſigne, vel aliquod baiularit indicium, Deū poſſit videre. Decet enim ad beatam Dei viſionem debitè obtinendam, ut homo non ſolùm depoſuerit peccatum, ſed & corpus, & carnem peccati, & primi peccati nexus & pullulos, qui in peccatum hominem ferunt, illecebroſeque pellicent. Dum enim peccati tota ſupellex, apparatus, & ſatellitium plenè non diſparuerint, ab interituque fuerint vorata, homoque prima ignobili ſordidaque generatione extincta prorſus & ſepulta in aliā regenerationem non abierit Angelicæ ſimilem gratiæ nobilitate & decore concretam,

tam,dignus ſanè non eſt,qui ad obtutus in divinam Eſſentiam defigendos aſſumatur. Sed neque Deum videre poteſt.

106 Ex his omnibus facilè iam emergit firmiſsimum, neque ullis argumentorũ impulſibus evertendum propugnaculũ pro Mariana conceptione totius originalis maculæ experte. Nam Deum videre non poteſt in hoc mortali amictu, qui Adæ contraxit piaculum, eiuſque eſt ligatus nexibus,& irretitus paſsionibus, donec interiecta morte, ſepultoque omni quod ab Adamo hæreditario iure accepit, nobilem inveniat regenerationem;ſed Maria dum viatrix fuit,Divinæ viſionis feliciſsimis eſt delibuta gaudijs:non enim dumtaxat Deum videre potuit, ſed & vidit; ergo quia peccatum veteris non incurrit Adami, neque ab illius ſequelis comprehenſa vel detenta eſt,nec ab ulla carnis reluctantia impedita ad tantum excipiendum munus. Corpus enim Mariæ,præſertim in pijſsima opinione Doctorum,nobiliter dignèque de Deiparæ maieſtate ſentientium, ideòque aſſerentium,nullum illam contraxiſſe Adami debitum,neque in illo peccaſſe, conſiderãdum ſanè eſt,quoad peccati ditionẽ & munia,veluti corpus iuſti, qui per reſurrectionis regenerationem Adami ſarcina,& infamia penitus abolita renaſcitur gratiarum munere ornatus,& Angelicæ ſubſtantiæ ſimilis,quæ mundiſsima origine cõdita fuit, ut Divina viſione frueretur,ſi in ea conſiſteret,Angelica enim nobilitate præditos cõtemplatur Tertullianus per reſurrectionem regeneratos,lib.de Reſurrect.carn.cap.42. qui locum explicans 1.Corint.15.53. ait:

Tertullia. *Nam cùm adijcit:Oportet enim corruptivum iſtud induere incorruptelam, & mortale iſtud induere immortalitatem,hoc erit domicilium de cœlo, quod gementes in hac carne ſuperindui deſideramus, utique ſuper carnem,in qua deprehendemur, quia gravari nos,ait,qui ſumus in tabernaculo, quod nolimus exui, ſed potius ſuperindui, uti devoretur mortale à vita,ſcilicet dum demutatur,ſuperinduẽdo quod eſt de cœlis. Quis enim non deſideraret,dum in carne eſt; ſuperinduere immortalitatem, & continuare vitam lucrifacta morte per vicariam demutationem,ne inferos experiatur, uſque noviſsimum quadrantem exacturos? Cæterùm demutatione etiam per reſurrectionem conſecuturus eſt,inferos iam expertus. Ab hinc enim definimus carnem quidẽ omnimodo reſurrecturam, atque illam, ex demutatione ſuperventura, habitum Angelicum ſuſcepturam.* Quapropter ſicut corpus Chriſti, quia in Adamo non peccaverat, ſummaque erat originis nobilitate ſplendidum, ait Anſelmus, præſertuliſſe iuſtis reſurrectionis ſtatum, imaginem, & pignus, nam ille Chriſti animi & corporis candor referebat illis, quales poſt reſurrectionis regenerationem eſſent futuri; ſic enim ait Anſelmus ſuprà iam ſcriptus: *Filius Dei venit ad carnem,qua ſuſcepta, & homo exterius fieret, & Deus interius permaneret. Non enim cecidit propter ſe, ſed deſcendit propter nos, & ſine peccato carnẽ aſſumpſit,in qua reſurrectionem oſtenderet noſtræ carnis.* Sic puriſsima Mariæ caro, in quam nihil, vel ipſum debitum peccati ab Adamo inſtillavit,exemplar illuſtre & inclytum erat,in quo forma regenerationis per reſurrectionẽ hominibus iuſtis obventuræ ſplendidè irradiabat. Addiderim tamen abſque aliquo audaciæ ſcrupulo corpus Mariæ purius quodammodo & clarius elucere quàm beatorum corpora,quæ per reſurrectionem excitantur ad vitam; de corpore enim Mariano non poteſt, vel potuit in aliquo rerũ ſtatu edici,aut cõminiſci, quòd corpus fuerit peccati,& eius nexibus revinctum, aut de illo evulgari, quòd infami generationi procubuerit. Cæterùm corpus iuſti denuo regeneratum non ea quidem puritate ſplẽdicat,ut abſolutè omnẽ reſpectum ad Adami peccatum poſsit à ſe prorſus excutere, nam licèt penitus iam liberum ſe expeditumque ab illo poſsit gloriari, notam non adeò effugit,ut de illo non queat affirmari, quòd aliquando ſaltim peccati corpus fuerit, ignominioſaque generatione editum. Vndè ſi in Maria viatrice ſpectetur diſpoſitio expeditioque ad fruitionem gloriæ requiſita,quæ provenit ab extinctione & abolitione impedimẽtorum, quæ illam poſſunt fugare,aut retardare;profectò Maria æquè apparet præparata & adornata, ac iuſtus, qui per reſurrectionis regenerationem renaſcitur.Nam ſi impedimenta,quæ Deificæ viſioni,in ſententia prædictorum Eccleſiæ Patrum, poſſunt officere, ſunt ea, quæ ex Adami peccato ſcaturiunt: ea ſanè longiſsimè à Maria abſtiterunt ſemper, quippè quæ in Adamo non peccavit. Quapropter ſi aliquod eſt diſcrimen inter Mariã & regeneratum ſtatuendum, id profectò erit, quod Maria nullis unquam fuit impeditionis laqueis implicata; regeneratus verò licèt pro præſenti ſtatu implicationibus careat,quæ ei Divinam viſionem remorẽtur, eas tamen habuit aliquando.Hinc eſt,quòd Mariæ viatrici eo fere iure divina viſio fuerit impertienda,quo porrigitur regenerato,cùm pariter ac ille videatur expedita ab impedimentis,quæ tanti muneris largitionem queunt cunctari.

107 Quò plenius vis & energia argumen-

menti ſuboriatur, præmittendum eſt, ſententiam Patrum aſſerentium, hominem, qui Adami reatum communicat, peccatique carnem circumfert, Deum nunquam vidiſſe, ſed nec videre potuiſſe: geminum poſſe ſenſum eniti. Primus, quòd ea impoſsibilitas ſit abſoluta, ita ut nec de plena Dei potentia queat in vita hac mortali, & carne peccati Deum videre, propter intrinſecam implicationem & incompatibilitatem, quã Divinæ viſionis fruitio, & is corporis ſtatus inter ſe habent. Et ſuadet id in primis ipſe loquendi modus, & ſcripturæ phraſis, *ſed neque poteſt Deum videre*, de his enim quæ ſub Divinæ potentiæ ditione cadunt, non mos eſt dici, quòd nequeãt fieri. Deindè probabilis ſanè coniectura ex Divinæ viſionis puritate & decentia deſumpta in id poteſt animum inclinare. Nam quemadmodum iuxta probabiliorum Doctorũ placitum, gratia & peccatum ſimul in eodem ſubiecto cohærere etiam de potentia Dei abſoluta non poſſunt, ſed ſunt formæ mutuò ſe expellentes, contradictorioſque parturientes effectus. Nam gratia unit hominem cum Deo, peccatum autem avehit illum à Deo; ſic quia clara Dei viſio perfectiſsimum vinculum, arctiſsimuſque nexus eſt, quo anima cum Deo ligatur, poteſt dici, quòd propter perfectiorem & magis penitam unionem, quam inducit, petit ex natura ſua perfectiorem diſpoſitionem; quapropter ſimul cum peccato ſtare non poteſt, ſed neque cum carne peccati, aut originalis maculæ nexibus & affectionibus ad peccatum allicientibus & impellentibus; unde in hoc dicendi modo diſsidium aſsignatur inter gratiam & viſionem beatam; nã gratia, quia unit animam cum Deo, ex natura ſua expellit peccatum, nec cum illo ſimul valet ſubſiſtere; at beata viſio, quia ſtrictiorem cum Deo veluti cognationem & neceſsitudinem gignit, ex natura ſua abigit illecebras, & quidquid ex natura ſua ad peccatum adlectatur. In hac igitur ſententia aſſeri non poteſt, Moyſen & Paulũ viam percurrentes fuiſſe ad divinæ viſionis gaudia elevatos, nam contraxerant originalẽ labem, carniſque peccati erant baiuli, ideò ipſe fatebatur Apoſtolus, ſe ab inſurgente fomitis perduellione ſtimulari, & in membris ſuis legem aliam adverſus rationem tumultuantem perſtrepere, & in legẽ peccati inducentem: ſolus eſt Chriſtus Dominus propter ſupereminentem hypoſtatici vinculi rationem, qui circumduceret in corpore animum æternæ felicitatis ſuavitate delibutum; & poſt illum ſanctiſsima Deipara, quæ quia in Adamo non peccaverat, nullis circumſepiebatur vinculis, neque illius caro obſtacula producebat, quæ divinam averterent viſionem. Secundus ſenſus eſt, quòd verba illa; *ſed neque Deum videre poteſt*: impoſsibilitatem abſolutam nõ inferant: ſed legalem, nimirum impoſsibile eſſe, Deum videri ab homine circumdato carne peccati, ſtante lege quam Deus ſanxit: quam potuit abſolutè diſpenſare, quantumvis fuerit generaliter edicta, ab illaque nonnullos, quos ipſe præſcivit, prædeſtinavitque, iri exemptos. Sed in hoc dicendi modo tota argumenti vis eſt evocãda ad formulam arguendi ſuprà num. 106. poſitam: nempè nullam firmam poſſe ſtatui cauſam, ob quam lex hæc, quã nulla evulgata eſt ſtrictior, neque univerſalior, exceptionem admittat ſingularem: illæ verò leges, ex quibus argumenta adverſus Mariæ immaculatam conceptionem conficiuntur, non patiantur.

108 *Et in capite eius corona ſtellarum duodecim.* Per aſtrorũ diadema, quod mulieris redimit caput, intelligunt plures collegium cœtumque Sanctorum omnium, nã duodenarius numerus univerſalitatem in ſacra Pagina inſinuat. Quiquidem Sancti dum ex ſuis virtutibus & victorijs Mariæ coronam adſtruunt, illius nobilem originẽ non obſcurè profitentur; triumphos enim ſuos illi ſe conteſtantur adſcribere. Quaſi non progreſſus facientes de capite tranſierunt ad caput, de capite, inquam, conterendo, & contrito, ad caput coronandum: etenim qui adverſus ſerpentis caput enſes diſtrinxerunt, ictus illi infligentes, & tandem illud comminuentes ad caput illicò Mariæ accingendum evolarunt, ei addicentes victoriam; nam adverſus caput ſerpentis bellum & de illo triumphum ipſa videtur tanquam ius proprium diſpenſare, ideòque victoriæ gloria ipſi meritò debet addici, & ſacrari trophœa. Deindè per hãc Sanctorum coronam Mariæ impoſitam oſtendit Chriſtus Dominus ſe nobilitatis ſuæ excellentiam teſtimoniaque cum optima parente partiri, eamque ad ſingulare gloriæ ſtemma advocare. Ipſe enim coronas à Sanctis ſuis accipit, hoc enim ſpectaculum vidiſſe ſe Ioan. fatetur, Apocal. 4. 10. *Procidebant viginti quatuor ſeniores ante ſedentem in throno, & adorabant viventem in ſæcula ſæculorum, & mittebant coronas ſuas ante thronum dicentes: Dignus es Domine Deus noſter accipere gloriam, & honorem, & virtutem.* Illa enim coronarũ proſtratio ſeu gemum Deo dignum nil erat amplius, quàm humilis devotio & fidei vera confeſsio, qua Sancti victoriæ ſuæ à dæmone reportatæ conſtituebant, & prædicabãt authorem, ipſius virtuti quid ſibi glorioſum ine- Apocal. 4. 10.

inerat adciſcentes. Quo ſimul imperatoris ſui nobilem evulgabant originem, nam à quo triumphus omnis de adverſario relatus tanquam à totius origine virtutis oriebatur, nefas erat crede re, ipsum aliquando hoſtis ſubiugatum imperio; in hanc gloriæ ſuæ partem voluit pietatis magiſter puriſſimam ſuam accire puerperã, ideòque ſtuduit, ut ſancti quas ſibi offerebant coronas, deferrent ante thronum ſuum, id eſt, ad Mariam, cui veluti regio throno inſidebat. Sic enim ſentit Ildephonſ. ſerm. 2. de Aſſumpt.

Ildephonſ. B. Mar. *In conſpectu Dei etiam vigintiquatuor dicuntur reſidere ſeniores, & adorare ante thronum Dei viventem in ſæcula ſæculorum. Vndè liquidò conſtat dilectiſſimi, quia thronus puriſſimæ Virginis paratus ante mundi conſtitutionem, hodie celſior glorificatur, & inventur etiam ab Angelis: nec immeritò igitur, quoniam & ipſa facta eſt thronus Dei.* Coronas, inquam, Mariæ præſentarent, ut gloriam ſuam Filius Matri diſpenſaret; quaſi diceret: quia dum mihi Sancti mei coronas ſuas dedicãt, originis meæ ingenuitatem commendant, meiſque nobilis exordij ea actio, is ritus quædam eſt glorioſa confeſsio; ſtatuo ut ad thronum meum, hoc eſt, Mariam, eas proijciant, eis undique illam munientes, quò ſic agnoſcant meæ nobilitatis originariæ, Sanctiſsimam fœminam eſſe quoque participẽ. Hinc eſt, quòd ex coronis quæ ante Dei thronum miſſæ fuêre, Ioanni oſtenſa fuerit coronata Maria. Vndè quemadmodũ Chriſtus, ſic Maria Sanctos omnes coronam ſuã prævalet appellare: ſic enim Paulus quos in fide genuerat, ſtatuimus ſuperiùs coronã nuncupaſſe ſuam; quia quomodo in Sanctorum fulgoribus Chriſti gloria enitet, ipſiſque illi congerunt teſtimonia nobilitatis, ſic in eis Maria nobilis originis ſuæ propugnacula habet, excellentiſque fundat teſtimonia & documenta ingenuitatis. Geminum habes huius interpretationis ſubſidiatorem, primum Gilbertum ſerm. 20. in

Gilbertus. Cant. *Et ipſa credentium multitudo corona eſt, & ornamentum Chriſto, eris, inquit, corona gloriæ in manu Domini, & diadema regni in manu Dei tui. Egredimini filiæ Sion, & videte, quã glorioſus ſit Deus in Sanctis ſuis; ſi fortè viſio hæc ad æmulationem vos deducat, & de ſolitudine veſtra ad Eccleſiæ frequentiam tranſire faciat: videre delectemur, quomodo credentiũ corona Chriſtus in Eccleſia cingitur. Quæ eſt ſpes noſtra, & corona gloriæ, nonnè vos ante Deum? Si Paulus hoc dicit, quomodo non magis Chriſtus? Vivo ego, dicit Dominus, quia bis omnibus, velut ornamento veſtieris. Advertiſti quomodo credentiũ agmina ornamentum eſſe Chriſti in Eccleſia diffinitat. Quare non & corona ſunt? Sed corona habet quamdam inſignem & illuſtrem præ cæteris ornamentis dignitatem; quia cætera cùm ſint corporis, iſta eſt capitis. Et temporis ratio ad eius commẽdationem aliquid adfert. Solemnibus tantũ uſus eius eſt accõmodatus feriis. Iam erectam video alacritatem veſtram: iam ad vos huius verbi interpretationem deflectitis. Iam veſtrum in coronæ prærogativa intelligitis privilegium, qui purioris eſtis vitæ & profeſsione adſtricti, & exercitio inſtructi & indefeſsi ſtudio, & otio feſtivi. Iure diadematis cenſentur nomine quos iam non tam pugna ſolicitat, quàm triumphus lætificat, quibus non eſt colluctatio adverſus carnem & ſanguinem, qui ſerpentis iam caput non obſervant, ſed Chriſti exornãt. Vos eſtis corona Chriſti, & gaudium, & ideò ſicut cœpiſtis, ſic ſtate chariſſimi. Sublimis locus eſt, nihil illic afferte vilioris materiæ, nihil denique quod ignem vereatur vel mœreatur.* Et ut oſtendat, coronam Chriſti caput ornaturam victoriam præferre debere, omnemque à piaculo originali abalienationem, nullumque illius indicium, aut ſpecimen illi admiſcendum; nam procul debent eſſe à peccatoribus Sancti, & ab eorũ longè moribus protelati; ſcelerati enim ut caput Chriſti infament, corona ignominioſa illud accingunt, primi peccati indicia & iniuriam efferente; ideò ſpineum Chriſto ſertum impoſuerunt, maledictæ terræ & iã primæ maculæ execratione ſubactæ germen, quæ non niſi tribulos & rhamnos profert. At ſancti ut in capite Chriſti coronam ſtatuant gloriæ, quidquid primi criminis ſuffitum habet, & ſpiramen tumulent, illius inclytam nobilitatem conteſtaturi: ſubdit: *Spinæ complexæ igne comburantur. Noli æmulari in malignantibus, neque zelaveris eos, qui ſpineam capiti Regis noſtri impoſuere coronam. Tale diadema non bonorem, ſed horrorem adducit.* Et paucis intercalatis, redijt: *De materia coronæ quid quæritis? Ipſi enim ſcitis quòd fragilem & obſcuram materiam dedignatur locus ſublimis. Aurum vult, & lapides pretioſos. Poſuiſti enim in capite eius coronam de lapide pretioſo. Aureas in Apocal. coronas legis, pretioſa materies, ſive ſolùm ſit aurum, ſive quædam auri gemmarumque mixtura. Sed neſcio, quid maioris gratiæ ſignificare videtur, quòd auri mentione ſublata, de lapide, inquit, pretioſo poſuiſti in capite eius coronam. Et adhuc excellentiorem vobis demonſtro materiam. Apparuit ſignũ magnum in cœlo, mulier amicta Sole, & in capite eius corona ſtellarum duodecim. Apoſtolo-*

Gilbertus.

ſtolorum tibi & numero & ſpecie chorus monſtratur. Qui enim ad ſapientiam erudiunt multos, quaſi ſtellæ ſplendent ad perpetuas æternitates. Hæc corona fratrum ſtetit in circuitu Ieſu, ſicut ſcriptum eſt: & in Apocalypſi diademata multa in capite ſponſi ſecundùm diverſitatem gratiarum & graduum, &c. Secundus eſt Richardus de S. Laurent. qui uberius & clarius noſtri collimat ſcopum inſtituti lib. 12. de laudibus B. Mar. ſerm. in eius Aſſumpt. *Stellæ ſunt Sancti: Vnde Eccli. 43. Species cœli, id eſt, Eccleſiæ, gloria ſtellarum, id eſt, dignitates & excellentiæ Sanctorũ, & Apoſtolus 1. Corint. 15. Stella differt à ſtella in claritate, &c. Et Daniel. 12. dicitur de Doctoribus: Qui ad iuſtitiam erudiũt multos, fulgebunt quaſi ſtellæ in perpetuas æternitates. Duodenarius autem numerus eſt univerſitatis: Duodecim ergo ſtellæ Sanctorum univerſitas, qui per fidem Trinitatis in quatuor mundi partibus ſalvati ſunt, & ſalvantur per Mariam; nam ab ipſa habuerunt illum, per quem vicerunt, id eſt, Chriſtum. Cuius auxilio vicerunt hoſtẽ triplicem, & à quo coronati ſunt victores; omnibus etiam Sanctis Chriſtum Dei virtutem peperit, & Dei Sapientiam, 1. Corint. 1. qui & ipſos pugnare docuit cũ antiquo ſerpente, & eius ſuffulti præſidio de hoſtibus triumpharunt. Habuerunt nihilominus per eius exempla magiſterium, vel quaſi artificium expugnandi trinam concupiſcentiam, mundi videlicèt exemplo paupertatis, concupiſcẽtiam oculorum exemplo virginitatis, concupiſcẽtiam carnis, & vitæ ſuperbiam exemplo humilitatis. Mariæ igitur convenit illud, quod dicitur de Filio eius Apocal. 19. In capite eius diademata multa. Nam per eam Chriſtũ habuerunt, per quem omnes victoriæ obtinentur. Propterquod dicitur Zachar. 6. Sume à tranſmigratione aurum, &c. Et facies inde coronulas Ieſu, quia omnes Sanctorum victoriæ debent ei adſcribi. Denique ſicut Paulus Philippenſes & Theſſalonicenſes vocat coronam ſuam in Domino, Ad Philip. 4. & 1. ad Theſſal. 2. quia exhortatione & informatione ſua, in agone certaminis permanſerunt. Sic Maria omnem fidelium congregationem poteſt non immeritò coronam ſuam in Domino nuncupare, ut aſſignatum eſt ſuprà. Ipſam enim omnes Sancti coronant quodammodo ſuas ei victorias & coronas adſcribentes, qua mediante, & per quam poſt Deum ſciunt ſe coronatos. Et hoc ſignatum eſt, 4. Apocal. ubi Ioannes deſcribit vigintiquatuor ſeniores, procidentes ante ſedentem in throno, & mittentes coronas ante thronum, quaſi ad pedes ſedentis in ipſo throno. Per vigintiquatuor ſicut & per duodecim, Sanctorũ univerſitas figuratur. Duodecim enim Patriarchæ ſcilicèt filij Iacob fuerunt in veteri teſtamento, & duodecim Apoſtoli in novo, quos Chriſtus luctator noſter genuit in paſſione. Vel ſicut dicitur in Gloſſa, vigintiquatuor fiunt per ſex, & quatuor in ſeducta. Sex ad opera ſex dierum, quatuor ad Evangelium referuntur. Hæc eſt Eccleſia, quæ in novo & veteri teſtamento Deũ colit. Mittebant igitur vigintiquatuor ſeniores coronas ſuas ante thronum, quaſi ad pedes ſedentis in throno, cognoſcentes, ſe nõ ſuis meritis, ſed per paſſionem Chriſti, quã in humana natura, quæ per pedes deſignatur, ſuſtinuit, coronatos. Eaſdemque coronas ſuas in capite Mariæ collocant, de qua ſuſcepit humanam naturam Sanctorũ omnium coronator. Quis ergo dignè exprimat, quantis obſequijs, ſeu quanta reverentia omnes Sancti Sanctam Virginem excolant, & frequentent, cùm coronas ſuas eidem ſe debere non ignorent.*

Richard. de S. Laurent.

109 Ventum eſt ad infauſtam & obſcuram ſtellarum ſignificationẽ & ominoſum portentum: *Et in capite eius corona ſtellarum duodecim.* Vereor ſanè ne novum & inſolitum, quod in pavorem & horrorem rapiat animos, depromam, ſi aſſeram: per ſidera in capite mulieris intelligi dæmones, quos Luciferi cauda è cœlo depulit in terram: in eodem capite, ut ſuprà admonui, duo ſimul ſigna oſtenſa Evangeliſtæ fuêre, tanquam alteri alterum adverſum, & bella portendens, nempè cauda draconis Luciferi ſtellis adornata, & intercincta, & mulieris caput ſtellis redimitum: *Et cauda draconis trahebat tertiam partem ſtellarum cœli,* Apocal. 12. 4. Deſcẽdebat enim cauda Luciferi ſtellis, tanquam militibus & ſatellitibus ſtipata, qui tumultus cierent inter homines, eiſque duriſsimum bellum inferrent. De hoc enim ſatellitio & apparitura coronam glorioſiſsimam comparavit ſibi Maria, quæ quidem originis ſuæ nobilitatem proderet. Nam adhuc intra terminos nos cohibentes, quos de Luna ſubpedanea agentes ſuprà nobis præfiximus, aſſerentes, per eam ſtultiſsimum dæmonẽ uſurpari, quem ſub pedibus Maria accepit, ut caput illius infringeret, nunc ſtatuimus coronam, qua caput ſuum Maria pulchrè facit ſtellis coiri, quas lictores & carnifices ſuos draco elegit. Diverſimodè tamẽ, nam ſidera, quæ caudam draconis, tanquam lictores & ſatellites ornant, in Mariæ corona dehoneſtatæ viſuntur, & triumphatæ; in cauda ſcintillant armis, in homines fulmina vibrantes, in Mariæ tamẽ capite, abſque ca-

Apoc. 12. 4.

capite,& inermes oſtentantur. Intellectum huius loci petendum credo ab illo Cant. 4.

Cant. 4. 8. 8. *Veni de Libano Sponſa mea, veni de Libano, veni: coronaberis de capite Amana, de vertice Sanir, & Hermon, de cubilibus Leonum, & de montibus Pardorum.* Quem quidem locum memini in hoc opere me iã expoſuiſſe, ibi admonui, morem fuiſſe priſtinum illuſtria facta principum, præclara facinora, glorioſoſque, quos de hoſtibus adſportavêre triumphos, in coronis ſculpere, & cęlare, in eis enim exaratæ viſebantur hoſtium exuviæ, & trophœa, deprædata & lacerata ſigna, inimicorum corpora, alia transfoſſa, alia truncata, ſpoliorum faſces, confractorum armorum cumulos; ijſque coronati inſignib⁹ heroës victoriæ ſuæ gloriam circumducebãt, ut plauſum feſtivaque pæana ab ſpectantium oribus captarent. Hoc ſanè conſilio vocavit Mariam Sponſus coronandam de capite Amana, de vertice Sanir, & Hermon, per quas certè voces cẽſent Patres, dæmones, & eorum artes deſignari: ac ſi accerſeretur, ut coronam acciperet, in qua inclyta eius adverſus dæmones geſta, abrupta ſigna, everſa munimenta, trophœaque ab eis relata eſſent, inſculpta, aut inſcripta; nihil enim tam ſplendidum, & auguſtum, quàm his coronari; nam quæ de capitibus dæmonum amputatis & comminutis accingebatur, irrefragabile pro originali ſua munditia efferabat teſtimonium: quomodo enim ab eis in aliquo inſtanti, aut atomo credatur devicta & ſubiugata, quæ in tantam dæmonum ſtragem per divinam præſcientiam adornabatur? Ab hoc Cant. loco Apocalyp. locus mutuatur lucem, & ambo ſe reciproco lumine illuſtrant. Nam quæ in Canticis accerſebatur de verticibus dæmonum & draconum antris redimiẽda, redimita emergit in Apocalyp. ſed coronata ſtellis, non quæ fixę ſteterunt, & ordinem ſuum obſervarunt, ſed quæ ceciderũt, & miſerè ut caudam draconis coronarent, corruerunt: integræ quidem, & illæſæ, ut ita dicam, de cœlo fuerunt elapſæ, ſed in cœlum coguntur, ut caput Mariæ glorioſo diademate coronent, remeare, diſiectæ, convulſæ, confractæ, & potenti virtute ictus infligente diſciſſæ, & quaſſatæ, ut in corona victricis fœminæ ignominioſo darentur oſtentui. Vtrumque locum viſus eſt mihi Ioannes Gerſon ſub uno amplexu iunxiſſe par. enim 3. tractat. 3. ſuper Magnificat:

Gerſon. ait: *Tuiam coronata triumphas de capite Amana, id eſt, turbulenti, de vertice Sanir & Hermon, fœtoris, & anathematizationis, de cubilibus Leonum, de montibus Pardorum, ſcilicèt de tyrannide ſuperborum damnatorum, quæ Luna mutabilitatis ſunt ſub pedibus tuis ad calcandum.* Vide mihi quomodo pius, & peracutus Doctor utriuſque loci connectit intelligentiam: aſſerit enim in unum & idem ſignificatum coire, & quod Maria terit ſub pedibus, & quæ geſtat in capite, neque diſcriminari pedum eius ſcabellum à capitis ſerto; nam ſi dæmonem talo in Luna calcat, dæmones quoque, ſed triumphatos in corona ſtellarum portat.

110 Sed ne in huius loci elucubratione omiſſum aliquid & nõ tritum relinquamus, operæpretium erit attẽta inſpectione ſcrutari, quorſus Ioannes mulierem Mariã appellat: *Mulier amicta Sole?* Cur non nũcupat Virginem, aut fœminam, aut eã ab alio illuſtriori cognomine evulgat? Certè nullũ magis glorioſum ac cõſpicuum quàm mulieris, quod ſanè reliquis poſthabitis, Mariæ commendat claritudinem originalẽ & maieſtatem. Nec decuit Ioannẽ alio nomine Mariam compellare, quàm quo ſemper noverat ſcripſeratque à Filio compellatã; nam nemo perfectè novit Matrem niſi Filius, & cui voluerit Filius revelare; quippè qui eam tam perfectè callebat, invenit, & protulit nomen illius dignitati magis idoneum. Bis invenio Chriſtum Dominum in ſacra Pagina optimam Parentem allocutũ: & in Canâ Galilææ nuptijs, & cùm actus in cruce Ioannem Virginem commendavit: & utrobiq; mulierem eam accerſit: *Quid mihi & tibi eſt mulier? Nondum venit hora mea*, Ioan. 2. 4. & rogo, Domine, cũ paſſionis tuæ advenerit hora, proferes illuſtrius nomen? Eſtnè in id temporis nomen, quod ampliori tumeat maieſtate, matri aſſervatum? Haudquaquam. Cùm ut Filius Matris diſpenſat curam, mulierem quoque nominat: *Dicit Matri ſuæ: Mulier, ecce filius tuus*, Ioan. 19. 26. Perperam ergo ſe gereret Ioannes, ſi nomen Mariæ à Filio ita ſolicitè & conſultò delatum in hoc ſpectaculo gloriæ eidem denegaret. Age nunc, reſera nominis arcanum. Illud attendas, obſecro, quòd nomen hoc mulieris primum in Evæ creatione fuiſſe à Deo pronuntiatum: *Immiſit ergo Dominus Deus ſoporem in Adam, cùmque obdormiſſet, tulit unam de coſtis eius, & replevit carnem pro ea. Et ædificavit Dominus Deus coſtam, quam tulerat de Adam, in mulierẽ, & adduxit eam ad Adam*, Geneſ. 2. 21. Itaque nomen, quod primum in mulieris creatione, ſeu ædificio reſplenduit, mulieris nomen fuit. In creatione, inquã, Evæ, quæ nobiliſsima fuit originali iuſtitiâ concreta, in qua plures coierunt gratiæ gratis datæ. Attende divinũ ingenium, ut Deiparæ illuſtrem generationem proderet munitiſsimoque teſtimonio

Ioan. 2. 4.

Ioan. 19. 26.

Geneſ. 2. 21.

fir-

firmaret. Nam ut oſtenderet, & in eruditorum ingereret animos, Mariæ generationẽ ingenuam Evæ fuiſſe creationem æmulatam, & poſt Evam nullam fœminam niſi Mariam ſimili fuiſſe conceptione formatã, cogitato & dedita opera, eo nomine ſtuduit ſemper accerſere matrem, illiq́ue tanquam proprium indere, quod primum in ingenua Evæ productione erupit. Quaſi dicat: hoc nomen illa demerita non eſt, quæ ab ingenuitate originis eſt prolapſa, & ideò poſteà & virago, & Eva appellata eſt: nec illud promeruêre quæ in ſordibus poſteà fuêre conceptæ; illud mea meritò nanciſcitur parẽs, quæ & inſtar Evæ nobiliter fuit generata, & non inſtar Evæ retinuit generationis dignitatem. Hoc illi nomen proprium ſit: *Quid mihi & tibi eſt mulier? Mulier ecce filius tuus.* Quæ obſervans Ioannes ait: *Mulier amicta Sole.* Intelligite inſipientes corde, & ſtulti aliquando ſapite, vos alloquor ignobile, & væſanũ hæreticæ pravitatis vulgus demũ à ſola Maria interimendũ. Quid ni mulieris profanetis nomen, qui omnia corrũpitis, nominibus luditis verè illudendi, & puerorũ lanceolis veritatẽ evertere conamini, nec mirũ qui puerorũ nõ exceſsiſtis fatuitatem. Nomen mulieris venditatis nomẽ eſſe corruptelæ, & ignominiã importare; illudq́ue Mariæ addictum probare, eã Deiparã non eſſe: procul eſte profani, nã quid mundum ſordes, quas effutitis, nõ inficient? Accipe eruditũ & piũ Gerſon. par. 4. ſer. in Domin. 1. poſt. Epiphan. contra avaritiam. Ad illud: *Quid mihi & tibi eſt mulier?* Vbi. *Domina noſtra mulier appellata fuit ſicut Eva in creatione ſua, & eſt nomen perfectionis, & ſexus, & non corruptionis, quemadmodum aliqui hæretici dicere niſi ſunt: & propter hoc Dominam noſtram non eſſe Matrem Ieſu Chriſti, cùm tamen præſens Evangelium prorſus aſſerat contrarium.* Favet Tertul. lib. de veland. Virgin. cap. 5. *Cùm hoc genus ſecundi hominis à Deo factum eſt in adiutorium hominis, fœmina illa ſtatim mulier eſt cognominata, adhuc felix, adhuc digna paradiſo, adhuc virgo, vocabitur, inquit, mulier. Habes itaque nomen, non dico iã Virgini cõmune; ſed proprium, quod à principio virgo ſortita eſt.*

Gerſon.

Tertullia.

111 Forſan longioris & prolixioris digreſsionis in hoc Apocal. loco fuſiùs evolvendo incuſabor à pio Lectore, utinam pio cenſore, qui ſi nimium ſeveritati non adhæſerit, animadvertet, loci huius intellectum valdè ad enucleandum illuſtrandúque propoſitum Davidis Pſalmum pertinere, ubi Mariæ ſub nomine arcæ teſtamenti vaticinatur originalẽ pulchritudinẽ. Nã Ioannes poſt ſignũ oſtenſæ arcæ Dei in templo, ut in ipſo limine, §. 6. admonui, ſtatim ait, ſignũ inſecutũ mulieris Sole amictæ, tanquã prioris ſigni opulentiorẽ ornatũ & lucidiorem explanationẽ; quapropter utrũque tanquã idem continens arcanum ſub fibula cõiunctionis, &, copulavit. Vndè quos reperi interpretes, Richard. de S. Victor. Aretam, Andream Cæſarien. Method. Primaſium, aſſerunt, ſub utroq; ſpectaculo & ſigno explicato idem contineri myſterium, ſeu vaticiniũ, ſive incarnationis Chriſti, ſive Eccleſiæ, ſive Mariæ; nã qui aſſerunt in arca viſa, Chriſti adumbrari diſpenſationem, aſſerunt quoque in muliere amicta Sole, & qui in arca portendi Mariam, in muliere pariter. Et in eundẽ ornatũ & amictum arca & mulier videntur coincidere; arca enim auro intus & foris erat veſtita; mulier autẽ Solis lumine induta, penito Sole & intus cõmorante, & radios per pellucidã carnẽ, quibus amiciretur mulier, tranſmittente. Titanis verò ſplẽdor, & auri fulgor inter ſe cõvertuntur, & alius cum altero reciprocatur. Hinc eſt, quòd Solis thecas aureas dicimus; & aureã cæſariẽ calido ferro vibratã & calamiſtratã undantiũ ſolariũ agmen radiorũ nuncupamus: Hinc eſt, quòd ſignũ, quod Mariam oſtendit Sole amictã, vix diſcernitur ab eo, in quo oſtenditur velut arca intus & foris aurea: ſic enim eam appellat Gregorius Thaumaturgus ſer. 1. in Annuntiat. B. Mar. *Dulcia*, inquiẽs, *verba illa ex ſpiritali David cithara nobis repræſentata decantemus dicentes. Surge Domine in requiem tuam, tu & arca ſanctificationis tuæ; verè enim arca eſt ſanctiſsima Virgo extrinſecus & intrinſecus deaurata, quæ univerſum ſanctificationis theſaurũ ſuſcepit*: Et Richard. de S. Laurent. lib. 10. de laudibus B. Mar. *Veſtivit arcam auro puriſsimo intus & foris, ſcilicèt ut clara Maria appareret tã Deo quã hominibus, & fecit illi coronã auream per gyrum. Duo hìc ponuntur, quæ glorioſæ Virginis inſinuãt prærogativã; veſtitio auri intus & foris, & corona poſita per gyrũ.* Vide quomodo mutua quadam conſequẽtia à ſe invicem videantur dependere, & viciſsim reciprocari arca aurea undique, & mulier undique Sole amicta, & utraque coronata; nam mulierem amictam Sole poſſes dicere thecam Solis auream; & auream arcam poſſes appellare arcam Sole amictam; igitur non otioſus, nec vanus æſtimandus erit digreſsionis noſtræ labor; qui ut arcæ panderemus myſteria, mulieris Sole amictæ arcana reſeravimus; cũ utriuſque ſignificata Mariæ illuſtrem portendant claritudinem, ingenuamq́ue conteſtentur originis nobilitatem.

Richar. de S. Victor. Aretas. Andreas Cæſarien. Methodius Primaſius.

Gregorius Thaumat.

Richar. de S. Laurent.

§. X.

Verba illa, ex ea quæ fuit Vriæ, puriſsimæ Mariæ conceptioni munimentum ſuppeditant.

113 NOmen *Bethſabee in Chriſti genealogia ſuppreſſum, quia immundæ filij conceptioni novam infamiæ maculam adiunxit, ex Chriſtiano Druthmar. & Beda. Quare nothum Davidis filiũ immatura morte Deus præoccupavit? Ex Procopio.*

113 QUatuor fœminas Matthæus in huius generationis Dominicæ funiculo intexuit, nimirũ Thamar, Rahab, & Ruth, harũ quidem triũ nomine protulit, ſolã Bethſabee reliquit anonymã, quam ut indicaret, periphraſi & circumlocutione uſus eſt, *ex ea quæ fuit Vriæ.* Si verò ſuppreſsi nominis cauſam indages; optimam ſanè ad noſtrum inſtitutum elucubrandum reperies. Si enim inter hanc, cuius tacetur nomẽ, treſque nominatas diſcrimen requiras, ex conceptione filiorum, quos pepererunt, tibi ſtatim obtingit. Nam Rahab & Ruth legitimo cõnubio fœderatæ conceperunt filios. Thamar autem, quæ ex Iuda ſocero concepit, non damnatur à Patribus, potius excuſatur & commendatur. Quod quidem miro ingenio præſtat Ambroſ. cuius iã me verba retuliſſe memini, & Chriſtianus Druthmarus ſic aſſerens: *Verumtamẽ nec illæ fœminæ nimis vituperandæ, ſi quis earũ cauſam velit deligenter animadvertere; ſiquidem ipſa Thamar ſecundùm litteram inſpecta, optimam fidem marito mortuo cuſtodivit, quæ tanto tempore fratrem expectavit, & non eſt nupta alteri, & cùm vidit, quòd ei non daretur, non quæſivit de alio genere filium, ſed de ipſo unde filium habuerat. Et hoc etiam non antè de Iuda, niſi cùm uxor ipſius mortua fuit. Omnes tunc deſiderabant filios habere, quia mũdus vacuus erat, & volebat unuſquiſque dici populos de ſe & regna, quia nondum erat præcepta viduitas, nec virginitas, nec ipſa amplius quæſivit, niſi ut conciperet.* Sola Bethſabee fuit, quam nullius excuſationis vel levis fucus obtendit; ſola è quatuor exitit, quæ filij iam à primo parente contaminatam conceptionem novâ infamiæ ſive legali, ſive civili notâ inureret, dedecus decori addens, & novam antiquæ corruptelæ corruptionem. Nothum enim genuit, & peperit, & adulterini maculã ignominioſum, cui non ſolùm primi parentis ſceleris, ſed & immediati præferebat titulos, ut admonuit Theodoretus. Igitur ut doceret Deus, quãtum in Chriſti & Mariæ progenie exoſam execrabilemque haberet conceptionis lãbem, fœminam, quæ veteri novam induxit, turpi ſupplicio taxavit, nomen ab illa auferens, tanquam ab infami ignobilique, quippè quæ prolis ſuæ ingenuitatem non curarit. Simulque Divina omnipotentia oſtendit, quanta generationis Filij ſui eiuſque Matris nobilitatis curâ & ſolicitudine pulſabatur, qui mulctabat fœminã ignominiã novã in filij generationem inſtillantẽ. Adeſt Beda: *Quæritur, cùm tres reliquæ extraneæ mulieres nominib⁹ proprijs ſint poſitæ, cur ſolũmodò non nominetur Bethſabee, ſed hoc ſolũ dicatur, quòd uxor fuit Vriæ? Ideò hoc putavit factũ, quia tres aliæ ſupradictæ licèt criminoſæ fuerint, in partibus, id eſt, in conceptionibus, tamẽ per quos curriit genealogia, non ſolũ nõ culpari, ſed etiã laudari meruerunt. Hæc verò adulterio, & homicidio perpetrato David Regi genuit filium in tantũ culpabili coniugio, ut meritò in Salvatoris genealogia nõ videatur nominata.* Non enim velut parentes Chriſtus videtur admittere, qui maculatam filiorum cõceptionẽ novæ labis incrementis augent. Ediſces ex his quamobrem adulterinũ filium è medio tulerit Deus, nec ſiverit eum vivere, qui veluti animum erga Davidem æneum gerens, illius humiles & anxias preces, quibus longam inediam & ſqualidum cilicium infulis depoſitis regijs, ut eloquentiori apparatu animi ſui David angorem & dolorẽ Deo intimaret, detrectavit. Noverat Deus eo amore Davidem filium proſecuturum, in cuius interitu prænimia doloris anxietate tam profunda ardẽtiaque ſuſpiria emittebat, ut illum ſceptri relinqueret hæredẽ, & cõſequenter Chriſti progeniei proavum inſereret. Quocirca ſtudens eam ignominiã à filij ſui proſapia diſpeſcere, Davidis conatus nati morte intercepit, erudiens ſæcula etiam antiquiora, quo ſtudio originem ſatageret nobilitare Mariæ, à qua tanquam à viciniore fonte filij ſui generatio flueret, qui ita ſedulò curavit ſuperiores canales à conceptionis expiare iniurijs, ab eiſque novas maculas protelare. Quare non ineptè affirmavit Procopius: *Filius enim ſuperſtes tranſgreſſæ legis argumentum erat: Deus itaque pij regis curam gerens ſuſtulit eius opprobrium.*

Chriſtian' Druthmarus.

Theodoretus.

Beda.

Procopius.

SECTIO DVODECIMA.

Verba illa, SALOMON AVTEM GENVIT ROBOAM, illibatæ Mariæ conceptioni teſtimonia ſuffragantur.

§. I.

Ex uberiori ſapientia Salomoni cœlitus indita, quamvis iuniori Parente Davide & Abrahamo, inſurgit pro Marianæ conceptionis immunitate argumentum.

1 EX *ſapientia uberiori Salomoni iuniori antiquis Patriarchis delata arguitur pro Mariæ immaculata conceptione, & fundamentum contra eam ex Patrum antiquitate deſumptum enervatur, per Gerſonem.*

2 *Regula tradita ab Iſidoro Peluſiot. ne nimis antiquitati credatur, Deus Eccleſiæ ſuæ plura explicanda diffinitivè per temporum decurſus reliquit, Ioan. 16. 12. per Tertullian. Eum ordinem in Mariæ prærogativis Eccleſiæ manifeſtandis ſervatum à Deo, aſſerit Bernar. qui illuſtratur, ex Iſai. 29. 11. & Apocal. 5. 1. per Richard. de S. Laurent. Puriſſimæ Mariæ conceptionis cognitio denegata antiquioribus Doctoribus, poſterioribus conceſſa, id deducitur ex Bernard. & Richard. de S. Laurent. Conceptionem illibatam Mariæ evulgaſſe Apoſtolos aſſerit Richardus, & arguitur ex doctrina D. Thom. explicatus Matth. 13. 52. per Richardum. Maria gratiarum abyſſus per Damaſcen. Mare, puteus profundus & obſcurus, quia nullus eſt, qui attingere poſsit quas continet gratias, per Richard. imò eas nullius mens capere poteſt per Simon. de Caſsia: ideò nulla infligitur antiquitati iniuria, ſi aliquod ex Mariæ privilegijs ignoraverit, cuius cognitio ad poſteritatem devenit, ut elucet in Davide & Salomone.*

3 *Salomon egregius præco puriſsimæ Mariæ conceptionis, de ea ſimul & de divinæ Sapientiæ gemina generatione, ac per eadem verba vaticinia, & encomia edens, ex Richardo de S. Laurent. Guilliel. & Gerſon.*

4 *Quanta gloria Mariæ adveneriit ex eo quòd Salomon eius ingenuitatem & laudes cum laudibus pariter & nobilitate divinæ Sapientiæ involverit. Obturatur impium os Lutheri id taxantis authoritate Auguſtin.*

5 *Illuſtrantur verba Guarrici.*

6 *Fax præfertur verbis Haimonis Germani.*

7 *Bernardus elucubratus, qui tam uterum intellectualē Patris quàm Mariæ vulvam paradiſo confert. Commendatur paradiſus à dignitate ſuæ creationis & plantationis, Geneſ. 1. 11. & Geneſ. 2. 8. ex Damaſceno, & Ruperto.*

8 *Paradiſus nullam impuram paſſus eſt conceptionem, Geneſ. 3. 24. ex Auguſtin. & Chryſoſt. Maria quantum immundam conceptionem perhorruerit, Luc. 1. 31. ex Bonavent. Niſſeno, & Geometra.*

9 *Verba Bernardi extricantur, & à difficultate abſolvuntur.*

1 QVI Mariæ nobilem originem inficiantur authoritatis antiquitati & venerabili ſanctorum Patrum canitiei, qui eam præactis ſæculis denegarūt, vel non clarè confeſsi ſunt, velut irrefragabili fundamento innituntur; exiſtimant enim canos illos ſanctitate ornatos, ſapientia claros, prociſſos iri, & inhonoros, ſi illis Mariam in Adamo peccaſſe, eiuſque contraxiſſe piaculum ſentientibus, oppoſitum nunc fideli pietate ſuſceptum evulgetur, & celebri plauſu in fidelium animis ſatum ſemen opimâ devotionis fertilitate multiplicatum metatur. Cenſent enim hanc veritatem (ſi veritas eſſet) tot retroactis ſæculis non fuiſſe Eccleſiæ à Spiritu ſancto denegatam, nec tot viris inclytis cœleſtis ſapientiæ munere affluentibus abſconditam: nimiumque in novitate fiduciæ reponi, fideique plus, quàm par eſt, re-

centioribus Doctoribus ſacrari, ſi eos à Deo accepiſſe lumen, quod vetuſtioribus Patribus non illuxit, credatur. Telum hoc ex antiquitatis pharetra depromptum facilè infringit, diluitque Salomon, qui iunior Dav de parente, & Abrahamo, Iſaaco & Iacobo proavis fœcundiorem illis à Deo ſapientiam adeptus eſt, nec ſcientiâ ſolũ naturalium rerum, ſed & ſupernaturalium eos cumulatiori ſuperavit. Cui à Deo delatum
3. Reg. 3. 12. eſt: *Ecce feci tibi ſecundùm ſermones tuos, & dedi tibi cor ſapiens & intelligens, in tantum ut nullus ante te ſimilis tui fuerit, nec poſt te ſurrecturus ſit*, 3. Reg. 3. 12. Et quãvis plura calamo opera tradiderit Salomon quàm prædeceſſores; quinque enim Sapientialium libri, quos ſcripſit, ad nos pervenerunt, cùm à parente David non niſi Pſalmorum librum habeamus; unum Meherclè præcipuum fecit, in quo antiquiores omnes longiſsimo eſt tramite anteſtatus: nempè Theologia de æterna Sapientia, & Dei Verbo; de illius æterna & temporali generatione, de eius maieſtate & munijs, cui ſimul concredita eſt ſcientia & vaticinium de nobili Mariæ origine futura divinæ Sapientiæ Parente eiuſque dignitate & gratiæ dotibus & ornamentis. Sermonẽ autem de æterna Sapientia eiuſque genitrice Maria ita divinitus temperavit, immiſcuit, ſeu commẽſuravit, ut de utraque verba faciens, & notitiam edens, non eam per diverſarum vocum fontes, ſeu per diſtinctos ſententiarum canales, ſed per unum eundẽque emiſerit; eadem enim verba, quæ ad divinam Sapiẽtiam, dirigit quoque ad Mariã. Vt iam ab ipſo Evangelio, ipſaque Chriſti progenie habeas, nõ inſolitũ eſſe, nec à Divinæ providentiæ ordine alienum Marianum puriſsimæ conceptionis arcanum obſeratum quidem antiquioribus Patribus, iunioribus reſerare. Operæpretium duco hìc intexere ſententiam Ioan. Gerſon. par. 4. ſer. de concept. B. Mar. *Sic finio*, inquiens, *ſecũdam ſermonis noſtri partem, & accedo ad*
Gerſon. *tertiam, quam breviſsimè expediam, reſpõdẽdo ad duas quæſtiones breves, multũ huic loco cõducentes, & utiles. Prima eſt, quomodo reſpondendũ eſt Sanctis Doctoribus, ut S. Auguſt. S. Hierony. S. Bernardo, & alijs, qui videntur dicere, contra hoc quod probatum eſt in principio, Dominam noſtram conceptam fuiſſe in peccato originali. Ad hoc reſpondeo non allegando dicta eorum, per conſiderationes quatuor figurales, & quæ facilè capi poſſunt. Prima cõſideratio eſt: quia Spiritus ſanctus interdum revelat Eccleſiæ, vel Doctoribus poſterioribus aliquas veritates, vel expoſitiones ſacræ Scripturæ, quas non revelavit eorũ prædeceſſoribus; ſic dicit Gregorius. Daniel. 12. Pertranſibunt plurimi, & multiplex erit ſcientia Domini; ideò Moyſes ſcivit pluſquã Abraham, Prophetæ quàm Moyſes, Apoſtoli quàm Prophetæ, & Doctores addiderunt multas veritates ultra Apoſtolos. Quapropter dicere poſſumus hanc veritatem B. Mariam non fuiſſe conceptam in peccato originali, de illis eſſe veritatibus, quæ noviter ſunt revelatæ, vel declaratæ, tam per miracula, quæ leguntur, quàm per maiorem partem Eccleſiæ Sanctæ, quæ hoc modo tenet. Fuit tempus aliquod, in quo non tenebatur Mariam Virginem eſſe in paradiſo in corpore & anima, ſicut modò tenetur: & ſimiliter poſt inſtitutionem feſti nativitatis Sãcti Ioannis, nativitas Dominæ noſtræ ordinata fuit per revelationem unius ſolius fœminæ: & multa ſimilia. Nota de opinione S. Auguſtin. de igne purgatorio qualiter tenetur oppoſitum. Secunda conſideratio. Omni tempore Doctores in ſacra Scriptura inſtructi, authoritatem habent exponendi, & declarandi veritates, quæ ex ipſa ſequuntur, ſicut habuerunt Doctores antiqui; & ſi dicas, quòd non habent talem ſanctitatem: reſpondeo, hoc non impedire quin talem habeant authoritatem, quemadmodum prælati novi, ſimilem habent authoritatem cum antiquis ad eorum populum gubernandum, licèt non talem habeant ſanctitatem. Propterea dico, quòd conſiderata multitudine Doctorum novorum, & Prælatorum Eccleſiæ, qui dicunt, hanc opinionem veram eſſe: Dominam ſcilicèt noſtram ſemper fuiſſe totam pulchram, ſine vlla turpitudine peccati originalis, venialis, vel actualis, ſecurius eſt ſic tenere, quàm oppoſitum; contra hoc, quod voluerunt dicere aliqui, quod eſſet hæreſis expreſſa, vel peccatum mortale, contra quos univerſitas Pariſienſis determinavit. Nec eſt oblivioni tradendum, multo magis eſſe periculum blaſphemando hanc Virginem, quàm ipſam laudando, quæ humana laude ſufficienter laudari non poteſt. Tertia conſideratio eſt. Sancti Patres interdum generaliter locuti ſũt de Domina noſtra & alijs in hac materia volẽtes dare intelligere; quia ſine privilegio ſpeciali, & ſecundũ generales cauſas Domina noſtra habuiſſet peccatũ originale ſicut aliæ. Et per hoc ponunt differentiã inter Ieſum Chriſtum & Dominam noſtram, quoniam Ieſus Chriſtus nunquam eguit privilegio, aut redẽptione, vel præſervatione contra peccatũ hoc: ſic Domina noſtra. Et invenio etiã, quèd S. Auguſt. S. Anſelm. & alij expreſsè eã exceperunt: Auguſtin.*

de

de naturâ & gratia, cùm de peccatis agimus, &c. Et Anſelmus de conceptu Virgin. Quis dicere audeat, &c. Et S. Thom. ſuper Pſalmos. Quarta conſideratio. Sancti Doctores in materia fidem tangente & religionem Chriſtianam, ſemper maturè proceſſerunt, non citò determinando dubias veritates. Ideò locuti ſunt in hac materia magis inquirendo, quàm determinando. Hinc eſt, quòd interdum videntur dicere contraria, non tamen dicunt, & poteſt in tali caſu teneri contra opinionem abſque hoc quòd periculosè erretur. Ideò Sanct. Bernard. in epiſt. quam ſcripſit ad Canonicos Lugdunenſes, eos redarguit, quia cum feſtinatione nimia celebrare voleb nt feſtum huius conceptionis, ut ſi modò aliqui celebrare vellet feſtum Sancti nondum canonizati, vel aſſueti ſine authoritate Romanæ Eccleſiæ. Ideò S. Auguſt. in fine ſe refert ad hoc, quod Sancta Eccleſia voluerit ordinare. Aliud autem eſt modò quàm tempore S. Bernardi, nam veritas magis eſt elucidata. Et celebratur hæc ſolemnitas quaſi per univerſalem Eccleſiam Romanam. Quare non eſt periculum conſcientiæ, vel culpabilis erroris, vel præſumptionis celebrare hanc ſolemnitatem: multo maius eſt ipſam non celebrare.

2 Optimam regulam cenſeo quam tradidit, commendatque Iſidorus Peluſiot. admonens ne nimis cultui antiquitatis addicti ſimus, ſed in cauſis fidei & pietatis inſpectandas eſſe rationes & circumſtantias, & iuxta illas iudicium ferendum, vetuſtatis normâ nõ obſervatâ, quæ ſi nimis cæca mẽte conſulatur, & illius ſtatuta fixa & immobilia eſſe peroptetur, ſi vitiũ ſub illis lateat, æternum erit, virtuſque contraria non diluculabit, ſi obſcuritas veritatis, quæ ſemel delituit, nunquàm exorietur. Sic enim ait Peluſiota. lib. 2. epiſt. 46. *Oportet enim & Legislatorẽ & monitorẽ* (arguit contra Ethnicorũ dogmata profitentem contendentemque Evangelium novam quàmdàm atque à veteri conſuetudine diſſidentem vitæ rationẽ induxiſſe) *Ea, quæ in rem futura ſint, proloqui, nihil omninò curantem an ſententijs novitatis aliquid inſit. Quemadmodũ enim eum, qui minimè conducibilia ſuadet, odiſſe ac deteſtari par eſt, etiam ſi conſuetudinis veſtigijs hærere videatur; ſic eum, qui cum optimis atque utiliſſimis conſilijs accedit, laudibus ac plauſu proſequi convenit, etiã ſi alioqui extrà eà, quæ moribus recepta ſunt, aliquid cõſulat. Quocircà ſi quid, quod reprehenſionem mereatur, Chriſti oraculis adiunctum eſſe perſpicis, id oſtende, & tibi victoriam concedam. Sin autem cùm hoc dicere nequeas, morem atque conſuetudinem, tanquam firmum quoddam præſidium, retines, apparet te per ſpecioſum conſuetudinis prætextum, id quod utile eſt, repudiare. Neque enim grave ac ſceleratum eſt, aliquid innovare, cùm utilitas novitati adiuncta eſt. Non enim noxia & utilia vetuſtate perpenduntur: Verùm id explorandum eſt, an in antiquioribus rebus vitium inveniatur, ac contrà in recentioribus virtus repertatur. Tu porrò hac ratione videris exiſtimare, huic, qui à iuvenili ætate ſemper in luſtris & proſtibulis ſeſe volutavit ſermonem de pudicitia minimè inſerendum eſſe, nec ſicario, de manſuetudine ac morum lenitate: Nam ſi quiſque illorum conſuetudinem honeſtati anteponat, ſixcentis malis ſe ipſum involvet, atque tranſiget.* Quæ quidem Iſidori doctrina maximè ſpectat ad B. Virginem propter excellentias ei delatas donorumque & gratiarum charismata in eam collata: quæ tot tantaque ſunt, adeòque humanæ mentis ſinus excedunt, ſuperantque capacitatem, ut quaſi Militantis Eccleſiæ intellectus obrueretur omnino myſteriorum grandirate, gratiarumque ſublimitate, quibus affluit Mariæ latiſſimus animus, ſi earum ſimul cognitio in eum infunderetur Deus, ne humanæ mentis tenuitas tanto pondere prægravata veluti fatiſceret & diſrumperetur, cœleſtium gratiarum munerum, quibus Maria ditata eſt, paulatim ei ſtatuit aperire cognitionem, & ſic quædam Eccleſiæ exordio revelavit, ut temporum decurſu alia cognoſcenda perciperet: nimio enim lumine ejus acies præſtringeretur, ſi univerſarum Mariæ gratiarum radij illiùs mentem uno impetu adorirentur: ad eum ſanè modo quo Apoſtolis quondam divina Sapientiâ Ioan. 16. 12 indixit: *Adhuc multa habeo vobis dicere, ſed non poteſtis portare modò: Cùm autem venerit ille Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem.* Ioan. 16. 12. Nec tamen veritatis ſpiritus Eccleſiam Dei omnigena veritate coacervatim & uno tempore imbuit, ſed ſingulas cœteris Theologiæ diſciplinas ſingulis ætatibus aſſignavit, ne omnibus pariter referta tanquam nimio cibo onuſta humani intellectus puſillitas ſuccumberet. Vt ſcitè admonuit Tertullian. lib. de veland. Virginib. cap. Tertullian. 1. *Cùm propterea Paracletum miſerit Dominus, ut cùm humana mediocritas omnem ſimul capere non poterat, paulatim dirigeretur & ordinaretur, & ad perfectum perduceretur diſciplina ab illo Vicario Spiritu ſancto. Adeò multa habeo vobis loqui, ſed non poteſtis ea baiulare: cùm venerit Spiritus ille veritatis, deducet vos in omnem veritatem, & ſuperveniens annun-*

annuntiabit vobis, &c. Nil sine ætate est, omnia tempus expectant. Verè cũ mysteria in Maria patrata proximiorem vicinam cum divinitatis fide, quæ nostræ sacramentis nanciscantur, & ob id privilegia excellentiarũque dona ei impertita illis solũ videantur decedere, quæ in divinum ipsius filiũ confluxerunt (nequit enim excogitari sublimior sanctitatis & gratiæ vertex post Christum quàm Maria) meritò quidem de illius mysterijs nõ aliter nobis philosophãdum erit ac den ysterijs fidei, quorũ notitiã singularium que veritatum ad illa spectantium cognitionem Spiritus sanctus Ecclesiæ suæ non summatim communicavit, sed sensim illas digessit, & pro temporis opportunitate distribuit. Quò fidelium pietas de Mariæ maiestate eò altissimum conceptũ gignat, ut cùm multa miraque de eius gloriæ prærogativis fuerint edita, adhuc plura esse quæ Deus occultat, Ecclesiæ suæ successu tẽporum manifestanda credatur. Pervigili studio deglubenda sunt verba Bernardi ser.
Bernardus. 2. super Salve Regina: *O quàm te memorem Virgo, quibus laudibus efferam? &c. Elevata est magnificentia tua super cœlos, & super omnem terram gloria tua, ita ut neque in cœlo inveniatur creatura quæ tuam dignè laudare queat magnificentiam, neque in terra sit, quæ gloriam tuam exprimere valeat. Nemo enim neque in cœlo, neque in terra invẽtus est dignus aperire librũ prærogativarum tuarum, & digne solvere septem signacula eius. Plenitudinẽ gratiæ: advẽtum Spiritus sancti in te: virtutis Altissimi obumbrationem: Verbi conceptionem, quod sine gravamine gravida: sine dolore puerpera: Virgo pariter & fœcunda quis enarrabit? Viri divitiarum multi de civitate Domini virtutum miserunt manus suas ad hæc fortia, & tamẽ multitudinem divitiarum harum ad liquidum comprehendere nõ potuerunt, quia investigabiles viæ eius, & inscrutabilia universa. Conati sunt, & non datum est ultrà. Dum adhuc ordirentur, succisi sunt. Quis enim loquetur potentias has Domini, auditas faciet omnes laudes eius?* Et primum suadeor Bernardum his verbis: *Nemo enim neque in cœlo, neq; in terra inventus est dignus aperire librũ prærogativarum tuarum, & solvere septem signacula eius,* alluisse ad locum
Isai. 29. 11. Isaiæ 29. 11. *Et erit vobis visio omnium sicut verba libri signati, quem cùm dederint scienti litteras, dicent; Lege istum. Et respondebit: Non possum, signatus est enim.* Et ad locum
Apoc. 5. 1. Apocal. 5. 1. *Et vidi in dextera sedentis supra thronum librum scriptum intus & foris signatum sigillis septem, &c.* Quæ quidẽ loca Richardus de S. Laurẽt. lib. 12. de laudibus B. Mar. de gratijs & prærogativis, quibus Maria fulget, interpretatus est, cuius verba licèt superiùs rescripta maneant, lectori perlegere in præsenti non erit fastidiosum: *Signatus est enim liber iste Iudæis sigillis septẽ, sicut dicitur Apoc. 5. Arguũtantur enim sic contra veritatẽ huius libri: Virgo fuit, ergo sterilis; concepit, ergo corrupta est, &c. Ideò liber iste positus est in latere arcæ Deuter. 31. ut sit Iudæis in testimoniũ, id est, in damnationẽ. In hoc autẽ libro tot sunt litteræ quot virtutes, & qui nõ habet virtutes, nescit legere in libro hoc. Undè Isai. 29. Dabitur liber nescienti litteras, & dicetur ei: Lege. Et respõdebit: Nescio litteras.* Richar. de S. Laurens.

Vbi advertendũ est ex Isaiæ loco, non solũ ignarũ & litteris vacuũ, virtutibusque nudũ ineptũ se esse fassum ad litteras huius libri evolvẽdas, mysteriaque explicãda, sed & peritũ etiã, scientiâ præditũ, & virtutibus conspicuũ. Quocirca Vates ait: *Quẽ cũ dederint scienti litteras, dicẽt: Lege istum: & respõdebit: Non possum, signatus est enim.* Quæ quidẽ sententia excepta est à Bernardo dum inquit verbis superiùs scriptis, post quã monuerit primũ è septem sigillis, quibus Marianus liber signatus est plenitudinẽ esse gratiæ ipsius: *Viri divitiarũ multi de civitate Domini virtutum miserunt manus suas ad hæc fortia; & tamen multitudinem divitiarum harum ad liquidum comprehendere non potuerunt, quia investigabiles viæ eius, & inscrutabilia universa. Conati sũt, & non datum est ultrà, dum adhuc ordirẽtur succisi sunt.* Mehercle nunc si quæras, quare præactarum ætatum viri sanctissimi, qui quidem meritò viri divitiarum appellandi sunt, propter præstantissimam sapientiæ & virtutis supellectilem, quâ ornati præfulserunt, mittentes manus suas ad aperiẽdum sigillum plenitudinis gratiæ Mariæ, defecerunt. Nec sibi & alijs aperuerunt eâ gratiæ plenitudine Mariam in primo vitæ suæ exordio fuisse præoccupatam, ac proinde ab omni originaria labe immunem; iam facilè erit respondere, quia adhuc signatus illis manebat Marianus liber, & primum sigillum illius, nempè plenitudo gratiæ Mariæ, quæ ad primum vitæ illius instans protentum est, illis nondum fuit reseratum: tanti mysterij scientia illius ætatis Doctoribus denegata est, ideò quamvis conati sunt, non datum est ultrà; & dum adhuc ordirentur, succisi sunt. Et optima rei huius ratio eminet. Nam cùm Marianus liber sigillis septem munitus sit in manu sedentis in throno, nempè divini Filij, nec alius præter ipsum dignus inveniatur, qui prærogativarũ Mariæ sigilla resignet; ipse enim pro libito

Bernardus.

suo

ſuo excellentiarũ Mariæ cognitionem diſpenſat, & temporũ ratione humanæque mẽtis captus habita diſpertitur. Etenim quẽadmodum certiſsimũ eſt illud ipſius pronuntiatum: *Nemo novit Filium niſi Pater, neque Patrem quis novit niſi Filius, & cui voluerit Filius revelare*, Matth. 11. 27. Sic veriſsimum reor, quòd nemo novit Matrem niſi Filius, & cui voluerit Filius revelare. Vndè reſeratio ſigillorum, ſub quibus Mariæ gloria latet, favor eſt & gratia Filij, nec dedecori vertendum eſt ſacris Doctoribus, qui præceſſerunt, quòd illam plenè aſſecuti non fuerint, quibus cõmunicata non eſt; plurium illi veritatum lumine afflati ſunt, quo ipſis antiquiores caruerunt. Quid ni illorum æſtimetur iniuria, quòd ſigillum plenitudinis gratiæ Mariæ noſtro ſæculo revelandum divinus Filius aſſervaverit? Verè iniurij vetuſtioribus Patribus exiſtunt, qui iniuriam fingunt ubi non eſt: ſicut qui mentitur irrogatam eſſe alicui contumeliam, ut peſsimâ ille maneat notâ inuſtus. Nam iniuriæ commentum livido lædendi eſt. Præclarè hæc illuſtrantur à Richardo de S. Laurent. qui præindicatis verbis hæc annectit: *Maria eſt liber quem vidit Ioãnes Apocalyp. 5. in dextera ſedentis in throno ſignatum ſigillis ſeptem. In hoc enim libro continetur omnis ſcientia, quæ pertinet ad ſalutem. Quem tenet Chriſtus in dextra, non in ſiniſtra, quia ſpiritualem ſcientiam, quæ in eo latet, bonis aperit, malis claudit. Bonis aperit, ideò dicitur teneri in dextera Dei, quaſi ad aperiendum; malis claudit, ideò dicitur ſignatus. Et nota, quia Ioannes flebat multum, quia nullus inventus eſt ſolvere ſignacula libri, niſi ſolus agnus, quia nemo novit Matrem niſi Filius, & cui voluerit Filius revelare, ſicut Chriſtus dicit de Patre, Matth. 11.* Itaque cùm nemo repertus ſit dignus Mariani libri ſignacula diſcingere niſi agnus. Meritò liber ſtat in dextera Chriſti, in dextera, inquam, quaſi ad publicandas Mariæ prærogativas ijs, qui ad dexteram Chriſti locati ſunt, nempè virtute & ſapientiâ præditis, ſed his non ſimul omnia explicat ſigilla, ſed quæ vult, & quando vult; quia plena cognitio Mariæ favor eſt Filij, & iniquè gratia iuſtitiæ iure expoſtulatur. Plena & perfecta Matris notitia eſt apud Filium, quam ille pro arbitratu ſuo diſtribuit: *Et cui voluerit Filius revelare.* Quamobrem, quam antiquioribus inficiatus eſt, iunioribus elargitur ſolâ voluntate ductus. Verè non abnuo ſententiâ Richardi de S. Laurent. aſſerentis Apoſtolis revelaſſe Deum ſanctiſsimæ Parentis ſuæ myſteria & gratiarum privilegia, quæ hominibus evulgarent, ſicque Apoſtolorum lingua inſtar pennicilli erat, & eorum verba, & ſermones inſtar colorum, quibus Mariæ gloriam colorabant & illuſtrabant, dũ illã notam faciebant. Quocircà eorum tempore Mariæ conceptio haudquaquam habita fuit obſcura; quam prædicationis ſuæ coloribus honorarunt Apoſtoli, publicis concionibus aſſerentes eam fuiſſe ſplendidiſsimam & inſtar Solis omnigenâ puritate conditam. Sic enim Richardus ſcribit: *Chriſtus Matrem ſuã recoloravit in Apoſtolorũ prædicatione, quãdo ipſis prædicantibus toti mũdo innotuit Chriſtũ natũ eſſe de Maria Virgine. Vndè Pſal. 18 In omnẽ terrã exivit ſonus eorũ, dicentiũ de Chriſto: In Sole poſuit tabernaculũ ſuũ, id eſt carnẽ ſuam, quam aſſumpſit in ea, quæ ſcilicèt Virgo clara erat & lucida, ut Sol per omnimodã puritatem.* Omnimoda autẽ puritas prorſus obſcuram originẽ, & immundam conceptionẽ extrudit. Et hoc magis veriſimũ duco in ſentẽtia D. Tho. 2. 2. q. 1. art. 10. ad 1. quẽ Theologi ſequũtur aſſerẽtis. Nihil doceri ab Eccleſia quod in doctrina Apoſtolorum nõ cõtineatur, ſed explicari magis & proponi fidelibus propter hæreticos, diverſa temporũ opportunitate id exigente. Vndè myſteriũ puriſsimæ cõceptionis Mariæ doctrina quidẽ Apoſtolorũ fuit, quã quotidie expectamus ab Eccleſia explicari magis & diffiniri, ſiquidẽ eã publicis ſolemnijs celebrat, eiuſque cultũ pijs indulgentiarũ muneribus afficit, prohibetque contrarium ſentientes ſuũ iudiciũ proferre, quæ quidẽ omnia feſtivæ vigiliæ ſunt tanti myſterij ſolemnem diffinitionem maturantes: vario tamen elabẽtium ſæculorum interiectu urgetur Eccleſia nonnullas veritates, quas Apoſtolorũ divinitus accepta diſciplina cõplexa eſt, cenſoria & diffinitiva auctoritate ſancire adducta à rationibus & argumentis, quæ pro his veritatibus ſtabiliendis illius ſæculi Doctores invenerunt, quorum mentibus ſplendidior lux Spiritus ſancti, quã præcedentium ætatum Doctoribus affulſit, ſic Eccleſiæ ſuę œconomiã Spiritu ſancto dirigente, ut temporum ſucceſſu Eccleſia cumulatius illuſtrata provehatur. Et ſanè præſenti inſtituto de Marianæ conceptionis immunitate congruunt verba Richardi de S. Laurent. inducentis locum Matth. 13. 52. *Ideò omnis Scriba doctus in regno cœlorũ ſimilis eſt Patrifamilias qui profert de theſauro ſuo nova & vetera.* Regnũ cœlorũ eſt Eccleſia, Scriba doctus, eſt quilibet doctor divina ſcientia imbutus, qui Eccleſiæ pro temporum diverſitate advenit. Theſaurus Eccleſiæ eſt doctrina Apoſtolis revelata, in qua omnia credibilia de fide

Matth. 11. 27.

Richar. de S. Laurent.

Richar de S. Laurent.

D. Thom.

Matth. 13. 52.

continentur. Sed quid, quæſo, eſt quod aſſeratur nova & vetera de theſauro proferri? Verè Eccleſia de una ætate in aliam perducta & docti ſcribæ ſapientiâ inſtructa cogitur aliquas veritates explicare & diffinire, quæ quidem vetera ſunt, quia in Apoſtolorum doctrina cõtentæ, item & nova poſſunt appellari, quia noviter ſanciũtur & firmantur. Quam interpretationem Mariæ adaptans Richardus inquit lib. 4. de laudibus Mar. *Maria dicitur theſaurus, quia inde proferuntur à Patrefamilias nova & vetera, Matth. 13. In ipſa ſiquidem fuerũt theſauri ſapientiæ & ſcientiæ abſconditi, ad Coloſſen. 2. quæ in novo vel veteri teſtamento inveniuntur. Per Patremfamilias intelligitur ordo prædicatorum.* Quaſi dixerit. In Maria tot ſunt gratiarum, & prærogativarum abſconditi theſauri, ut velut ſi exhauriri nunquàm poſſint Eccleſiæ Doctores, ſibi per ætatum curricula ſuccedentes, ſemper inveniant gratiarum privilegia ei delata vetera quidem, quia in utroque tũ teſtamento, tum in Apoſtolica diſciplina præceſsêre contenta, ſed tamen nova, quia Eccleſia ex ſua diffinitiva explicatione ſtabilit, eorum argumentis & diſſertationibus perſuaſa. Quapropter propter ſapiẽtiæ theſaurum in Maria repoſitum, ait Richardus ſupra eam ſapientiæ nomen Filij propriũ fuiſſe nactam, ex quo puriſsimam eiusgenerationem arguit, loco Eccli. 24. 35. innixus: *Ratione ſapientiæ dicitur Eccli. 24. de illo Rege nato de David: Qui adimplet quaſi Phiſon ſapientiam. Qui ſcilicèt Rex adimplet, id eſt perfectè implet ſapientiam, id eſt Beatam Virginem, quæ ſapientia dicitur emphaticè, quia ſapiens ſuper omnes: vel quia Mater ſapientiæ, id eſt Chriſti; & univoca debet eſſe generatio.* Hoc eſt, quia Maria ita exundanter referta eſt ſapientia, nomen cum Chriſto commune lucratur, ſapientiaque quemadmodum ille, accerſitur: unde univocam habet cum Chriſto generationem, in eo ſcilicèt, quòd ſicut à Chriſti generatione Adæ noxa procul abacta fuit, ita Mariæ generatio eiuſdem maculæ prorſus expers erupit. Hinc fit, quòd à Damaſceno appelletur Maria abyſſus gratiæ, dedormit. B. Mariæ: à Richardo de S. Laurent. lib. 1. de laudibus Mar. *Mare*, ſtatuitque rationem. *Maria eſt mare propter aquarum redundantiam, id eſt aquarum plenitudinem. Vnde dicitur gratia plena. In mari autem nec fundus, neque menſura eſt, nec Maria accepit gratiam ad menſuram aliorum; Eccli. 1. Profundum abyſſi quis menſus eſt. Hæc eadem plenitudo ex eo perpenditur, quòd ſicut pluvia in vellus deſcendit, in eam Filius Dei.* Et ob eam prærogativam puteum profundum illam appellat, lib. 9. *Maria eſt puteus profundus, Ioan. 4. puteus altus eſt, id eſt, profundus; & Maria profunda per ſapientiam inattingibilẽ, id eſt gratiarum tantam profunditatẽ, quod eam fragilitas humanæ conditionis non attingit. Vnde Eccleſ. 7. Alta profunditas quis inveniet eam. Obſcurus, quia nec oculus vidit, nec auris audivit, neque in cor hominis aſcendit, quantum gratiæ largitus eſt Deus Virgini gloriosæ.* Subſcribit Simon de Caſsia, lib. 2. cap. 1. *Divina Virgo Filia Patris æterni, Mater æterni Filij, habitaculum Spiritus ſancti plus habet in occultis ſuis, quam capiat humana mens, quam poſsit ſermo proferre, quam ſcribi mẽbranis, quam ſibi totam coaptavit ille, qui condidit ad nil aliud, quã ad divina præſtruẽs, ut Dei Mater eſſet & Filia.* Si Maria eſt abyſſus gratiarum, mare, puteus altus & obſcurus, in eaque gratiarum prærogativæ inattingibiles, quæ in cor hominis nunquã aſcenderunt, quia plus habet in occultis, quàm humana mens capere queat; quid mirum quòd antiquiores Doctores illas omnes non exhauſerint? Num æquum erit inclytæ conceptionis privilegium denegare Mariæ, quia id illi aſſecuti nõ ſunt? Si huius abyſsi theſauros ſtatuit Deus paulatim per temporum deſcenſum Eccleſiæ ſuæ clarè manifeſtare, iniuria ne Patrum antiquitati irrogabitur, quia aſſerimus Mariæ prærogativam, quâ nobilis eius origo adſtruitur, illis fuiſſe occultam, & nunc in Eccleſia illuceſcere? Quis ſanæ mẽtis id auſit cogitare? Verè iniuria inhonoros optat eſſe antiquos Doctores, qui hanc illis iniuriam cõminiſcitur: antiquior erat ſanè David quã Salomon, & non quia antiquior ſapientior. Quocircà Salomon illuſtriorem cognitionẽ nactus eſt Marianæ gloriæ, pluresque de hoc gratiarum abyſſo hauſit & ſcripſit prærogativas quàm David.

Richar. de S. Laurent.

Eccli. 24. 35

Richar. de S. Laurent.

Damaſcen.

Richar. de S. Laurent.

Simon de Caſsia.

3 Iam, quæſo, qui hac pietate erga Virginem non ardent, cunctantes cultum, quẽ meritò poſſunt, & debent perſolvere, vetuſtatis ad ſacra non confugiant, neque ex ea tanquàm ex munitiſsimo præſidio, impios ſe pro Mariæ nobili origine profitenda devoventes, iacula fulminent, cùm tantũ myſterium videant à maioribus nondum vel non plenè cognitum: & per moderniorem Salomonẽ clara veluti præconis voce perſonaſſe. Ipſe enim & clariſsimus teſtis & illuſtris Vates Marianæ ingenuitatis exiſtit, illam miro modo cum divinæ Sapientiæ claritudine connectens. Nam per eiuſdem vaticinij verba utramque pandit. Quapropter quidquid de divina Sapientia, & de eius generatione æterna & temporali ſcripſit,

San-

Sancti Patres Eccleſiam ipſam tanquam exemplar ſecuti, de Maria abſque aliqua violentiæ, aut temeritatis nota cenſent interpretandum. Quocircà Richardus de S. Laurent. lib. 1. de laudibus B. Mar. ait: Richard. de S. Laurent. *Propter hanc convenientiam & multiplicem unionem inter Mariam & divinã Sapientiam, ferè omnia quæ dicuntur de divina Sapientia, exponi poſſunt de Maria, & eis eadem attribuũtur, & fortè propter hoc dictum eſt ei, Dominus tecum.* Et Alanus apud Delrium cap. 1. ſect. 1. ſuper Cant. inquit: Alanus. *Canticum amoris ſcilicèt epithalamiũ Salomonis ſpecialiter & ſpiritualiter ad Eccleſiam refertur, tamen ſpecialiſsimè & ſpiritualiſsimè ad glorioſam Virginem reducitur.* Honorius autem in ſigillo B. Mar. Honorius. ſcribit: *Glorioſa Virgo Maria typum Eccleſiæ gerit, quæ Mater, & Virgo exiſtit: Eccleſia Mater prædicatur, quia Spiritu ſancto fœcundante per eam quotidie filij Deo in baptiſmate generantur: Virgo autẽ dicitur, quia integritatem fidei ſervans inviolabilem ab hæretica pravitate non corrumpitur. Ita Maria Mater fuit Chriſtũ gignendo, Virgo poſt partum clauſa parturiendo. Ideò cuncta, quæ de Eccleſia ſcribuntur, de ipſa etiam ſatis congruè leguntur.* Et Guillielmus ſingulariter Cantici Canticorum myſteria Mariæ adciſcit, apud Guillielm. Delrium ubi ſuprà: *Hoc Canticum cum cæteris Virginibus cantat glorioſa Virgo Maria, ſed procul dubio aliud eſt Canticũ Canticorum, quod ſola cantare poteſt, non quia Virgo eſt (quod commune habet cum multis) ſicut neque quia mater eſt (quod itidem habet commune cum tam multis.) Sed quia fœcunda Virgo, & Virgo puerpera, quod ſcilicèt in ea unicum & ſingulare eſt. Non enim eius privilegium eſt, quòd eſt Virgo inter Virgines, ſicut nec eius prærogativa eſt, quòd eſt Mater inter matres; ſed in ea ſingulariter inſigne eſt, quòd eſt Mater inter Virgines, & Virgo inter matres, & ob hoc Virgo virginum, & Mater matrum. Itaq; non eſt Canticum Canticorum, quòd cantat cũ virginibus, ſeu cum matribus, ſed verè eſt Canticum Canticorum, quòd ſola cantat inter matres, & ſola cantat inter virgines: Cantat enim inter matres Canticum virginitatis, & inter virgines Canticum fœcunditatis. Hoc verè eſt Canticum pluſquàm novum, & verè Canticum Canticorum, quod nemo poteſt dicere agno, niſi illa quæ peperit agnum.* Et Gerſon part. 3. Gerſon. tractat. 5. ſuper Magnificat, ſic affatur Mariam: *Paulus ex te muliere dicit Chriſtum factum ſub lege, muliere ſiquidem illa, quæ fas habet dicere: Ego Mater pulchræ dilectionis, cum cæteris in laudem ſapiẽtiæ poſitis ſibi per Eccleſiam anthonomaſticè & emphaticè laudabiliter attributis.* Innumera autem loca ſunt, quæ ex quinque Salomonis libris, tum ab Eccleſia, tum à Sanctis Patribus illius veſtigia & magiſteria inſecutis Mariæ addicuntur, & eius puriſſimæ conceptioni firmandæ & commendãdæ appropriantur, & accõmodantur: quæ recenſere, longiſsimum nũc inſtituere opus poſtulabat. Perlege Ioan. Gerſon. 2. part. ſerm. de concept. B. Mar. & 4. par. ſerm. in eiuſdem ſolemnijs, & alios complures in indicibus operis Richardi de S. Laurent. in quibus plura concinnata reperies. Gerſon. Richar. de S. Laurent.

4 Illud expendere non omittã, inenarrabilem gloriam maieſtatemque incomparabilem Mariæ ex eo adventare, quòd Salomon eius dignitatem, perfectionem, prærogativas, gratiarum excellẽtiam & cumulum, animi elegantiam & pulchritudinem, adeò divinæ Sapientiæ laudibus & elogijs innexuerit, & immiſcuerit, ut quaſi geminos fratres ab eodem mentis utero & oris vulva, ſubeodemque verborum involucro connexos, ipſamet divina Sapientia obſtetrice uno eiuſdem partus nixu ſimul effuderit. Neſcio quid ſublimius ſit & glorioſius habendum, vel quòd divina Sapientia laudes ſuas & notitias ad eas voces, quæ Mariæ explicant cognitionem & gloriam, arctaverit, vel quòd Mariæ excellentiæ tot ſint & tantæ, ut verba, quæ æternæ Sapientiæ pariunt notitiam, & encomia explere undequaque valuerint, & adæquare? Hinc eſt, quòd Sancti Patres in Mariæ indaganda, prodenda, extollendaque ſapientia, plurimum operis impenderint, deſudaverintque. Nec mirum ſanè, cùm Mariæ ſapientia quandam veluti ſapiat infinitatem, æternèque redoleat proprietates & immenſitatẽ. Nec mirũ ſanè, ſi hæretici, qui omnia adoriuntur ut perdant, in hanc Mariæ celſioris gloriæ prærogativam graſſati fuerint, & inſanierint. Quapropter Lutherus Luciferi peſtilens animus & veſana mens attendens ab Eccleſia Mariæ cap. 24. Eccli. adſcribi, virus ſui tenebras illicò evomit, ut hoc ſublime Mariæ præconiũ corrumperet, & offuſcaret: aſſerens coactè (ut refert Pater Caniſ. de B. Virg. lib. 5. cap. 6.) ab Eccleſia tortam eſſe epiſtolam, quæ divinæ Sapiẽtiæ tantum competit, ipſi nempè Chriſto, qui ante ſæcula fuit, & in quo omnia condita ſunt. Quod autem Mariæ Deiparæ hæc tribuantur, merum mendacium, & in Deum blaſphemiam eſſe, ſed qui merum ſemper inhiabat, & eo ingurgitatus incedebat, optimè merum coniunxit cum mẽdacio, quid enim meræ veritatis cum mero, & mero foporato? Sed putidum os Lutheri obturat Caniſius.

Au-

Auguſtinus lib. 3. de Doct. Chriſtian. cap. 21. docens ab eiſdem ſcripturæ verbis, non unum dumtaxat, ſed geminos & plures ſenſus parturiri, & hanc eſſe divinæ Scripturæ ſuper omnes alias excellentiam: *Nam au-*
Auguſtin. *thor libri ſacri per quem ſcripturam illam operatus eſt ſpiritus* (ait Auguſt.) *in eiſdem verbis, quæ intelligere volumus, aliam ſententiam forſitan vidit, & certè Dei Spiritus, qui per eum hæc operatus eſt, etiam ipſam occurſurum lectori, vel auditori ſine dubitatione providit, imò ut occurreret, quia & ipſa eſt veritate ſubnixa, providit. Nam quid in divinis eloquijs largius, & uberius potuit divinitus provideri, quam ut eadem verba pluribus intelligantur modis, quos alia non minus divina conteſtantia faciunt approbari.* Quam quidem veritatem varijs per ſequentia capita confirmat exemplis, & cap. 31. docet moris ſacræ Paginæ eſſe de Chriſto & Eccleſia, ex quibus unum corpus perfectum inſurgit ſub eiſdē
Idem. verbis fieri ſermonem: *Prima regula*, inquit, *eſt de Domino & eius corpore, in qua ſcientes aliquando capitis & corporis, id eſt, Chriſti & Eccleſiæ unam perſonam nobis intimari, neque enim fruſtra dictum eſt fidelibus: Ergo Abrahæ ſemen eſtis, cùm ſit unum ſemen Abrahæ, quod eſt Chriſtus: nō hæſitemus quando à capite ad corpus, vel à corpore tranſitur ad caput, & tamen non receditur ab una eademque perſona, una enim perſona loquitur dicens; ſicut ſponſo impoſuit mihi mitram, & ſicut ſponſam ornavit me ornamento, & tamen quid horū duorum capiti, id eſt, quid Chriſto, quid Eccleſiæ conveniat, utique intelligendum eſt.*
Caniſius. Quod in libris Salomonis (addit Caniſius) facilè perſpici poteſt, ubi æterna Sapientia ſe ſponſæ ac mulieri confert, & ſub tali imagine ſe nobis præbet cognoſcendam. Hinc quoq; innoteſcit, quàm torvo animo arreptaque mēte furat Lutherus & debacchetur in Eccleſiam, eamque tam ſacrilegæ mendacij ſimul & blaſphemiæ inſimulet, quandoquidem verba Eccleſiaſtici ſic accipiat, ut in illis non Chriſti ſolummodo, ſed etiā Mariæ præconium, quæ præcipuum elegantiuſque corporis eius membrum, adeoque mater eſt, ritè conſiderandū proponat. Neque ideò æqualitatem ſtabilit inter Filium & Matrem, optimè enim fidei documentis imbuta novit, quàm latum infinitatis diſcrimen inter utrumque hiet. Nec arbitratur Chriſtus aliquid ſibi honoris & gloriæ derogari, ſed gloriam ſuam potius illuſtrari & excreſcere ex eo, quòd encomia & attributa, quæ ipſe ab æternitate habuit, & in libris Salomonis præconizantur, velit cum parente ſua, & ſponſa muliere omnium præſtantiſsima partiri, eamque ad eorum participationem, & communicationem aliquo modo advocare, quam talem effecit, tamque dignè gratijs dotibuſque cœleſtibus exornavit, ut nihil vel laudabilius, vel venerabilius inter Sāctos omnes ipſa una poſſit reperiri, quæ incarnatam ſapientiam orbi generavit, ediditque. Maximoperè enim conſentaneum æternæ ſapientiæ maieſtati erat & decorum, ut quæ de ipſa prædicebātur prædicabanturque, ſecundariò Mariæ adſcripta intelligerentur, quò domicilium, quod æternæ ſapientiæ præparabatur noſtra mortalitate induendæ, non niſi ſimilibus ſapientiæ eiuſdem ornamētis, dotibus, & proprietatibus extructū & elaboratum dedicaretur; ſic enim agebatur, ut & mater temporalis generationis aliquo modo, aliquavè ſimilitudine aut proportione æternæ generationis fonti reſponderet: & quòd ipſa ſapientia increata ſic conderet matrem, ut temporaliter creata eius ſimilitudinem videretur præferre. Ex his prævalet argumētum pro Marianæ conceptionis immunitate. Nam quæ divinæ Sapientiæ attributorum & proprietatū, quas enuntiavit ſuis libris Salomon, extitit particeps, neceſſum erat, ut à principalioris, & quæ faſtigiatur inter omnes, communione non excluderetur; ea nempè fuit originis puritas & nobilitas. Quæ enim de divinæ Sapientiæ generationis æternæ & temporalis gloria, & nobilitate tradidit Salomon, in Mariæ quoque generationem tendunt commendandam: & ſub verbis quæ divinæ Sapientiæ ingenuam enuntiant generationē, Marianam quoque conceptionem tanquam eidem valdè ſimilem complectitur. A primo enim vitæ exordio Mariæ cum divina Sapientia ſimilitudo ſumebat felicia auſpicia. Quid ni in ipſa generatione ſibi ſimilē Mariam divina adaptaret ſapientia, quam in reliquo vitæ decurſu ſibi comitem excellentiarum granditate delegerat?

5 In hunc ſenſum interpretor verba Guarrici Abbat. ſerm. 3. de Aſſumpt. B.
Guarric. Virg. *Qui creavit me creatus ex me requievit in tabernaculo corporis mei, negare mihi non potuit requiem cœli ſui. Qui enim gratiam ultrò cumulat alijs, par pari quomodo non referret Matri?* Quibus in verbis illud primum ponderandum eſt, Mariā ex ſententia Guarrici uterum ſuum cœlo conferre, & requiem, quam in ipſo Chriſtus habuit, requiei, quā ipſa potitur in cœlis; ex eo enim quòd Chriſtus requiem in Mariani corporis tabernaculo obtinuerit, infert Maria requiem cœli ſibi non denegandam; idque probat, quia par pari quomodo Chriſtus non referret Matri? In ijs enim vi-

videtur Mariæ tum innuere uterum ſuum Chriſto ita ſe exhibuiſſe delicioſum & glorioſum, ſicut ipſimet Mariæ poſteà cœlum jocundum & delicijs affluens ſe exhibuit: tum uterum ſuum à cœlo non differre, & ſicut cœlum nobiliter creatum, & perfectum in ſua creatione evaſit: ita corporis ſui tabernaculum nobiliter fuiſſe extructum, & abſque ulla maculæ imperfectione compactum. Deinde, ex eo quòd teneatur Chriſtus par pari referre matri, poſtulo quòd illorum verborum ſenſum: *Qui creavit me, creatus ex me requievit*, &c. vel tantiſper evolvamus. Creavit divina Sapientia Mariam, quæ erat ipſam poſteà ſapientiâ creatura, ergo ut par pari Filius Matri referret, taliter debuit Matrem creare, qualiter ipſe poſteà creandus eſſet à Matre, (dixi taliter, non ut contendam omnimodam, & undiq; adæquatam debere intereſſe paritatem, ſed congruentem ſimilitudinem) ſed Maria Filium cõcepit generatione puriſsima, & quæ ex vi ſua omnem propellat maculã ab Adã decidentem; ergo puriſsima ſaltim ex privilegio debuit à divina Sapiẽtia creari Maria, abactâ procul turpitudine, quæ ab Adamo per humanam derivabatur propaginẽ, ut iã in ipſa generatione Matris quaſi ediſceret divina Sapientia ſui auguſtam generationem, & in illa ipſius veluti quædã præludia inſtituerentur.

6 Deinde ex his quoque elucubror verba Haimonis Epiſcopi Germani, in epiſt. feſti Aſſumpt. *Lectionis* (inquit) *hujus capitulum ſpecialiter laudem æternæ Dei ſapientiæ, per quem omnia creata ſunt, commendare videtur; ſed hæc particula à Catholicis & eruditis Patribus in ſolemnitate perpetuæ Virginis Mariæ, de qua eadem ſapientia carnem aſſumpſit, ad legendũ ordinata eſt; & poteſt pars quædam illius nõ incongruè eidem genitrici aptari, quæ ab ipſa Dei ſapientia talis creata eſt; ut per illam ad redimendam humanam naturam Dei Filius ſine humana concupiſcentia crearetur.* Loquitur ad illã verba, Eccli. 24.12. *Ab initio, & ante ſæcula creata ſũ, &c.* quæ pro epiſtola leguntur in B. Mariæ ſolemnijs, expende illa verba: *Quæ ab ipſa Dei ſapientia talis creata eſt, ut per illam Dei Filius ſine humana concupiſcentia crearetur.* Quaſi dicat: taliter à Filio creata eſt Maria, ut in ipſa Mariæ creatione viam ſterneret, formamque ſuæ generationis temporalis futuræ ex Maria præſtrueret, edoceretque in Maria creanda qualiter ex ipſa ipſe crearetur: nẽpè à Mariæ fabrica amovit omnem labem, diſpeſcuit non ſolùm primi peccati reatum, ſed & concupiſcentiam eius ſequelam extinxit, ſicque monuit qualiter ipſe per illam, ſine humana concupiſcentia crearetur. Oportebat ſiquidem in Matris generatione fundamenta, & quaſi ſemina Chriſti nobiliſsimæ generationis iactare, vel ſi mavis, quædam delineamenta præducere.

Haimon.

Eccli. 24. 12.

7 Hinc D. Bernardus Mariam divinæ Sapientiæ parentem cum Patre æterno, à quo ipſa ſapientia perpetim & inceſſanter emanat, cõparat; ut mihi videas quàm dignè decenterque Salomon ſub eodem verborum cortice, & divinæ Sapientiæ & Mariæ excellentias fuerit complexus. Nam ut divinam Sapientiam conciperet Maria, quã ab æterno generat Pater, videtur divini intellectus unguento veluti quodam illita, & nectareo liquore, aut ſapore perfuſa, ſeu eiuſdem ſtillicidio quodam irrorata, quo temporalis divinæ Sapientiæ fons a ternum eiuſdem ſapientiæ fontem ſaperet, & illius ſalita & condita proprietatibus ab æterno generante temporalis generans non penitus diſtaret. Nec tædeat te iterum perlegere verba Bernardi, quæ ſuperiùs memini à me tranſcripta, ſerm. 2. de Nativit. Domini, quæ inſcribuntur etiam in concep. Beatiſs. Mar. ſic ſcribit: *Fluvius, ait Scriptura, egrediebatur de loco voluptatis ad irrigãdam univerſam ſuperficiem terræ, qui inde dividitur in quatuor capita. Fluvius iſte eſt Dominus meus Ieſus, qui de duobus locis voluptatis egreditur, ex utero Patris & ex utero Virginis. Vnde Prophetа: Dominus Deus noſter fluvius glorioſus exiliens in terram ſitientem; ſed ineffabilibus differẽtijs longè aliter à Patre, quàm à Matre egreditur, quia & ſi hæc temporalis nativitas glorioſa eſt, multo glorioſior eſt æterna.* Et paucis interpellatis: *Ad paternam igitur generationem recurrentes, locum voluptatis Patrem eſſe cenſemus, quãvis Deus illocalis ſit: ſed efficientias rerum niſi per vulgatos ſermones explicare nõ poſſumus. In ipſo autem omnem voluptatem eſſe intelligit, qui legit Apoſtolum dicentem, quoniam ex ipſo, & per ipſum, & in ipſo ſunt omnia. Et alium ex illo duodeno apice ſimiliter eructantem; omne datum optimum, & omne donum perfectum deſurſum eſt, deſcẽdens à Patre luminum. Ipſe etiam Filius dicit: Hæc eſt vita æterna, ut cognoſcant te ſolum verum Deum. Cognitio igitur Patris vita æterna eſt & ubi vita æterna, ibi ſempiterna voluptas. Egreditur ergo fluvius de loco voluptatis, quia gignitur de utero Patris, Deus de Deo, lumen de lumine, de Domino Dominus, &c.* & poſt pauca: *Nũc accingamus nos ad vidẽdum, qualiter egrediatur de Virgine, quia egreſſio illa dulcior & affectuoſior eſt humanæ miſeriæ, quæ intuen-*

Bernardus.

tuentium pectora concutit, & irrorat oculos, & beatis oculis vultus amantium perfundit. Hìc locum voluptatis uterum Mariæ intelligo, in quo cumulavit omnes delicias deliciarum Dominus, de cuius delicijs Spiritus ſanctus admiratorio ſermone in amoris Cantico eructat: Quæ eſt iſta, quæ aſcendit de deſerto delicijs affluens? Numquid in Angelis voluptatem habet Altiſſimus, in quibus ipſe reperit pravitatē? Nūquid in cōſtellatione vel ſcintillatione ſtellarum, quarum aliæ convertuntur in ſanguinem, aliæ cadunt de cœlo, aliæ in tenebras obſcurantur? Numquid in aëre, vel ventis? Nequaquam in igne Dominus, non in commotione Dominus, non in ſpiritu Dominus: Si verus eſt ille, qui curru igneo & equis igneis eſt aſſumptus in cœlum. Nūquid id in aquis, ubi furens & tortuoſus Leviatham immoratur? Aut in terra, quæ ſub maledicto Adæ ſpinas emittit & tribulos? Non eſt locus voluptatis niſi uterus Virginis. Ex hoc egreditur humanitate, quia veſtitus cilicio noſtræ mortalitatis viſibilis humanis oculis apparuit. Mediusfidiùs hìc multa occurrunt obſervatione & libramine digna. Nā in primis meritò Bernardus, tam uterum æterni Patris, quàm Mariæ alvum paradiſo comparat voluptatis, ut demonſtretur, quòd ſicut à ſuo principio ſine principio æternus genitor mundiſſimus eſt, & nobiliſſimus, ita à ſuo exordio temporalis divinæ Sapientiæ genitrix candidiſſima & clariſſima emerſit. Dignitas enim paradiſi, quâ reliquas orbis plagas anteſtatur, præcipuè ex ſua prima origine deducitur & commendatur. Nam poſtquam Deus terram creaſſet, ut illam herbis, plantis, arboribus, & animantibus veſtiret, venuſtaretque, nulla opera indiguit, ſed id ſolo verbo præſtitit, undè terræ ornatus & pulchritudo manuum Dei opus accerſi non poteſt, quam verbo expedivit, nec ei pulchræ faciendæ labore aliquo incubuit. At vero paradiſus Dei manibus & conditus & conſitus eſt: tantum enim favoris eius fabricæ divina Providentia indulſit, ut eius plantationem primi hominis plaſmationi adæquaret, quam ſuis manibus Deus cogēdam reſervavit. Hoc diſcrimen facilè ex ſacro dignoſces hiſtorico; qui cùm de vario terræ amictu, ut prodiret in lucem, dixerit: Gen. 1. 11. *Germinet terra herbam virentem, & faciens ſemen, & lignum pomiferum faciens fructum iuxta genus ſuum ſuper terram: & factum eſt ita*, Geneſ. 1. 11. Ad paradiſum devenens inquit: Geneſ. 2. 8. *Plantaverat autem Deus paradiſum voluptatis à principio*, Geneſ. 2. 8. Quaſi hunc Dei manus conſeverint & exornarint; reliqua verò terræ ſpatia Dei tantum coluerit, & excoluerit imperium. Arguterè rem diſſeruit, & nobilitatem paradiſi commendavit Damaſcenus apud Lynoman. in Caten. *Quia verò Deus ex viſibili & inviſibili creatura plaſmaturus erat hominem ad ſuam imaginem, & ſimilitudinem tanquam quendam Regem & Principem univerſæ terræ, & eorum quæ in ea ſunt; præſtruxit ei quandā veluti regiam in qua diverſans beatam ex omnique parte felicem deduceret vitam, & ipſe eſt divinus paradiſus Dei manibus in Eden plantatus lætitiæ, & voluptatis omnis promptuarium; Eden verò voluptas interpretatur. In Oriente verò omni terra excelſior collocatus eſt, optima temperie, & aëre ſubtiliſſimo, atque puriſſimo ſplendidus, plantis ſemper virentibus inſignis, odoris ſuavitate refertus, plenusque lumine univerſæ ſenſibilis venuſtatis & pulchritudinis ſuperexcellens intelligentiam. Divinus profectò locus, & dignus eius, qui ad imaginem Dei creatus fuerat, incolatu, in quo nullum irrationalium habitat, ſed ſolus homo divinarum manuum factura.* Damaſcen.

Mētior, ſi hæc in exemplar & prototypū Mariæ & divinæ œconomiæ excogitata nō ſint. Quod, quaſo, illuſtrius & glorioſius ſimulachrum eorum, quæ in Virgine ſunt patrata, quàm quæ de paradiſo prodit Damaſcenus? Verba illius transfer ad Mariam, & de ipſa intellige pronuntiata, invenieſque quā adamuſsim, apprimè quæ in illa geſta ſunt, expreſſerint. Quia verò Deus divina humanis coniungens plaſmaturus erat Chriſtum perfectiſsimam ſubſtantiæ ſuæ figuram & imaginem tanquam Regem & Principem univerſæ terræ, & eorū quæ in ea ſunt, præſtruxit ei quandam veluti regiam, in qua diverſans beatam ex omni parte felicē deduceret vitam (perpende quàm optimè hęc cohæreant B. Bernardi præfatis verbis,) & ipſe eſt divinus paradiſus, nempè Maria, Dei manibus in Eden plantatus lætitiæ & voluptatis omnis promptuarium. In oriēte verò (quia Maria ignoravit occaſum) omni terra excelſior collocatus eſt: optima temperie, & aëre ſubtiliſsimo atque puriſsimo ſplendidus: (ad quem nimirū Adæ corruptionis vapor non pertingebat, & graſſantis malitiæ nebula inferius volutans non obſcurabat) plantis ſemper virtutū virentibus inſignis, Deificique odoris ſuavitate refertus: plenuſque lumine univerſæ ſenſibilis venuſtatis, & pulchritudinis ſuper excellens intelligentiam: quia Mariæ paradiſus à principio, hoc eſt à ſuæ primævæ plantationis exordio lumine illo divinæ Eſſentiæ, quod omnem intelligētiam ſuperat, exundanter irradiabatur: divinus profectò lo-

locus, & dignus eius, qui Diuinæ ſubſtantiæ figura & gloriæ ſplendor eſt, incolatu, in quo nullum irrationalium habitat, quia in Mariam nullus umquam irrationalis motus irrepſit, neque irrupit, ſed ſolus homo Deus Spiritus ſancti demirãdum opificium. Hęc omnia illuſtrat præſtãtiſsima cogitatio Ruperti, qui vim vocis illius: *Plantaverat autem Deus, &c.* exprimens, ait: per eam diuinam indici poſſeſsionem, nam per plantationem nobilem, quâ Deus paradiſum extruxerat, non ſuper illum dumtaxat dominium generale & deſpoticum fuit nactus, ſed & poſſeſsionem, quam nunquam amiſit, ſemper enim poſſedit Mariam, nec infauſti & perduellis Principis illam aliquãdo permiſit truci tyrannidi. Vndè ipſa meritò gloriabunda pangit: *Dominus poſſedit me in initio viarum ſuarum.* Sic enim Rupertus ſcribit: *Plantaverat autem Deus paradiſum voluptatis à principio, in quo poſuit hominem, quem formaverat. Ius poſſeſsionis pulchrè ſcriptura defendit tali verbo utens: plantaverat autem Deus paradiſum voluptatis. Item & hominis infirmam vel cauſam inſinuat dicendo: In quo poſuit hominem, quem formaverat. His namque verbis quodammodo declarat ſolum Deum (quod verum eſt) legitimum eſſe paradiſi Dominum: hominem autem in eodem paradiſo advenam, & Domini Dei fuiſſe colonum. Quod idem Dominus populo ſuo patẽter inculcat, ſub imagine terræ Chanaam, de hoc paradiſo voluptatis loquens, quem re vera conſtat eſſe terram lactę & melle manantem. Terra, inquit, mea eſt, vos autem advenæ & coloni eſtis.*

Rupertus.

8 Secunda paradiſi præſtantia valdè noſtro inſtituto competens, ob quam credã, tam Patris æterni uterum, quàm Mariæ voluptatis paradiſum à Bernardo nuncupatũ, eſt: quia nullam ibi conceptionem impurã Diuina prouidentia permiſit, nec paſſa eſt. Sic enim quantum paradiſi nomen generationis ignominiam & corruptionem pertęſam habeat, oſtenditur. Peccato ſe cõſtrinxerant primi parentes, illicòque fomitis inſultarunt illecebræ, quibus ad generationem pungebantur & pellicebantur, & ne intra paradiſi pergama ad congreſſum primi coniuges conuenirent, fulminatam exilij ſententiã ſtatim exequendã mandat Deus: *Eiecitque Adam, & collocauit ante paradiſum voluptatis Cherubim*, Geneſ. 3. 24. & ut doceret Deus, turpem conceptionem, quam in paradiſo præcauit, ſtatim poſt reorum expulſionem ſecutam, demonſtraretque celerem exilij executionem fuiſſe neceſſariam, ne infamis conceptionis contagio paradiſus profanaretur, aut contamina-

Gen. 3. 24.

retur: protinus caput 4. inchoat dicens: *Adam cognouit uxorem ſuam, quæ concepit, & peperit Cain.* Ecce extra paradiſum conceptionis turpitudo dedicata eſt. Videtur enim paradiſus exhorruiſſe plus peccatum originale, quod per naturalem propagationem animam obtinebat, quàm actuale, cùm eos ſuſtinuerit, qui actuali ſe obligauerant reatu, & ne immunda conceptio in ſua ditione cogeretur, diuinam ſolicitauit & ſtimulauit prouidentiam, ut prævię à ſe oblatrantem iam coniugum concupiſcẽtiam excuteret. Accipe Auguſtin. lib. 3. de Geneſ. ad litter. *Cur ergo non coierunt, niſi cùm exiſſent de paradiſo? Citò reſponderi poteſt: quia mox creata muliere, priuſquàm coirent, facta eſt illa tranſgreſsio, cuius meritò in mortem deſtinati, etiam de loco illius felicitatis exierunt: nõ enim ſcriptura tempus expreſsit, quantum interfuerit inter eos factos, & ex eis factum Cain. Poteſt etiam dici, quia nondum Deus iuſſerat, ut coirent. Cur enim non ad hanc rem diuina expectaretur authoritas, ubi nulla concupiſcentia tanquam ſtimulus inobediẽtis carnis urgebat? Ideò autem hoc non iuſſerat Deus, quia ſecundùm ſuam præſcientiam diſponebat omnia, in qua & eorũ caſum procul dubio præſciebat: undè iam mortale genus propagandum eſſet humanũ.* Innuit Auguſtin. omne dubium expungere, & ſuſpicionem pravæ conceptionis abolere à paradiſo prouidentiam curaſſe diuinã, quia Deus horum caſum prænoſcens, per quem genus eſſet propagandum humanum, antequàm peccarent, noluit eos ad cõiugij munia vocare, ne poſtquàm fuiſſent congreſsi, præceptum illis tranſgredientibus vocaretur in dubium, an illa intra paradiſum conceptio nobilis extiterit, aut criminoſa: ſuffragatur Chryſoſt. *Adam autem cognouit Euam uxorem ſuam; conſidera, quando hoc factum fuit, poſt inobedientiam, poſt paradiſi amiſsionem. Tunc primum uſus rei venereæ cœpit. Ante inobedientiam enim Angelicam vitam imitabantur, & nullus de re venerea ſermo erat. Vel quo pacto, cũ neque corporalibus neceſsitatibus obnoxij fuiſſent? Igitur à principio virginitas palmam principatus accepit, ſed poſtquàm per deſidiam peccatum intravit, & aditus patefactus eſt ijs, quæ peccati ſũt, & illa quidem avolavit, utpote ab his, qui indigni tãtæ magnitudinis facti erant.* Perſpice ſi hæc aptè dignèque maieſtati intellectualis Patris vulvæ & virginalis Mariæ congruat: Patris enim æterni uterus à principio æternitatis erat, non ab alio plantatus, ſed à ſemetipſo veluti erumpens, & Filij ſemper generationi nobiliſsimæ inſiſtens, perpeti ut

Auguſtin.

Chryſoſt.

pa-

paradiſus ornabatur munditia, virginitas enim ſemper incola illius paradiſi fuit. Quapropter terrenus paradiſus illum optimè delineabat, dum ignobilem & corruptam generationem deteſtabatur, prævidè illam à ſe avehens tanquam ſecum incompatibilem; Mariæ quoque uterus Sapientia divina replendus, Patris uterum ſemper Sapientia æterna plenum æmulans quid niſi paradiſi nomen ſimul accipiat à Bernardo, ipſa enim à principio, id eſt à ſua conceptione paradiſus fuit Dei conſitus manibus, quomodo non nobilis huius paradiſi formatio, quam à principio Dei manus fingebant? Virginitatem ſemper habuit indigenam, & conceptionem infeſtam ita exoſam & infenſam, ut ab Angelo auſcultans: *Ecce concipies in utero, & paries filium, & vocabis nomen eius Ieſum*, Luc. 1. 31. Ad cõceptionis nomen veluti pavida, modum illius ignorans, & forſan communem illius fortè formidans, inquit: *Quomodo fiet iſtud, quoniam virum non cognoſco?* Cuius dubio obverſans cœleſtis pronubus protinus illud diſſolvens, ſubdit: *Spiritus ſanctus ſuperveniet in te, & virtus Altiſſimi obumbrabit tibi. Ideòque & quod naſcetur in te Sanctũ, vocabitur Filius Dei.* In quem locum ſic D. Bonavent. *Neque omnino quærit modũ ſciendi, ſeu ſignum, quod fidem faciat, ut Zacharias, ſed quærit modum faciendi, ut conſentiat iuxta illud Proverb. 4. Oculi tui recta videant, & palpebræ tuæ præcedant greſſus meos.* Melius adhuc & clarius Niſſenus in Natalem Domini. *Audi pudicam Virginis vocem Angelus partum nuntiat: at illa virginitati inhæret, & integritatẽ Angelicæ demonſtrationi anteponendam iudicat: nec Angelo fidem non habet, nec à propoſito recedit ſuo. Interdixi enim mihi, inquit, conſuetudine viri. Quomodo iſtud erit mihi, quoniam virũ nõ cognoſco? Hæc Mariæ vox declarat, ea quæ ex hiſtoria incerti authoris commemoravi, nõ eſſe penitus abſurda (ſcilicèt Mariam, ubi annos attigit pubertatis à templi præfectis tanquam ſacrum depoſitum commiſſam fuiſſe Ioſepho, ut fidiſſimo virginitatis eius tutelari) ſi enim liberorũ cauſa ducta fuiſſet à Ioſepho, quomodo parituram Angelo pronuntianti ſe rem novam & alienam audire præſetuliſſet, cùm ipſa quoque ſeſe obſtrinxiſſet naturæ lege, ut aliquando mater eſſet? Verùm quia carnem Deo conſecratam, tanquã ſanctum aliquid oblatum munus, oportebat intactam integramque præſtare, ideircò, licèt, inquit, Angelus eius ſis, licèt è cœlo venias, licet id quod oſtenditur, naturam ſuperet humanam tamen me virum cognoſcere nefas eſt. Quomodo ſine viro Mater ero, Ioſeph enim Sponſum novi, ſed virum non cognoſco.* Et Ioannes Geometra apud Caten. Græc. explicans, quomodo Sacer Paranymphus dubietatis nodum Mariæ refibulaverit, & aperierit generationem in illa obeundam non iuxta humanæ fore corruptelæ præſcripta, ſed naturam evincentẽ prorſus, ait: *Spiritus itaque, inquit, ſuperveniet, qui præparet filio introitũ, & præinhabitet, & præpurget ipſi thalamum, vel prorſus exornet, tametſi præpurum & præornatum. Virtus Altiſſimi obũbrabit, quaſi adumbratis quibuſdam à ſpiritu figuris per ſemetipſum colores ipſos injiciens (paternas ſcilicèt cognitiones) vel etiam inviſibilem ſuam formam in te umbraticè depinget, & ad noſtram ſimilitudinem in te formabitur; vel etiam ipſum Spiritus ſigillum in te exprimetur, paternas omnes operationes, ſeu umbras, charactereſque in ſe ipſo circumferens, & tuus & Dei Patris Filius & exiſtens, & appellatus.* Nũ non advertis, quomodo Maria inſtar paradiſi, vel ad ipſam umbram, ſubitamque contaminatæ conceptionis trepidaverit ſuſpicionem, nec anteà præbuerit aſſenſum, quàm modum didicerit generationis, & virginitatis ſuæ (quæ quidem paradiſi pignus eſt) ſecuritatẽ firmaverit? Et quo, quæſo, conſilio credendũ eſt eveniſſe, ut quæ ſic abſurdam exhorruerit generationem, putidâ fuerit conceptione coalita?

Luc. 1. 31.

Bonavent.

Niſſenus.

Ioan. Geometra.

9 Deinde Bernardus inter uterũ Patris æterni, à quo divinæ Sapientiæ fluvius tanquam ab horto deliciarum immananter egreditur, & uterum Mariæ, quo idem ſapientiæ flumen, ceu à paradiſo deliciarum emanavit ad extra, ut aliquam ſimilitudinẽ inſtituat, per quam voluptas in alvo Mariæ inventa à divino Verbo aliquo modo æmuletur oblectamenta, quibus in alvo paterno fruitur, nullam prorſus aliã reperit niſi perfectam totius peccati abdicationem ingenitamque puritatem. Nam poſtquam aſſeruerit, omnes delicias in Mariæ utero cumulatas & coacervatas, nec in alia creatura, quàm in Maria voluptatis paradiſum divinam Sapientiam potuiſſe nanciſci, id adſtruit, creaturas omnes diſcutiendo, & in examen vocando, probandoque in illis quantumvis puriſsimis nonnihil inhæſiſſe peccati: *Numquid*, inquiens, *in Angelis voluptatem habet Altiſſimus, in quibus ipſe reperit pravitatem? &c.* Ergo paterna vulva & Mariana in hoc conſentiunt, ut eas paradiſum ſuæ voluptatis Filius reputet, quod quemadmodum in intellectuali Patris vulva, à qua iugiter procedit, nullum unquam peccati præſenſerit odorem, ſed omnigenę ſanctitatis fontem & ſcaturiginem, quæ ab

æter-

æterno inceſſanter profluit; ſic in Mariæ vulva nullum ſceleris veſtigium inſpexerit, nec ullam labem aliquādo illi inſediſſe fuerit odoratus, quippè qui prænoſcebat hunc Mariæ paradiſum à ſui principio plena virentium virtutum gratiarumque florū varietate & amœnitate vernaſſe. Adeòque divinum Verbum Mariæ uterum ſimilē paterno alvo experiebatur, ut ſicut impoſsibilitas ipſa & neceſsitas aditum interdicebat peccato, ne paternam vulvam adoriretur, ſic quoddā impoſsibilitatis genus ſentiebat uterum cōmunijſſe Mariæ, ne Adami piaculi inſultus in illū prævaluiſſent invehere. Quod quidem qua potuero, fulciam claritate; verborū Bernardi: *Nūquid in Angelis voluptatem habet Altiſsimus, in quibus reperit pravitatem?* Difficultatē exacuendo & limando, ut eius ſolutio veritatē, quā ſumus polliciti, pariat. Inficiatur Bernardus in Angelis voluptatem ab Altiſsimo inventam, in quibus reperit pravitatē; & nemini dubiū, quin in ſceleratis & tranſfugis ſpiritibus voluptatem Altiſsimus nō invenerit; in Sanctis verò & collum divino imperio dedētibus, qui nobilem originem, qua floruerunt ſemel, fuēre ſemper ſectati, cur delicijs non perfruatur? In rebelliū præcipiti caſu, fideles intelligentiæ ſenſerunt naturæ damna, non peccati detrimenta; ſi verò rebellium ſuperbiæ non fuerunt participes, quod eorum communicarint naturæ, quid obeſt, ad voluptatem ſibi in illis denegandam? Etenim ſi iuſtum, communē cum tranſgreſſoribus ſortitum fuiſſe naturam, peccatum eſt, nullus erit à peccatis liber; nec in Sanctiſsima Deipara poterit ſic Deus reperiſſe voluptatem, quia naturam participet innumeris prævaricatoribus cōmunem. Qualem ergo verū ſenſum poſſunt verba ſuſtinere Bernardi? *Numquid in Angelis voluptatem habet Altiſsimus, in quibus reperit pravitatem?* Difficultatis nodo conſtrictus quale meditatus fuerim effugiū, interim prodam, dum aliud obvenerit. Verè Deus obedientes ſpiritus intentus, antequam ſocij ruerent, nullam in eis prærogativam, nullum gratiæ munus ab ipſo illis delatum ſpectavit, quo ab illo primo apoſtatici agminis peccato præſervati, vel præmuniti impoſsibiles ad illud patrandū redderentur, ſed eos naturæ ſuæ libertati tradidit, ut pro libito peccarent, aut à peccato abſtinerent. Atverò in Maria cùm natura humana, iam per Adæ peccatum traducta, comparata, & in ordinem ad illud primum originale crimen inſpecta eximium donū præſtantemque gratiæ & favoris prærogativa præfulgere intuitus eſt, quā poſitā illi impoſsibile erat in originalem offendere labem. Nam in fœdere, quod cum Adamo inijt Deus de illius poſteritate damnanda, ſi primum violaſſet mandatum, noluit Mariam Deus iri cōprehenſam. Vndè in Adamo non peccavit, neque illius fuit debitō colligata; ſub rerum ſtatu & favoris munere à Chriſti meritis proveniente Maria ſpectata, impoſsibilitate ornabatur in originalem naturæ maculam impingendi: nam neceſsitas illam contrahendi non niſi ab illo pacto derivatur. Vndè Maria in hoc cogitandi ordine, quaſi ſubiectum non eſt naturæ peccatricis, hoc eſt, ad peccatum deſtinatæ, quia illi ut impoſsibile cernitur peccatum, quod reliquis omnibus neceſſarium eſt. Igitur in hoc differt Maria à beatis ſpiritibus, quod impoſsibilitas illis nō obtigit primum ſociorum evadendi peccatū, ſed cum illis pariter liberi ſunt relicti ad illud committendum, & hanc poſsibilitatem ſeu capacitatem peccandi puto à Bernardo in præſenti vocari pravitatem repertam in Angelis: forſan interpretationem periegit, quā illuſtravit Hieronymus locum illud Iob. 4. 18. *Ecce qui ſerviunt ei, non ſunt ſtabiles, & in Angelis ſuis reperit pravitatem.* In quę verba ſic Hieronym. *Dicitur quidem de diabolo, qui quondā ſanctus Angelus fuit, quòd in veritate non ſteterit, & ab illa ſublimitate Angelica propria volūtate deciderit, ſed tamen non eſt continuò generale, ut ſicut in illo, ita & in omnibus inveniatur pravitas: quæ peccatū eſt. Omnis enim creatura ſine dubio creata capax peccati eſt; ut apparuit in Angelo, de quo dixi, quia in veritate non ſtetit, tamen per donum & gratiā Creatoris ſui, ita in amorem charitatis illius tranſierunt, ut iā nec velint peccare, nec poſsint.* Pravitas ergo in Angelis reperta eſt generaliter non quæ actuale peccatum ſit, ſed capacitas & poſsibilitas peccandi, quæ illorum inſuit naturæ, antequam boni ſpiritus per gratiam ita inconcuſsi ſtabilirentur in ſui Creatoris amore, ut peccare nequirent. Atverò Mariæ, ſic gratia eius res & ordinem ſingulariter diſpenſante, obverſata eſt impoſsibilitas ſubeundi primam illam noxā, quæ totam naturam, cuius conſors eſt, miſerè commaculat: & hoc ſatis eſt diſcrimen ad intelligendum, quare Altiſsimus in Maria inveniat voluptatem, non verò in Angelis, nimirum quia in his reperit pravitatem, id eſt proximam potentiam pariter cum apoſtatis primum peccandi, in Maria verò impoſsibilitatem ad primum peccatum naturæ ſuæ contrahendum; & ideò ſupra aſſerui, divinum Filium, qui in vulva Patris quieſcens experiebatur impoſsibilē ad illā ingreſſum peccati, quieſcens in utero Matris

Iob. 4. 18.

Hieronym.

tris illum quodam genere impoſsibilitatis ad peccatum ſenſiſſe præmunitum, ut ſic à gemino alvo mutuâ ſe ſimilitudine viciſsim reſpiciente, quaſi non diſpari nobilitate & ingenuitate originis præditus funderetur.

§. II.

Nomen Salomonis in hac Chriſti genealogia editum auguſtam Mariæ claritudinem conteſtatur originis.

10 *NOmine Salomonis filius David ſpecialius in hac genealogia inſignitur; quia nobilior origo quæ à pace emanat.*

11 *Deducitur argumentum pro intemerata Mariæ conceptione ex eo quòd Salomon diſperſis hoſtibus paceque ſtabilita de templi Dei extructione cogitarit, 2. Reg. 5. 2 ex Imperfecto. Maria pacifica appellata, Cant. 6. 12. ex Theodoret. & Alano. Nomen pacifici nobilem in Chriſto originem evincit, 3. Reg. 6. 7. ex Richardo de Sanct. Laurent. locus Pſalm. 72. 7. vbi Luna vocatur Maria quòd in Eccleſiam pacem influit; à qua omne bellorum diſsidio diſpeſcuit, dum viveret, per Amedeum: ideò Chriſtus aſcendens in cœlum illam in Eccleſia reliquit tanquam pacis originem neceſſariã, ut doctrina Evangelica ubique terrarum inſeminaretur, per Euſebiũ Emiſſenum.*

12 *Explicatur locus Cant. 6. 9. à Ruperto, & illuſtratur ex Geneſ. 32. 26. per Hailgrin. locus ad Roman. 14. 17. per Cæſarienſ. Tres Patres in præfatum Cant. locum.*

13 *Explicatur locus Cant. 7. 1. per Theodoret. locus S. Ignatij Martyr. illuſtratus.*

14 *Provehitur præfati loci Cant. expoſitio & ab Iſai. 52. 7. Lucem mutuatur ex Theodor. & Cyrillo Ieroſolymit.*

15 *Diſcrimen inter locum Luc. 10. 4. & Exod. 12. 11. hìc enim præcipitur uſus calceorum, ibi abnegatur, ex Ambroſio.*

16 *Mariæ cum Eva collatio in calceatione per Rupertum.*

17 *Locus Gregor. Thaumaturgi lucereſperſus.*

18 *Rhythmus anonymi Patris enucleatus.*

10 IRinomius fuit Salomon, ut admonuit Richardus de S. Laurent. lib. 10. de laudibus B. Mar. Nam & Salomon appellatus eſt, & ipſe ſibi Eccleſiaſtæ nomen impoſuit. Et Nathan Propheta, 2. Reg. 12. 25. *Idida* nomen illi indidit, hoc eſt *Amabilis Domino. Et miſit* (Dominus nempè) *in manu Nathan Prophetæ, & vocavit nomen eius amabilis Domino, eò quòd diligeret eum Dominus.* Quorſum ergo Matthæus ex trino nomine, quo Salomon dignoſcebatur, progenieì Chriſti ordinem texens, potius Salomonis nomen in ea prodendũ, quàm alia duo nomina elegit? Credam, quia nomen illud à Spiritu Sancto accepit Chriſti generationi magis conſentaneum: *Pacificus* enim interpretatur: & nulla eſt nobilior origo, quã quæ à pace fluit; ibi enim nulla iniurioſa poteſtas, nulla regnat tyrannis. Nam peccati perduellio per diviſionem dominatur. Quocirca longè eſt ab ijs, in quibus pax ſtabilitur, & firmatur. Contendens ergo Matthæus Chriſti Mariæque parentis nobilem originem adſtruere, ſciens à pace eam nobiliora, & fauſtiora petere auſpicia, à pace oſtendit illos oriũdos, ideòque reiectis nominibus Eccleſiaſtæ, & Idida, in Salomonis nomine magis ſibi Evangeliſta complacuit, ut præ cæteris illud in Chriſti inſereret proſapia. Richard.

11 Imperfectus ſanè hom. 1. in 1. Matth. manuducit nos, ut nomen pacifici fuiſſe nactum Salomonem arbitremur, in puriſsimæ Marianæ originis gloriã. Ait enim: *Salomon autem interpretatus Pacificus: Pacificus eſt autem appellatus, quoniam omnibus in circuitu gentibus & pacificatis, & tributa reddentibus pacificum habuit regnum, ita ut templum Deo ædificaret.* Itaque pacifici Salomon nomen habuit à tranquillitate & otio, quod amotis & protelatis adverſarijs illi indulſit Deus, ut regiam ſibi erigeret; quæ ut dignè dedicaretur, non niſi in pace & adverſariorum timore, & fuga erat fundanda. Hoc quidem uberiori luce ſplendeſcet à 3. Reg. 5. 2. *Miſit autem Salomon ad Hiram dicens: Tu ſcis voluntatem David patris mei, & quia non potuit ædificare domũ nomini Dei ſui propter bella imminentia per circuitum, donec daret Dominus eos ſub veſtigio pedum eius. Nunc autem requiem mihi dedit Dominus Deus meus per circuitum, & non eſt Satan, neque occurſus malus. Quamobrem cogito ædificare templum Domini Dei mei, &c.* Vbi duo ſunt adnotanda: Primum, noluiſſe Deum, ut regia ſibi extrueretur, donec inimicos omnes proſupplantari obtinuiſ- Imperfectus. 3. Reg. 5. 2.

nuiſſet David, nam ſupra hoſtium ſubiugationem, & trophœa regiæ ſacræ ædificium erat inchoandum, & ideò Apocal. 12. Ioanni oſtenſum eſt, Mariam (quæ & regia & tẽplum Dei eſt iuxta accordem ſententiam Patrum) fundatam ſupra Lunam, & illam habuiſſe ſubpedaneam, per Lunam autem Satan deſignari, ut præcedenti ſect. docuimus. Quis, oro, potuit erigi inſignior nobilitatis Mariæ conceptionis titulus, quã eius generationem, non niſi poſt compreſſum & conculcatum hoſtem, incepiſſe emergere ſecundum pacem, quæ Salomoni obtigit, cœlitus datam ob templi conſtructionem, quæ Mariæ conceptionem præfigiabat, illius enim vel umbram noluit Deus niſi ut à pace auſpicaretur, ut nobiliſsima ſic ab omnibus haberetur. Hinc eſt, quòd Salomõ vices cœleſtis gerens ſponſi Mariã pacificã fuerit nuncupatus, Cant. 6. 12. *Revertere, revertere, Sunamitis, revertere, revertere ut intueamur te.* Delectatus eſt enim ſacer ſponſus cum ſponſa Maria nobilitatis & gloriæ ſuæ nomen partiri, ut quemadmodũ ipſe vocabatur pacificus, quod quidem nomen originalem ſuam prodebat & probabat ingenuitatem, ſic Maria pacifica appellaretur: quò innueretur eam originalis gloriæ ſponſi fuiſſe quoque participem. Argutè Theodoretus: *Quemadmodum in hoc libro Dominus noſter Salomon, id eſt, pacificus; ſic etiam eius ſponſa ut ab illo pacem aſſecuta, & à veteri liberata bello, pacifica nominatur.* Salomonis mentẽ ſtrenuè percalluit Alanus apud Martin. Del-Rio, qui à Sunamitis, hoc eſt pacificæ, nomine eius puriſsimam conceptionem, in qua quidem non regnavit peccatum, odoratus eſt. Sic enim ſacras mentes Mariam induxit alloquentes: *Revertere, ò Maria, à captivitate mundi, cui non debes ſubijci, per quam captivi à captivitate ſua ſunt ſoluti. Revertere ab onere ſive corruptione carnis, quia ſicut immunis es à corruptione peccati, ſic ad immortalitatem trãſire debes, abſorpta mortalitate per gratiam Dei. Revertere ad libertatem Filiorum Dei, quia ſicut nunquam regnavit peccatum in tuo mortali corpore, ſic digna es perfrui eadem ſpiritus libertate in carne virginali, qua fruuntur in ſpirituali ſcientia Angeli, ab ipſa ſui creatione.* Nihil profectò clarius & illuſtrius potuit deſiderari. Quod verò nomen pacifici Chriſto afferat generoſæ originis ſuæ nobile teſtimoniũ, probat quidẽ Richardus de S. Laurent. lib. 8. de laudibus B. Mar. Qui in templo Salomonis cenſens carnem Chriſti fuiſſe adumbratam, eò quòd in pace & adverſariorum extermi-

Cant. 6. 12.

Theodoretus.

Alanus.

nio fuerit molitum, & in quo nulla diviſionis, aut belli inſtrumenta perſtrepuerint, iuxta illud 3. Regum 6. 7. *Et malleus, & ſecuris, & omne ferramentum, non ſunt audita in domo, cùm ædificaretur*, ſic inquit: *Per montem ſignificatur altitudo humanæ naturæ, in qua fuit ante peccatum, de qua altitudine Chriſtus carnem aſſumpſit, quoad immunitatem peccati, quia caro Chriſti templum Dei eſt, figurata per templum Salomonis, in cuius conſtructione non ſunt audita malleus, & ſecuris, & omne ferramentum, 3. Regum 6. Sed eius Artifex & conditor eſt Deus.* Sed cùm ſtatuerit divina Sapientia Chriſti & Mariæ carnis fabrefactum pariter per templum Salomonis in pace firmatum deſignari, luce clariùs elicitur, quod ſicut ex hac imagine ſtuduit carnis ſuæ originalem oſtendere claritudinem, ſtuduit ſimul originalem Matris deducere ingenuitatem, & ob hanc rationem nomen illi ſuum pacificè diſpenſavit, optans eam vocari Pacificam. Meritò ſanè Amedeus Mariam contemplatur veluti pacis fontem & originem, ad cuius aſpectum bellorum ſtrepitus ſilet, fugit animorum diſsidium, litium ſimultas diſparet. Quocircà verba illa Pſalm. 72. 7. *Erit in diebus eius iuſtitia & abundantia pacis, donec auferatur Luna*, de Maria ſanctiſsima interpretatur, quam Lunam appellat Sole tumidè ſplendentem, nempè Chriſto nato eius. Ait ergo Luna hæc, dum in Eccleſiæ Sole conſtituta enituit, bellicum tumultum fuiſſe in orbe compreſſum & ſopitum: tantæ enim lampades radij ſimul ſplendorem & pacem emittebant, & ad eius fulgoris coruſcationem contrarij animorum motus diviſioneſque vel pullulare non audebant, vel ſi aliquando erumpebant, confractæ & diſiectæ ſtatim tumulabantur. Vndè Amedeus inquirens cauſam, ob quam Chriſtus Dominus æthera petens, Æterno Parenti confeſſurus non ſimul ſecum Mariam rapuerit, inquit id divino conſilio conſultum, ut Maria, cui pax addicta erat, & donata (etenim ſicut Pater omne iudicium dedit Filio, ſic Filius Matri pacis poteſtatem & originem cõceſsiſſe videtur) pacis influxus in mundũ immitteret, nec enim poſſet eâ in Eccleſia exiſtente pax nõ effluere & dominari: ſicut enim cœlum Sole tenente fieri nequit, quin terras ſplẽdore perfundat: ſic Maria in Eccleſia regnante neceſſum erat pacẽ omnia poſsidere, quæ ab illa veluti neceſſariò, quẽadmodum à Sole lux, emanat. Ait ergo Amedeus hom. 7. ob id à David dictum fo-

3. Reg. 6. 7.

Richar de S. Laurent.

Pſal. 72. 7.

re, ut Eccleſia pacis efflореret affluẽtia, donec Luna, id eſt Maria, ab ea diſcederet:

Amedeus. *His ergo* (ſic ille) *tantiſque bonis exuberans ſponſa, ſponſi Mater unici ſuavis & chariſsima in delicijs, ut fons hortorum rationabilium, & puteus aquarum viventiũ, quæ fluunt impetu de Libano à monte Sion uſque ad circumfuſas quaſque & exteras nationes pacis flumina & gratiarum emanationes cœlica infuſione derivabat. Vndè beatus David cùm de filio eius Domino noſtro loqueretur. Erit, inquiẽs, in diebus eius iuſtitia & abundantia pacis, aptè de illa mox intulit: Donec auferatur Luna. Luna ipſa eſt quæ cœlo terriſque irradians aſtris ſanctorum longè ſuperius coruſcat. Donec, ait, auferatur Luna, quæ elevato Sole iuſtitiæ, ſtetit in ordine ſuo, prima Eccleſiæ primitivorum infulſit. Tradidit fides maiorum iuxta veritatem Hiſtoriæ ab ortu Salvatoris uſque ad tranſitum glorioſæ terrarum accolas ſopita armorum rabie continua ac tranquilla pace quieviſſe. Hæc in ſolutione propoſitæ quæſtionis diximus, ut quo fructu genitrix Regis noſtri dilata ſit, monſtraremus.* Quocircà Euſebius Emiſſenus lib. 3. demonſtrat. Evang. cap. 9. expendit, commendatque ſtrenuam divinæ Providentiæ politiam in pace immittenda & conſervanda, ut Eccleſia in ſuo exordio foveretur & promoveretur, quod quidem præſtitum eſt per Mariam tanquam per pacis ſeminarium & profluvium: ſi enim orbis regna & provinciæ mutuis diſſidijs exarderent, bellaque viciſsim adverſum ſe cientes armorum expeditionibus & invaſionibus committerentur, verè aditus Evãgelicæ doctrinæ eiuſque propagationi interdiceretur: Apoſtoli enim exteris nationibus in ſuſpicionem venirent, exiſtimaréturque illos non fidei zelo inſtinctos, ſed explorandi libidine & aſtu perductos, ut propriam patriam egrederentur, & ad remotiora regna permearent; ſicque nulla illorum verbis fides fuiſſet habita, Eccleſiaque intra Iudææ terminos manſiſſet conſtricta. Pace ergo univerſali voluit Deus ut orbis poteretur à Maria, tanquam à pacis origine ſemper emanante, quò ſic facilem verumque exitum & felicem ſortiretur Davidicum vaticinium de Apoſtolis

Pſal. 18. 5. prænuntiatum: *In omnem terram exivit ſonus eorũ, & in fines orbis terræ verba eorum*, Pſalm. 18. 5. ſcribit ergo Euſebius:

Euſebius. *Cæterùm quis non obſtupeſcat ſecum cogitans, atque animo verſans, non humanum hoc fuiſſe opus, vel ex eo quòd nunquã alios ſub uno Romanorum imperio plurimæ orbis gentes eſſe potuerunt, niſi ſecundũ Ieſu tempora. Hoc autẽ non ſine Deo unà cũ doctrina, quæ de Salvatore noſtro ferretur, introiſſe in orbẽ quis non fateatur? Reputans nõ facilẽ Ieſu diſcipulis externarũ regionũ peragrationẽ futurã fuiſſe, ſi gentes interſe diviſæ diſcordeſque fuiſſent, nõ ullũ prorſus inter illas commercium, &c.* Ex quibus duo elicio obſervatu digna: primũ ius pacis, & imperiũ adeò à Chriſto Matri ad legatũ, delatũque ut ipſe in cœlos evectus, & ab Eccleſia abductus voluerit Mariã in ea relinqui, tanquã pacis emiſsionem, à qua pax Eccleſiæ emanaret Evangelicæ prædicationis propagationi, & diſſeminationi neceſſaria: ab aſtro enim lucidiſsimo Mariæ uberrimus pacis influxus ſemper deſcendit, neq; abſcedit, donec ipſa recedat: ſecundũ neceſſariò fatendũ eſſe Mariã in pace fundatã & radicatã, imò pace in ſua conceptione coactã, in qua pacis ſcaturigo dedicãda erat. Quomodo enim pacis origo à diſsidio primi peccati, quo à Deo diviſus eſt primus parẽs eamque diviſionẽ ſoboli ſuæ hæreditariam reliquit, originem traheret?

12 Non ignobili teſtimonio hanc diſciplinam obſignabo deſumpto ex Cant. 6. 9. Cant. 6. 9. *Quæ eſt iſta, quæ progreditur quaſi Aurora conſurgens, pulchra ut Luna, electa ut Sol, terribilis ut caſtrorũ acies ordinata?* Duo præmitto, quæ ad huius loci interpretationẽ in hoc opere ſuperiùs tradidi: Primũ, per Aurorã, Lunã, & Solẽ, triplicem Mariæ ſtatũ deſignari, per Aurorã eius conceptionẽ, per Lunã eius virginitatem, Divinæ Sapientiæ lumine plenã fœcundãque: per Solẽ verò eximiũ ſanctitatis & virtutũ ſplendorẽ, quo in exitu vitæ accincta erat. Secũdum; illum pavorem, & terrorem, quẽ inſtar agminis caſtrorũ optimè diſpoſiti inimicis incutiebat, trinũ illum ſtatum ſemper fuiſſe comitatum. Nam Maria non minus cũ Aurora, quã cũ Luna erat, & Sol terribilis inſtar armatæ phalangis & ordinatè progredientis, & horribilis apparebat. Si verò dubitas, per Aurorã, quæ lux prima, è qua dies incipit, eſt, Mariæ conceptionẽ fuiſſe præoſtenſam: conſule Cardinalem Hailgrinũ, qui luctam illam, quam cum Angelo Iacob ſuſtinuit interpretari adoriens; cùm vẽtum eſſet ad verba illa, quæ Angelus Iacobo protulit, cupiens ab illo diſſolvi: *Dimitte me, iã enim aſcendit Aurora*, Gen. 32. 26. cenſuit, Iacob exigẽti pignus & arrhabonẽ futuræ divini Verbi incarnationis ab Angelo demonſtratam Mariæ Aurorã, hoc eſt, conceptionem, ſeu primam eius vitæ lucem: quaſi nullus aptior Dominicæ incarnationis typus, quæ nobiliſsima extitit: nulla magis apprima effigies, quàm Mariæ generatio potuerit exhiberi: ſic Hailgrinus: *Per Auroram ſignificatur B. Virgo, quæ de-* Gen. 32. 26. Hailgrin.

tene-

tenebris Synagogæ exorta, Chriſtum peperit verum Solem. Hæc eſt Aurora, de qua Angelus ad Iacob: Dimitte me, iam enim aſcendit Aurora. Siquidem per Iacob luctantem cum Angelo, ſancti Patres deſignantur, qui luctantes cum Domino precibus & lachrymis extorquere & obtinere à Domino incarnationem Filij ſui tali inſtantia, velut quadam victoria, nitebantur; ſed eorum cœtui reſpondetur à Domino: Dimitte me, iam enim aſcendit Aurora; ceſſet inſtantia veſtri luctaminis, quia lux naſcitur, videlicèt Virgo, quæ vobis pariet verum Solem. Et illicò Patriarcharum animus eſt ſedatus, nec in conflictu perſtiterunt: quaſi qui Mariæ diluculũ ſpectarit, Chriſti matutam inſpexerit, & qui conceptionem viderit Mariæ, viderit & Chriſti, tanquam rem viderit ei ſimillimã, & nobilitate puritateque velut parẽ. Hæc igitur Aurora, ſeu exordium Marianæ vitæ viſa eſt hoſtibus terribilis ut caſtrorũ acies ordinata. Quid verò in Marianæ vitæ initio illuxerit, quod inimicorum impetũ retardaverit, & infregerit, eoſque plurimo timore & pavore corripuerit: nil aliud exiſtimo fuiſſe, quàm pacis lenitatem & ſuavitatem, ut perdiſcas, nullam poſſe cogitari illuſtriorem & clariorem originẽ, quàm quæ pace admiſcetur, & ſalitur. Agnoverunt dæmones diluculante Maria, veteris belli vel indicia diſsipari, agnoverunt in eius conceptione non inſurrexiſſe primæ illius diviſionis ſignũ, nec tumultuoſi protoplaſtorum ſceleris ſtrepitum, nec ſeminatum eſſe fomitem; fomitem, inquam, ſemen bellorum & litium, quæ in hominum membris militant; & cùm eius exortum ita pacificum ſunt demirati, tremore vexati inermes & nervis diſſoluti in fugam dediti ſunt. Id profectò inſinuat emerſiſſe Mariam tunc pacificam, nam acies caſtrorum benè ordinata inclytum inſigne pacis eſt, quia in ea nulla viſitur diviſionis rimula, nulla fatiſcit diſcordiæ ſimultas, & quod eſt pacis nota, id ſimul inimicorum horror exiſtit. Subſidium offert Rupertus in illud præindicati capitis Cant. n. 3. *Pulchra es amica mea, ſuavis & decora ſicut Ieruſalem, terribilis ut caſtrorũ acies ordinata. In hoc eſt perfectio pulchritudinis, quod non ſolùm ſuavis, nec ſolùm terribilis, ſed utrumque es, & ſuavis, & terribilis: Suavis ſicut Ieruſalem, terribilis ut acies caſtrorum, quæ benè ordinata eſt. In quo ſuavis & decora ſicut Ieruſalem? In eo ſemper, quòd anima tua ſemper ſupernam videt pacem. Quid ergo eſt, ut caſtrorum acies ordinata? Non enim à magno myſterio vacat iſta comparatio, & idcircò ſubtiliter eſt intuenda. Scimus, & cõſtat, quia caſtrorum acies tunc hoſtibus terribilis oſtenditur, quando ita fuerit conſtipata, atque denſata, ut in nullo loco interrupta videatur. Nam ſi ita diſponitur, ut locus vacuus, per quem hoſtis poſſit ingredi, dimittatur, profectò iam ſuis hoſtibus terribilis non eſt, & nos ergo cùm contra malignos ſpiritus ſpiritualis certaminis aciem ponimus, ſummoperè neceſſe eſt, ut per charitatem, ſemper uniti atque conſtricti, & nunquam per diſcordiam interrupti inveniamur; quia quamvis quælibet bona in nobis fuerint, ſi charitas deſit, per malum diſcordiæ locus aperitur in acie, undè ad feriendos nos valeat hoſtis intrare. Huius partis optimæ tu totam hæreditatem poſſides, & in ea particeps tu es; partis, inquam, optimæ, cuius eſt, & in ſuavitate videre iam vel contemplari æternam pacem; ſecundùm nomen Ieruſalem, & contra malignos ſpiritus in procinctu eſſe ſecundùm caſtrorum ſimilitudinem.* Ex gemina igitur conditione ſeu qualitate perfecta, Mariæ (iuxta Rupertum) pulchritudo conflatur, & ex pace, quâ interiùs à vitæ ſuæ Aurora fruitur, ex fruitione æternæ pacis, & gaudijs cœleſtis Ieruſalem, quibus in vita hac perfundebatur. Nam ut Cæſarius Arelaten. ait homil. 19. ad illud Paul. ad Roman. cap. 14. 17. *Regnum Dei non eſt eſca & potus, ſed iuſtitia & pax.* Vera & perfecta pax, & quæ cœleſtis patriæ tranquillitatem æmulatur, & ab ipſa regni nomen habet, eſt appetitus inferioris prompta ſubiectio, & humilis ſervitus rationi ſuperiori impenſa. *Prima ergo,* inquit, *& vera pax eſt, ut cum Deo pacifici ſimus; cum hoc factum fuerit, etiam in nobis metipſis pacem habere poterimus. Nam quì cùm Deo pacem habere noluerit, in ſe ipſo pacem habere non poterit. Sit ergo cum Deo pacifica anima noſtra, ut animæ noſtræ ſit ſubdita caro noſtra.* Mariæ autem caro, quæ à conceptione ſua, primi hominis duelli non vulnus admiſit, non ſenſit conflictum, ita rationi ſubdita fuit per concupiſcentiæ & fomitis extinctionem, ut ſicut ſection. præcedenti, §. 9. adſtruximus cœleſtem ſanctorum corporum regenerationem, quâ ſuſcitantur ad viſionem beatam, fuerit quoad hanc partem æmulata, & quemadmodum ſancti regenerati per perfectum fomitis interitũ eriguntur rectè diſpoſiti ad divinæ Eſſentiæ ſpectaculum: ita Maria, quæ fomite, & cauſa fomitis, nempè originali crimine, caruit, ad divinam fuit extunc viſionem elevata; undè ex ſupernæ pacis gaudijs

Rupertus.

Cæſarius Arelatan.

pacifica à ſua cõceptione fuit. Hæc eſt pax Mariæ, quæ cum altera, quæ ex illa proſilijt illicò, eius compingit pulchritudinem; & quæ eſt altera? Terror, quo ſtatim inimicos percellit, & ſic ſuavis eſt, & pacifica ſicut Ieruſalem, id eſt ſuperna patria; nam quia inſtar rectè conſtructi agminis, nulla eſt in illa diviſio, nihilque quod à vera pace degeneret, terribilem ſe & formidabilem hoſtibus exhibet. Tres Patres apud Theodoretum: rectum, aſſerunt, Mariæ ordinem, in quo pax illius fundatur, & per quem horrorem inimicis infligit cum Angelorum comparari cohorte: ſic enim

Theodoret. ſcribunt: *Atque iſta ſtupore & terrore afficit ſe intuentes, ut inſtructa atque ordinata agmina Angelorum.* Et rectè quidem, quoniam quemadmodum Angelici cunei à ſua origine pacis, & unionis ordinem nanciſcuntur, per quem pavorem & ſtuporem adverſarijs injiciunt: ita Maria pacem, per quam horribilis & tremebunda infernis apparet legionibus, à ſua pariter nobili origine ſuxit.

13 Nec ſubſiſtendum eſt in hoc capite 6. Canticorum, ſed ulteriùs ad ſeptimum

Cant. 7. 1. progrediendum, quod ſic inchoat: *Quid videbitis in Sunamite, niſi choros caſtrorum? quàm pulchri ſunt greſſus tui in calceamẽtis, filia Principis.* Profectò quæ pacifica eſt, non niſi quæ pacis ſunt cogitat. Ideò Maria ſanctiſsima functiones omnes ſuas pace induit, pacis ſolemnijs ornat; & idcircò duo, quæ contraria ſint, videtur ſimul agere, quia licèt cõtraria, in eo, quod utrũque nota pacis eſt, fœderantur: nam choros ducere, vel choreas inſtituere, munia pacis & trãquillæ exultationis ſunt: caſtra, quæ horrore perterritos & trepidos reddit adverſarios, trãquillitatis quoque ſunt monumenta, nam quæ adverſarios fugat, & exterminat, ea pacis authrix eſt. Non longè ab hac ſententia incedit Theodoretus:

Theodoret. *Quid, inquit, in pacifica* (ſic enim interpretatur ipſe nomen Sunamitis) *ſperatis intueri? Ne putetis vos exilia atque inchoata quædam bona conſpecturos. Ecce enim venit ſicut caſtrorum chori. Quæ quidem verba videntur in ſe quodammodo pugnare, neque enim caſtris conveniunt chori. Hi namque rebus civilibus pacatiſque congruunt, illa bellicis & militaribus. Pax autem bello contraria. At ſponſa cùm propter fortitudinem atque excelſum animi robur, armaque militaria caſtris eſt ſimilis: tum etiam choris exiſtit divinas laudes in ore gerens. Caſtra verò declarat B. Paulus: Arma, inquiens, noſtra non carnalia, ſed valida per Deum ad deſtructionem munitionum conſilia deſtruentes, & omnẽ altitudinem extollentẽ ſe adverſus ſcientiã Dei, & in captivitatẽ redigentes intellectũ in obſequiũ Chriſti, & alibi: Accipite, inquit, armaturã Dei, ut poſſitis reſiſtere in die malo, & in omnibus perfecti ſtare. Ac veluti imperator quidem arma quoque militibus ſubminiſtrat. State, inquit, ſuccincti lumbos in veritate, & induti loricam iuſtitiæ, & calceati pedes veſtros in præparationem Evangelij pacis, & in omnibus ſumentes ſcutũ fidei, in quo poſſitis omnia tela nequiſſimi ignea extinguere, & galeã ſalutis aſſumite, & gladiũ ſpiritus, quod eſt verbũ Dei.* Si attentè rem & mentẽ Apoſtoli penetraveris, arma omnia, quibus caſtra inſtruuntur & obarmantur ad hoſtes territandos, ex pacis armamentario decerpuntur: nam vel eſt perfecta ſubiectio hominis animalis præſidenti in eo rationi, vel intellectus captivitas in Dei obſequiũ, ut nihil ſit, quod rebellionẽ adverſus illum cieat, vel affectet, vel virtus iuſtitiæ loricata, ſeu loricatos efficiẽs animos, quæ eſt pacis adminiſtra, ſeu œconoma: vel pacis calceatio ut ab ipſis fundamentis pacis moles emergat. Cũ pax ergo coronat, & circũcingit aciẽ, prævalet adverſus truculentos hoſtes, & abſque alijs intortis iaculis rotatis fundis, exploſis plũbeis pilis, ſola pace explicãte radios ſuos, torquentur, & conterũtur contrariæ poteſtatis infeſtiſsima agmina. O quantũ horret, & exhorret perfectam animorũ unionẽ pacificè in inferiorem portionem dominantium, thartarea illa & ſemper fatiſcens diviſio! Elegãter & argutè locutus eſt B. Ignatius Martyr, epiſtol. 11. ad

B. Ignatius Martyr. Epheſ. *Date operã, ut crebrius conveniatis ad Euchariſtiã, & gratias Deo agendas, & ad eum laudandum. Cũ enim aſſiduè in idẽ cõvenitis, deſtruũtur vires Satanæ, & irritæ revertũtur ſagittæ eius ignitæ ad peccatũ. Nã veſtra concordia, conſonaque fides eius eſt exitiũ, ac defenſoribus eius ac ſatellitibus eius tormentũ. Nihil melius quàm pax in Chriſto, per quam bellum omne aboletur aëriorum & terreſtrium ſpirituum.* Quæ verba aliquo lucis aſpergimine indigẽt. Pluriũ animorum unanimis conventus adeò validũ ſcutũ, & prorſus miraculoſum eſt, ut ſpicula quæ iactantur ab adverſarijs, illicò ac ipſum tetigerint, ſubitò immutet, & transformet, & quæ contra nos erãt, pro nobis efficiat, & quæ pro adverſarijs, accẽdat, & inflammet adverſus illos. Sic tens verba illa. *Cũ enim in idẽ aſſiduè conveni-tis, deſtruuntur vires Satanæ, & irritæ revertuntur ſagittæ eius ignitæ ad peccatum.* Id eſt, cùm orcus in veſtram pacem ſagittis inſurgit, adoriturque iaculis, tanquam in adamantinum clypeum impacta irritæ

fiunt,

fiunt, & adverſus vos conatus evacuant, ſed repercuſſionis vi ignitæ effectæ reſiliunt in peccatum, ut illud fulminent, nec ſolùm in peccatum, ſed in eius ſatellitium & apparituram, ipſiſque repercuſſi ſagittis dæmones feriuntur, & torquentur. Vndè cùm adverſus pacatos tharrarus agmina inſtruit, & expeditiones adornat pro propugnanda pace, & ſe evertendo cuneos erigit, ſicque pacis incrementis pariter & ſuis excidijs ipſe deſervit.

14 Ex huiuſmodi intelligentia luce perfunditur ſecunda pars loci Cant. præindicati: *Quàm pulchri ſunt greſſus tui in calceamentis, filia Principis.* Sed qua eiuſmodi calceamenta, quæ ſponſam Principis notam declarãt? Profectò i volucra ſunt pacis, quibus greſſus ſuos cùm pulchritudinis elegantia ornat, tum inviolabilis ſecuritate tutatur. Profectò & venuſtè & illæſe procedunt pedes, qui induunt pacem pro calceis, & illam evulgãt. Pere loci huius ſenſum ab Iſai. cap. 52. 7 *Quã pulchri ſunt ſuper mõtes pedes annuntiantis, & prædicantis pacem!* Pacifici inceſſus illuſtres pedes reddũt & ſpecioſos. Sic ab hoc loco Theodorerus ſponſi verba interpretatur: *Sponſus igitur ſponſæ primò commendat inceſſum, qui rectus ſit, & viã regiã teneat, atq; in calceamentis eluceat. Quæ porrò ſint hæc calceamenta, B. Paulus oſtendit dicens: Calceati pedes in præparationem Evangelij pacis. Pedũ iſtorũ decorẽ proſpiciens Iſaias Propheta: Quã pretioſi, inquit ſunt pedes Evãgelizantium pacem, evangelizantium bona! Huiuſmodi verbis uſus eſt ſponſus hoc loco. Quàm pulchri ſunt greſſus tui in calceamẽtis, filia Principis!* Caveat ab huius calceamenti ſolea repens ſerpens, dentes acuens & exerens, ut mordeat calcem, nam illicò ac in calceis pacis dentes fixerit, cõfractos & convulſos expuet, lædẽdique amittet inſtrumenta. Quod ſi ſubiatuerit ut vulnus inferat, & à pace calceato fuerit calcatus, ſolo vel tactu caput ſuum ſentiet in fruſta diffluere. Quàm perbellè Cyrillus Ieroſolymit. in præfat. ad Catecheſ. nuper tinctos, quibus dæmon inſidiatur, alloquens: *Caterùm draco circa viam tranſeuntes obſervat: Cave ne te veneno infidelitatis inficiat, videt tot ſalvatos, & quærit quem devoret. Ad patrem ſpirituũ ingrederis, ſed per illũ draconem tranſis. Quomodo igitur illum præteribis? Indue pedes tuos apparatu Evãgelij pacis, ut ſi te mordeat, nihil noceat.*

15 Nanciſceris nunc Meherciè rationem diſcriminis inter legales illos miniſtros, qui jubebãtur calceatis pedibus edere Paſcha, & Chriſti Apoſtolos, quibus præceptum eſt, exuere pedes, & calceos abigere: *Nolite portare ſacculum, neque perã, neque calceamenta*, Luc. 10. 4. Vt quid, quæſo, illis opus erat pedes operire & cõmunire, his autẽ nuda incedere planta? Nũquid illorũ pedes præ his patebant vulneri? Illorũ num delicatiores & infirmiores pedes, horũ autem duriores & robuſtiores? Equidẽ nõ abnuerim, illi latebant ſub umbra, & dũtaxat umbraticã Evangelij pacis imaginẽ portabant, degebantque in Ægypto, quæ ſerpentibus & ſcorpionibus ſcatebat, & ideò tanquam deſtituris armis adverſus illos non tam præceptum eſt, ut ſerpentibus duellum inferrent, quàm ut ab illorum ſe protegerent morſibus, defenſivis ſolummodò muniuntur armis, qui pacis ſub umbra degunt, non offenſivis; ideò cautum eſt ut pedes calceis convolvant. At Chriſti Apoſtoli, qui in regione pacis ſunt, & ad pacis Evangelij pervenerunt, calceis exuuntur, nudis pedibus jubẽtur progredi, ut cõculcare ſerpentes poſſint & dracones. Nã quaſi ratione huius præcepti ſubdẽs divina Sapientia, n. 19 ait: *Ecce dedi vobis poteſtatẽ calcandi ſupra ſerpentes & ſcorpiones, & omnem virtutẽ inimici, & nihil vobis nocebit.* Quaſi dixerit: qui pace pedes induunt, fragiles redduntur, & veluti inermes ſi calceentur, obtũdunt enim, & impediunt pacis arma; ſi ea involucris implicẽt; ſi nudentur, munitiſſimi ſunt; qui illicò, ac pacis veſtigia ſerpentiũ capitibus impreſſerint, præ rabie & dolore, quo afficiuntur, ſibillabunt. Ideò qui poteſtatẽ calcãdi colubros lethiferos habẽr, oportet ut pedes nudent, & arma pacis proferant. Qui verò, utpotè legales antiqui, pedes pacis pulchritudine conſpicuos non habent, valdè ſunt imbecilles, & pervij ſerpentiũ ictibus, cavere illos ab his oportet, ac proinde pedes involvãt protectione calceorũ, ita D. Ambroſ. lib. 6. in Luc. *Quòd ſi quem movet, qua ratione in Ægypto calceati iubentur edere agnũ: Apoſtoli autem ſine calceamentis ad prædicandũ Evangeliũ diriguntur, is cõſiderare debet quia in Ægypto poſitus debet adhuc cavere morſus ſerpentis. Multa enim venena in Ægypto; & qui typo Paſcha celebrat, patere poteſt vulneri: qui autẽ miniſter eſt veritatis, evitat venena, nõ trepidat. Denique, momordit Paulum vipera in Melita inſula, & videntes pendentem de manu eius viperam, incolæ loci illius ſpectabant eum eſſe moriturum: ſed ubi inoffenſum ſtare viderunt, Deum eſſe dicebant, cui venenum nocere non poterat. Et ut ſcias hoc verum eſſe: ipſe Dominus ait: Ecce dedi vobis poteſtatem calcandi ſuper ſerpentes & ſcorpiones, & ſuper omnes virtutes inimici, & nihil*

vobis nocebunt. Vmbra & imago pacis in Ægypto veritatem serpentium non valebat extinguere, sed pacis veritas prævaluit in Paulo ipsam thartarei serpentis umbram abolere.

16 Hinc iam terit perspicuum, quã potens fuerit, quàm validis prædita armis adversus dæmones cõterendos Sunamitis nostra, & verè pacifica Maria, quæ à cõceptionis suæ exordio, & vitæ diluculo terribilis prodijt instar agminis ordinati; & nõ tã armorũ munitionibus, quã pacis monitionibus instructi: filia Principis pulchros gerẽs gressus, quia pacis calceamento iã à sua generatione, ut serpentis caput contereret, destinabatur. Perijt corrupta à serpente Eva, quia pedes calceavit, hoc est, inferiorẽ partem adversus rationem stabilivit, ut nõ instar ancillæ humilis, sed pugnantis & reluctantis, dominiumque affectantis se exhiberet; hæc calceatio, pacis discalceatio fuit. Ideò Maria, quæ in fractura serpentis caput prænoscebatur, & ad id egregij facinoris præordinabatur, pedes à suo exordio nudavit subdens concupiscentiam rationi, præstansque ut nudis pedibus reginæ suæ ancillaretur: hac belli & simultatis forma Mariam discalceari, pace calceari fuit, & advertsus serpentem obfirmari. Adest tibi Rupertus: *Verùm de calceamentis hic agitur, non corporis, sed spiritus, in quo discalceatum esse, vel discalceatam summa est ignobilitas, & plusquàm servilis egestas, idcircò Ancillæ calcaneum serpẽs momordit. Tu autẽ, ò filia Principis, benè calceata, caput serpentis contrivisti. Tu maximè, ò Princeps & Domina, singularis dilecta, & sicut iam dixi, una columba mea, una genitrici suæ, videlicèt generationi liberæ, generationi non carnis, sed fidei, quæ me virum non de carne viri, sed de spiritu Dei concepisti, & peperisti patrem vel principem filiorum non carnis, sed fidei vel repromissionis.* Vide mihi, quomodo Maria obiectatur Evæ, quia Eva, eò quòd pacem inter carnem & spiritum everterit, ancilla fuit, & ideò sine pacis calceamento inventa morsum passa est serpentis; Maria quia pacem ab initio servavit, subditam habens carnem ancillam reginæ rationi, filia Principis emersit, in cuius conceptione nihil ignobilitatis vel ancillationis serpens virus evomendo exprit, & ideò pulchra, in calceamentis pacis serpentis caput comminuit in frustula. Et ob hanc rationem credo, Mariæ genitricis appellari generationem liberam, & generationem non carnis sed fidei, hoc est, in qua carnis obedientia & humilitas, non conspiratio & affectatio dominationis regnat.

Rupertus.

17 Exornabis sanè cogitationem hanc verbis Gregor. Thaumatur. ser. 1. in Annũtiat. B. Mar. ubi cũ author Deus nobilis generationis inducitur, affertur quoq; author & largitor pacis: ut innuat Gregorius idem esse munus, & nobilitatem largiri, & pacẽ, nec generationem pacificam differre ab origine ingenua. Sic enim scribit Gregorius: *Ex omnibus enim generationibus hæc sola Virgo sancta corpore & spiritu extitit, sola que fert eum, qui verbo omnia portat. Eã non solùm admirationem nobis sanctissima illius in corpore pulchritudo, sed & virtutes animæ eius. Ideò & verbi illius: Ave gratia plena, illam Angelus salutando cõpellavit, Dominus tecũ: & non terrenus sponsus, sed ipse sanctificationis Dominus, incorruptionis author, & libertatis dator, & veræ pacis conservator atque largitor. Qui ex terra virgine creavit hominẽ, & ex illius latere ac costa Evam assumpsit; hic Dominus tecum, & rursus ex te.* Quibus verbis Thaumaturgus duo indicat; primũ modum, quo creationẽ protoplastorũ formavit Deus, & quibus se virtutibus accinxerit, voluerit que in se ipso tunc splendescere, ut eam nobilissimam crearet. Secundum, quemadmodum condidit Adamũ & Evam, sic condidisse Mariam. Vt quid enim protoparentum præmitteret mentionẽ dicturus de modo aut ordine, quo fuit Dominus cum Maria, nisi ut doceret, talem se erga Mariam exhibuisse, qualem erga primos parentes? Quasi diceret: eo modo fuit Dominus tecum purissimã tuã generationẽ efficiendo, quo creavit Adamũ ex terra virgine, & incontaminata, & ex carne virginẽ & incorrupta Evam. Virtutes autem, & dona, quæ in se ostentavit Dominus, ut ingenuas educeret parentum creationes, fuerũt, sanctificatio, incorruptio, libertas, & vera pax: & hæ quatuor sub nomine pacis claudũtur: nã qui in prima hominũ formatione carnem subdidit spiritui, & concupiscẽtiam rationi, eo ipso intelligitur eã sanctitate, incorruptione & libertate affecisse. Vndè generatio pacata, in qua concordia viget, & imperat unio, nil est amplius quàm generatio sancta, incorrupta, libera, nec ab extranea tyrannide subiugata. Ecce quare invehitur Deus, formans Virginem, quemadmodum Adamum & Evam finxit: ut dator veræ pacis atque largitor; nã qui generationi pacem immiscet atque innectit, eã ingenuam eo ipso efficit & liberalem.

Gregorius Thaumat.

18 Favet his rhythmus Anonymi Patris in tom. 13. Biblio. Patrũ de laude Virginitatis.

Non est lapis sub Solis orbita,
De quo non sit domus composita
Templi Virginei.

Spi-

Spiritualis eſt iſta fabrica
Facta ſed non arte mœchanica,
Nec ictu mallei.
Eſt exemplum Pater ingenitus
Verbum Patris, & Sanctus
Spiritus operis.
In quo non eſt ruga vel macula,
Nec diſcurrit umbra vel nebula
Peccati veteris.
Eſt in porta pictum palatij
Quid ſit amor Patris & Filij
Satis mirificè.
Vt demonſtret talis introitus
Quod ſit cuſtos Sanctus Paraclitus
Iſtius fabricæ.
Ibi tenet Cherubim gladium
Procul pellens omne divortium
A templo Domini.

Num non advertis, quomodo ut excellentiſsimam præſtãtiſsimamque oſtendat Virgineam molem Mariani templi à fundamẽtis, ait, in ipſius fabrica & molimine quidquid ſciſſuræ vel diviſionis potuit redolere, fuiſſe abolitum, & pacis præfulſiſſe notam, ac proinde ictum in illa mallei nõ perſtrepuiſſe. Et huius operis exemplar iam in ingenita Patris incorruptione, mundiſsimaque Filij generatione, & divini Amoris proceſsione quodãmodo præceſsiſſe. Quapropter peccati veteris indicia, vel umbrã ab eo prorſus fuiſſe fugatam. Et ut Virginei templi nobilitas, & eius fabricæ claritudo omnibus eſſet commendata, in eiuſdẽ introitu ſeu limine tituli efferebantur amoris; & intimus ille laqueus vel nexus, quo Pater & Filius ſe invicem deligendo conſtringuntur, pro ornamento erat exaratum: ipſeque Amor qui ex utroque reſilijt, vel procedit Deus, cuſtos emergentis machinæ proponebatur. Neque id ſolum, ſed quemadmodum olim paradiſus, hoc opus divini ingenij inventum, igneo vallo cingebatur. Nam ibi erat Cherubim flammantem gladium circumquaque volubilem, & verſatilem vibrans in gyrum, ut nulla diviſio, vel diſcordiæ umbra ſanctam regiam adoriretur. O quanti habita eſt pax, quanti facta eius gloria & nobilitas, cùm ad templi maieſtatem in ipſa eius extructione commendandam, in primis illius poſtibus ſolius pacis inſcriberentur tituli, ſculperentur ſtemmata, ex paciſque radijs totus elegantiæ apparatus conſtaret! Mœniaque ignea erigerentur ad diviſionem dumtaxat eliminãdam. Quid ni ergo Pacifici nomen præelegerit Matthæus alijs Salomonis, diſcuſsis nominibus, quod in Chriſti intexeret genealogia, cuius nobilem originem ſimul & Mariæ inſequebatur aperiendam?

§. III.

Præſtantiſsimum excellentiſsimamque inter omnia, Salomonis opus thronus videlicèt regius, in auguſtam Mariæ conceptionem atteſtandam elaboratum.

19 NOn ſolùm nomine, ſed opere fulcit Salomon Marianæ originis nobilitatem: Thronum regiũ in huius extruit teſtimonium, 3. Reg. 10. 18. per Petrum Damian.

20 Hunc thronum prædixit pater Salomonis David, Pſalm. 88. 30. ex Auguſt. Ambroſ. Damiano, & Richardo de S. Laurent.

21 Illuſtrantur verba illa: Fecit Rex Salomon thronum, à Richardo: probatur Richardus de S. Laurent. pro Marianæ conceptionis libertate pugnare.

22 Evolvitur verbum illud, de ebore, per Gloſſ. & Petrum Damian. cuius expenduntur verba: & Richard. de S. Laurent.

23 Vox illa, grandem, aperitur à Damiano, qui elucubratur per Richardum & Zenonem Veron.

24 Luce præfata reſperguntur ex enodatione Pſalm. 88. 7. per Auguſtin.

25 Item ex loco Luc. 1. 46. quem peracutè exponit Gerſon. ubi ex Hug. de S. Vict. ad locum ad Hebræ. 4. 12. ſtatuit diſtinctionem inter animam & ſpiritum.

26 Exponuntur ea verba: & veſtivit eum auro fulvo nimis, per Richard. de S. Laurent. Idem eſſe veſtiri thronum auro, & & inſtar Solis elucere, Pſal. 88. 38. Quæ duo loca connectit Hugo Cardin. item & Richard. cuius ponderantur verba.

27 Verba Damiani in præfatum locum aperiuntur.

28 Item verba Richardi de S. Lauren. interpretantur Sap. 7. 25. quæ divinam generationem commendant, de B. Maria. Contendit idẽ Hugo Cardin. locus Roberti Holkot.

29 Proterminatur illuſtratio verborũ Richardi. Locus 1. Machab. 6. 39. ab ipſo expoſitus.

30 Ex nomine auri obrizi quomodo nobilitas originis Mariæ firmetur ex eodem Richard.

31 In verba illa: Qui habebat ſex gradus. Locus Richardi de S. Laurent. ubi Mariam ſex virtutibus inducit ornatam, oppoſitis ſex vitijs quæ exuerũt à ſua pulchritudine Evam.

32 *Verecundia primus gradus à quo deiecta eſt Eva, ex Ruperto, & Bernard. per hunc primò aſcendit Maria ex Richard. Chryſoſt. & Thaumaturg.*

33 *Secundus gradus à quo cecidit Eva, prudentia, ex Chryſoſt. Hugo de S. Victor. Ruperto Ambroſ. & Bernard. Hunc Maria tenuit ex Richard. de S. Laurent.*

34 *Quartus gradus à quo elapſa eſt Eva, virginitas, Geneſ. 3. 5. ex Caſsiano. Illuſtrantur illius verba, & Geneſ. 3. 7. ex Auguſtin. Niſſeno, Damaſceno, Chryſoſt. Gennadio, Accacio, Hippolyt. & Albino. Hunc preſsit Maria, Luc. 1. 30. ex Richard. de S. Laurent.*

36 *Quintus gradus, à quo deturbatur Eva, humilitas, ex D. Thom. Gregor. Ruperto, & Auguſtin. in hunc evecta eſt Maria, ex Richardo de S. Laurent. in humilitate Chriſtus matrizavit. Locus Ioan. 12. 23. per eumdem. Perfectum amorem gignit humilitas: illum infirmat, & infrigidat ſuperbia. Locus Ioan. 11. 20. & 32. ex Simon. de Caſsia.*

37 *Sextus gradus à quo expulſa eſt Eva, fides, ex Rabbano, Angelico Doct. Chryſoſt. & Ruperto. Maria hunc occupavit: confertur eius fides cum fide Abrahami ex cap. 4. ad Roman. 16. & ad Hebræ. 11. 17. ex Hugon. de Sancto Victor. & Richardo de Sancto Laurent. noviter ab ipſo explicatus locus Cant. 5. 4.*

38 *Elicitur ex his nobile inſtrumentũ pro illibata Mariæ generatione.*

19 MEritò Salomon nomen in Chriſti proſapia dat, qui non ſolùm nomine, ſed opere Mariæ & conſequenter nati Dei originem illuſtrẽ firmat & ornat. Quæ ut eluceãt, ab ipſis ſacri Textus verbis auſpicemur: *Fecit etiam Rex Salomon thronũ de ebore grandem, & veſtivit eum auro fulvo nimis, qui habebat ſex gradus, & ſummitas throni rotunda erat in parte poſteriori, & duæ manus hinc atque inde tenentes ſedile, & duo leones ſtabant iuxta manus ſingulas. Et duodecim leunculi ſtantes ſuper ſex gradus hinc atque inde; non eſt factũ tale opus in univerſis regnis,* 3. Reg. 10. 18. Vt verò intendas, quomodo ab uno eodemque ſpiritu ſacræ Paginæ authores agantur, ex quo fit, ut omnia quamvis diſtantia ſibi mutuò cohæreant, & reſpondeant; in throni opificio ex tribus nominibus, quibus innoteſcit Salomon, nempè Pacificus, Idida, & Eccleſiaſtes, ſacer Hiſtoricus nomen delegit Pacifici, quem reſpicit, & imitatur Matthæus Chriſti progeniẽ fabricans: quò perdiſcas utriuſque Hiſtorici mentem, huius in throni deſcriptione, Matthæi in proſapiæ ſcriptione, unã & eãdem fuiſſe, & in eundem collimandum ſcopum pertendiſſe, nempè nobilem Chriſti & Matris generationem edicendam, & quamvis inverſo progrediamur ordine à fine exordientes verba illa ultima perpende: *Non eſt factum tale opus in univerſis regnis.* Tantæ, quæſo, molis erat ſedem extruere regiam? Tantæ curæ & ſolicitudinis regi thronum præparare? Erat ne ille totus maieſtatis apparatus, & lacinioſæ purpuræ plena pompa, ut regij theſauri uberiorẽ copiam in ſuis expenſis inſumeret, regis mentem & ſcientiam occuparet, & veluti angeret, ut ſui ideam conciperet, alijs operibus gloriam & elogia præriperet? *Non eſt factum tale opus in univerſis regnis.* Numquid Hiſtoricus regna orbis cũcta permeaverat, & eorum opera diſcuſſerat omnia, ſolertiáque cura & ſtudio fuerat perſcrutatus, ut huiuſmodi throni opus omnium ſciret glorioſiſsimum, reliquiſque antevertendum? Verè hìc cogimur pervadere nucleũ, & litteræ corticem delibrare. Non enim divina Sapientia in materiali throni ſterit maieſtate, ad anguſtiorem & planè ſpiritualem vult nos mentes attollere: nempè ad Mariam, quam ſibi in thronum deſtinavit regium; ideò eius opus tantopere laudat, inſolitiſque elogijs effert, revelatque unicũ & ſingulare, nec aliud eſſe quod materiæ, ſtudij vigilantiæ, miriáque laboris, & operoſæ extructionis granditate poſsit inveniri æquale. Subſidiatur Petrus Damian. ſerm. 1. in Nativit. B. Virgin. Mar. Qui poſtquam textus verba reſcripſerit, ait: *Tribus nominibus in ſcripturis Salomonem vocatũ legimus, & ubique regio nomine titulatũ, videlicèt Salomonem, Eccleſiaſtem, Ididam, filium regis, imò & rex, nec ſolùm Filius Dei, ſed etiam Deus, Salomon, id eſt, Pacificus. Simulque conſidera, quia non Eccleſiaſtes, non Idida, ſed Salomon tam glorioſum opus facere prænotatur. Averte oculos tuos ab illis terreni regni delicijs, qui licèt fuerit ſapientia ſingularis, ſublimis gloria, rebus affluens, pace ſecurus, non tamen tale opus facere potuerit, quale factum non ſit in univerſis regnis. Numquid ſacræ Scriptor Hiſtoriæ omnia opera mundi, & gloriam eorum intuitu diligenti proſpexerat, ut hoc ſtatim tota deliberatione, non uni, ſed omnibus anteferret? Inania ſunt hæc, ſi non recurramus ad intimos cœleſtis diſciplinæ receſſus, ſi non deviemus à via litteratoriæ qualitatis. Salomon noſter non ſolùm ſapiens, ſed & ſapientia Patris,* Petrus Damianus.

3. Reg. 10. 18.

non

non ſolùm Pacificus, ſed & pax noſtra, qui fecit utraque unum, fecit thronum, uterum videlicet intemeratæ Virginis, in quo ſedit illa maieſtas, quæ nutu concutit orbem. Nihil ſanè ad præſens inſtitutum magis idoneum potuit enuntiari, ut innuatur authorē Mariæ pacificum fuiſſe, ſicque in eius fabricam, ut clara conſurgeret, pacis ſuæ rorem inſtillaſſe.

20 Thronus peregrini operis, ſingulariſque decernitur novitatis, in quo Dominus veteris operis deſtructor, creatura quę inſtaurator innovandæ debeat conſedere, contra priſtina bella ferens edictum, novæque pacis res omnes ima præcipuè & ſublimia inter ſe colligantis evulgans feſtiva præconia. Nec in throni ſui mirifico opere antiqui diſſidij pateretur maculam, permitteret vè vel levem notam, quam molie-
Pſal. 88. 30. batur, ut ab eo legem felicis novitatis indiceret. Vndè regius Vates ait: *Et ponam thronum eius ſicut dies cœli.* Pſalm. 88. 30. Paraphraſis Chaldaica vertit: *Sicut dies firmitatis cœlorum.* Cui conſonat Auguſtin.
Auguſtin. aſſerens: *Alij ſunt dies terræ, alij ſunt dies cœli.* Dies terræ caduci, labiles, qui à tenebris inchoant, & deſinunt in occaſum, & interpoſitâ noctis caligine intercepti: dies cœli firmi, immutabiles, qui nec in ortu noverunt tenebras, & ignorant occaſum. Ecce qualis thronus Mariæ, qui nunquam à ſplendore fuit vacuus, ſicut dies cœli, nullâ unquam tenebrarum opacitate obſcurus. Quapropter Ambroſ. apud Lorinū in præſenti, per diem cœli intelligit ipſum Chri-
Ambroſ. ſtum, ſic enim ſcribit: *Quoniam ipſe eſt dies filius, cui pater dies divinitatis ſuæ eructat arcanum; ipſe dies, de quo ait Propheta, & ambulemus in lumine Domini; & ſicut diē cœli lux omnino non ſequitur, ita & Chriſti iuſtitiam peccatorum tenebræ non ſecuntur; ſemper enim cœli dies ſplendet, lucet, & fulget; ita & lumen Chriſti ſemper micat, radiat, coruſcat, nec aliqua poteſt peccatorum caligine comprehendi.* Vndè thronum Chriſti, hoc eſt, Mariam, diē cœli appellaſſe, nil amplius fuit quàm illā Chriſto Domino contuliſſe: ut fabrica operis inſignius commendaretur; ſimilitudo autē in eo conſiſtit, quòd ſicut dies cœli, id eſt, Chriſtus ſemper ſplendet, lucet, & fulget, nec aliquâ poteſt peccatorum caligine cōprehendi, ita thronum à prima ſui conſtructione lux fuit ſemper inſectata. Quapropter à ſuo exordio habet, quòd ſemper promicet, radiet, coruſcet. Hæc omnia elegantercomplexus eſt Petrus Damianus ubi ſu-
Petrus Damian. prà: *Hanc ſeſſionem Filij & probavit, & cognovit Pater, ipſo dicente: Tu cognoviſti ſeſſionem meam, & thronus tuus Deus in ſæculum ſæculi; & thronus iſte ſicut Sol in conſpectu tuo. Sedes, inquit ſcriptura, ſuper thronum, qui iudicas æquitatem. Quid enim iuſtius, quàm vilem & transfugam ſervū, & conſervi ſui ſedulum deceptorem, perpetuis ignibus aſſignare, & eum, quem fefellerat ſuo reſignare principio? Ait ille alter filius Virginis; & vox de throno exivit, dicens: Laudem dicite Deo noſtro omnes ſancti eius. Ex hoc throno laus Angelorū prorumpit, & hominum; quia dum hic reſtituitur, & ille reſarcitur, utrique gratiarū debent devotionem. Noſti, quidnam dicat, qui ſedet in throno? Ecce, inquit, nova facio omnia. Felix thronus, in quo ſedet dominator Dominus, in quo, & per quem, non ſolū omnes, ſed omnia renovantur. Meritò ergo tale opus non eloquenti, nō glorioſo, ſed pacifico ſcribitur aſſignatum: quia venit Ieſus inſtaurare, & quæ in terris, & quæ in cœlis, pacemque & concordiam inter hominēs & Angelos, mediante Virgine reformare.* Quid uberius? Si Marianum opus pacifico traditum eſt perficiendum, ſi ut pacis author, illud ipſe compegit, credes tu, in illo infamis antiqui belli impreſſam fuiſſe ignominian? Si mediatrix fuit Maria pacis, quæ reformatur inter homines & Angelos; credes tu, belli diſſidio illam extitiſſe corruptam? Abſit. Nō planè diſcedit à Petr. Damian. Richard. de S. Laurent. lib. 10. Richar. de de laudibus B. Mar. *Primò aſſignandum* S. Laurentio *eſt, quare Chriſtus per Salomonem deſignetur, cùm autem Salomon fuerit trinomius, videndum eſt, quare potius hoc nomine, quod interpretatur Pacificus, deſignetur, cùm ei factura throni adſcribitur. Chriſtus enim verè eſt pacificus, qui dixit Ierem. 29. Ego cogito cogitationes pacis, &c. Tunc enim Dominus efficaciter cogitavit de pace, quādo ſibi præparavit uterum virginalem. Vndè dicit Zachar. 8. Sicut cogitavi ut affligerem, &c. ſic cogitavi in diebus iſtis, ut benè facerem Ieruſalem & domui Iuda. Fecit ergo Pacificus thronum, ut pacem faceret; quia mediante filio hominis pacificati ſumus Deo Patri, mediante etiam Matre veri pacifici pacem apud Filium quoties volumus, poſſumus invenire.*

21 Expendenda ſunt in primis illa verba: *Fecit etiam rex Salomon thronum*, ſeu ut legunt alij: *Fecit ſibi rex Salomon thronum.* Nam ſapientiſsimus, qui Dei ſapientia eſt, hoc opus ſibi fingendum aſcivit. Vndè nihil in eo fuit elaboratum, quod divinam Sapientiam non deceret, & redoleret; & quis ſani conſilij ſuadebitur, opus, quod in ius ſuum & curam ſuam divina Sapientia condendum vindicavit, permiſiſſe ut in eius prima conſtructione ſtultitia ipſa ma-

num & inſigne ſuum imponeret: & quod divinæ Sapientiæ fabrica ab ipſa inſipientia & errore auſpicaretur? Non ſolùm fecit thronum, ſed & fecit ſibi, in quo ſcilicèt ſolus ipſe ſederet, quem maieſtas ſola regia dumtaxat occuparet. Et ſi qui potẽtia pollet, quæ iuris ſui ſunt, defendere, thronũ fecit in ſedem ſuam ſingularem, in qua nullus auſus eſſet ſedere, deliberandum ne erit, conſenſiſſe, ut vilis perduellis illum primò occuparet, & quod prius illum tyrannis, quàm maieſtas imploret? Sic ne erat proſtituenda ignominia regia ſedes? Sic in infamia dedicanda? Sic reſignanda dedecori, quã divina concepit Idea in Principis gloriã ædificandam? Quàm perbellè Richar-
Richard dus ubi ſuprà: *Aſcribitur etiam hoc opus Salomonis, quia æternæ ſapientiæ, quæ eſt Chriſtus. Vndè Proverb. 9. Sapientia ædificavit ſibi domum. Et benè dicitur, fecit, quia beata Virgo ſpeciale opus eſt illius artificis, qui fabricatus eſt Auroram & Solem, Pſalm. 73. Qui in iſto opere huius throni principaliter ſuam oſtendit ſapientiã, ipſa eſt enim vas honorabile, opus excelſi, Eccleſ. 43. A Domino factum eſt iſtud, & eſt mirabile in oculis noſtris Pſalm. 117. Benè autem dicit, fecit ſibi, quia ſicut ſolus Rex Salomon ſedebat in hoc throno, ſic ſolus Chriſtus ſedit in Virgine glorioſa. Vnde Ezech. 44. Princeps ipſe ſedebit in ea; Princeps ipſe quaſi non alius: fecit ergo ſibi, non alij, non carni, non mundo, non diabolo, non Baccho, non veneri, non Mercurio, non Marti. ſed ſibi: nihilominus tamen & nobis hominibus, & etiam ipſis Angelis, ſed aliter & aliter.* Quis hæc audiens à Richardo, non cenſeat illum eſſe illibatæ Mariæ conceptionis acerrimum propugnatorem, & imperterritum ſectariũ, & puriſsimo huic myſterio addictiſsimum præconem. Nihil enim clarius, quàm quod ipſe nunc ſcripſit in tanti arcani laudem & teſtimonium ab ardentiori liberioriq́ue Marianæ immunitatis patrono poſſe videtur excogitari. Quapropter verum arbitror quod Gerſon ſuperiùs ſcripſit. Antiquiores Doctores, de hac differentes quæſtione, plerũq́ue viſos eſſe contraria dixiſſe iuxta geminum, qui in eis militabat, affectum, nempè & devotio & reverẽtia pietaſq́ue erga beatam virginem & illius honorem, quæ cogebat eos altam de ea, dignamq́ue exiſtimationem concipere: & erga Eccleſiam obedientia & in eius obſequium intellectus & amoris captivitas, qua verebantur aſſerere, quodipſa nondum evulgarat, ab ore enim Eccleſię pendentes expectabant audire puriſsimæ Marianæ conceptionis veritatem, cuius affectu medullitus æſtuabant, & cuius memoria eorum præcordia dulcorabat, & iucunda ſuavitate mentes irrigabat. Quapropter cùm ab hoc pietatis affectu erga Eccleſiæ authoritatem ferebantur, immorabantur, quæ ipſa nondum aperuerat, confiteri: cùm autem pietatis devotione erga Mariam urgebantur, quæ in mente & corde eorum dulciter perſtrepebant, eructabant: ab hoc duplici fonte emanant ſæpè ſententiæ quaſi contrariæ, quæ in Marianæ conceptionis cauſa apud illos leguntur; cõtrariæ, inquam, ſi in ſeipſis ſpectentur, ſed non contrariæ ſi ad ſuam devolvantur originem. Ex his unum habeo Meherclè Richardum, qui ſæpèſæpius Marię prærogativam intemeratæ cõceptionis videtur denegare; & non minus frequenter ita pugnaciter illam tueri, ut non idem author, ſed geminus & diversè alter ab altero ſentiens librum ſuum ſcripſiſſe videatur. Expende in primis verba illa: *Et benè dicitur, fecit, quia beata Virgo ſpeciale opus eſt illius artificis, quia fabricatus eſt Auroram & Solem.* Vt quid, quæſo, hîc inducitur Auroræ & Solis fabrica, & ea illum condidiſſe, qui Mariam creavit? Niſi ut innuat Richardus, ſic Chriſtum compegiſſe Mariam, quemadmodum Auroram & Solem fabricavit? O quàm purus eſt, & nobilis exortus ille Auroræ, quæ è tenebrarum regione emergit ſplendicans, & ipſa invita ſpiſſa caliginis denſitate nihil eius obſcuritatis trahens! Sic Maria viva in ſua conceptione aſcendit è regione mortuorum, & novæ coruſcans lumine gratiæ ex ipſa ſpiritualis caliginis provincia, nihil illius nebulæ participans. Quàm nobilis Solis formatio, quæ ex puriori & defœcatiori lucis in principio creatę meditullio concreta fuit! ut ſuperiùs latiùs diſſertum eſt. Deinde attenta rumina mente verba illa: *Fecit ergo ſibi, non carni, non mundo, non diabolo.* Quid clarius? Ergo diabolus nihil commune cum Maria habuit: ergo throno, qui diabolo non eſt conditus, diabolus nunquam inſedit: & ſi inſedit unquam, quomodo non diabolo fecit?

22 *Fecit Rex Salomon thronũ de ebore.* Materia, ex quâ concreſcit thronus, illius commendat excellentiam & Mariæ intemeratam nobilitatem: non gemmarum, non unionum, nec exquiſitorum lapidum pretioſitas in hoc opus fingendum advocatur, ſed ebur, quo quidem peccati originalis præcipua ſequela, potentiorq́ue apparitor videtur umbraticè extinctus. Nam eburneum ſimul & frigiditate & nitore cogitur, adeòq́ue frigida ipſius natura demonſtratur, ut ad libidinis temperandos & infrigidandos æſtus ſi approximetur, vigeat & prævaleat:

fomes

fomes ſeu concupiſcentia ferè totus apparatus & pompa peccati originalis eſt, quam velut ſui ſemen relinquit in animo; & verè obarmata & munita adverſus originis labem videtur concepta Maria, quæ adverſus illius ſatellitium inſurgit medicamento referta; eburnea enim aſcendit, quaſi ſe ipſam offerens ut medicinam concupiſcentiæ flāma languentibus. Quæ ex ebore extruitur, ut ægritudine à peccato originali proveniente laborantibus medeatur, longè profectò fuit ab illius invaſione. Quis enim illam credat morbidam & ſauciam in ſui cōceptione emergere? & ſimul medicamine adverſus originalem ictum præparatam? Optimè Gloſſa: *Fecit thronum de ebore grandem, quod ratione albedinis & frigiditatis, ſignificat puritatem Mariæ, in aliis refrigerantem motus libidinis.* Et elegantèr Petrus Damianus ubi ſuprà: *De ebore, inquit. Quid eſt, quòd aurum & argentum, & lapides pretioſi, & omnis denique pretioſioris materiæ prætermittitur gloria? Sola eboris ſubſtantia capax eſt tāntæ compoſitionis, & fabricatur in ea, quod omnibus operibus præferatur. Ebur enim & mirabili candore relucet, & multa præminet fortitudine, & frigidioris naturæ ſortitur auſpicium. Et quid candidius illa Virginitate, quæ ſingularis aſpectus ſui gratia ſuper cœleſtem curiam allicit ad videndum? Quid fortius illa fortitudine, per quam Domini fortitudo vaſa diripuit fortioris? Quid frigidius illa ſubſtantia, quam obumbravit virtus altiſſimi, & ab æſtu peccati defendit ſuperveniens ſpiritus plenitudo? Ex hac ebore, ni fallor, fiunt illæ domus eburneæ, de quibus dicit Pſalmiſta: Myrrha, & gutta, & caſſia à veſtimentis tuis à domibus eburneis.* Carnem Mariæ, quæ eius generationi concernendæ fuit reſignata & præparata, ebur appellat Petrus Damian. quod quidem ut materia fabricæ throni fuit deſtinatum, atque ideò Mariæ carni eboris addicit proprietates, illa enim in Mariæ generatione, & illius animæ infuſione mirabili inſtar eboris, candore reluxit, & multa præminuit fortitudine, & frigidioris naturæ ſortita fuit auſpicium. Nam nil candidius ea animi & corporis puritate & virginitate, quæ pulchritudine & gratia ſingulari, & verè nova ad ſui ſpectaculum ſupernæ curiæ intelligentias adlectabatur. Nil illa fortius, in qua Chriſtus fortitudinem ſuam & adverſus fortiorem triūphum iam extunc dedicabat. Nam nobile indicium erat & præſagium Chriſti fortioris vaſa direpturi, quod in cōceptione Mariæ patrabatur, in qua fœminam (in ſententia illorum, qui obnoxiam originali peccato putant Mariæ carnem) à ſuo iure cernebat præreptam. Nil frigidius illâ, quam ab imminenti peccati æſtu propugnavit ſuperveniens ſpiritus plenitudo. Et ut noveris, Petrum Damian. à Gloſſæ non diſſenſiſſe ſententia: libra verba, quæ initio præfati ſermonis exāravit. *Hodie nata eſt illa, per quam omnes renaſcimur, cuius ſpecim concupivit Omnipotens, & in qua Deus poſuit thronum ſuum. Ipſa eſt thronus ille mirabilis, de quo in Hiſtoria regnorum legitur in hæc verba: Fecit Rex Salomon thronum de ebore grandem, &c.* Renaſcimur, inquit, per Mariam, quia cùm veluti ex ebore fuerit concepta, & in conceptione eius caro nō ſolùm immunis à peccato, ſed contra commune peccatum medicina effecta, & medicinali virtute præparata & condita, dum eburnea ſua proprietate in hominibus ardores concupiſcentiæ infrigidat, ut aſſeruit Gloſſa, per illam homines renaſci dicuntur. Mediusfidius ex hoc loquēdi ingenio, quo uſus eſt Petrus Damian. inquiens: *Maria eſt, per quam omnes renaſcimur.* Sic generata videtur Maria, ut in ipſa generis humani læſi remedium ſitum fuiſſe videatur: & quædam veluti in illa effulſiſſe baptiſmalis fontis virtus, & potentia. Etenim non alio modo Eccleſia Patres de baptiſmo, qui inſtitutus eſt ad originalis ſceleris expiationem, loquūtur, quàm Petrus Damianus de Maria. Nam Eccleſiæ Cōcilia, & Patres docent, baptiſmum eſſe, per quem ex morte peccati renaſcimur: & Petrus Damianus, Mariam quoq; eſſe, per quam omnes renaſcimur, atteſtatur. Nec inficiabor Gloſſam loco præindicato aliquid arctius & efficacius quàm Petrum Damianum de Mariæ vigore contra originale piaculum tradidiſſe. Nam Petrus aſſerendo Mariam eſſe per quam renaſcimur omnes, videtur ſolùm eam cum baptiſmo contuliſſe, concepiſſeque veluti alium myſticum & ſacramentalem fontem in Eccleſia locatum, ad quem occurrentes ab originali morte abſolvūtur, & ab eius macula mundātur (quod quidem quo ſenſu ſit accipiendum, ſuperiùs aſſeruimus, ne eadem ſæpiùs inculcemus.) Gloſſa verò quid maius videtur conata. Nā cùm concupiſcentia & fomes in baptiſmo non extinguantur, eius ardorem, ait, ſedari, & veluti emori è regione Mariæ, in qua illius adeò frigeſcit æſtus, vel, ut melius loquar, adeò ab ea longè abeſt, ut perfrigerate in alijs inſultantes flammas potis ſit, idcircò inquit, Mariam ebori exæquari, *quia ratione albedinis & frigiditatis ſignificat puritatem Mariæ in alijs refrigerantem motus libidinis.* Conteſtatur Richardus de S. Laurent. ubi ſuprà, qui arbitratur, throni-

Gloſſa.

Petrus Damianus.

Idem.

num

num de ebore molitum, eò quòd elephantis proprietates optimè Mariæ congruant, & eius explicent prærogativas: *Elephas*, inquit, *naturæ frigidiſtimæ eſt, ita ut ſanguis eius incendium ſerpentini virus dicatur extinguere: ſic & glorioſa Virgo ſerpentinum virus, quod ſerpēs antiquus, Evæ mediante, humanæ naturæ infuderat, conſumpſit & extinxit. Item Elephas eſt draconi inimicus, & beata Maria ſerpenti antiquo qui ſeduxit Evã. Vndè in figura Mariæ dictum eſt eidem ſerpenti, Geneſ. 3. Inimicitias ponam inter te & mulierem, &c.* Videtur quidem Richardus, quæ diviſim Gloſſa & Petrus Damianus docuerunt, ſimul copulaſſe. Per Mariam enim vel tanquam per redemptionis humanæ inſtrumētum, vel per mediatricis officiū, quod apud filium pro nobis obtinet, vel per eius merita congrua, non ſolùm originale peccatum aboletur, ſed & fomes expungitur, & extinguitur, quod quidem per baptiſmum non nanciſcimur.

Richardus.

23 *Grandem.* Quæ vox non tam de materiali magnitudine, quàm de amplitudinis excellentia intelligenda eſt. Nam virtutū, prærogativarum & gratiæ munerum granditate ſingularis eſt Maria, adeò grandis, ut omnes ſuperet etiam Deo viciniores intelligentias, & à Deo ſolo ipſa granditate vincatur; ut ex hac voce quoque arguas puriſſimam Mariæ originem. Nam ſi Deus nobiliſſima creatione produxit ſacros ſpiritus, quia tanquam conſpicui miniſtri corã eo ſemper erant aſtituri, effecti divinæ ſuæ ſubſtãtiæ proximiores, indignos ſuæ ineffabilis præſentiæ iudicans eos ſibi adſtantes habere, qui ſcelere conſpurcati aliquando fuiſſent, quomodo Mariam à prava origine patereturderivatam, quam præreptura Angelicis ſubſtantijs propinquiorem, Dei viciniam prævidebat, & divinitati ſecretò quodam arcano intimè unienda m. Placeat iterum audire Damianum ubi ſuprà: *Sequitur, Grandem: quid grandius Virgine Maria, quæ magnitudinem ſuæ divinitatis intra ſui uteri concluſit arcanū? Attende Seraphim, & in illius ſuperioris naturæ ſupervola dignitatem, & videbis, quidquid maius eſt, minus Virgine, ſolumque opificē opus iſtud ſupergredi.* Forſan plus arridebis verbis Richardi de S. Laurent. ubi ſuprà: *Thronum de ebore, ſiquidem uſque ad B. Virginem non habebat Chriſtus thronum de ebore, Sed in ipſa thronum de ebore habuit, quæ prima virginitatem vovit, & in ipſa, quæ fuit thronus grandis, celſior factus eſt ſecundum throni celſitudinem, quod innuit verbum illud Mariæ: Magnificat anima mea Dominū, qui quaſi oblitus virginitatis, licèt illam ſuper omnia diligeret, benedicebat fœcunditati, Geneſ 9. Benedixit illis Deus dicens: Creſcite, & multiplicamini, &c. Maria verò, quæ prima votum Virginitatis emiſit, regem filium regis magni ſublimiter exaltavit, & in corde, & in utero virginali veluti in throno eburneo grandi collocavit, & ſuper omnes reges mirabiliter magnificavit, ſicut Salomō ſuper omnes reges terræ magnificatus eſt, ex quo fecit ſibi thronum grandem, & in eo conſedit.* Non egent ſanè face præeunte verba, ſed nihilo ſecius adhuc deglubenda cenſeo: ſentit enim Richardus ſic ſe Dei verbum erga animum & alvum Mariæ geſſiſſe, quemadmodum Salomon erga throni pulchritudinem. Quocircà ſicut Salomon, quodammodo à throno, quē ſibi fecit, gloriam & maieſtatem captavit, ſedens enim in illo magnificatus eſt, & exaltatus, ſuæ celſitudinis radios diſpergens, qui ſpectantium oculorum aciem præſtringerent, & in admirationem deducerēt, ſic Chriſtus glorioſus ſibi viſus eſt, & magnificus, ſuperbaque maieſtate circumſeptus in virgineo Mariæ corde & utero ſedem ſibi eligens: & nota, Richardum non ſolùm virgineum acciviſſe Mariæ alvum, ſed & animum, nã ſicut alvus incorruptus & nulli ſemini reſignatus, ſic quoque incorruptus & integer animus, & nullo primordialis criminis ſemine ſubactus. Quaſi tantam ſibi gloriam putarit exoriri Chriſtus Dominus, tantam magnificæ authoritatis pompam ex ſeſſione quam ei obtulit mirabilis & penè divinus Mariæ thronus, ut quaſi ſuperbiret, & maieſtatis incrementa ſibi denuo accumulaſſe videretur, veluti cùm quis purpurea & lacinioſa veſte indutus incedit, inflatus effertur, & glorioſos ſpiritus gignit, plus ſibi de magnifico & inſolenti maieſtatis apparatu, quàm de penita nobilitate arrogans, in hunc ſeu ſum autumat Richardus, uſurpaſſe modeſtam fœminam verba illa: *Magnificat anima mea Dominum*, Luc. 1. 47. Quaſi ſenſiſſet humilis Virgo, divinum filiū tantum gloriæ dignitatiſque capeſiſſe ex originali gratia, quã illius uterum invenit præditum, in ipſum illabens, ut in illo quaſi ſe exaltatum, & novis maieſtatis incremētis auctum circumſpexiſſet. Quàm concinnè his quadrant verba Zenonis Veronen. ſer. 3. de Nativit. *Mira res, concipit Maria de ipſo, quem parit: tumet uterus maieſtate, non ſemine.* Quaſi tumor Mariani uteri non tam à prole, quæ augebatur, & grandeſcebat indies, quàm à divini Verbi maieſtate proveniret; ſed cur divina Sapientia, quæ ideò deſcenderat, ut humilitate comprimeretur, & exinaniretur, ſic tumebat, &

Damianus.

Richar de S. Laurent.

Zenon Veronen.

ve-

ve'uti inflabatur præ maieſtate in utero matris, ut vix eam capere poſſet? Verè divino Verbo eveniebat, quod Salomoni in throno, quem ædificaverat ſedenti, qui ſtatim ac illum occupavit, gloriabundus ex eo quòd tanta undique gloria accingeretur, ſe magnificatum & præ ſolito exaltatum demirabatur; deſcenderat divina Sapientia in thronum à ſe ædificatum & præparatum, nimirum Mariæ alvum, & ex illius pulchritudine & gloria tantum ornamenti & authoritatis maieſtati ſuæ excreviſſe innuit, ut veluti adulta maieſtas tumeret & inflaretur, adeò ut ferè abrumperetur venter, niſi qui interius illi inſidebat, exterius ne maieſtati ſuccumberet, tanquam illius fulcrum ſubſtaret.

24 Hæc ſanè lucem mutuabuntur ex illo Pſalm. 88. 7. *Quoniam quis in nubibus æquabitur Domino, ſimilis erit Deo in Filijs Dei?* Quibus verbis non minus ſe glorioſum videtur efferre & iactare Chriſtus, in utero matris ſubſiſtens, aut ab ipſo egrediens, quàm gloriatur, eò quòd quieſcat in utero Patris ab illo naturam, & Filij nomẽ accipiens. Nam ut optimè rationem dubitandi exacuit Auguſtin. cur potius enuntiaret regius Vates, de nubibus, quàm de alijs creaturis? *Quis in nubibus æquabitur Domino?* *Si intelligatur*, ait Auguſtin. *Sine myſterio ad litteram, non magna laus eſt, Domino nõ æquari in nubibus. Quid enim? Stellæ, quæ ſunt ſupra nubes, æquãtur Domino? Quid enim? Sol, Luna, Angeli, cœli comparari poterunt Domino? Quid eſt, quod pro magno ait: Quoniam, quis in nubibus æquabitur Domino?* Myſterium ergo egregius Doctor pandens, ſic ſcribit: *Venit & ipſe omnium Creator in carne. Sed quis in nubibus æquabitur Domino? Et quis erit ſimilis Deo in Filijs Dei? Ergo nemo in Filijs Dei ſimilis erit Filio Dei, & ipſe dictus eſt Filius Dei, & nos dicti ſumus Filij Dei. Sed quis erit ſimilis Domino in Filijs Dei? Ille unicus, nos multi, ille unus, nos in illo unum: ille natus, nos adoptati! ille ab æterno Filius unigenitus per naturam, nos à tempore facti per gratiam: ille ſine ullo peccato, nos per illum liberati à peccato. Dicimur nubes per carnem, ſed caro noſtra aliter venit, caro illius aliter: illius nubes ex Virgine, ille Filius ex æternitate æqualis Patri. Quis ergo in nubibus æquabitur Domino, aut quis ſimilis erit Domino in Filijs Dei?* In utero matris carnis nube accinctus Chriſtus Dominus, non minus ſe exaltat, & (ſi fas dicere) ſuperbit quàm in utero Patris Filij perſonam recipiens: nec minus illic quàm hìc ſe glorioſum exhibet & iactabundum; quaſi pari lãce nobilitatem & gloriam ſuam ab utero Matris, in quo illius carne veſtitur, quàm ab utero Patris, in quo naturam illius participat, velit eſſe commendatam. Vndè quaſi Sanctos ſuos alloquens ait: vos nubem carnis portatis, ſimul & ego; gloriamini, quòd eſtis Filij Dei, ſum Dei Filius & ego: ſed quis veſtrûm in nube carnis audebit mihi exæquari? Quia caro veſtra aliter venit, caro mea aliter. Quilibet verò veſtrũ in utero exiſtens matris carnem induit ſordidam & abſurdam, & de carne matris fluentem pariter turpi & cõtaminata. Ego in utero matris nube carnis amicior, rutila, nitida, ſplẽdida, & de carne matris compacta, fulgida, conſpicua, micanti, quæ originali labe nunquam fuit infecta. Quis ergo in nubibus æquabitur Domino? Quis gloriam, & maieſtatis ornamenta, quæ in utero matris habeo, auſit affectare? Et meritò, nam gloria, & pulchritudinis magnificentia, quâ in utero matris tumeo, illam videtur imitari, quam nanciſcor in utero Patris, nam vos, ſi Filij Dei eſtis, ſed aliter quàm ego. Nam vos Filij eſtis adoptivi, & per quandam divinæ naturæ participationem filij formati; ego unigenitus Patris, à nobili & incorrupto Parẽte, ipſi⁹ divinam hauriens naturam: ſicut unigenitus matris, ab ingenua & illibata Parente naturam trahens: *Quis ergo in nubibus æquabitur Domino, ſimilis erit Deo in Filijs Dei?* Nec miremini, me de humana generatione, quaſi æquè ac de divina gloriari; pariliſque maieſtate de matris ac parentis me efferre nobilitate, quia ſicut auguſtiorẽ patrem non potui ſortiri, ita nec matrem illuſtriorem, quidquid enim Deus non eſt, mea parens claritudine anteſtatur.

Pſal. 88. 7.

Auguſtin.

25 Illuſtre ſanè teſtimonium prædictis ſuppeditat nimis ſubtilis & peracuta Gerſonis cogitatio, qui par. 3. tractat. 1. ſuper Magnificat; ad ea verba, Luc. 1. 46. *Magnificat anima mea Dominum, & exultavit ſpiritus meus in Deo ſalutari meo*, inquirit, quomodo Maria animam à ſpiritu diſcreverit, & animæ adſcripſerit Dominum magnificare, ſpiritui verò exultare in Domino. Et ſtatuit, duo eſſe animæ munia, & geminas functiones, ſic aſſerens: *Accipe quod ipſius animæ rationalis, quæ eſt forma hominis eſſentialis, ſecundùm determinationem Eccleſiæ ſunt principaliter duo actus vel officia; intelligere ſcilicèt, & animare: Propter primum dicitur ſpiritus; anima verò propter alterum. Nec ignoro, multis utrumque nominibus aliter appellari. Sed acceptionem noſtram firmabit tam deſcriptio, quàm ſubdiviſio. Et ut apud eruditos Catholicos aptior fiat intentio noſtra; rẽ-*

Luc. 1. 46.

Gerſon.

cipimus Chriſtum pro exemplo, qui dicit: Triſtis eſt anima mea uſque ad mortem: & de ſpiritu ſubiunxit: Spiritus quidem prõptus eſt. Conſiderant igitur Doctores in Chriſto, quaſi duplicem animæ rationalis portionem. Vnam ſecundùm quam fuit verè beatus ab inſtanti conceptionis clarè vidẽs Deum, & fruens eo: altera fuit ſubiecta triſtitijs, & cæteris affectibus viæ, quæ erat ſecundùm illam paſsibilis, quanquàm ſpontanea ſuſceptione pœnalitatum, nõ abſoluta neceſsitate. Si potes igitur concipere diviſionem iſtam, quam credimus in corpore Chriſti fuiſſe; poteris coniecturare, quid in alijs hominibus valeat effici. Et primo reſpiciamus beatam noſtram Mariam, quæ dum fuit viatrix, habuit poſt Chriſtum tunc viatorem diviſionem ſpiritus & animæ modo perfecto. Et longè inferiùs aſſumptam veritatem communit authoritate Richardi de S. Victor. inducentis ad eam adſtruendam Apoſt. teſtimoniũ ad Hebr. 4. 12. *Vivus eſt ſermo Dei & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti pertingens uſque ad diviſionem animæ & ſpiritus. Simul*, inquit, *accipe verba Richardi, quæ poſuit in forma author de ſpiritu & anima: ne videar in tanta re minus habere fidei, tanquam inexpertus. Debetur ergo fides vel expertis. Vivus & efficax eſt ſermo Dei pertingens uſque ad diviſionem ſpiritus & animæ, ſed in hac diviſione anima, & quod animale eſt, in imo remanet; ſpiritus autem, & quod eſt ſpirituale, evolat ad ſumma; & ab infimis dividitur, ut ad ſumma ſublevetur, ab anima ſcinditur, ut Deo coniungatur; quoniam qui adhæret Deo, unus ſpiritus eſt. Felix diviſio, & mirabilis ſeparatio, ubi, quod corpulentum eſt, remanet deorſum, quod ſpirituale & ſubtile eſt, uſque ad ſpeculationem divinæ gloriæ ſublimatur, & in eandem imaginem transformatur. Pars inferior componitur ad ſummam pacem & tranquillitatem, cùm pars ſublimatur ſuperior ad gloriam & iocunditatem.* Hoc ergo iacto diſcriminis fundamento inter animam & ſpiritum: anima enim vocatur, cũ munus obijt corpus animandi, ſpiritus verò, cùm pars intellectiva ſuperiùs avolat, ſuperna gaudia inter intellectivas eſſentias ambiens: diſcutiendum eſt, cur de anima Maria dixerit ſua, quòd Dominum exaltaverit, de ſpiritu verò, quòd in Deo exultaverit? Accipe non vulgarem, nec vulgaris nodi ſolutionem. Cùm enim animatio ſit, quæ oriatur ab anima tanquam propria illius functio & munus; anima verò Mariæ in hoc à reliquis hominum animabus longo intervallo diſſederit, quòd eis carnem ſuam ignobiliter animantibus, & animatione infami & dedecoroſa vitam ei indentibus, ſingularis fuerit Mariæ anima in animatione quam carni ſuæ exhibuit, nam nobiliter & ingenuè munus animãdæ carnis ab exordio obijt, vitam ei communicans per animationem auguſtam & generoſam & prorſus ab Adami primordiali infamia & ſervitute expeditam; attendens Maria in animæ ſuæ hoſpitium divinum Verbum deſcẽdiſſe; ut exponeret quàm illi fuiſſet gratum in animæ puriſsimæ & nobiliſsimæ, & quæ animandi functionem à primo initio ingenuè & intemeratè exercuerit, throno requieviſſe, in qua adeò ſe cenſuit glorioſum & maieſtatis pompâ opulentum, & veluti adauctum, ut plus exaltatum quàm ad humilia deiectũ ſibi videretur; dixit: *Magnificat anima mea Dominum*: quaſi aſſerat: puritas, & nobilitas, quâ mea anima carnẽ ab initio vitæ animavit; ita divino Filio in eam illabenti placuit, ut quaſi ex ea novam gloriæ celſitudinem acquiſiviſſet, denuò exaltatum & glorioſè evectum ſibi plaudebat, & de novo magnificentiæ apparatu ſibi blandiri videbatur. Sic Maria ex tunc prævidens Filij divinæ in animæ ſuæ hoſpitium deſcenſum fore, ut à Iudæis putaretur ſcandalum, à Gentibus verò ſtultitia, utriuſque cæcutientis & caligantis populi inſcitiam retundebat, & medicamina cæcitati parabat; oſtendens adeò fuiſſe alienum, & in immenſum, diſtans ut divinæ Sapientiæ carnis diſpenſatio aliquam ignominiam vel humiliationem degenerem attuliſſet, quod amplioris gloriæ fuerit inventum, & ſplendidioris maieſtatis ambitus ingenium; qua propter in illibata nitidaque anima ſua illud Evulgat magnificatum & elatum, inquiens: *Magnificat anima mea Dominũ.* Et ut demonſtret pariter eiuſmodi nobiliſſimi hoſpitij, quod anima ſua Deo generosè impendit, præmium ſe illicò accepiſſe, ſubdit ſpiritum ſuum in Deo ſuo illicò exultaviſſe: *Et exultavit ſpiritus meus in Deo ſalutari meo.* Et quid eſt, exultaviſſe ſpiritum Mariæ in Deo ſalutari ſuo? Niſi, iuxta præindicata verba Richard. de S. Victor. ſpiritum Mariæ & eius intelligentiã uſque ad ſpeculationem divinæ gloriæ fuiſſe evectam, & in eamdem imaginem transformatam, & divinæ voluptatis torrente, qui à divinæ eſſentiæ pulchritudine emanat inſpecta ſuperfuſam, & penè inundatã. His aſſentit Ioannes Gerſon ubi ſuprà. Nam à diſcipulo rogatus: *Nunc autem breviter abſolve, cur dicitur anima magnificare Dominum potius, quàm ipſe ſpiritus*, inquit, *utrumque profectò factum eſt, ſed ſpecialius ratio fuit in anima, quæ verbi incarnati ſpiri-*

Ad Hebr. 4. 12.

Gerſon.

ſpiritali maieſtati præparavit hoſpitium in carne prorſus animali. Rurſus quia futurum erat, quòd hæc incarnatio ſcandalũ eſſet Iudæis, & Gentibus ſtultitia, prævenitur Maria monſtrans, non ex impotentia, ſed ſumma dominatione Dominum carnem ſuſcepiſſe.

26 *Et veſtivit eum auro fulvo nimis.* Thronum auro fulvo nimis undique circũtectũ, radioſque emittentem, Solem ipſum diceres; undè per thronum hunc auro veſtitum ea Mariæ myſteria & privilegia portenduntur, quæ per ſpectaculum mulieris Solæ amictæ, quod oſtenſum fuit Ioanni, & de quo nos fuſiùs ſuprà. Vndè ſi in illo ſigno mulieris Sol præfigurabat Chriſtum & à Matre ſplendidiſsima carne indutum, & divinitatis ſuæ radijs Matrem amicientem: idem arcanum agnovit in hoc aureo throno Richardus de S. Laurent. ſuprà: *Per aurum fulvum nimis ſignificatur Chriſtus, qui eſt ſumma Sapientia. Maria enim terra eſt Hevilath, ubi naſcitur aurum optimum, id eſt Chriſtus, quo veſtita eſt, & decorata Maria. Vndè dicitur amicta Sole, id eſt Chriſto, Apocal.* 12. En quomodo in teſtimonium fœderis palmas iungunt thronus auro fulvo nimis veſtitus, & mulier Sole amicta. Nam ſicut apud Apocal. & ipſa veſtit Solem, & à Sole ornatur; ſic in huius throni arcano & aurum in throno naſcitur, & thronus accingitur auro. Vt verò clariùs perdiſcas, thronum auro veſtiri nimis fulvo, nil eſſe aliud quàm Solis radijs illuſtrari, attende regium Pſaltem in ſpiritu proſpicientem thronum à Salomone filio fabricandum dixiſſe Pſalm. 88. 38. *Et thronus eius ſicut Sol in conſpectu meo.* Sol vocatur thronus aureis laminis ſuperductus, quia aureo ornamento inſtar phœbei iubaris ſplendicabat. Accipe Hugon. Cardinal. in præfati Pſalmi expoſitione aſſerentem, eamdem omnino adumbrari per thronum inſtar Solis fulgentem, quæ per thronum auro veſtitum: *Et thronus eius ſicut Sol in conſpectu meo. Maria enim fuit thronus veri Salomonis, id eſt Chriſti, qui in ea ſicut in throno à ſtatura divinitatis ſe dimiſit, ut ſedens in ea carnem & humanam naturam ſumeret. Vndè dicitur Eccli.* 24. *Thronus meus in columna nubis, id eſt, in beata Virgine. Iſte thronus præfiguratus eſt* 3. *Reg.* 10. *&* 2. *Paralip.* 9. *ubi dicitur. Fecit ſibi Rex Salomon thronum de ebore grandem: de ebore fuit per munditiam, grãdis per humilitatem, thronus per fœcunditatem*, & paulò inferiùs: *De hoc throno Chriſti dicit Deus Pater: Et thronus eius ſicut Sol in conſpectu meo. Sol ſplendet, & calet, ſive ardet, in quo notatur gemina ſtola, quam utramque habere piè creditur beata Virgo in conſpectu Dei, ut ſplendeat, & fulgeat ſicut Sol ſecundùm ſtolam corporis, & amore ferveat ſecundùm ſtolam animæ.* Ecce comparat Hugo Marianum corpus Soli, qui quidem à ſua creatione ſplendidiſſimus fuit, omnemque tenebroſitatis umbram procùl propulit. Complaceo magis in Richardi de S. Laurent. ſententia: *Maria thronus fuit grandis claritatis immenſitate, quia factus eſt de auro fulvo nimis, quod eſt coloris optimi & fulgoris eximij. Item propter claritatem hanc dicit Pater loquens de Filio: Thronus eius ſicut Sol in conſpectu meo, Pſalm. 88. Quamvis enim beata Virgo fortè apud homines quaſi ſubobſcura appareret, tamen in conſpectu Dei clara apparebat ut Sol, qui eſt pulcherrima creatura.* Aurea ſunt hæc ultima verba Richardi, & prorſus in adamantinis tabulis litteris aureis ſculpenda. Solantur enim animos illibatæ Mariæ cõceptioni addictos; & eos qui ei non favent, quaſi ſubobſcurãt, & denigrant. Meherclè in Marianæ gloriæ titulis privilegijſque nihil eſt iam, quod & apud Deum, & apud homines clarum & notum non ſit; in conſpectu enim Dei, & hominum à Mariæ nativitate uſque ad eius mirabilem in cœlum aſcenſum, ſplẽdet eius honor maieſtaſque ſicut Sol; nihil in ea ambiguum & dubium eſt, nihil, quod in ancipiti incertitudinis luce fluctuet. Sola eſt illius puriſsima conceptio, quæ apud nonnullorum mentes in tenebrarum pelago naufragatur, & periculum ſubit: obſcurum eſt illis arcanum hoc, & nondum reſeratum; fuſcatur enim huiuſmodi nebula Maria apud illos. Sed ſciant, nihil detrimenti ex eorum ſenſis Mariæ obrepere, nec eam aliquam pati obſcuritatem; quia Maria fulget in conſpectu Dei ſicut Sol, qui nobiliſsimè & abſque ulla caliginis nota creatus eſt: condita eſt Maria ſicut Sol; & illius gloria Deo, qui illam finxit, ignota non eſt. Quapropter (quidquid hominũ iudicia proferant) ſplendet ſicut Sol in cõſpectu Dei, ij, qui in eiuſmodi detinentur placito, ſibi impacta verba Richardi arbitrentur: *Quamvis enim beata Virgo forte apud homines quaſi ſubobſcura appareat, tamen in conſpectu Dei clara apparet ut Sol, qui eſt pulcherrima creatura.* Dixi, verba hæc ſolari Marianæ immunitatis fautores, qui dum illi ſubſerviunt, eiuſque fide ſunt adſtricti, Dei vultus & conſpectus appellantur. Nam ideò dicitur Maria ſicut Sol in conſpectu Dei ſplẽdeſcere, ut illi in Dei oculis cenſeantur degere, vel pro Dei oculis æſtimari, qui Marianæ conceptionis nobili iubare placidè irradiantur.

Richar. de S. Laurent.

Pſal. 88. 38

Hugo Cardin.

Richar. de S. Laurent.

Pe-

27 Petrus Damianus verbis planè Marianæ laudis ſupernæque dignitatis graviditate tumentibus præſentem locum mirificè eſt interpretatus ubi ſuprà: *Et veſtivit eum auro fulvo nimis. Aurum omnibus metallis pretioſius intellige divinitatem Dei omni præeminentem mundo, omnia gubernantem; hac veſtita eſt, imò ſuperveſtita Mater Altiſſimi, totamque Virginem tota illa indiviſibilis natura largiori gratia ſuperfudit. Quid eſt autem, quod dicit? Fulvo nimis. Hic aliquid requirẽdum reliquit nobis ſpiritus ille multiplex, & utinam poſſim explicare quod ſentio. Quatuor modis ineſt Deus omnibus creaturis. Primo modo eſſentialiter tam bonis quàm malis, nihilq; intercludit deitatis eſſentiam, per quam eſſe omnia acceperunt. Inde eſt, quòd nuſquam & in omni loco eſſe legitur, cùm omnibus præſentialiter aſsiſtat, & à nullo comprehendatur. Habent etiam & mali Dei præſentiam, ſed non gaudent, cùm inanimata quælibet poſſint hoc privilegio gloriari. Secundo modo ineſt bonis operatione: Agit enim in eis virtus operativa, ut operentur opera Dei, nec otiosè creati ſunt inter creaturas, ſicut & mali, qui elegerunt æſcere, ut ſempiternis ignibus alimenta miniſtret. Ineſt & pleriſq; bonis illuminatione, quos de futurorum cognitione nobilitat, & participes ſuorum efficit ſecretorum. Quarto modo ineſt uni creaturæ, videlicet Mariæ Virgini identitate, quia idem eſt, quod illa. Hìc taceat, & contremiſcat omnis creatura, & vix audeat aſpicere tantæ dignitatis & dignationis immenſitatem. Dominus tecum, inquit Archangelus. Habitat in Angelis Deus, ſed non cum Angelis, quia cum illis eiuſdem non eſt eſſentiæ. Habitat Deus in Virgine, habitat cum illa, cum qua unius naturæ habet identitatem. Hoc eſt ergo aurum fulvum nimis, quo thronus eſt veſtitus, quia tali modo Deus Virginem induit, & in Virgine indutus eſt, ut meliori nõ poſsit.* Libra in primis verba illa: *Totamque Virginem tota illa indiviſibilis natura largiori gratia ſuperfudit.* Quid eſt, totã Virginem largiori exundaſſe gratia? Profectò nimis inſipidè locutus eſſet Damianus, ſi per totam Virginem, totum illius animum vel mentem acciperet, nulla eſt vel levis ſtilla gratiæ, quæ totum animum non irroret. Vt acrior ſaliſque lepore conditus ſit verborum ſenſus; intellige per totam Virginem, totum Marianæ vitæ curſum, ita ut in nullo illius momento concipiatur cœleſtis gratiæ largiori fluxu non irrigata; totã ergo Virginem divinitas largiori gratiã ſuperfudit, quia gratia Marianæ vitæ initium attigit, medioque gratiæ munere Deus totam Mariam, id eſt, ſemper Mariam poſſedit; & hæc eſt gratia largior inventa in ſola Maria, quia gratiam ipſum vitæ exordium concomitantem nullus purus homo præter Mariam nactus eſt. Et verè huiuſmodi ſplẽdida gratiæ ſingularitate decebat, ut Virgo illa polleret, quæ veluti in eamdem cum divinitate ſubſtantiam aſſumenda erat, & exaltanda. Etenim quàm indecorũ, quàmque à Dei puritate alienum foret, ſi prius ea ſub dæmonis fuiſſet imperio, cui futurũ erat, ut Deus ineſſet identitate. Nec credendum eſt Deum ſuæ gloriæ zelotypum ſuſtinuiſſe, ut eam ſe iactandi anſam dæmon arriperet, quâ inſolenter & procaciter gloriaretur, ſe eam fœminam victrici ſubegiſſe planta, cum qua Deus idem eſt. Quapropter gratia, quæ in Mariam deſcendit, aurũ fulvum nimis appellatur, quia ſic ornavit Mariam, ut ab ea procul diſpeſceret omne illud, quod divinæ naturæ repugnat, vel pugnat cum illa. Et omnem illum ornatum præſtruxit in Maria, quod exigit divinitas, ut Marianam ſubſtantiam poſsit accerſere ſuam. Vndè omnem peccati labem à Maria quàm lõgiſsimè amovit, nam hæc repugnat Deo, nec quiret Deus idẽtitatis fœdus inire cum ſubſtantia ſemel contaminata, quia quod Deus aliquando eſt, nunquam potuit peccati corruptioni ſubiacere. Vlterius: Si Angelos nobiliſsima origine præditavit Deus, quos elegit, non quidem ut cum illis, ſed ut in illis habitaret. Quid ni Mariam illuſtriori muneraret generatione, quàm ut cum illa habitaret, prædeſtinavit? Et ſi meliori modo, quo potuit, Virginem induit Deus, certè Virginem induit nunquam labefactatam, aut in aliquo vitæ inſtanti iacturam paſſam. Nam ſi Mariam iampridem in ſua conceptione temeratam & corruptam induiſſet, non meliori modo eam ſibi accingere prævaluit, aut ſi valuit, noluit.

Petr. Damianus.

28 Fauſtè ijs favent verba Richardi de S. Laurent. ubi ſuprà, qui in auro & claritatem & fulgorem, & duritiem ſeu ſoliditatẽ agnoſcens inquit: *Maria aurum eſt clarũ per cœleſtem ſapientiam: quæ clara eſt, & nunquam marceſcit, & facilè videtur ab his qui diligunt illam. Sapient. 7. & cap. 6. dicitur de Sapientia: & congruè intelligitur de Maria: emanatio quædam eſt claritatis omnipotentis Dei ſincera, & ideò nihil inquinatum incurrit in illam. Eſt aurũ fulgidum per exemplum, quo non ſolùm hominis, ſed & Angelos irradiat. 1. Machabæ. 6. Refulſit Sol, ſcilicèt divinitatis, in clypeos aureos. Clypei iſti Chriſtus & Maria, qui protegunt fideles Eccleſiæ, & reſplenduerunt montes ab eis, id eſt, Angeli, & iuſti. Aurum fulgidum & coruſcans. Tale enim*

Richar. de S. Laurent.

enim aurum vocatur obrizum, ſic dictum eò quòd ſplendore obradiet. eſt enim coloris optimi. quod Hebræi Obhaz, *Græci* Cirron *vocant, & ex his ſecundùm Iſidorum vocatur obrizum. Alij dicunt, quòd obrizum, Græcè dicitur* Eurizon *ab eu quod eſt bonum, & riza, quod eſt radix. Eſt Maria aurum durum per immunitatem peccati, nec ſordes colligit ex immundo loco, ſi ibi ponatur: Sic nec Maria, quæ nata eſt ex Iudæis. quia ſicut ſpina roſam, genuit Iudæa Mariam. Vndè & ſecundùm hoc Soli comparatur, quem nulla immunditia poſsit aliquatenus inquinare. Aurum ergo purum eſt aurum ſine fœcibus & mixtura.* Sinè in gloriam Marianæ conceptionis nullum quiret vel ardentior & audacior animus ſublimius præconium intonare, aut ingenium Mariæ immunitati devotum altiorem in eius honorem cogitationem comminiſci: quam aſſequêris, ſi ſingula attenta mente diſcuſſeris. Aſſerit in primis Mariæ optimo iure aptari verba il-

Sapient. 7. 25. la Sapient. 7. 25. *Vapor eſt enim virtutis Dei, & emanatio quædam eſt claritatis omnipotentis Dei ſincera, & ideò nihil inquinatum in eam incurrit. Candor eſt enim lucis æternæ, & ſpeculum ſine macula Dei maieſtatis, & imago bonitatis illius.* Quem locum paſsim Patres de æterna, divina à Patre proceſsione, & temporali generatione interpretantur. Conſule

Ianſenius. Gloſſa. Lorinus. Ianſen. & Gloſſ. & Lorinum noſtrum in præſenti. Optimè admonuit Hugo Cardin. per vaporem, qui ſurſum tendit, æternam divini Verbi accipi proceſsionem: per emanationem verò, quæ deorſum vergit, temporalem generationem; item per emanationem enuntiari ſacram œconomiam, & & ad homines per incarnationem condeſcenſum: at per vaporem Chriſti in cœlos triumphalem repatriationem. Ait enim:

Hugo Cardin. *Et nota, quòd ſubtiliter deſcenſum ad inferos, & aſcenſum Chriſti ad cœlos oſtendit author. Rivus enim emanans à fonte deorſum tendit, vapor verò ab igne veniēs aſcendit ſurſum. Ergo per emanationem deſcenſum ad terras & ad inferos, per vaporem aſcenſum in cœlos dedit author intelligere, undè Epheſ. 4. Qui deſcendit, ipſe eſt, & qui aſcendit ſuper omnes cœlos, quaſi dicat: qui eſt emanatio, ipſe & vapor eſt.* Deinde inducit utriuſque generationis, & divinæ & humanæ, ſplendidam & intemeratam nobilitatem: *Sincera, ſine admixtione omni peccati actualis, vel potentialis, vel intellectualis. Et ideò nihil inquinatum in illam incurrit. Candor eſt enim lucis æternæ, id eſt, ſapientia, id eſt, Chriſtus eſt lux, per quam videtur lux æterna, id eſt, Pater. Vndè Ioan. 14. Philippe qui videt me, videt & Patrem. Candor enim ſive ſplendor coævus eſt luci, & ideò ſi lux æterna, & candor æternus. Et ſpeculum ſine macula Dei maieſtatis, id eſt, Patris, & imago bonitatis illius, id eſt, plena repræſentatio ipſius, id eſt, per omnia ſimilis eſt. Item Filius, non ſpeculum ſimpliciter, ſed ſpeculum ſine macula dicitur, ad differentiam faciendam inter hoc ſpeculum & alia ſpecula. Tria ſiquidem ſunt ſpecula Dei. Vnum eſt mens humana facta ad ſimilitudinem Dei, ſed non eſt ſine macula. Aliud eſt quælibet creatura, in qua relucet veſtigium Trinitatis totius, ut dicit Auguſtinus in eſſe, potentia; in vero modo, ſapientia: in viſu, bonitas. Potentiſsimè ſiquidem omnia ex nihilo: ſapientiſsimè pulchra; benigniſsime utilia fecit Deus: dicit B. Bernardus. De iſto ſpeculo dicitur 1. Corinth. 13. Videmus nunc per ſpeculum in ænigmate, &c. Sed neque illud ſpeculum verum eſt. Speculum eſt Chriſtus, & illud eſt ſine macula omnino.* Eadem habet Robertus Holkot. *Hic ergo Chriſtus dicitur ſpeculum ſine macula ad differentiam hominum, quæ ſpecula quædam dici poſſunt, ſed non ſine macula propter fomitem concupiſcentiæ repugnantem ſpiritui continuò dum vivit in carne, Iob. 15. Quis eſt homo, ut immaculatus ſit, & ut iuſtus appareat natus de muliere?* Hæc ideò ita diggeſi, ut noveris quātum dignitatis & ingenuitatis concepit Richardus de S. Laurent. de Mariana generatione; cùm, quæ dicuntur de Verbi tam æterna generatione, quàm temporali, aſſerat, Mariæ optimè poſſe adaptari, & quomodo encomia & laudes originalis nobilitatis utriuſq; verbi proceſsionis cōperere Mariæ poſſent, ſi in peccatis & ſordibus Adæ genita fuiſſet tota? Quo pacto ſicut vapor aſcenderet virtutis Dei, & emanatio quædā claritatis illius, ſi corruptionis viam & tenebrarum regionem in ſua conceptione fuiſſet ingreſſa? Quomodo candor eſſet lucis æternę, & ſpeculum ſine macula; ſi primi hominis caligine obducta, & eius labe fuiſſet illita? Quocirca Athanaſius ad hanc alludens divini Verbi excellentiam, ut ſuggerat eā ſuo modo participaſſe Mariam, in epiſt. cōtra Hæret. vocat eam *ſpeculum ſine macula.*

Robertus Holkot.

Athanaſ.

29 Præterea non vulgaria ſecretorum involucra latent ſub eo quòd Mariam appellat fulgidū aurū propter ſanctitatis exēplū, quo non ſolùm homines, ſed & Angelos irradiat, in cuius ſtabilimentum adducit locum 1. Machabæ. 6. 39. *Et ut refulſit Sol in clypeos aureos, reſplenduerunt montes ab eis, & reſplenduerunt ſicut lam-*

Machab. 6. 39.

lampades ignis. Per Solem divinitatem intelligens, per clypeos aureos, in quos illuſtrandos & veſtiendos radios ſuos divinitas explicabat, Chriſtum & Mariam; per montes verò, qui ex horum claritatis repercuſſione velut lampades accenſæ ſcintillabant, ſupernas intelligẽtias. Sed quomodo Chriſtus & Maria divinitatis ſplendoribus amicti exemplum ſanctitatis ſacris ſpiritibus præbeant, qui poſtquam in gratia ſunt firmati, ſanctitatis incrementa non accipiũt, difficilè apparet. Bifariam id forſan poteſt exponi. Primo modo, ut ſanctis Angelis, credamus, in primo ſuæ creationis inſtanti obiectos à Deo fuiſſe Chriſtum pariter & Mariam, virturum omnium redimitos coronâ, & earum ſcintillatione coruſcos, quorum humilitatem & obedientiam cœleſtes intelligentiæ demiratæ collegarum arrogãtiæ non acquieſcẽtes cernua colla Deo generosè ſubmiſerunt. Vndè Angelorum ſanctitas quidam fuit ſplendorum reſultus aut reflexio fulgorum, qui in Chriſto & Maria eorum mentibus obverſantibus promicabant; ab ipſis ſimul addiſcebant Angeli à nativa & ingenita nobilitate, in qua fuerant conditi, apoſtatarum ſociorum exempla dereſtantes, non ire degeneres. Secundo modo, ut cenſeamus, Chriſtum & Mariam non ſolùm exemplum, ſed exemplar Angelicæ ſanctitatis, eos enim velut archetypum divina mens habuit, ut eorum originalem nobilitatem in Angelos transfunderet aut tranſcriberet, undè puriſsima Angelorum creatio, à nitida & ſplendida Chriſti & Mariæ productione videtur tranſumpta. Et in hoc ſenſu non ineptè dicũtur Angeli reſplenduiſſe tanquam igneæ lampades à clypeis aureis, nempè Chriſto & Maria, in quos divinitatis Sol refulgebat. Nam in prototypum artifex defigẽs obtutus, illius ideas ſtatim concipit, quas optimè appellabis radios quoſdam ex ipſo archetypo reſilientes, & mentem pictoris illuſtrantes, ut eorum effigiem, & linearum ordinem transferat in tabulam. Vndè ipſam imaginem reſultum quendam ſeu reflexionẽ aut repercuſsionem ſimilitudinis, quæ in prototypo viſitur, congruè ſatis quis appellabit. Verumenimverò cùm montium, id eſt Angelorum ſplendens, ignea ſanctitas velut ſplẽdor concipiatur à Chriſto & Mariæ reſiliens, ipſo iure deſcribitur Angelorum excellentiam & dignitatem à Chriſto & Maria quaſi partam. Nam lux & ſplendor, quẽ per radiorum reſultum & reflexionem ſubiectum participat, eoque fulgeſcit, verè effectus eſt & emanatio à nitidiore iubare, à quo quidem eiuſmodi radij repercuſsionis vi fuerunt profecti: innuit ergo Deus Angelorum excellẽtiam ingenitamque virtutem à Chriſto & Maria effluxam, ut quidquid ſanctitatis & ſublimitatis in ſpiritualibus intelligentijs inveneris, illud nec Chriſto deneges nec Mariæ, à quibus concipitur, emanaſſe. Ac proinde cùm Angelorum ſanctitas originaria fuerit, firmâ fide teneas, eam promicuiſſe in Maria, ſicut dubium non eſt, ſplenduiſſe in Chriſto.

30 Tandem expendit Richardus, aurum fulvum nimis appellatum illud, quo thronus veri Salomonis undique fuit contectus, quia illud fuit obrizum: & rectè ſanè Maria obrizo auro confertur, ut ab ipſo teſtimonium intemeratæ ſuæ conceptionis depromat, nam ipſo nomine qualis fuit Mariana radix declarat. Obrizi enim nomen conflatur ex EV, quod eſt bonum, & RIZA, quod eſt radix, ut ipſa nomenclatura teſtetur, quod bonam & pulchram radicem fuerit nactum; & quòd eius nitor & ſplendor à ſana & pulchra radice provenerit. Quid illuſtrius pro Mariana illibata generatione firmanda? Aurum enim obrizum eſt, id eſt bonam radicem habens; idcircò enim Maria obrizo auro comparatur, ut indicetur, quòd ab ipſa radice aurea eius virtus pullulet; nihil enim impurum, nihil obſcurum, contaminatum nihil in eius conceptione, quæ radix vitæ illius fuit, prævaluit. Omnem ſuum decorem, omne pretium fulgoremque omnem Mariæ ſanctiſsimæ aurum ab ipſa radice traxit. Vndè concludit Richardus, quòd Mariæ aurum ſolidum eſt ob peccati immunitatem, cui ex immundo loco ſordes non adhærent. Quamobrem nata eſt inter filias populi ſui, ſicut inter ſentes & aculeos, quos protulit prima maledictio, roſa lenis & levis, tactuque demulcens; quæ primæ execrationis ſpinarum comminatricis & feracis moleſtiam nunquam præſetulit: ideòque Mariam, ait, comparari Soli inter ipſas immunditias quantumvis viſcoſas & glutinoſas impolluta planta percurrenti; tandemque epilogat: *Aurum ergo go purum eſt, aurum ſine fœcibus & mixtura.*

31 *Qui habebat ſex gradus.* Non poſſum verba Richard. de S. Laurent. omittere, qui per ſex gradus ſex intelligit virtutes, quæ efloruerunt in Maria, à quibus ſentio in ſuo lapſu defeciſſe Evã: ita ut hi ſex gradus oppoſitam oſtendant Mariam primæ fœminæ per ſex quoque defectus in ſuum crimen deſcendenti. Quocircà opificium Mariani throni adverſabatur primæ ruinæ, nam virtutes ſex, quæ in Eva perierunt, ut caderet; in Mariæ fabrica extructæ ſunt,

ut

ut per eas quaſi per ſex gradus Chriſtus thronum ſuum occuparet. Sic verò ſcribit Richardus: *Sex gradus, quos habebat thronus, per quos Salomon aſcendebat in thronum, ſex virtutes B. Virginis poſſunt intelligi, per quos Chriſtus aſcẽdit in Virginem, & ſi enim in eam aſcendiſſe dicatur, per eã tamen aſcendit, quia per eam apparuit hominibus. Hæ ſex virtutes notantur, Luc. 1. in tribus binarijs combinatæ. Duæ primæ in affectu & cogitatione ſignantur: cũ præmittitur, turbata eſt, & cogitabat qualis eſſet iſta ſalutatio: quatuor aliæ in ſermone: duæ primæ ibi: quod turbata eſt, & cogitabat qualis eſſet iſta ſalutatio. Quod turbata ad effectum: quod cogitabat ad intellectum. Prima eſt ergo verecundia, quæ notatur in turbatione. Secunda prudentia, undè cogitabat, qualis eſſet iſta ſalutatio; & benè poſt verecundiam ſubditur prudentia: quia quandoque præ turbatione verecundiæ, quidam audita minus diſcretè diſcutiunt: alij ex prudentia præſumentes fiunt improperi ad loquendum. Tertia in modeſtia ſermonis, quæ notatur, cùm ait: Quomodo fiet iſtud; quoniam virum non cognoſco? Vbi, & tarde prorupit in verbum, & breviter locuta eſt, cùm iam Angelus eam bis fuiſſet allocutus. Quod benè poſt prudentiam eius notatur, contra id, quod prudentia multos ſolet facere ad loquendum improperos, & in ſermone prolixos. Quarta immobile propoſitum caſtitatis, quod neque ad promiſſionem Angelicam titubavit; quod notatur cùm ait: Quoniam virum non cognoſco. De quatuor iſtis virtutibus dicit Eccli. 26. Mulier ſenſata & tacita. Item ibidem. Gratia ſuper gratiam mulier ſancta & pudorata. Fuit enim Maria pudorata in turbatione, tacita in reſponſionis dilatione, & brevi reſponſione: Senſata in ſalutationis diſcuſſione: Sãcta, id eſt, firma in propoſito virginitatis conſervandæ. Quinta humilitas, quæ notatur ibi: Ecce ancilla Domini. Sexta fidei magnanimitas, quæ notatur ibi: fiat mihi ſecundùm verbum tuum.* Ne, obſecro, abſque aliquo commendationis pondere monitum Richardi pertranſeas. Qui Mariam ſex virtutibus ornatam & compoſitam, oppoſitamque primæ mulieri ab eis turpiter exutæ, ut miſerè laberetur, aſſerit ita celſam & ſublimem, ut Dei Verbum de ſinu Patris prodiens delicijs omnibus affluenti, doniſque ineffabilibus cumulatiſsimo, in illam non deſcendiſſe, ſed aſcẽdiſſe dicatur: ideóque providit, ut thronus qui in myſterium Deiparæ præſtruebatur, ſex haberet gradus, per quos verus Salomon Chriſtus ad obtinendam in illo ſedem elevaretur. Quo ingenio in grandem de Maria exiſtimationem hominum mentes efferveſcerent: cùm attenderent divinæ Sapientiæ in illã illapſum, non deſcenſum vocari, ſed aſcenſum. Non enim Chriſtus in illam ingrediens ſibi videbatur gloriam ſuam depreſsiſſe, ſed expreſsiſſe; nec de ſinu ſe demiſiſſe paterno, ſed veluti altiorem tenuiſſe locum, quaſi in utero materno degens nihil eorum deſideraret, quibus in alvo paterno perfruebatur; non quod Patris intellectus ſanctior locus, dignior, & in immenſum ſublimior nõ fuerit, ſed ut hac amplificatione Matris ſanctitatem velit eſſe commẽdatam, quæ adeò excellens fuit, ut demereatur cum originaria illa & inacceſſa æterni Patris ſanctitate aliquatenus comparari.

Richard.

32 Nunc, ut eluceat, quantum Mariani throni ſtructura throni æmuletur ruinæ, quẽ in primis parentibus ſibi Deus præfixerat; & quomodo earum virtutum ſplendor in eius opificio præfulſerit, quas fuſcavit prima mulier, ut in miſeram poſteros redigeret ſervitutem: operæpretium eſt, ut ſcrutemur, quomodo è ſex virtutum gradibus deſcenderit in primum ſcelus Eva, qui in throni fabrica fuerunt extructi, ut verus Salomõ per eos throni faſtigium teneret; etenim virtutes aſcenſum in throno præbẽtes, fuêre verecundia, prudentia, modeſtia ſermonis, immobile propoſitum caſtitatis, humilitas, fidei magnanimitas. Ab his ergo gradibus ſe turpiter deiecit mulier, ut ignominioſè ſe & ſobolẽ immergeret in luti volutabrũ. Et in primis à gradu verecundiæ ſe deturbavit, & inverecundiæ tradita aditũ præbuit verſutiæ ſerpentis, & eius iniquæ ſuggeſtioni; vix enim condita & nuper nupta, novi ſponſi amatorijs vinculis nõ potuit detineri, quin licentioſè per paradiſum petulanter vagaretur, & quid extra paradiſum fieret vanã curioſitate & levitate inquireret, ſicque occaſionẽ nactus eſt ſerpens illã adoriendi, ut ſtrenuè Rupertus lib. 3. in Geneſ. cap. 2. *Mulier corpore & oculis vagabundum incontinẽter deambulat fortè proſpectãs, qualis extra paradiſũ mundus haberetur: & ſerpẽs utpote aſtutus dulcedini terræ proprius & ambitioſus innititur, locus diabolo datus eſt, & occaſio porrecta undè tẽtaret.* Hæc mulieris impudentia innoteſcit amplius ex reſponſo quod præſtitit ſerpenti: *De fructu lignorũ, quæ ſunt in paradiſo veſcimur: de fructu verò ligni, quod eſt in medio paradiſi, præcepit nobis Deus ne comederemus, & ne tãgeremus illud, ne fortè moriamur*, Gen. 3. 2. Nã in ijs verbis adeò ſe geſsit petulanter, ut divinũ præceptũ corrũperet, tædioq; illius ſe affectam demonſtraret: dũ aliquid illi addidit, aliquid detraxit,

Rupertus.

Genes. 3.

inſuper & immutavit parumper. Quod eleganter obſervavit Rupertus ſuprà cap.

Rupertus. 9. *Hæc verba iam vitiatæ mentis indicia ſunt, nã quãtum in ſe erat, depravavit mulier verba præceptoris Domini tribus modis, quibus uſque hodie depravare nititur ſacram ſcripturã omnis, qui eſt ex parte diaboli: ſcilicèt appoſitione, diminutione, mutatione. Appoſuit namque dicẽdo, ne tangeremus illud; quia videlicèt Dominus Deus hoc tantũ dixerat, de ligno autẽ ſciẽtiæ boni & mali ne comedas. Diminuit verò, quia cum certa & affirmativa enuntiatione dixerat Deus: In quocumq; enim die comederis ex eo, morte morieris: hæc, dubiũ vel frivolum volens eſſe illud, ne fortè, inquit, moriamur. Mutatione, quia cùm dixerit Dominus: ex omni ligno paradiſi comede, & unũ ſolummodò interdixit lignũ ſcientiæ boni & mali; hæc ait: de ligno autem quod eſt in medio paradiſi, præcepit nobis, & mentita eſt. Nã lignũ vitæ erat in medio paradiſi, quod Dominus Deus non interdixit. Ergo iã impatienter ferebat, & murmurabat, quòd quaſi parcus vel avarus Deus pretioſa medij paradiſi reſervaret, & viliora quæq; per circuitũ colligendo in cibũ homini conceſsiſſet.*

Bernard. Acquieſcit his Bernard. ſer. de S. Andrea. *Vide ſi non manifeſtè ſonãt verba eius moleſtũ ei fuiſſe mandatũ. Non dixit ſic eſt volũtas creatoris: quare ſic, ipſe novit.* Ampli⁹ mulieris impudentiam perdiſces ex libera oculorũ rotatione, & in vetitũ fructũ diſſoluta cõiectatione: *Vidit igitur mulier, quòd bonũ eſſet lignũ ad veſcendũ, & pulchrum oculis, aſpectuq; delectabile,* Geneſ. 3. 6. Sic licentiosè audere invetitũ oculos immittere, & ineſcari amore prohibitæ pulchritudinis procacis temeritatis fuit. Vt Bernardus advertit, de gradibus humilitatis: *Quid tuã*

Bernard. *mortem tam intentè intueris? Quid illo tam crebro vagantia lumina iacis? Quid ſpectare libet, quod manducare non licet? Oculos, inquis, tendo, non manũ. Nõ eſt interdictũ ne videã, ſed ne comedam. An non licet oculos, quò volo, levare, quos Deus in mea poſuit poteſtate? Ad quod Apoſtolus: omnia mihi licent, ſed non omnia expediũt. Et ſi culpa non eſt, culpæ tamen indiciũ eſt. Niſi enim mens minus ſe curiosè ſervaret, tua curioſitàs tempus vacuũ non haberet: & ſi culpa non eſt, culpæ tamen occaſio eſt, & indicium commiſſæ, & cauſa eſt committendæ.* Quantus ille impudentiæ & petulãtiæ ambit⁹, ut procaci moleſtia & molli lenociniorum levitate dominium uſurparet coniugis, illecebrosèque illi tanquam domina imperaret ut comederet: *Deditque*

Geneſ. 3. 6. *viro ſuo, qui comedit,* Geneſ. 3. 6. Dedit, inquam, præceptum iniungendo, iubendoque ut pomũ guſtaret. Strenuè Rupertus ſuprà cap. 9. *Nec ſatis illi fuit, quòd comedit, ſed* Rupertus. *inſuper & viro ſuo dedit: Quomodo autẽ dedit, niſi abuſivo imperio, vel importunitate muliebri? Nõ enim perſuaſit illi, ut in eo ſibi crederet, in quo crediderat ipſa ſerpenti. Vir namque, inquit Apoſtolus, non eſt ſeductus, ſed mulier. Qualis autem, & quanta ſit muliebris importunitas paſſim non ſolũ divina, ſed etiam humana teſtãtur exemplaria. Ergo cogendo potius quàm ſeducendo, imperando magis, quàm aliquid fingendo hoc effecit, ut obediret vir ſuæ voci pluſquã Dei.* Triumphus hic inverecundiæ fuit: ſtuduit enim mulier non tam ſuaſorijs illecebris & ſeductorijs artibus, quàm diſſolutionis affectatione victoriam de marito reportare. Et ut demũ pernoſcas, in quantam ſimultatem & oppoſitionem devenerint Mariæ verecũdia pudorque, & Evæ impudica incuria: adverte quòd Maria turbata fuit in ſermone Angeli, veluti ad illius aſpectum expavens, inſolito rei ſpectaculo anceps, & ſalutationis inuſitatam & novam formã mente verſans & digerens. At Eva novum portentũ in ſerpente loquente ſibi obverſans nõ exhorruit, ad illius locutionis novitatem nullius turbationis præbuit indiciũ: neq; enim ignorabat ſerpẽtes articulatos humanæ vocis ſonos proferre nõ poſſe iuxta præſcripta naturæ: nec ad illius verba, quæ divinum præceptum expugnabant & evacuabãt, cogitabunda hæſit, neque mente voluit reĩ propoſitæ difficultatem, ſed præceps & petulca in reſponſum & familiare cum ſerpẽte alloquium prorupit. Mariæ pudorẽ ſtrenuè expendit Richardus de S. Laurent. lib. 4. de laudibus B. Mar. *De verecundia* Richard. *Mariæ dicitur Luc. 1. Quæ cùm audiſſet, turbata eſt in ſermone eius. Nota, quòd dicitur turbata, non perturbata, turbata, id eſt, tantæ rei novitate ſuſpenſa, & ingenti admiratione permota. Audiens enim novam formam ſalutationis, ignorabat, quid ſignificare vellet Angelus. Et ideò cogitabat, qualis eſſet iſta ſalutatio. Comeſtor dicit, quòd novitate ſalutationis turbata cogitabat qualis eſſet iſta ſalutatio, perpendens in hoc verbo, Ave, huius nominis Evæ converſionem, & huius mutationis perſcrutans ſacramentum, videlicet, quòd ſicut Eva fuit cauſa maledictionis, ſic ipſa foret cauſa benedictionis.* Impudentiam Evæ fugillat Chryſoſtomus homilia 16. in Geneſim: *Oportebat mulierem initio colloquium ſerpentis non ferre, ſed illi ſoli loqui propter quem, & in cuius adiutorium producta erat, particeps dignitatis illius effecta. Quia autem neſcio, quomodo allecta* Chryſoſt.

col-

colloquiũ ſerpentis tulit; per quẽ ut inſtrumentum perniciosa diaboli verba ſuſcepit: congruum erat ſtatim cùm diſceret à verbis ab illo dictis, quod diverſa à verbis Dei eſſent, & quod alia quidẽ cõditor imperaſſet, alia autem ille, & planè contraria Deo diceret: ut illa averſaretur & fugeret illius conſuetudinem abominaretur que illum, qui ſuam linguam contra datũ illis mandatum acuere audebat. Subſidiatur his S. Gregor. Thaumatur. ſer. 1. de Annuntiat. *Conveniẽter igitur Sanctam Mariã ex omnibus generationibus ſola gratia elegit, nam prudẽs re vera & ſapiens in cunctis erat; nec ſimilis ei ex univerſis generationibus ulla unquam eſt reperta. Non ſicut anteà virgo Eva in paradiſo chorum agens, atque tripudians relaxata mente per incuriã ab authore omnis mali ſerpente verbum ſuſcepit, & ſic ſenſu mentis corrupta eſt: ac per ipſam fraudulentum venenum effundẽs, mortemque admiſcens, in omnem mundũ introduxit, ac propterea omnis Sanctorũ æruma nata eſt. Verùm in ſola Sancta Virgine eius lapſus reparatus eſt. Neque prius Sãctiſsima Virgo donũ admiſit, quam quis illud mitteret, & quodnam donum eſſet, ac quis ferret addidiciſſet.* Verba hæc Gregorij Mariæ quoque prudentiam inſipientiæ Evæ contrariam cõmendant, de qua ſtatim. Nã ut ſuprà docuit Richardus, Virginis verecundia cum prudentia fibulata eſt.

S. Gregor Thaumat.

33 Secundus gradus ex quo Eva corruit, ut aſſenſum præſtaret ſerpenti, prudẽtia fuit. Carpſit Chryſoſt. ubi ſuprà Evæ mentis ſocordiam, & inconſiderãtiam, quæ potuit prudenter ſtatim in ipſo limine alloquij ſerpentis conjectare eius malignitatẽ, & diram atrocitatem, quã per imprudentiã non animadvertit: *Debebat mulier ex ipſo aggreſſu eminentem cõjectare malitiam, tũ quod de induſtria, quæ non erant, dicebat: tum quod quaſi curam illorũ gerat, ut ſcire poſſet quæ illis à Deo præcepta, & ſic ad prævaricationẽ ipſos traheret. Igitur cùm poſſet ſtatim illius impoſturam videre, & averſari verba uti nugacia, & ſe ipſam in tantam humilitatem non deycere, noluit.* Deinde mira inſipientia fuit, quod à ſerpẽtis aſtu non ſibi caveret, quæ calliditate & vafritiâ inter reliqua animantia vigebat: Ideòque permiſit divina pietas, ut per ſerpentem, non verò per agnum aut columbã diabolus eam invaderet, quia prudenter à ſimplicitate agni, ſeu columbæ damnũ poſſet non timere, ſecùs verò à ſerpentis verſutia, qui in ipſa fronte præferebat inſidiandi artem, ut perbellè Hugo de S. Victor. apud Lyp. m. in Caren. *Et nota quòd nõ eſt tentata per aliquã ſimplicem beſtiam, ut eſt colũba vel agnus, ne poſſet ſcilicèt excuſare tranſgreſsionẽ, dicens, quis putaret dolũ ineſſe in huiuſmodi ſpecie vel forma?* Deinde Rupertus miræ inſipientiæ inculatu ulierẽ, eò quòd ſibi nõ conſuluerit à ſpiritu per ſerpentẽ loquente, ſed potius illius virtutem & veluti divinitatẽ fuerit demirata, quæ poſſet in ſerpente lũ anas voces articulare. Sic enim lib. 3. in Geneſ. cap. 3 ſcribit: *Item & illud quæritur utrum ne ſciret mulier, quod ſerpens æquè ut cætera animantia irrationalis eſſet, & ſua facultate loqui nõ poſſet. Si hoc neſciuit; minorẽ (quod abſurdũ eſt) intelligentiã in illo lucido Dei paradiſo habuit quã nunc habet in hac obſcuritate vitæ plenæ miſeriis, ubi licèt caro, quæ corrumpitur, aggravat animã ſcit tamen nullã præter ſuam rationalẽ eſſe vitã. Si autem (quod verũ eſt) ſciuit, ſerpentẽ non niſi alieno ſpiritu potuiſſe loqui, profectò in eo miræ ſeductionis immenſitas eſt, quod quaſi omnipotentiam ſpiritus eius mirata eſt mulier, qui per irrationabile animal humana formare verba potuiſſet.* Stultitiam mulieris arguit Ambroſ. ex eo quòd mulier fallacẽ ſenſum iudicẽ ſtatuerit, eiuſque arbitrio dubiæ admodũ litis ſententiã dirimendam relinqueret: *Vidit*, inquit Textus, *mulier, quòd bonũ eſſet lignũ adveſcendũ, &c. Et tulit de fructu eius, & comedit*, Geneſ. 3. 6. Arbitros oculos iudicij conſtituit. O quanta fatuitas! *Infirma author iudicij, quæ de eo, quod non guſtaverat, iudicabat, & idcò non facilè, niſi ſi quod diligentius pertractaverimus, quod interiore probaverimus affectu, videtur ad opus aliquod eſſe ſumendum.* Et D. Bernardus ſerm. 82. in Cant. mordet Evæ imprudentiam in eo, quòd immortalitate prædita cãduci & perituri cibi cupiditate fuerit capta; *Evam attende, quomodo eius anima immortalis, immortalitatis ſuæ gloriæ fucum mortalitatis invexit, mortalia utique affectando. Vt quid enim, cùm immortalis eſſet, mortalia non contẽpſit & tranſitoria contenta ſibi ſimilibus immortalibus & æternis? Vidit, inquit, lignum quod pulchrũ eſſet oculis & aſpectu delectabile, & ſuave ad veſcendum. Non eſt tua, mulier, iſta delectatio, iſta ſuavitas, iſta pulchritudo, & ſi tua pro parte luti, non tua ſolius, ſed communis cunctis animantibus terræ. Tua quæ verè tua eſt, aliunde & alta; nam æterna eſt de æternitate. Quid tu animæ tuæ aliam formam, imò deformitatem imprimis alienam?* Rupertus Ambroſiũ inſequens Evæ deteſtatur amẽtiam, in eo quod arbiter & iudex inter Deum & ſerpentem eſſe voluerit, & utrinque examinare verba, diſcutere rationes, ut ſententiam ferret, &

Rupertus.

Geneſ. 3. 6. Ambroſ.

Chryſoſt.

Bernard.

Hugo de S. Victor.

quid ſibi eſſet faciendũ præſcriberet, quod quidem indicium non rationi, ſed materiali & rationis experti ſenſui cõmiſit, ſic enim ille ſuprà cap. 9. *Edici ſatis dignè non poteſt, quàm non leviter dictũ ſit, vidit igitur mulier: quaſi nondum vidiſſet, ſicut nunc vidiſſe dicta eſt. Et revera nondum eo modo viderat, quia hac præſumptione, qua nunc intuita eſt, nec dum conſideraverat. Notãdum quippè quòd non dixerat ſcriptura, vidit igitur mulier lignum, & tulit de fructu eius, & comedit, ſed; vidit mulier, inquit, quòd bonum eſſet lignum ad veſcendum, & pulchrum oculis, aſpectuque delectabile, & tulit de fructu eius, & comedit: Vidit igitur, id eſt, conſideravit; diligenter intuita eſt, curioſius attendit, & iudex eorum, quæ audierat, ipſa eſſe voluit. Audierat, quòd dixiſſet Deus, in quocumque die, quo comederitis ex eo, morte moriemini. Audierat ſerpentem è contrario dicentem, nequaquam moriemini. Inter hæc anceps naturam ligni proprijs ſenſibus diiudicare voluit, ut ſciret, cui potiſſimum Deo, vel ſerpenti palmam concederet veritatis. At illi, qui de hoc iudicare debuerant interiores oculi, exteriorum iam erant oculorum concupiſcentia præpediti, ut non viderent, neque ſolã mortem corporis, vel quòd duplicem illatura eſſet mortem non natura ligni, ſed tranſgreſsio mandati.* Rupertus.

Demum Chryſoſt. homil. 16. in Geneſ. inſipientiam mulieris exaggerat, eò quòd verba ſerpentis non recto mentis libramine trutinaverit, nec pauliſper de illis cogitaverit, imprudenterque citò deliberaverit irrationali beſtiæ fidem exhibere inconſulto ſponſo, quem ſatius erat, ut adiret, eique rem omnem aperiret, ab eoque conſilium expectaret: *In tantum decepta es, ut ne venia quidem digna Dei ſis: neque enim eiuſdem naturæ erat, qui hoc conſulebat, ex ſubditis erat & ſervis, & ſub tua poteſtate erat. Quare ſic te ipſam confundiſti? Quare illo relicto, propter quem formata es, ad cuius auxilium producta es, cuius dignitatum particeps, & cum quo eiuſdem & ſubſtantiæ & vocis, in familiaritatem ſerpentis venire ſuſtinuiſti, ut à diabolo per hanc beſtiam acciperes conſilium?* Chryſoſt.

Cum eiuſmodi muliebris mentis levitate confer, ſi placet, pondus prudentiæ, maturitatemque cõſilij, quam auſcultato cœleſti Paranympho Maria ſanctiſsima obſervavit. Non enim præceps fuit ut crederet, de novitate legationis deliberavit, mente volvens, qualis eſſet illa ſalutatio. Vt optimè Petrus Comeſtor, quem refert Richardus de S. Laurent. ſuprà: *Quia enim virgo erat, ad opinatum eventũ ut verecunda pavere debuit: ſed quia Virgo prudentiſsima ſubito pavore ſuperari non potuit, ſed conſilio regẽte circumſpecta cogitabat, qualis, id eſt, quàm nova, quã inaudita, quàm perutilis, quàm admirabilis, quàm dulcis, quã ſuavis eſſet iſta ſalutatio.* Petrus Comeſtor.

Et paulò inferiùs ipſe Richardus: *Et nota, quòd hæc turbatio non fuit iræ vel doloris, ſed pudoris, pavoris, & admirationis. Et erat pudor duplex, & quia ſola quaſi cũ viro videbatur, & quia tãto præconio cõmendabatur: & timor duplex ex præſentia Angelica, quam horret fragilis natura, & ex cauſæ ignorãtia. Vndè Ambroſ. ex verecũdia pavet. Ex prudentia novã ſalutationis formã miratur. Et ex his in ea hìc notatur triplex virtus, verecũdia virginalis in eo, quòd turbatur: fortitudo mẽtis in hoc, quòd nõ perturbatur, quin deliberet: prudentia in ipſa deliberatione. Beatus Bernardus: quod turbatur verecundiæ eſt virginalis, quod non perturbatur, fortitudinis: quod cogitat, prudentiæ.* Richard.

34 Impudica & inſipiens fœmina quid ni à gradu modeſtiæ & verborũ parcitate in loquacitatẽ & debiti ſilẽtij abruptionẽ ſaliret? Quaſi inſpectã haberet malus dæmon mulieris conditionẽ, ab alloquio auſpicatus eſt; occaſionẽ ei loquẽdi obtulit, ut ea quaſi dulciſsima eſca obductũ hamũ fraudis deglutiret. Quam illæſa retia obtẽta evaſiſſet mulier, ſi ſileret? Accipe Chryſoſt. hom. 16. in Gen. *Vidiſti quomodo per verba quaſi per eſcã ſerpentis virus ſuũ immittit? Debebat mulier ex ipſo aggreſſu eminentẽ coniectare malitiã, &c. Igitur cùm poſſet ſtatim illius impoſturam videre, & averſari verba uti nugacia, & ſe ipsã in tantã humilitatẽ nõ deijcere, noluit. Oportebat, inquam, initio colloquiũ illius nõ ferre, ſed illi ſoli loqui, propter quẽ, & in cuius adiutoriũ producta erat particeps dignitatis illius facta.* Chryſoſt.

Quaſi brevi faſtidita mulier ſponſi familiaritatem detrectans, cui dudũ erat adiũcta, per paradiſum vagari cœpit, ambiens cum quo ſermonẽ iniret, & nec ſerpentis novam artem loquendi reſpuit. Et idem Chryſoſt. ibi ad illa verba Geneſ. 3. 2. *Cui reſpondit mulier, de fructu lignorum, quæ ſunt in paradiſo veſcimur, de fructu verò ligni, quod eſt in medio paradiſi, præcepit nobis Deus, ne comederemus, & ne tangeremus illud,* expendit, mulierem non tam ad loquendum à ſerpente allectam, quàm ſerpentem ab illa lacceſsitum, cui quidquid arcani in pectore habebat, ne ſermocinatio ceſſaret, aperuit. Periculoſa enim eſt innata loquendi aviditas in muliere, quę ne à verbis abſtineat, perluſtrabit ſecretiora mẽtis, & depoſitũ illi quãtumvis commiſſum & cõcreditũ, & religionis ſigillo obſignatũ effũdet: *Vidiſti malignitatem, dixit quod non erat, ut in col-* Geneſ. 3. 2. Chryſoſt.

colloquium provocaret, & diſceret id, quod erat. Mulier verò poſteà confidens, quòd benevolè ergaſe affectus eſſet ſerpens, totum mandatum detexit, diligenterque recenſuit omnia, & reſponſo ſuo omnem ſibimet defenſionem abſtulit. Quid enim potes dicere, ò Mulier? Cur dixit Deus, ne comedatis de omni ligno, quod eſt in paradiſo? Oportebat te averſabundam ab eo qui diverſa à Deo dixerat, dicere, Apage; impoſtor es tu, neſcis neque mandati nobis dati potentiã, neque quantis fruimur, neque copiam eorum, quæ nobis ſuppeditantur. Nam tu quidem ais, Deum dixiſſe, quòd nullum deguſtare debeamus lignum. Dominus autem & conditor ob immodicam ſuam bonitatem nobis permiſit frui, & poteſtatem habere omnium, & ab uno tantùm abſtinere juſſit. Oportebat ſiquidem, prudens fuiſſe his ad illum dictis illum omnino averſari, nihilque ultra illi loqui, neque audire loquentem, ſed iſta revelato præcepto, & narratis Dei verbis aliud lethiferum & perniciоſum conſilium ab illo accipit. Nec diſpiciendus eſt Lypomanus, qui ait: *Tacere* Lypoman. *debuerat mulier, & indicaſſe protinus marito. Periculoſum eſt confabulari veteratoribus dæmonum perſuaſionibus, præbere aurẽ, & obſequi: Omiſit fœmina, in primis, quod dictum fuerat à Domino, omnis arboris. Deinde adjicere debuerat, Dominus Deus & Creator noſter præcepit nobis. Denique addit verbo Dei, & ne tangeretis illud. In dubium quoque revocat aſſeverationem Dei, dicendo, ne fortè moriamini, cùm dixiſſet Deus, morte morieris, hoc eſt, ſine dubio morieris. Non ſe tam gratam oſtendebat poſt tot tantiſque conceſſis in mundo fructibus alijs, quàm querulam & impatientem de uno negato ſeſe prodebat. Diſcunt hinc inſolentiores fœminæ ad exemplum matris primæ multiloquium cum cæteris, inobedientiam, mendacium, ingratitudinem, perfidiam, gulam, ſuperbiam, niti ad vetita, cupereque negata.* Quod mihi non parum demirationis & ſtuporis ingerit, illud quidem eſt, quod novum & inſolitum ſpectaculum intuens fœmina in ſerpẽte loquente, haud quaquam hæſitaverit, auſcultanſque eum verba Dei edictis proferre contraria, non parumper ſubſtiterit, ſermoniſque libidinem repreſſerit, ſed loquẽdi cupiditate acta illicò in verba proruperit. O bone Deus, quàm illi ſe diſſimilem geſſit ſanctiſsima Virgo, quæ non ſerpentẽ, ſed Angelum ſe alloquentem attendens, nec Dei placitis adverſam, ſed ab illo dictatam legationem annuntiantem ſilentij ſtudioſa immorata eſt, nec ſtatim ei ſemel verba facienti reſpondit, ſed expectavit ut ſecundò loqueretur, eamque hortaretur, animaretq; ad edendũ reſponſum: ut perbellè obſervavit Richard. de S. Laurent. lib. 4. de laudibus B. Mar. *Itẽ turbata eſt pro inſolita & inaudita uſque tunc ſalutatione. Audierat enim Angelos locutos mulieribus & viris: audierat benedictiones legis, Deuter. 28. Sed talẽ ſalutationẽ, talẽ benedictionẽ nũquam legerat, vel audierat: ideò turbata eſt, ſed non eſt locuta utpote filia & imitatrix David dicẽtis: Turbatus ſum, & nõ ſum locutus, Pſal. 76.* & Simon de Caſsia lib. 2. c. 3. *Nõ improvidè Virgo cogitabat qualis eſſet iſta ſalutatio cœlica, hæc annuntiatio tã ſuprema. Non dabat Angelo Virgo reſponſum, nec humano more faceta vocẽ reſalutando rependit, aut velut familiaris ex priſtina conſuetudine illi cœlicolæ, aut verecũda cẽſura modeſtiæ, magis autẽ dixerim occupata in cõſideratione dictorũ, ſicque turbata reticebat.* Richar. de S. Laurent.

35 A quarto gradu mulier prima, hoc eſt, à virginitatis gloria depulſa eſt invetitũ pomũ contendens. Hoc nãque illi portẽderat callidus ſerpẽs, dũ diceret: *Scit enim Deus,* Genes. 3. 5. *quòd in quocũque die comederitis ex eo, aperientur oculi veſtri,* Gen. 3. 5. Sed quæ hæc oculorũ apertio, quã prævaricatoribus pomi delibatoribus ſpopõderat ſerpens? Optimè Interlinealis: *Oculos cordis vult claudere, ut carnales aperiat.* Quamobrẽ Caſſianus collat. 5. c. 6. eiſdẽ adſtruẽs invaſionibus Chriſtũ à dæmone in deſerto petitum, quibus Adamũ in paradiſo, ſic ſcribit: *In his tribus vitijs etiã Dominũ Salvatorẽ legimus fuiſſe tentatũ. Gaſtrimargia, cũ dicitur ei à diabolo, dic, ut lapides iſti panes fiant: Cenodoxia, ſi Filius Dei es mitte te deorſũ; ſuperbia; cũ oſtendẽs illi omnia regna mũdi & eorũ gloriã dicit; hæc omnia tibi dabo ſi cadẽs adoraveris me. Vt ijſdẽ quibus ille lineis tentationibus eſt appetitus, nos quoque quemadmodũ tentatorẽ vincere deberemus ſuo doceret exẽplo. Ideòq; ille Adã dicitur, & iſte Adã. Ille primus ad ruinã & mortẽ, hic primus ad reſurrectionẽ & vitã. Per illũ omne genus hominũ cõdemnatur: per iſtũ omne genus hominũ liberatur. Ille de rudi atq; intacta fingitur terra: hic de Maria Virgine procreatur. Huius ergo ut ſuſcipere eũ tentationes oportuit, ita excedere neceſſariũ non fuit.* Quare diſcutiẽs, quare Chriſtus non paſſus eſt fornicatione aut fomitis rebellione tentari, ſubdit rationem; quia Gaſtrimargiam, hoc eſt gulam, devicerat. Vndè quia Adamus gulæ fuit ictu confoſus, illicò libidinis perduellio pullulavit: concitavitq; adverſus virginitatẽ duellũ: & hæc fuerat dæmonis pollicitatio: *In quocũque die comederitis ex eo, aperiẽtur oculi veſtri.* Interlinealis. Caſsian.

Caſsian°. Quocircà ſubdit collator: *Neque enim qui Giſtrimargiam vicerat, poterat fornicatione tentari, quæ ex illius abundantia ac radice procedit: qua ne ille primus Adam fuiſſet eliſus, niſi ante genitricem eius paſſionem deceptus illecebris diaboli recepiſſet.* Ex cibi intemperantia perſtrepuit illicò in muliere adverſus eius virginitatem bellicus tumultus, concupiſcentia coniugis potiundi ſeſe ſenſit oppidò vulneratam; tẽtatio enim fornicationis, ſive carnalis coitus non tam à diabolo immiſſa, quàm quædam gulæ ſequela & pruritus deſcribitur. Vndè Chriſtus, qui gulam ſuperârat, in ipſa quoque huiuſmodi irritamenta ſuffocavit, & ſic ab illis pulſatus non fuit. Quamobrem ſicut portenderat ſerpens, res eventum ſortita eſt. Nam cibo à primis parentibus eſo, ſtatim dicitur: *Et aperti ſunt oculi amborũ, cùmque cognoviſsẽt ſe eſſe nudos, &c.* Geneſ. 3. 7. in quem locum Auguſt. lib. 11. de Geneſ. ad litter. *Quomodo? Niſi ad invicem concupiſcendum ad peccati pœnam, carnis ſcilicèt morte concepta? Vt iam eſſet corpus non animale tantùm, quod poterat, ſi obedientiam conſervarent, in meliorem ſpiritalemque habitum ſine morte mutari, ſed iam corpus mortis in quo lex in membris repugnaret legi mentis. Neque enim clauſis oculis facti erant, & in paradiſo cæci, palpanteſque oberrabant, ut vetitum lignum etiam neſcientes attingerent, palpanteſque fructus prohibitos ignorando decerperent:* & poſt pauca: *Apertos ſcriptura dicit oculos utique ad aliquid intuendum, vel cogitandum, quod anteà nunquam adverterant. Mox ergo ut præceptũ tranſgreſsi ſunt, intrinſecus gratia deſerẽte omnino nudati, quam typho quodam & ſuperbo amore ſuæ poteſtatis offenderant, in ſua membra oculos iniecerant, eoque motu, quẽ non noverant, concupiverunt. Ad hoc ergo aperti ſunt oculi, ad quod anteà non patebant, quamvis ad alia paterent.* Et infert ùs: *Etiam in ipſa pœna ſuæ generoſitatis vindex anima rationalis beſtialem motum in membris ſuæ carnis erubuit, eique incuſsit pudorem, non ſolùm quia hoc ibi ſentiebat, ubi nũquam aliquid anteà ſenſerat, verumetiam, quod ille pudendus motus de præcepti tranſgreſsione veniebat. Ibi enim ſenſit, qua prius gratia veſtiretur, quando in ſua nuditate nihil indecens patiebatur. Ibi cõpletum eſt: Domine in voluntate tua præſtitiſti decori meo virtutem. Avertiſti faciẽ tuam à me, & factus ſum conturbatus. Denique illa conturbatione ad folia ficulnea concurrerunt, ſuccinctoria conſuerunt, & quia glorianda deſeruerant, pudenda texerunt. Nec arbitror eos cogitaſſe aliquid in illis foliis, quod talibus congrueret contegi iam membra prurientia, ſed occulto inſtinctu ad hoc illa cõturbationis compulſi ſunt, ut etiam talis pœnæ ſuæ ſignificatio à neſcientibus fieret, quæ peccatorem factum cõvinceret, & doceret ſcriptura lectorẽ.* Vbi innuere videtur Auguſtinus in innocentiæ ſtatu primos parentes virginitatis gloriâ præditos, & eiuſmodi vocari decorem, cui Deus virtutem præſtitit: quam ut ſenſerunt pravis inſurgentibus motibus labefactari, cognoverunt faciem ſuam Deum ab eis avertiſſe, & ipſos factos eſſe conturbatos. Et per hæc Auguſtin. ſubſidium videtur præſtare ſententiæ Athanaſij: qui quæſt. 50. inquirens: *Niſi prævaricatus fuiſſet Adam, quomodo vita hominum propagata fuiſſet?* Reſpondit: *Poterat Deus, qui verbo condidit multitudinem Angelorum, honorando quodammodo multitudinem condere generis humani.* Vbi apertè oſtendit Athanaſius, per prævaricationem protoplaſtros à virginitatis candore degeneres deſciviſſe, & generationi ſubſervijſſe, qui ſi innocentiam retinuiſſent, alium forſan propagationis modum divina iniret providentia, qui glorioſior, & honorificentior generi evaſiſſet humano. In hanc ſententiam inclinarunt Niſſenus de opificio hominis, cap. 17. & Damaſcenus lib. 4. de Orthodoxa fide, cap. 25. & lib. 2. cap. 30. Chryſoſt. homil. 18. ad illa verba, Geneſ. 4. *Adam cognovit uxorem ſuam.* Et ad eadem ſimiliter Procopius, & Euthymius ad ea verba, Pſalm. 50. *Ecce enim in iniquitatibus conceptus ſum.* Nec ab his videntur deflectere Gennadius & Accacius apud Lypom. *Aperti ſunt oculi amborum, hoc eſt, concupiſcentia nuptialis benedictionis ac coniunctionis in eis invaluit, & (ut ita dicam) revixit à naturali illo torpore atque ſtupore. Divina namque ſcriptura corroborationem atque cõfirmationem oculorum apertionem appellat. Vt in libris Reg. de Ionatha filio Saul ſcriptum eſt: Aperti ſũt oculi eius, hoc eſt, corroboratus eſt.* Quaſi præ inedia ac laſsitudine oculi claudantur. Quaſi in ſtatu innocentiæ vigeret, & invaleret virginitas, nihilque eſſet, quod illam inquietaret, dormiente & veluti obſtupido carnalis copulæ incitamẽto, quod quidem accerſit & à torpore excitavit, & corroboravit primum peccatum. Perlege Gregor. lib. 26. Moral. cap. 12. & lib. 32. cap. 12. & Rupertum lib. 3. in Geneſ. cap. 10. Verumenimverò docet Auguſt. per peccatum in primis parentibus virginitatis emarcuiſſe florem, qui ſi Dei præceptis adhæſiſſent, licèt prolis generationi & poſterorum multiplicationi intenti, virginalem integritatem nõ labefactaſſent. Sic

Auguſtin.

Athanaſ.

Niſſenus. Damaſcenus. Chryſoſt.

Procopius. Euthymi°.

Gennadius. Accacius.

Gregorius. Rupertus.

enim

enim lib. 14. de civit. Dei, cap. 26. ſcribit:
Auguſtin. *In tanta facilitate rerum, & felicitate hominum, abſit, ut ſuſpicemur, nō potuiſſe prolem fieri ſine libidinis morbo. Sed eo voluntatis nutu moverentur ea membra, quo cætera, & ſine ardoris illecebroſo ſtimulo, cū tranquillitate animi & corporis, nulla integritatis corruptione infunderetur gremio meritus uxoris. Neque enim quia experientia probari non poteſt, ideò credendum non eſt, quando illas corporis partes non ageret turbidus calor, ſed ſpontanea poteſtas, ſicut opus eſſet, adhiberet. Ita tunc potuiſſe utero coniugis ſalva integritate fœminei genitalis virile ſemen immitti, ſicut nūc poteſt eadem integritate ſalva ex utero fluxus menſtrui cruoris emitti. Eadem quippè via poſſet illud inīci, qua hoc poteſt eīci. Vt enim ad pariendum non doloris gemitus, ſed maturitatis impulſus fœminea viſcera relaxaret; ſic ad fœtandum & concipiendum, non libidinis appetitus, ſed voluntarius uſus naturam utramque cōiungerent.* Huic Auguſtin. ſententiæ videtur aſſentire D. Tho.
D. Thom 1. par. quæſt. 98. art. 2. ad 4. ubi prædicta verba Auguſtin. refert, D. Bonavent. interpretatur Auguſtin. verba in 2. ſentent. diſt.
D. Bonavent. 20. quæſt. 4. Sed immeritò negat in ſtatu naturæ apertionem clauſtri virginalis in generatione prolis non potuiſſe evitari, quod Auguſt. contendit. Adeòque illos erumpēs carnis oblectatio, quæ in pacificum virginitatis imperium irrupit, titillavit, ut non remedijs intenderent, quibus perduellio illa ſedaretur, ſed quibus excreſceret accenderetuŕque amplius virginitatis infeſtationi faventes, ideò ad ficum confugiunt, ex cuius foliis texant ligacula, & ſuccinctoria conſuant, quia ficus folia prurigine m provocant, & libidinem inflammāt, teſte Hippolyto Martyr. apud Lyp. man. *Folia ficus ſigna peccatoris fuerunt. Nam quemadmodum huius arboris folia, ſi corpus tetigerint, pruritum gignunt, ita peccata pruritū excitant, tranſgreſſionis indicium:* & ad id forſan alluſit Albinus relatus ab eōdē inquiens: *Quia ergo gloriam ſimplicis caſtitatis amiſerunt parentes noſtri, ad duplicis libidinis prurigine m confugerunt.* Perpende nunc quàm altè virginitatis amorē præcordijs ſuis Maria ſanctiſſima defixerit, quàm oppoſitâ æmulatione prævaricatrici Evæ in æſtimanda diligendaque virginitate proceſſerit. Siquidem divinitatem appetivit prima mulier, quaſi virginitatis iactura involutam, nā dixit illi ſerpens: *Scit enim Deus, quòd in quocumque die comederitis ex eo, aperientur oculi veſtri, & eritis ſicut dij ſcientes bonum & malum,* Geneſ. 3. 5. Maria verò divinitatem, quam exiſtimavit ſibi cum virginitatis periculo propoſitam, veluti extimuit, & ad conceptam virginitatis ruinam expavit, & turbata eſt. Nec tantæ pollicitationi niſi præcognita virginitatis integritate illæſa permanſura acquievit. Nā Angelo ei intimanti: *Ne timeas Maria, inveniſti enim gratiam apud Deum. Ecce concipies in utero, & paries filium, & vocabis nomen eius Ieſum. Hic erit magnus, & Filius Altiſſimi vocabitur, & dabit illi Dominus ſedē David patris eius, & regnabit in domo Iacob in æternum, & regni eius non erit finis,* Luc. 1. 30. Maria quaſi tantæ rei maieſtate non allecta, ſi virginitas periculum fuiſſet ſubitura, reſpondit: *Quomodo fiet iſtud, quoniam virum nō cognoſco?* Quaſi dicat: Aperi mihi, quomodo Mater & virgo eſſe poſsim, ediſſere hoc myſterium, reſera arcanum. Nam fœcunditas, licèt glorioſa, pretioſa mihi deperditâ virginitate non videtur, ideò illico Angelus ineffabilem modum, quo virginitas cum maternitate eſſet fibularda, Mariæ indixit. Accipe Richard. de S. Laurent. lib. 1. de laudibus B. Mar. cap. 6. *Audito tamen hoc verbo: Benedicta tu in mulieribus, turbata eſt, quia in virginibus benedici ſemper optabat. Et ideò cogitabat qualis eſſet iſta ſalutatio, quæ ab initio videbatur eſſe ſuſpecta. Et ubi in promiſſione Filij manifeſtum patuit virginitatis periculum, ultrà nō potuit diſſimulare, quin diceret. Quomodo fiet iſtud, quoniam virum non cognoſco?* Et Hugo de S. Victor. relatus ab eodem Richardo lib. 3. ſic ſcribit: *Votum perpetuæ virginitatis ſe feciſſe innuebat Maria reſpondēs Angelo Filium nuntianti: Quomodo fiet iſtud, quoniam virum non cognoſco? Illud, quomodo, non eſt dubitationis, ſed admirationis, ut ſit ſenſus. Quomodo fiet iſtud, quoniam virum non cognoſco? Id eſt, admirabili modo fiet, verèque admirabili, quia virum non cognoſco. Beda, quomodo, inquit, fieri poteſt, ut concipiam pariamque Filium, quæ in caſtimonia virginitatis vitā conſummare diſpoſui. Quaſi diceret; propoſitum habeo virum non cognoſcere, propoſitum habeo virginitatis decus uſque in finem conſervare: quomodo ſi diceret quis, vinum non bibo, non poſſum calicem hunc guſtare, hoc eſt, quia votum habeo vinum non bibendi, non poſſum calicem hunc guſtare. Tale eſt illud, Nazaræi comam non incidunt, id eſt votū habent non incidere. Nec dixit, virum non cognovi, hoc enim nihil impediret virginem ſponſatam, & virum cognituram, Filiumque parituram, ſed virginem non permanſuram. Et Angelus, Spiritus ſanctus ſuperveniet in te, & virtus Altiſſimi obumbrabit tibi. Noli, inquit, propter propoſitum virgi-*

Luc. 1. 30.

Richar. de S. Laurent.

Hugo de S. Victor.

Hippolytus Martyr.

Albinus.

Geneſ. 3. 5.

ginitatis de promiſsione prolis diffidere, Spiritus ſanctus ſuperveniet in te. Concipies Filium non à viro, ſed à Spiritu ſancto. Promiſsio quidem mea implebitur, ſed tamen propoſitum tuum nõ violabitur. Tu vouiſti virum te non cognituram, & ego prædico te Filium parituram; & idcircò miraris, ne fortè vel promiſsio caſſa ſit permanẽte propoſito, vel propoſitum violetur, ſi impleatur promiſsio. Non enim ratio humana hoc comprehendit, ut pariat virgo, intacta generet, & ſine opere carnis caro procedat ex carne. Idcircò miraris, quomodo fiet iſtud, quia virum non cognoſcis. Nã interim quantum in te eſt nihil invenire potes cur de tua perſeverantia debes dubitare, & ob hoc quæris, quomodo poſsis de mea promiſsione confidere. Quomodo fiet iſtud, quoniam virum non cognoſco; Spiritus ſanctus ſuperveniet in te, & virtus Altiſsimi obumbrabit tibi. Noli propter propoſitum de promiſsione diffidere, quia Spiritus ſanctus ſuperveniet in te. Noli propter promiſsionem de propoſito formidare, quia virtus Altiſsimi obumbrabit tibi. Spiritus ſanctus ſuperveniet in te, ne per coitum corrũpatur integritas tua, virtus Altiſsimi obumbrabit tibi, ne per libidinem polluatur caſtitas tua. Spiritus ſanctus ſuperveniet in te, & virtus Altiſsimi obumbrabit tibi. Hucuſque Magiſter Hugo, inquit Richardus.

36 Primam mulierem à quinto humilitatis gradu per ſuperbiam deturbatam, ita tritum eſt, ut confirmatione non egeat. Nã ſuperbiæ ſemen præiactum eſſe intus in homine antequam cum illo foris dæmon congrederetur, docet Rupertus lib. 3. in Gen. cap. 1. adverſus D. Thom. 2. 2. quæſt. 165. art. 2. per ſuperbiam corruiſſe mulierẽ docet Angelicus Doctor opuſcul. 3. cap. 190. Gregorius homil. 16. *Contra primum parentem noſtrum antiquus hoſtis in tribus ſe tentationibus erexit, quia hunc videlicet gula, vanagloria, & avaritia tentavit, & tentando ſuperavit, quia ſibi eum per conſenſum ſubdidit. Ex gula quippè tentavit, cùm cibum ligni vetiti oſtendit, atque ad comedendum ſuaſit. Ex vanagloria, cùm dixit; eritis ſicut Dij; ex provectu autem avaritiæ cùm addidit ſcientes bonum & malũ. Avaritia enim non ſolùm pecuniæ eſt, ſed etiam altitudinis. Rectè enim avaritia dicitur, cùm ſupra modum ſublimitas ambitur. Si enim ad avaritiam honoris rapina non pertinet, nequaquam Paulus de unigenito Dei diceret. Nõ rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualem Deo.* Verùm quia mulier in vitium hoc & prima, & propenſiori conamine impegit, ignobilius humiliata fuit, ſuperbiæque infamiæ notâ inuſta eſt, & ſignificius ignominiæ præſefert. Sicque cum illa divina Providentia omnia regente, actum eſt, ut quia caput mariti ei per ſuperbiam imperando ut comederet, eſſe voluit; caput eius tanquam quid pudẽdum velaretur. Vndè quemadmodum protoplaſti genitalia tegumento operuerunt pudore affecti, ex moribus qui adverſus rationem ex ijs inſiliebant; Deus iuſsit mulieris caput, tanquã quid verendum velo operiri, quia ſe efferẽdo adverſus mariti imperium illecebrosè illum ſuæ addixit volũtati. Quapropter duplici operculo eget mulier, alio quo pudẽda obtegat in libidinem erumpentia, alio quo caput velet ob ſuperbiæ infamiam, nõ enim minus hoc pudendum quàm illa. Audi Rupertum lib. 3. in Geneſ. cap. 9. *Nec ſatis illi hoc fuit, quod comedit, ſed inſuper & viro ſuo dedit. Quomodo autem dedit, niſi iam abuſivo imperio, vel importunitate muliebri? Non enim perſuaſit illi, ut in eo ſibi crederet, in quo crediderat ipſa ſerpẽti. Virnamque (inquit Apoſtolus) non eſt ſeductus, ſed mulier. Qualis autem vel quãta ſit muliebris importunitas, paſsim non ſolùm divina, ſed etiam humana teſtantur exemplaria. Ergo cogendo potius, quàm ſeducendo, imperando magis quàm aliquid fingẽdo hoc effecit, ut obediret vir ſuæ voci pluſquã Dei. Vnde & à Domino Deo dicitur illi: Quia audiſti vocem uxoris tuæ, & ex ligno, de quo præceperam tibi ne comederes, comediſti, maledicta terra in opere tuo. Mulieri quoque redditur adordinati pœna imperij; dicente eodem Deo. Et ſub viri poteſtate eris, & ipſe dominabitur tui. Propterea duplicis verecundiæ pœna mulier, vir autem ſimplici dedecore affectus eſt. Viro nãque in ſolas genitales cõporis partes, mulieri autem quæ non tantummodo Deum offendere, ſed & viro imperare præſumpſit. ſicut illas partes, ſic propè & caput non velare turpe eſt. Et hoc omnino pro turpitudine haberi, quia à vindice Deo poſitum eſt: pro turpitudine, inquam, hoc haberi, ipſa natura docet. Vndè Apoſtolus cùm dixiſſet, ideò debet habere mulier velamen ſupra caput ſuum propter Angelos: ſubinde ait: Vos ipſi iudicate, &c.* Quis non ex his anti-Evam dixerit Mariam, quæ ſicut Eva nata ſubiectioni ſuperbijt, & inſolenter elata eſt; digna imperio & principari nata, humiliari elegit, & ancillari. Eva laudis amore, & gloriæ excellentia ineſcata tumuit, & alacri ſpiritu manum porrexit ad pomum, ſub quo divinitatem latẽre autumavit. Vndè Auguſt. in Pſal. 81. illa verba expendens ſerpentis ad Evã: *Eritis ſicut Dij ſcientes bonum & malum*, ait: *Quando his verbis crederet mulier à bona*

Rupertus. Angelicus Doctor. Gregorius. Rupertus. Auguſtin.

bona atque utili re divinitus ſe fuiſſe prohibitos, niſi iam ineſſet menti amor ille propriæ poteſtatis, & quædam de ſe ſuperba præſumptio, quæ per illam tentationẽ fuerat convincenda, & humilianda? Maria autem videns ſe ab Angelo commendari, & inſolitis & ineffabilibus laudum præconijs ad uſq; ipſam evehi divinitatem, extimuit, & turbata eſt. Nihil enim tam extraneum & moleſtum menti verâ humilitate ornatæ, quàm propriæ laudis indicta excellentia. Quocircà Richardus de S. Laurent. lib. 4. inquit: *Secunda cauſa turbationis Mariæ fuit, quia audivit ſe laudare, quod magnæ fuit virtutis. Qui enim verè humilis eſt, de ſuis laudibus erubeſcit: & cùm omnes ſoleãt inde lætari, ipſa turbata eſt, non exhilarata vel elata.* Verè Maria præmaturavit in ſe Filij humilitatem, & quam ipſe oſtenſurus præcognoverat, ornare ſe voluit, ut cùm excellens humilitatis facinus filius ederet dolens extolli, vel gloriam ſuam evulgari, matrizare videretur. Attende verborum Ieſu conſequentiam & ordinem, Ioan. 12. 23. qui cùm à diſcipulis didicit, gentes gloriæ ſuæ notitiâ imbutas, ipſius deſiderare, & ambire conſpectum, ait: *Venit hora ut clarificetur Filius hominis*, de humilitate doctrina breviter interiecta, mox ſubdit: *Nũc anima mea turbata eſt; & quid dicam? Pater ſalvifica me ex hac hora.* Vt quid ſpiritus Chriſti commovetur? Quæ urget cauſa turbationis? Quid tranquillum mare illud divinæ mentis concutit? Quorſum in illa petit hora ſalvificari? Vtiq; , quia hora erat propriæ excellentiæ, in qua illius glorioſa fama ad omnium etiam exterorum aures evagabatur, & ſicut novit matrem ſuam in laudum ſuarum enuntiatione turbatam, ut tantæ parentis ſimilis appareret, in proprię gloriæ quoque evulgatione turbatum præfert animum. Cogitatio fuit hæc Richardi ſuprà, qui præſcriptis verbis hæc annectit. *Exemplo filij, quem quærerent videre Gẽtiles Ioan. 12. venit hora ut clarificetur Filius hominis, & paulò pòſt. Nunc anima mea turbata eſt valdè. Bonum fuiſſet etiam Ezechiæ, ſi turbatus fuiſſet, non exhilaratus ad adventum nuntiorum Regis Babylonis, Iſai. 39.* Sic nos parens natuſque docent, cùm propriæ laudis nos inſequitur fama, ad ſacrum humilitatis eſſe confugiendum: cùm propriæ gloriæ aura pacatæ mẽtis noſtræ fluctus excitat, ut per ſuperbiam tumeat, humilitatis anchoram eſſe tenendam, ne puppis vacillet, & naufragetur, ſicut malè cauta Evæ carina. Hinc quoque in charitate diſſidium pernoſces inter Mariã & priſtinam Evam. Nam ſicut perfectus amor in gremio fovetur humilitatis, ibiq́ue adoleſcit, & in rogum aſcendit; ſic in ſinu ſuperbiæ tepeſcit, deficitq́ue. Nam humilitas nutrix eſt amoris, ſuperbia noverca; & quò ardentior amor, eſt, quoque comior, urbanior, & humilior: nam ut Paulus ait: *Charitas non inflatur*, 1. Corint. 13. 14. Superbia verò frigeſcit, & alget: & amor dum levior eſt & tepidior, inſoleſcit, & arroganter ſe gerit. Quod ſanè in gemina illa ſorore, quæ curam ſolicitudinemq́ue ſuam Chriſti Domini officijs impendebant, non obſcurè viſitur. Cùm enim defuncto fratre Lazaro Dominus in illarum caſtellum adventaſſet, ut eum revocaret ad ſuperos, ſic de Martha aſſeritur: *Martha ergo ut audivit, quia Ieſus venit, occurrit illi*, Ioan. 11. 20. de Maria autem: *Maria ergo cũ veniſſet ubi erat Ieſus, videns eum cecidit ad pedes eius*, num. 32. Quid eſt, quòd advenienti Chriſto adeò ſe parum humanam & liberalem exhibeat Martha, ut tantùm ei obviaſſe dicatur, & parum hoc æſtimaret Maria, niſi ad pedes ſe illius totam funderet? Altera corã Chriſto ſtetit erecta, nec ſe comiter inclinavit, velut ſi æqualitatem prætenderet. Altera ad illius eſt pedes provoluta ſuam faſſa indignitatem, & Domini ſupremam excellentiã. Quorſum ita diſſimili humilitatis & urbanitatis habitu contectam utraque ſe Chriſto præſentat? Verè quia diſſimili utraque flamma amoris paſcebatur, lento ſedatoq́ue Chriſtum amore proſequebatur Martha, & infans charitas inurbana eſt: plurimumq́ue ſibi fidens neſcit deſcendere, neque humiliari. Atverò Maria Chriſtum deperibat ardenter, & quia flammãtior charitas acutioribꝰ erga dilecti dignitatẽ oculis viget, humilis & prona coram ipſo illicò iacet. Non enim cæcutit, nec ſuperbit verus amor, ſed quò maior, ideò vigilantiori intellectus acie præditus eſt, nec minuit dilecti honores debitos, ſed auget. Peracutè ſanè Simon de Caſsia lib. 5. de Miraculis Salvatoris cap. 15. *Maria ergo cùm veniſſet ubi erat Ieſus, cecidit ad pedes eius. Procidit ante pedes, qui eam viſitaturi advenerant, & ſuſcitare germanum: qui pro ipſa laboraverant, ſuper quos ipſa gradum pravæ actionis defixerat, ne laberentur in peius, in quibus terminati fuerant greſſus iniqui: in quibus iverat in ſacramenta cœleſtia. Malè ſtatur in ſe. Ad ruinam ſe paret, qui ſtare in ſemetipſo diſpoſuit. Angeli mali & primi hominis caſus edixerit, quam periculoſiſſimè inſectatur. Sed cecidiſſe ante Dominicos pedes obedientia prompta, humilitate profunda, eſt reſurrectionis initium, abolitio caſus, immobilis firmatio, ſituatio inconcuſſa, debitum creaturæ, ſolutio debiti, quies itineris laborioſi,*

Richar. de S. Laurent.

Ioan. 12. 23.

Richard.

1. Corint. 13. 14.

Ioan. 11. 20.

Ioan. 11. 32.

Simon de Caſsia.

pro-

proſtratio ad ſalutem humanitatis, in deitate humilis latria. Sed nec Martha cecidit ad pedes Ieſu, quoniam minus veneratur dilectum omnis in amore remiſſior, neque bonorat bonorandum neſciens, ſicut ille qui novit. Excedebat Marthã in amore Maria, & de Chriſto novit altiora. Quãmquã Martha omnem fidei altitudinem in Chriſto confeſſa fuiſſet. Sed primo àſpectu non proſtravit ſe ad pedes, forſan non tantum noverat, quãtum Chriſto duce, novit in poſterum. Eva adeò ſe extulit inſolenter, ut divinitatem ambierit, eamque veluti à Deo præripere: ſtetit ergo erecta ut Deo ſe exæquaret, & illud ſuperbum ſtare, ab amore decidere fuit. Arverò Maria, cùm ei divini Filij puerperium & veluti ipſa divinitas offerretur, cecidit ſtatim, & ad ancillæ locum & nomen ſe deiecit: *Ecce ancilla Domini, fiat mihi ſecundùm verbum tuum*, & hic deſcenſus amoris inflammatam indicat aſcenſionem, & accenſionem.

37 Verè dæmonis conatus fuit ut fidei ſtolam, quâ mulierem cernebat ornatam proſcinderet, & à ſexto gradu, nempè fidei, miſeram Evam impelleret, eò enim tendebant illa verba: *Eritis ſicut Dij*, ut admonuit Rabbanus apud Lyponan. *In verbis quoque ſerpentis notandum, quanta arte nequitiæ diabolus hominem ab initio tentaverit, qui non ſolùm eum inobedientiã contemptumque ſui Creatoris velut ſibi invidẽtis docuit, ſed & numeroſitatem Deorũ illi credendam propoſuit, dicens: & eritis ſicut Dij: quatenus & ſi fortè eos ad inobedientiam pertrahere nequiret, fidei tamen, quia unum Deum colebant, caſtitatem corrumperet, ſi verò pertraheret, in utroq; victor exiſteret.* Et Angelicus Doctor cenſuit irritum haudquaquam evaſiſſe diaboli nixum. Nam opuſcul. 3. cap. 190. peccata recenſens, quibus mulier in uno pomi morſu ſe obſtrinxit, ait: *Quarto falſo æſtimationis de Deo, dum credit verbis diaboli contra Deũ loquentis*, & Chryſoſt. ubi ſuprà: *Quid feciſti ò mulier. Quare pernicioſo conſilio accepto legem à Deo datam conculcaſti, & cõtempſiſti, & in tantam veniſti intemperantiam, ut non contenta tot tantorumque fruitione etiam unicum hoc lignum, quod ne comederes præceperat Dominus, auſa ſis contrectare, & fide habita bis, quæ à ſerpente dicta ſunt, fidelius putaſti illius conſilium, quàm mandatum à Conditore datum?* Et ſtatim: *Quare illo relicto propter quem formata es, ad cuius auxilium producta es, cuius dignitatum particeps, & cum quo eiuſdẽ es ſubſtantiæ & vocis, in familiaritatem ſerpentis venire decreviſti, ut à diabolo per hanc beſtiam acciperes conſilium, quod manifeſtè contrarium bis, quæ à Deo iniuncta, neque ſic averſata es illum, ſed ſpe promiſſionis de cibo illo ſumere auſa es?* Apertius ſanè Rupertus expendens verba illa, Geneſ. 3. 6. *Vidit igitur mulier, quòd bonum eſſet lignũ ad veſcendum, &c.* Quaſi ſuis ſenſibus potius, quàm Dei verbis fidem impenderit, quibus propoſitæ pollicitationis commiſit diſpectionem. Sic enim ſcribit lib. 3. in Geneſ. capit. 9. *Inter hæc anceps naturam ligni proprijs ſenſibus dijudicare voluit, ut ſciret, cui potiſſimum Deo vel ſerpenti palmam concederet veritatis. At illi qui de hoc iudicare debuerant, interiores oculi exteriorum iam erant oculorum concupiſcentia prapediti, ut non viderent, neque ſolam mortem corporis, vel quod duplicem illatura eſſet mortem non natura ligni, ſed trãſgreſſio mandati. Itaque ſolis exterioribus oculis naturam ligni conſideraverit. & deprehendit male cauta, quod in fructu ligni non eſſet venenum mortis. Erat enim bonũ ad viſcendum, & pulchrum oculis, aſpectuque delectabile. Hæc omni ſermone, quem dixerat Deus, repugnantia iudicavit eſſe, magiſque ſermoni ſerpentis concordare, veramque aſſertionem eius demonſtrare. Sic vidit, & ſic ſacrilega temeritate diabolo magis quàm Deo, ſerpenti magis quã Creatori credidit.* Sanè inſaniam mulieris non ſatis demiror, adeò enim divinitatis promiſſæ deſiderio fuit allecta, vel potius arrepta, ut antequam cibum delibaret, cui divinitatis promiſsio adnectebatur, ſe numen crederet, & inſtar Dei ſe gereret, divina fide ablegata. Atque ideò iudicem ſe & arbitrum inter Deum & ſerpentem ſenſuũ extimorum miniſterio utens conſtituit. Quid de ſe divinum non iam ſentit: quæ Deum in examen vocat, illudque oculis tradit, ut, an verba illius vera ſint, deprehendant? Mulier eſto diabolus tibi vera dixerit; ante pomi eſum divinitatem non promiſit, quæ nondum comediſti, cur tibi numen arrogas, & in divinitatem te infers cenſendo poſſe te Deum ipſum iudicare, & verba illius quaſi non certa diſcutere, tu iam de tua certa divinitate? Et idem Rupertus ſuprà cap. 12. verba illa elucubrans, Geneſ. 3. 8. *Et cùm audiſſent vocem Domini Dei deambulantis in paradiſo ad auram poſt meridiem, abſcondit ſe Adam, & uxor eius à facie Domini Dei in medio ligni paradiſi.* Vtrumque coniugem fidei violatæ incuſat, quaſi divinam inficiantem immenſitatem, quippè qui putabat divinã ſe valuiſſe latêre præſentiã: fatur enim: *Abſcondendo ſe uterque de Deo malè ſenſit, & ſibi inſipienter providit, tanquam impœnitens, tãquam infidelis. Nam è contra fidelis homo dicit:*

Rabbanus.

Angelicus Doctor.

Chryſoſt.

Rupertus.

Geneſ. 3. 6.

Rupertus.

Geneſ. 3. 8.

Rupertus.

dicit: Quò ibo à ſpiritu tuo, & quò à facie tua fugiam? Si aſcendero in cœlum, illic es, & ſi deſcendero in infernũ, ades. Si aſſumpſero pennas meas diluculo & habitavero in extremis maris. Etenim illuc manus tua deducet me, & tenebit me dextera tua. Hic Deum ubique præſentem adeſſe confidit, nec loco quemquam, ſed iniquitate ab eo longè fieri. Et cùm paulò ſuprà dicat: intellexiſti cogitationes meas à longe, ſemitam meam, & funiculum meum inveſtigaſti: hoc planè confitetur novus homo, homo fidelis, quia Deus in omni loco bonos & malos reſpicit, & univerſas quoque mentium cogitationes intelligit. Et verè pœnitens in alio loco dicit: Quoniam iniquitatem meam annuntiabo, & cogitabo pro peccato meo: Item, & ego ad te Domine clamabo, & manè oratio mea præveniet te. Hæ voces novi hominis ſunt, nam iſte vetus homo longè alio ſenſu abſcondit ſe à facie Domini Dei malè de oculis omnia videntis, ſentiens ut infidelis, ut impœnitens. Verè quantum Evæ fides depreſſa eſt, tantum fides eſt exaltata Mariæ; illa in portentum infidelitatis corruit, hæc in credulitatis prodigiũ ſe erexit. Miraculum fidei vocant Eccleſiæ patres Abrahamum, qui de divina potẽtia credidit & ſperavit, quæ naturæ iura excedebant; nempè ex iugulato filio poſſe ſibi promiſſam à Deo ſobolem renaſci. Vndè Paulus ad Roman. 4. 16. inquit: *Ideò ex fide, ut ſecundùm gratiam firma ſit promiſſio omni ſemine, non ei, qui ex lege eſt ſolùm, ſed ei qui ex fide eſt Abrahæ, qui pater eſt omnium gentium (ſicut ſcriptum eſt: quia patrem multarum gentium poſui te) ante Deum cui credidit, qui vivificat mortuos, & vocat ea quæ non ſunt, tanquam ea quæ ſunt, qui contra ſpem in ſpem credidit, ut fieret pater multarum gentium, ſecundùm quod dictum eſt ei: Sic erit ſemen tuum:* & ad Hebræ. 11. 17. *Fide obtulit Abraham Iſaac, cùm tentaretur, & unigenitum offerebat, qui ſuſceperat repromiſſiones, ad quem dictum eſt: Quia in Iſaac vocabitur tibi ſemen: arbitrans, quia & à mortuis ſuſcitare potens eſt Deus: undè eũ & in parabolam accepit.* Sed multò Mehercle mirabilior Mariæ fides, quæ non ſolùm in ſpem contrà ſpem credidit confiſſa votum ſe poſſe virginitatis illibatum ſervare, ſimul & matrem fieri, ſed in ſe ſperavit dulci fœdere connectandam (quod à ſæculis quidem auditum non erat) maternitatẽ cum virginitatis integritate. Quapropter Victorinus Hugo tom. 2. lib. de Mar. Virginit. perpet. cap. 1. ex Abrahæ fide ad Mariæ fidem commendandã aſcendit, inquiẽs: *Suſcepit ergo Maria coniugium, ſed propoſitum virginitatis non mutavit, & quid caſtitatem dilexit, obedientiam tenuit, inventa eſt in ea, & ſine detrimento virginitatis coniugalis ſanctitas: & ſine opprobrio ſterilitatis fœcunda virginitas. Sic & beatus Abraham fidei & obedientiæ forma & exemplum, filium, quẽ acceperat ex Sara repromiſſione, quod in eo benediceretur ſemen eius, immolare Domino ſine mora voluit, ſciens, quòd etſi ſecundùm humanam rationem promiſſioni contraria Dei iuſſio videretur, tamen quia Deo nihil eſt impoſſibile, cum obedientia iuſſionis poſſet impleri promiſſio, ſicque factum eſt, ut & devotio obedientiæ, qua Deo iubenti parere non diſtulit, inveniret meritum, & fides, qua Deo promittenti credidit, promiſſionis fidelis conſequeretur effectum. Ita etiam fieri potuit, ut Beata Maria cõmendans Deo omne deſiderium ſuum, tantam in ipſo fiduciam habuerit, ut indubitanter crederet, & parentibus ſe debitam obedientiam poſſe exhibere, & votum caſtitatis, cuius ipſe ſolus conſcius erat, quemadmodum vellet, eo patrocinante, inviolatum conſervare.* Mariæ fidem, ni fallor, luculentius illuſtravit, expenditque Richardus de S. Laurent. lib. 4. Richard. *Fides Mariæ notatur Luc. 1. ubi dicit ei Eliſabeth: Beata, quæ credidiſti, quoniam perficientur in te omnia, quæ dicta ſunt tibi à Domino. Cùm enim paulò poſt dixiſſet Maria: ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes, oſtendit & Angeli implendam promiſſionem, & ſuã ſe non tranſgreſſuram profeſſionem. Quæ enim virginitatem voverat, & parituram ſe, docente Angelo, noverat, mirabili fide votum ſuum implendum credidit, & divinæ ordinationi ſe non ſubduxit. Maxima autem magnanimitas fidei fuit, quòd in ſe poſſe fieri, & credidit, & ſperavit, quod nunquam auditum fuerat, neque in cœlo, neque in terra. Item Origenes: Per fidem Mariæ erigitur iacentium genus, quod per mulieris temerariam credulitatem fuerat anteà deiectum. Item Beatus Matthæus in legenda ſua. In conceptione Filij Dei, fides Mariæ uxor extitit Spiritus ſancti. Item Maria credula verbis Angeli, fide concepit Salvatorem, & ideò per aurem dicitur concepiſſe. Vndè & dicit ei Eliſabeth: Beata, quæ credidiſti, quoniam perficientur, &c. in conceptione enim filij miſit dilectus eius, id eſt, Deus Pater manum ſuam, id eſt, Filium in eam, per foramen auris ſuæ. Cant. 5. Magiſter Hugo de S. Victor. Virgo credula Verbum concepit per verbum, ut immaculatam conceptionem generatio incorrupta ſequeretur. Item ſi Abraham in tantum commendaretur ab Apoſtolo ad Roman. 4. de eo, quòd contra ſpem naturæ in ſpem gratiæ credidit;*

Ad Rom. 4. 16.

Ad Hebr. 11. 17.

Hugo Victorinus.

dit, ſcilicèt quòd ſenex poſſet de Sara ſene, & ſterili filium generare, quantò magis cõmendanda eſt Maria, quæ primo verbo credidit quòd filium poſſet generare ſine ſemine viri, & parere non ſolum hominem, ſed Filium Dei? Fides etiam Mariæ, quæ eſt radix eius, manifeſtata eſt per totum mundum. Vndè ipſa verè poteſt dicere illud Iob. 29. Radix mea, ideſt, fides mea, quæ Angelo credidi, aperta eſt ſecus aquas, id eſt, ubique manifeſtata. Aquæ populi, Apocal. 17. Aquæ tranſeuntes Sancti ſunt, qui non habent hìc manentem civitatem, ſed futurã inquirunt, ad Hebræ. 13. Appende in primis Mariæ fidem ab origine, eiuſque potẽtiam cum procaci Evæ credulitate & ruina per eam in orbem illata comparari. Nã Evæ credulitas nimia, nimia profectò incredulitas fuit: nam quantum ſerpentis verbis temeraria addicta eſt, tantum præceps à divina fide deſcivit. Evæ autem inſana incredulitas tantum damni non potuit inferre, quod Mariæ cumularius fides nõ inſtauraret: itaque potentior fuit fidei cuſtos Maria, quàm fœdifraga Eva. Vndè fides Mariæ uxor Spiritus ſancti meritò eſt appellata, quæ veluti ſemine, generis humani reparatione tumuit. Nec obiter, quæſo, tranſeas pro Mariæ fide extollenda elegantem interpretationem, quã difficilis loci illius Cant.

Cant. 5. 4. 5. 4. excogitavit Richardus: *Dilectus meus miſit manum ſuam ſuper foramen auris, & venter meus intremuit ad tactum eius.* Dilectus, hoc eſt, Pater, miſit tanquam manum ſuam Filium, qui cùm verbum ſit, & verbi auditus auri ſit, eum per foramen auris immiſit, quo ingrediente geminus alvus Mariæ contremuit, & intellectualis, & corporalis: verbum enim in Mariam ſe immittens, ut illius carne amiciretur, ab officio ſuo nõ deſtitit, nec feneſtram deſſeruit, per quã conſuetum eſt, ut verbum ingrediatur. Vndè quemadmodum per auditum ingreditur verbum tãquam uteri intellectualis ſemen, & ipſo accepto uter concipit, & fidei fœcundatur prole, docente Apoſtolo ad Roman. 10. 17. *Fides ex auditu, auditus autem per verbum Chriſti.* Sic ingreſſum ſuum ſervans divinum Verbum, concepta iam nobiliſsima fide in Mariæ intellectuali alvo, ab aure ſe veluti in corporalem illius alvum iniecit: atque idcircò ad tactum auricularis foraminis contremuit eius puriſſimus venter. Ad Roma. 10. 17.

38 Cõfer nunc Mariã cũ Eva, & Evæ opificij ruinã cum extructione Mariani throni, & invenies per eoſdẽ gradus Mariã aſcẽdiſſe ad vitã, per quos ſe prima mulier deturbavit in mortem. Nihil enim tam in Mariana fabrica perſpicies elucere, quàm cum prima muliere ſimultatẽ & oppoſitionem. Quidquid enim in priſtina fœmina proſtratum fuit, & laceratum, in Maria ſurgente ad vitam erectum, & inſtauratũ licebit intueri. Quomodo enim primæ ruinæ iactura labeſque Mariæ tangeret conceptionem, in qua nitor ſplendebat primæ labi oppoſitus, in qua excidium primum reſtituebatur? Nã eæ virtutes tanquam ſex gradus Mariani throni fabricam inſtruebant, & ornabant, à quibus deciſcens prima mulier thronũ Dei in ſe paratum infregit, disiecitque.

SECTIO DECIMATERTIA.

Ex verbis illis: OZIAS AVTEM GENVIT IOATHAM, validum fulcimentum pro Mariæ ſplendida conceptione erigitur.

1 *TRes Reges de medio ſublati, quia Dei verbi præcones perſequebantur, mactabantque, ex Ruperto. Non enim in hac genealogia tã attenditur carnis, quàm divini Verbi via.*

2 *Cenſet Auguſt. hos à genealogia Chriſti deletos, quia hæredes fuerunt facti paternæ nequitiæ, ut innuatur, computari in ea Mariam ſimul & filium, qui de paterno flagitio nihil traxerunt.*

3 *Nil tam grave pio parẽti quàm ei præſentare labem ſuam vel tenuem in filium tranſmiſſam. Locus Geneſ. 17. 15. ex Hieronym.*

4 *Veritatem hanc firmat ſolutio nodi, qui conſurgit ex verbis Matth. 1. 12. collatis cum illis Ierem. 22. 24. ex eodem Hieronym.*

5 *Inducitur originalis Mariæ indemnitas ex Geneſ. 3. 17. Quare ob peccatum hominis terra fuit maledicta, non aqua, ex Oleaſtro.*

EX

1 EX textu ſe lucubratione cõſtat, medios fuiſſe inter Oziam & Ioatham tres Reges, nempè Ochoziam, Ioã, & Amaſiam: quos quidem à Chriſti genealogia, tanquam nullos illi afferentes nobilitatis titulos, Matthæus decrevit expungere. Si verò diſquiras quamobrem ſacer Hiſtoricus horum nomina oblitterârit, ſuppreſſeritque: primam rationem noſtro inſtituto haud ineptam tradit Rupertus ſentiens à generis Chriſti ſtirpe hos Reges avulſos, quia inter alios fœderati ſunt, ut bellum adverſus divinum Verbum cierent, & eius nomen, ſi valerent, eradicare ſunt conati: undè divini Verbi præcones inſequebantur ut mactarent, ipſiſque de medio ſublatis, divini Verbi nomen extingueretur. Inquit ergo Ru-
Rupertus. pertus: *Qualem enim locum habere deberẽt inter parentes carnis Domini, hi ſub quibus nec ſaltim loqui licuit Prophetis verbi Domini?* Et poſt pauca ſic claudit: *Atque idcircò iſti ſoli de memoria præſenti, de libro generationis Ieſu Chriſti repulſi ſunt, qui Verbum audire vel præcones Dei Verbi vivere paſſi non ſunt.* Conſtat ergo ex his quæ ſuperiùs fuſiùs agitavimus, in hac Chriſti genealogia non tam carnis vim & propaginem, quàm divini Verbi virtutem eſſe attendendam, neque naturæ iura, aut ordinem, ſed gratiæ ſeriem & præſcripta eſſe indaganda. Deſcendebat enim Verbum Divinum per huius genealogiæ Patriarchas, tãquam per myſticæ ſcalæ gradus quoſdam, ut ſibi adornaret domicilium, pararetque dignisſimam carnem, in quam ſe immitteret, præſervaretque ſedem ſuam regiã ab omni imminenti decidentique per naturæ conſueros meatus cõtagio. Quapropter in hos, qui divini Verbi, vel ipſa veſtigia delebant, tãquam generis ſui proavos degeneres detrectavit, & tanquam fini & intentioni divini conſilij ineptos, ſeu inutiliter ſervientes tumulavit, ne caput vel nomen in proſapiæ ſuæ catalogo efferrent, nullos enim titulos, in quibus divini Verbi virtutes emergeret, vel carnis ſuæ ſumendæ ſplendicaret ingenuitas, præferebant.

2 Aliam Auguſt. ingenium cauſam excogitavit, ob quam prædicti Reges Chriſti genealogiæ nomen non dederint, videlicèt, quia paterna iniquitas quaſi hæreditario iure in eis ſucceſsit, nam cum paterno ſanguine quilibet eorum ſcelus epotavit, gloriamque ſuam putabant, ſi paternæ impietatis protelum ipſi proveherent: inglorioſque ſe ducerent, ſi patrum flagitia in ipſis metarẽtur. Sic Auguſt. tom. 4. in quæſtionibus novi Teſtamenti, quæſt. 85. *Nihil Evangeliſtam quàm ſenſum legis ſecutum credibile videri debet. Idcòque non immeritò hi ab Evãgeliſta ſublati ſunt de numero cæterorum: ſic enim horum continuavit impietas, ut malignum eorum nullum intervallum haberet. A Ioram autem cœptum malignum ſic perambulavit uſque ad Oziam filium Amaſiæ, ut nullius lateris eſſet ſuffragium, quo experte merito patris aliquis horum remaneret in numero Regum. Nam Ioram malignè agens meritò Ioſaphat remiſſus in numero eſt, & Ozias meritò Ioatham reſervatus in numero eſt; illorum autem trium continuata malignitas in Deum eſt: Salomon quoque meritò Patris remiſſus in Regno eſt: & Roboam filius Salomonis malignè agens meritò Aſa relictus eſt in numero Regum. Illi autem tres in medio malorum concluſi ſunt malignè agentes, ideò eraſi ſunt. Peius enim à perditione generis exemplum eſt, quandò ſe iugiter malignitas pandit.* Auguſtin.

Nec ab hac deviat ſententia Rupertus aſſerens: *Tres de medio ſuccidit, videlicèt Ochoziam, Ioam, & Amaſiam. Quam ob cauſam? Nimirum propter impiiſſimam Athaliam matrem ſuam, cuius imitati ſunt homicidia occidendo Prophetas Domini ſicut illa, & mater eius Iezabel in Samaria.* Rupertus.

Itaque præfati Reges à Chriſti progenie reſiluerunt eliminati, quia quaſi hæreditario tramite patrum ſuſceperunt iniquitatem: in ipſoſque parentes ſimilis deambulavit, & inceſsit impietas. Sed obijcies forſan, quid intereſt, quod peccatum, ut Deus illud amplius habeat exoſum, hęreditario deſcendat, vel nõ? Et quis ambiget, in Chriſti genealogia ſceleſtiores Reges prodiiſſe, eorumque nomina exarata, ijs, quos ſacer avexit Hiſtoricus? Cur ergo impiores, & qui hos tres malitiâ ſuperarunt, in Chriſti progenie ſunt inſcripti, ij verò eò quòd patrum flagitijs ſucceſſerint, ab ipſa deleti & exterminati? Verè ad rem & ſcopum Evangeliſtæ plurimum cõducit inquirere: an hæreditaria iniquitas ſit, vel non. Nam in præſenti de originaria Mariæ nobilitate agitur: prævidítque divina Sapientia, Eccleſiam ſuam ab hac genealogia illam indagaturã; ingenuitas verò originalis Mariæ in eo ſtat, ut oſtendatur, evincaturque, quòd in ipſam Adami infectum & virulentum profluvium quemadmodum in reliquam illius ſobolem non inſtillaverit; ac proinde cùm Evangeliſta Spiritu ſancto ductus Chriſti recenſens progenitores, tres invenit, in quos quaſi hæreditario iniquitas eſt tranſmiſſa, illicò illos à ſacrę generationis reſte abſcidit. Quaſi innuat, dicatque: elicitè quàm Deo fuerit inviſum indecorumque carnem ſumere

à fœ-

à fœmina, quæ inquinatæ paternæ hęreditatis fuiſſet particeps, cùm hîc attendatis eos illum dedignatum progenitores, qui paterna ſe labe contaminaverunt: indignum ducens eos proavorum Dei nomine inſigniendos, in quibus parentis ſcelus emergebat.

3 Et quamvis veritatem hanc obſervat. 1. in num. 8. uberius illuſtravi, nonnulla in illius pleniorem elucidationem ſubmittam. Meherclè divina iuſtitia in pium parentem animadvertere ob levem noxam ſtatuens, ſeveriter erga illum ſe gerere rata eſt, ſi eius culpæ umbram vel nomen in filiũ transfuſum illius proponat obtutibus. Pernoſces nunc, quare filius Abrahæ Iſaac nomen, quod quidem riſus interpretatur, accepit. Recole Geneſ. cap. 17. 15. ubi ſic habetur: *Dixit quoque Deus ad Abraham, Sarai uxorem tuam non vocabis Sarai, ſed Saram. Et benedicam ei, & ex ea dabo tibi filium, cui benedicturus ſum, eritque in nationes, & Reges populorum orientur ex eo. Cecidit Abraham in faciem ſuam, & riſit, dicens in corde ſuo: Putas ne centenario naſcetur filius, & Sara nonagenaria pariet? Dixitque ad Deum. Vtinam Iſmael vivat coram te. Et ait Deus ad Abraham: Sara uxor tua pariet tibi filium, vocabiſque nomen eius Iſaac.* Gen. 17. 15. Nota, riſiſſe Abrahã à Deo promiſsionem filij accipientem, & ſtatim Deum nomen filij arbitrio non reliquiſſe parentis, ſed præcepiſſe ut Iſaac acerſeretur, quod eſt, riſus. Cur ergo cùm ridet pater, promiſſæ ſoboli ut riſus nomen indat, à Deo indicitur? Exiſtimo, ut patris puniat incredulitatem. Verè incredulitatis fuit ut Abraham ad filij non ſperatam pollicitationem rideret, arbitratus generativam iam virtutem in eo effætam & exſiccatam, proliſque gignendæ poteſtatem in deflorida illa ætate iura exceſsiſſe naturæ: id indicant verba illa: *Putas ne centenario naſcetur filius, & Sara nonagenaria pariet? Vtinam Iſmael vivat coram te.* Quaſi dixerit: Non parum erit beneficij, ſi Iſmael dies felicitate provehantur: ſatis erit, ſi tua eum benedictio proſperum efficiat; & fortunatum. Nam in viribus exhauſtis & languidis membris ardorem ad filium obtinẽdum inſidere, quis credet? Attendens ergo Deus Abrahæ fidem infirmitatam, credulitatiſque exilitatem per riſum oſtenſam, ut illius culpã taxet, mulctetque, peccati eius umbram & nomen in filium tranſfert, iubetque ut Iſaac, hoc eſt riſus, appelletur; ex parentis defectu filio nomen cogitat Deus & decernit, ut in filium Abrahamus culpæ ſuæ perſpiciens tranſiſſe umbram & nomen, undique reddatur ſolicitus, eiuſque animus novis exagitetur curis, quippè qui noſcebat quantum divinam provocet ultionem, divinoſque avertat oculos paternæ noxæ hæreditas in filium derivata. Accipe Hieronym. lib. 3. contra Pelagian. huius rei arcanum aperientem: *Cùm locutus eſſet Abrahæ Deus: Dabo tibi ex Sara filium, & benedicam ei, &c. Statim inferitur: Cecidit Abraham in faciem ſuam, riſitque, & dixit in mente ſua: ſi centenario naſcetur filius, & ſi Sara nonaginta annorum pariet? Dixitque Abraham ad Deum: Iſmael vivat in conſpectu tuo cui reſpondit Deus, etiam. Ecce Sara uxor tua pariet tibi filiũ, & vocabis nomen eius Iſaac. Quare non credidit, quod Deus repromiſit, ſed riſit in corde, putans ſe celare Deum, & apertè ridere non audens? Denique cauſam incredulitatis exponens dixit in corde ſuo. Quo poteſt fieri, ut centenarius de nonagenaria pariat filium? Vivat, inquit, Iſmael in conſpectu tuo, quem ſemel dediſti: Difficilia non quæro, contentus ſum beneficio, quod accepi. Quem occulta reprehenſione arguens Deus, ait: etiam; & eſt ſenſus, fiet, quod exiſtimas non futurum: Sara uxor tua pariet tibi filium: & antequam iſta concipiat, prius quam ille naſcatur, puero nomen imponã. Ex errore enim tuo, quo riſiſti tacitus, filius tuus Iſaac riſus nomen accepit.* Hieronym. Si libet, Chriſti genealogiæ exordium, mediumque cum illius fine confer: ut ab exordio medioque elicias, quid in fine divina Sapientia contenderit; in progeniei fronte reperies Iſaac in nomine parentis errorem proferentem in Abrahami ſupplicium: acris enim vindicta de iuſto cordatoque parente ſumitur, ſi vel erroris ſui nomen in filium traiectum eius iugiter menti obverſetur; in medio ſpectabis de generationis Chriſti trunco tres delibratos Reges, eò quòd impios parentum mores proterminaverint: ut cùm generationem divinam terminari in Chriſtum & Mariam intuearis; dignoſcas quantũ malitiæ paternę hæreditas ab utroque fuerit protelata: cum eam ita peroſam perteſamque habeat Deus, ut vel nomen & umbram paterni defectus ſuſcipere filium ſeveritatem cenſeat punitionis: & iniquitas parentum in filios efuſa cogat divinam pietatem, ut illis progenitorum ſuorum nomẽ inficietur. Sic agit divina Sapientia in Chriſti genealogia tędium pandens & moleſtiã, qua de hęreditate paternæ pravitatis in ſobolem deſcendentis afficitur, ut te doceat, Mariã, de cuius eſt carne indutus, & cuius caro, & illius, una caro, haudquaquam primi peccati hæreditate, quæ cunctos commaculat naſcentes, fuiſſe reſperſam.

4 Hæc profectò veritas ſplendidiore

iu-

ſubare accincta tibi erumpet, ſi huius genealogiæ verba illa: *Et poſt tranſmigrationem Babylonis Iechonias genuit Salathiel*, cum illis Ierem. 22. 24. examines: *Vivo ego dicit Dominus, quia ſi fuerit Iechonias filius Ioaxim Regis Iuda annulus in manu dextera mea, inde evellam eum. Et dabo te in manu quærentium animam tuam, &c.* & demum num. 29. *Terra, terra, terra audi ſermonem Domini: Hæc dicit Dominus: Scribe virum iſtum ſterilem, qui in diebus ſuis non proſperabitur; neque enim erit de ſemine eius vir, qui ſedeat ſuper ſolium David, & poteſtatem habeat ultrà in Iuda.* Verè & hic Ieremiæ locus è regione illius Matthæi: ille verò Matthæi è regione huius difficilis admodũ, & inſolubili penè implicatus nodo tibi apparebit. Nam indubitatum eſt apud omnes, hunc Iechoniam, adverſus quem dirum præconium intonat in præſenti Ieremias, non alium ab eo fuiſſe, de quo enuntiat Matthæus genuiſſe Salathielem. Si ergo liberos habuit, quomodo ſterilitatis commination epercellitur? Vlteriùs, ſi illius poſteritas uſque ad Chriſtũ Dominum pervenit, de qua ipſe natus eſt, quo pacto fulminatum de illius ſemine virũ non aſcenſurum ſuper ſolium David, neque habiturum ultrà poteſtatem in Iuda? Num de Chriſto Iechoniæ poſtero pronubus Archãgelus Mariæ non prædixit Luc. 1. 31. *Ecce concipies in utero, & paries Filium, & vocabis nomen eius Ieſum: hic erit magnus, & Filius Altiſſimi vocabitur, & dabit illi Dominus Deus ſedem David patris eius, & regnabit in domo Iacob in æternum, & regni eius non erit finis?* Quis, quæſo, hanc locorum impactionem facilè diſſolvet? Per eam ſanè divina Sapiẽtia mihi viſa eſt oſtẽdiſſe, quantum ſibi diſpliceat in filijs patris ſcelerum veſtigia tenentibus, eiſque inſiſtentibus. Non enim eos ſolùm deteſtatur, qui paternæ hæreditatis ſe gloriantur hæredes, ſed ut, quàm apud ipſam hi abominabiles exiſtant, demonſtret; etiam illos in quos parentum miſeriæ & calamitates fluunt, ob illorum iniquitates à Deo immiſſæ. Hic ergo Iechonias ultimus fuit Regum Iuda ob flagitia ſua captivitati addictus, regnoque ſpoliatus, qui calamitatem hanc inglorią, & turpem ſceptri infractionem, purpuræq; abruptionem tanquam miſeriæ & infelicitatis, ſeu ut melius dicam, improbitatis ſuæ primigenium reliquit poſteris, qui ex inde ſervitutis ſubiugati ingenuam glorioſamque regni libertatem ignorarunt parentis Iechoniæ perpetuo dedecore inuſti. Igitur divina Sapientia attendens Iechoniæ ſobolem paternę calamitatis laborioſæque ſervitutis funę colligatos raptoſque reptare; eam tanquam ſi nõ eſſet, evulgavit, & de Iechoniæ natis nullã aliam faciendam rationẽ quàm de ijs qui nunquam nati fuiſſent. Quapropter eum abſque liberis annuntiat, ſterilitatiſque damnat, & quaſi ex eo ſuffundatur rubore, quod ex illius ſit ſemine oriũda, veretur id fateri, inficiarique in illius ſe poſterorũ numerum intrare: & ideò iubet vaticinari: *Nec erit de ſemine eius vir, qui ſedeat ſuper ſoliũ David.* Vt ſubintelligatur, quòd vir, qui tantũ ſit homo de ſemine Iechoniæ non occupabit thronũ David; quia viro, qui homo ſimul ſit, & Deus, aſſervatus eſt. Egregiè Hieronym. in præfatũ Ierem. caput: *Et oritur quæſtio, quomodo ſtare poſſit prophetia de ſtirpe eius generatũ nullũ eſſe, qui ſederit ſuper thronũ David, nec Princeps fuerit ultrà in Iuda. Cũ Dominus atq; Salvator de huius natus ſit ſemine; ſuper cuius ortu loquitur Gabriel ad Mariã: Ecce concipies in utero, & paries Filium, & vocabis nomẽ eius Ieſum, ipſe enim erit magnus, & Filius Altiſſimi vocabitur. Et dabit ei Dominus Deus ſedẽ David patris ſui, & regnabit in domo Iacob in æternum, & regni eius non erit finis. Reſpõdeamus igitur, quòd in diebus Iechoniæ, nõ ſucceſſerit ei vir, qui ſederit ſuper thronũ eius, ſed multo pòſt tẽporis, de ſemine eius natus ſit, qui ſoliũ eius obtinuerit.* Et quaſi ſolutio hæc plenè Doctoris mentẽ difficultate commotã non ſedaverit, aliã adiungit, quæ aptior ad noſtrũ inſtitutũ eſt: *Poteſt autẽ & ſic ſolvi. Non ſedebit ſuper thronum David vir & homo, ſed ſedebit Deus, regnũque eius non erit terrenũ & breve, ut fuit David, ſed perpetuũ atque cœleſte, dicente Scriptura: Regnabit ſuper domũ Iacob in æternũ, & regni eius non erit finis.* Quaſi verecũdetur Deus, pudeaque illum in eorum filiorũ numero referri, in quos parentis inſtillavit ærumna, ingeniumque & modum loquendi quærit, quo ſe eiuſmodi poſteritati ſubducat. Sic ergo erubuit Deus illius ſe in generis ſui reſte filium profiteri, cuius captivitas, & regni denudatio in poſteritatem impluit; quo, quaſo, pacto nõ pudore ſuffunderetur ex matre naſci, quæ parentis captivitate fuerit mancipata.

Ierem. 22. 24.

Ierem. 22. 29.

Luc. 1. 31.

Hieronym.

5 Et quàm fuerit inhonorũ, & à divino alienum conſilio, ut in Mariam, quæ divinum erat puerperium, & mundi redemptionem effuſura, primi parentis criminis ſtillicidiũ deſcenderet, ſuadent verba illa Geneſis, quibus Deus terræ maledictionem impegit ob patratũ facinus, cap. 3. 17. *Quia audiſti vocẽ uxoris tuæ, & comediſti de ligno, ex quo præceperã tibi ne comederes, maledicta terra in opere tuo.* Cur, quæſo, divina maledictio, quã hominem plectit Deus, in terrã potius

gen. 3. 17.

tius, quã in aquã fertur? Quare hominẽ non execratione aquarũ, ſed terræ dũtaxat punit, nec vult aliqua via aquas hominis participaſſe peccatũ? Præſto eſt Alcuinus quæſt. 10. in Gen. qui reſpondeat: *Quare Creator in Adæ maledicto, terræ maledixit, non aquis? Quia prædeſtinavit Deus abluere peccatum in aquis, quod de fructu terræ cõtraxit homo.* Non enim conſentaneum divinæ Providentiæ ordini duxit numẽ, quòd aquæ in inſtrumentũ aſſumendæ, quibus maledictio prima expiaretur, maledictionem à ſua origine traherent: quapropter aquam illam primò creatam, à qua emanaturæ erãt præpoſteræ aquæ in ablutionem primi maledicti prædeſtinatæ, noluit Deus maledictione inficere, ne ei communicarent aquæ maledictionis purgationem & illuſtrationem parituræ. Si curam egit Deus aquæ, quæ futurum erat, vt tinctioni, quâ extingueretur primum maledictum, deſerviret: ſolicituſque fuit, ne hæreditario tramite prima in illum maledictio debaccharetur, credendum erit, pluris aquam Deum feciſſe quàm Mariam, ſolicitiorique curæ de illius, quàm de huius nobilitate pulſatum, cùm Mariam decreviſſet aſſumere, ſi non ut ſociam, ſaltim ut inſtrumentum humanæ regenerationis, & primævæ ignominiæ abolitionis? Præſervavit à primi maledicti hæreditate aquam humanam expiationem effecturam; & deſereret matrem humanam genituram reparationem, & ſacram enixuram œconomiam?

Alcuinus.

SECTIO DECIMAQVARTA.

Verba illa: IOSIAS AVTEM GENVIT IECHONIAM, ET FRATRES EIVS IN TRANSMIGRATIONE BABYLONIS, Mariam ab omni Adæ peccati debito immunem valido fundamento evincunt.

1 *Ioſias dicitur tranſmigraſſe, quia ſub captivitatis comminatione fuit. Servus enim verè appellatur, qui ſub debito ſervitutis eſt, quamvis ſub illa non fuerit, ex Gloſſa, & Lyra.*

2 *Studuit Deus ut hoc loquendi more in Chriſti genealogia uteretur, ut Mariam indicet non ſolùm ab Adami peccato præſervatam, ſed neque in illo peccaſſe: quia ſi ſub debito ſervitutis primi peccati incidiſſet, verè peccati diceretur ancilla.*

3 *Ob hãc cauſam voluit Deus Deiparã ſuã inſcribi in hac genealogia nomine Mariæ, quæ interpretatur Domina; & ſimul ſeipſum nomine Regis, ut quomodo tenet ipſe dominium, ſic Domina Maria exiſtimetur.*

4 *Originale Chriſti dominium arguit Athanaſius, ex eo quòd mortem, morte affecit: quia nemo eam valeret exarmare, qui ſub illius minis & debito eſſet. Quamobrẽ Deus præcipiens Abrahæ interitum filij, noluit in illo perfici, ſed in ariete, qui Chriſtum figurabat, ex Nazian. eadem quæ paſſa eſt mors à Chriſto, pertulit à Maria ex Niſſeno.*

5 *Damni ingruentia cenſetur damni paſſio. Locus Geneſ. 15. 13. ex Alcuino.*

6 *Adſtruitur idem ex loco Luc. 8. 27. per Baſilium Seleucienſ.*

1 LItteræ corticẽ deglubẽtes diſcuſſimus quæſtionẽ, quæ ab Interpretibus cõmuniter circumducitur, nempè cur Ioſias in trãſmigratione dicitur genuiſſe filios, cũ tranſmigraverit nunquam? Quem captivitas à paternis laribus avitoque regno nunquã abdicavit, aut diſpeſcuit, quo modo ſub captivitate filios inducitur procreaſſe? Verũ ſanè fuit, Ioſiã à Babylonio Principe nunquã captũ, nec à proprio regno exterminatũ, & in alienã traductũ poteſtatẽ: ſed tamẽ ipſo regnãte, & clavũ tenente imminuit captivitas: iuſſit enim Deus Prophetæ, ut illã vaticinaretur, à qua quãvis divina pietas Ioſiam poſteà abſolvit ob illius præclara merita, vult tamen ut captivi & tranſmigrati nomen Hiſtoricus ab illo non penitùs auferat eum ſub tranſmigratione deſcribẽs cùm ait: *Ioſias autem genuit Iechoniam, & fra-*

fratres eius in tranſmigratione Babylonis, Quò in hac Chriſti genealogia eluceat, ut nomen quis captivi & ſervi non ſuſtineat; abſtineatque ab illo, non requiri dumtaxat quòd re ipſa tranſmigrationem & ſervitutem non fuerit perpeſſus: nec ſervitutis aut nominari expers, qui poſt captivitatis editionem & indictionem ab illa fuerit, quemadmodum Ioſias, divinâ pietate præſervatus, ſed eſſe neceſſum ut ſub ſervitutis comminatione & illius debito non fuerit comprehenſus, nam cui impendet captivitas, & ſub illius debito iacet, quâvis poſteà ab illa per divinum favorẽ præripiatur, verè propriéque ſervi & captivi illi remanet nomẽ. Sic infertur Ioſias in præſenti in tranſmigratione genuiſſe liberos, quia licèt a fulminata iam tranſmigratione divina eũ bonitas reſervavit, ſub minis & debito ſervitutis fuit. Optimè Gloſſa, & Lyra. Prior aſſeruit: *Ioſias vir iuſtus, quod non filij eius, quos genuit non in tranſmigratione, quia nunquam tranſmigravit, ſed ſecundũ prædeſtinationem Dei ad tranſmigrandũ.* Generatio filiorum Ioſiæ dicitur ſub captivitate effecta, quamvis ſub illa nõ fuerit, quia ſub debito fuit captivitatis, nam malum, quod ingruit, quaſi immiſſum cenſetur, ab eoque nomen imponitur. Alter verò: *Ioſias genuit Iechoniam & fratres eius in tranſmigratione Babylonis, non quia adhuc eſſet tranſmigratio, quando geniti ſunt, ſed quia imminebat.*

Gloſſa.

Lyra.

2 Iam ex his patebit ratio, ob quã ſtuduerit Deus, quòd in Chriſti genealogia abſolutè captivus & ſervus appelletur, qui ſub ingruentia & comminatione captivitatis fuit, quamvis ab illa tandẽ præſervatus eaſque generationes captivitatis & tranſmigrationis notâ & nomine inurat, quæ licèt ſub ſervitute non fuerunt peractæ, tamẽ ſub illius fuerint debito, & imminentia coactæ. Evangelium ſanè hoc, in quo Chriſti genealogia recenſetur, vult Deus, æſtimari haberique tanquam inſtrumentum publicum firmatum & ſignatum puriſsimæ Mariæ originis, eiuſque intemeratæ nobilitatis: ſtatuit, quòd ex eo evincatur, quòd Maria ſemper Domina fuerit, regiaque libertate ſemper fuerit ornata; atque ideò illius generationem nunquam ſub Adami captivitate cõcluſam. Quocirca ſanxit Spiritus ſanctus, ut in hoc Evangelio non ſolũ puterur habeaturque captivus & ſervus, qui verè ſervituti ſubiacuit, ſed ille etiam, qui ſub impendẽtia & debito captivitatis fuit, quantumvis ab illa præſervetur, in eamque de facto non incurrat. Nec vult ſolũmodo ſervilẽ núcupari generationẽ, quę in ipſa verè ſervitute fuit concreta, ſed eã pariter, quę ſub cõminatione ſervitutis coalita eſt, licèt per divinã præſervationẽ in ſervitutẽ non impegerit. Vt ex his innoteſcat, quòd ſi Mariæ conceptio cẽſenda eſt, & appellanda ingenua, nobilis, regiaque libertate gaudens, ab ea non ſolùm removenda eſt, procul que arcenda originalis macula, ſed etiam illius debitũ & imminentia, quia ſi ſub hac conſideretur, ancillæ & captivæ, à dæmoneque ſubactæ nomẽ abſolutè nõ effugit. Spiritus ſanctus in hac genealogia quaſi idem reputat captivitatẽ ingruentiãque captivitatis, & debitũ; eſſe aliquem ſervũ, & ſub periculo & comminatione ſervitutis eſſe. Vt inde ſplendeat, quòd ſi Maria vocatur iure optimo Regina & Domina, non ideò ſolum eſſe, quia in ſua generatione infamiam ipſam captivitatis abegit, ſed quia ab ea ipſa ſervitutis imminentia & debitum avectum eſt.

3 Perdiſces ex his arcanum, quo curaverit Deus, ſanctiſsimam parentem in hac genealogia cum nomine emergere Mariæ, quod Domina interpretatur (licèt enim fuſiùs ſect. 16. de hac nominis Mariani agemus interpretatione, tranſcurſim aliquid ex illo libare in præſẽti operæpretiũ eſt) & nota ſimul Chriſtũ & Mariã in hoc eorũ nobilitatis inſtrumento dominiũ & imperiũ in nominibus præferre: nã Marię nomẽ puriſſimã Dei genitricẽ ſicut Dominã & Imperatricẽ pandit, ſic nomen Ieſu Chriſti ſupremũ Chriſti principatũ & imperiũ evolvit. Vt inde arguas, quòd ſi regni nomen Chriſtum evulgat, non ſolùm à ſervitute liberũ, ſed ab ipſo debito ſervitutis, & eius imminentia, ſic Mariæ nomen Deiparam non ſolũ à captivitate edicit expeditam, ſed ab ipſo debito, & ingruentia captivitatis.

4 Athanaſius contendit in eo præcipuè ſplenduiſſe Chriſti originale dominiũ, quia *mortem morte affecit*. Pro cuius intellectũ ſciendũ eſt, mortem eum hominẽ adoriri, quantumvis ſanctitate præditũ, nec infirmari, nec languidã & imbecillẽ effici, ſed potius validã, auctorique virtute pollentem: quia cùm quilibet iuſtus originale cõtraxerit peccatũ, mortis debitum & portio eſt, mors enim per peccatũ regnavit. Ac proinde cũ in illũ mors ingreditur, nõ alienã uſurpat, ſed ſuã occupat ditionẽ. Quoties ergo vitâ homines ſpoliabat, dominiũ ſuũ & imperiũ repetitâ poſſeſsione firmabat; & falcis ſuæ nõ hebetabatur, aut obtũdebatur acies, quinimo limabatur, & exacuebatur. Oportebat ergo ut mortis enervarẽtur vires, rederetur que inermis & emarcida, quod in nõ debitam ſibi ditionem invaderet, cũ homine que cõfligeret, qui illius nõ eſſet debito obſtrictus; ibi enim illius infringẽda, & ipſa penitus collidẽda eſt. Igitur quò huiuſmodi

Athanaſ.

de morte victoria obtineretur, divinũ egit cõſilium, ut Dei Filius homo fieret, qui totius peccati Adami penitus expers mortis quoque debito ſolutus erat, neque aliquo modò illo manebat obligatus. Hunc ergo cùm mors fuit adorta, irruit in aliena, provinciam petijt non ſuam, ſicque mortẽ ſuam invenit; nam falce convulſa & confracta ipſa miſerè contrita eſt. Hinc myſterium perdiſces, quo præcipiens Deus Abrahæ filij immolationem brachium enſe armatum iã in Iſaac collum irruens revocavit, ſeu ſuſpẽdit, & illud in arietem cornua vepribus implexa habentem iuſsit invertere. Verè quidem abſque urgenti ratione non fuit, ut omnibus ad holocauſtum diſpoſitis, & lethali perſtrepente apparatu, Iſaaci interitum avocarit Deus, ſtudueritque ut mors arietẽ peteret, qui Filij Dei figuram præmittebat. Porrò cognovit Deus, quòd ſi mors in Iſaacum caderet, qui ex eo quòd originali labe fuit corruptus, morti debebatur, mollẽ cultram inveniſſet, non iuguli ſui trux theatrum, nec indè disiectam evaſuram, ſed alacriorem & audaciorem: ideò illã ab Iſaaco removit, & ut in arietem Chriſti figuram tanquam in durum lapidem, cui illiſa maneret, impingeret: ut ſic propriũ eſſe amitteret, quæ quod ſuum non erat, & in quo nil ſibi debitum agnoſcebat, deprædari conabatur. Nec enim ſi moreretur Iſaac, mors, quæ ſuum in eum ius obtinebat, invalidaretur, ſed vigeret: attenuata tamẽ eſt, & in nihilum redacta, cùm Chriſtum aggreſſa eſt, qui ſicut in Adamo non peccavit, illi debitus non fuit. Favet his Nazianzenus orat. 42. cũ ait: *Deinde, quæ ratio afferri poteſt, ut unigeniti ſanguine pater oblectetur, qui neque Iſaac quidem à patre oblatum acceperit, ſed ariete in rationabilis victimæ locum ſubſtituto, ſacrificiũ permutarit? Perſpicuum utique eſt, patrem quidem accepiſſe, non tamen quod petierit, aut eo opus habuerit, verùm propter cõſilium & adminiſtrationem, & quia per humanitatem à Deo aſſumptam, homini ſanctitatem afferri oportebat, ut, tyranno per vim ſuperato, nos liberaret, ad ſeque per interiectum filium reduceret.* Nazianze. Nizetas. Senſum verborũ Theologi ſtrenuè percalluit interpres eius Nizetas: *Conſtitutum enim* (inquit) *fuerat, ut pro nobis Chriſtus moreretur, ut per carnis aſſumptæ ſanguinem* (*hoc enim humanitatem vocat*) *generis humani natura ſanctitatem conſequeretur, atque ut Pater nos redimeret tyranno per vim ſuperato. Vis autem propriè quidem potentiæ exuberantiam ſignificat: hic tamẽ iuris præcellentiam. Pater enim diabolum condemnavit, ut qui Filio ſuo inuſtè mortẽ procuraſſet. Mors autem peccati pœna eſt. Chriſtus autẽ numquã peccavit. Ac proinde, ita cõdemnato tyranno pater nos liberavit, atque ad eũ per filiũ ſubiecti ſumus.* Ad hæc cõſequenter dixit Apoſtolus, quòd protinus ac mors Chriſtũ invaſit, *abſorpta eſt mors in victoria*, 1. ad Corint. 15. 54. Iſai. verò, à quo hunc locum tranſcripſit Paulus iuxta verſionẽ LXX. teſte Hieron. ait: *Præcipitavit mortẽ in ſempiternũ.* Ratio autẽ, quare mors dicitur abſorpta, & in æternum contrita, & præcipitata, verè fuit, quia in rẽ non ſuã irrupit, & quòd nullo debiti titulo ei obſtrictũ erat, conata eſt uſurpare: ideò ita mors dicitur deperijſſe, ut nullũ eius veſtigiũ remanſiſſe videatur: id nãque ſignificat verbũ, Abſorbeo. Perbellè Athanaſ. de Paſſion. & cruce Domini: *Ea res igitur diabolo non ex ſententia ſucceſsit, cũ morte ea, quã metuebat, mortuus eſt Dominus, ac ipſe ſpoliatus ſit, qui dũ ſperat, ſe poſſe Chriſtũ morte ſuperare, ipſe potius mortuus eſſe deprehẽditur,* & poſt pauca. *Planè cæca res eſt malitia, quæ cùm crederet, ſe unum poſſe occidere, omnibus ſimul ſpoliata eſt: & dum ſperaret, ſe unum ab inferis deportare, ab inferis expulſa eſt, ac proinde omnibus rebus deprehenſum eſt, Dominum non imbecillitate naturæ mortuũ eſſe, ſed quod mortẽ ad cædẽ necemque perſecutus ſit, ut ea abolita, omnes liberaret, quotquot nexu mortis per omnẽ vitã obnoxij erãt ſervituti:* & ſtatim: *Ipſe autẽ reſurrexit, ac deſcendit, ac pro ludibrio habuit illius audaciã, ut hymnis præcantatũ fuit, loquẽte ſpiritu: Qui habitat in cœlis, irridebit eos, & Dominus ſubſannabit eos: ludibrio certè planè habetur ita illuſus, rebuſque illi præter animi ſententiã cadentibus, inſtar miſeri animalculi veſpæ invadentis petram, nec ſuo odoratu quidquam lædentis, cùm potius aculeũ ſuum elidat: Ita quoque diabolus fruſtratus eſt, confligens cum vita, hoc eſt, cũ Chriſto. Non enim eum morte ſuperare potuit, ſed potius aculeum ſuum omiſit, ut quos antè terrebat ille ſtimulus, nunc ab illis convicio inceſſatur; cũ dicit: Vbi mors tuus ſtimulus? Vbi inferne tua victoria? Ac rurſum in deglutinatione mors fuit poſtquam invaluerat.* Athanaſius. Hæc ideò à nobis dicta ſunt, ut cùm cognoſcas, mortem impreſsionem in Chriſto facientem interijſſe penitus, quia eum petijt, qui nullo ei debito tenebatur, cùm peccati debitum nullum contraxiſſet; ſimiliter inferas, mortem in Maria nullum agnoviſſe peccati debitum, reperiſſeque illam in Adamo non peccaſſe: ex eo quòd in eam tanquam in rem non ſibi debitam invehens interitum ſuum & abſorptionem, ſicut in Chriſtum irruens experta ſit. Quod eleganter docuit Niſſenus lib. de virgi-

1. Cor. 15. 54.

Niſſenus. ginit. cap. 13. *Ab Adam uſque ad Mariæ Dei Matris tempus mors regnum obtinuit, ac ſola virginitate effecit, ut cùm tanquam ad lapidem aliquem virginitatis mors offenderit, in ea contrita ſit.* Mortis imperium proterminatum eſt dumtaxat ab Adami peccato uſque ad Mariam, in qua nullũ fuit Adami peccati debitum; & ideò colliſa eſt, & diſiecta, quia adortum ſuum in eam adornavit, in qua nihil ipſi debitũ poterat inveniri.

5 Quòd verò quæ imminent, quævè timentur mala, eundem dolorem ac ſenſuum inferant torturam, quàm ſi actu animũ invaderent, infligerent, nihilque ſit aliud ipſa damni impendentia, quàm damni, quod ingruit, paſsio: & inter percuſsionem vulnuſque, & ſub ictu eſſe nullum vix ſentiatur diſcrimen latè probavi, Obſervat. 3. num. 11. Nunc autem unum vel alterum teſtimoniũ accipito: Celebris eſt difficultas, quam expoſitivi Patres agitant, & quam nos loco ſuprà indicato diſcuſsimus, ad cap. Geneſ. 15.

Gen. 15. 13 13. *Scito præno ſcens, quòd peregrinum futurum ſit ſemen tuum in terra non ſua, & ſubjicient eos ſervituti, & affligent quadringentis annis.* Sic locutus eſt Dominus ad Abraham ſomno detentum, & nimio pavore offuſum poſt oblatum ſacrificium ei indictum à Deo. Ibique de dura captivitate ſermo eſt, quam ſubierunt poſteà Abrahæ poſteri ſub Ægyptia tyrannide; ſed ſi de ea vaticinium edicitur, quo pacto enuntiatur, quadringentos annos Iſraeliticum populum comprimendum, & conflictandum? Certum enim eſt, captivitatem & exilium

Auguſtin. illud ducentis, & decem annis ſolummodo perduraſſe. Docet Auguſt. lib. 16. de civitat. Dei, cap. 24. ab ortu Iſaac, qui centenario parenti natus eſt uſque ad exitum libertatemque à ſervitute Ægyptiaca annos quadragintaquinque pervolaſſe. Quocirca ab annis, quibus rationis lumen occæpit ſplẽdeſcere in Iſaaco, qui ſemen fuit Abrahæ, quadringenti anni poſſunt uſq; ad diſceſſum ab Ægypto recẽſeri. Sed quorſum quadringentorum annorũ numerus captivitati adſcribitur, & eo toto tempore ſemen Abrahæ oppreſſum ſub hoſtium poteſtate inducitur? Profectò, quia captivitatis Ægyptiacæ notitia ſemen Abrahæ centum & nonaginta annos ante illius executionem invaſerat. Conſentaneum eſt, quidem rationi, ut credamus, Iſaacum annos attingentem rationis, vaticinium de ea habitum accepiſſe à parente, & per eum ad poſteros permeaſſe. Vndè ab eo tempore ſervitutis annos voluit Deus cõputari, quo illius portentũ ad Abrahæ ſemen pervenerat. Nã ut Deus demonſtret, non inferiorẽ eſſe, nec levius diſcruciare damni cõminationem, damnique debitũ ex eo ſecutũ damno ipſo realiter illato: nullũ ſtatuit diſcrimen inter captivitatis tẽpus, & tẽpus cõminationis, ſed utrumque pariter tẽpus captivitatis & ſubiectionis appellavit: quaſi pro eodẽ habeatur ſub damno eſſe, & ſub illius debito & imminẽtia eſſe. Sic Alcuinus quæſt. 168. *Quid eſt,* Alcuinus. *quod dictũ eſt ad Abrahã: Scito præno ſcens quòd peregrinũ futurũ eſt ſemen tuũ in terra nõ ſua, & ſubjiciẽt eos ſervituti, affligẽtque quadringẽtis annis? Vndè iſti quadringẽti anni cõputati ſunt anni ſervitutis? Non ſic accipiendũ eſt, tanquã in illa duriſſima ſervitute quadringẽtos annos Dei populus fuerit: ſed quia ſcriptũ eſt, in Iſaac vocabitur tibi ſemẽ, ex anno nativitatis Iſaac uſque ad annos egreſsionis ex Ægypto computantur anni quadringentiquinque.*

6 Egregiũ teſtimoniũ pro hac diſciplina firmandavalebis decerpere ex c. Luc. 8. 27. ubi de dæmoniaco, qui deſcendenti Chriſto de navi obviavit, dicitur: *Et cũ egreſſus eſſet* Luc. 8. 27. *ad terrã, occurrit illi vir quidã, qui habebat dæmoniũ, iã tẽporibus multis, & veſtimẽto nõ induebatur, nec in domo manebat, ſed in monumento.* Verè hoc mirũ eſt, quod humana domicilia, vitæq; incolatus, & urbes hominũ conſuetudini humanoque vitæ ſolatio extructus miſer ille fugeret, confugeretque ad cadaverũ ſepulchra, mortuorum q; ſarcophagos. Quid cauſæ eſt, ut humanæ vitæ cõſortia & tegumẽta horreat, & inſtar cadaveris monumẽta adeat, & perquirat tanquã ſibi magis idoneã habitationẽ? Sanè dæmon, qui hunc agebat energumenũ, quamvis inſipiens, in hoc haudquaquã diſsipiebat. Nã calamitoſo homini diris eum cruciatibus torquens & diſcerpens inſtantem afferebat mortẽ, illiuſque ſtimulo frequenter illũ urgebat, quaſi cogeret, ut protinus debitũ perſolveret, & ſe illius cibũ meminiſſet: ſic enim textus ait: *Multis enim temporibus arripiebat illũ, & vinciebatur catenis, & cõpedibus cuſtoditus, & ruptis vinculis agebatur à dæmonio.* Vt verò doceat, hominem, cui mors ingruit, & ob cuius oculos illius debitũ tanquã ſtatim repetendũ & impendendũ obverſatur, nihilque cũ vivis iam habere commune, neque ab eis, qui defuncti ſunt, differre, à vitæ ædibus extrahit, & in cadaverũ domicilia transfert. Quaſi dixerit: ſic melius aptiuſque aget iſte cũ cadaveribus, quã cũ vivis, ipſe veluti à vita excedens, & inſtar ſe cadaveris gerens, quẽ mors urget, & ſub illius debito illicò perſolvendo ſe iugiter intuetur. Adeſt tibi Baſilius de Seleucia orat. 23. *Ærumna altera, altera gravior. Nã cùm ipſe dæmonũ eſſet domicilũ,* Baſilius de Seleucia. *pro domicilio habebat monumẽta, ut & habi*

tãs, & una habitat⁹ mortuos inter habitare cogeretur. Imò verò graviorem morte vitam ſuſtentare velut iudicio dato iubebatur. Nam quos invaſerit mors, ſenſu doloris privat, & abijs, quæ dolorem creant, ſepulchrum mortuos liberat: ille quidem cætera mortuus, ſolũ vivebat, quod ægrimoniæ ſenſu torqueretur, eoque ſine intermiſſione. Non degat in viventium domibus tãquam animatus, ſed quaſi vitâ functus iaceat in ſepulchris, cui mors pro repetendo vitæ debito inſtat; moleſtius ægriuſque cenſet, illum premi, Baſilius, qui ſub prælo mortis, vel ſub conſideratione debiti illius torquetur, quã qui iã exceſſerit vitã. Credito Mariã à Deo ſub impendentia & debito primi peccati non relictã; ſi credis ab eo liberatam & præſervatam, & de facto in illud non incurriſſe. Nam in divina æſtimatione, non minus captivus vocatur, qui captivitatis comminationi & illius debito, quàm qui illius re ipſa ſubeſt perpeſsioni.

SECTIO DECIMAQVINTA.

Defectu illius coniunctionis AVTEM, genealogiam percurrentis, cùm ad Mariam pervenitur, eius conceptionis ingenua immunitas roborata conſurgit.

1 *EVincitur intemerata conceptio Mariæ ex ſolutione coniunctionis,* AVTEM, *quod ſanè innuit eius generationem utpotè alterius ordinis & conditionis cum præcedentibus non colligari, ex Patre Alfonſo Salmeron.*

2 *Probac veritate illuſtranda adducitur locus Tertul. vim exprimens huius coniunctionis,* AVTEM.

1 QVi coniunctionem illã, AVTEM, viderit per hanc genealogiam pervagantem, & ab Abrahamo per Chriſti proavos deſcendentem tanquam omnium nexũ & vinculum, quo colligantur & connectũtur, fortè mirabitur, infractam ſolutamque fuiſſe in Maria. Sic enim textus ait n. 16. *Iacob autẽ genuit Ioſeph virũ Mariæ, de qua natus eſt Ieſus, qui vocatur Chriſtus.* En deficit coniunctio in Maria & Chriſto, neque eos cũ reliquis progenitoribus fibulat, ſed ſeiungit. Quid enim hoc? Verè non abſq; abdito ſacramento ſic genealogiæ textura implexa eſt: ut omnes præter Mariã & Chriſtum in uno quaſi vinculo concludantur, & coarctẽtur, quaſi in eadẽ via vitã ingrediendi coniuncti, in eodemq; modo naturã participãdi pariter copulati, eadẽ ad vitã porta omnibus patuit: communis fuit ingreſſus, & eorum conceptio contaminata, & Adæ contagio æqualiter corrupta; ab eis enim operæpretiũ fuit, ut Maria & Chriſtus diſiungerentur, qui diverſo ab eis aditu ad vitam potiti ſunt: non enim horũ generatio, quemadmodũ illorũ emerſit infecta, & primi hominis eluvione ſubmerſa, ſed gratiâ ornata, ſanctitate cõpacta, Spirituſque ſancti chariſmate ſeptiformi concreta. Neceſſum ergo fuit, ne eorũ generatio eadem cum præcedentiũ conceptionibus haberetur, ut cõiunctionis nodus, qui Chriſti proavos complicando deſcẽdebat, ſtaret: neque ulterius ſerperet; & dilutâ coniunctione, Maria & Chriſtus, quorũ conceptionẽ non tenuit primi parẽtis ſervitus, ſed originalis nobilitavit ingenuitas, in mediũ prodirent. Optimè Pater Alfonſus Salmeron, tom. 3. tract. 28. illud diſquirens, cur Chriſti genealogia non ſic fuerit contexta, ut in ea Mariæ patres Chriſtique avi recenſi exararentur: ſiquidẽ moris eſt in ſacra Pagina, etiã inferiorum hominum parentes explicare; neque id immerebantur Ioachim & Anna, qui ſummâ erant ſanctitate prædíti, & multiplici Spiritus ſancti munere referti, quippè qui ab eo in puriſsimæ Deiparæ parentes fuerãt præordinati, & præornati. Nam id conſultò à Deo fuiſſe diſpoſitũ, & ſtudioſè factum, ut eorũ nomina penitus ſupprimerentur, vocaſſe nemo videtur in dubium: & demũ rationem ſubiungens, ob quam Mariæ parentũ nomina nõ fuerint ſcripta, inquit: *Dicendũ eſt tamen ad honorẽ B. Virginis minimè pertinuiſſe id: nã ſi hoc aliquo modo ad gloriam eius ſpectaſſet, procul dubio factũ fuiſſet. Imò quòd taciti fuerint eius Parentes, ad maiorem eiuſdẽ Virginis honorẽ & decus ſpectat, ſi quis rectus ſit ſacrarum litterarum cenſor & interpres. Verùm quiſnam eſt bonor iſte? Audi: Qui aſſerunt, Virginem Mariam ſub originali peccato conceptam, eo maximè nituntur argumento, quòd ex viri*

Matth. 1. 16

P. Salmer.

viri ſemine, ut cæteri omnes proceſsit: qui verò ſentiunt, ab illo delicto præſervatam, illud maximè argumentum urgent, quòd fuerit Mater Salvatoris & Dei, ut eminentiori genere ſanctificationis (ſcilicèt præſervatione à peccato) gaudere promereretur. Vt ergo Spiritus ſanctus indicaret illam alienam ab hoc crimine, eius parentes ſubticuit, innuens eam non fuiſſe à Deo reſpectam, vel à nobis reſpiciendam tanquam filiam Adæ ſub peccato eius comprehenſam, ſed ut Matrem Ieſu Chriſti clamoſo quodam ſilentio perſonans. Noli prudens ſcripturarum ſcrutator & lector, Patrem vel Matrem Virginis quærere, ne fortè unicam quam ego immaculatam aſſerui, tu tamen, ſicut te ipſum, datam peccato putes. Conſidera partum & fructum eius, id eſt Ieſum, propter quem illã ab omni prorſus peccati macula immunem agnoſcet. Sic enim Melchiſedech Hebræ. 7. ſine patre & matre, & ſine genealogia introducitur (& ſi parentes habuerit, quos tamen ſcriptura ſuppreſsit) ut Chriſtũ, qui ſine genealogia eſt, ſecundùm communem ordinem ſignificaret. Ob id ergo taciti Mariæ parẽtes, ne perpetuæ gratiæ puritatis eius derogaretur. Et aptius ad ſcopum noſtrum immediatè ſubiungit: *Atque ob eam cauſam frangitur eius genealogia in Ioſeph; & Maria cum Ieſu ſeorſim ponitur, quod alij ut peccatores in delicto Adæ geniti, ut redimendi à Chriſto ponuntur: Maria verò cum Redemptore agregatur, tanquam ea quæ ſingulari Chriſti gratia, & munere in redemptione mundi comes eſſe debebat, & adminiſtra.* Apage, ut exiſtimes, doctiſsimum virum Mariã à redemptione exemiſſe. Nam licèt communẽ redemptionis modum non fuerit ingreſſa, quo poſteri Adæ eius crimini obnoxij à poteſtate ſunt mundialis principis eruti: præſtantiori tamen & excellentiori redemptionis ordine gaviſa fuit, & quamvis ſocia fuerit redemptionis à Filio aſſumpta, verè fuit ipſa redempta. Verumenimverò ut perdiſcas Chriſtũ & Mariam per coniunctionis abiunctionem, ſeu abruptionẽ ab illis generationibus diſgregatos, quas vinculum illud, AVTEM, nectabat, illicò Hiſtoricus ſacer, num. 18. ſubiecit: *Chriſti autem generatio ſic erat.* Hoc eſt, non præcedentibus ſimilis, ſed altiori gratia inuſitataque via coacta. Subdit ergo illicò Salmeronius: *Hinc ſtatim dixit: Generatio autem Chriſti ſic erat: quaſi dicat: connubium hoc ſanctum & immaculatũ eſt, & ſolùm ſine opera viri fœcundum: tanquã ad hanc generationem nihil attineant ſuperiores perſonæ, ut verè patres dicerentur ſecundùm vim generationis activam, ſed ſolùm ſecundùm carnem propter Mariã eorũ filiam. Atque ob eãdem rationem Lucas, quia aſcendit ad Adam, non meminit B. Virginis, ne Filia eius à nobis exiſtimaretur. Hæc ſunt, quæ à magno quodam viro accepi circa ſilẽtium parentum B. Virginis; quæ mihi mirificè placuerunt, atque ideò huic loco inſerenda meritò eſſe duxi.*

Matth. 1. 18

Salmeron.

2 Vt verò perfectiùs calleas myſteriũ, quod ſub illius coniunctionis, AVTEM, diſciſsione deliteſcit, forſan manuducet, facemque præferet locus Tertul. Contendebat impius Hermogenes, Deum ex nihilo orbem non fuiſſe molitũ, ſed ex materia ſibi coæterna, ipſaque innata, & infecta: quæ rudis terra appellata eſt, & incompoſita. Inſanum hoc commẽtum ſacri voluminis verbis fucare ſtudebat, & ex illis Geneſ. 1. 1. inducere: *In principio creavit Deus cœlũ & terram: terra autem erat inanis & vacua.* Vbi geminæ terræ fieri mentionẽ ſomniabat; & terræ creatæ in illis verbis: *In principio creavit Deus cœlũ & terrã*, & increatæ ſeu principij Deo coæterni, quod materiã creãdis producẽdiſque, rebus ſuppeditabat, in illis, *terra autẽ erat inanis & vacua.* Irruit ergo acutiſsima Tertullianici ingenij acies in hæretici væcordiã, & tanquam ex ipſius pharetra è textu, quo inſipientiam fulcire conabatur, depromi telũ, quo illum confodiat, ſtultitiæque arguat. Nã advertit inter utramque terram, quam velut duplicem Hermogenes deſignãrat, coniunctionem, AVTEM, interiectam: *In principio creavit Deus cœlum & terram: Terra autem erat, &c.* Ex quo elicit, geminam illã terram haudquaquam diſtinctæ diverſæque rationis potuiſſe exiſtere, ſed ſimilis formæ, æqualisve naturæ. Nam coniunctio illa, AVTEM, vis quædam eſt nexus ſeu compago utramque terram colligans & annectens in uno vinculo naturæ, aut ſimilitudinis, evincenſq; einſdẽ eſſe maſſæ. Quocirca ſi altera creata eſt, oportet quoq; alterã eſſe creatã: inquit ergo Tertul. lib. adverſus Hermog. c. 26. *At quanto credibilius ſecundũ nos eius rei diſpoſitionẽ ſcripturæ ſubiunxit, cuius inſtitutionem, ſimulque nominationem præmiſit. Quàm denique integer ſenſus eſt: in principio Deus fecit cœlum & terrã: Terra autẽ erat inviſibilis & rudis, quã Deus ſcilicèt fecit, de qua ſcriptura, cùm maximè edixerat. Nam & autẽ ipſum velut fibulã coniunctivæ particulæ ad connexũ narrationi appoſitum eſt: Terra autem. Hoc enim verbo revertitur ad eã, de qua ſupra dixerat, & alligat ſenſũ. Adeò auferre hinc autẽ, & ſoluta compago eſt, ut tunc poſsit de alia terra dictũ videri: Terra autẽ erat inviſibilis, & rudis.* Iã ex his, quis fuerit ſcopus noſter,

Geneſ. 1. 1.

Tertullia.

ſter,& quomodo ex hac Tertulliani pericha collimandus facilè tibi innoteſcet. Nã ſi perconteris,quo myſterio Deus,his generationibus in genealogia Chriſti effuſis cõiunctionem, AVTEM,inſeruerit, eamque diſſolverit, extinxeritque cùm ad Mariam & Chriſtum ventum eſt: dicam eo ingenio voluiſſe divinam nos ſapientiam erudire, generationes illas ſub illa particula; AVTEM, in faſciculum colligatas eiuſdem eſſe proprietatis & maſſæ vitiatæ Adæ, omneſque illo vinculo adſtrictas pariter in illius coiviſſe ſceleris corruptionem per communem generis propaginem inſtillatam, deſciviſſe tamen in Maria & Chriſto, qui nullo peccati primi parentis fuerunt obſtricti debito,neque obnoxij. Quaſi dixerit: præfatæ generationes quaſi unius corruptæ maſſæ Adæ ſunt, & tanquam in hoc ſimiles illius contagij coniunctio eas coadunat, & contexit: quod ut prodat Evangeliſta divino afflatus Pneumate particulam illam, AVTEM, inter eas ſerit velut fibulam. Atverò cùm in genealogia Maria & Chriſtus emergunt,finditur,& refibulatur nexus ille, deficitque particula copulativa: ut innuatur,Mariã & Chriſtũ ab illis eſſe diſpeſcendos,& avehendos, quia licèt eiuſdẽ cũ illis naturæ,ſed non eiuſdem maſſæ Adami delicto ſubactæ.

SECTIO DECIMASEXTA.

Ex nomine Mariæ, quod Sanctiſsimæ Deiparæ Evangeliſta in Chriſti genealogia indit, illius intemerata conceptio evincitur.

§. I.

Mariani nominis præſtantia, & dignitas ex collatione cum nomine Ieſu.

1 *NOminis Ieſu & Mariæ arcta cognatio.*

2 *Ineffabile nomen Mariæ hominibus,ex Bernard. & Bonavent. ineffabile Angelis, Luc. 1. 28. ex Simone de Caſsia.*

3 *Nomen Mariæ ſicut Ieſu nomen à cœlis habitum,ex Petr. Damian. Hierony. & Richard. de S. Laurent.*

4 *Nomen Mariæ ſicut & Ieſu expectatum à Patribus. Locus Cantic. 8. 5. ex Richardo.*

5 *Virtus Mariani nominis cum Ieſu efficientia confertur,ex Idiota & Richard. expenduntur verba & illuſtrantur ex Ioan. 20. 22. per Cyrillum; ſuffragatur Simon de Caſsia.*

6 *Ad Mariæ nomen cœleſtia curvantur, ex Richardo: quaſi fidentius ad illud peccatores confugiunt, ex eodem, & Bernardo. Exornatus locus Iob. 24. 14. per Bonavent. Tremunt ad Mariæ nominis tinnitum dæmones, ex B. Brigitta.*

7 *Similis efficacia Mariæ & Ieſu nominis ex Richardo.*

1 ADeò mira eſt Mariani nominis excellentia, ut illud nomen Ieſu ſibi in gloria aſciverit aſſociaveritque, ac quandã cũ illo arctiſsimam neceſsitudinẽ inſtituiſſe videatur. Vndè nulla in nomine Ieſu ſplendicat præeminẽtia & prærogativa, quæ in Marianum nomen non appareat transfuſa: & in primis mitto te ad noſtrum Blaſium Vieg. comment. 2. in c. 12. Apocal. ſect. 1. ubi fuſiùs adſtruit, tria fuiſſe apud Hebræos tetragrammata, & quadrilittera, ineffabilia quidem & myſterijs referta. Nempè nomen Dei Iehova, Chriſti nomen Ieſu,& Mariæ nomen, tantæ enim iam ab antiquo de nomine Mariæ fidelibus commendando ſolicitudo divinam providentiam pulſabat,ut à nomine Dei & Ieſu illud dignitate non ſemoveret, ſed uſque ad illorum faſtigium evocarit: ut quaſi divinum conciperetur nomen, quod is litterarum numerus & textura, quæ Dei & Chriſti nomen cõſtrueret: ad illiuſque præſentiam, quaſi præ nimio reverentiæ cultu, quodam venerationis horrore percellerentur Viegas.

tur homines, cùm illud quemadmodum Dei & Ieſu nomen ineffabile & indicibile invenirent.

2 Ineffabile eſt Mariæ nomen hominibus. Quocircà Bernardus ſerm. 4. de Aſſumpt. B. Mar. *De gloria nominis huius, nec dignum aliquid ſterilis concipere cogitatio, nec inerudita poteſt locutio parturire.* Perlege præfationem D. Bonavent. in ſpeculum B. Mar. Virg. ubi plura concinnat teſtimonia, Hieronym. Auguſt. & Anſelm. hanc veritatem atteſtantia. Vndè ſicut Ieſu nomen ineffabile eſt, & niſi divini Spiritus adſit gratia, quæ linguam expediat, & gubernet, efferri ab homine non poteſt, dicente Apoſtolo 1. Corint. 12. 3. *Nemo poteſt dicere Dominus Ieſus niſi in Spiritu ſancto.* Sic niſi divino flante Pneumate nō valebit quis nomen proferre Mariæ. Nec hominibus dumtaxat, ſed etiam Angelis. Quamobrem ſpectabis Archangelum Gabrielem ſicut in nomine Ieſu, ita & in Mariæ nomine cunctatum, & quaſi illud præ reverentia proferre non audentem. Nam ſi textum attendas, perſpicies eum non illicò nomen pronuntiaſſe Ieſu, quaſi illud nequiret effari. Nā primùm Mariæ ait: *Ave gratia plena, Dominus tecum*, Luc. 1. 28. nec dicit, Ieſus erit tecum, & poſteà: *Ecce concipies in utero, & paries Filium, & vocabis nomen eius Ieſum*, num. 31. Satis enim dixiſſe videbatur: Ecce concipies in utero, & paries Ieſum, ſed tanquam is, cui vires deficerent, & halitus ad rem difficulter proferendam, non illicò Ieſu nomen conatur edicere; ſed velut qui egeat ſpiritum reſumere ad facinus arduum, longiorē inſtituit orationem, ut ad illud perveniat. Hoc ſimiliter habitu ſe geſsit erga Marię nomen exprimendum. Nam ſalutationem inchoans, non (ut moris eſt) à Virginis nomine auſpicatur; nec enim ait, Ave Maria gratia plena, ſed *Ave gratia plena*, ceu qui ſe cenſeat indignum tantam nominis molem ore accipere, & emittere; poſteà tamen ad alloquium fiduciam admiſſus à Sanctiſsima fœmina, audet dicere: *Ne timeas Maria.* Quaſi humana Mariæ familiaritas illum potem reddiderit ad ipſius ineffabile nomen effandum. Strenuè rem obſervavit Simon de Caſsia lib. 2. cap. 4. Ad ea verba: *Ne timeas Maria: in declaratione nomen Virginis exprimitur, quod in prima ſalutatione tacebatur. Nam prius quàm Angelus experiretur, quid humilitatis eſſet in Virgine, cùm ad theotoconiū noſceret adfuturam, ex eo quòd ab omnipotenti Deo in legationem acceperat, velut altè dignam ipſe indignior nominare ipſam veritus eſt. Etiam prætendens gratiæ plenitudinem, quæ potior erat, ut ſuprà prætulimus. Nunc verò ipſam conſiderans verborum novitate timentem, dubietatis timore turbatam ſtatim ad propellendum dubium & timorem, iterum allocutus eſt dicens: Ne timeas Maria.*

Bernard.

D. Bonavent.

1. Corin. 12. 3.

Lue. 1. 28.

Luc. 1. 31.

Simon de Caſsia.

3 Nomen Ieſu non inventum hominis fuit, nec ab humano ingenio excogitatum, ſed de cœlo allatum, & ab Angelo primò elatum, & tam Mariæ quàm Ioſepho indictum. Vt docet Cyrillus lib. 5. de Trinitat. explicans illud Iſai. vaticinium cap. 62. *Vocabitur tibi nomen novum, quod os Domini nominavit*, & interpretans de nomine Ieſu. Non abſimili honore divina Sapientia evulgavit, nam de cœlo illud effudit in terras, & Angelico miniſterio parentibus pandit. Minus eſt, quod de illa ait D. Bonavent. & neſcio quo innixus fulcimine, in ſpeculo B. Virgin. cap. 1. *Hoc nomen Mariæ non à Gabriele, ſed à fidelium devotione, & à Spiritus ſancti inſpiratione interpoſitum eſt.* Credo D. Bonavent. id dixiſſe explicātem ſalutationem Angelicam, quâ utitur Eccleſia communiter: quæ quidem incipit, *Ave Maria gratia plena.* Nam verum eſt, Gabrielem eā non uſum formulâ; ſed omiſſo Mariæ nomine, quod poſteà emiſit: tantùm *Ave gratia plena*, protuliſſe. Sapiens ille Idiota, lib. contemplat. Mariam alloquens cap. 5. inquit: *Dedit tibi Maria tota Trinitas nomen*, & Petrus Damian. ſerm. de Annuntiat. B. Virginis Mar. hoc nomen retur in divinitatis theſauris ab æterno tāquam quid divinum repoſitum & aſſervatum, ab eiſque congruenti tempore expoſitum: *Et ſirtim* (inquit) *de theſauro divinitatis Mariæ nomen evolvitur*, & Hieronym. lib. de Virginitat. Mariæ, fatetur, nomen hoc divinitus à Sanctiſsimis illius parentibus acceptum. Richardus verò de S. Laurent. lib. 1. de laudibus B. Mar. cap. 2. duplici nomine ab Angelo ſalutante Mariam accerſam autumans, primò cùm dixit, *Ave gratia plena*, ſecundò inquiens, *ne timeas Maria*: exiſtimat, nomen primum propter Angelos Mariæ inditum: hoc enim nomine à ſacris intelligentijs Maria dignoſcitur; & nominatur; ſecundū verò propter homines. Quocircà nomen, quo apud Angelos Sanctiſsima Maria notior habebatur, priuſquàm illud, quo hominibus pervia erat, fuit evulgatum. Sic enim ſcribit: *Notandum, quòd Angelus ſalutans Virginem primò tacuit proprium nomen eius, ſcilicèt Maria, ut hoc ipſo oſtenderet ſe ei nomen imponere novum, id eſt, gratia plena. Vndè prædixerat Iſaias, quaſi loquens ad Mariam cap. 62. Vocabitur tibi nomen novum, quod os Domini, id eſt, Angelus, vel Filius Dei, qui eſt os Patris, per Angelum*

Bonavent.

Idiota. Petrus Damian.

Hieronym.

Richard.

nō;

nominavit. Poſteà verò nomen Mariæ expreſsit dicens; ne timeas Maria: innuens per hoc, quòd ſicut Iacob, cùm benedictionem acciperet, nomẽ novum ſic accepit, ut vetus non amitteret: undè & frequenter poſteà nominat eum Scriptura Iacob: ſic Maria, vel ideò prius nominavit eam gratia plena, quàm Mariam, ut gratia plena deinceps vocaretur, & prius familiare ſibi nominat, & tandem nomen Mariæ nobis neceſſariũ non omittit: ut ſic nomen novum videatur ei imponere, quod vetus innuat non tollendum. Quomodo enim cùm ab ea removiſſet omne væ, dicens ei Ave, ſtatim eam nominaret Mariam, quod mare eſt amarũ? Nomen ſiquidem Mariæ non tam Angelis cõgruit, quã hominibus, quod intelligitur illuminatrix, & ſtella maris, illis enim ſolis, qui navigant mare mundi, neceſſaria eſt invocatio ſtellæ maris, neceſſaria eſt illuminatrix illis, qui illuminatione opus habent, Angelis autem, qui nullo illorum indigent, melius dicitur, Gratia plena. Ideò illi Ave gratia plena, nos dicimus Ave Maria. Dicerem ego, nomen gratia plena, quod quidẽ originalem gratiam importat, apprimè magis Angelis aptari, apud quos, quippè qui in originali gratia creati, dignitas hæc amplius innoteſcit, & per eam ſibi blandiuntur de conſortio & neceſsitudine, quam nanciſcũtur cum Maria: hominibus verò, qui in umbra naſcimur mortis, in horridumque peccati Adami ſalum, illicò ac concipimur, iactamur, magis eſſe nomen Mariæ conſentaneũ: quia qui in eiuſmodi naufragamur pelago, ſtellam maris & illuminatricem, qua appellamus ad portum, deſideramus.

4 Illa quoque gloria propria fuit Sanctiſsimi nominis Ieſu, ut illius notitia & cognitio antiquis patribus in ardentiſsimo deſiderio fuerit, anxiè illud á Deo efflagitantibus, inflammataque ſuſpiria pro illius revelatione emittentibus; nihil ita paſsim ſacra volumina clamant: eiuſmodi excellentia denegata Mariæ nomini non fuit; nã illud audire, illudque in terris perſonare, animarum ſanctarum iugis & accenſa oratio quotidie poſtulabat; adeòque illarum amoris igne optata candebant, ut ex eorum ſcintillatione cœlum ipſum deflagrare videretur. Hoc ſanè probat avida illa & toties repetita inquiſitio, quam deſcribit Salomon voces exprimens & ſanctiſsimæ antiquitatis ſtudia: *Quæ eſt iſta, quæ aſcendit per deſertum?* Cant. 3. 6. *Quæ eſt iſta, quæ progreditur quaſi Aurora conſurgens?* cap. 6. 9. *Quæ eſt iſta, quæ aſcendit de deſerto, delicijs affluens?* cap. 8. 5. ut quid hæc tam crebra & importuna interrogatio? Verè ut Mariæ frequenti illa & prolixa pulſatione nomen extorqueant, & ſaltim propter moleſtiam & importunitatem tanta illis nominis maieſtas pandatur. Sic ab antiquis Patriarchis expetitum eſt Mariæ nomen, ſic ab Angelis exoptatum eſt, & exquiſitum. Audi Richard. de S. Laurent. ubi ſuprà: *Ter ad minus in Canticis in perſona Angelorum quæritur, quæ eſt iſta? Non tantùm quia perſonæ mirantur excellentiam, quæ nec primam ſimilem viſa eſt, nec habere ſequentem; ſed forſitan, quia dulce nomen ſibi deſiderant reſponderi. Sicut enim antiquis Patribus Iſaiæ, & cæteris, nomen Domini in deſiderio erat, ut ſcilicèt inter homines nominaretur Chriſtus, qui notus erat in cœlo, & nomen, quod claudebatur in cœlo, effunderetur in terram: ſic Angeli nomen Mariæ deſiderabant nominari, & in notitiam effundi, ut non intra terræ terminos clauderetur, ſed etiam celebre haberetur in cœlis.* Richard.

5 Si verò nominis inclyti Ieſu virtutẽ & efficaciam potentiamque operandi ſpectes, ſi cultum & reverentiam, quam illi ſanxit Deus deferendam, attendas; ea omnia Mariano nomini impertita eſſe, animadvertes. Nihil enim excellentiæ & celſitudinis, nihil vigoris & energiæ nomini Ieſu cogitabis impenſum, quod in Mariæ nomen derivatum non reperias. Sicut enim nulla valet excogitari arctior neceſsitudo, quàm quæ inter Filium & Matrẽ conflatur, & hæc quidem excellentiori & prorſus arcano modo ſtrictior inter Chriſtum & Mariam, cuius maternitas paternitatis ſupplevit munus, ex eius puriſsimo ſanguine Spiritu ſancto cogente & compingente quidquid à parentis officio natura erat exactura; ſic divina ſtatuit providentia, ut utriuſque nomen cõpreſsiori intimiorique vinculo colligaretur, ſummumque inter utrumque eſſet perficiendæ virtutis commercium. Sic eruditus Idiota lib. de contemplat. B. Mar. cap. 5. Noſcens enim Apoſtolum, ut Domini Ieſu nomen commendaret, dixiſſe ad Philip. 2. 9. *Propter quod & Deus exaltavit illum, & dedit illi nomen, quod eſt ſuper omne nomen, ut in nomine Ieſu omne genu flectatur, cœleſtium, terreſtrium & infernorum, &c.* Eandem cenſet de Mariæ nomine gloriam & energiam. *Dedit tibi Maria tota Trinitas nomen, quod poſt nomen Filij tui, eſt ſuper omne nomen, ut in nomine tuo omne genu flectatur cœleſtium, terreſtrium, & infernorum. Hoc nomen ſuper omnia Sanctorum nomina reficit laſſos, ſanat lãguidos, illuminat cæcos, penetrat duros, ungit agoniſtas, iugum diaboli extrudit. Tantæ virtutis & excellẽtiæ eſt, ut ad eius invocationem cœlum rideat, terra lætetur,* Ad Philip. 2. 9. Idiota

An-

Angeli congaudeant, dæmones contremiſcant, & infernus cõturbetur. Dicitur Proverb. 20. Lucerna Domini ſpiraculum hominis, quæ inveſtigat omnia ſecreta vẽtris: ſic etiam dicere tibi poſſumus; lucerna Dominæ, id eſt Mariæ, quæ doctrix & magiſtra matris interpretatur, ſpiraculum hominis, quia peccator per te reſpirat in ſpe veniæ. Similia inveniſſet forſan ex his tranſumpta apud Richard. de S. Laurent. lib. 1. de laudibus B. Mar. cap. 2. Expende Mariã & eius nomen ſpiraculum peccatoris appellatum; quaſi Mariæ protectio animus ſit vitæ noſtræ, & illius pro nobis mediatio halitus, quo deficiente, noſtra vita nequit conſiſtere ſpiritalis. Quid Ieſus, & eius nomen, niſi ſpiraculum & halitus eſt vitæ hominis? Sicut enim cùm Deus primò hominem conderet, per ſpiraculum in ſtatuam illam terream invectum vivus cõſtitit, quaſi ſpiraculi divini immiſsio, fuerit animæ in hominem infuſio: ſic vita illius à prima illa felicitate defluxa, per Ieſu ſpiraculum, reſtituta eſt, & reparata: dicente Ioan. cap. 20. 22. *Hæc cùm dixiſſet, inſufflavit, & dixit eis: Accipite Spiritum Sanctum, quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis, & quorũ retinueritis, retenta ſunt.* Quaſi dixerit: arcanum vobis reſero à mundi origine obſeratum; à me halitus pendet hominis, & ſpiritus meus vita illius eſt, tam in naturali ordine, quàm ſupernaturali: ſicut enim à ſpiraculo meo habuit ut viveret, ab eo habet ut reviviſcat; ſi ei ſpiraculum ſubduxero, illicò tam illius mortuum corpus, quàm animus extinctus cadet. Quod ſanè Cyrillum non latuit in præſenti: *Sed oportebat, filiũ quoque ſpiritus largitorem videri: oportebat infideles intelligere ipſum eſſe, qui virtute ſpiritus omnia creavit, & hominem ex nihilo ad eſſe produxit. Deus enim Pater per proprium verbum de limo terræ (ut ſcribitur) hominem formavit, anima decoravit, & ſui ſpiritus participatione munivit: inſufflavit enim in faciem eius ſpiraculum vitæ. Verùm quoniam in mortem ex inobedientia decidit, & priſcum decus homo amiſit, formavit ipſum rurſus Deus Pater, & in novam reduxit vitam per Filium, qui morte carnis ſuæ mortem deſtruxit, & reditum nobis ad incorruptibilitatem largitus eſt. Vt ergo ipſum eſſe diſcamus, qui ab initio naturam noſtram creavit, & Spiritu ſancto ſignavit, rurſus in ipſo initio renovandæ naturæ, ſufflatione ſpiritum Diſcipulis largitur; ut, quemadmodum creati ab initio ſumus, ſic etiam renovemur. Et quemadmodũ ad imaginẽ Creatoris factus homo eſt, ſimiliter etiam nunc participatione ſpiritus ad imaginem Creatoris renovetur.* Perpende nunc quanta ſublimitas gloriæ excreſcat Mariæ ex eo, quòd hominis & peccatoris ſpiraculum nuncupetur. Per nomen hoc Deus non ſolùm ſe hominis conditorẽ & effectorem, ſed inſtauratorem & refectorem declarat: & quidquid maieſtatis per hoc nomen acquirit, illud matri impertiendo, refundit in Mariam. Adeò enim ſingulari nexu eius nominis præſtantia cum nominis ſui gloria coniunxit, & counivit, ut arbitrari ſibi videatur perpetraſſe rapinam, ſi totius plenæque nominis ſui excellentiæ & virtutis Matris nomen non præſtaverit particeps. Quapropter nominis Mariæ faſtigiatam claritudinem non tam ſimilem Filij nominis auguſtæ proceritati puto, quàm eamdem. Nam quidquid virtutis, quidquid pietatis, quidquid novitatis miraque potentiæ per nomen ſuum Chriſtus decrevit hominibus exhibere, totũ id ſanxit per nomen elargiri Mariæ, imò impendere nihil, ſi impetratio Mariæ, & nomen non interponatur. O miſerum, & ærumnoſum illum, qui ad Mariæ invocationem non confugit, qui ad Mariæ nomen nõ recurrit! Homini peccatorum detento laqueis, ſi Mariæ nomen & ſubſidium deficiat, deficit halitus, ſubſtrahitur ſpiraculum; & cui ſpiraculum intercluditur, quid ſupereſt, niſi ut de vita veniaque deſperet? Conſonat his Simon de Caſsia, cùm ait lib. 2. cap. 1. *Nomen Virginis Maria, quod ſibi congruit & myſterio. Decebat enim, ut ex proprio nomine tanto myſterio aptaretur. Etenim Filius nomen habuit cõpetens actionibus eius: ſic & Matrem talem habere voluit, ut intrinſeca nomen & geſta in unum concentum concurrerent: in unum conflata unum ens virtutis immaculatum efficerent, unum vas ederetur, in quo reponerentur divina myſteria.* Expende, quomodo nomen Mariæ ſublimi dignitati eius commendandæ, atque immaculatæ puritati exprimendæ fuerit divinitus inventum & donatum, quemadmodum nomen Ieſu divino Filio ad eius evulgandã maieſtatem, divino conſilio impertitum.

Ioan. 20. 22.

Cyrillus.

Simon de Caſsia.

6 Ergo ad Mariæ nomen genua curvãt cœleſtia: quia Angeli illud tanquam reginæ ſuæ nomen adorant. Optimè Richardus de S. Laurent. ubi ſuprà ad ea verba: *Et ingreſſus Angelus ad eam dixit: in hoc etiam* (inquit) *quod tum tanta reverentia & humilitate Mariam Angelus ſalutavit, ut videretur paulò minus adoraturus fœminam, qui ſolebat ab hominibus adorari, dicens ei: Ave: illa tam feſtiva aggratulatio intelligitur Angeli ſalutantis, quantam decuit Angelorum Reginæ ab Angelo exhiberi.* Vndè Bernard. hom. 1. ſupra Miſſus eſt, in hunc modum ſacras intelligentias hortatur;

Richard.

Bernard. tur: *Honorate, Sancti Angeli, veſtri regis Matrem, qui noſtræ adoratis Virginis prolem, ipſum utique noſtrum pariter, & veſtrum regem, noſtri generis reparatorem, veſtræ civitatis inſtauratorem.* Mariæ nomini poplites complicant terreſtria, & forſan divina Providẽtia aliquid ſuavius molliuſque huic nomini immiſcuit, quàm Ieſu. Nam nomen Ieſu horrorem quemdam reverentiæ excitat, quia terrore videtur temperatum & coactum, ut homines non niſi cernui & venerabundi illud ſuſpiciant. At Mariæ nomen ſuavitatis quadam dulcedine & teneritudinis gratia videtur conditum, & commixtum, ut peccatores, qui nomen Ieſu pavent, blandius alliciat, ipſique fidentius huic inhient ad illud. Conſule Richar-

Richard. dum de S. Laurent. ſuprà: *Suave eſt*, ait, *nomen Mariæ per benignitatem B. Bernardus ſicut nomen Ieſu mel in ore, in aure melos, in corde iubilus: ſic & nomen Mariæ: & etiam amplius, ſi dicere audeamus: Ieſus enim quaſi ſuperbum nomen eſt, & nimium potens; noſtros humilius nomen affectus decet. Vndè ſi in Ieſu aut Deitatis aut ſexus virilis auſteritatem aliquis vereatur, recurrat ad Mariam. In qua nihil horũ ſuſpectum eſt; Maria enim nomen muliebre eſt, manſuetudinem præferens & commendans.* Et longè inferiùs: *Dulcedinem nominis Domini præviderat Iſai. dicens cap. 26. Nomen tuum Domine, & memoriale tuũ in deſiderio animæ. Terribile tamen oſtendit illud dicens, cap. 30. Ecce nomen Domini venit de longinquo, ardens furor eius, & gravis ad portandum. Et Pſalm. 110. Sanctum quidem, inquit, & terribile nomen eius. Horribilis quidem dulcedo tanto furore reſperſa. Gratias autem ei, qui aliud prævidit refugium peccatoribus delectationis & ſecuritatis plurimum habens, terroris autem nihil.* Itaque in nomine Ieſu temperatura eſt, & condimentum terroris & dulcedinis, horroris & ſuavitatis, ubi ſi delectatio invitat, retrahit furor: ſi ſuavitas ſecuritatem gignit, terror fiduciam infirmat; ſi à dulcedine alacres reddimur & audaces, à pavore trepidi retardamur. At in nomine Mariæ, quidquid auſteritatis & acerbitatis eſt, diſparet; quidquid verò oblectamenti & tranquillitatis, ebullit, & exuberat. Quapropter Bernard. ſerm. de verbis illis Apocalyp. ſignum magnum, ſcribit:

Bernard. *Percurre totam Evangelij ſeriem, & ſi quid increpatorium, ſi quid durum, ſi quid vel modicum habens indignationis inveneris in Maria, de cætero ſuſpectam habeas, & accedere verearis. Quòd ſi omnia manſuetudinis plena ſunt gratias ei age, qui talem tibi dederit mediatricem, in qua nihil tibi poſſit eſſe ſuſpectum.* Mariæ demum nomini thartareæ poteſtates capita, vel invitæ proſtrant, & truciter ab ipſo proſternuntur. Tonãs æther non tam horriſonè concutit animos, quàm Mariæ nomen cùm inſonat, infernas commovet legiones antra obſcuriora petentes, abditioraque latibula penetrantes, ut ab eo protegantur. Sic venit explicandus locus ille Iob 24. 14. *Mane primo conſurgit homicida, interficit egenum & pauperem, per noctem verò erit quaſi fur. Oculus adulteri obſervat caliginem dicens, Non me videbit oculus, & operiet vultum ſuum. Perfodit in tenebris domos, ſicut in die condixerant ſibi, & ignoraverunt lucem. Si ſubitò apparuerit Aurora, arbitrantur umbram mortis.* In primis haudquaquam ambigendum eſt, non hîc fieri ſermonem de naturali & materiali Aurora; quod quidem ex ipſo textu convincitur. Nam Aurora, eſt primum mane; de homicida verò dicitur, quòd primo mane ad necem in egenum invehendam ſurrexerit. Si enim tempore Auroræ ſurrexit, quomodo poſteà tam de ipſo, quàm de adultero diceretur, quòd illicò ac Aurora apparuerit, arbitrantur umbram mortis? Cenſeo ergo in præſenti de dæmone ſub nomine homicidæ, quia homicida eſt ab initio, ſub nomine furis, quia homines aggreditur ut deprædetur, & propter ipſum de miſero homine dictum eſt, quòd inciderit in latrones, ſub nomine adulteri, quia ſub arbore malo ab eo corrupta eſt mater noſtra, violata genitrix noſtra; mentionem à Spiritu ſancto factam. Ipſe enim eſt, qui poſtquã ignorantiæ tenebras ſparſerit, ipſaſque mẽtibus noſtris effuderit, invadit humanorum animorum ædes, ut habitatorẽ ſpiritum ſibi ſubigat divitijs gratiæ direptis, & expilatis. Atverò ſi thartareæ regionis miniſtris his facinoribus intentis Aurora diluculaverit: ſi Mariæ nomen perſonaverit, hic enim ſonitus eſt ſurgentis Auroræ: infelices ſpiritus interitum ſuum exhorrentes, & ultimam cladem; ſub horridioribus ſatagunt ſpecubus deliteſcere, & ſe in illis protinus intrudere. Quamobrẽ D. Bonavent. in ſpeculo B. Virgin. cap. 9. ait: *Attendite chariſſimi, quòd Aurora noſtra Maria, nobis eſt contra dæmones defenſatrix: ſicut ſignatũ eſt in Iob 24. ubi & de homicida, & de fure, & de adultero dicitur: Perfodiunt in tenebris domos, ſicut in die condixerant ſibi, & ignoraverunt lucem, ſi ſubitò apparuerit Aurora, arbitrantur umbram mortis. Homicida diabolus, fur diabolus, adulter diabolus eſt: Homicidia, inquam, eſt, quia genus humanum occidit. Fur, quia quæcũque poteſt, nobis bona ſubſtrahit. Adulter, quia Sponſam Dei animã corrumpit.*

Iob 24. 14.

D. Bonavent.

ſit. Heu quanta nobis mala eiuſmodi malefici quanta nobis mala ſpiritus maligni faciunt. Perfodiunt namque in tenebris ignorantiæ, in tenebris obſcuritatis interiores domos mentium noſtrarum, domos utique, de quibus in Pſalmo dicitur: Deus in domibus eius cognoſcetur. Perfodiunt certè tentationibus perforativis domos illas, in quibus ille libenter habitat, qui dicit: Hodie in domo tua oportet te manere. Perfoſis autem domibus, perforatis uſque ad infelicem peccati conſenſum mentibus, heu quanta mala malefici iſti, occidendo, furando, adulterando, cõmittunt in animas. Ad evadenda ergo tanta pericula, utinam nobis Maria appareat, utinã nobis Maria ſuccurrat; ſi enim ſubitò apparuerit Aurora, ſi citò nobis advenerit, & ſupervenerit Mariæ gratia & miſericordia, arbitrantur umbram mortis, id eſt, ſic timent dæmones, ſic trepidant, ſic fugiunt, ſicut homines timent, & fugiunt umbram mortis. Propter hoc benè B. Bernardus ait: Non ſic timent hoſtes viſibiles quamlibet caſtrorum multitudinem copioſam, ſicut aëreæ poteſtates Mariæ vocabulum & exemplum: fluunt, & pereunt ſicut cera à facie ignis, ubicunque invenerint crebram huius nominis recordationem, devotã invocationem, ſolicitam imitationem. Et B. Brigitta (teſte Dionyſio Carthuſ. lib. 3. de laudibus Virgin. cap. ultimo) refert ſe à Maria hæc verba accepiſſe. *Audi quantum Filius meus nomen meum honoravit: meum nomen dum Angeli audiunt, gaudent, Deoque gratias agunt, quòd per me, & mecum talem gratiam fecit. Et quoniã vident humanitatem Filij mei in Deitate glorificatam qui in purgatorio ſunt, gaudent nomine meo audito: quemadmodum æger iacens in lecto, cùm audit verbum ſolatij. Angeli etiam boni audito hoc nomine iuſtis magis appropinquant, & eorum lætantur profectu, quibus ſunt ad cuſtodiam deputati. Omnes quoque dæmones verentur hoc nomen Maria, eoque audito aufugiunt,* & ſer. Angelico cap. 20. ſic ſcribit: *Super omnes malignos ſpiritus ſic Deus Mariam potentem effecit, quòd quotieſcumque ipſi aliquem hominem Virginis auxilium ex charitate implorantem impugnaverint, ad ipſius Virginis nutum illicò pavidi procul diffugiunt, volentes potius pœnas ſuas & miſerias ſibi multiplicari, quàm ipſius Virginis potentiã ſuper ſe taliter dominari.* Et Petrus Damian. ſerm. de Aſſumpt. B. Mar. illud Cant. 6. 9. explicans: *Terribilis ut caſtrorũ acies ordinata*; ſic terrorem ab ordine diſpungit: *Terribilis dæmonibus, ordinata virtutibus, ſingularis timor malignorum ſpirituum, ſpecialis amor civium beatorum.*

B. Brigit.

Cant. 6. 9.

Petrus Damian.

7 Quòd verò Mariæ nomen in effectrice virtute, operandiq́ue efficacia & energia Ieſu nomini aſſimiletur, fuſius probat Richardus de S. Laurent. lib. 1. de laudibus B. Mar. cap. 2. ubi elogium illud, quod ſponſa nomini excogitavit ſponſi, ut illius in operando vigorem, patrandiſque mirabilibus potentiam, ſaluteq́ue humani generis reparanda virtutem oſtenderet, dicens *oleum effuſum nomen tuum*, Cant. 1. 2. ipſe de Mariæ nomine interpretatur, inquiens: *Audiamus igitur quid de huius excellẽtia nominis more prophetico dixerit Salomõ Cant. 1. quaſi loquens ad Mariam: Oleum effuſum nomen tuum. Rectè hoc nomen Maria oleo comparatur, &c.* Et olei proprietates & effectus his verſibus concludens, omnes à Mariæ fluere nomine, in ipſo inveniri, & ab ipſo perfici fuſiùs contendit.

Cant. 1. 2.

Richard.

Eſt oleum viride, calidum, præpingue, ſuave,
Et penetrativum, nitidum, recreans, & amarum
Paſcit, & impinguat, illuminat, & medicinat;
Roborat, emollit, extinguit, & ampliat ignem
Confert picturis, ſervat rubigine ferrum.

Meherclè ſi ingenium, quo Richardus eiuſmodi olei cõditiones Mariæ nomini adaptat, perlegeris, præſtantem illius excellentiam miramq́ue dignitatem cognoſces, & nomen Ieſu ita cum Mariæ nomine fœderatum, ut nullam ſibi reſervet virtutis prærogativam, ſed quidquid à ſe effluxũ, à Mariæ quoque animo velit ſtillatum.

§. II.

Ex Mariæ nominis cum nomine Ieſu coitione non infirmandum munimẽtum pro illius originalis cladis experti conceptione extruitur.

8 *Quomodo ex prædictis cœleſtis Mariæ conceptio evincatur.*

9 *Vel una Ieſu nominis littera quantum exhorreat piaculũ, Ierem. 22. 24. ex Hieronym.*

10 *Nomen Dei etiam univerſalius ſumptum cum captivitatis ſervitute miſceri Deus non ſuſtinet, Exod. 4. 22. per Rupertum, cedunt hæc in gloriam Mariannæ conceptionis.*

11 *Divini nominis virtus in antiquioribus ſacræ incarnationis progenitoribus quo-*

quomodo præfulſerit. Illuſtratus locus Iſai. 8 3. à Ruperto. Accepit Tertullianus. Hinc puritas Mariæ generationis evincitur. Locus Iſai 8. 2 ex Tertul. Epiphan. & Procop. Sanctiſsima Virgo quare olim Maria Ieſu appellata: Teſte Ignatio.

12 *Docet Mariani nominis prima formatio & quaſi conceptus Marianæ formationis dignitatem. Luc. 1. 28 ex Richardo & Simone de Caſsia enodato.*

13 *Quantum Deus Mariæ nominis conſuluerit dignitati, ut titulum erigat puriſsimæ eius conceptionis. Confertur locus Luc. 7. 32. cum cap. 8 2. per Richard.*

8 PErluſtranda ſunt, quæ de nomine Ieſu in hac Obſervatione, eiuſque vi adverſus originale piaculum ſuperùs ſunt adnotata, & quo pacto nominis huius excellentia & ſanctitas, humanique generis ſalus in ipſo cõtenta Chriſtum evincant à primi peccati ſtrage immunem, imò illius incapacem; ut ex nomine quoque Mariæ firmiſsimum argumentũ pro ipſius intemerata conceptione fulcienda decerpi comperiatur. Nam ſi operæpretium fuit, ut Ieſu nomen, quod ſalutis vel ſalutaris vocabulum eſt, omne originalis maculæ aboleat veſtigiũ, extrudatque principatum; dedecet enim eum, qui redemptoris præfert nomen, & expiatoris, ſordes, quã exterſurus deſcenderat, impiari; verè hæc dignitas ei quoque nomini adleganda fuit, quod Ieſus in ſui nominis ſocium aſcivit, & in eiuſdem dignitatis, excellentiæ, virtutis, gloriæque conſortium advocavit. Si enim indecorum indignũque cenſuit divina Providentia, ut Ieſu nomen in perſonam caderet deſignandã, quæ primæ labis inuſtione fuiſſet tacta; atque ideò oportuit, ut ſplendida omnique contagio Adæ procul amandato ingenito nitore coruſca promicaret generatio illius, cui Ieſu nomen indendum erat; quid ni putemus, incongruum eſſe & abſurdum, ut nomen Mariæ, cuius maieſtas Ieſu nominis granditate metienda eſt, utpote cui, quidquid poteſtatis & eminentiæ habet, communicaverit, ei præparetur, quæ Adami ignominia fuiſſet inurenda, & poſteritati principis tenebrarum reſignãda? Verè nomini Ieſu iniuria videretur inferri, ſi nomen, in quod, quidquid virtutis & gloriæ ipſi infidet, evacuavit, perſonæ aſſervaretur dæmoni per primum flagitium proſtituendæ: nonne tunc ſi Sanctu Mariæ nomen daretur canibus, canum principi Maria tradita, in nomine Mariæ nominis Ieſu theſauri & prærogativæ conculcarentur in volutabroque luti ſorderent? Si redemptoris nomen demeruit, iureque efflagitavit, ut redẽptor omni originali labe ſuperior emergeret, cur hanc immunitatem illius nomen non obtineat, quam redemptor ſecum redemptricem effecit, & in ſui muneris aſſeclam & comitem evexit, præeminentiæque; ſuæ in redemptionis œconomia conſtituit participem?

9 Verè nomen ſuum adeò magnificavit Deus; ut ſi illius vel minimam partem, hoc eſt litteram unam, alicui indulſerit, quẽ poſteà ob ſua ſcelera perpetuæ captivitatis damnaturus aggreditur, ab eo prius nominis ſui litteram aufert, ab honoreque, quo per ipſam ſplendebat, deturbat: ne ſimul vel leve ſanctiſsimi nominis fruſtulum cũ captivitatis inveniatur infamia. Audi per Ieremiam ſic Dominum in Iechoniam intonantem: *Vivo ego, dicit Dominus, quia ſi fuerit Iechonias filius Ioakim Regis Iudæ annulus in manu dextera mea, inde evellam eum: & dabo te in manu quærentium animam meam, & in manu quorum tu formidas faciem, & in manu Nabuchodonoſor Regis Babylonis, & in manu Chaldæorum,* cap. 22. 24. Hieronymus autem ſic legit, *Vivo ego, dicit Dominus, quia ſi fuerit Chonias filius Ioakim Regis Iuda, &c.* Quid eſt, quod Hieronymus non transferat Iechonias, ſed Chonias? Profectò propter nõ vulgare arcanum. Iechonias enim interpretatur Domini præparatio, & prima huius nominis littera Iod prima eſt littera ineffabilis nominis Dei Iehovah, nominique Ieſu, Dominumque ſignificat. Hunc verò captivitatis in exitium Deus acturus, cenſens nomini ſuo inglorium, ut qui ſervituti datur, nominis ſui vel ſyllabam portet, nec enim aliquid illius humile, vel ſuppreſſum expedit aſpectari: ex Iechoniæ nomine expungit litteram Iod, quæ ſignificat Domini nomen, & ſupereſt ſolùm Chonias, id eſt, præparatio, ut innuat, eum, qui anteà nominis Dei litteram ſuo nomini inſertam ferebat, præparatum fuiſſe ad regni ſplendorem & gloriã; ea littera abolita manere ad captivitatis excidium præparatum: nec enim qui captivitatis ſervituti deſtinabatur, vel litteram divini nominis oportebat ſuo nomine præmonſtrare. Accipe Hieron. *Iechonias interpretatur Domini præparatio, cui in præſenti loco prima ſyllaba, id eſt, Domini nomen aufertur, & dicitur Chonias, ut ſubaudiatur perditioni & interitui præparatus.* Si divina Sapientia non patitur, quòd nominis ſui littera in ſervitutis incidat ignominiam, prævièque illam ob litteram, ne cum ruente ruat; credendũ ne erit, quod nomen Mariæ, quod quidem ſui glo-

Ierem. 22. 24.

Hieron.

gloriæ exæquavit nominis, & quod cùm illo in eandem maieſtatis fibulam innodavit, eiuſmodi præparaverit fœminæ, quæ in Adæ captivitatem eſſet trahenda, & illius ſervitutis notâ infamanda? Apage, Apage.

10 Splendidiori luce ornata tibi hæc veritas dieſcet, ſi advertas, quanti Deus putet vel generalius & communius nomen ſuum. Quod, quæſo, nomen divini Verbi excogitari poteſt fuſius & univerſalius, quàm cùm Dei Filius, & primogenitus appellatur? Hoc igitur non fert ſimul cum captivitatis ſervitute coincidere, & ingenium, quo obſtringitur ad aliquem è dura tyrannide eruendum, eſt, nomen illi Filij, vel primogeniti Dei imponere. Diſcute, obſecro, legationem illam, quam Moyſi præfecit Deus Pharaoni deferendam: *Diceſque ad eum: hæc dicit Dominus, Filius meus primogenitus Iſrael. Dixi tibi: Dimitte filium meũ, ut ſerviat mihi*, Exod. 4. 22. Quamobrem in præſenti Iſraelitico populo nomen primogeniti ſui Deus indit, & hoc eum vocabulo honorat? Nempè ut licèt barbarus cogiter Pharao, quàm ſit inordinatum & rationi extraneũ, ut qui primogeniti Dei nomen habet, nomenque ſortitur, quod Verbo divino quadrat, ſub captivitatis infamia prematur. Vlteriùs, ut in ipſa nominis impoſitione obligatum ſe Deus videat ad populum in libertatem & ingenuitatem vindicandum, ne mancipij ignominia cum Dei nominis nobilitate iungatur. Nanciſcitur ergo primogeniti Dei nomẽ populus, quia primogenitus Dei ex eo quandoque naſci deſtinabatur: nomenque ſuum populo Dei verbum indulget, ne diutius in catenarum ignobilitate detineatur. Optimè Rupertus lib. 3. de victor. Verbi Dei, cap. 17 *Vndè autem populus eius primogenitus Domini aut filius? Numquid Deus illũ genuerat? Aut ante illum populum aut hominem, quem appellavit Iſrael, nullum à ſæculo electum, vel gratiæ ſuæ filium habuerat? Equidem primogenitus aliquo modo potuit populus ille dici, videlicèt reſpectu gentilis populi, quẽ poſteà regeneraturus erat per Evangelium Chriſti Filij ſui unigeniti. Verumtamen nihilominus cauſa cognoſcenda eſt, cur ille populus tali in tempore filius dictus ſit primogenitus, videlicèt, quia carnem de populo illo ſuo erat aſſumpturus idem Dei Filius verè primogenitus, verè unigenitus. Agebat hoc inſtanter diabolus, & intendebat, ne populus ille permaneret: undè naſciturus erat ille Filius unigenitus & primogenitus in multis fratribus: & idcircò quidquid in eumdem populũ agebat per Pharaonem & ſervos eius, in illum Filium rectè refertur, cuius originem carnis præcidere feſtinabat, ne naſceretur.* Elice ex his non imbecillem congruentiam pro noſtro inſtituto fulciendo. Nam ſi populum illum, ex quo ſe poſt longiora ſæcula Filius Dei prævidit oriundum nomine ſuo honorat, primogenitumque Dei vult appellari, ut ſub hoc illum nomine conſiderans, iniurias, quæ ei irrogatæ fuerint, ſibi putet irrogari: ac proinde æſtimet ſibi inhoneſtum, ut qui ſuo nomine circumfertur inſignitus ſervilibus captivitatis compedibus vinciatur: qua cura, qua ſolicitudine cenſebimus Deum affectũ erga Sanctiſsimam Mariam, ex qua immediatè œconomiam ſuam impleturus erat; efficiendo ſuam carnem illius carnẽ, & cui nomen dedit ſuper omne nomen extra nomen ſuum, etenim ſi ſupra nomen ſuũ Mariæ nomen non evexit, infra ipſum depreſſiſſe non videtur, cùm Mariæ nomen nomini ſuo, huius maieſtatem in illud refundendo, maritaſſe appareat. Æquũ ne erit, ut arbitremur, Deum, qui doluit populum illum nomine ſuo conſpicuum miſerè actum ſub tyrannide ſæculari, ſtatimque ac nomen ſuũ ſuper illum expandit de illius egiſſe libertate; permiſiſſe paſſumque eſſe Sanctiſsimã Deiparam, cui nomen quadam velut identitatis neceſsitudine ſuo innexuit, ſub dæmonis ſervitute proſtratam, quæ tanto ærumnoſior & infelicior priori eſt? Quę devotio, quæ pietas ſibi id ſuadebit?

Exod. 4. 22.

Rupertus.

11 Animadverto, olim Deum nominis ſui compleſſe poteſtatem, perfeciſſe virtutẽ in remotioribus carnis ſuæ proavis, in quibus præinhabitare, præſtruereque in carne domicilia videbatur, & quædã humanæ ſuæ diſpenſationis inſtituere præludia; à facinoribuſque per ipſos tanquam per ſui inſtrumenta præſtitis ſibi nomen parare, de eoque ſibi blãdiri. Deglube locum illum Iſai. 8. 3. ubi de Chriſto Domino vaticinatur: *Voca nomen eius: Accelera ſpolia detrahere, feſtina prædari, quia antequã ſciat puer vocare patrem ſuum, & matrem ſuam, auferetur fortitudo Damaſci, & ſpolia Samariæ coram Rege Aſſyriorum.* Quæres, qualia fuerint Chriſti Domini illuſtria facta, inclytaque geſta, ob quæ hæc nomina fuerit promeritus? Quando ita praviè irruit in hoſtes, in medioſque ſe proripuit cuneos, ita præcociter præcipitem, ut eas nactus fuerit appellationes? *Accelera ſpolia detrahere, feſtina prædari*; reſpondet videns, quia adhuc infans & balbutiens fortitudinem diruit Damaſci, Samariamque gloriæ ſuæ exuit exuvijs. Num ſumma acceleratio non eſt fugientem ubera, hoſtem ſubigere & de matris gremio uberiora de potentiſsimo adverſario retuliſſe trophœa? Sed quando hæc? Profectò conſiderat Rupertus, divi-

Iſai. 8. 3.

vinum Verbum humanitatis ſuæ myſteria quodammodo in iudicibus illis (qui nomine Dei eius populo præfuerunt) & in Davide rege maturaſſe, illumque in eis cõtemplatur veluti incarnatum, eorumque animantem pectora, alentem vires, roborantem brachia adverſus inimicos Dei populum infeſtãtes: & non tam Heroes illos bella gerentes, & victoriam reportantes, quàm Verbum divinum ſub illis, & in illis. Quocirca quia adeò intempeſtivè importunèque, hoc eſt, longè ante ſtatuta tẽpora Verbũ Dei in proavos ſe ſuos immittebat, quaſi infantiam ſuam in eis præmaturando, ideò Vates air nomina illi danda: *Accelera ſpolia detrahere, feſtina prædari*: & rationem reddens ſubmittit, *quia antequã ſciat puer vocare patrem ſuum, &c.* Mentem tibi ſuã aperit Rupertus lib. 4. de victor. Verbi Dei

Rupertus. cap. 11. *Verumtamen hoc in laudem eiuſdem Verbi Dei, eiuſdem Ieſu Chriſti breviter dictum ſit quia rectè vocatum eſt nomen eius apud Iſaiam. Accelera ſpolia detrahere, feſtina prædari. Quia videlicèt, quia victorioſos iudices illos fecit, & per illos vicit, ipſe eſt Chriſtus Ieſus Verbum Dei. Ex hoc namque vocatus: Accelera ſpolia detrahere, feſtina prædari; quia antequam puer fieret, & ſciret vocare patrem ſuũ, & matrem ſuam, id eſt, antequam naſceretur de muliere, & ſubditus parentibus experiretur infirmitatem noſtram, abſtulit fortitudinẽ Damaſci, & ſpolia Samariæ, quæ videlicèt Damaſcus & Samaria tunc iunctis viribus Iudam, undè naſciturus erat idem puer, debellabant & exterminare volebãt. Planè grandis acceleratio, magna feſtinatio, quempiam prius ſpolia detrahere, quàm de matre natum eſſe, prius in bello prædari, quàm in utero concipi,* & cap. 12. ſubiungit: *Quod ſi rectè, imò quia rectè ſentitur de iudicibus memoratis; quantò magis idem de victoriis ſentiendum eſt Regis David, qui poſt illos ſedit in ſolio regni? Quis enim alius victorias illas fecit per manus David, niſi ille nondum ex ipſo natus, filius David, cuius nomen vocatur (ut iam dictũ eſt) accelera ſpolia detrahere, feſtina prædari? Ipſe eſt filius David, Filius Dei, Verbum Deus, Verbum Dei, quia multum accelerauit, multum feſtinauit, celerrimè ſpolia detraxit, feſtinanter prædatus eſt. Quia videlicèt antequam ſciret vocare patrem ſuum David, & matrem ſuam Virginem ex ſtirpe David, percuſſit Goliath Philiſthæũ in manu eiuſdem David adhuc pueri, nedũque filium ullum habentis, & cætera fecit per eum, quæ uſque hodie miramur.* Vere nõ potior divinæ Sapientiæ intentio, non dignior gloriatio, non gratius ſtemma fuit, terrena expugnare regna, temporales adverſarios opulentioribus rudare exuvijs, eorũque potentiam & ſubſtantiam deprædari; ſed ſpirituales ſpoliare poteſtates, & oſtentui reddere, & tenebrarum principem catenis ligatum & onuſtum in captivitatem redigere. Vt optimè admonuit Tertul. lib. 3. contra Marcion. cap. 13. *Æquè & ſono nominum duceris, cùm virtutem Damaſci & ſpolia Samariæ & Regem Aſſyriorum ſic accipis, quaſi bellatorẽ portendant Chriſtum Creatoris, non animadvertens quid ſcriptura præmittat: Quoniam priuſquàm cognoſcat puer vocare patrem & matrem, accipiet virtutem Damaſci, & ſpolia Samariæ adverſus Regem Aſſyriorum. Ante eſt enim inſpicias ætatem demonſtrationis, an hominem iam Chriſtum exhibere poſſit nedum imperatorem. Scilicèt vagitu ad arma convocaturus eſſet infans, & ſignũ belli non tuba, ſed crepitaculo daturus, nec ex equo, vel de curru, vel de muro, ſed de nutricis aut gerulæ ſuæ collo, ſive dorſo hoſtẽ deſtinaturus; atque ita Damaſcum & Samariam pro mammillis ſubacturus. Aliud eſt, ſi penes Ponticos Barbariæ gentis infantes in prælium erumpunt, credo ad ſolem uncti prius, dehinc pannis armati, & butyro ſtipendiati, qui antè norint lanceare, quàm lancinare. Enimverò ſi nuſquam hoc natura cõcedit, antè militare quàm vivere, antè virtutem Damaſci ſumere, quàm patris & matris vocabulum noſſe ſequitur, ut figurata pronuntiatio videatur.* Præfigurationis autem myſterium exponit, lib. 5. cap. 18. *Quas novus in Prophetis habuiſſet formas? Captivam, inquit, duxit captivitatem. Quibus armis? Quibus prælijs? De cuius gentis vaſtatione? De cuius civitatis everſione? Quas fœminas, quos pueros, quoſve regulos catenis victor inſeruit? Nam & cùm apud David Chriſtus canitur ſuccinctus gladio ſuper fœmur, aut apud Iſaiã ſpolia accipiens Samariæ, & virtutem Damaſci, verè eum & viſibilem exconditi prælatorem. Agnoſce igitur tam & armaturã, & militiam eius ſpiritualem, ſi iam didiciſti eſſe captivitatem ſpiritalem, ut hãc illius agnoſcas.* Itaque armatura & militia ſpiritalis proprior eſt & cognatior huic infanti, quàm ſæcularis & bellica, qui antequã ſciret vocare patrem & matrem captivitate ſpiritali, (quam vult illius agnoſci) aëreum principatum oppreſsit, ſpolia ab illo detrahens. In hanc ſententiam deveniunt Gloſſa, & Procop. in præſenti, & Euſebius Cæſarienſ. lib. 7. cap. 3. Si igitur adhuc non natus nec ortus in carne in proavos ſe inijciebat ſuos, veluti eorum carne ſe operiens, eamque; ut inſtrumentum aſſumens, ut hoſtium tam

Tertullia.

Gloſſa. Procopius. Euſebius Cæſarien.

tem-

temporalium quàm ſpiritualium retardaret incurſus, infringeretque conatus, eâ illos celeritate & feſtinatione invadens, ut prius ictus ſentirent, ijſque disiecti corruerent, quàm ipſi ad incurſus adornarentur ſuos, vulneraque genticis divini Verbi infligerent: ſicque ſacer infans nomina illa demeritus inducitur: *Accelera ſpolia detrahere, feſtina prædari*: Cur, quæſo, iam tempore œconomiæ ſuæ propiùs appropinquante, hanc virtutis ſuæ gloriam non aperiret, hanc fortitudinis ſuæ potentiam non exereret in matre nondum ex illa natus? Quare non arbitremur, plus illum acceleraſſe ad detrahenda à dæmone ſpolia, plus feſtinaſſe ad illum deprædandum in matris gratiam & favorem, quàm aliorum? Mehercle exiſtimo, horum nominum excellentiam exigentiamque tanto glorioſius divinum Verbum in parente ſua perfeciſſe, quàm in reliquis retroactis progenitoribus, quanto quominus viciniusvè illius incarnationis myſterium elucebat, tempus inſtabat, eiuſque dignitas, ut maiorem virtutem potentiæ ſuæ explicaret, perurgebat. Auſim dicere, divinum Verbum, quod quidem iam infantiam ambiebat ſuam, velut in procinctu & expectatione fuiſſe Marianæ generationis, ut protinus ac illa conciperetur, ſe in illam intruderet: quò ſimul cum illa conceptum videretur, ut ſic acceleraret ſpolia à diabolo detrahere, ſic feſtinaret eum prædari; nam à dæmone præripere prædam, quam iuxta pactum iuſque ſancitum cum Adamo putabat ille ſuam, verè ſpoliare illum fuit, cùm enim impeditur quis, ne quæ iuris ſui eſſe rebatur, attingat; quaſi ſpolia ab illo abſtuliſſe eſt: verè illum deprædari fuit, cùm ius ſuum imperiumque ſuum primò ſenſit ille convulſum & dilapidatum. Et nimia hæc acceleratio, præceps hæc feſtinatio, quâ Mariam in eius conceptione divinum Verbum adverſus incurſum dæmonum protexit, ſpecialis fuit gratia, ſingularis fuit favor Mariæ ab æterno aſſervatus: quia divinum Verbum ut in anteceſſores ſuos ſe inveheret, ſeque eorum ſub carne abſconderet, mirabilia patraturus, & dæmonem debellaturus ſpectabat, ut grandeſcerent, adoleſcerentque: at ut in Mariam ingrederetur, dæmonis ius ab Adamo illæſum percurrens infracturus, nimis acceleravit, nimis feſtinavit; quia non priùs Maria in vitam deſcendit, quàm ipſe deſcenderet in Mariam: & mira hæc eximiaque operandi actio ſatis expediebat nomini Ieſu, nominis ſalutaris & redemptoris, ut ſic mundo illuſtrior ſalvandi modus, nobilior redimendi ordo, glorioſiorque de dæmone triumphus innoteſceret: expediebat quoque hoc gratiæ genus Mariæ nomini, cum quo nomen Ieſu, efficientiam & potentiam ſuam quaſi ex integro partiebatur. Et ob hanc forſan rationem, ut imponerentur Chriſto infanti eiuſmodi nomina: *Accelera ſpolia detrahere, feſtina prædari*: mentio præceſſit Mariæ. Nam textus ait: *Et acceſſi ad prophetiſſam, & concepit, & peperit filium*, Iſai. 8. 2. in quem locum Tertullianus apud Gloſſã, *Iſaias futurum non quaſi futura prædicit, ſed quaſi iam facta: nam cùm nondum acceſſum eſſet ad Mariam. Acceſſi, inquit, ad prophetiſſam.* Prophetiſſa verò vocatur Maria in præſenti, ut innuatur, quo ordine, quovè opifice conceperit, & verbi generatio temporalis in ea concepta fuerit, nempè Spiritus ſancti opera, qui totius vaticinij author, & miniſtrator eſt; ut ſcitè admonuit Epiphanius ibidem: *Hæc Iſaias futura prædicit, quæ complenda erant de Filio Dei, inquiens: Ecce Virgo in utero habebit. Et quoniam Virgo erat, quæ peperit, & Deus inter homines, qui natus eſt, ne dubitaret Propheta de modo huius nativitatis, eam videt in viſione, & narrat de Spiritu ſancto futuram. Ingreſſus, inquit, ad prophetiſſam, quibus verbis prænuntiat ingreſſum Gabrielis ad Mariam.* Cui aſſonat Procopius: *Itaque Chriſti Matrem, tanquam Spiritus ſancti participem nominat iuxta illud: Spiritus ſanctus deſcendet in te.* Et poſt hæc illicò Vates ſubnectit tanquam quæ ſequuntur cum his aliquo myſterij nodo fuerint colligata: *Et dixit Dominus ad me: Voca nomen eius: Accelera ſpolia detrahere, feſtina prædari.* Velut ex ijs, quæ mirabili acceleratione & inſolitâ feſtinatione Verbum divinum in Maria patrârit, verſutiam & tyrannidem dæmonis illudens, qui Mariam ſpoſium ſuum, & prædam ſicut reliquos homines filios Adæ in conceptione emergentes comminiſcebatur, prohibenſque ne Mariam tanquam manubias iure victoriæ, quam nactus eſt ab Adamo, ſibi debitas adoriretur, nomina hæc fuerit promeritum. Nam nulli hominum niſi Mariæ, is ſingularis favor impenſus eſt, ut in eius conceptione divinum Verbum dilucularet ad dæmonis conamina velociſsimâ quadam irruptione disijcienda, ac eius ditionem abruptis iuribus diſsipandam. Hanc mentem fortaſſe non parum iuvat, quod olim Deiparam moris fuerit *Mariam Ieſu* appellari. Sic enim S. Ignatius Martyr eam nominat: & hæc præter ſacræ Paginæ & omnium con-

Iſai. 8. 2.

Tertul.

Epiphan.

Procopius.

S. Ignat.

ſuetudinem; non enim parentes à ſi ijs nomina accipiunt, aut cognominantur, ſed è contra. Enimverò quia ſingulare fuit Virginis puerperium, in quo & Filium enixa eſt, & ſui opificem, meritò Maria Ieſu nuncupata eſt, quaſi ſpecialius ipſa Ieſu, quàm reliqui omnes fuerit, quia Ieſus erga ipſam ſingulariùs ſe oſtendit redemptorem, feſtinavit namque in illa redemptio, ut eam in ipſa conceptione quæreret, & inveniret, ne quemadmodum alij in ea periculum incurreret.

12 Et ſanè nullum adeſt præſtantius Marianæ cõceptionis indemnitatis teſtimonium, nullus præclarior illius titulus, quàm honor Mariæ nomini delatus: ipſe enim præfert in maieſtate nobilitateque, quâ prolatus eſt, ſeu in mundum inductus, prærogativam & decoris excellentiam, quâ Maria in vitam ingreſſa eſt. Docet enim Marianum nomen, quòd quemadmodum non prius ipſum in aëra datum fuit, hoc eſt, non prius in Angelicum os, ſicut in vulvam, quâ formaretur, immiſſum, & ex ipſo emiſſum, quàm gratia illud inhabitaret, veluti mundans & adornans: ſic Maria in maternam vulvam non fuit prius intruſa, quàm præveniens quodammodo gratia illam expiaret, & luſtraret: quaſi Marianam conceptionem præſtolans præmunienſque, ne aliqua humanæ propaginis macula impiaretur. Perpende diligentiam & induſtriam, quâ functus eſt pronubus Gabriel, ut ſanctiſsimum Mariæ nomen efferret. Nõ enim Mariam ſalutans è limine ſtatim dixit, Ave Maria gratia plena, ſed tantummodo, *Ave gratia plena*, Luc. 1. 28. Poſteà tamen num. 30. cõfidentiùs auſus eſt dicere: *Ne timeas Maria.* Quorſum, quæſo, primò Mariam dicere cunctatur, & hoc nomine ſuppreſſo ſolùm ait: *Ave gratia plena*, & poſtquam plenam gratiæ eam nominaverit, Mariam proferre veritus non eſt? Verè ut myſteriũ puriſsimæ conceptionis Mariæ doceat, & ſic in orbem deſcendiſſe Mariam, ſicut eius nomen in ſuum deſcendit os. Si enim ſic inchoaſſet ſalutationem Angelus, Ave Maria gratia plena, oſtenderet, ſe priùs ore nomen ſumpſiſſe Mariæ, quàm gratiam, gratiæque nomen, nomen non præveniſſe Mariæ, ſed ab illo eſſe præventum. Igitur ne rerum ordo præpoſterus & inverſus ſit, prefigietque rectam diſpoſitionis viam, quâ Maria in vitam intravit, oportuit, ut priùs Angelus ore acciperet gratiam, quaſi ea illud abluens, extergens & illiniens, quo decenter in illo decideret Mariæ nomen manifeſtandum. Quid dicemus? Maiorne cura Deo, aut vigilantius ſtudium incubuit de Matris honorando nomine, quàm de ipſa illuſtranda? Statuit, ut Angelus os ſuum veluti gratiæ pronuntiatione abluerit, quò ſic digniſsimè Mariæ nomen conciperet, & proferret: & iniurius & deſes erga illius conceptionem fuit, haud providens ut gratiam præcurſantem, aut comitem haberet? Accipito Richardum de S. Laurent. lib. 1. de laudibus B. Mar. cap. 2. *Idcircò etiam priùs dicta fuit gratia plena, & deinceps ab Angelo nominatur Maria, quia hoc habet ex gratia, ut Mariæ nomen interpretatur in nobis.* Richard. Accinit Simon de Caſsia lib. 2. cap. 1. expendens vocaram Virginem priùs gratia plenam quàm Mariam: *Domus Regem peregrinantem hoſpitatura expectans, annona regi apta debet omnino compleri, alioquin rex à pendochio declinaret. Rex æternus Deus futurus peregrinus in terra priùs decreverat intrare hoſpitium originale, & ne præteriret defectu delectantium regiam Maieſtatem, omnibus regi placitis Virgo perfuſa eſt. Propter quod Angelus ad eam: Ave gratia plena.* Simon de Caſsia. Ecce his verbis originalis Mariæ puritas deſignatur, cùm dignitatem hoſpitij tantum principem excepturi deceret omnibus his eſſe plenè & prævie gratijs ornatum, ex quibus exciperet voluptatem. Vndè cap. 2. ait: *Et proſequens Angelus ſuæ legationis officium, ſalutans nomen Virginis reticet, à gratia eam denominans dicens: Ave gratia plena.* Quaſi priùs ſtatuendum eſſet, Mariam plenitudine gratiæ in ipſa origine præditatam, quàm Mariæ nomen ederetur.

13 Meherclè inordinatæ & oſcitantis providentiæ eſt, minoris momenti negotijs ſummam exhibere ſolicitudinem, & alacre impendere ac indormiens ſtudium, gravioribus, & quibus totis erat viribus deſudandum, omiſsis aut neglectis. Perpendo Deum adeò Mariæ nominis nobilitatem & decentiam procuraſſe, eiuſque vigilantem ſuſcepiſſe provinciam, ut vel immunditiæ ſcrupulum ab eo dimovere ſategerit, ſtudueritque extrinſecas ab illo arcere ſordes, ne vel à longe ex alterius macula, nævulus aliquis aut umbra, tenuisvè ſuſpicionis reſultus in illud valeat irrepere. Sanè ſi caput Luc. 7. cum 8. conferas, obſeratum arcanum exondes in Mariani nominis decus & puritatem; cap. enim 7. de Maria Magdalena agens ait, num. 37. *Ecce mulier, quæ erat in civitate peccatrix*, Luc. 7. 37. cap. verò 8. 2. iterum illius mentionem faciens inquit: *Et mulieres aliquæ quæ erant curatæ à ſpiritibus malignis, & infirmitatibus; Maria, quæ vocatur Magdalene, de qua ſeptẽ dæmonia exie-* Luc. 8. 2.

exierant, & Ioanna uxor Chuſæ procuratoris Herodis, & Suſanna, & aliæ multæ, quæ miniſtrabant ei de facultatibus ſuis. Cur, oro, cap. 7. Mariæ nomen ſilentio obſtruxit, & cap. 8. illud prodere non detractat, ſed conſultò, & ex ſententia, quæ ſit tunc, & qualis anteà fuerit Maria pandit? Verè in Mariæ Deiparæ gratiam; cùm enim Mariam Magdalene agnovit ſcelerum rapinam & dæmonum prædam, memorans, Mariam quoque Dei genitricem appellari, ab eiuſmodi vocabulo abſtinuit, nec cenſuit proferendum, ubi tot flagitiorum eluvio aperiebatur. Cùm verò poſteà Magdalenam à criminoſo tramite reſiluiſſe perdidiciſſet, & iam puram, & lavacro pœnitentiæ nitidam veſtigijs adhæſiſſe Dominicis, Mariam illam accerſere non dedignatur: admonente ſic ſacro Hiſtorico, ubi abeſt gratia, & adeſt delictum, indecorum cenſeri cum peccato nomen coniungi Mariæ, ubi verò gratia prominet, & ſcelus aufugit, æquum eſſe ut Mariæ nomen exoriatur. Rurſus præſtò eſt Richardus ubi ſuprà ad illud Luc. 1. 27. *Et nomen Virginis Maria. Benè autem immediatè adiungitur Mariæ virginitas, eò quòd non ſolùm nomine præferat, ſed & alijs præbeat gratiam caſtitatis. Ita etiam nomini Mariæ virginitas & ſanctitas inſeparabiliter ſunt adiuncta, quod cùm agit B. Lucas cap. 7. de pœnitentia Magdalenæ, propter huius nominis reverentiam non auſus fuit Mariam, ſed mulierem nominare. Sed paulò pòſt, ſcilicèt cap. 8. cùm dicit, illam iuſtificatam à Domino de ſuis facultatibus illi miniſtrare, vocat Mariam, & ei Suſannã, & Ioannam adiungit, quæ ſi beatæ ſunt, quia Domino de ſuis facultatibus miniſtrarunt, iſta longè beatior, undè dicitur ei Proverb. 31. Multæ filiæ congregaverunt divitias, tu ſupergreſſa es univerſas.* Quid, quæſo, ad Mariæ puritatem, ſi Luca peccata recẽſente Magdalenæ, Maria appellaretur; numquid ea iniuria Mariæ labefactaret honorẽ, pollueret puritatem, aut ſplendorem obnubilaret? Id certè non tam cura tutãdæ Marianæ gloriæ, quàm ſcrupulus aut nimius ardor (ſi fas eſt ita fari) dicendum eſt. Si ita in exiguum lapidem offendit divina Providẽtia, & ex re tam levi & exili ſolicitudinem ſuſcipit & ſuſpicionem, à Marianiq́ue nominis vult illam aberruncare; conſentaneũ ne erit, ut exiſtimemus in Mariæ conceptione illam ſomno & inertiæ deditam, permiſiſſeq́ue cum proprio crimine & ſorde penitus inhærente maritatum fuiſſe Mariæ nomen? Abnuit Deus, ut nomen hoc ſanctiſsimum alienis delictis ſupernatet, cenſens illi iniurium tam infami rhedæ ſupervectari, & patietur, illud proprijs ſordibus equitare? Mariæ nomen ita ſanctitati inſeparabiliter innexum, & impactum eſt, ut nunquam illud ſine gratia, nunquam ſine ſanctitate voluerit Deus inveniri: & Mariam ipſam aliquando cum crimine ſervituti obnoxiam & dæmonis mancipium ſiverit eſſe repertam? Itanè acriori curæ & ſolertiæ ſtimulo de nomine Mariæ, quàm de perſona nominis pungebatur? O divinæ Sapientiæ arcana, & æternæ providentiæ theſauros, quæ ſignata & reſignata myſteria condunt nondum aperta, licèt iam quaſi perhiſcentes rimulas ſe prodentia, ob quæ ſanxerit, originalis Mariæ nobilitatis ſtemmata, quæ tot irradiantur ſplendoribus, tot teſtimonijs firmantur, adhuc in aliquorum mentium dubietatis pelago fluctuare!

Richard.

§. III.

Mariani nominis Etymon, & ſub eius folliculo contentum originariæ Mariæ puritatis deglubitur granum.

14 *Mariæ nominis Etymon.*

15 *Significat mare amarum. Ex maris nomine Mariæ indemnitas, per Bonavent. Appenduntur eius verba, & Simonem de Caſsia.*

16 *Mare dictum à Maria, ſeu Maria à mari, ut ad primam congregationẽ aquarũ eius nomen reſpiciat, per Bonavent. Albertum Magnum, & Chryſolog. cuius verba expenduntur.*

17 *Ex maris nomine indagatur nobilis conceptio Mariæ, per Richard.*

18 *Provehit eamdem veritatem Richardus.*

19 *Ex maris ſalſugine arguit eamdẽ Mariæ ingenuitatem Richardus inducens locum 4. Reg. 2. 20.*

20 *In mari fuſili 3. Reg. 7. 23. præfigiata Maria, per eundem. Mare fuſile Baptiſmi formam præferebat, ex Beda, Eucher. Angel. & Rabbano.*

21 *Ex maris amaritudine fulcitur Mariæ conſpicua conceptio, per Bonavent.*

22 *Aliter per Bedam, quem affert Richardus, luce perfundũtur eius verba, præſertim ex loco Gen. 2. 8. per Greg. & Hilar.*

23 *Maria dicitur illuminata ſeu illuminatrix. Probat hæc etymologia immunitatem conceptionis Marianæ, ex Bonaventur. cuius verba librantur, & illuminantur à loco 1. ad Corint. 1. 10. per*

Theodor. & à loco Ioan. 3 5 per Tertul.

24 *Richardus eamdẽ Mariæ nominis etymologiam exornat. Maria feneſtra cryſtallina. Locus Gerſonis.*

25 *Maria interpretatur quoq; ſtella maris, quæ interpretatio Mariæ originis claræ fulcimẽtum eſt, ex Petro Damian. cui accedit Bonavent.*

26 *Locus Gerſonis id adſtruens, Maria munimenta adverſus originale ſcelus præbet, ideò Ieſus ut primam gratiã tribus Orientalibus Regibus donaret, Matris gremio inſedit, ex eodem elucidantur eius verba.*

27 *In Mariæ nominis etymum prædictum Bonavent. eius mens aperitur, & commendatur.*

28 *Quantam gratiæ plenitudinẽ hoc nomen prærequirat, Luc. 1. 28. ex Richard.*

29 *Ex Stellæ nomine & proprietate, quæ cœlo affigitur, Mariæ illuſtrem originẽ delibat Richardus. Cui adſtat Amedeus.*

30 *Item, quia ſtella dicitur à ſtando: quod lumen accipit ex loco Iuſtini Martyr. Explicatus difficilis locus Matth. 26. 29. & cur Chriſtus ſemel in horto preces fuderit poplite flexo, & deinceps ſtans, ex Niſſeno, Amphiloch. & Peluſiota.*

31 *Item ex eo quòd Maria ſtella in dextera Dei fuerit, illuſtratur ex loco Proverb. 3. 16. & Apocalyp. 1. Glorioſum corpus decet habitus nuditatis, locus inſignis Iuſtin. Martyr. Quamobrem ſurgens Dominus in ſepulchro veſtimenta reliquit.*

32 *Item, ex Stellæ pulchritudine, per Richardum.*

33 *Maria ſtella lucifer per eumdem: illuſtratur à loco Apocalyp. 2. 28. ubi Cœlius Pannonius per matutinam ſtellam cenſet Chriſtum deſignatum.*

34 *Adſtruit, portenditque mentem ſuam Richardus.*

35 *Item ex ſtellæ materia, forma, quantitate, ſitu, motu, & virtute Richardus cõgeminat munimenta, pro Mariæ conceptione, & eius elucubrantur verba.*

14 Erè quotquot invenio Eccleſiæ Patres delibrãdæ Mariæ nominis etymologiæ ſtudiũ & operã impendentes, D. Hieronym. aſſentiũt, qui lib. de nominibus Hebraicis ita ſcribit: *Mariã plerique æſtimant interpretari, illuminãt me iſti, illuminatrix, vel Smyrna maris; ſed mihi nequaquã videtur. Melius autem eſt, ut dicamus ſonare eã ſtellã maris, ſive amarũ mare; ſciendumque, quòd Maria ſermone Syro Domina nũcupatur.* Itaque Maria & illuminata interpretatur, & illuminatrix, & ſtella maris, & mare amarum, & Domina. Ambroſ. lib. de inſtit. Virginis c. 5. neſcio quo duce Mariæ ſpecialẽ invenit etymologiã, ſic enim ait: *Vndè & ſpeciale Maria Domini hoc nomen invenit, quod ſignificat Deus ex genere meo.* Scio alios Mariã ſtelã maris interpretatos, ſed piè, ſed religioſè, & non ſacrilegè, & turbulentè feralique rabie percitos, ſicut impudicum & blaſphemias evomentẽ Lutherum ex eo etymo Mariæ puſſilitatẽ elicere contendentẽ. De quo Caniſius noſter lib. 1. de Maria Deipara, cap. 1. Nunc ſingulas etymologias operæpretium eſt ut diſcutiamus, & enucleemus. Ambroſ. Caniſius.

15 Et quidem non parum fulcit Mariæ originalem indemnitatem, ſi Mariam amarũ mare ſignificare credamus. Mare vocatur Maria propter exundantiam exuberãtiamque gratiarũ, quia ſicut nullus eſt aquarum curſus, qui in marenõ tendat, in illudque ingrediatur, ita nulla vix grãtiarum ãfluentia valet excogitari, quæ in Mariã ornãdam & implendã non pergat. Optimè profectò D. Bonaven. in ſpeculo B. Virg. c. 3. *Primò cõſiderate chariſimi, quòd Maria dicitur mare propter affluentiã & copiã grattiarũ. Vndè ſcriptũ in Eccleſia eſt: Omnia flumina intrant in mare. Flumina ſunt chariſmata Spiritus ſancti. Vndè Ioannes dicit, Qui credit in me, ſicut dicit Scriptura, flumina de vẽtre eius fluent aquæ vivæ. Hoc autẽ dixit de ſpiritu, quẽ accepturi erãt credẽtes in eũ. Omnia ergo flumina intrant in mare, dum omnia chariſmata ſanctorũ intrant in Mariã. Flumen enim gratiæ Angelorũ intrat in Mariã, & flumen gratiæ Patriarcharũ & Prophetarũ intrat in Mariã; & flumẽ gratiæ Apoſtolorũ intrat in Mariã, & flumen gratiæ Martyrũ intrat in Mariã, & flumen gratiæ Confeſſorũ intrat in Mariã, flumen gratiarum Virginũ intrat in Mariam. Omnia flumina intrãt in mare, id eſt, omnes gratiæ intrant in Mariam. Vndè ipſa optimè dicere poteſt illud Eccli. In me omnis gratia viæ & veritatis, & in me omnis ſpes vitæ & virtutis.* Vndè quemadmodum mare nunquam ſine aquarum ſenatu & collegio inveniri, aut excogitari poteſt; ſi enim areſceret, & aquæ deficerent, ſimul exſiccaretur mare, nomenque deperderet; ſic Maria ſine gratiarũ plenitudine fingi nõ poteſt: & quemadmodũ mare ab initio ſui eſſe aquarũ cõplexum eſt fluẽta omnia, nam ab earum continentia habuit, ut mare diceretur; ſic Maria à primo ſuæ conceptionis momẽto in ſe univerſalem ſancti Spiritus gratiarum & chariſmatum pluviam recepit. Expende verba illa Bonavent. *Flumẽ enim gratiæ Angelorũ in-* D. Bonavent.

Hieron.

intrat in Mariã. Et qualis, obſecro, eſt Angelica gratia, niſi gratia originalis, & decor ille ingenitus, ſplendorque nativus, in quo fuerunt nobiles illæ intelligentiæ creatæ? Verè ſi Maria in ſui generatione peccati Adami caligine atrata eſt, & eius tenebris tumulata; quo modo in ea ſuam Angeli gratiam agnoſcerent? Vbi enim illa tunc foret libertas, & ingenuitas originis? Flumẽ ergo gratiæ Angelorũ intravit in Mariã, quia ſicut illi, gratiarũ divitijs à ſua prima origine & animæ in corpus infuſione prædita eſt. Et hoc myſteriũ arbitror ab Angelo deſignatũ, cũ Mariæ ſalutẽ impertiens, antequã Spiritus ſancti umbraculũ in illã deſcenderet, & fluentum illud donorum cœleſtiũ ſuperveniret, eam gratia plenã vocaſſe, cõperitur. Ne putaremus, tunc dumtaxat plenã fuiſſe Mariã, cùm Spiritus ſanctus, ut ſanctã verbi incarnatã perficeret œconomiã, muneribus ſuis onuſtus illã occupavit; nã illa non tam plenitudo accienda eſt, quàm ſuperplenitudo, non tã effuſio, quã ſupereffuſio: iã enim anteà, hoc eſt, à ſua prima ſanctificatione, quæ à conceptione auſpicata eſt, plena gratiarũ ſupellectili ornatam ſe conſpexerat; quare iã extunc gratia plena meruit nũcupari. Quod quidem D. Bonavent. non latuit

Idem. ſuprà cap. 7. *Non ſufficit Archangelo gratiã Mariæ ſimpliciter commendare, ſed etiã plenitudinem eius voluit ſignanter inſinuare, cùm dixit gratia plena. O verè plena, & plenè plena. Adhuc certè non dixerat Gabriel: Ecce concipies in utero, &c. Adhuc etiã non dixerat: Spiritus ſanctus ſuperveniet in te, &c. Si ergo ante ſuperventionem Spiritus ſancti, ſi ante conceptionem Filij Dei plena fuit Maria, quanto magis poſt? Propter hoc benè de eius plenitudine, & de plenitudinis eius gratitudine, dicit Anſelmus. Hæc millies pleniſsimè ab Angelo ſalutata, Spiritus ſancti repleta, plenitudine divinitatis afflata. Benè ergo plena dicitur Maria, plena, inquam, illuminatione ſapiẽtiæ, plena inundatione gratiæ, plena poſſeſſione bonæ vitæ, plena unctione miſericordiæ, plena fœcundatione prolis, piæ plena perfectione Eccleſiæ, plena reſperſione odoriferæ famæ, plena reſuſcitatione divinæ gloriæ, plena etiam fruitione æternæ lætitiæ. Has novem plenitudines conſideremus in Maria, quæ novem ordinum Angelicorum plenitudines repræſentant in gloria.* Et ſic Mariam cogitabimus à ſua prima origine non ſolùm refertam gratijs, ſed reſultibus divinæ gloriæ reſperſam: ut nihil in novem Angelorum Hierarchijs & ſplendidum ſit, & glorioſum, quod extunc nõ impluerit in Mariam. Conteſtatur Simon de Caſsia ad

Luc. 1. 45. illud Luc. 1. 45. *Et beata quæ credidiſti, lib. 2. cap. 13. Ac per hoc ſi benedictio Virginis, quod ab Angelo & ab Eliſabeth benedicta in mulieribus prædicatur, adeò protinus fuerat, ut illam ei Dominus bonitatem cõferret, qua ſibi ſuper omnes poſſet placere, ac Dei Filiũ generare. Beata ſiquidẽ prædicabatur viatrix exiſtens. Virtutis erat exiſtẽtis in animo iſta beatitudo, ut nihil poſſet repugnare futuris; ne ipſa in mente habebat aliquid impacatum, cùm ſit aſſumptio in ſuperna.* Nil ſanè clarius & religioſius. Simon de Caſsia.

16 Sed ad maris etymum redeuntes, nõ indoctè cenſent plerique vel mare dictum à Maria, vel Mariam dictam à mare, quia nomẽ, quod in prima orbis inſtitutione aquarum coitionibus inditum fuit; Maria eſt: *Congregentur aquæ, quæ ſub cœlo ſunt in locum unum, & appareat arida; & factum eſt ita, & vocavit Deus aridam, terram, congregationeſque aquarũ appellavit maria*, Gen. 1. 9. Nã & utrumque poſſumus intelligere; & quòd gratiarum concurſum, quæ corrivatæ ſunt in Mariam, tanquam prototypum & exemplar Deus præ oculis habuerit, maris extruendi, & aquas in unum locum coadunandi; & quòd aquarum conventus & comitia ſimilitudinem Deo obtulerint omnigenæ gratiæ coëundi in Mariam. Sic Bonavent. ubi ſuprà: *Tanta enim inundatio gratiæ, tanta profunditas & magnitudo in Maria fuit, ut ipſa mare plenum dici poſſit, iuxta illud: Tonet mare, & plenitudo eius. Sicut in mari aquarum, ſic in maria ſunt congregationes aquarum. Vndè ſcriptum eſt: Congregationes aquarum appellavit Maria. Dicitur quoque in Eccle. Omnia flumina intrant in mare. Omnia flumina ſunt omnia gratiarũ dona, &c. quæ intraverunt in Mariã iuxta illud Sapientis: In me omnis gratia viæ & veritatis. Quàm plenum ſit hoc mare, quàm plena gratia ſit Maria, B. Hieron. aperit dicens: Benè plena, quia cæteris per partes præſtatur; Mariæ verò ſimul ſe tota infudit plenitudo gratiæ. Hoc ergo plenum mare audiamus contra vitia tonare. Tonet ergo mare, & plenitudo eius, tonet plenum mane, tonet plena Maria.* Ergo cõtra peccata mare hoc coactum eſt, & ut peccatis terrorem injiciat, & horrorem: non ut peccati primi horroribus ſubiaceret, & prioribus illis tenebris offunderetur; nam abyſſus illa, quæ tenebris velut faſcijs obvolvebatur, non mare erat; poſteà enim ſub Solis lucis ſplendidò nitore, cõgregatæ ſunt aquæ, & nomen Mariæ emerſit. Favet ijs Albertus Magnus tractat. ſuper Miſſus eſt, c. 167. ubi docet, nomen ipſum Maria, latinè idem ſignificare quod maria: ut quemadmodum aquæ omnes in unum coëuntes locum

Bonavent.

Albertus Magnus.

nomen Maria parturierunt; ſic gratiarum omnis conventus hoc nomen ederet Maria. Idem poterit à Chryſolog. delibare, ſer.
Chryſol. 146. aſſerente: *Maria mater vocatur, & quando non Maria mater? Congregationes aquarum appellavit maria. Nonne hæc exeuntem populum de Ægypto concepit uno utero, &c.* Quæ verba memini me ſuperiùs illuſtraſſe: & poſteà nominis huius encomia ſubnectens inquit: *Nomen hoc prophetiæ germanum eſt, hoc renaſcentibus ſalutare, hoc virginitatis inſigne, hoc pudicitiæ decus, hoc indicium caſtitatis, hoc Dei ſacrificium, hoc hoſpitalitatis virtus, hoc collegium ſanctitatis; meritò ergo Matris Chriſti nomen hoc eſt maternum.* Tria hìc præcipuè epithea Mariani nominis attendenda ſunt, nempè *renaſcentibus ſalutare, Dei ſacrificium, collegium ſanctitatis.* Ex quibus educitur Mariæ nomen conflatum, & inſtructum adverſus piaculum originale; quaſi enim illud comminiſcitur Chryſologus baptiſmalis Sacramenti coadiutorem, vel in eius adiutorium illi adiunctum. Quamobrem tunc ſuper regeneratum nomen Mariæ expandere, ſalubre ingenium appellat; nam ideò quemadmodum Sacramentalis aqua, ſalutaris regeneratis dicitur, ſic Mariæ nomen vocat Chryſologus *renaſcentibus ſalutare*: quod iuvat plurimum, & coadiuvat, ut à labe originali renaſcentes luſtrentur. Deinde illud nominat *Dei ſacrificium*; nam ſicut in holocauſto, quod ſui ſanguinis Chriſtus Patri obtulit, peccati originalis ſtimulus hebetatus eſt, & obtuſus, ipſumque in cruore illo ſanctiſsimo ſuffocatum; Dei ſacrificium Mariæ nomen non immeritò ſortitur, cuius invocationi ſacrificij ſui Deus virtutem & poteſtatem adlegavit. Quamobrem D. Bonavent. in ſpeculo cap. 3. univerſalem Eccleſiam Mariæ famulam contemplatur; nam ſicut famula in manus heroinæ ſuæ oculos conijcit, quaſi vitam ſuam & ſalutem ab eis fluxuram ſperans, ſic ancilla Eccleſia aciem oculorum dirigit in Mariam, à cuius ſpectat manibus gratiarum muneribus ditandam; nam efficaciæ & meritorum Chriſti ſacrificij divitiæ per Mariæ manus tanquam per cana-
Bonavent. les ſtatuit Deus ut ad nos decurrant: *De hac Domina in Pſalm. dicitur. Sicut oculi ancillæ in manibus Dominæ ſuæ, &c. Ancilla Dominæ Mariæ eſt quælibet anima fidelis, imò etiam Eccleſia univerſalis. Oculi huius ancillæ in manibus Dominæ ſuæ ſemper eſſe debent, quia oculi Eccleſiæ, oculi omnium noſtrum ad manus Mariæ ſemper debent reſpicere: ut per manus eius aliquid boni accipiamus, & per manus eius quidquid boni agimus, Domino offeramus. Per manus enim huius Dominæ habemus, quidquid boni poſſidemus, teſtante B. Bernardo, qui ait: Nihil nos habere voluit, quod per manus Mariæ non tranſiret.* Vlteriùs, Mariæ nomen appellat Chryſol. *Collegium ſanctitatis*, ſicut enim nihil commune habet lux cum tenebris, & Chriſtus cum Belial, ſic nec ſanctitas cum iniquitate, ac proindè nec illius collegium cum huius cõventiculis; à primis enim fundamentis Maria erecta eſt in collegium ſanctitatis, & gratiæ domicilium: & quàm indecorum eſſet, & inverſum, ut in ſanctitatis collegio, & virtutis habitaculo primùm dedicaretur iniquitas, & fundamenta occuparet iniuſtitia, & à ruina peccati, gratiæ operoſa moles auſpicaretur. Nec minus ſanè eſſet indignũ & inglorium, ut aliquãdo ſub nomine, quod Divina providentia in miniſterium aquæ baptiſmalis, & remedium noxæ originalis erexit, & cui totum Dominicum ſacrificium commiſſum fuit & concreditum, peccato originali obnoxia nomen illud perpetuò ſuſtentatura fœmina ſuccumberet.

17 Præindicatis Patribus accedit Richard. de S. Laurent. lib. 1. de laudibus B. Mar. cap. 3. ex Mariæ nominis etymo, quod mare ſonat, originalem eius ingenuitatẽ in-
Richard. dagans: *Maria eſt mare propter aquarũ, id eſt, gratiarũ plenitudinẽ, undè dicitur gratia plena. In mari nec fundus, nec menſura eſt, nec Maria accepit gratiam ad menſuram aliorum. Eccli. 1. Profundum abyſſi quis menſus eſt?* Si ut gratiam aliorũ hominum metiaris, illius inſequeris initium, invenies gratiam velut peccato metatam, & ab abolitione originalis maculæ illam inchoare. Non ſic reperies Mariæ gratiam, ſi principiũ illius inſecteris, quia prima illius gratia nullum in ea lapidem, in quẽ offenderet, tetigit, abſque ullo offendiculo liberam & planam viam, ut in Mariam deſcenderet, nacta eſt: *Non enim accepit Maria gratiam ad menſuram aliorum.*

18 Deinde meditatur Richardus inſtar maris Mariam, quia gratiarum fluentis & ditatur, & ditat; ſicque eas haurit, ut diſtribuat, & alijs impertiatur. Nec enim videtur rationi conſentaneum, ut, à qua omnes gratiam expectant, quâ ab originali ſorde mundentur, in ipſa tanquam in mari univerſali gratiarum depoſitam, originis proſtituta fuiſſet contagio. Et hoc ipſum nomen indicat maris, quod quidem non ſolùm difficulter non recipit labentes aquas, ſed ipſæ tanquàm ſponte ad ipſum confluunt: in hoc enim à reliquis hominibus dignoſcere Mariam oportet, quia reliqui peccato Adami velut

mon-

monte obvallati, & circumſepti obſtaculo ad gratiam excipiendam præpediebantur: nec illius fluẽtis locus, aut via aperiebatur, per quam valerent ad illos pervenire. At Maria, quæ peccato primi non fuit obnoxia parentis, nec in illo peccavit, nullo interpoſito obice facilis ad gratiarum collectionẽ facta eſt, nec ut in illam corrivarentur, aliquo fuerũt obſtaculo intercluſæ. Ideò quaſi ſponte & ex impetu ad illam ferebantur. Ideò deſignata eſt Maria per vellus cœleſtem ebibens rorem circũſtanti tellure arida permanente: quia quo modo vellus nulla difficultate rore madet, quem videtur appetere & ſitire, ſic facilè divinæ imbre gratiæ Maria humectata fuit, & ditata, cùm aliorum ob peccatum ariditas & ſiccitas gratiæ rorem videbãtur reſpuere, eiq́ue repugnare. Sic Richardus: *Mare eſt Maria, quia non poteſt exhauriri, omnes enim aquas recipit, & omnes aquas emittit, & ſemper plenum remanet, & ideò recipit, ut emittat: Sic Maria à Deo recipit omnes aquas gratiarum, omnem plenitudinem univerſorum bonorum, ut ea nobis diſtribuat ſine diminutione plenitudinis ſuæ. Et ideò ad locum undè exeunt beneficiorũ flumina reverteruntur, id eſt, reverti debent per gratiarum actionem, ut iterum fluant ad nos. Eccle. 1. Item ſicut maris profunditas, ſic nec Mariæ liberalitas poteſt exhauriri; indefeſſe enim & ſufficienter dat gratiam univerſis, niſi per eos ſteterit, quam facillimè invenit apud Deum. Et ipſa eſt ſicut vellus & ſpongia Pſalm. 71. Deſcendit ſicut pluvia in vellus: quæ multam de facili trahunt aquam, & in magna quantitate, & eam facillima comprehenſione refundunt, ſic & Maria gratiam, quam invenit apud Deum.* Idem.

19 Mare item, & eius vocabulum convenit Mariæ, ad eius nobilem originem expediendam, ob ſalſuginem: ſal enim ſitim excitat, & generat, & Mariani nominis invocatio ſitientes reddit animos divinæ gratiæ. Quis ex his peccato immixtam aliquãdo fuiſſe cogitaverit Mariam, quod tædium divinæ gratiæ progignit & faſtidium, cogitq́ue animã nauſeare ſuper leviſsimo & delicatiſsimo cibo gratiæ? Non enim decebat primo Marianam mentem peccato reſpergendam, in quam immittendum erat ſal divinæ gratiæ provocativum. Hæc credam, præfigurata fuiſſe in Eliſeo novum vas exigente, in quod ſal injiceret: *Afferte mihi vas novum, & mittite in illud ſal*, 4. Reg. 2. 20. Næ vas, in quod ſervandum & reponẽdum erat ſal, cœleſtium donorum ſitim laceſſens expediebat valdè, ut novitate polleret, nec aliqua primi peccati vetuſtate eſſet perfricatum: nam ſicut novus homo Chriſtus, nihil de ſordida antiquitate trahẽs, ita nova fœmina Maria, quæ antiquæ Evæ ſaporem non deguſtavit, nec illius odorem emiſit. Hoc igitur vas novum expetendum erat ad ſal excipiendum. Adeſt Richardus ſuprà: *Mare eſt Maria, quia aquæ eius ſalſæ ſunt, & potatæ magis ſitim accendũt: Aquæ iſtæ gratiæ ſunt, quas diſtribuit Maria quæ guſtatæ magis accendunt deſiderium. Vndè ipſa dicit Eccli. 24. Qui bibunt me, adhuc ſitient. Nec mirum, ſi ſitim tanquã ſal accendit, cùm ipſa ſit illud vas, de quo dixit Eliſeus: Afferte mihi vas novum, & mittite in illud ſal. Sal in novo vaſe, ſapientia Dei in utero virginali. Non ergo mirum, ſi quæ tale ſal accepit, tota ſalſa eſt, tanquàm mare, & ideò ſemel experti eius dulcedinem, quantò amplius bibunt, tãtò amplius concupiſcunt.* Richard. 3. Reg. 2.

20 Quamobrem Mariã ob nomẽ eius & geſta rectè adũbrabat mare illud fuſile, cuius meminit textus 3. Reg. 7. 23. *Fecit quoque mare fuſile decẽ cubitorũ à labio uſque ad labiũ.* Et Paralip. 2. 6. aſſeritur, ſacerdotes in hoc mari luſtrari: *Porrò in mari ſacerdotes lavabantur.* Enimvero Beda lib. de tẽplo Salomonis, c. 19. quẽ ſectantur Eucherius, Angelomus, & Rabbanus, cenſet æneũ mare præfiguraſſe baptiſmũ, quod ingredientibus templũ offerebat aquam, quã extergerentur; per baptiſmũ enim ingreſſus patet ad Eccleſiã, quia in ipſo fidei ſtatuuntur valvæ; diſcutiẽs autẽ cur vas illud æneũ mare fuerit appellatum, docet, non tam ob grandit atem, quàm ob maris Rubri myſterium, & iugem recordationem, in quo Ægyptijs extinctis, & fideli populo liberato, primũ baptiſmi ſacramentũ dedicatum eſt iuxta diſciplinam Pauli 1. Corint. 10. Sic enim ſcribit: *Hoc mare in figuram baptiſmi factum eſt, quo in remiſſionem peccatorum emundaremur. Sacerdotes enim in eo lavabantur, ut Paralip. teſtatur. Sacerdotes enim omnes electi vocantur, qui ſunt membra ſummi Sacerdotis Ieſu Chriſti. Rectè autem hoc vas mare dicitur, in memoriã ſcilicèt maris Rubri, in quo prius per Ægyptiorũ extinctionẽ, & populi Dei libertatẽ baptiſmi forma præceſſit. Vndè patres noſtri omnes ſub nube fuerũt, & omnes mare trãſierunt, & omnes in Moyſe baptizati ſunt in nube, & in mari. Sacramentũ autẽ baptiſmi & vitæ à nobis munditiam quærit in hoc ſæculo; & vitæ æternæ gloriam promittit in futuro.* Ex nomine ergo habet Maria, quod in hoc mare æneo præſignaretur, quia imputribilis ipſa & incorruptibilis ſicut æs ob immunitatem à peccato maris huius myſterijs ornatur, & quæcumque Eucherius. Angelom⁹. Rabbanus. Beda.

ſacramenta mare illud continebat, munimenta erant nobilem eius originem præferentia. Nam ſtuduit Deus, ut Maria baptiſmuſque in unam coirent imaginẽ, & quòd tam is, quàm illa ſub eiſdem lineis exprimerentur; quò innoteſceret, utrumque in unum tendere facinus, in eiuſdemque operis miniſterio fœderari, nempè originalis culpæ abolitione. Mare ergo, quo expiabantur ingredientes, Maria typice erat, quia ſicut illius aqua abluebat, nõ abluebatur, nec enim egebat mundari, quæ mundabat; ſic Maria virtutem exercens baptiſmi, precibus meritiſque ſuis originalem maculam ab Eccleſiam intrantibus detergens, ab illa abſtergi nõ opus habuit. Maria mare illud erat, quia ſicut ille intrantibus exhibebat tinctionẽ, ſic Maria adverſus originale piaculum armata illo laborantibus occurrit obviam, ut tantum crimen interimat, perdat, & mactet; baptiſmum enim originis infectæ remedium, quaſi in illius gremio depoſuit Deus, à Maria enim vult illud obtineri, & per Mariam gratiam illius elargiri, ut perdiſcant fideles, quàm ſordium originis expers fuerit Maria, in qua diræ luis ſerpentis per humanam propaginem ſalutem & remedium in ea collocârit, & ab ea efflagitari ſtuduerit. Non ab his aberrat Richardus Richard. ſuprà ſcribens: *Maria deſignatur per mare fuſile, de quo legitur 3. Reg. 7. & 2. Paralip. 4. quod in ædificatione templi poſitum eſt in latere dextro contra Orientem ad Meridiem, ut lavarentur in eo intrantes in templum, nec præſumerent intrare templũ polluti. Per hoc mare ſignatur Maria, quæ fuſilis eſt per pietatem, liquefacta per dilectionem, ænea, id eſt, imputribilis per peccati immunitatem, ſonora per divinam laudem, & orationum aſſiduitatem, quæ ſpeciali affectu miſericordiæ volentibus intrare Eccleſiam prima omnium Sanctorum occurrit, ipſis gratiam interioris amaritudinis & contritionis, & ſonum veræ confeſſionis infundit; ad verum Orientẽ, id eſt Chriſtum Filium ſuum eos per gratiam ſuã deducit, charitatis fervore, quæ per Meridiem deſignatur, accendit, & tandem ad dexterã æternæ beatitudinis introducit.*

21 Etenim Mariæ nomen non ſolùm mare, ſed & mare amarum interpretatur. Si verò quæras, quod innuat myſterium, quòd mare amarum Maria dicatur: aſſeram, originis ſuæ impollutam & intemeratam munditiem. Nam maris huius amaritudinẽ dæmones experiuntur, in quo torqueri ſe ſentiunt, & ſuffocari. Nam mare illud æneum, de quo in numero præcedenti, in memoriã maris Rubri erectum baptiſmũ pariter deſignat, & Mariam, docente ſic divina Sapiẽtia, in baptiſmo Mariaque id fidelibus dæmonibuſque evenire, quod olim in Rubro mari Ægyptijs & Iſraelitis. Quemadmodum enim pelagus illud Rubrũ populo Dei fuit ſalutare, & Ægyptijs inſultãtibus exitiale; ſic Mariæ mare baptiſmique damonibus amarum eſt, & luctuoſum, ijs verò, qui per illud libertate fruuntur, glorioſum & ſalubre: ac proindè non ita horriſonè tonãs & fulminans æther homines horrore concutit, quàm ad hominum auxilium & libertatem ſe Maria movente, palleſcit, & quatitur Thartarus. Nam quilibet Mariæ ſonus perſtrepens ad hominibus ferẽdam opem, inſtar vehementis cœlum terramque terebrantis tonitruus dæmones deijcit, & deturbat. Quo, exoro, pacto, in ſui initio Maria dæmonum principi ſubijcienda veniret, in qua munimenta conflabat Deus, armamentaque adornabat in inferni direptionẽ, & eius ſpoliorum deprædationem? Nonne tibi Maria videtur mare amarum dæmonibus exiſtere, & eo nomine ipſos adverſus eã clamitare? Opportunè Bonavent. in ſpeculo cap. 3. *Conſidera chariſsime, quòd Maria eſt mare amarum diabolo, & angelis eius per ipſam oppreſsis, quemadmodũ mare Rubrũ amarum fuit Ægyptijs. O quàm amara & timenda eſt hæc Maria dæmonibus! Vndè B. Bernardus, non ſic timent hoſtes viſibiles caſtrorum multitudinem copioſam, ſicut æreæ poteſtates Mariæ vocabulum, &c.* Etſi contra vitia tonare, inferni phalanges proſternere eſt, repete quam ſuperiùs ediximus ſententiam Bonaventuræ in ſpeculo cap. 7. explicantis illud Pſal. 95. 11. *Commoveatur mare, & plenitudo eius*, de Mariæ mari. Sed tamen legit ipſe: *Tonet mare, & plenitudo eius: Hoc ergo*, inquit, *plenum mare audiamus contra vitia tonare; tonet ergo mare, & plenitudo eius: tonet plenum mare, tonet plena Maria.*

Bonaven.

Idem.

22 Aliorſum ſe cõvertit Richardus Bedæ inſecutus ſententiam, ſed à ſcopo noſtro non plenè divertitur. Ait enim. *Dicitur et ã Maria mare amarum ſicut dicit Beda: ideò quod mare, id eſt mundum, per gratiam ſuã nobis amaricat, & per exemplum: & univerſas mundi delicias convertit in amaritudinem de ſe fideliter cogitanti, & mundanas amaritudines ſuis imitatoribus dulces facit reputari. Deuter. 33. Inũdationes maris quaſi lac ſugent, ſcilicèt imitatores Mariæ. Proprius enim alveus huius maris ſanctitas eſt; & ſi tantùm ad ſanctos reſpiceret, in ſuo alveo clauderetur, ſed pervenit in eam Spiritus ſanctus, ut eam faceret inundare. Inundat autem, quaſi proprium excedens alveum, cum ipſa licèt ſine peccato, nihilominus tamen peccatoribus condeſcẽdit,*

Richard.

dit, quæ inundatione, tanquam lacte ſuos paſcit, & hæ inundationes illæ ſunt emiſſiones paradiſi, de quibus agitur Cant. 4. Profectò ſi diabolus, mundus, & caro feralis quædam & infenſa trinitas eſt, & una ſubſtantia, quia commune marſupium habent, & una eſt trina eorum facultas; ſicut ex armatura, quam adverſus diabolum induit Maria (propter quam amarum mare illi eſt) illi⁹ ingenua cõceptio arguitur haudquaquàm à dæmone mancipata; ita ex ea, qua adverſus mundum loricatur & carnem, illius amaricãs pompam, huius voluptates, eadem eius nobilitas facilè poteſt depallari. Sed tanquàm valdè ad noſtrum inſtitutũ cõducentia verba illa extricanda ſunt: *Proprius enim alveus huius maris ſanctitas eſt, & ſi tantùm ad Sanctos reſpiceret, in ſuo alveo clauderetur, &c.* Quibus apertè liquet, quàm à ſui origine Maria extraneum habuerit peccatum, ſiquidem aliorum reſpicere peccata ſolumut eis ſubveniat, quaſi extra ſe ipſam ferri eſt. Alveus propriè dicitur foſſa illa inſtar canalis, quam à ſua origine fluendo cavat aqua, intra cuius terminos, aut margines ſuccincta curſum ſuum protelo inviolabili provehit. In hoc ergo diſcernitur à cæteris hominibus Maria, quia, ſi eos ſicut labentia flumina commiſcamur, alveus illorum iniquitas eſt, quia à ſuo principio iniquitas viam illis fluentibus parat, & hinc inde eorum fluxus iniquitate coarctatur. Ideò Pſaltes ait: *Ecce enim in iniquitatibus conceptus ſum, & in peccatis concepit me mater mea,* Pſalm. 50. 7. Pſal. 50. 7. Cæterùm Mariæ alveus ſanctitas eſt: quam à ſua origine, quaſi fluenti ſui tramitem cavatum tenuit. Quapropter ſicut reliqui peccatores, ſi ſanctitatis vada ingrediantur, opus eſt, ut ſe ipſos veluti excedant, & extra ſe rapiantur, curſum diſtorquentes, & priſtinum deſerentes alveum; quapropter David cecinit, Pſalm. 115. 2. *Ego dixi in exceſſu meo, omnis homo mendax*: nam ut à Spiritu ſancto afflaretur, oportuit ut ſe ipſum excederet, antiqui alvei fallaciæ oblitus; ſic Maria, ut peccatoribus intendat, & opem ſuam præſtet, opus habet exundare, & alvei ſui margines prætergredi, nam intra illas contenta ita ex ſui origine à peccati ſe agnoſcit alienam, ut vel aliena peccata procul ab illa ſint: quapropter ut reis manum porrigat & auxilium, neceſſum eſt ut exundet, & ripas ſuas tranſgrediatur: aliàs illos non reperiet. Tuncque illos inundatione ſua tanquàm lacte paſcit. Igitur perbellè loquitur Richardus, miramque mirè dignitatem concepit, & verbis parturijt Mariæ, cũ ait: *Inundat autem quaſi proprium excedẽs alveum, cum ipſa licèt ſine peccato, nihilominus tamen peccatoribus condeſcendit.* Sed & verba illa ſuam expoſcunt ſtateram, quâ librentur: *Et hæ inũdationes illæ ſunt emiſſiones paradiſi, de quibus agitur Cant. 4.* Quorſum Richardus maris huius affluentiam & exundantiam, quâ tumet, ut peccatoribus condeſcendat, emiſſiones paradiſi vocat? Quid commune aut ſimile eiuſmodi Mariæ exceſſus & exundationes cum emiſſionibus, ſeu propaginibus paradiſi habent? Verè iſtæ inundationes emiſſiones pietatis ſunt, propagines clementiæ ſuæ, quæ in paradiſo ſolùm ſatæ fuerunt, & invẽtæ, & ideò meritò paradiſi emiſſiones, ſeu germina appellantur. Vocate in memoriam illud Geneſ. 3. 8. cũ poſt utriuſque protoplaſti tranſgreſſionem inducitur Deus deambulans in paradiſo, veluti à loco ſuo exiens, ut tranſgreſſores, eis condeſcendens, inveniat: *Et cùm audiſſent vocem Domini Dei deambulantis ad auram poſt meridiem.* Geneſ. 3. 8. Quid eſt, quòd deambulet Deus, cùm immenſus ubique adſtet? Quod ſacramentum hoc deambulationis Dei quaſi de loco divertentis ad locum, cùm nullus ſit locus Deo vacuus? Elongaverant ſe primi parentes à Deo per peccatum. Nam ut Rupertus ait in præſenti: *Fidelis homo Deum ubique præſentẽ adeſſe confidit, nec loco quemquam, ſed iniquitate ab eo longè fieri.* Rupertus. Diſceſſerat igitur homo procul à Deo, quia ſanctitatis alveum, quã à creatione illius vitæ fluxui præſcripſerat, dereliquit, & per iniquitatis tortuoſa & ſinuoſa vada cœpit elabi: ſtuduit Deus in ſemetipſo præfigere homini culpæ ſuæ ſtatum, & quomodo virtutis alveo deſpecto locum mutarit, & fluxuoſum pravitatis alveum intraſſet; ideò deambulans ei perſonat, quaſi pariter ipſe ingeneratæ ſanctitatis ſuæ alveum ſuperaſſet, exundaſſetque, ut per vada iniquitatis incedẽtes inſequeretur. Sic Gregor. lib. 18. moral. cap. 3. *Increpavit ergo Adam deambulans Deus, ut cæcis mentibus nequitiam ſuam non ſolùm ſermonibus, ſed etiam rebus aperiret, quatenus peccator homo, & per verba (quod fecerat) audiret, & per deambulationem amiſſo æternitatis ſtatu, mutabilitatis ſuæ inconſtantiam cerneret.* Gregorius. Sed & geſtum hoc ſuo mæ pietatis Dei, & condeſcenſionis cum peccatoribus argumentum fuit. Nam ſenſibi'ẽ ſpeciem, & (ut ſuadeor) humanam aſſumpſit, iam peccato obnoxiam, ſic inundans, ſic alveum divinitatis excedens, ut labentibus ſubſidieretur. Optimè Hilarius lib. 12. de Trinitat. *Vocem deambulantis in paradiſo Adam audivit. Putasne deambulantis inceſſum, niſi in ſpecie aſſumptæ creationis auditum, ut in aliqua creatione conſiſteret, qui inambulans fuerit auditus?* Hilarius. Et ſtrenuè Caieta-

Caietanus. ianus: *In specie sẽsibili hominis apparuisse Deus describitur, ex eo quòd describitur tum loquens, tum ambulans, tanquam ad refrigerium recipiendum ex aura diei; tum formidatus corporaliter ab Adam & Eva absconditis se. Apparuit itaque Deus loquens, & ambulans illa hora diei, qua refrigerans aura quæritur; & describitur sub utroque nomine Deus, ut dignatio summi Principis essendi usque ad hoc, ut in specie sensibili appareat, innotescat.* En prima emissio misericordiæ divinæ in paradiso germinans; sic enim appellatur inundatio illa divinitatis totius maculæ expertis alveum sanctitatis suæ excedentis, ut deveniat ad peccatores, eisque per misericordiam condescendat. Meritò ergo Richardus inundationes Mariæ, quibus sanctitatis suæ ab origine deductæ alveum supergreditur in peccatorum subsidium & levamen, emissiones paradisi vocat; quia eiusmodi pietatis propago valdè similis divinæ clementiæ germini est; quod primò in paradiso fuit emissum; ut sic Maria cum divinitate conferatur, quæ si in peccatorum opem venire paratur, necessum est, ut innatæ sanctitatis suæ alveum evincat quodammodo, eique ut extrà effusa supernatet.

23 Iam ad etymologias Mariani nominis deveniamus, in qua interpretatur Maria, illuminata, vel illuminatrix; & sanè quia illuminatrix, oportuit ut præcederet illuminata, non enim quæ prædestinata fuit, ut cum Filio Sole iustitiæ orbem radijs suis impleret, credendum est, à peccati caligine præventam & præoccupatam; nec rectus providentiæ poscebat ordo, ut quæ in tenebras fugandas creabatur, à tenebris auspicaretur, & sub illarum sordida obscuritate occæpisset emergere. De his Mariæ nominis interpretationibus optimè fatus est Bona-

Bonavent. vent. in speculo, cap. 3. *Considerandum est, quòd Maria interpretatur illuminata, vel illuminatrix. Hoc similiter competit tantæ virgini, quæ mirabiliter illuminata est per præsentiam Domini, iuxta illud Apocalyp. Vidi Angelum alium descendentem de cœlo, habentem potestatem magnam, & terra illuminata est à gloria eius, Filius Dei est Angelus magni consilij, terra verò à gloria Dei illuminata est Maria, quæ sicut illuminata fuit à gratia eius in mundo, ita nunc illuminata est à gloria eius in cœlo, ut sic illuminata fieret illuminatrix in terra & in cœlo.* Nec locum Apocal. intelligo de descensu Filij Dei in Mariæ viscera, ut illius sibi accingeret carnem: sed de descensu, quem fecisse concipimus in Annæ uterũ, ut Mariæ assisteret generationi; ut illicò ac spiritum accepisset, sanctissimi illius corporis terram illuminaret; ad eiusmodi enim facinus aptè inducitur potestatem magnã habens. Quia Mariam ab omni labe originis præservasse, indicat eximiam potentiã & excellentiorem modum redimendi in redemptore. Et ad hoc videtur tendere comparatio Mariæ illuminatæ à gratia in mundo cum ipsamet Maria illuminata à gloria in cœlo: ut quemadmodum Marię gloria ingressa est illius corpus incorruptum, nec enim aliqua corruptionis dissolutio illam præcessit: sic gratiam Mariæ inditam nullam prævenit peccati tabes, sed illam invenit incorruptam, id est non corruptã, & sordę pestiferæ propaginis non infectam. Et sicut in cœlo nunquã dici potuit, Mariã sine gloriæ splendore fuisse, quia illo fuit semper respersa; ita in mundo nequivit asseri, Mariam aliquando fuisse sine lumine gratiæ, quam ab ipso & in ipso limine vitæ hausit. Idem.

Prosequitur ergo Bonavent. *Propter quod considerandum est, quòd Maria illuminata illuminatrix est per exempla, per beneficia, & per præmia. Primò ergo considera, charissime, quod Maria est illuminatrix plurimorum per exempla lucidissimæ vitæ suæ: ipsa est, cuius vita gloriosa lucem dedit sæculo, ipsa est, cuius vita inclyta cunctas illustrat Ecclesias. Ipsa est enim lucerna Ecclesiæ ad hoc illuminata à Deo, ut per ipsam contra tenebras mundi illuminaretur Ecclesia. Oret ergo Ecclesia, oret fidelis anima, & dicat, quoniam tu illuminas lucernam meam Domine, Deus meus illumina tenebras meas. Hanc verò lucernam Dominus illuminavit plenissimè, & per hanc illuminationem tenebras animarũ nostrarum fugat, & fugavit.* Meherclè non suadeor, mentem egregij Doctoris hæc concipientem, hæc meditantem non subijsse purissimæ Marianæ conceptionis pietatem, quomodo enim hæc ab illius caderet animo, & extra illius esset sensum, mẽte ipsius eiusmodi elogia de Maria formante. Si Maria lucerna Ecclesiæ, & lucerna per quam Deus omnium fidelium tenebras destinavit fugare, & à Deo ut instrumentum dissipandæ originalis caliginis assumpta, quomodo permisisset, quòd quandoque extitisset titio miserum pravæ originis vaporem suffiens? Et præsertim cùm video locũ Psal. 17. 29. quem de Maria elucubratur in præsenti Bonavent. *Quoniam tu illuminas lucernam meam Domine*, de Christo expositum ab Eusebio in Caten. Græc. pro qua fulcienda veritate illud affert Psalm. 131. 17. *Paravi lucernam Christo meo*, & Deũ lucernæ nomen, quâ eliminantur, & illustrãtur tenebræ, sibi ut proprium vindicasse: vel dignum esse quòd numini dumtaxat addicatur;

Psal. 17. 29.

Eusebius. Psalm. 131. 17.

tur; liquet ex lib. 2. Reg. 22. 29. ubi David
2. Reg 22. 29. panxit: *Quia tu lucerna mea Domine, & tu Domine illuminabis tenebras meas.* Ergo & Chriſtus & Maria ſub eodem vaticinio & lucernæ vocabulo obteguntur, ut cùm lucernam Chriſti à ſua origine purè accenſam & lucentem firmiter credis, eadem æſtimes de Maria. Præterea, ut cùm noveris lucernæ munus, & tenebrarum fugationis officiũ Dei eſſe proprium, eiq́ue ſignanter aſciſci, qui lumen eſt indeficiens, & in quem tenebræ unquam invaluerunt. Arbitreris Mariã, quò dignè illud à Deo mutuetur, nativo lumine gratiæ, & quod in eius conceptione fuerit accenſum, fuiſſe præventam. Pergit
Bonavent. Bonavent. *Secundò conſidera, quòd Maria eſt illuminatrix per beneficia lucidiſſimæ miſericordiæ ſuæ; per quam multi in nocte huius ſæculi illuminati ſunt ſpiritualiter, ſicut quandoque filij Iſrael, per columnã ignis illuminati fuerunt corporaliter, iuxta illud Pſalm. 77. Et deduxit illos in nube diei, & tota nocte in illuminatione ignis. Maria nobis eſt columna nubis, quia tanquam nubes protegit ab æſtu divinæ indignationis: protegit etiam ab æſtu diabolicæ tentationis, ſicut iterum dicitur in Pſalm. 104. Expandit nubem in protectione eorũ, & ignem ut luceret eis per noctem. Maria quoque columna ignis eſt, illuminans nos, imò illuminans mundũ multis miſericordiæ ſuæ beneficijs. Quid nos miſeri, nos obtenebrati, quid in nocte huius ſæculi faceremus, ſi tam lucidam lucernam, ſi tam luminoſam columnam non haberemus? Quid enim totus mundus valeret, ſi Solem non haberet? Propterquod benè B. Bernardus ait: Tolle corpus hoc ſolare, quod illuminat mundum: ubi dies? Tolle Mariam hanc maris ſtellam, quid niſi caligo involvens, umbra mortis, ac denſiſſimæ tenebræ relinquũtur?* Hîc illud adnotandum eſt, Mariam à Bonaventura cenſeri præfigiatam in nube ſuper filios Iſrael, dum mare Rubrum traijcerent, explicata; & in columna ignis illos irradiãte, & adverſus Pharaonem & eius ferales
Pſal. 77. 14. Pſalm 104. 39. acies tenebrosè & horridè fulminãte. Ideò loca illa adducit Pſalm. 77. 14. & Pſalm. 104. 39. quibus Marianæ gloriæ & eius virtutis illuminatricis cõtentas putat prædictiones. Si verò myſteria nubis ab Apoſtolo petas, facilè perdiſces ab illo,
1. Corint. 10. 1. 1. ad Corint. 10. 1. *Nolo vos ignorare, fratres, quoniam patres noſtri omnes ſub nube fuerunt, & omnes mare tranſierunt; & omnes in Moyſi baptizati ſunt in nube, & in mari.* Quæ verba eleganter & diſtinctè explaTheodor. nat Theodoretus: *Illa erant noſtrorum typus; mare enim imitabatur piſcinam ſeu lavacrum, nubes autem gratiã ſpiritus, Moyſes verò Sacerdotem, virga autem crucem, Iſrael ſignificabat eos, qui baptizantur, perſequentes verò Ægyptij implebant figuram dæmonum: ipſe autẽ Pharao erat imago diaboli.* Si verò inter hæc quæras Mariã, profectò illam non invenies in numero eorum, qui ob ſordes originales expiandas lavacro tingebantur; non enim ſorde aliqua infecta eſt Maria, quam opus illi erat, ut luſtraret; & conſequenter nec ex eorũ erat numero, quos princeps dæmon cum ſatellitibus ſuis armorum perſtrepitu inſequebatur, utpote quam peccato Adami nequaquã obnoxiam agnoſcebat: dumtaxat enim in eos qui in Adam peccaverunt, & ſub inito fœdere cum illo à Deo, complexi ſunt, ius ſibi commiſſum arbitratur. Vbi igitur eam reperies? Altius attolle oculos; nubem ſuſpice: nam ea, quæ gratiam Spiritus ſancti deſignat in tinctos elabentem, Mariã quoque mirabiliter portẽdit. Vt erudiaris, Mariam ita à peccato alienam, ita illius lege & pacto ſuperiorem, ut gratiæ domicilium inhabitet, & ipſamet gratia videatur. Nõ igitur indages Mariam inter abluendos ſacro fonte, nec inter eos, quos diabolus, ob ius illi à peccato traditum, inſectatur, ſed inter renatorum regeneratores; fideles nuper baptizati renati dicuntur: ſed ex quibus? Ex aqua & Spiritu ſancto. Teſte Domino aſſerente: *Niſi quis renatus fuerit ex aqua* Ioan. 3. 5. *& Spiritu ſancto, non poteſt introire in regnum Dei,* Ioan. 3. 5. undè Tertul. vocat Tertullia. Spiritum ſanctum aquarum ſponſum, & ipſis maritatum. En totus regenerationis apparatus Mariæ adſcribitur; ipſa enim eſt veluti regeneratrix, & regenerans ſimul. Nã in aquis ipſa eſt adumbrata, ut ſuperiùs adſtruximus, & in nube pariter Spiritus ſancti gratiam præferente, quâ quidem gratiâ fœcundantur aquæ, ut vivificam prolem emittant: quaſi ipſa ſit tota baptiſmatis officina: & ſaltim innuit divina Sapiẽtia eam veluti inſtrumentum gratiæ, ſeu fiſtulam in regeneratos deſcendentis. Demum concludit
Bonavent. Bonavent. *Tertiò conſidera, chariſſime, quòd Maria etiam eſt illuminatrix per lucidiſſimam gloriam ſuam, quæ per omnia illuminat cœlum, ſicut Sol mundum. Iuxta illud Eccli. 42. Sol illuminans per omnia reſpexit, & gloria Domini plenum eſt opus eius. Opus Domini excellentiſſimũ eſt Maria. Hoc opus ſicut plenum fuit gratia Domini in mundo, ſic plenum eſt gloria Domini in cœlo. Sic ergo illuminans Maria in gloria ſua rutilans per omnia reſpicit: quia per omnes Angelos, & per omnes Sãctos gloriæ ſuæ illuminationem extendit.* Si Maria per Antonomaſiam opus Dei dicitur, electum in fontem luminis, quo perfundan-

dantur non solùm fideles, baltheo succincti in Ecclesia militanti, sed & emeriti, & qui adoreâ redimiuntur in cœlesti & triumphâti; quo modo divinus pateretur honor, ut opus hoc primum sub pedibus dedicaretur diaboli; in Mariaque primò peccati & dæmonis extructura, quàm divina cõsurgeret? Expediebat ne divinæ Providentiæ, aut excogitari potest illius consilio & ordini consentaneum, ut Dei opus sigillo prius diaboli, quàm Dei signatum proderetur? Num superbè & insolenter infernus non gloriaretur, tum attendens Mariam sub originis tenebris miserè & obscurè degentem, tum demum in eam sublimitatem evectam; ut ab ipsius pulchritudine Angeli pulchrescerent, ab ipsius splendore cœli illustrarẽtur cives, ipsaque tandem id gloriæ existeret, quod mundo Phœbus: iactarentque eius incolæ dicentes; spectate, quale sit gloriæ cœlestis decus & ornamentum; eam pro lucerna & decore habet, quæ nobis prius ancillata fuit; illius fulgore irradiatur, & venustatur, quæ nostris priùs fuit tenebris mancipata.

24 Richardus verò de S. Laurent. lib. 1. de laudibus B. Mar. cap. 7. sic inquit: *Maria illuminata est à Patre luminum, à quo descendit omne datum optimum, & cuius dono tot habuit in se luminaria, quot virtutes: & ita hoc nomen Mariæ ei singulariter & excellenter convenit, quæ præ omnibus post filium suum plurima dona habuit gratiarum: illuminata etiam per gratiam Spiritus sancti quando in utero sanctificata.* Profectò ni in utero sanctificaretur Maria, & ea sanctificatio in eius perficeretur conceptione, haudquaquam verum esset, quòd Maria amplissimo munerum cumulo præ omnibus post filium fuerit locupletata: cũ gratia, quam primi parentes in sui creatione fuerunt nacti, illi fuisset inficiata. Enim verò nulla gratiarum effusio quantumvis ubertima & exundans fluat, si cum permissione iungatur peccati, tanti facienda est, quanti modica gratia, si cum immunitate ab omni peccato annectatur: quia immunitas à peccato donum est omnia exsuperans & antevertens dona, si ad eorum elargitionem præcedere peccatum necessũ est. Deinde Richardus ait: *Maria est illuminatrix; ideò postquam dicitur pulchra ut Luna, dicitur electa ut Sol; quia sicut Sol radijs suæ claritatis illuminat mundum: sic ipsa suis virtutibus & exemplis populum irradiat Christianum. Vndè dicit Eccli. 24. Illuminabo omnes sperantes in Domino: alios nequaquam: ipsa etiam illuminat Ecclesiam militantem signatam per arcam Noë, quã illuminat fenestra crystallina, quæ figurabat Mariam: illuminat & triumphantem. Vndè dicit Eccli. 24. Ego feci ut in cœlis oriretur lumẽ indeficiens: id est, ego genui Christum, qui est in cœlis lumen indeficiẽs. Propterquod de ea canitur, quod vita eius inclyta cunctas illustrat Ecclesias, id est, militantẽ & triumphantem. Ipsa etiam post filium est illa vera lux Ioan. 1. quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Supple, qui illuminatur. Vndè dicit ei Pater, Isai. 42. & 49. Dedi te in lucem gentium.* Duo connecte, & quòd Maria fenestra crystallina est, & quòd ipsa post Christum est, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, ab eis peccati originalis tenebras exterminando; & invenies, Mariã lucidam & pellucidam esse crystallum, quæ nisi inter eum, quæ lux vera est, & homines, qui caligine peccati sunt immersi, interijciatur, Sol iustitiæ iubar suum videtur reprimere, nam nisi media Maria, radios lucis suæ & gratiæ statuit non distringere, qui dũ per splendidam Mariæ crystallum transeunt, veluti accenduntur, & candescunt amplius, ab illaque veluti ardentiori impetu acti in opus suum exploduntur. Enrursus quomodo Mariæ imperium potestaque super originale piaculum expiandum, & eius nebulã iustrandam ascita sit, & in hoc à Filio iustitiæ Sole velut fornacem, qua rádij sui ignescũt amplius, eam assumptam, & ab æterno præordinatã. Quapropter optimè Gerson. par. 1. serm. coram Concilio Constanc. inquit: *Adsis invocatus Dominus Iesus, præclarissime Sol iustitiæ, dissice terræ nebulas, & ponderа molis, atque tuo splendore mica; absque te enim præcipiti mersa profundo mens hæret, & propria luce relicta tendit in externas ire tenebras. Hoc ne fiat tu mediatrix, tu advocata, & exoratrix nostra suppliciter adeũda es Virgo gloriosissima, quæ tui nominis interpretatione tam illuminata quàm illuminatrix diceris, & quo lumine? Prorsus lumine gratiæ, quo sic illuminata es, ut dicaris in Apocal. Mulier amicta Sole. Hoc tu nobis lumẽ ut infundas de plenitudine tua suppliciter exoramus.* Sic pius Doctor Mariam alloquitur, quasi animatam & intellectualem crystallum eam fingat, & oculis sibi præfigat, in quam Sol iustitiæ radios suos plenè immittit, ab eaque implorat, ut emittat. His accedit Ambros. lib. de institut. Virgin. cap. 5. ubi adeò ab origine puram censet Mariam, ut illam acclamet, non vas de terra fictum, sed de cœlo allatum: tanquã quod nihil de terra rubra habeat admixtum; sed divina, & supercœlestis eius fuerit compactio & cælatura, quo quidem vase lumina sua Sol divinus concluderet, per eius transiu-

Richard.

Richard.

Gerson.

lucidam clariratem manifeſtanda & com-
Ambroſ. municanda: *Ecce*, inquit, *Virgo in utero cõcipiet, & pariet Filium, & vocabitur nomen eius Emanuel, quod eſt interpretatum nobiſcum Deus. Vndè hoc munus? Non de terra utique, ſed de cœlo vas ſibi hoc, per quod deſcenderet, Chriſtus elegit, & ſacravit templum pudoris.*

25 Aliter ſtella maris Mariæ nomen interpretatur: de cuius nominis etymo ſic
Petrus Damiani ſ. Petrus Damian. ſerm. 1. in Epiphan. *Erat ſtella in aëre, ſtella in terra, Sol in præſepio. Stella in aëre, corpus illud lucidũ; ſtella in terra, Virgo Maria; Sol in præſepio, Chriſtus noſter. Stella in aëre, de qua habuimus in Evangelio. Vidimus enim ſtellam eius in Oriente, & venimus adorare eum. Stella in terra, de qua Balaam prædixit in prophetia ſua; Orietur ſtella ex Iacob, & confringet omnes alienigenas: Sol in præſepio, de quo reprobi, ſecundum quod in lib. Sapient legitur: dicturi ſunt in futuro: Erravimus à via veritatis, & Sol iuſtitiæ nõ illuxit nobis.* & ſubdit: *In ſtella fratres, quatuor principaliter attenduntur. Stella enim igneæ naturæ eſt, ſtella in ſe lucida eſt, & clara, ſtella in ſe radium emittit, ſtella in nocte lucet. Hæc eadem in ſtella noſtra, id eſt in Virgine Maria, poſſumus invenire: ſtella, ut diximus, igneæ naturæ eſt, & ipſa Virgo Maria igneæ naturæ fuit. Ipſa eſt enim rubus ille igneus, in quo apparuit Dominus Moyſi. Ipſa in ſe ſplendida eſt, & clara, adeò ut de ea dictũ ſit in Cant. Quæ eſt iſta, quæ progreditur quaſi Aurora conſurgens, pulchra ut Luna, electa ut Sol? Ipſa ex ſe radium illum emiſit, qui penetrat uſque ad cordis ſecreta. Scrutatur enim corda & renes; eò quòd vivus eſt ſermo Dei, & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti, pertingens uſque ad diviſionem animæ & ſpiritus compagum quoque ac medullarum. Vndè & meritò congruit ei nominis interpretatio. Maria namque maris ſtella interpretatur. Mare hic mundus eſt, ſicut ſcriptum eſt: Hoc mare magnum & ſpacioſum, illic reptilia, quorum non eſt numerus. Meritò ergo ſtella maris dicitur, quia ipſa tanquam ſidus ſingulare, refulſit in mundo: & cuius ſplendor illuminat mũdum, & ex ſe radiũ illũ emiſit, qui illuminat omnem hominem venientẽ in hunc mũdum. Stella lucet in nocte; & ipſa Virgo in nocte huius ſæculi ſingulariter fulſit, ſecundùm quod de ea ſcriptum eſt: Quæ cunctas hæreſes ſola interemiſti in univerſo mundo.* Quadruplex ſtellæ conditio tot nobis teſtimonia parit, & aperit pro illibata Mariæ conceptione, tot titulos præfert, & oſtentat pro illius nobilitate laureanda. Nam ignea natura ſtellæ, Mariæ indicat, non vulgariter naturam concretam, non frigore originalis culpæ rigentem & torpentem, ſed igne divinæ gratiæ coactam & ſubactam, atque ideò ita ad ſuperna alacrem, ut ad cœleſtia illicò evolarit: & non tam in terra, quàm in cœlo promicuerit. Natura ſtellæ lucida & clara docet, Mariam in ſua conceptione inſtar ſideris prominuiſſe, non utique naturã humanam obvolvente caligine obvelatam, ſed liberam, & luce gratiæ animatam, quia ſicut nunquàm ſine lumine ſidus, nunquàm ſine gratia Maria. Gignit ſtella radium, cõcepit Solem Maria, & ob hanc dignitatem meritò etiam in conceptionis ſuæ exordio tenebris caruit, fulgore claruit; non enim quæ in regiam parabatur Solis, generanda erat velut horridus ſpecus tenebrarum. Lucet in nocte ſtella: fulget in peccati nocte Maria, in originalis enim culpæ flagitium, velùt in ſpiſſę caliginis noctem invehit execrationem ſuam, Iob. 3. 3. *Pereat dies, in quo natus ſum, & nox, in qua dictũ eſt, conceptus eſt homo.* Iob. 3. 3.
Nativitatem diem, conceptionem nũcupat noctem. Vndè quaſi in hãc acriori iracundia commotus, num. 6. inquit: *Noctem illã tenebroſus turbo poſſideat, nõ computetur in diebus anni, nec numeretur in menſibus: ſit nox illa ſolitaria, nec laude digna, &c.* Igitur cùm peccatum originale in orbem inſtar noctis luridum ſuum & atrum pallium explicaret; nullaque eſſent, quæ eius denſa obſcuritate effuſa non horrerent; Mariam dumtaxat non effuſcavit, quæ ſola tanquam ſidus devictis trucibus tenebris iubare viguit. Sed & illud non prætereundum, quod admonet Damianus, utique igneam Mariæ naturæ in rubo illo conflagrante incendio mirabili & non conſumpto, quod quidem prodigium nobiliſsimæ Mariæ conceptionis indicium portentũ, ex eo enim Bonavent. in ſpecullo c. 9. Chriſti Domini auguſtam generationẽ adſtruit:
Bonavent. *Lux huius Auroræ mirabiliter rutilabat, oriente Sole abſque nubibus, id eſt, naſcente Chriſto abſque originalis peccati obſcuritatibus. Ecce hìc dicitur, quòd Sol abſque nubibus oritur, & in Exod. dicitur, quòd rubus abſque combuſtione ignitur, & in Daniel dicitur, quòd lapis abſque manibus abſciditur.* Vt ſic innoteſcat, quomodo Maria & eius aurea proles ſub uno umbratico velo nobilem originem atteſtante præmonſtranteque pariter contegantur.

26 Non procul abſceſsit à Petro Damiano Ioannes Gerſon. par. 4. ſer. 2. in die
Ioan. Gerſon. Epiphan. *Sed ubi Reges Deum eorũ Ieſum repererunt? Reſpondet Evangelium: quòd cum Virgine Maria: Invenerunt, inquit Evangeliſta, puerum cum Matre eius. Quis*

eis

eis viam oſtendit, & eos quo rectè ambularent, direxit? Fuit clara quædam, & ſplendida ſtella: Stella antecedebat eos, donec venirent ad locum, ubi erat puer. Loquendo ſpiritualiter. Si per gratiam invenire noſtrum velimus Salvatorem, & per bonam devotionem ipſum adorare; accedamus ad glorioſam Virginem per devotam orationẽ, quia ipſa eſt ea, cum qua eum inveniemus; ipſa eſt, quæ eum nobis manifeſtavit, & oſtendet. Ipſa eſt vera ſtella, quæ nos ad eum dirigit. Nonne meritò ſtella nominatur, cùm ſit clara & ſplendida per pulchritudinem? Pura, & munda per Virginitatem. Ipſa eſt ea, quæ figuratur in ſtellis ſigni cuiuſdam Virginis, quæ puerum tenet, Ieſum nominatum: ut teſtatur Albumaſar Aſtrologus incredulus. Ipſa eſt ea ſtella, quæ nũquam lumen amiſit gratiæ, nec obſcurata fuit peccato mortali, aut veniali, aut originali. Ideò interpretatur Maria maris ſtella. Hîc rurſus ſpectare lubet, quod ſæpiùs in hoc opere admonuimus, utique Mariam, armarium eſſe adverſus originale ſcelus inſtructum, armamentariumque, in quo repoſitum omne armorum genus ad illud expugnandum. Nã his tribus Regibus Ieſum quærentibus, ut munera ei deferrẽt, primæque gratiæ munera, quę originalia & actualia eorum peccata expungerent, acciperẽt, Ieſus gremium matris tenuit, tanquàm niſi media Maria eiuſmodi gratiæ theſauri elargiendi non ſint. Ideò in quibus ſtudia primæ gratiæ delibandæ excitat, ut eis occurrat expurgaturus in Mariæ brachia prius deſcendit, quo eam per Mariæ manus indulgere videatur. Hinc infert naturali ſequela Gerſon, Mariam ſtellã eſſe, quæ prorſus originalem nebulam ignoravit; & quomodo non ignoraret, quæ in ruinam & diſperſionem ſua creabatur? Et par. 3. tract. 12. ſuper Magnificat, ait: *Magnificat igitur anima mea Dominum, quia me Dominam conſtituit ſecundùm nomẽ meum. Maria nempè ſua interpretatione Dominã inſinuat. Futurum eſt prætereà ut me Dominam non qualemcumque, ſed Dominã mundi, Dominam beatam, me dicent omnes generationes. Scitote quoniam Dominus ipſe eſt Deus, Deus autem ſcientiarum Dominus eſt, ſcientiæ verò, inquam, quæ illuminat, quæ deſcendit à Patre luminum, propterea conſequens fuerit, ut Dominam me Dominus inſtituens illuminaret ſecundùm nomen ſanctum ſuum & meum. Maria quippè dicitur illuminata, & ipſe eſt lux, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, quanto ampliori perfundit lumine Dominam mundi. Proindè ſupereſt, ut Domina illuminata refundat lumen in cæteros. Eſt enim lumen ſui ipſius naturali libertate diffuſivum, quod factum eſt, ut iure dicerer illuminatrix, ſic enim ſonat Mariæ proprium nomen meum. Sic Maria per etymologiam dicor maris ſtella, quam illuminatricem eſſe conſtat. Hæc illa ſum, quæ proxima Deo cardini totius machinæ mundi, dirigo navigantes in civitatem, &c.* & ſtatim. *Hæc ſunt, ob quæ magnificat, magnum prædicat, magnum eſſe apud omnes generationes clarificat, & dignificat anima mea Dominum.* Mens Gerſonis elucidanda eſt, & argumenti, quod cõfloret, propoſitiones iuxta rectum, & dialecticum ordinem diggerendæ. Tanquam notiſſimum fundamentum præmittit, rerũ omnium dominium naturam ſpectare puram prorſus, & cui vel leviſsimus defectus repugnet, ut hoc ſtabiliat, teſtimonium adducit Regij Vatis Pſalm. 99. 3. *Scitote quoniam Dominus ipſe eſt Deus.* Neque enim dixit, ſcitote quoniam Deus ipſe eſt Dominus, ſed *quoniam Dominus ipſe eſt Deus:* Quaſi dicat: tis, cui tanquàm Domino omnia ſubijciuntur, & colla ſubmittunt, oportet, ut eâ puritate niteat, quã maior vel æqualis nequit cogitari, & ideò ſciendum eſt, dominium competere Deo, qui perfectiſsimum actualiſsimumque eſt ens, omnium excellentiſsima & ſupereminens ſubſtantia. Vt igitur ſupremus Dominus Mariam in imperij ſui conſortem accerſeret, eique omnium, quæ ſibi ſubduntur, traderet principatum, conſentaneum fuit, ut ſuæ divinitatis ei viciniam tribueret, adeòque ſanctitate, peccati immunitate, virtutumque omnium illam ſibi efficeret proximam, ut infra Deum alia his muneribus grandior non poſſet reperiri: & ideò qui Dominus eſt ſimul, & Deus ſcientiarum, & pater luminum prævie quàm Mariam rerum conditarũ efficeret Dominam, ſplendore divinitatis illam illuminavit, omne peccati contagiũ ab ea procul arcendo: *Propterea*, inquit, *conſequens fuerit, ut Dominam me Dominus inſtituens illuminaret ſecundùm nomen ſanctum ſuum & meum. Maria quippè dicitur illuminata, & ipſe eſt lux, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, quãto ampliori perfundit lumine Dominam mundi.* Velut ſi aſſerat: Deus cùm pariter Dominus ſit & lux omnem illuſtrãs hominem, verè me illuſtriori gratiæ fulgore illuminavit, quàm reliquam hominum multitudinem, quippè qui me in ſui vocavit imperij participem, dominamque conſtituit univerſalem, & utique novit vaſtum diſcrimen, quo Domini diſcernuntur à ſervis, & quæ generale dominium puritas deceat. Quapropter ſi eius lux in reliquos diffuſa

Idem. Pſal. 99. 3.

illos

illos ſervos invenit, & miſeræ ſervituti ſubiugatos; me, quam creavit Dominam, expedivit, ut ab omni ſervitute liberam inveniret. Hinc eſt, quòd alijs lumen indulſit, quò ipſi lucerent, me luminis imbuit plenitudine, ut à me in cæteros lucis affluentia refluereret, quocirca ſtella maris ſum nuncupata. Cùm igitur ex hac gratiarum celſitudine & novitate in me profecta oculos ad Deum conijcio, meque tanquã gratiæ portentum & novam creaturam propter conceptionis novitatem divinis obtutibus præſento; videtur ille mihi de ſua in me potentia oſtentata ſibi blandiri, & quodammodo ſuperbire, & veluti quædam magnificentiæ augmenta excipere, non quia magnitudine creſcat, ſed quia per ea, quæ in me patravit, magnificentior oſtẽditur. Ideò ſubdit: *Hæc ſunt, ob quæ magnificat, magnum prædicat, magnum eſſe apud omnes generationes clarificat, & ſignificat anima mea Dominum.*

27 D. verò Bonavent. in ſpeculo c. 3. ſic de hac Mariæ nominis etymologia profatur: *Conſequenter conſiderandũ eſt, quòd Maria interpretatur ſtella maris. Hoc optimè convenit Mariæ, quæ gerit officium ſtellæ marinæ. Legitur enim & verum eſt, quòd nautarum mos eſt, ut cùm in aliquam terram navigare diſponunt, novum ſidus eligunt, cuius ſigno luce radiante, in eam, quam deſiderant, partem poſſunt ſine errore adduci. Tale certè officium eſt ſtellæ noſtræ Mariæ, quæ navigantes per mare mundi, in navi Innocentiæ vel pœnitentiæ, dirigit ad littus cœleſtis Patriæ. Propter hoc benè Innocentius ait ſic: Quibus auxilijs poſſunt naves inter tot pericula pertrãſire uſque ad littus patriæ? Certè, inquit, per duo, ſcilicèt per lignum & ſtellam, ſcilicèt per fidem crucis, & per virtutem lucis, quam peperit nobis Maria maris ſtella. Benè autem Maria ſtellæ maris comparatur propter puritatem, propter radioſitatẽ, & propter utilitatem. Primò ergo conſidera chariſsime, quòd Maria eſt ſtella puriſſima, ſine peccato puriſsimè vivendo. Vndè de ea dici poteſt illud Sapient. Eſt enim hæc ſpecioſior Sole, & ſuper omnem diſpoſitionem ſtellarum luci comparata invenitur purior. Quidam legunt hìc prior, quidã purior. Vtrumque verò ſtellæ noſtræ competit. Maria enim eſt prior ſivè potior aut dignior. Maria etiam eſt purior Sole & ſtellis, & luce, quia tam puritate, quàm dignitate Solem, & ſtellas, & omnem lucem ſuperat corporalem: Imò etiam ſpiritualem, id eſt Angelicam creaturam. De qua dicitur, diviſit Deus lucem à tenebris: id eſt Angelos ſtantes à cadentibus. Hac itaque luce Angelica prior & purior eſt Maria, prior dignitate, & purior ſanctitate. Vndè Anſelmus exclamans ait: O benedicta ſuper mulieres, quæ Angelos vincis puritate, ſanctos ſuperas pietate!* Ne Seraphicus Doctor, cũ hæc elogia Mariana pia mente volvebat, religionis pietatiſque affectu penitò ferebatur, in puriſsimæque Dominæ regiam conceptionem fixam mentis aciem habebat, nec tunc cogitabat intemeratæ reginæ devotionis ardore correptus rationes extrinſecas, quæ illum ab hac ſententia dimoverent. Nam præſcripta verba cum oppoſito iudicio quomodo eodem tempore, & in eadem intellectus manſione poſſent ſimul cohærere & hoſpitari? Appende in primis teſtimonium quod inducit Innocent. aſſerentis, ſalum hoc mundi tranſmeantibus, ut æternæ patriæ ad ſtationem appellant, opus eſſe duplici auxilio, utique crucis & ſtellæ Mariæ, ubi ad abolenda hominum peccata piaculumque originale abſtergendum quaſi uno vinculo colligat crucem & Mariam, Chriſtum & parentem; verè prænoſcens Chriſtum fœdere quodam pietatis in hominum redemptione ſibi matrem conniviſſe, & potiores partes Mariæ ſtellæ videtur ceſsiſſe, quàm Chriſto: nam Chriſtum lignũ efficit, Mariam verò ſtellam ductricem & doctricem. Vndè paulò inferiùs Bonavent. ait, ſtellam, quæ Magos à patria abſcidit, & traxit ad Chriſtum, fuiſſe Mariam: quaſi reparationis œconomiæ ipſa vehiculum ſit, & ſalvandorum à primo greſſu, quem ad fidẽ ſectandam figunt, baiula: *Vndè*, inquit, *ipſa eſt ſtella illa clariſsimè fulgens, tres Magos ad Chriſtum rectiſsimè ducens.* Deindè diſcute, quàm perbellè interpretatur pro Mariæ nomine & gloria locum Sapient. 7. 29. *Eſt enim hæc ſpecioſior Sole & ſuper omnẽ diſpoſitionem ſtellarum luci comparata invenitur prior; illi autem ſuccedit nox, ſapientiam autem non vincit malitia.* Duplici enim elucubratione locum hunc exornat. Primum ut fiat comparatio inter Mariam & materialia cœli aſtra. Quibus priorem & puriorem (nam loco vocis illius *prior* legit ipſe *purior*) teſtatur Mariam, ſideraque omnia tremulo rutilantia fulgore Mariæ ſtellam pulchritudine & nitidâ formoſitate antevertere. Si ergo Maria dignior, ſi prior Sole, & reliqua ſiderum acie; verè non indigniori humiliorique productione formãda erat. Nam aſtra cœli in ipſa ſui creatione tenebris undique fugatis à ſplendido & nitido lumine auſpicata fuêre; & credendũ eſt, Mariam, quæ prior, quæ purior, à tetra & horrida inchoaſſe caligine? Præſertim cũ textus innuat diſcrimen inter ſapientiam, per quam deſignatur Maria, & Solis ſideriſque lucem, ob quam ſplendidior & dignior in-

Bonavent.

Sapient. 7. 29.

inveniturr. Ait enim, *illi autẽ ſuccedit nox, ſapientiam autem non vincit malitia.* Quaſi dicat: cœlorum lux noctis tenebrarum inviolabili viciſsitudine intercalatur, & interciditur, & illius puritas à caligine profanatur: Sapientiam autem, Mariam autem malitia nunquam vicit, nulla eſt obſcuritas, quæ auſa in illam fuerit: ea enim eſt, quæ caliginis auſus & incurſus ſemper ignorârit. Deinceps, quia Angelicam naturam novit in creatione lucis præceſsiſſe creatam; per lucem (de qua hîc Sapiens) ſpiritualem intelligit ſubſtantiam. Quocircà ait, Mariam ſuper omnem diſpoſitionem Angelorum ſplendori & nobilitati comparatam inveniri priorem, digniorem, purioremque. Quid clarius, quid luculentius pro incorrupta Mariæ origine? Quis locus hìc tergiverſandi? Si Mariæ dignitatis & puritatis diſpoſitio in divinæ Providentiæ ordine eminentiorẽ quàm Angelicæ naturæ deſtinatio, tenuit ordinem; ſtatutumque in regio illo ſolio fuit, ut Maria dignior & purior exiſteret, quo modo ſacrarum intelligentiarum ſubſtantiæ nobilis fuiſſet præſcripta creatio, & gratiæ muneribus compta, & ornata origo; Mariæ verò turpis & infamis productio? Si ordinem hunc inverſum rerum ſeries teneret, quomodo prædiceret Sapiens, quòd Maria Angelorum luci & naturæ comparata inveniretur purior & prior? Præterquàm quòd Sapiens mirè mentem ſuam aperuit, expoſuitque intercapedinem repertam inter naturam Angelicam & Mariam, ob quam hæc diceretur dignior & purior: *Illi autem ſuccedit nox, ſapientiam autem nõ vincit malitia.* Arrige hìc aures, & adverte, diſsidiũ non fuiſſe deſumptum ex ijs, quæ illam fuerunt inſecuta, Hiſtorico ſacro teſtante, *illi autem*, id eſt, naturæ Angelicæ, *ſuccedit nox ſapientiam autem*, hoc eſt Mariam, *non vincit malitia.* Quaſi aſſerat: in Angelicæ ſubſtantiæ creatione & Mariæ generatione communia & æqualia ferè omnia fuerunt, utramque enim quædam parilitas & ſimilitudo complexa eſt, utrique nobilis & ingenua origo, & productio gratiarum dõis ornamentiſque compacta, ideò ab ijs, quæ in earum formatione evenerunt, non decerpo inter utramque diſcrimen, ſed ab ijs quæ fuerunt ſubſecuta. Nam cùm tam in ſpiritualis naturæ quàm Mariæ primo ad vitam progreſſu aut ingreſſu, nulla inventa fuerit ruina, nullus noctis occaſus, Angelicæ tamen luci ſuccedit nox peccati, Mariã autẽ nunquã malitia ſuperavit. Vndè Bonavẽtura epilogat. *Sic ergo vides, quomodo Maria eſt ſtella puriſsima à peccato, ſtella radioſiſsima in filio & ſtella utiliſsima in mundo.*

28 Iam demum accedat Richardus de S. Laurent. qui in primis etymum explicãs Mariani nominis, illud obſervat adeò ſummæ dignitatis & excellentiæ fuiſſe, ut illius functio prærequirat non qualẽcunque gratiam, ſed gratiæ plenitudinem ab initio Mariæ in vitam deſcendentem, & illius ſpatia irrigantem. Quamobrem providè diſpoſitũ cenſet, quòd Angelus Ave Mariæ dicturus non prius illius proferret nomen, quàm illã plenam gratia demonſtraret, ideòque priùs dixiſſe *Ave gratia plena*, Luc. 1. 28. & poſt pauca illius nomen expreſsiſſe: *Ne timeas Maria.* Nam putandum non eſt, quia Maria illuminatrix aut ſtella maris eſt: ideò eam gratia plenam acciri, ſed quia gratia plena, ideò illuminatricem & ſtellam accerſiri; quia plenitudo gratiæ ad id munus prædeſideratur. Sic enim ille ſcribit libro 1. de laudibus Beatæ Mariæ capite 2. *Idcircò etiam prius dicta eſt gratia plena, & deinceps ab Angelo nominatur Maria, quia hoc habet ex gratia, ut Maria nomen interpretetur in nobis; non enim quia illuminatrix, aut ſtella maris ideò gratia plena, ſed quia gratia plena ideò illuminatrix aut ſtella maris.* Luc. 1. 28. Richard.

29 Et cap. 3. ad maris ſtellæ interpretationem deveniẽs ſic ait: *Stella dicitur Maria propter excellentiam ſui ſtatus. Vndè Eccli. 24. Ego in altiſsimis habitavi: excellens etiam fuit in ortu, quia antè ſanctificata quàm nata; nata eſt enim filia gratiæ, cũ omnes alij naſcantur filij iræ ad Epheſ. 2. Quod ſignatum eſt in hoc quòd fuit filia Annæ, quæ gratia interpretatur, Cant. 6. Vna eſt matris ſuæ, electa genitrici ſuæ.* Hoc verò argumentum æquè evincit Mariam in gratia conceptam ſicut & ornatã, quia gratia quemadmodum non poteſt eniti filiam iræ, ſic nec generare: *Stella eſt Maria, quia fixa in firmamento cœli, id eſt in bonis cœleſtibus per deſiderium & amorem æternorum, tanquam in vera filia Abrahæ, cui promiſſum eſt, Geneſ. 22. Multiplicabo ſemen tuum tanquam ſtellas cœli.* Hæc pollicitatio Abrahæ facta ſingulariter Mariam reſpexit, & proprer eam præſertim fuit enuntiata, quia ab origine ſtellæ proprietates, & naturam imitata eſt: *Quia clara & lucida: Clara enim per vitæ puritatem non habens in ſe maculam ſicut Luna in præſenti. Vndè ei dicitur Cant. 4. Tota pulchra es amica mea, & macula non eſt in te, quia tota ignea per charitatem, maximè ex quo illum concepit, quæ ignis conſumens eſt, Deuter. 4. & ad Hebr. 12. vel etiam ignea per virtutum univerſitatem. Virtutes enim igneæ naturæ ſunt, & ideò ſurſum trahunt, quia locus ignis ſurſum eſt. Quia attracti-* Idem.

va

væ naturæ eſt. Alchabitius Philoſophus: ea eſt natura ſtellarum reſpectu vaporum, quæ adamantis reſpectu ferri. Cùm ſit ergo ſtella, trahit ad filium fluidos per vitia. Dicat igitur ei omnis fidelis anima: Trahe me poſt te. Ipſa eſt enim cortina totius munditiæ precibus, meritis & exemplis præcedens, & trahens poſt ſe omnes cortinas tabernaculi, id eſt Eccleſiæ Dei, Exod. 26. & 36. implens illud Apocal. 22. in fine: Sponſus & ſponſa dicunt; veni; & qui audit, dicat, veni. Quia tempore gelicidij lucet & ſcintillat clariſsimè: hoc eſt cùm omnia frigore primi peccati rigida algerent, Maria ſola micantius ſplendicabat. Favet Bonaventuræ, & Richardi pronuntiatis. Amedeus homil. 8.

Bonavent. *Sancta animalia, quæ in ſancto Ezechiel legimus antè & retrò, intùs & foris, & in circuitu plena ſunt oculis, labores hominum & dolores, caſus, defectus, cæcitates, invalitudines, extrema pericula, incertos exitus vitæ, & mala quæque humani generis non æquè ut Dei genitrix valent examinare, examinando cœleſti auxilio diluere & propulſare. Quò enim ſublimius immenſi Regis cor aſpicit, eò profundius divinæ gratia pietatis afflictorum miſereri, & miſeris ſuccurrere novit. Vndè Maria, id eſt maris ſtella, providoDei conſilio vocata eſt, ut nomine declaret quod re ipſa clarius manifeſtat. Nã induta decore, induta pariter fortitudine præcinxit ſe elationes maris mirabiles ſolo nutu compeſcitura. Mare quippè præſentis ſæculi navigantes, ſeque plena fide invocãtes ab impetu procellæ & ventorũ rabie eruit, eoſque ſeũ ovantes ad littus feliciſsimæ patriæ perducit.* Quæ verba ex iã prædictis facilè tibi venient penſanda & illuſtranda.

30 *Quia ſtella dicitur à ſtando.* Antonomaſticè hoc Mariæ adaptandũ meritò cenſeri debet: quia Adamo ruẽte cæteri omnes collapſi ſunt; ſola ſtetit Maria, ideò ſola ſtãs iuxta crucẽ, quando redẽptio perficiebatur, quia illa redẽptio, ut ſtaret, effecit, & ſtantẽ capeſsijt, cæteros proſtratos & demerſos. Quod ſanè illuſtrari poteſt doctrina eruditioneque, quã Iuſtinus Martyr tradit, qui

Iuſtinus Martyr. quæſt. 115. ſic percontatur: *Sic geniculatio in precibus magis Deo eos, qui precantur, quàm ſtatio ſiſtit, & commendat: divinamque miſericordiam magis incitat, & movet, cur Dominicis diebus, & à Paſcha uſque ad Pentecoſtem genum non flectunt ij, qui precaturi: Vndè etiam talis conſuetudo in Eccleſias inducta eſt?* Reſpondet autem: *Quoniam utrumque ſempiterna memoria recolere debemus, & caſum noſtrum in peccatũ, & Chriſti in nos charitatem, qua ex caſu ſurreximus. Idcircò genuflexio, quam ſex diebus adhibemus, caſum noſtrum in peccatum ſignificat. Non flectere autem genu Dominico die, reſurrectionis noſtræ eſt ſignificatio, qua Chriſti benignitate, & à peccatis, & à morte, quæ ab illo interfecta eſt, liberati ſumus.* Igitur Maria ſola ſtella dicitur, quæ ſicut hæc à natura, ita Maria à gratia, quod ſemper ſteterit, habet; ideò non inducitur aliquando, ut preces funderet, aut ut filio ſupplex fieret, proſtrata: quia quæ peccato prorſus carebat, cur per caſum peccatum deſignaret? Pro cuius fulcro animadverto ſemel me in ſacro Hiſtorico perlegiſſe Chriſtum Patrem precaturum procidiſſe. Ter perdiſces, Dominũ in horto prævièad paſſionem oraſſe, ſed ſemel tantùm genua flexiſſe. Sic enim Matth. 26. 39. *Et progreſſus puſillum procidit in faciem ſuam orans,* &n. 42. *Iterũ ſecundò abijt, & oravit, dicens,* &c. & num. 44. *Et relictis illis iterũ abijt, & oravit tertiò eundem ſermonem dicens.* Perpende, quo pacto cùm ter Patrem exorarit, ſemel ceciderit; eadem invenies obſervata à Marco, & Luca. Si verò quæras quamobrem priùs ſe in terram orans humiliaverit Chriſtus, deinceps verò eiuſmodi humilitatis genus ſubticeatur? Intende, quid oraverit: *Pater mi, ſi poſsibile eſt, tranſeat à me calix iſte, verumtamen non ſicut ego volo, ſed ſicut tu.* Matth. 26. 39. Ibique inducitur à Luca præ nimio angore, & ſpiritus cum carne conflictatione diſſolutis poris ſudaſſe cruorem. Hic igitur iuxta conſonum Eccleſiæ Patrum ſenſum noſtrorum præfigurabatur ſuſceptio peccatorum in Chriſto, eumque naturam noſtram imbecillem & infirmam, & paſſionibus ab Adami ſcelere fluentibus obnoxiam accepiſſe; imò & ipſa larva peccatoris indutum, & factum propter nos peccatum, ut docet Apoſtolus. Quapropter Niſſenus ait apud Caten. Græc. in Lucam: *Cùm igitur alia ſit voluntas humana, & alia divina, loquitur quidem ut homo naturæ noſtræ imbecillitatem oſtendens, quippè qui noſtras paſsiones in ſe ſuſceperat.* Et Athanſ. ibidem: *Voluntatem humanam oſtendit, quæ eſt carnis: ſiquidem divina natura prompta eſt, humana verò ob imbecillitatem deprecatur paſsionem. Spiritus autem promptus eſt, caro autem infirma. Eodem modo, quo & Petrus expaveſcens Dominicam paſsionem in hæc verba prorupit: Abſit à te Domine. Sed increpãs eum Dominus reſpondit: Vade poſt me Satana, ſcandalum es mihi; quia non ſapis ea, quæ Dei ſunt, ſed ea, quæ hominum. Ita quoque & hic intelligitur: Cùm enim*

Matth. 26. 39

Niſſenus.

Athanaſ.

eſſet in ſimilitudinem hominum, deprecatur hanc afflictionem ut homo. Iam cùm ſecundò Chriſtus Dominus deprecaturus accedit, peccatoris perſonã videtur deponere, & iã non tã calicem deprecatur & paſſionẽ, quã divinam Patris voluntatẽ exequi exorat. *Pater mi ſi non poteſt hic calix trãſire, niſi bibam illum, fiat voluntas tua,* nu. 42. Et tertiò hanc eandem orationẽ ad Patrem emiſit, *& oravit tertiò eũdem ſermonem dicens,* num. 44. Hæc enim verba iam divinam virtutem oſtendebant, & ex ſublimiori illa & Deo digna voluntate effundebantur: ut optimè Amphilochius ait, apud eandem Caten. *Neceſſe eſt verò ut ſermones ſublimes, & Deo cõvenientes, ei, qui in principio erat Verbum, tribuas: Excelſis enim iſtis verbis nobilitas inhabitantis Verbi oſtenditur.* Igitur primò orans Chriſtus ſchemma peccatoris gerens genua flectit, & in faciem cadit habitum ſchemmati aptum non recuſans, & peccatum aſſumptæ larvæ profitens. Atverò cùm ſecundò iterumque voces orationis divinitati idoneas exploſit, inhabitantiſque numinis virtutẽ per eas depallavit, humilians genua, & in terram ſuper faciem procidens non inducitur; quia is habitus ſeu ſitus corporis congruit peccatori, ſtantis verò forma ei, qui nullum admiſit piaculũ. Expeditè ſatis S. Iſidorus Peluſiot. Caten. Græc. in Luc. *Quid autem ſibi vult flexas genuũ? Humanus quidẽ uſus eſt, pronos terræ ſupplicare maioribus, facto oſtendentes fortiores eſſe, qui rogantur. Sic feciſſe videtur Patriarcha Iacob fratris irã placaturus ſeſe hac humiliandi formula ipſo inferiorem in occurſu oſtendens*: & poſt pauca: *Et qui lãguores noſtros portavit, & pro nobis interceſſit, per hominem, quẽ aſſumpſit, genuflectit orando, ſanciens nõ eſſe ſuperbiendum orationis tempore, ſed per omnia humilitati conformandũ, quia Deus ſuperbis reſiſtit, humilibus autem dat gratiam: & omnis, qui ſe exaltat, humiliabitur. Nos autem genuflectentes re ipſa oſtendimus, nos per peccatum in terram prolapſos eſſe, at cùm ſurgimus, nos iterum per divinã benignitatem erectos, & ad cœlum revocatos eſſe. Hinc neque Dominica die, neque à Paſchate uſque ad Pentecoſten genua flectimus; quandoquidem dies reſurrectionis imago ſit futuri ſæculi; uti & Pentecoſte atque Octava quæque, ſeu Dominica dies. Nam dies Dominica, & prima & Octava nuncupatur. Hanc etiam Octavæ figuram Pſalmiſta in pluribus locis obſervat. Etenim totam Pentecoſten reſurrectionis tempus appellamus. Cùm itaque & reſurrectionis & interminabilis vitæ, ſeu æterni ſæculi præſeferat imaginem, iubet nos ſtãtes orare, quo ſtabilis illa & ſemper in eodem ſtatu permanens & omnino veſperum tenebraſque neſciens vita deſignetur.* Quàm meritò ab ſtando, & lucidè ſemper ſtando nomen ſtellæ Mariæ datur! Vocabulum enim ſtellæ ſemper Mariam deſignat ſtantẽ, quia ob eius ſplendeſcẽtem nitorẽ nunquã peccati tenebras novit, ob quas abſtergendas deprecabunda deberet procidere. Et ſi ſtatio, ſeu ſtandi habitus & forma ſpeciẽ præfert beatitudinis, in qua abſorpta eſt mors, & eius apparatus, omneque ſatellitiũ peccati, quia ad eam renaſcuntur Sancti, cũcta prorſus veteris Adami ſarcina depoſita. Et ideò felicitatem ſuam exprimunt ſtantes, & ſplendidè ſtantes: quamobrem ipſos deſcribit Daniel. 12. 3. dicens: *Quod fulgebunt quaſi ſtellæ in perpetuas æternitates.* Sic amplius ſtellæ nomen Mariæ competit, cuius ſplendor ita ſtabilis fuit & firmus, & ita à peccati caligine alienus, ut non tam viatricis, quàm triumphantis formam expreſſerit & perſonam, & in ſe quales futuri eſſent beati demonſtrârit.

Matth 26. 42.

Matth. 26. 44.

Amphilochius.

Iſidorus Peluſiota.

Daniel. 12. 3.

31 Vlteriùs progreditur Richardus: *Maria ſtella eſt, quia cõtra diabolũ pugnat pro ſervis ſuis, Iudic. 5. Stellæ manentes in ordine ſuo pugnaverunt cõtra Siſaram. Quia fuit, & ſemper eſt in dextera Dei, Apocal. 1. Habebat in dextera ſua ſtellas ſeptẽ. Quia pro æternis ſervivit, non pro temporalibus. Proverb. 3. Lõgitudo dierũ in dextera eius, & in ſiniſtra illius divitiæ & gloria.* Hîc parumper ſubſiſtendum eſt; quia ex hoc loco Proverb. 3. 16. & ex Apocal. 1. tùm colligitur, quòd Maria ſemper in dextera Dei fuerit: tũ quòd ambierit cœleſtia, non tẽporalia, & decidua: quia in dextera Dei theſauri æternorum munerum ſunt, ipſorumq; eſt ipſa quęſtrix ſeu theſauraria. Atverò bona caduca & temporalia in ſiniſtra Dei continentur, eaque ipſa ceu œconoma elargitur. Hinc eſt, quòd divina dextera veluti temporalium egena & pauper ſit, quæ ut habeat, opus eſt, ut à læva mendicet, vel mutuetur: undè qui in dextera Dei ſunt, terrenibus omnibus nudi ſunt, & ſi illis utũtur, accipiunt à ſiniſtra commodata. Hinc originalem Mariæ nobilitatẽ decerpere licet, nam ex eo quòd in dextera Dei ſemper extitiſſe comprobetur cœleſtibus referta, temporalium & fluxorum bonorum indiga, quibus nunquam tanquàm proprijs functa fuerit, ſed ut alienis & ſibi commodatis: non ſolùm ab omni macula comprobatur immunis, ſed adeò ab illa extranea, ut quælibet labes illius repugnet prorſus animæ & corpori, non ſecus ac corpori beato, & gloriæ iubare circumfuſo. Nã veſtes detrectare proprias, & aliunde quærere mu-

Richardus.

mutuatas, habitus & conditio glorioſi corporis eſt, & illius felicitatis inſigne. Hinc pernoſces, quo indumento ſe induerit Dominus poſtquam è mortuis ſe evocavit. Et cur funereas veſtes in ſarcophago reliquerit, nec eas ſibi reſurgens adaptaverit. Vel quamobrem veſtimēta deſiderans, quibus nuditatem operiret glorioſam, priora non reſumpſit, & quæ in militum poteſtate erāt deprę lata; nā ſi aliqua illi procuranda erāt, hæc potiori illi iure debebātur tanquā propria, nec difficilius eius erat poteſtati ea ab illis repetere, quàm aliundè petere. Profectò hìc glorioſum reſeratur arcanum. Nam Mehercle corpus Chriſti gloriâ circumdatū, & quod iam veluti in dextera Dei erat, habitus decebat glorioſus, nec à forma & ſpecie deciſcere beatitudinis. Opercula enim & tegumēta propria habere, dedecet iam felicem. Quæ quondam cùm mortalis erat, illius erant, poſtquam ad immortalitatem tranſijt, illius non ſunt; nam veſtes habere proprias dedignatur corpus immortale; atque adeò, ut beati & glorioſi morem & indumentum ſequatur Chriſtus, expedit, ut non proprio, ſed veluti mutuato veſtiatur. Accipe Iuſtinum Martyr. nodum texentem quæſtionis, & retexentē, quæſt. 116. *Si Dominus, cùm è monumento excitatus eſt, linteos in ſepulchro reliquit, cur eū poſt reſurrectionē, aut nudū viſum eſſe, aut aliūdè veſtem accepiſſe ſcriptura non expoſuit? Si verò aliundè amictum non ſumpſit, neque nudus ijs, qui eū tunc videbāt, apparebat: quomodo verum eſt, eum in ſepulchro veſtes reliquiſſe?* Reſpondet: *Veſtes quidem conſervatoris, poſteà quā in crucem ſublatus eſt, milites diviſerunt. Eæ autem, quæ cū illo in ſepulchro coniectæ ſunt, nō aptæ erant ad eū induendum. Eas verò, quibus amictus erat Dominus poſt reſurrectionem vel fecit, vel aliundè accepit. Vt etiam pullū ſedendi cauſa mutuatus eſt.* Ergo ſi Maria ſtella fuit sēper in dextera Dei ſedens, non ſolùm evincitur totius expers peccati, ſed propter terrenorum abalienationem inſtar ſe geſsiſſe beatæ, & felicitatis æternæ ſtola & coruſco perpetuo inceſsiſſe inſignitam.

Iuſtinus Martyr.

32 Nec deficit copia Richardi, ſtellam atteſtantis Mariā: *Quia valdè pulchra creatura per vitæ honeſtatem, ſiquidem ſtella pulchra eſt ex omni ſui parte, & Mariæ dicitur Cant. 4. Tota pulchra es amica mea. Nonne tota pulchra, quæ non habuit maculam neque rugam? Nonne tota pulchra, quæ à plāta pedis uſq; ad verticē pulchra? Quia firmamentū adornat, id eſt Eccleſiā, tanquā pulcherrima mulierum, Cant. 5. Pulchra in uterina ſanctificatione, pulchrior in Chriſti cōceptione, pulcherrima in ſua aſſumptione, Eccli. 26. Sicut Sol oriēs mundo in altiſſimis Dei, ſic mulieris bonæ ſpecies in ornamentū domus eius. Quia noctē illuminat: illuminavit enim noctē illā ſolitariā, neque laude dignam, quæ ab Eva defluxerat uſque ad ipſam, nā in ortu eius meliora omnia inceperunt. Quia radijs ſuis terram illuſtrat, id eſt, terrenos; repleta enim gratia ſeptiformi, nos replet ſemper de ſua plenitudine, nobis refundens gratiam, niſi ſteterit per nos.* Hæc illuſtratione non indigent; nam ex ijs, quæ ſuperiùs commentati ſumus, ſatis noſtra reddūtur, & Mariæ ſplendidam conceptionem teſtantur.

Richardus.

33 Iam ad ſtellā, quę Lucifer vocatur, tranſit: *Maria Lucifer, undè canit Eccleſia, oritur ut Lucifer: id eſt nō tenebroſa in ortu ſicut nos, qui naſcimur omnes filij iræ, Epheſ. 2. Sed ipſa antè ſanctificata quā nata, orta eſt ut Lucifer, id eſt, tota clara, & in ſpe maioris claritatis, id eſt, Solis iuſtitiæ, qui natus eſt ex ea.* Hæc autem nequeunt de ſanctificatione Mariæ intelligi, quæ illius in utero conceptionē fuerit ſubſecuta: ſed de ſanctificatione in eamdemmet conceptionē infuſa. Quod quidē neceſſe arguitur ex invecta cōparatione Luciferi. Nā in nullo inſtanti Lucifer eſt, in quo tenebroſus fuerit, aut nebuloſus; & ſi teſtimoniū adductum ab Apoſt. quòd omnes naſcimur filij iræ, putaret Richardus loqui de nativitate, & nō de cōceptione (quæ ſæpeſæpiùs nativitatis nomē apud Patres ſortitur) nec verū eſſet, nec aliquid ſingularius prædicaverit de Maria; nam non omnes homines nati ſunt filij iræ: aliqui enim præceſſerunt, & forſan ſucceſſerunt, quos gratia emundans in utero matris prævenit. Quòd ſi ob ſpem maioris claritatis nitida orta eſt Maria; cur non ſplendidè quoque concepta, cùm in ſpe maioris claritatis fuerit pariter generata? Quare ſubdit: *De hoc Lucifero, Iob 38. Dicit Dominus: Numquid produces Luciferū in tēpore ſuo, id eſt, tempore gratiæ: quaſi diceret, non tu, ſed ego. Item Lucifer clarior cæteris ſtellis; & Maria in ſingulis virtutibus ſanctis præeminet univerſis. Maria eſt ſtella matutina lucens antequàm dieſcat; qui ortus Mariæ præceſſit ortum diei, id eſt, Chriſti, qui lux eſt & dies. Hæc eſt ſtella, quæ vincenti promittitur in præmium. Vndè Apocal. 2. Vincenti dabo ſtellam matutinam. Et nota, quòd in ortu huius ſtellæ, ſcilicèt, quādo gratia & dilectio oritur in corde iuſti; fugiūt fures, id eſt, dæmones, quibus ipſa terribilis eſt, ut caſtrorū acies ordinata: vigiles fiunt alacriores, id eſt, quicunque de ſua ſalute ſolliciti, ægri animæ, quiores, operarij vigilātiores. Et benè Maria ſtella matutina, quæ ſemper in mane*

Idem.

Idem.

oriendi, & nunquam tendebat ad occaſum peccati. Vel ſtella matutina gloria æterna, quæ nunquam habebit finem, & ſemper videbitur inchoare, ut dicere videatur quilibet de beatis: & dixi nunc cœpi, ſcilicèt guſtare, quàm ſuavis eſt Dominus, vel ſtella matutina quilibet de beatis. Vndè dicitur Iob 11. Orietur ut Lucifer. Chriſtus etiam ſtella matutina. Vndè Apoc. 22. Ego ſum radix, id eſt ſuſtentamentum divinitatis, & genus David ſecundùm humanitatẽ, Matth. 1. Ieſu Chriſti Filij David. Hìc tangit præcipuum opus ſuum ſecundùm humanitatem, ſcilicèt reſurrectionem. Stella ſplendida, quæ illuminavit noctem inferni, Iſai. 9. Populus, qui ambulabat in tenebris. Benè ſtella, quæ apparet parva, & ſignificat humilitatem, qua Rex deſcendit ſolvere incarceratos, & matutina, quæ manè ſurrexit. In primis Richardus Mariã vocat ſtellam matutinam, de qua Ioan. Apocal. 2. 28. *& dabo illi ſtellam matutinam.* Si verò cõſulas Cœliũ Pannon. in Collectan. in Apocal. aſſeret cum Gloſſa, per illam Chriſtum deſignari; & cum ipſa & Andrea Creten. primam gratiam, quæ originale expellit, & deplantat, & tam Chriſti reſurrectionem, quàm noſtrũm omnium. Et ob id obſervandum operæpretium ducit: *Illud obſerva, quoties in Scriptura ſacra ſingulari numero ſtellam matutinam poni vides, Chriſtum figurari non ambiges*: & poſt pauca: *Chriſtus itaque apparens vivus poſt mortem ac matutinam reſurrectionem factus eſt nobis ſtella matutina; quia dum in ſemetipſo exẽplum nobis futuræ reſurrectionis noſtræ præbuit; quæ lux diei illius ſequeretur, quãdo fulgebunt iuſti ſicut Sol, indicavit. Poteſt per ſtellam matutinam & gloria corporis noſtri deſignari. Stellam ergo matutinam victori ſe daturum pollicetur Chriſtus, quia gloriam futuræ reſurrectionis præſtabit. Quod fiet, quando omnes, qui in monumentis ſunt, audient vocem Filij Dei, Ioan. 5. Et quando corpus humilitatis noſtræ configurabitur corpori claritatis ſuæ ſecundùm operationem virtutis eius, Philipp. 3. Hoc autem erit in mane, id eſt, in principio illius diei ſempiternæ.* Myſteriosè ergo, & cum magna ſacramenti mole Mariæ Richardus nomen indit ſtellæ matutinæ, ex eoque loco hoc illi inducit, & exerit nomen; ubi ſtella matutina nihil deſignat, quod peccato poſsit inquinari originali, ſed quod vel illud excludit, & tela vibrat in ipſum, vel illud ſupponit excluſum. Vndè vel denotat Chriſtum, vel primam gratiam, vel triumphatoris noſtri reſurrectionem vel noſtram. Et, ô bone Deus, hæc omnia quàm procul à peccato originali ſunt! De Chriſto, & eius reſurrectione, itemque de prima gratia in fidelium animis ſplendicanti, quis ambiget? Sed neque dubitare poteſt de noſtrorum corporum ab inferis evocatione. Nam primum illud inſtans, in quo corpus emergit à pulvere mortis, beatum eſt, & immortale, & nunquam redivivum, & ſine gratia, & dotibus gloriæ poteſt comminiſci. Vndè ſi benè mentem Richardi ſcruteris, hunc illius fuiſſe percallebis ſcopum; utique mundam ab omni originali lue depromere Mariam. Nam poſtquam Mariam ſtellam matutinam fuiſſet faſſus, ſtatim illius ſubnectens ſignificationes, quatuor recenſet: nimirum gloriam æternam, quemlibet de beatis, Chriſtum Dominum, & ipſius reſurrectionem; quæ omnia non ſolùm à puriſſima origine, ſed & à glorioſa auſpicata ſunt. Vt quid ergo de Maria ſermonem intexens, ſtatuenſque illam ſtellam matutinam eſſe, ſubmitteret, ſtellæ matutinæ figurata ſeu portenta (præſertim cùm hoc extra illius ſententiam & inſtitutum eſſet, non enim provinciam ſuſceperat diſſerendi de ſtella matutina & eius ſignificatis, ſed de Maria) niſi ut Mariæ nobilem, imò glorioſam depallaret originem, innuens nihil eſſe, quod ſub ſtellæ matutinæ ſignificatione cadat, quod exordium mundiſsimum feliciſſimumque non nanciſcatur.

Apoc. 2. 28.

Andreas Creten. Richardus.

34 Noſcimus autem hanc Richardi mentem fuiſſe ex ijs, quæ ſubijcit: *Et nota, quòd triplex poteſt diſtingui ſtella, ſcilicèt veſpertina, nocturna, & matutina; id eſt vita Evæ, vita patrum antiquorum, & vita Mariæ. Prima veſperus eſt, id eſt, væ ſpirans, & hæc eſt Eva, quæ toti mundo ſpiravit væ culpæ, & væ pœnæ, quæ ſcilicèt ſtella appellatur abſinthium Apocal. 8. propter amaritudinem illatæ mundo miſeriæ. Secunda, vita iuſtorum, qui fuerunt & ante adventum Domini & poſt, quibus dicit Apoſtol. Philip. 2. In medio nationis pravæ & perverſæ lucetis ſicut luminaria in mundo, verbum vitæ continentes. Tertia, Lucifer, id eſt, vita Mariæ, cuius vita inclyta cunctas illuſtrat Eccleſias. Item hæc ſtella, quæ apparuit Magis, quæ non in firmamento, ſed ſubter firmamentum, quaſi inclinata ſtellarum natura in inferiori ſpatio aëris decurrebat, ac ſi diceret cum Pſalmiſta, Pſalm. 17. Inclinavit cœlos Dominus, & deſcendit. Nova erat ſtella illa, illã ſcilicèt nuntians novitatẽ, de qua Ierem. 31. Creavit Dñs novũ ſuper terrã, fœmina circumdabit virũ. Hoc novum fuit & inauditum ſuper terram. Stella hæc cum Sole lucebat contra naturã ſtellarum omnium, Luna enim & ſtellæ ſuper-*

Richardus.

perveniente Solis lumine non apparent, ſed abſorbentur à ſplendore Solis, hæc autem ſtella lucebat cum Sole, nec ad lumen Solis propriam claritatem amittebat, ut illius ſtellæ, quæ peperit Solem, proprium privilegium demonſtraret. Hæc ſanè illuſtrationem non deſiderant, cùm ex ſuprà commentatis dignitatem auguſtæ Marianæ conceptionis adſtruant. Tantùm perpende, Mariæ lumen ſolaris Chriſti iubaris dignitate frui, eiuſque veluti æmulari ſplendorē, non enim deficiunt ſtellæ huius radij, radijs obſiſtentibus & adſtantibus Solis. Non enim Solis decus eſt, ut ſtella Phœbipara aliquam obnubilationem ſubeat; quia ſi Solis eſt honor & maieſtas, ut eius præſentia cætera aſtra lumine denudet; auctoritas illius regia eſt, ut quò magis luminis ſui ſpicula diſtringit, uberiorem fulgorem refundat in ſtellam Mariam. Quapropter Solis coruſcum non eſt, quemadmodum reliquorum ſiderum, Mariæ ſtellæ hebetatio, ſed exacutio, & limatura.

35 Deinde ſex, quæ in ſtellarum natura ſolent perſcrutari, & inquiri: nempè materia, forma, quantitas, ſitus, motus, & virtus, Mariæ gloriæ adaptat, & non exiliter originis eius ingenuitatem commen-
Richard. dant. Scribit enim: *In materia conſideratur incorruptio, quia cunctis corporibus citra Lunam ſubiacentibus ſola natura ſtellarum mundo manente non poteſt corrumpi. Meritò ergo in materia noſtræ ſtellæ Mariæ conſideratur incorruptio, de qua materia is natus eſt ſecundùm carnem, cuius animam Deus non reliquit in inferno, quæ etiam ſecundùm carnem, penitus expers corruptionis, fideliter eſt credendum, quæ incorrupta virginitate de ſe genuit eum, qui omnis incorruptionis cauſa eſt, ut ſicut ſtellæ quælibet incorruptibiles de natura, ſic ipſa ſit incorruptibilis de gratia* (hoc eſt, habet per gratiam Maria incorruptionem à ſua origine, ſicut ſtellæ à ſua per naturam) *ſine corruptione etiam putredinis & incinerationis, in corpore creditur de mundo aſſumpta. Forma, in qua conſideratur plenitudo rotunditatis & perfectio, quia ſicut ratione probatur geometrica, cunctis corporibus plenior & perfectior eſt ſphæra; omnis autem ſtella eſt ſphærica. Audi plenitudinem in hac ſtella: Ave gratia plena, Luc. 1. Audi perfectionem: Beata es, quæ credidiſti; quoniam perficientur in te, quæ dicta ſunt tibi à Domino. Quantitas, in qua conſideratur parvitas & magnitudo, ſed ita eſt, quòd quæ parvæ ſunt æſtimationis, magnæ ſunt in rei veritate. Audi ſtellā hanc æſtimatione parvam: Ecce ancilla Domini, Luc. 1. Audi in rei veritate magnam: Beatam, inquit, me dicent omnes generationes, quia fecit mihi magna, qui potens eſt.* Næ quàm congruè hæc ſtellaris quantitatis conſideratio Mariæ quadrat conceptioni; in qua quidem attendi poteſt parvitas & magnitudo: quia quæ parvæ eſt æſtimationis in aliquorum ſententia, qui non perfectè ſtellæ huius quantitatem ſunt dimenſi, re ipſa magna eſt: quia ſi iuxta illorum ſenſa audis ſtellam hanc in ſua conceptione parvam, quam deſignant & prædicant dæmonis ancillam dicentes, ecce in iniquitatibus concepta eſt: Audi illam tunc re ipſa grandem cœleſtibus donis, nam de ſe teſtatur: *Beatam me dicent omnes generationes, quia fecit mihi magna qui potens eſt*; à generationibus hominum magna Mariæ generatio prædicatur, quia divina Potentia magna illi à generatione præextitit, & meritò generationes reliquæ demirantur in huius ſolius generatione gratiam invenire, quam in ſe defeciſſe doluerunt. Progreditur Richardus. *Situs, in quo conſideratur eminentia vel depreſsio; quia quædam ſtellæ tanquam defixæ ſunt in cœlo, cæterę dependent in inferiori loco: verumtamen ſtella maris ſemper in cœlo apparet ſublimis: at illam ſub pedibus ſtixe atra videt, maneſque profundi. Verùm ſtellæ noſtræ Virginis glorioſæ ſemper ſublimis in cœlo eſt eminentia. Motus, in quo conſideratur generalis omnium circumvolutio, quia ſtella quælibet mutans locum, tamen circulariter movetur circa circuli centrum. Sola verò ſtella maris de loco neſcia moveri, circuit immobile punctum, quod eſt principium cœli, quod punctum ſtella maris habens in ſe, neſcit ab ipſo ſeparari. Quæ ſtellæ noſtræ Virgini benè & convenienter poterunt adaptari. Audi ſtellam hanc circumvolubilem: Novum fecit Dominus ſuper terram, mulier circumdabit virum, Ierem. 31. Audi etiam virum illum punctum, id eſt ſimplicem eſſe: B. Dionyſius cùm de partibus humanæ naturæ in Chriſto loquitur, dicit, ex quibus ſimplex Ieſus ineffabiliter eſt compoſitus. Vis audire immobilem? Boetius dicit: ſtabiliſque manens dat cuncta moveri. Vis audire illum principium? Ipſemet dicit: Ego principium, qui & loquor vobis, Ioan. 8. Vis audire, quomodo ſtella noſtra illum habet intra ſe? Quod enim in ea natum eſt, de Spiritu Sancto eſt: Matth. 1. Vis audire, quòd non poſsit ab illo diſcedere? Audi illam in Cant. Tenui eum, nec dimittam, cap. 3.* Quæ quidem omnia intelligenda ſunt peracta ab origine huius

Idem.

ſtellæ. Nam antequam Verbum Maria conciperet, iam illud in ſe habebat, ideò prævie ad divinæ Sapientiæ in eius alvum illapſum, dixit ei Angelus: *Ave gratia plena, Dominus tecum.* Nam ex quo Maria cõcepta eſt, Dei Filius, qui ab ea in carne circumſcribendus erat, in illam ſuæ incarnationis veluti anxius ſe immiſerat: ſpectanſque iã formatum uterum, in quo ſacræ incarnationis erat perficienda œconomia, quominus iam veluti in ipſamet ſe exercens palęſtra, præludia congreſsionis humana naturæ ineundæ inſtituebat; ideòque vix formatus uterus fuit, cùm per gratiam ſingularem ſe in illum quaſi luſurus iam cum ſua carne invexit, ut enim ſic luderet & præluderet, ipſam Mariæ expectabat formationẽ: & huic ſenſui adaptare potes, quæ de circumvolutione huius ſtellæ & puncto, ſeu principio tradit Richardus. Qui ſtamẽ ſui diſcurſus pro-

Richardus. tendens ait: *Virtus, in qua maximè conſideratur generationis & corruptionis operatio, quia quarumdam ſtellarum virtus terram fœcundat ad generationis operationem, quarumdam verò virtus efficit ad corruptionem. Vis audire ſtellæ noſtræ virtutem? Virtus Altiſsimi obũbrabit tibi, Luc. 1. Vis audire ex hac virtute terræ noſtræ fœcunditatem? Dominus dabit benignitatem, & terra noſtra dabit fructum ſuum, Pſal. 84. Vis audire generationis operationẽ? Generatio & generatio laudabit opera tua, Pſalm. 144. vis audire corruptionis purgationem per eamdem virtutem? Audi Paul. dicentem ad Hebræ. 1. Qui portat omnia verbo virtutis ſuæ purgationem peccatorũ faciens.* Mirum ſanè hoc, & omnem ſuperexcellens celſitudinem; virtutem ſtellæ noſtræ Richardus cum virtute redemptoris counit, ut non tam diverſam oſtendat, quã eandem. Quapropter locũ Pauli, ubi de divini verbi virtute noſtrorũ ſcelerum purgationem perficiẽte loquitur, de virtute huius ſtellæ interpretatur; quaſi virtus Marię Chriſtique ad piacula noſtra expianda eadẽ fuerit: pretiumque ſuum & merita uterque in unam maſſam confuderit, & conflaverit; ut cùm ex Chriſti virtute noſtrorum criminũ purgatrice eius originis inclytam gloriam revincuntur ſacri Patres cõfiteri, ex eademmet nobilem Mariæ conceptionem aſſerere teneantur. Et quo pacto ſtellæ maſſa corruptione coalita fuiſſet, quæ in firmamento Eccleſiæ, ut omnem abſtergeret corruptionem, figebatur? Ex hoc aptè ſatis exclamat

Idem. Richardus: *O verè ſtella mirabilis, verè laudabilis! Igitur venite corruptioni ſubiacentes ad incorruptibilem, ut per illam vobis corruptibile hoc induatur incorruptionem, & mortale hoc immortalitatem, 1. Corint. 15. Gratia vacui ad plenam, ut cùm ſitis vacui gratia, de plenitudine eius ſicut adipe & pinguedine repleatur anima veſtra, Pſal. 62. Imperfecti ad perfectam, ut cùm venerit, quod perfectum eſt, evacuetur, quod in nobis ex parte eſt, 1. Corint. 13. Parvuli ad magnam, ut per eam in eo creſcatis, cuius magnitudinis non eſt finis, Pſal. 144. Humiles ad ſublimem, ut per eam vos exaltet, qui per eam depoſuit potentes de ſede, Luc. 1. Claudicantes à ſemitis veſtris ad circumvolubilem, ut mulier, quæ circumdedit virum gremio uteri ſui, ſit in circuitu populi ſui ex hoc nunc & uſque in ſæculum, Pſal. 124. Debiles ad eius virtutem, ut cùm aliquis ceciderit, non collidatur, ſed mater divinæ pietatis ſupponat manum ſuam, Pſalm. 36.*

---

§. IV.

Gemina, quæ ſupereſt Mariani nominis etymologia nubila rutilum eius conceptionis cœlum infeſtare conantia diſcutit.

36 *ALia eſt etymologia Mariani nominis ſtilla maris, quæ alludit ad margaritam ſeu unionẽ, qui ex roris guttula, aut ſtillicidio concernitur. Locus Plinij. Inde Mariæ nobilis conceptio inſurgit.*

37 *Interpretatur quoque Maria Domina. Mariæ dominium non minus quã Chriſti proterminatum, ex Arnoldo Carnot. & Bonavent.*

38 *Maria cũ Chriſto Filio cœlos pariter non aſcendit, ut regina maneret in terris, vice illius imperiũ regis, ex Amedeo, qui illuſtratur & expenditur in regno temporali; ob quam rationem prælibantur primitiæ cœleſtis. Regnũ ſuũ promulgavit Chriſtus ut aſcendens in cœlum innoteſceret, quòd gradibus ſuis aſcẽdebat, nẽpè de claritate regni ad regni ſuperioris claritatem, quod conceſsit & Mariæ, locus Ioan. 5. 22. Matth. 27. 11. per Toletũ, Ioan. 19. 19. Matth. 28. 18. ex quibus deducitur puriſsima cõceptio Mariæ, quæ quemadmodum Chriſtum oportuit originis claritudo ad regnum tenendum, ita Maria de nobili origine in regnum venit. Deſcribuntur inſignia regalia & habitus regius Mariæ, ita & regiæ beneficentiæ ſingularitas per Amedeũ, cui lucem præferimus, ex quibus ſtrenua emergit Mariæ ſimultas cum Eva. N. m*

ſicut

ſicut Eva per oculos ſpiravit venena, quibus pereunt cuncti, Maria per oculos & os vitam emittit, qua cuncti vivificantur, ſemetipſum explicat Amedeus.

39 *Super Deum ipſum quodammodo efferri videtur, ex Petro Damiano. Subiectio à Chriſto Matri exhibita quaſi illius imperij pulcritudo, ex Auguſtino.*

40 *Quantum Deus ſtuduerit ampliſſimo & libero prorſus Mariæ imperio, à quo non ſolùm vel ſuſpicionem ſervitutis infamis diſpeſcuit, ſed decoroſæ & illuſtris, & quæ Deum non dedecet. Aperitur quæſtio, cur Maria ad Virginitatem voto, non præcepto fuerit adſtricta, ex Auguſtin.*

41 *Commendat hoc tempus, quo Angelus Mariæ enuntiavit nomen, quod illius evulgat imperium, Luc. 1. 28. ex Chryſolog.*

42 *Fulberti Carnotenſ. locus commendatur.*

43 *Cura Chriſto fuit, ne Maria dæmoni ſubderetur aliquando, quia ipſe ei erat ſubdendus: argumento deſumpto ex Angelorum ſolicitudine & cuſtodia Mariã ab eius conceptione protegente, quia eorũ deſtinata erat regina, Geneſ. 32. 26. ex Bonavent. locus Fulberti Carnoten. Quomodo Mariæ parẽtes defœcati prorſus & omni gratia ornati ad Mariam generandam acceſſerint.*

44 *Mariæ dominium in homines pervagatum illibatam eius exigit conceptionem. Locus Numer. 17. 1. ex Fulberto, ex cõiunctione mutua nominum parentũ Mariæ, arguitur ſacramentum conceptionis Mariæ: qui ſic ad illã concipiendã præparabantur, & adornabantur, ac ad ſacramenta communicanda cœleſtia.*

36 MAriæ nominis etymum deglubẽtes aliqui pro nucleo *ſtilla maris* decerpũt. Cõmendat hãc interpretationem noſter Ludovicus ab Alcaſar in cap. 12. Apocal. not. 2. ubi advertit appoſitè nomen hoc inditum Mariæ ad deſignandam margaritam ſeu unionẽ, qui ex gutta ſeu ſtillicidio cœleſtis roris glaciali virtute coaleſcit. Nam margarita aptum eſt Virginis vocabulum, eiuſque inclytam præferens gloriam. Quã ut ab hoc nomine delibemus, conſulendus eſt Plinius lib. 9. cap. 35. margaritarũ originem & genituram aperiens: *Conchas ubi genitalis anni ſtimulaverit hora, pandentes ſeſe quadam oſcitatione impleri roſcido cõceptu tradunt, gravidas poſteà eniti, partumque cõchas eſſe margaritas pro qualitate roris accepti. ſi purus influxerit, candorẽ cõcipi, ſi verò turbidus, & fœtum ſordeſcere, eundẽ pallere cœlo minante conceptũ, ex eo quippè conſtare, cœlique eis maiorẽ ocietatis eſſe quàm maris, indè nubilũ trahi colorem, aut pro claritate matutina ſerenũ. Si tempeſtivè ſatientur, grandeſcere & partus: ſi fulguret cõprimi conchas, aut pro ieiunij modo minui.* Itaq; margaritarũ pretiũ omne & perfectio ab earũ ſumenda eſt origine & conceptu, & ex earũ ſplendore & nitore, qualis fuerit conceptus indagandum eſt. Nã cũ maiorem cũ cœlo quã cum mari cognationẽ habeant, ſi nihil inter cœlum & ipſas interijciatur aut turbidũ aut nubilũ, aut fulminantibus nubibus conſtipatũ, quod cœli influxum interceperit, aut deſcendentẽ rorẽ velut cœleſte ſemẽ profanarit, perfectiſsimas emittunt margaritas cõchæ utique ob granditatẽ candidũque & ſerenum colorẽ pretioſiſsimas. Nihil ſanè congruentius, aut magis cõſentaneũ Mariæ laudi potuit inveniri, quã ſtilla maris, quæ illã margaritã deſignat; nã ſicut in margaritis, quæ ex ſuamet, qua pollent, perfectione, qualis ſua præceſſerit genitura, pandunt, ſic in Maria ex ipſiuſmet vitæ honeſtate & candore, qualis eius præiverit cõceptio, docemur inveſtigare. Verè ſub Deo nulla eſt purior natura, nulla vita ſplendidior, nullius mores magis ad normã divinitatis cõpoſiti, quàm natura vitę, & mores Mariæ. Ea enim eſt, de qua prædicatur, quòd maculã & rugã nõ habeat: quòd tota ſit pulchra & macula non ſit in ea, quòd ſi ſtellas examinet, in eis Deus inveniat pravitatẽ & obſcuritatem, nõ verò in Maria: quòd plenitudo omnis gratiæ in ipſam impluerit, quòd ita grandis fuerit, ut incapabilem amicierit, & circumſcripſerit. Igitur ſi Maria margarita eſt, ex ijs eius genitura, & conflationis qualitas menſurãda, & appendẽda eſt. Nam quidquid perfectionis habent margaritæ, in ipſo conceptu cbibunt, & ex earum pulchritudine candore & grãditate elicitur, quòd plenè cœleſtis fuerit humor ſeu roris ſemen, quod in earũ cõchas cœlum, ex quo conſtarent, ſeu parens inſtillavit; quòd in ipſo roricidio nil ingruerit turbulẽtum, quo fœtus deturpetur, nulla perſtrepuerit tempeſtas, nec minax vis intonuerit, qua palleſceret, nulla fulgurum coruſcatio, quæ concham complicuerit, & fœtum imminuerit, ſed fuerint omnia pacata tranquillitate ſerena. Gloria ergo, quã margaritæ nomen Mariæ affert, ea profectò eſt, ut ex eius vitæ cœleſti forma ſpecieq; glorioſa, cœleſtis & glorioſa conceptio dignoſcatur; quia hæc arguendi ſeries ſingulariter in margaritis obtinet veritatem.

Alcaſar.

Plinius.

37 Iam ad Syriaci idiomatis etymologiam deproperemus, quâ Maria Domina nuncupatur: cuius poteſtas & imperium nõ minus quàm filij diffunditur principatus. Nulla enim eſt creatura humili ſubiectione ſe filio curvans, eius reverens maieſtatem, quæ Mariæ quoq; devotâ proſtratione plãtis ſe non ſubmittat: ut expendit Arnoldus Carnotenſ. tract. de laudibus Mariæ: *Maria lingua Syriaca Domina dicitur: Chriſtus Dominus, Maria Domina, & licèt ipſa ſe Chriſti profiteatur ancillam, hoc ſervitutis genus omni regno ſublimius eſſe intelligit. Conſtituta quippè eſt ſuper omnem creaturam, & quicumque Ieſu curvat genu, matri quoque pronus ſupplicat, & filij gloriam cum matre, non tam communem iudico, quàm eamdem.* De hoc univerſali Mariæ regno ait Bonavent. in ſpecul. cap. 3. *Conſiderandum eſt, quòd Maria interpretatur Domina. Hoc quoque optimè competit tãtæ Imperatrici quæ re vera Domina eſt cœleſtium, terreſtrium, & infernorum; Domina, inquam, Angelorum, Domina hominum, Domina dæmonum. Primò conſidera, chariſſime, quod Maria eſt Domina Angelorũ. Ipſa enim ſignata eſt in Domina Eſther regina, de qua legitur, quòd ſuper unam famulam ſuam deliciosè innitebatur, altera autem famularum ſequebatur Dominã defluentia in humum veſtimenta ſuſtentans. Per Dominam Eſther reginam intellige Mariam reginam; duæ famulæ, quarũ Domina eſt regina Maria, ſunt Angelica & humana creatura. Anima verò humana eſt famula, quæ Dominam ſuam Mariam ſequitur in mundo. Sequitur certè colligens veſtimenta Dominæ, ſcilicèt colligens virtutes & exempla Mariæ: intelligentia verò Angelica, eſt famula, ſuper quam Domina ſua Maria innititur in cœlo; innititur certè tanquam familiariſſima ſe Angelis ſociando, innititur etiam tanquàm delicatiſſima in Angelis deliciando: innititur quoque tanquam pleniſſima ſe cum ſua plenitudine Angelis communicando: innititur inſuper tanquàm potentiſſima Angelis imperando. Omnibus enim Angelis Maria innititur ſuo imperio. Vndè Auguſtin. ait: Michael Dux & Princeps militiæ cœleſtis cum omnibus ſpiritibus adminiſtratorijs tuis Virgo paret præceptis, in defendendis in corpore, & ſuſcipiendis de corpore animabus fidelium ſpecialiter tibi Domina die ac nocte ſe tibi commendantium.* Et paulò inferiùs: *Conſidera quòd Maria eſt Domina dæmonum in inferno tam potenter eis dominans etiam, ut de illa poſſit accipi illud Pſalm. 109. Virgam virtutis tuæ emittet Dominus, dominare in medio inimicorũ tuorũ; virga virtutis eſt Virgo Maria. Hæc virga Virgo Maria virga virtutis eſt contra inimicos infernales, quibus magna virtute dominatur.*

Arnoldus Carnot.

Bonavent.

Huiuſmodi imperium in thartarum illuſtrius ampliat Amedeus homil. 8. *Enimverò ſicut ignis attactu ceræ liqueſcit, & velut ardore Solis defluit glacies, ſic à Mariæ facie inimicorum deperit acies, eaque iubente nihil adverſi ſubſiſtit.* Proſequitur autem Bonaventura cap. 8. illud Angelicæ ſalutationis explicans, *Dominus tecum*, inquit: *Dominus ergo cum Maria, ſed quis vel quantus Dominus? Dominus terræ, & omnium generaliter, Dominus hominũ ſpecialiter, Dominus tuus ſingulariter, ô Maria. Conſiderandum eſt ergo chariſſimi, quòd Dominus iſte, de quo dicitur, Dominus tecum, ipſe eſt generaliter Dominus creaturæ univerſalis. Vndè Iudith: Dominus cœlorum, creator aquarum, & Dominus totius creaturæ: & Sapient. 8 Omnium Dominus dilexit illam; omniũ certè univerſaliter; omnium, inquam, viſibilium & inviſibilium. Iſte univerſalis omnium Dominus ſic cum Maria fuit, quòd etiã ipſam univerſalem omnium Dominam fecit; Dominam, inquam, cœli, & Dominam mundi:* & cap. 9. *Dominus ergo tecum, ô Maria: Tecum certè tecum. Tecum fuit, tecum eſt, tecum erit. Tecum utique ſicut Sol cum Aurora Solem præveniente, tecum ſicut flos cum virga ipſum producente, tecum ſicut Rex cum Regina ad ipſum ingrediente. Sol namque omnibus luminibus luminoſior, flos omnibus floribus pretioſior, Rex omnibus regibus glorioſior eſt Dominus Ieſus Chriſtus. Aurora verò hunc Solem clariſſima irradiatione præveniens: virga hunc florem mirabiliſſima emiſſione producens, Regina ad hunc Regem ſolemniſſima proceſſione ingrediens eſt beatiſſima Virgo Maria.*

Amedeus

Bonavent.

38 Pro quo obſervandum eſt, Mariam non ſolùm ſimul regnum obtinuiſſe cum Chriſto, ſed plenum regalis ſceptri põdus in Mariæ humeros filium dimiſiſſe, eamque ſibi ſuffeciſſe in imperio, ut quaſi abſolutâ poteſtate regium munus in terris exerceret, omnigenaque maieſtate fulgeret. Ad eam quæſtionem, quam communiter agitãt ſancti Patres ſciſcitantes: Quare Chriſtus Dominus poſt triumphalem reſurrectionem, œconomię ſuæ ſacramẽtis cõſummatę peractis, in cœlum, Patris dexteram tenturus, ſcandens, ſanctiſſimam Mariam parentem, quam ſociam cruciatuum, humanaque redemptionis coadiutricem ſibi aſcivit, ſecũ pariter gloria redimiendam non elevaverit; gratum fuit ſemper mihi viſum Amedei reſponſum, homil. 7. Ait enim divino con-

conſilio id actum, ut regiæ poteſtatis inſulis inſigneretur plenè Maria, neque abſoluta regni gloria careret, quæ omnigena gratia, privilegiorumque & excellentiarū fertili copia prædita fuit. Enimverò licèt Maria Chriſto vivente, & Eccleſiam gubernante, regina meritò nuncupari poſſet & haberi, quam ſemper filius ad gloriæ ſuæ & regni communionem indiviſa partitione acciebat, ut ſuprà ex Arnoldo teſtati ſumus, aſſerentis, filij gloriam cum Matre non tam cōmunem eſſe quàm eamdem, tamen ut ſingularius regni maieſtas in Maria emergeret, ſolaque poſſideret regiam opulentiam quâ cum filio ſimul fuerat potita, cœlos Chriſtus petens voluit matrem in terris remanere Eccleſiæ principatui præfectam, in qua regni amplitudo plenum ſuum ſplendorem diſtringeret, & quæ anteà in Eccleſia Luna erat ſimul cum Sole Chriſto, utroque indiſtinctè nocti & diei præſidente; filio ſupra æthera exaltato, Lunæ pariter Soliſque iura poſſideret, totumque lucis ambitum ab ea mundus expectaret. Accipe

Amedeus. Amedeum: *Quis ergo non properaret, quis non curreret ab extremis terræ reverendæ maieſtatis decus aſpicere, & vultum omnimoda ſuavitate imperiali etiam dignitate, & ſingulari præditum maieſtate videre? Quippè nihil inveniebatur illi ſimile in filijs & filiabus Adæ. Nihil tale in Prophetis, in Apoſtolis, aut in Evangeliſtis. Nihil illi ſimile cœlum vel terra dedère. Quis enim in nubibus æquabitur ei, aut ſimile foret Matri Domini inter Filios Dei? Et vide quàm recto ordine citra aſſumptionem effulſit admirabile nomen eius in univerſa terra, & fama eius celeberrima ubique diffuſa eſt prius, quàm elevaretur magnificentia eius ſuper cœlos. Decebat enim Matrem Domini Virginem, & ob nati ſui honorem primò terris regnare, & ita demū cœlos cum gloria ſuſcipere. Dilatari in infimis, ut & ſuperiora in plenitudine ſancta penetraret trāslata ſicut de virtute in virtutem ſic à claritate in claritatem à Domini ſpiritu. Igitur in carne præſens futuri regni primitias prælibabat.* Igitur cum Chriſto ob regium ſplendorem imperialēque, quam inorbē obtinuit dignitatem, illuſtris origo ab omnique piaculo libera competebat; indecens enim erat ut (ſuprà à nobis iam ſancitum eſt) ut in ſui generatione macula fœdaretur, dæmonique ſubderetur ijs ad quem cœleſtium, terreſtrium, & infernorum dominium ſpectabat; imperium ſuū tanquam nobiliſsimæ generationis inſigne Matri conceſsit, quā poſt ſui in cœlos elevationem voluit in terris, tanquam ſupremam reginam ſibi in imperio ſuffectam ab omnibus ſuſpici & adorari. Et hoc, ait Amedeus, expediebat ad filij honorē: ſi enim ut decori ſuo provideret Chriſtus regno Matrem præfecit, tanquam qui ſui honoris obſcuritatem æſtimaret habere Matrē regia nudam maieſtate; certè obſcuriorē ſuæ glorię duceret notam, ſi Matrem nactus eſſet originis nobilitate deſtitutam, cùm turpior æſtimanda ſit prava generatio & peccatis polluta, quàm regni defectus; lege ergo ſapientiæ ſuæ ductus, adſtrictus eſt Chriſtus qui regnum procuravit Matri, tanquam gloriæ ſuæ decus, de illius pura origine vigilantiori & ſolicitiori ſtudio pulſari; ſiquidem ex ingenuæ originis defectu in Matre ignobilior in illum reſiliebat macula, quàm ex defectu imperij. Deinde expendēda ſunt ea verba: *Decebat enim dilatari in infimis, ut & ſuperiora plenitudine ſancta penetraret translata ſicut de virtute in virtutem, ſic à claritate in claritatem à Domini ſpiritu; igitur in carne præſens futuri regni primitias delibabat.* Quibus verbis obſervat Amedeus ordinem, quem divina Providentia ſervavit in Maria Sanctiſsima promovenda, & honoribus cumulanda, eā ſemper in eo excellentiæ gradu ſtatuendo, qui altioris eſſet diſpoſitio, ſuperiorem que iure exigeret, ut ſic præparata & compta de virtute aſcenderet in virtutem, de privilegio in privilegium, quò ſic ordinatè ad maieſtatis faſtigium perveniret, ſupremum que gloriæ thronum capeſſeret filij dexteræ conſidens. Ob hanc cauſam inquit Amedeus oportuiſſe Mariam, decedente filio, regni ſplendore in terris redimiri, & ad regni thronum elevari priuſquàm cœleſtis regni thronum occuparet, ut ſic transferretur à terreſtris imperij claritate in imperij claritatem ætherei. Nam regni temporalis dignitas præcipuè cum animo virtutibus ornato inſidet, quamdam veluti viciniam & cognationem habet cum regni cœleſtis maieſtate, ex eo quòd vilem dediſcat ſervitutem, alteriuſque ignoret ſubiectionem: & ob hanc terreni regni dignitatem, cui Mariam Filius ſubſtituit, puto dixiſſe Amedeum illam in carne præſentem futuri regni primitias prælibaſſe. Non enim exigua gloriæ portio eſt, ſic omnibus per principatum innatare, ut contempletur quis cunctos ſibi ſerviliter ſubijci, ſe tamen, niſi Deo, cui ſubijci, regnare eſt hunc gradum ordinem aſcendēdi, quem Mariæ, ſibi quoque præſcripſit Chriſtus. Nam prius quàm ad cœleſte ſolium ſcanderet, ſe totius orbis imperatorem declaravit: *Neque enim Pater iudicat quemquam, ſed omne iudicium dedit Filio, ut omnes honorificēt Filium ſicut honorificant Patrem,* Ioan. 5. 22. Et interrogatus à Præ-

Ioan. 5. 22.

ſide

ſide Chriſtus: *Tu es Rex Iudæorum? Dicit illi Ieſus: tu dicis*, Matth. 27. 11. Quò loci
Matth. 27. 11. rectè admonuit noſter Toletus in cap. 18. Ioan. *Modeſta affirmatio eſt: Tu dicis: eſt enim modus loquendi Hebræus in affirmationem inclinans, quamvis non admodũ expreſſam. Sicut Matth. 26. dictum eſt Iudæ: tu dixiſti: qua phraſi uſus illic eſt, ne apertè eum detegeret: hoc verò loco eadem utitur, ne vinctus & ligatus iactare ſe videretur, ſimulque veritatem confiteretur: Rex enim erat.* Huc ſpectat inſcriptionem illam regni cruci ſummitati affixam divino conſilio
Toletus. fuiſſe procuratam: *Erat autem ſcriptũ, Ieſus Nazarenus Rex Iudæorum*, Ioan. 19.
Ioan 19. 19. 19. Quam contendentes aboleri Iudæi, ne Chriſtus Rex Iudæorum evulgaretur, aliãque ſubſtitui, quæ illum Iudæorum regnum affectaſſe proderet, haudquaquam invaluerunt, & tandem Matth. 28. 18. ait ipſemet
Matth. 28. 18. Dominus: *Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo & in terra.* Quibus omnibus conteſtaretur Chriſtus ſe à regni huius claritate ad ætherei regni claritate, tanquam de virtute in virtutem translatum. Igitur præfixit Chriſtus Mariæ formam regnum cœleſti ingrediendi, quam ipſe ſibi præſtituit; quo diffiniat Mariæ quoque præfinitum eſſe ordinem aſcendendi ad mundi huius regnum, quem in illo poſsidendo ſibi identidẽ præſcripſit Chriſtus; nempè per originalis gloriæ ingenuitatẽ. Quemadmodũ enim Chriſtus glorioſa generatione eſt procreatus, ut dignè de claritate originis ad regni claritatem intraret, ſic oportet cogitare Mariã à puriſsima cõceptione deductam, ut à claritate originis ad regni claritatem ſcanderet. Præſertim cùm magis ad ſui honorem decentemque functionem regnum in ſui poſſeſſore puram totiuſque peccati expertem originem exigat, quam claritas regni cœleſtis, regni temporalis claritatẽ. Quocircà ſtatim Amedeus regni apparatus, inſignia, beneficam munificentiam, rectumq; iudicium, quibus regina munita præfulgebat ſceptrum gubernans, præclarum in modum deſcribit, ubi ſuprà: *Splendor indefi-*
Amedeus. *ciens in circuitu eius, & ignis exardeſcens à facie eius. Fluvius igneus rapiduſq; egrediebatur ab ea, qui hoſtes ſuccenderet, amicos conſoveret, iuvaret proximos, concremaret inimicos. Fertur ab his, qui norunt naturam animãtium, quòd ſolo viſu & flatu mortifero vicina quæque ſibi regulus venenatus interimat. Sic illa è regione ignis divini calore vehementer accenſa, & verbi flammigerantis ſparſa incẽdijs, odorem reſuſcitantis gratiæ ijs qui longè, & ijs qui propè commanebant, exhalabat.* Ecce mirè oppoſitum Mariæ regnum Evæ ruinæ: Evæ enim oculorum ſuorũ veneno, tanquã regulus omnia corrupit, ijs qui propè, & ijs qui longè, imò eos qui nondũ erant nati, peſtifero halitu infecit, & contagio interemit. Nam quemadmodum Maria divini Verbi flammigerantis intus concepit incẽdia, quibus vitam aſpectu ſuo & halitu omnibus afferebat. Sic Eva quæ verbum venenati lethiferique ſerpentis concepit, venenũ tanquam regulus per oculos immittens, pomum, in quem illos intẽdit, venenavit, quod eſum ſibi & viro mortem peperit. Ac proinde non ſolùm illa ſuorum deperijt veneno oculorum, ſed eos qui propè, utpotè Adamum, & eos qui longè, nempè futuros per ſæcula poſteros diro corrupit contagio; una excepta Maria, quæ illius reparans ſtragẽ, oppoſitaque terens veſtigia, divino Verbo mente concepto, quos Eva oculorum veneno perdidit, illa aſpectu ſuo & habitu potẽs Domina in benefaciendo reduxit ad vitam. Amedeus.
Quocircà opportunè ſubdit Amedeus: *Sicut enim in Eva omnes moriuntur, ita & in Maria omnes vivificabuntur; & ſicut Evæ ſcelere fit mundi damnatio, ita fide Mariæ facta eſt orbis reparatio. Illa infecta eſt veneno lethali, quod tranſfudit in poſteros; hæc infuſa vitali antidoto, quod fidelis tranſmiſit ad univerſos.* Sibimet incem præfert Amedeus homil. 2. qui de conceptione Mariæ & iuſtificatione diſſerens inquit: *Mirantur Angeli puellam caſtiſsimam Matrem Domini, cœlique reginã mox futuram, & in his erumpunt vocibus admirationis & laudis. Quæ eſt iſta, quæ aſcendit dealbata? Quid eſt dealbata, niſi albis veſtibus ornata? Ornata ſcilicèt ornatu decoris & honeſtatis, iuſtitiæ & ſanctitatis. Harum veſtium ornatu Prophetarum eximius fulgebat, cùm diceret: Gaudens gaudebo in Domino, & exultavit anima mea in Deo meo, qui induit me veſtimento ſalutis, & corona iuſtitiæ circumdedit quaſi ſponſum decoratum corona, & quaſi ſponſam ornatam monilibus ſuis.* En quia Virgo evehenda erat ſtatim ad dignitatem divinæ maternitatis regnique maieſtatem viſa eſt ab Angelis in ſua conceptione aſcendiſſe ad vitam veſtibus albis, & candidâ iuſtitiæ originalis ſtolâ amicta, & ideò ex teſtimonio Iſaiæ inducitur eius filius in ſua generatione veſtimentis ſalutis, & ſanctitatis indutus regni coronâ redimiendus.

39 Nec mirum ſi omnigena creatura Deo parens obſequium & ſervitutem præſtet Mariæ, cùm illius dominium adeò excreverit, & ſuperfluxerit, ut eius undæ ſuper Deum ipſum ſupervehi viderentur, quo in nullo Matris principatus Patris decederet imperio, quòd quidem ſi gloriabatur ho-

hominem Deum ſibi eſſe ſubiectum, de eadem ſibi dominij maieſtate Mariæ ſceptrũ blandiretur. Hinc eſt quòd Petrus Damianus ſerm. de Nativitat. Mar. nõ veritus fuerit dicere: *Immenſum concepit, æternũ genuit, genitum ante ſæcula parturivit. Qui antequam naſceretur, talem creavit eam, ut ipſe dignè naſci potuiſſet ex ea, de qua Prophetа David multo ante prædixerat: Mater Sion dicet, homo & homo factus eſt ex ea, & ipſe fundavit eam Altiſſimus. Creatus eſt ex ea, quam creavit: ſuxit ubera, quæ replevit: portatus eſt manibus, quas formavit, puellæ confovebatur in gremio, quem vaſtiſſima cœli non recepit latitudo, puerilibus faſciis cingebatur, qui immenſitatem orbis terræ pugillo complectitur: Matris parebat arbitrio, qui omnium regum iura ſuo gubernabat imperio.* Et B. Auguſt. tom. 6. lib. de ſanct. Virginit. c. 54. pulchritudinem ſponſi cœleſtis commẽdans, ait, eã ex æqualitate cum Patre & ſubiectione exhibita Matri conflari. Adeò enim ſublime, Mariam, ſibi cenſent, dominari, ut Matris imperium velut dimidiam ſuæ pulchritudinis partẽ æſtimet. Sic enim virgines Aug. hortatur: *Toto corde amate ſpecioſum forma præ filijs hominum, vacat vobis, liberũ eſt eor à coniugalibus vinculis; inſpicite pulchritudinem amatoris veſtri; cogitate æqualem Patri, ſubditum & Matri, etiam in cœlis dominantem, & in terris ſervientem.* Iam ex hac latiſsima Marianæ coronæ poteſtate in omnes ſe effundente creaturas, & in ipſum veluti ſe proterminante Creatorẽ, eius originalis nobilitas adſtruẽda eſt. Pro quo expendenda ſunt verba illa Damiani: *Qui antequàm naſceretur, talem creavit eam, ut ipſe dignè naſci potuiſſet ex ea.* Itaque dignitas Filij Dei nõ ſolùm exigebat, ut divina Providentia & ſolicitudo totam vitam rimando & perſcrutando Mariæ pervaderet, ſatagens ne in ea aliqua labis, vel nævus emergeret, in quem velut ſui iniuriam divini Verbi authoritas offenderet, ſed ut ipſam penetraret, & perluſtraret conceptionem, præveniretque ne cum ea aliquid indignum, aut indecorum compingeretur, quod naſciturj, Verbi læderet maieſtatem. Quapropter per Pſaltem voluit omnibus eſſe notum ſe Marianæ creationis ſuſcepiſſe provinciam. Et quid, quæſo, indecentius aut turpius poſſet divini Verbi ſupremæ dominationi obvenire, ſi Maria originale piaculum in ſui conceptione hauſiſſet, ob quod thartareus princeps in eã obtinuiſſet imperium; quàm quod dæmon poſſet iactanter ſuperbiendo effutire, quòd principatum, cui obſecundationem & ſubiectionem ipſemet Deus erat exhibiturus, ipſe ſub ſuo primo dominio concluſiſſet?

Petrus Damianus.

Auguſtin.

40 Et ut quàm hoc indecorum, ſuæque excellentiæ infenſum à Deo cenſeri perdiſcas; noveris adeò illum quaſi nimio zelo Mariæ dominio auguſtæque libertati & generoſitati conſuluiſſe, ut non ſolùm ab ea amovere ſtuduerit infamem & ſervilem ancillationem, ſed vel ipſam ſervitutis ſuſpicionem; parum hoc, etiam decoroſæ & virtuoſæ ſervitutis, & quæ planè Deum nõ dedecet, opinionem. Inquirunt Eccleſiæ Patres, cur Maria præceptum virginitatis ſervandæ, ut digna Dei genitrix exiſteret, non acceperit, ſed ſpectãrit Deus, ut ipſa illius ſe voto adſtringeret? Nec enim non conſentaneum videbatur, ut ei virginitas iuberetur, eiuſque imperium illi indiceretur, tanquàm debita Deo ſervitutis inſigne: ſic enim præceptum Adamo impoſitum fuit de fructu arboris nõ deguſtando, ut docent communiter Patres, inter quos Tertul. lib. 2. contra Marcion. cap. 8. ait: *Neque enim ad vivendum ſolùm produxerat hominem, ut non ad rectè vivendum, in reſpectu ſcilicèt Dei legiſque eius, igitur vivere quidem ille ipſe præſtiterat facto in animam vivam; recto verò vivere demandarat admonito in legis obſequium.* Sic enim divinum Verbũ incarnationis diſpenſationem impleturum præceptum accepit à Patre adoriundæ paſſionis mortiſque ſubeundæ, ut hac ſervitutis nota imprimeretur, qui ſervilem naturã ſervique formam deſcendebat induturus. Quamobrem ergo præceptũ non iniungitur virginitatis Mariæ, quo veluti ſimilitudinis cuiuſdam ſpecie ipſa filiuſque connecterẽtur? Quæ enim tam elegans divinæ Providentiæ diſpoſitio, quàm ut ſub una eademque ſervitutis notione parens natuſque caderent? Quorſum igitur Mariæ votum eligitur, non præceptum? Ex dictis quidem notum eſt vaſtum diſcrimen inter præceptum & votum. Nam præceptum quandam imbibit ſervilem ſpeciem & ſervitutis neceſsitatem, quo quis alterius voluntati, vel in ijs, quæ ſibi diſplicent, ligatur. Atverò voti compedes verè voluntarij, & aurei ſunt, in quo quis ipſemet ſibi veluti Dominus vivendi formam præſcribit, adſtrictuſque & arctatus manet non alienæ voluntati ut ſervus, ſed ſuæ ſponte & generoſe; legemque ſibi deſtinat non tam à ſervitutis coactione, quàm à rei promiſſæ amore profectam. Igitur ut omnino liberã Deus Mariam oſtendat, notan que ſolicitudinem ſuam erga ipſius libertatem & ingenuitatẽ faciat: virginitatem vult ut ſanctiſsima fœmina voto, non præcepto, eligat; quia præceptum ſervitutis, votum verò generoſæ cuiuſdam libertatis & dominij præ-

Tertul.

testimoniũm: & quamvis præcepti subiectio Deo non sit indigna, propriumque filium illius notâ inurat, Mariã tamen ab illa satagit esse expeditam, ut ex hac cura & studio eliciatur, quàm indecens prorsusque à tanta Domina, rerum omnium Domini Domina futurũ iudicaverit, ut sub hac dira dæmonis servitute fœdaque captivitate fuisset aliquando constricta. Opitulium offert Augustin. tom. 6. lib. de sanct. Virginit. cap. 4.

Augustin. *Poterat & iuberi virgo permanere, in qua Dei Filius formam servi congruenti miraculo acciperet, sed exemplum sanctis futura virginibus, ne putaret sola virgo esse debuisse, quæ prolem etiam sine concubitu accipere meruisset, virginitatem Deo dedicavit, cùm adhuc, quid esset conceptura nesciret, ut in terreno mortalique corpore cœlestis vitæ imitatio voto fieret, non præcepto, amore eligendi, non necessitate serviendi. Ita Christus nascendo de Virgine, quæ antequam sciret, quis de illa fuerat nasciturus, virgo statuerat permanere, virginitatem sanctam approbare maluit, quàm imperare. Ac sic etiam in ipsa fœmina, in qua formam servi accepit, virginitatem esse liberam voluit.*

41 Hinc elucebit præclarum Angeli pronubi ingenium, quo tempus aptum observavit Mariani nominis, quod Dominam eam declarat, enuntiationi, & sacræ Verbi œconomiæ revelationi. Nec enim ad Virginem ingrediens statim in limine eius nomen emisit, nec divinum puerperium revelavit: tantùm enim asseruit: *Ave gratia plena, Dominus tecũ, benedicta tu in mulieribus*, Luc. 1. 28. & illicò subsistit. Cur ergo nomen retinuit Virginis? Cur legationem suam ei aperire non perrexit? Verè quia prænovit, ex eius verbis modestissimam puellam turbatione & quodam timore afficiendam. Vndè subdit textus: *Quæ cũ audisset, turbata est in sermone eius, & cogitabat, qualis esset ista salutatio.* Prævidens ergo Paranymphus, Virginem ex sui alloquio quandam tremoris commotionẽ subituram, formidinemque non ignotam servitutis notam existere, nomen antè Mariæ suppressit, & à divini onixus legatione consultò abstinuit; & cùm illam spectavit occupatam timore nomen Mariæ, seu Dominæ protulit, ut dominij nomine fugaretur timor, animus sedaretur: quem animadvertens Paranymphus tranquillum, & ad regij principatus normam compositum, statim Deum ipsam concepturam exposuit: quò innueret, tantum maternitatis munus ei rerum omnium dominium fuisse præluceratũ, & quæ virtute futuræ prolis Domina jam erat constituta, eã servilis turbationis habitum non decere. Accipe Chrysol. ser. 142. de Annuntiat. *Denique ne tanto ponderi cœlestis fabricæ in Maria subtilis nostri corporis arena succumberet, & in Virgine totius generis humani portatura fructum tenuis virga frangeretur, fugatura metum vox Angeli mox præcessit, dicens, ne timeas Maria. Ante causam dignitatis Virginis annuntiatur ex nomine. Nã Maria Hebræo sermone, Latinè Domina nuncupatur. Vocat ergo Angelus Dominam, ut dominatoris genitricem trepidatio deserat servitutis, quam nasci & vocari Dominam ipsa sui germinis fecit, & imperavit authoritas.* Sobolem enim tantam Virginis oportebat, ut Matrem haberet Dominam; ideò nomen Mariæ illi delegit, & iussit ante eius proferri conceptionem, ut Domina & conciperetur, & nasceretur. Chrysolog.

42 Fulbertus quoque Episcopus Carnoten. serm. 1. de Nativit. Mar. censet conceptionem præcessisse illibatam, ut Mariæ nomen augustum reciperet; quod quidem sive maris stellam, sive Dominam interpretemur, imperij maiestatem præfert: quia ut stella prædominatur, ut Domina dominatur; & si in Domina elucet dominium, in sidere prædominium: *De regali*, inquit, *tribu simul & sacerdotali duxit originẽ Maria, quæ summum Regem, atque Pontificem erat paritura. Non tamen hæc ideircò dixerimus, quòd Dominus, qui peccatores vocare venit, dedignatus sit Matrem suam peccatores habere cognatos, inter quos speciosa velut inter spinas lilium appareret. Hæc itaque electa & insignis inter filias, non fortuitò quidem, aut solo placito parentum, ut plerique, sed divina dispensatione nomen accepit, ita ut ipsa vocabuli sui figura magnum quid innueret. Hic si quis interroget dicens, quid ergo putas, qualis olim in anima fuerit, vel nunc sit hæc persona, quæ sic omnibus sanctis spectanda, atque imitanda proponitur? Veraciter respondemus, quia longè perfectior quàm nostra oratione demonstrari possit. Tamen ne ibi nihil dicere arguamur, ubi maior affluit copia dicendorum, reservantes multa, atque magna fecundis, saltim pauca dicamus super hoc, quæ facilè probentur audita. Hoc igitur in primis adstruere fas est, quòd anima ipsius & caro, quam elegit, habitaculum sibi ipsi fecit sapientia Dei Patris ab omni malitia & immunditia purissima fuerant, affirmante Scriptura: Quoniam in malevolam animam non introibit sapientia, neque habitabit in corpore subdito peccatis.* En nomen Mariæ aut Domina magnum innuit sacramentum, quia non casu aut extra sententiam Mariæ inditum fuit: sacramentum autem est, eius ori- Fulbertus Carnoten.

originalis nobilitas, ob quam inter primogeniei ſuæ proavos refulget, tanquam inter ſpinas primi criminis execratione mulctatas ſuave & candidum lilium; atque adeò ab omni fuit primæ labis immunditia præſervata. Hoc enim originali candore dignum erat, ut eluceret, quæ omnium creaturarum, imò & ipſius Creatoris dominium erat ſortitura.

43 Nec ſanè mirum, ſi divino Filio originalis Mariæ ſplendor incumberet, qui Matris imperijs ſubdi deſtinabatur. Nec, inquam, mirum, ſi ſolicitus invigilaret, ne in conceptionis articulo dæmoni ſubiugaretur ea, cuius audire præceptis muneris ſui erat futurum: cùm Angelorum agmina, ex eo quòd præноverint ſibi Mariam Reginam & Dominam præficiendam, illius originem ſatellitio ſuo præmunierint, ac undique obvallaverint, ne thartareus leo rugiēs circumienſque illam ſibi ſubijceret, aut aliquo ex latere poſſet irrumpere, ut imperatricis ſuæ exorientiā initia ſervitutis ignobilis nota infamaret. Quod Angelorū imperio Maria fuerit præpoſita, eique proni & alacres eius iuſſa ſemper expectent, præterquam quòd ſuprà ex Bonavent. & alijs demonſtratum eſt, ex illa lucta Iacob, in qua cum Angelo congrediebatur, notiſsimum redditur & illuſtre. Cùm enim connixi ambo lacertos implicarent, intexerentque pedes, & in unum convoluti arctiſsimum nodum, & in inimicos rotati amplexus alteri alterius latera inflectere, corpuſque curvare conaretur, ut in terram victor proſterneret colluctatorem; Aurora ſubitò in cœlo promicuit, moxque Angelus certaminis infringens conatus, à Iacobique ſe expediēs brachijs ait: *Dimitte me, iam enim aſcendit Aurora*, Geneſ. 32. 26. Cur ergo Angelus, qui potiorem luctæ partem tenebat, ex vulnere enim fœmori inflicto claudicabat iam Patriarcha, nec tutò firmare, figereque pedem valebat, ardorem certaminis non provexit? Quid Auroræ lux illi intimavit, ut ſtatim à concertatione, in qua ſe ſperabat victorem, abſtineret? Quid illi cum Aurora, ut ſpectata protinus ab inito conflictu ceſſaret, pacemque deprecaretur? Verè lucta illa inter Angelum & Iacob implexa, duellum præfigiabat, quod ab Adæ peccato inter homines & Angelos fuerat conſertum, & protervè protelatum. Vnâ ergo Maria ſe & Angelorum Reginam & hominum protectricem oſtendere ſtudens, illis inter ſe decertantibus, Angeloque victoriam præmaturante apparuit, imperavitque Angelo, ut à luctamine deſiſteret, & adverſus hominem inimicitiam deponeret; amplexuſque illos, quos hoſtiliter cum homine commiſcebat, in pacis nodos, amoriſque vincula commutaret: ſtatimque reginæ ſuæ (quam in Aurora pernovit) præceptis Angelus paruit, & qui cum homine pro antiquo maledicto cōcertabat, iam decertabat, ut homo benedictionibus diteſceret; ecce quomodo vel leviſsima exiliaque Mariæ præcepta, in Auroræ tenuiſsimis & veluti dubijs ſpiculis adumbrata ſatis fuerunt, ut Angelus iam cum homine nō pugnaciter, ſed amicè coiret. Eleganter Bonavent. in ſuo ſpeculo, cap. 9. *Aurora noſtra Maria nobis eſt ad Angelos pacificatrix, ſicut ſignatum eſt in Geneſ. ubi legitur, quòd Angelus, qui cum Iacob luctabatur, benedixit eum in Aurora, dicēte namque Angelo: Dimitte me, iā enim aſcendit Aurora, non dimiſit eum, niſi ipſum benediceret. In Aurora lucta fuit inter Angelū & Iacob; diſcordia fuit inter Deū, Angelos, & homines: Homo enim peccando offenderat Creatorē: offenſo autē Creatore omnis offenditur creatura, quātò magis illa, quæ Creatori magis eſt cōiuncta: illa ergo lucta potuit diſcordiæ huius eſſe figura; ſed certè adveniēte Aurora, adveniēte Maria, pacificati ſunt Angelus atque homo, atq; in ipſa Aurora, in ipſa Virgine Maria Angelicā benedictionem cōſecutus eſt homo.* Angelicæ ergo acies Mariæ imperij ſuper ipſas obtenti memores apparitura ſua conceptionem illius præveniunt, uterumque obſident Annæ, ut quidquid inimicæ poteſtatis impetus in illum poſſet irrepere, ſedulò averterent, iuſque compeſcerent infirmarentque dæmonis omnium conceptionibus inſultantis, indicerentque nihil violentiæ ei eſſe permiſſum in illius generationem, quæ in Angelicæ curiæ Reginam erat ab æterno præelecta, & præfinita. Accipe Fulbertum ſerm. 3. de Nativit. Mar. *Denique in huius conceptione neceſſaria haud dubiū eſt, quin utrumque parentem vivificus & ardēs ſpiritus ſingulari munere repleverit, quodque ab eis Sanctorum Angelorum cuſtodia, ſeu viſitatio nunquam abfuerit. Felix, & præ cæteris patribus felicior, qui tantæ prolis meruit vocitari patrator. Felix etiam, qui non plures, ſed unam promeruerit ſuſcipere natam, quæ unicum conciperet, & proferret Dei Filium. Nec enim decebat, ut huius ſingularis Virginis Sanctiſsimi progenitores fœdarentur plurimorum propagatione filiorum, qui erant futuri unicæ Matris Domini, proviſores & educatores egregij. Verè beata, & omni veneratione habenda, & quodam privilegio ſacro prædicanda mater huius Sanctæ, quæ omnium anteceſſit matres in concipiendo, & generando eam, quæ ſuum & omnium generaret Creatorem.* Attende munimenta, quæ in procin-

Bonavent.

Fulbertus.

Gen. 32. 26

ctu

ctu erecta,& Annæ uterum cingentia Mariæ generationem præſtolabantur: nempè vivificus & ardens ſpiritus munerum ſuorũ affluentiam præparatam habens,& frequẽs Angelorum ſatellitium veluti excubans, & omnia circumſtantia perluſtrans. Deindè felix appellatur parens tantæ prolis patrator;ut innuatur, ipſam patrationem felicitate gratiæ, non peccati infortunio fuiſſe concretam:& mater omni ſuſpicienda veneratione,& quodam ſacro privilegio prædicanda,eò quòd in concipiendo, & generando Mariam omnes anteverterit matres. Demum eo ſtudio & vigilantia Mariæ parentes ad Mariam concipiendam defœcabantur & præmundabantur, ut honeſta licentia tanquam ſi vitium foret,ab eis removeretur:& ditior naturę ornatus, qualis eſt filiorum propagatio in eis ad tantam conceptionem adornandis velut fœditas appareret. *Neque enim*, inquit, *decebat, ut eius ſingularis Virginis ſanctiſſimi progenitores fœdarentur plurimum propagatione filiorum, &c.* Vide mihi,quàm immane, horrẽdum,enormeque piaculum divinis obtutibus in Maria originalis nævus appareret; quibus in eius parentibus ad tantam conceptionem præparandis,filiorum propago laudabilis & honeſta, quaſi quid obſcurum & ſordidum obveniebat. Vndè ſubdit Fulbertus: *Quanta putamus proviſio fuerit ſanctorum Angelorum circa tam Deo gratiſſimos parentes ab initio ſuæ procreationis, & excubatio ſuper tam ingentem ſobolem. Numquid abfuiſſe credendus eſt Spiritus ſanctus ab iſta eximia puella, quam ſua obumbrare diſponebat virtute? Nulli enim fidelium dubium eſt, quòd circa eam omnis frequentia cœleſtium agminum invigilabat,utpote quam ſupra ſe exaltandam minimè ambigebant.* Fulbertus. Ex eo enim,quòd pro comperto haberent intelligẽtiæ ſacræ Imperatricem ſuam in Maria exoriundã; ſuæ arbitrati ſunt neceſſarium dignitati, ut illius conceptionis damna præcaverent, & infamiam, ne arroganter gloriaretur tenebroſus Lucifer ſub ſua peſſundaſſe tyrannide eam, quam ſui reginam cunei cœleſtes ambiebant.

44 Verumenimverò ſi Dei Verbũ ſubdendum quondã Mariæ, ſi Angelicus exercitus eam Dominam naćturus,conſentaneũ ſibi duxit Mariæ conceptioni illibatæ conſulere,ne ab indigno principatu temeraretur:nõ minus profectò id quoque exigebat dominiũ,quod Mariæ in homines erat præſanctitum ab æterno. Neque enim recta rerum patitur diſpoſitio, ut inferiores maculas,quibus ſe lamentantur reſperſos, & à quibus à Principe ſuo luſtrari implorant, illi prædominantes contemplentur. Si igitur optas Mariæ dominium à prima liberũ perdiſcere ſervitute, quod quidem inſtar ferreæ virgæ in nebuloſi principis imperiũ invehebatur conterendum, homineſque ab eius calamitoſo famulatu erepturam; illius virgæ,quæſo,originem inveſtiges,quæ in arcam incluſa divina quædam poteſtas erat,& dominatio,& quæ ad indicenda tam rationali quàm animatæ & inſenſibili creaturæ præcepta diſtringebatur. Originem ergo huius dominatricis virgæ reperies in litigioſæ illius de præſumendo ſacerdotio ambitionis in populo ſubortæ prodigioſa diremptione: quam ſacer textus ſic ſcribit: *Loquere ad filios Iſraël, & accipe ab eis* Num.17.1. *virgas ſingulas per cognationes ſuas, à cũctis principibus tribuum virgas duodecim, & uniuſcuiuſque nomen ſuperſcribes virgæ ſuæ;nomen autem Aaron erit in tribu Levi, & una virga cunctas ſeorſum familias continebit;poneſque eas in tabernaculo fœderis coram teſtimonio, ubi loquar ad te; quem ex ijs elegero, germinabit virga eius, & cohibebo à me querimonias filiorum Iſraël, quibus contra vos murmurant*, Numer.17.1.& num.7.aſſeritur: *Quas cùm po-* Num.17.7. *ſuiſſet Dominus coram Moyſe in tabernaculo teſtimonij, ſequenti die regreſſus invenit germinaſſe virgam Aaron de domo Levi, & turgentibus gemmis eruperant flores,quifolijs dilatatis in amygdalas deformati ſunt.* Cur ergo,precor, in teſtamenti arca iuſſit divina Providentia aſſervari virgam hanc, ut divinum in illa imperiũ ſcintillaret?Et quæ in eiuſmodi principem maieſtatem aſſumebatur à mirabili illo portẽto,cur voluit ſuam originem auſpicari? Nẽpè ut in illa nobile erigeretur præſagium & Mariæ miraculoſæ originis, & ipſius ſimul univerſalis in homines principatus. Nam quæ,ut virga illa, divinum erat imperium exercitura,& hominibus monita & præcepta indictura, ſatis congruum erat, ut à ſingulari prorſuſque miraculoſa origine dignitatem ſuam & excellentiam traheret. Non enim ulla aptior poſſet excogitari imago, elegantiorque ingenij conceptus, qui Mariæ puriſsimam conceptionem apprimiùs exprimeret adumbraretque, quàm nova illa forma virgæ vitam induentis, ſubitòque virorem & flores concipientis, abſque ullo maledictæ terræ conſortio, abſque aliquo eius humoris ſucco,& contagij communione. Perlege Fulbert. ſerm. 1. de Nativit. Mar. *Acceptæ ſunt à ſancto Moyſe ſingulæ virgæ de ſingulis tribubus Iſraël,nominibus earum inſcriptæ, iubente Domino, & poſitæ in tabernaculo eius, inter quas una, quæ fuerat Aaron,inventa eſt ſequenti die* Fulbertus.

ger-

germinaſſe, floruiſſe, & fronduiſſe, & peperiſſe amygdala. Sciens ergo Dominus opus hoc ſuum magni eſſe myſterij, iuſſit ſervari virgam ad monimentũ. Monebantur enim filij Iſraël præſentia virgæ, quærere ſolicitè, quid ſignificaverit tam mirabile factum, quod longè poſt aperiens divinus Iſaias; Egredietur, inquit, virga de radice Ieſſe, & flos de radice eius aſcendet, & requieſcet ſuper eum ſpiritus Domini. Quod ergo Deus deſignavit miraculo, hoc à ſecreto Iſaias providit vaticinio, & quod Vates cecinit, conſequenter rei exitus approbavit. Igitur egreſsio, ſeu pullulatio tam virgæ Mariæ, quàm floris Chriſti ab Iſaia prævisa & prædicta de radice Ieſſe, in illo miraculo germinationis virgæ Aaron coram tabernaculo præſignata præceſsit. Nam ſic à radice Ieſſe parentumque ſuorum ſtipite erupit virga Mariæ & flos Chriſti, quomodo virga illa Aaron germen ſubitò effecta eſt, nullo ſcilicèt labefactatæ & ruinoſæ telluris hauſto humore, neque aliquo in illã primæ detestationis contagio tranſmiſſo, nec enim opus contaminatæ naturæ & infectæ propaginis in illa viguit, ſed gratiæ miraculum divinâ virtute virgæ animationem perficiẽte. Et Meherclè non poſſumus non fateri, mentem hanc fuiſſe Fulberti, qui ut Mariæ generationem gratiæ addiceret, illamque divinæ virtutis opus adſtrueret, ex nominibus ſanctiſsimorum Mariæ parentum, nimirum Ioachimi, quod interpretatur Domini præparatio, & Annæ, quod ſignificat gratiam: ſic ad Mariæ generationem inducit illos præparatos à Deo & adornatos, ſicut ad ingentis cuiuſdam ſacramenti ſuſceptionem: ex utriuſque enim coniugis nominis coitione reſultat præparatio Domini per gratiam, & hac affectos, hac refuſos voluit Deus ſacratæ puellæ parentes, ut ſic ad ipſius conceptionem velut ad communicandum ſacrum myſterium diſpoſiti accederent, & nõ tam naturæ pignus, quàm gratiæ conciperent, quod in lucem effunderẽt. Sic Fulbertus ſer. 3. de Nativit. *Mariæ nãque Pater & Mater carnales fuiſſe feruntur Ioachim & Anna, quæ benè ſibi de nominis interpretatione competunt: Ioachim quippè præparatio Domini dicitur, Anna verò gratia Dei interpretatur. In horum duorum nominis interpretatione, quid innuitur, niſi gratia, quam ſimul adepti ſunt? Vbi nãque poterit eſſe gratia, niſi ubi famulatur præparatio conſcientiæ? Et ubi locum habebit præparatio operationis, niſi ubi antè præceſſerit Dei largita gratia? Sic ergo in unum duæ compactæ gratiæ diſponente Dei nutu proferunt ex ſe gratiam non parvam profuturam valdè cunctis hominibus.* Fulbertus.

SECTIO DECIMASEPTIMA.

Verborum illorum: DE QVA NATVS EST IESVS, myſterium ditius armamentarium eſt pro ſplendida Mariæ conceptione validiora tela miniſtrans.

§. I.

Dignitas Deiparæ oſtenditur, & quibus figuris ab orbe cõdito præſtruxerit Deus oportere, eam ab omni labe immunem generari.

1 NOmen Mariæ Dei nominis dignitati accedit magis, ex Gerſon.

2 *Quidquid ſublime de Maria queit prædicari, Dei genitricis continet nomẽ. Locus Actor. 1. 14. ex Gerſon.*

3 *Quàm puerperæ divæ conveniat originalis puritas in arbore vitæ præfigurata, Geneſ. 3. 32. ex Auguſt. & Iacob. Sarugen. Maria appellata arbor vitæ ab Amedeo, qui illuſtratur.*

4 *Locus Baſilij Seleucien. illuſtratus.*

5 *Lucem à ſe ipſo accipit Baſilius.*

6 *Ex honore à divina Triade humanæ creationi impertito arguitur Marianæ originis indemnitas, Geneſ. 1. 26. ex Baſilio Seleucienſ.*

7 *Arguitur etiam ex Geneſ. 3. 14. & 17. per Oleaſtrum.*

8 *Quamobrẽ Palæſtina regio Ieruſalemq; civitas Sancta fuerit appellata, lib. 1. Macbab. 2. 7. & alibi per Rupertum.*

Pſalm.

9 Pſalm. 47. elucubratus à Chryſoſt. ex quo decerpitur argumentum pro pura Mariæ origine. Subſidiatur Richardus, cuius verba expenduntur. Maria arcæ Noë comparatur. Locus Baſilij de Seleucia lucem cõparationi ſuppeditat. Quo pacto arca Noë illuſtre & publicum inſtrumentum pro Mariana immunitate ſervet. Locus Geneſ. 6. 6. ex Ambroſ. & Hugo de Sanct. Victor. Difficultati obvenienti ex prædicto loco ſatisfacit Procopius, & Lypomanus.

10 In Adami formatione puriſſima Mariæ conceptio figuratur, ex eo quòd ex Adamo mulier, ex Maria Chriſtus, ſubiectam ſe agnovit mulier viro, eò quòd illum principium ſuæ ſubſtantiæ habuit, Geneſ. 2. 22. per Chryſoſt. & D. Thom. ideòque Adamus nomen mulieri indidit, Geneſ. 2. 23. per Hieronym. famulatum mulieris eò quòd de viro fuerit deducta adſtruunt Lypoman. Ambroſ. Moyſes Barz. ad locum Geneſ. 3. 6.

11 Hanc criminationem Evæ diluit Maria, ex qua vir Chriſtus deductus fuit, & ideò illum ſubditum habuit, Luc. 2. 51. per Richard. de S. Laurent. Quam ob cauſam fœminarum redemptrix evaſit ex Cyrillo Ieroſol. Fulgent. Richard. de S. Laurent.

12 Ex his argumẽtum deſumitur pro Mariæ intemerata generatione, quæ debuit nobilius condi quàm Adamus, ex Andrea Ieroſolymit. & Hugone de S. Victor. qui illuſtratur. Dominus ſemper cum Maria fuit. Extricatur locus Luc. 1. 28. per Andream Ieroſolym. locus Lucæ explicatur à loco ipſius 1. 35. ex Toleto & Amedeo.

13 Interpretatio Lucæ 1. 28. lucem accipit à num. 29. Cauſa turbationis Mariæ exponitur, quæ timuit nobilitate originis privari, à qua deturbata fuit Eva; per Andream Ieroſolymit. & Gregor. Thaumatur.

14 Myſterium Mariæ percalluit Thaumaturg. in curru Ezechielis demonſtrato, eius verba expenduntur.

15 Nobiliſſima creatio Mariæ adumbrata in firmamento cryſtallino ſuper capita animalium extento: Prado, Baſilius, Ambroſius, Auguſtinus, Acacius, Lyra, Hieronymus verò, & Rupertus cryſtalli naturam, & concretionem exponunt.

16 Cœlum cryſtallinum evolutum ſuper cervices animalium, quæ Angelos figurabant, innuit Mariam velut cervicibus ſpiritualium intelligentiarum innixam, ex Apollinar. Polycbron. & Theodoret. Alis animalia mirabilem concentum, & harmoniã edebãt, Ezech. 1. 24. per Scholiaſten. Quo pacto ex his gloria Marianæ originis eluceat. Locus Gregor. Veneti in Pſalm. 150. 6.

17 In throno qui ſuper firmamentũ elevabatur, Ezech. 1. 26. & 27. puriſſimæ Mariæ conceptionis myſterium contentum. Expendit locum Prado: & lucidiſſimæ nebulæ ſacramentum aperit Theodoretus. Naturam & proprietatẽ Saphiri, Prado ex loco Exod. 24. 10. Quid ſit electrum, & ex quibus conflatur, docent Plinius, & Hieronym. in quo Chriſti diſpenſationem ſpeculantur Gregor. & Richard. de S. Laurent. In lumbis ſedẽtis in throno figurata Maria per Gregor. quaſi dimidium Dei fuerit: ſplendidiori corona videbatur Maria accincta quàm Chriſtus: in ignea corona & ſplẽdenti Mariæ delata agnoſcit Amedeus ei iudiciariam elargitam poteſtatem, ex Pſalm. 17. 9. & Ezech. 7. 10. Iudiciaria poteſtas nobilem originẽ exegit in Chriſto, per Tertullian. Item per Vrbanum interpretantem Pſalm. 50. 12. 13. & 14. illuſtratum ex Ioan. 5. 22. Quanta puritate debeat iudicis origo præfulgere oſtendit Paulus ad Hebr. 12. 2. quem mira novitate elucubratur Dionyſius Alexandrinus.

18 Hæc Ezechielis viſio eadem fuit quam Deus Ioanni Evangeliſtæ oſtendit Apocal. 4. 1. uſque ad 6. expenditur effectus & demutatio mirabilis in utroque Vate ex eiuſmodi ſpectaculo, ex Gregor. Hieronym. Ruperto. Quanta mentis puritas & à rebus mundanis immunitas prærequiratur ad nobilem Mariæ originem ſpeculandam, ex Richardo de S. Laurent.

19 Quàm apta ſimilitudo ſibi mutuò reſpondeant Ezechiel & Ioannes in prædicta viſione, expenditur à Richard. de S. Laurent. & eius verba appenduntur.

20 Evincitur Mariæ originalis ſplendor ex nomine ſedis & throni, in quo Deus feliciter & deliciosè quieſcit. Locus Damiani, aſſerentis diutius Chriſtum in Virginis alvo quàm Baptiſtam in Eliſabethæ utero commoratum. Ratio ab ipſo tradita non reijcitur, ſed alia excogitatur, nempè quia Chriſtus in Mariæ utero nullum ſenſit peccati veſtigium, quo aliquãdo fuerit pollutus. Ioannes cùm expiatum ab originali macula ſe ſenſerit per Mariã, Luc. 1. 42. ex Gregor. Thaumatur. deteſtari cœpit uterum, in quo ſe agnovit impiatum; & geſtivit citius ab illo egredi, per Chryſoſtom. Confirmantur

tur hæc ex Richardo de S. Laurent.

21 Gregorius Thaumat. Mariam cenſet in paradiſo, & eius fonte præfiguratã. Quid de illo fonte, Geneſ. 2. 5. & 6. ſenſerint Alcuinus, Theodoretus, Lypoman⁹, Rabanus, Auguſtinus, Hugo de S. Victor. ex eorum ſententia nobile argumentum pro Mariana immunitate cõſtatur Richard. de S. Laurent. auctoritate firmatum.

22 In terra de qua Geneſ. 2. 4. Maria præſignata, & in fonte Spiritus ſanctus in eã deſcendens; ex Eucher. & Iſidoro. Diſcrimen inter eam terrã, & illam de qua Geneſ. 1. 1. per Lypoman. quod expenditur in gloriam nobilitatis Mariæ. Explicatur, quomodo Spiritus ſanctus de Maria aſcenderet, ut Mariam gratiarũ ſuarum pluvijs irrigaret. Maria ſedes Spiritus ſancti, cui nomen ſuum communicavit. Locus Cant. 4, 16. Habac. 3. 3. per Richardum de S. Laurent. Cuius verba à ſemetipſo lucem accipiunt.

23 Paradiſus ſimul cum cœlo & terra creatus; ſed cœlũ rude, & terra informis, paradiſus autem floridis ornamentis veſtitus, & ob hanc cauſam cœlo prælatus ex translatione Hebræa per Hieronym. Symmachum & Severianum.

24 Prima dignitas paradiſi, quòd Dei manibus fuerit conſitus, quemadmodum homo formatus, ex Damaſceno & Rupert.

25 Non ſolùm ab artificis maieſtate, ſed & loci ſublimitate commendatur paradiſus ex Auguſtino, Theodoreto, Euſebio Emiſſen. dignitas paradiſi deſumpta ex hominis dignitate in eo collocandi, ex Theophyl. Alexand. nobiliter cõditus, ut hominis ingenuã originem participaret, ex Severiano. Ad orientem conſtitutus, à quo lucis ſumit initium, ex Severiano: Quia oriens cœli dextra & illuſtrior illius pars ex D. Thom. quia omnigena fertilitate, & copia refertus, ex Damaſceno. Pertingebat uſque ad circulũ Lunæ, ut diluvij fluctus nullum ad eum haberẽt acceſſum ex Strabone, & peccato pollutis aditus interdiceretur, ex Diodoro, flammeo vallo circunductus, ne Adamus & ſerpens in illum rurſus irreperent, Geneſ. 3. 24. ex Hieronym. & Hugon. de S. Vict. Item ne vel aſpectus impiorum illũ macularet, ex Theodor.

26 Paradiſi privilegia & excellẽtiæ nõdũ hominibus à Deo reſerata, ex Ambroſio.

27 Paradiſi excellentias Deus excogitavit non tam ob illum honorandum, quàm ob gloriam nobiliſſimæ originis Mariæ in eo adumbrandã, & firmandã, ex Gregor. Thaumatur. Iſycbio, & Richard. de S. Laurent. atque Ekkeberto.

28 Maria quemadmodũ paradiſus ab initio omnigeno gratiarum flore & ſplẽdore exornata, Proverb. 8. 22. per Richard. de S. Laurent. atque Ekkeberto.

29 Efficax ratio Richard. de S. Laurent. in favorẽ ingenuæ originis Mariæ, & qua ratione paradiſũ terreſtrẽ ſuperet excellentijs. Expenduntur verba Richardi, & quomodo Maria perfectius exculta, quia perfectius redẽpta. Chriſtus cõprehenſus in horto, Ioan. 18. 1. & Luc. 22. 59. frequenter hortũ oraturus adijt, Ioan. 18. 2. ex Cyrillo, in horto ſepultus, Ioan. 19. 41. Vt cũ ex horto egreditur ad paſſionẽ, & ex ſepulchro, quod erat in horto, ad gloriã lineas puriſſimæ Mariæ conceptionis ducat, Ioan. 18. 14. uſque ad 6. per Leon. Origen. & Tolet. Vndè meritò à Maria putatus eſt hortulanus.

30 Maria inſtar paradiſi Dei manibus fabrefacta per Richard. de S. Laurent.

31 Maria quemadmodũ paradiſus in ſublimi & digniſſimo loco cõdita per Richar. de S. Laurent. Occidẽti & Aquiloni fuit oppoſita, communi ſtragi diluvij non patuit, per eumdem Richard.

32 Maria ad paradiſi normã rebus omnib⁹ creatis ſuperior, viriditatẽ gratiarũ iugiter à principio immarceſcibilem cuſtodivit, legi mortis & incinerationis haud quaquã obnoxia, per eundem Richard.

33 Dignitas originis Mariæ deſumenda eſt ex maieſtate Filij Dei, qui in ea habitavit, ex paradiſi exemplo, quem nobiliter creavit Deus, quia eius incola nobiliter formandus, per Richard. de S. Laurent. eius verba luce perfunduntur.

34 Maria ceu paradiſus Angelica munitione præſidiata, per Richar. de S. Laurent. Perlucidè extricatus locus Cant. 3. 7. 8. à Richar. de S. Laurent. Sexaginta cuſtodientes lectulum pacifici Salomonis, nẽpè Mariã, fuere electi ex ſublimioribus intelligentijs, & Deo vicinioribus, per Honorium & Guillelmum, inducunt formam ſimulachrorum & perſonarum inſignia præoſtendentiũ puriſſimæ Marianæ originis. Primò nobilitate ſua Mariæ puritatẽ edicũt, Cant. 3. 1. ex Guillelmo. Deinde numero ſexageſimo eam produnt, quia perfectionis eſt, & omnẽ defectum amandans, ex Honorio. Diſtricti gladij quos tenent, ut præferant validam poteſtatẽ qua ſunt præditi ad dæmones debellandos, & ideò innuunt ſe fortiſſimè præparatos ad difficiliorem victoriam de illis reportandam, qualis eſt, quæ de dæmone in introitu vitæ obtinetur, ubi ius pacificè poſſidet, aſſuevitque ſemper triumphare. Tenent gladios ſuper fœmur,

per quod generatio deſignatur, ex Gregor. ut probent ſe contra dæmonem pro generationis nobilitate, quam ille conatur inficere, pugnare. Id arguitur ex eo quòd vigilent propter timores nocturnos. Etenim originale peccatum deſignatur per noctem, Iob. 3. 3. ex Olympiodoro.

35 *Mariæ quemadmodum paradiſo elargitus eſt Deus plures gratiarum prærogativas quam poſſint comprehendi, eas quotidie revelat iuſtis, & uſque ad finẽ ſæculi revelabit; quare Eccleſia elabentibus ſæculis nova privilegia Mariæ agnoſcit & reveretur, ex Richard. de S. Laurent. elucet id ex Pſalm. 44. 14. per eundem.*

1 SAl vera eſt illa Mariani nominis etymologia, quam ex D. Ambroſ. ſect. præcedenti retulimus, illud interpretante *Deus ex genere meo*, nihil nõ maieſtatis & excellẽtiæ Mariæ nomen continet: nam ſicut nulla eſt divinitati propinquior dignitas, quã Dei maternitas, ſic nullum nomen, quod Dei nominis celſitudini propiùs accedat, quàm nomen, quod illã expromit, exprimitque. Opportunè Ioannes Gerſon. par. 4. ſer. de Annuntiat. Mar. *Hodie Domina noſtra altius nomen accepit, & perfectius, quod eſſe poſſet homini poſt nomẽ Filij ſui, & eſt, quòd Mater Domini dicatur. Melius eam appellare non poſſumus, quoniam per hoc habet veluti authoritatem, & naturale dominium ad totius mundi Dominum: & à fortiori ad omne, quod huic ſubiectum eſt Domino; ita quòd in nomine ſuo omnia flectantur in cœlo & in terra, & in inferno, & miracula oſtenduntur, per hoc accepit plenitudinẽ gratiæ, nõ ſolùm pro ſe, ſed & pro omnibus nobis. Propterea Dominus eſt cum ea, non ſicut eſt cum omnibus per præſentiam, eſſentiã, & potentiam, ſed & per gratiã, & ſanctificationẽ ſingularem; ideò Domina noſtra dicitur advocata noſtra, mediatrix, noſtra Regina, noſtra Imperatrix, per cuius manus Deus ordinavit dare ea, quæ dat humanæ creaturæ ſecundũ quod dicit S. Bernardus.* Gerſon. Nullum eſt ergo privilegium, nulla excellẽtia, nullius gloriæ ſingularitas, quæ puerperij divini iure Mariæ nõ debeatur: quapropter hoc maieſtatis decus puriſsimã illi conceptionem acquiſivit, ex eo enim quòd divina Sapientia in ſuam præfinivit parentem Mariam, illicò illius illibatã originẽ ſtatuit.

2 Adeò enim præclarũ & ſublime, omnemque excedens cogitationẽ, & ſuperexcellens principatum nomen Dei genitricis eſt, ut Spiritus ſanctus dicendi de Maria finẽ impoſuerit, & Hiſtoriam canonicã clauſerit eam appellando Matrem Ieſu: quaſi quidquid eximiũ, quidquid auguſtum, etiam quidquid inacceſsũ pietas audeat de Mariæ gloria comminiſci, hoc præſtantiſsimo nomini infibuletur. Sanctus enim Lucas poſtquam recenſuiſſet, quotquot expectatione anxia accincti divini Spiritus adventũ præſtolabantur, inquit: *Hi omnes erãt perſeverantes unanimiter in oratione cum mulieribus, & Maria Matre Ieſu*, Actor. 1. 14. Hîc ſacer Hiſtoricus ſermoni de Maria præfixit terminum, quaſi Matris Ieſu nomen omniũ illius gratiarum & prærogativarum epilogus ſit, nõ ſolũ earum, quæ fari, ſed quæ eloqui, aut mente comprehendi non poſſunt. Nam quidquid de Maria mẽs poteſt audere alacriter, & audacter exprimere, minus ſanè erit, quàm eam Ieſu matrem appellare. Nomen enim hoc velut divinitatis ærarium eſt, theſauros omnes, quos valet divina liberalitas exhaurire, recondens. Accipe Gerſon. par. 3. tract. 12. ſuper Magnificat. Sic fantem Mariam inducit: *Hoc autem ultimũ de me in Canone ſcripturæ catholicæ verbum reperitur expreſſum, quòd ſum Maria Mater Ieſu. Sed ò ſapientiſsime Domine Deus ſalutaris meus, quanta, & quàm multifaria ſunt præter hæc dicta, docta, collataque, quæ ſi per ſingula ſcriberẽtur, nec ipſum arbitror mundũ capere eos, qui ſcribẽdi ſunt libros. Et quoniã finis legis Ieſus Chriſtus, & huius ego appellor Maria Mater Ieſu.*

3 Ex his ſanè nulli ſupereſt ambigendũ, quã fuerit rationi conſentaneũ, & numinis honori dignũ, Matrem Dei ita inter omnes creaturas nativâ præeminere puritate ornatã, & originali nitore pulchrã, ut quæ muneris granditate eſt ſingularis, originis gratia ſingularis pariter inveniatur. Hãc Deiparæ ſuæ gloriã voluit Deus à primis exerere ſæculis, & quod in ipſa rerũ infantia iã adulta ſplendeſceret. Inquirũt ſacri Doctores, quæ eſſet virtus illa, quæ arbori vitæ inerat, ob quam vitæ arbor eſt aſcita? Quæ ut ex ipſo textu conſtat, etiã mortis invalebat imperio, & originali piaculo pœnæ impoſitæ, imò quæ valebat peccatũ hebetare originale, & ſtimulũ eius obtundere, & infringere; nam ut Apoſtolus teſtatur, *ſtimulus peccati mors.* Ideòque rationem reddens divina bonitas, ob quam Adamum ſimul cum coniuge ab horto deliciarum expelleret: eam utique aſſignat: *Nunc ergo ne fortè mittat manum ſuam, & ſumat etiam de ligno vitæ, & comedat, & vivat in æternum*, Geneſ. 3. 22. *Et miſit eum Dominus de paradiſo voluptatis.* Sic cõmuniter extricant locũ hunc Eccleſiæ Patres. Quâ igitur virtute, quâ gratiâ prævalebat vitæ arbor adverſus ori-

Gerſon.

Actor. 1. 14.

Gerſon.

Genes. 3. 22.

originalis labis ſtimulum, quo expuncto, illa videbatur inermis? Reſpondet Auguſtin. apud Lypoman. in Caten. *Alienatus enim Adam à vita, non ſolùm quam fuerat (ſi præceptum ſervaſſet) cum Angelis acceptu-rus, ſed ab illa etiam, quam ducebat in paradiſo, felici quodam corporis ſtatu ſeparari utique debuit à ligno vitæ. Sive quòd ex ipſo illo ſubſiſteret felix ille ſtatus corporis ex re viſibili virtute inviſibili, ſive quòd in eo eſſet ſacramentũ viſibile inviſibilis ſapientiæ, alienandus inde utique fuerat.* Itaque in arbore vitæ myſterium erat, & arcanum inviſibilem ſapientiã ſub viſibili arboris forma, ſeu ſpecie celans; & quia vitam inviſibilem cõtegebat, virtus in illa adverſus originalis flagitij pœnã ſuboriebatur. Aliquid amplius attuliſſe videtur Iacobus Sarugenſis, relatus à Moyſe Barzepha. par. 1. de paradiſ. cap. 19. *Arbor illa vitã allatura erat Adamo, ſi de illa ederet, propterea quod myſteriũ Chriſti in illa lateret, ac proinde occulta quadã efficientia ipſius fructus ramiq; pollerent: cũ Chriſtus ipſe ſua ptè natura vita ſit, ac ubicumque ille adeſt in propinquo, illinc longè abſit mors.* Nullũ ſanè illuſtrius teſtimoniũ, titulusvè inſignior à divina Sapientia pro Mariæ intemerata poſſet erigi conceptione. Latebat ergo ſub arboris illius fructu Chriſti myſteriũ, ſed quanto verius & utilius in Mariæ viſceribus ipſemet Dominus inhabitãs delituit? Et ſi pollebat ob id ille fructus occulta quadã efficẽtia ad peccati originalis pœnam evacuandã, nonne validior virtus Mariæ inſideret, ſub qua ipſamet vita, & divinitas occulebantur? Si ubicũque in propinquo ille adeſt, illinc longè abeſt mors: eſtne Chriſto creatura aliqua Deo propinquior, vel arctiori neceſſitudinis vinculo cognatior, quàm Maria; cũ qua eiuſdẽ carnis inivit conſortiũ, ac proinde quadã uterque naturæ carniſque identitate coniunctus? Profectò arbor illa vexillũ Mariæ nobilitatis prætulit, ingenuæq; eius originis inclytũ geſtavit ſtemma; & iam ex tunc quanta ſimultate Maria adverſus primævã maculam compacta conſurgeret, prẽmonſtrabat. Verè in Mariæ honorẽ zelavit tunc Deus arborem illam, prohibuitque ne primi parentes vulnere iam ſaucij, & contagio in poſteritatem ſuam refundendo morbidi arborẽ illã attingerent, quæ dignitatẽ maternitatis Mariæ, & eius cum Deo propinquitatẽ promulgabat; eiuſmodique zeli ardore inflammatus tranſgreſſores è paradiſo exulare coëgit. Dignum quippè erat, ut longè originalis febris à loco, ubi maternitatis Dei imago dedicata erat, protelaretur. Quamobrem Amedeus Mariam vocat vitæ arborem in paradiſi medio conſtitutã, hom. 1. *Advertamus itaque duos tanquã calathos aureos plenos fructibus, & fructibus adornatos vetus & novũ teſtamẽtum, hinc indè læva deſtraque Virginis conſiſtentes. Quorum antiquitas tranſit in lævam, & nova gratia coruſcat in dextra. Iureque lex mortis in ſiniſtra, & lex vitæ in dextra, quia illa facit tranſgreſſorem, & hæc tollit tranſgreſſionem. Ipſa Virgo virginum vernans in floribus, & in fructuum ſuavitate delicians apparet media, & velut arbor plantata in medio paradiſi, atollit verticẽ in altitudinem cœli, & de ſuperno rore cõcipiens fructu refert ſalutarem, fructũ gloriæ, fructum vitæ, de quo qui ederit, vivet in æternum.* Vide mihi Mariam inſtar Chriſti judicis thronũ mediũ occupantẽ à ſiniſtris reſpicientẽ improbos, à dextris iuſtos, neutrorũ tamen ordinem ipſam tenentẽ, quia tã improbi, quã iuſti originali piaculo fuêre polluti, quod quidẽ judicem dedecet, qui ab origine puriſſimus eſſe debet, ut perfectè judicis munere fungatur. Atque ideò Maria, velut arbor vitæ in medio ſita paradiſi puriſſimo originis flore fulgens à iuſtis & reprobis diſcernitur, locum mediũ occupans qui regium inſigne eſt, quo ornari neceſſum eſt illam, quæ vitæ fructum creſcit producturа in paradiſo, ergo habet radices Maria totius maledictionis expertes.

Auguſtin. Iacobus Sarugenſ. Amedeus.

4 In ſtateram vel novã lucem recipiendam vocanda ſunt verba Baſilij de Seleucia, orat. 39. qui ſic inducit paranymphũ Archãgelũ Mariã alloquentẽ, eiuſque dubitationẽ diſſolventẽ: Propoſuerat enim Maria: *Quomodo fiet iſtud, quoniã virũ non cognoſco? Quomodo enim in prima mũdi cõditione ſine ſemine tellus fructũ effructificata eſt; qui illi fructificandi vim indidit ad fructũ edẽdũ; uterũ tuũ promovebit. Ad illã dictum eſt, germinet terra herbã virentem, Deique imperiũ rerũ erat exortus: ad te verò Spiritus ſanctus ſuperveniet in te, & virtus Altiſſimi obumbrabit tibi.* Quæ verba contendũt, duplicẽ comparationẽ fieri inter primã illã terrã & Mariã: alterã, quæ præſtet Mariã illi terræ ſimilẽ, alterã, quæ ſimilitudinẽ pariat inter modũ, quo Maria terraque fœtatæ ſunt. Series nãque & diſpoſitio, quâ Maria Verbum divinũ cõcepit, valdè parilis illi fuit, quâ terra prima fœcũdata eſt: utriuſque enim uterus non opere humano, aut induſtriâ, vel præiacto ſemine tumuit, ſed Dei imperium divinaque virtus opus illud perfecit, & abſolvit. Deindè terra, quæ ad admirabile hoc opus fuit aſſumpta, & ſingulariter Dei iuſſu fœcundata, imaginẽ prætulit Mariæ, in qua non abſimilis fœcũditatis ordo, verũ ſublimior & excellentior elaborandus erat. Nam quemadmodum terra

Baſilius de Seleucia.

illa in ſua creatione nihil ſuſtinuit corruptionis & turpitudinis, in qua nondum erat obediẽtia violata, ſed pura, & integra, quippè quæ obedientia tanquam ſemine ad partus enitendos adornabatur, & quæ primæ maledicto inobedientiæ non fuerat ſubacta: ſic caro Mariæ purè & nobiliter concreta fuit, in quam primæ execrationis tabes non fuit exputa. Elegit enim Deus terram immaculatam originẽ ſortitam, in qua modum divinæ incarnationis exararet; ut ſic doceret, terra, in qua Spiritus ſanctus lineas ſuæ operationis duceret, ut ſacrã œconomiam re ipſa perageret, oportere, ut non abſimili originis ſplendore ditaretur.

5 Certè hunc ſibi ſcopum præfixerat Baſilius, & præindicatam expoſitionem iuxta illius fuiſſe ſenſum arguitur, ex eo quòd paulò antè limum virgineum cum limo, ex quo conſtitit Adamus, contulerit, Baſilius. ſic aſſerens: *Limum olim Deus cepit, & hominem finxit; limum excepit ex Virgine (carnem, quæ ex ea, loquor) & pro ſua prudentia ſibi affigens homo factus eſt.* Ecce limus ille intactus, incorruptus, Dei imperio facilis, maledictioni nondum reſignatus, qui nobilem materiam, manuum Dei honoratus contactu, opificio præſtitit humano, in typum Marianæ carnis aſſũmitur; conſilium fuit Dei, limum illum honoribus afficere tanquam Marianæ conceptionis pignus], & qui primis illius delineamentis ſubiacebat.

6 Meritò inveſtigant ſacri Interpretes, cur humani operis conſtructio ſingulariter in Dei concilium & trium perſonarum ſenatum fuerit accerſita, cùm totius orbis fabricam nulla conſultatio prævenerit; ſubitò enim inducta eſt cœli terræque creatio, nec ulla de illa deliberatio legitur anteiviſſe. Sic Geneſ. 1. 1. enim inchoat textus: *In principio creavit Deus cœlum & terram.* At cùm ad hominis facturam ventum eſſet, prævie conciliũ Gen. 1 26. cogitur, & res agenda confertur, & ait: *Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram*, Gen. 1. 26. Quorſum hæc ſingularitas beneficij tẽdit? Prænovit Deus, quippè qui illum ab æterno ſanxerat, Filij ſui in carnem adventum, & in primo plaſmate humano novit, primum ſacræ incarnationis fabricæ dolari, & iaci lapidem, primum illius parentem erigi, primum delubrum dedicari; & ut nos erudiret, quanti facienda eſſet prima divini Verbi carnem induentis quamvis remotiſsima lapidicina, & quantis honoribus decorãda; ante illius fabricam honores decernit, cogitat dignitatis prærogativas, quæ in illius expectatione ſint, & vix illum compactum adoriantur, & illuſtrent. Nam ut ambigendi non relinquatur locus de nobili hominis creatione, in qua primum Filij Dei humanitas conſecrabatur, maieſtas & honor illam antiquitate præcucurrit, antevertit hominem decoris beneficium, ut non ſine honore credatur in aliquo inſtanti extitiſſe primum incarnationis ſimulachrum: *Quapropter vel nondum formatus homo à conditoris conſiderantia & Dei conſilijs* (inquit eleganter Baſilius de Seleucia oration. 1.) *commendationem & pretium accipit. Antiquiorem conditione ſua honorem ſuſcipit, nondum fingitur lutum, & thronus apparatur. Faciamus hominem unigeniti Dei domicilium; faciamus Adam, à quo alter aliquis Adam cõditori olim adſideat.* Neſcio prorſus, quo pacto hæc perlegens queat in dubium revocare, Mariæ conceptionem à Dei gratia præventam, & cœleſtia munera ſacroſque honores procinctos eam fuiſſe præſtolatos; nam ſi privilegium hoc ex divino conſilio primo homini remotiorique divini Verbi progenitori debitum fuit, quâ ratione immediatæ parenti potuit inficiari? Invigilabat, inſudabatque divina Providentia in prima incarnationis umbra, primoque tugurio prævijs honoribus expoliendo, & in ipſius reginæ fabrica, quam perſonaliter verbum humanitate amiciendum eſſet ingreſſurum, credemus oſcitaſſe? Baſilius de Seleucia.

7 Huc quoque reſpexiſſe non dubito divinam ſolertiam, cùm vindictam ſumpturus Deus de ſerpente, homineque tranſgreſſore, diverſimodè ſe geſsit, nec æquali utrumque ictu confodit. Nam in ſerpentem ſententiam ferens ait: *Quia feciſti hoc, maledictus es inter omnia animantia, & beſtias terræ*, Geneſ. 3. 14. Adam verò mulctans inquit, num. 17. *Quia audiſti vocem uxoris tuæ, & comediſti de ligno, ex quo præceperã tibi ne comederas, maledicta terra in opere tuo: in laboribus comedes ex ea cunctis diebus vitæ tuæ, ſpinas & tribulos germinabit tibi.* Sentẽtiæ ſuæ ſerpens evaſit baiulus, in illumque maledictio deſcendit execrationẽ Dei ſemper in corpore ſuo circumferens: Adæ maledictionis terra extitit gerula, quam videtur conduxiſſe Deus, ut ſententiæ pondus, quod Adæ humeris minabatur, portaret. Quod, quæſo, myſterium hoc diſcrimine involvitur? Quod ſacramentum obtegitur? Cur maledictionis gladius perſonam Adæ non ferit, percutit tamen ſerpentem? Quid reveretur Deus, quid ſuſpicit in Adamo, ut ſic ab illius execratione cũctetur, cohibeaturq; ? Profectò progenialem & avitam Dei dignitatem, quâ inſignitum tunc attendebat Adamum. Gen. 3. 14. Gen. 3. 17.

Nec

Nec enim ſatius duxit, ut Dei maledictione fœdaretur ille, cuius progenies Dei ſobole fuiſſet fœtanda. Adeſt tibi Oleaſter: *Ad ſerpentem dictum eſt, maledictus tu: Homo verò non maledicitur, ſed terra propter eum. Noverat omnipotens Deus, quòd aliquando naturam humanam erat aſſumpturus, ideò noluit eam maledicere.* Vide tu tibi, ſi rectè ſternitur providentię Divinæ orbita, cùm de ea, quæ primum hominem à maledictione reſervavit, illamque invertit in tellurem ob divinæ incarnationis honorem & reverentiam, exiſtimatur ipſum incarnationis intimum ſecretum & coniunctum arcanum permiſiſſe maledictionis primæ dedecore iri infeſtatum, nec illud ab eiuſmodi iniuria ſtuduiſſe præſervare.

Oleaſter.

8 Forſan ex his elucebit tibi optima eleganſque ratio, ob quam Paleſtinam, quam Iudæi incolebant, ſanctam terram, Ieruſalemque civitatem ſanctam voluerit Deus frequenter appellari: nihil tritius & vulgarius invenies apud geminum Machabæorum librum, lib. 1. 2. 7. & cap. 9. 54. & 10. 31. & 11. 37. & 15. 7. & lib. 2. 1. 7. & ſæpiùs deinceps. Eam ſanè tibi tradet Rupertus lib. 10. de victor. Verbi Dei, cap. 16. *De magnis*, inquiunt, *periculis à Deo liberati gratias agimus ipſi, utpote qui adverſus talem regẽ dimicavimus. Ipſe enim ebullire fecit de Perſide eos, qui pugnaverunt contra ſanctam civitatem. Vide quomodo ſecundùm intentionem, quã diximus, procedant dicta venerabilia ſanctam terram, ſanctam civitatem pronuntiantia, qui videlicèt pulchri ſermonis ornatus ab huiuſmodi principio uſque ad finem ferè per omne libri corpus ſervatur, ſine dubio contra æmulationes eorum, qui alibi contra legem volebant habere templum, vel ſancta ſanctorum, libenter accipimus fuiſſe ſanctam terram, ſanctam civitatem, ſanctum locum. Nimirum propter eum, qui nõ aliundè, ſed indè venturus erat Sanctus ſanctorum.* Num non perpendis, quomodo in his omnibus divina Sapientia candidam ſanctamque Mariæ conceptionẽ præmaturabat? Tanti enim Deus putabat terram, locum, templum, tantaque hæc veneratione ſuſpicienda, quæ divinum in ſe verbum erant exceptura, indèque ipſum orbi tanquàm ex utero emanaturum, ut non ſolùm in ipſamet ſui ſuſceptione voluerit haberi ſancta, ſed ſancta quoque à prioribus iam ſæculis vocitari. Prævidè voluit ſanctitatis venerationiſque munere ornari terram illam, in qua Dei filius erat adventurus, & ſuâ præſentiâ illuſtraturus; ut diſcamus, proprium ornamentum eiuſmodi terræ non dumtaxat eam eſſe ſanctitatem, quâ in ipſa & ex ipſa Domini præſentia locupletabatur, ſed eam, quam à vetuſtiori ſui exordio comitem iugiter traxerit. Mirum ſanè, ſi terram & templum, cuius erat gremio Dominus Ieſus complectendus à fundamentis voluerit fuiſſe ſanctum, & eam Virginem, cuius erat alvo coarctandus, ſinuque fovendus, & carne induendus, in aliquo inſtãti permiſerit peccatricem fuiſſe, & dæmonis tyrannide præoccupatam.

Lib. 1. Machab. 2. 7. &c. 2. Machab. 1. 7.

Rupertus.

9 Quapropter Chryſoſtom. ex Pſalm. 47. ubi de ſancta civitate, de ſancto monte, temploque ſancto agitur, vaticinium puriſsimæ Mariæ generationis rimatur. Sic enim inchoat Pſalmus: *Magnus Dominus & laudabilis nimis in civitate Dei noſtri, in monte ſancto eius. Fundatur exultatione univerſæ terræ mons Sion, latera Aquilonis, civitas regis magni. Deus in domibus eius cognoſcetur, cùm ſuſcipiet eam.* Magnus laudeque omni dignus Deus in ſanctæ civitatis extructione prædicatur; quæ non fundata eſt cum mœrore & planctu, & hæreditario lugubri eiulatu urbium filiorum Adæ, ſed cum tripudio & iubilo univerſæ terræ, ideò magnus in eius opificio Deus commendatur, quia ob ſingularem potentiæ ſuæ virtutem in ipſo oſtenſam magnus mirabiliſque in curia ſua cognoſcetur. Sed attende Chryſoſtom. qui nihil non cogitavit, ſcripſitque de ſancta illa civitate & monte Sion, quod de Maria non putes exaratum; apprimè enim omnia illi nobilitati & gloriæ aptantur. *Fũdatur exultatione univerſæ terræ: alius, pulchro germine, gaudio univerſæ terræ: Alius ab initio præſcripto ſplendore univerſæ terræ. Magnus Dominus & laudabilis nimis. Magnus, quidem dicunt; ſed quàm magnus non dicunt; hoc enim nemo ſcit, & ideò ſubiunxit, & laudabilis valdè, non enim finis eſt eius magnitudinis. Quod autem dicit, eſt eiuſmodi, oportet eum tantum gloria afficere, & laudare, idque ſupra omnem modum: laudare autem eum propter hanc infinitam & incomprehenſibilem eſſentiæ magnitudinem, & propter ſumma eius in nos beneficia, nam & voluit, & potuit, quæ voluit in civitate Dei noſtri, in monte ſancto eius. Quid dicis? Illic eius laudem concludis, qui eſt magnus, qui laudabilis in civitate, & in monte. Non hoc dico, inquit, ſed quòd nos eũ ante alios cognovimus. Vel propterea ergo dixit illud in civitate Dei noſtri, vel volẽs oſtendere, quòd per magnitudinẽ eorum, quæ ibi facta ſunt, oſtenſa eſt eius magnitudo & gloria.* Verè translatio illa *fundatur pulchro germine gaudio*

Pſalm. 47.

Chryſoſt.

universæ terræ, item & illa, *fundatur ab initio præscripto splendore universæ terræ*: duo indicant: tum Mariæ conceptionem, in qua primum vitæ illius fundamentum iactum est, non solùm fuisse splendidam, sed splendore suo universam illustrasse terram, & lætitiâ & gaudio perfudisse; tum gloriam hanc illi fuisse delatam ob illius nobilissimum germen, nempè Christum: ideò enim pulchro germine dicitur fundata; quia germen illius divinis oculis præseferentibus, præscientibusque ex ipsa emittendũ, prima eius fundamenta sumptuosè adeò & gloriosè inchoata sunt, ut ab illis magnus Deus & nimis laudabilis enũ-
Chrysost. tietur. Pergit Chrysostom. *Hanc autem vocat eius civitatem, non aliàs eius privans providentia; illæ enim eius dici poterant ratione tantum opificij. Hæc verò etiam ratione familiaritatis & necessitudinis, & quod hæc omnia ibi fierent miracula*: & paulò inferiùs: *Fundatur exultatione universæ terræ. Dictum valdè obscurum, & ideò oportet attendere. Ei enim, qui cursim legit, & perfunctiorìè, magnam affert dubitationem, qui ea autem diligenter persequitur, videbit consequentiam, & pulcherrimam sententiarum connexionem. Quod autem dicit est eiusmodi. Magnus Dominus in civitate Dei nostri in monte sancto suo benè radicans, hoc est, benè radices agens, & eam pulchrè firmans ac stabiliens in gaudio & lætitia totius orbis terrarum. Hoc etiam alius obscurè significans dixit, præscripto splendore universæ terræ. Illinc enim est fons pietatis & radices & principia Dei cognitionis. Hinc ergo cùm talis esset radicibus actis confirmavit ac stabilivit propter ornamentum totius orbis terrarũ, propter exultationem, propter gaudium totius terræ, & ideò hoc significans non dixit agens radices, sed benè agens radices, latera Aquilonis.* Commendatur ea pars civitatis, quæ Aquilonem plagam respiciebat à pulchritudine firma, & fortitudine venusta. Quæ laus e òdignior est & mirabilior, quòd ab Aquilone panderetur in illam omne malum. Nam ab ea plaga hostium incursus frequens erat. Vndè expetens Nabuchodonosor præoccupare civitatem Ierosolymita-
Isai. 14. 13. nam dixisse scribitur Isai. 14. 13. *Sedebo in monte testamenti, in lateribus Aquilonis.* In his profectò speciale Mariæ præconium singularisque eius gloria eleganter adumbratur. Nam quid aliud latera Aquilonis, nisi originale peccatum designat, à quo frigoris virtus, glacialis potestas, gelicidiumque omnia exsiccans & adurens efflatur? Aliæ profectò civitates latera, quæ Aquiloni obversantur, ruinosa habent & dirũta, nulla enim est, quæ ab hac hostili impressione non labefactetur. Hoc profecto mirabile est & eximium in Mariana civitate, quòd latera Aquilonis summam ostentent elegantiam & munimenta gratiarum, adeòque in expugnabilem potestatem, ut armati & arietantes hostium cunei ei vel levem iniuriam inferre non prævaleant. Audi Chrysostom. *Qua de causa meminit nunc Aquilonis, & situm loci describit? Quoniam assiduè bellum hinc suscitabatur invadentibus barbaris: & Prophetæ hoc dicunt assiduè ab Aquilone appellantes, & lebetem illinc ferventem describunt. Ita enim sita est regio Persarum, si habeatur ratio Palæstinæ, quod factum admirans hoc subiunxit, id significans, eam, quæ illinc assiduè vexabatur, fecisse inexpugnabilem: perinde enim ac si quis diceret de corpore, partem illam imbecillem fecisti valentiorem. Hoc etiam hìc ipse obscurè significat, dicens, vndè luctus, & lachrymæ, vndè origo calamitatum, ea membra impleta sunt voluptate, alacritate, ac animi tranquillitate. Vndè minæ, metus, & pericula, hinc gaudium & lætitia.* Chrysost. Quis non putaret, Chrysostomum, cùm verba hæc scripsisset, ob oculos sibi mysterium Marianæ civitatis præfixisse? Certè nihil accommodatius, nihil dignius potuit comminisci. Tandem sequitur, *Deus in domibus eius cognoscetur.* Hoc est, divina largitas, & beneficentia, imò & potentia ex singulis Mariæ virtutibus dignosci valet. Nam quemadmodum domus, & ædificia civitatis sunt ornamenta, sic virtutum varietas ordinata Mariæ decor & elegantia sunt: & sicut ex opulentissimæ lautissimæque civitatis erectione principis maiestas ostentatur, sic ex Marianæ urbis constructione arguitur divinæ potentiæ amplitudo magnificentiaque. Nullum enim extat illius locupletatius testimonium, vestigium nullum præstantius, quàm Mariæ fundatio & conceptio. Vlteriùs Chrysostom. *Civitas regis magni, Deus in domibus eius cognoscetur.* Alius *cognita est. Alius; Deus in regijs eius cognoscetur ad munimentum. Alius, Deus in palatijs eius cognitus est ad eripiendum eam. Prædicat eius authoritatem, laudem, coronam, dicẽs: civitas regis magni: Deindè ostendens, quomodo sit civitas regis magni, per illud in domibus eius cognoscitur, magnam ostendẽs providentiam, & quòd eã totã omni ex parte servat.* Nõ ibit sanè quis inficias, verba Chrysostomi strenuè Mariæ, & eius almæ conceptionis mysterio con-

congruere, & ſi eius animus in Mariam non intenderit: ſed in Davidis regiam, quæ Mariam adumbrabat. Non deerit tamẽ Richardus de S. Laurent. cui ex animo verba pro Mariana gloriâ cadant, lib. enim 2. tit. de cauſis quare Mariæ ſerviendum, inquit:

Richardus. *Quarta, quia per ipſam, & in ipſa, & ex ipſa, augetur gloria Patris, & Filij, & Spiritus ſancti: Vndè in Pſal. 47. Magnus Dominus, & laudabilis nimis in civitate Dei noſtri, in monte ſancto eius. Licèt enim in omni creatura ſit Deus magnus & laudabilis nimis, tamen nominatim dicitur magnus & laudabilis nimis, in civitate Dei noſtri, quæ eſt Maria. De qua dicitur Pſalm. 86. Glorioſa dicta ſunt de te, civitas Dei.* Et referens ſententiam Alcuini, ait: *Alcuinus. In hac civitate, & in hoc monte magnus Dominus, & laudabilis nimis: imò audacter dico: Maior & laudabilior, quàm in omnibus creaturis. Qui enim cœlo terraque non capitur, & qui mundum pugillo cõtinet, huius utero clauſus eſt, & indè aſſumpſit, undè obediens Patri uſque ad mortem extitit, propter quod Deus exaltavit illum, & dedit illi nomen, quod eſt ſuper omne nomen. Propter hoc dicitur de Maria, 1. Corinth. 11. Mulier gloria eſt viri: & Proverb. 12. Mulier diligens corona eſt viro ſuo.* Perpende, an patiatur æquitas, de Chriſto æſtimare; quòd gloriam ſuam & coronam ſuam, quam capiti ſuo decorando decrevit, Principis tenebrarum pedibus conculcandam præbuiſſet, & lib. 11. ſtatim

Idem. in principio ſic ſcribit: *Maria eſt illa civitas, de qua in Pſalmis; Glorioſa dicta ſunt de te civitas Dei, Pſalm. 86. Hæc glorioſa ſunt, quòd beatam eam dicunt omnes generationes. Maria civitas, quæ dicitur quaſi civium unitas, id eſt, ſenſualitatis & rationis plena concordia. Cives huius civitatis ſanctæ cogitationes, devotæ affectiones, ferventia deſideria, & eiuſmodi: quæ omnia tendebant ad illud unum, quod eſt neceſſarium, Luc. 10. Regebantur etiam cives iſti conſilio Spiritus ſancti; quia cives conſilio ſunt regendi, & adverſarij fugandi, & fugiendi. Benè etiam civium unitas, quia nec ibi caro concupiſcebat adverſus ſpiritum, nec ſpiritus adverſus carnem, nec aliquid rebellionis, aut contradictionis in corpore eius vel anima: cùm eſſet arca Noë; in qua omnia animalia, id eſt motus ſenſualitatis, fuerunt pacifica: & ideò ſummus habitator ibi pacificè hoſpitatus eſt, & ibi in pace factus locus eius. Civitas Dei: hoc dicitur ad differentiam civitatis Babylonicæ, quæ diaboli eſt; in quam Dominus non ingreditur, Oſee 11. Benè civitas Dei, quæ tota fuit Dei, & nullius niſi Dei, quia nihil in ea habuit pars adverſa: Ideò dicit illa Cant. 2. Dilectus meus mihi, & ego illi. Ideò etiã dilectus toties vocat eam ſuam in Canticis, dicens: Amica mea, columba mea, ſoror mea, ſponſa mea, & huiuſmodi. Item civitas Dei, quia ſola digna tanto Rege, tanto Pontifice, tanto fundatore, tanto inhabitatore. Ideò dicitur Pſalm. 47. Magnus Dominus, & laudabilis nimis in civitate Dei noſtri.* Non tranſverſim hæc prætereunda ſunt, & abſque ulla illuſtratione omittenda. Nam illud in primis dignum iugi obſervatione eſt: Marianam civitatem arcæ Noë comparatam iri à Richardo; quia quidquid in illa belluinum erat & brutum, & ingenitâ atrocitate vigens, & rationali mitique portioni infeſtum, non quidem naturali feritate, ſed velut ratione agebatur optimæ civitatis monimenta & iura ſervans, & hoſtili inverſione & ſimultate depoſitâ civili politiæ vacans. Quapropter rectè à Baſilio de Seleucia orat. 6. Noë arca appellata eſt: *Navigans urbs, alvus unica varios naturæ cõplexa partus.* Baſilius de Seleucia. Quod profectò Mariam arguit originalis peccati immunem, quod quidẽ fuit pugnacis fomitis adverſus rationẽ gubernantem origo, & in humanam civitatem graſſantis ſeditionis civilem corrumpentis & turbantis pacem ſeminariũ. Prætereà arca Noë illuſtre prætulit Marianæ immunitatis ſimulachrum. Aquarũ enim illa immoderata & exorbitãs violentia, omnia non ſolũ confundens & eripiens, ſed funditus evertens, ſtrenuè primi ſceleris alluvionem deſignat in omnem humanam naturam irrumpentẽ, & ſordidè infeſtantem. Quocircà quemadmodum in generali illa inundatione, quæ omnia horrore, & mortis pallore complebat, navigans arca ſingularis viſebatur favor, & à cõmuni irarũ inductione & cõminatione exẽpta gratia, & inter iura mortis prævalens vita; ſicque vocavit eã Baſilius ubi ſuprà: *Animantiũ depoſiti ſervatrix*, nõ ſecus Maria in generali primi piaculi diluvio mortẽpro aquis effundẽte in orbẽ, ſingularis privilegij inſigne ſpectabatur, & vita non læſa, nec metu mortis perculſa, ſed glorioſius quodammodo ſplendicans; nam quemadmodum cùm generalis aquarum effuſio atrocius efferve-bat, & intumeſcebat, timorem arcæ non inferebat, ſed honorem & gloriam, aquarum enim humeris & veluti dorſo portabatur. Aqua enim eius effecta gerula viſebatur, quæ reliquarum rerum debacchans erat ruina; quo enim amplius excreſcebant aquæ, altiuſque ius ſuum proterminabant, ſublimius evehebatur arca, ſi rebus univerſis maior clades, ceiſior gloria proveniebat arcæ, quæ proximiorem,

ſic cum cœlo viciniam nanciſcebatur; undè lepidè Baſilius ubi ſuprà accerſit eam: *Turris diluvio valentior, muris montibus celſior.* Sic Maria, univerſali Adami alluvie furente amplius, glorioſior ſublimiorque reddebatur; nam illius frementia æquora, & horridi vortices non tam illam videbantur impellere, quàm famulando ſupervehere, & cùm inter illos pulchrior Maria appareret, non tam illius viſebantur hoſtes, quã obſequioſi miniſtri. Vndè verba Anſelmi ſerm. in cap. 14. Luc. de Eccleſia, optimè poſſunt Mariæ congruere: *Scriptũ eſt de aquis diluvij; vehementer inundaverunt, & levaverũt arcam in ſublime à terra: Quid enim per aquas, niſi tribulationes, & quid per arcam, niſi Eccleſia deſignatur? Aquis enim inundantibus levatur arca ſublime à terra.* Anſelmus. Et demum Mariæ quadrat ultimum Epitheton, quod Baſilius arcæ invenit ubi ſuprà, nam poſt multa ab ipſo falsè excogitata inquit: *Dictis addamus: admirabilius creatricis ſapientiæ monumẽtum.* Baſilius de Seleuc. Vlteriùs mirè competit Mariæ nomen arcæ Noë: nam in illa veluti aſſervatur publicum inſtrumentum pro Marianæ conceptionis nobilitate verè diſſolvens, vel ut melius dicam, ſatisfaciens chirographo, quod adverſus illam circumfertur: id ſanè eſt ſcriptum Apoſtoli omnia abſque exceptione complectens: *Omnes in Adam peccaverunt: & naſcuntur filij iræ.* Si verò depoſitum arcæ inſpexeris, invenies, quomodo ſingulare privilegium univerſalem indictionem non infringat, nec lædatur univerſalis latitudo, ex eo quòd ob ſpecialem quandam rationem ab eius iure ſingulariter aliquid eximatur. Expende divinum decretum de homine expungendo ob ſcelus, quod in terra percrebuerat: *Et tactus dolore cordis intrinſecus: Delebo,* Geneſ. 6. 6. inquit, *hominem quem creavi à facie terræ ab homine uſque ad animantia, à reptili uſque ad volucres cœli: pœnitet enim me feciſſe eos,* Gen. 6. 12. Geneſ. 6. 6. & num. 12. *Cũque vidiſſet Deus terram eſſe corruptam (omnis quippè caro corruperat viam ſuam ſuper terram) dixit ad Noë: Finis univerſæ carnis venit coram me.* Nulla quidem comminiſci poteſt univerſalior enuntiatio, nec ſententia generaliùs protenſa; ubi ter Dominus univerſalitatem nullo limite metatam inculcat. Primum: *Delebo,* inquit, *hominem, quem creavi, &c.* Secundò, *pœnitet enim me feciſſe eos.* Tertiò, *finis univerſæ carnis venit coram me,* ſeu ut Patres Græci legunt: *Tempus omnis hominis venit coram me.* Chryſoſt. Sic Chryſoſtom. & Procop. quos ex Latinis ſequitur Procopius. Ar[illegible]oſ. qui quidem non minus latè diffuſum æſtimat hoc pronũtiatum: *Omnis quippè caro corruperat viam ſuam,* quàm illud Pauli, *omnes in Adam peccaverunt. Carnem,* inquit, *hìc poſuit pro homine terreno, in quo carnis illecebra viam eius corruperit: Qui ſi intellexiſſet, quod munus accepiſſet à Deo, non utique paſſus eſſet, quòd caro obſtaret animæ virtutibus. Itaque caro cauſa fuit corrumpendæ etiam animæ, quæ velut origo & locus eſt quidam voluptatis, ex qua velut à fonte prorumpunt concupiſcentiarũ, malarumque paſſionum flumina, latèque exundant: quibus demergitur animæ quoddam excuſſo gubernatore remigium, cũ ipſa mens veluti quibuſdam tempeſtatibus & procellis victa loco ſuo cedit. Pulchrè autem ait: Quia homo viam naturæ ſuæ corrupit. Nam via ſua in paradiſo erat, in illo beatitudinis tramite, in illo virtutum flore, in illa incorruptibili gratia, quam viã terrenis inquinavit veſtigijs.* Ambroſ. Item Hugo de S. Victor. apud Lypoman. in Caten. recenſens univerſalitatem illam, *ab homine uſque ad animantia,* ait: *Maximam ſe oſtendit habere iram tranſituram à maximo uſque ad minimum, & indè ab imo ad ſummũ.* Hugo de S. Victor. Et Chryſoſt. autumat, divinam ſententiam adeò univerſaliter evagãtam, ut Noacho vix extra illam cadendi, ut ſuperſtes fieret, ſpes ulla ineſſet: *Quomodo igitur eximius ille ſe continuit, cùm mente ſua omnium interitũ, & totius naturæ abolitionem tractaret: & fortaſsis, nec ſibi ipſi iucundum quiddam polliceretur?* Chryſoſt. Sic præfatarum propoſitionũ univerſalitate, univerſumque genus humanum circumplectente latitudine meditatâ conijce in arcam oculos, & ſpectabis, octo in illa animas à graſſanti exitio præſervatas, nec illarum vitæ finem, ſeu tempus adhuc corã divinis veniſſe conſpectibus. Quomodo ergo octo hominum præſervatio ſtabit cũ vaſta illa generalitate, quæ nec unius videtur pati exceptionem? Nimirum: *Finis omnis hominis venit coram me.* Duplici armatur ſolutione Procopius, ut Noachi iuſtitiam & præſervationem à generali ſtrage cum illius generalitatis ſpatijs componat: *Omnis quippè caro corruperat viam ſuam, & tempus omnis hominis venit coram me.* Si enim corruptio debacchata eſt in omnẽ carnem, quomodo Noë iuſtus & perfectus à Deo commendatur in ſuis generationibus? *Noë vir iuſtus atque perfectus fuit in* Geneſ. 6. 9. *generationibus ſuis, cum Deo ambulavit,* Geneſ. 6. 9. & ſi interitus omnis hominis perſtrepuit, quomodo Noë cum coniuge & maritata ſobole immunis & illæſus ſalvatur? Ait ergo Procopius: *Quod, inquit, tẽpus omnis hominis venit coram me: ſic accipe; omnes deliquerunt, atque adeò graviter deliquerunt, ut nullus veniam mereatur.* Procopius.

tur. Sub dictione, omnis, per Synedochem intelligit pleramque partem. Erant enim octo in arca, quos diluvium non perdidit. Fortaſsis hoc loco hominem nuncupat eum, in quo ſit contentio & æmulatio ſecundùm Paulum. Sed Noachus ijs non deditus fuit; & propterea videri poteſt tranſgreſſus eſſe conditionem humani generis, & quodammodo auguſtior homine. En clauſa arca viã tibi pandit, quâ facilè ingrediaris ad nodos refibulandos, qui tibi adverſus intemeratã Mariæ conceptionem obijciuntur, cùm illa loca obijciuntur Pauli ſolâ univerſalitate munita. Reſpondere enim quibis cum Procop. vel ibi Apoſtolum per Synedochem locutum, in qua unius exceptio univerſalitatem non abſolvit; vel Mariam ad Dei puerperium & maternitatem prædefinitam, quaſi tranſgreſſam fuiſſe humani generis conditionem, & quodammodo auguſtiorẽ homine effectam. Quapropter Lypomanus egregiè, poſtquam tranſcripſit verba Gregor. homil. 8. in Ezechiel. expendentis univerſalitatem propoſitionis illius divinæ, *Pœnitet enim me feciſſe eos*, & ſic effantis: *Omnis qui pœnitendo corrigit aliqua, quæ fecit, ſe ſibi diſplicuiſſe indicat, quia emendat, quod fecit. Et quia omnipotens Pater ſicut intelligi ab hominibus poterat, humano modo de peccatoribus locutus eſt, dicens: Pœnitet me feciſſe hominem ſuper terram, quaſi ſibi metipſi diſplicuit in peccatoribus, quos creavit. In ſolo autem unigenito Domino noſtro Ieſu Chriſto complacuit, quia hunc inter homines hominem creaſſe eum nõ pœnituit omni modo, in quo peccatum nullo modo invenit, ſicut de illo per Pſalmiſtam dicitur: Iuravit Dominus, & non pœnitebit eum, Tu es Sacerdos in æternum, ſecundùm ordinem Melchiſedech. In ſolo ergo Redemptore noſtro ſibi cõplacuit Pater, quia in ſolo non invenit culpam, in qua ſe reprehendat quaſi per pœnitentiam.* Subiecit illicò: *Cui nec immeritò addere poſſumus genitricem eius Virginem Mariam, quam ab omni culpa, & originali & actuali prædicamus immunem.* Mater enim à filij ordine & dignitate nunquam debet expungenda cenſeri. Reliqua Richardi commentarium non deſiderant, ſatis enim perſpicuè Mariæ originis claritudinem teſtantur. Præcipuè illa: *Benè civitas Dei, quæ tota fuit Dei, & nullius niſi Dei, quia nihil in ea habuit pars adverſa.* Et eodem lib. 11. longè inferiùs inquit: *Commendatur hæc civitas à nominis novitate. Vndè Mariæ dicitur Iſai. 40. Vocabunt te civitatem Domini Sion ſancti Iſrael: & Iſai. 62. Vocabitur tibi nomen novum: Scilicèt gratia plena, vel nomen novum, ſcilicèt Mater miſericordiæ. Ab eo quod per eam reædificatũ eſt, quod per Evã fuerat diſsipatum. Vndè Iſai. 58. ædificabũtur in te deſerta ſæculorum, fundamenta generationis, & generationes ſuſcitabis. Et hæc eſt una è præcipuis rationibus, quare ſummoperè benedicendus eſt Deus, quia fundavit hanc civitatem, per quam reducimur ad propriam de exilio mundi. Vndè dicitur ei Tobiæ 15. Benedicti erunt, qui ædificaverunt te, ſcilicèt Pater, Filius, & Spiritus ſanctus. Ab immunitate peccati, Iſai. 60. Non audietur iniquitas in terra tua, & contritio in terminis tuis. Pſalm. 147. Qui poſuit fines tuos pacem. Item Iſai. 52. Non adijciet ultrà, ut per te pertranſeat incircumciſus & immundus. Ab eo, quod per ipſam, & in ipſa magnificatur Dominus & laudatur. Vndè, Magnus Dominus, & laudabilis nimis in civitate Dei noſtri, in monte ſancto eius, Pſalm. 47. Et ideò tanta eſt, quod non poteſt abſcondi, Matth. 7. Mons iſte Chriſtus Dominus, Iſai. 2. & Miche. 4.* (quaſi utrumque parilis Deo laus & gloria reſultet, & Mariæ civitatis, & montis Chriſti, utrumque Vates regius counivit, & tam in civitate Mariæ, quàm in Chriſto monte oſtendit Deum magnum & laudabilem nimis) *Ab eo, quòd fundata eſt exultatione univerſæ terræ, id eſt, ut per eam exultet, quia numerus Angelorum dimtnutus per caſum Luciferi, per ipſam eſt reparatus. Terra morientium, id eſt, mundus, qui per ipſam ſalvatus eſt, & gratia illuſtratus. Terra mortuorum, ſcilicèt infernus, quoad detentos in limbo, qui per eam indè extracti ſunt, & in paradiſum introducti: & hoc eſt, quod Dominus dicit Iſai. 65. Ecce ego creo Ieruſalem exultationem, & populum eius gaudium.*

10 Præterea in Adami formatione ſingulari quadam ratione invenio Mariæ puriſsimam conceptionem ſignatam, & reſignatam. Etenim in Adamo formata eſt Eva abſque ullo mulieris conſortio, in Maria autem generatus eſt Chriſtus abſque ulla viri operâ; illa fuit formatio mulieris de viro abſque fœmina, hæc verò formatio de fœmina abſq; viro: in illa formatione quippiã humile & ignobile paſſa eſt mulier, ex eo quòd de viro fuerit aſſumpta, ab eoque tanquã à principio deducta: in Chriſti verò formatione patrata in Maria ab illa humilitate & dedecore gloriosè fuit vindicata. Procuius notiori elucubratione oportet, ut advertas, Evam ex vi ſuæ productionis Adami manſiſſe dominio & principatui obſtrictam, ius enim hoc acquiſivit Adamo principij, ſeu originis dignitas, ex illius enim ſubſtantia Eva naturam ſuam & ſubſtantiã hauſit. Vndè Chryſoſtom. ad ea verba: *Et adi-*

egregor.

Lypoman.

Richardus.

Cen. 2. 22. *ædificavit Dominus Deus coſtam quam tulerat de Adam in mulierem*, Geneſ. 2. 22.

Chryſoſt. inquit: *Quanta optimi architecti Dei potẽtia, quæ ex tantilla particula, tam elegantia membra concinnavit, tantos formavit ſenſus, & perfectum & integrum, & abſolutum animal fecit, quod poſſit & colloqui, & communione ſubſtantiæ multa viro afferre ſolatia. Nam ob huiuſmodi conſolationem animal hoc formatum eſt, vndè & Paulus dicebat: Non enim vir formatus eſt propter mulierem, ſed mulier propter virum*, & D. Thom. 1. par. quæſt. 92. art. 2. in

D. Thom. corp. *Eandem autem mulierem conveniens fuit in prima rerũ inſtitutione ex viro formari magis, quã ex alijs animalibus: quia ut Philoſophus dicit in 8. Ethic. mas & fœmina coniunguntur in hominibus, non ſolũ propter neceſſitatem generationis, ſed etiã propter domeſticam vitam, in qua ſunt aliqua opera viri & fœminæ, & in qua vir eſt caput mulieris. Vndè convenienter ex viro formata eſt fœmina ſicut ex ſuo principio.* Quocircà Adamus mulieri nomẽ impoſuit, in quo principatum ſuum inſcripſit, & mulier in eo ſemper ſubiectionem viro debitã tanquam capiti ſuo legeret: *Dixitque Adã:*

Gen. 2. 23. *Hoc nũc os ex oſſibus meis, & caro de carne mea: Hæc vocabitur virago, quia de viro ſumpta eſt*, Geneſ. 2. 23. In quem locũ Hie-

Hieron. ronym. in quæſt. Hebraicis. *In* LXX. *Hæc vocabitur mulier, quoniam ex viro ſumpta eſt. Non videtur in Latino & Græco ſonare, cur mulier appelletur, quia ex viro ſumpta ſit. Sed etymologia in Hebræo ſermone ſervatur. Vir quippè vocatur is, & mulier ipſa. Vndè & Symmachus pulchrè tymologiam in Græco volut cuſtodire dicẽs: Hæc vocabitur virago, quia de viro ſũpta eſt. Porrò Theodotio aliam etymologiã ſuſpicatus eſt: Hæc vocabitur aſſumptio, quia de viro ſumpta eſt. Poteſt quippè ipſa ſecundùm varietatem accentus, & aſſumptio intelligi.* Ex quibus elicuit Lypomanus:

Lypoman. *His ergo omnibus edocta uxor ſe deſumptã è corpore viri, non ſuperbiat vel contemnat, ſed ut ſubſiſtentiæ ſuæ cauſam ſuſpiciat, veneretur, diligat, & ſe regi ac inſtrui patiatur à viro, fidem velut ſibi ipſi ſervet, ac cooperetur ad auxilia neceſſaria occupationis domeſticæ ſine tra & diſceptatione.* Hanc ſubiectionem ægrè tulit mulier, plurimumque negotij illi faceſſit, ut obſervat

Ambroſ. Ambroſius, quòd Deus præceptum impoſuerit Adamo illudque delegârit, tanquam capiti præceptum mulieri deferendum, tanquam ſubditæ; & eam ratus eſt Moyſes Bar-

Moyſes Barzeph. zepha cauſam extitiſſe, ob quam inurbanè ſe geſſerit mulier cum viro, cui pomum nõ obtulit primò guſtandum, ſed prius illa *comedit, deditque viro ſuo*, Geneſ. 3. 6. Cùm enim exiſtimaſſet divinitatis impertiendæ vim pomo ineſſe, ſtuduit illa prius Deus effici quàm Adamus, & quòd vir à ſe, tanquã à divinitatis principio divinitatem participaret, ideò prius de pomo edidit, & deinde viro præbuit edendum, quò ſic ſubiectionis quâ opprimebatur, criminationem diluereret, in virumque refunderet, curans ut fœminam ille tanquam ſubſtantiæ divinæ ſuæ principium agnoſceret, ſed ſua illam miſerè opinio fefellit. Geneſ. 3. 6.

11 Ab hac verò humili ſubiectione fœmineum genus eripuit Maria, de qua formatus eſt vir ſine viro, ut olim abſque fœmina de viro educta eſt mulier. Si verò tũc viro ſubdita fuit mulier, quia de illo ſumpta fuit; ex eo quòd ex Maria vir Deus formatus eſt, ſubditum Mariæ ſe exhibuit: *Et deſcendit cum eis, & venit in Nazareth, & erat ſubditus illis*, Luc. 2. 51. Quamobrem Luc. 2. 51. Maria viraginis nomenclaturã ſuſtinet, ſed quidem oppoſitâ ratione quàm Eva; Eva enim dicta eſt virago, quia de viro ſumpta; Maria autem virago appellata, quia de ea ſumptus eſt vir. Vndè ſicut Adamus in mulieris nomine ſuum legebat dominatũ; Chriſtus in Mariæ nomine ſuam legit ſubiectionem; placuit enim illi parenti ſuæ ſubditus fieri. Quod ſtrenuè obſervavit Richard. de

Richard de S. Laurent. S. Laurent. lib. 4. *Maria deſignata eſt per Evam, quæ appellatur virago*, Gen. 2. *quia de viro ſumpta eſt, Maria autẽ virago, quia de ipſa ſumptus vir ſuus, quando ſcilicèt ex magnitudine fidei conſentiens, ut de ſua ſubſtãtia fieret Chriſtus homo, reſpondit Luc. 1. Ecce ancilla Domini, fiat mihi.* Non eſt ergo, quòd iam fœmineę doleãt vicem ſuam, non eſt quòd plangant ſortem ſubiectionis ſuæ. Habent Mariam reſtauratricem honoris ſui, reparatricem gloriæ ſuæ; per Mariã enim nanciſcuntur non ſolùm quòd æquales ſe iam viris glorientur, ſed quodammodo ſublimiores. Nam ſi principatum adeptus eſt homo in humiliorem, quia de homine facta eſt mulier, & ideò homini ſubiecta tãquam ſuo principio: de Maria factus procedit non ſolùm homo, ſed homo Deus, & quia de illa formatus eſt, ei tanquam parenti ſubditus manſit, glorioſa iactatione poſſunt fœminæ in homines ſuperbire, & ab illis ſuſpici ambire. Nam ſi contendunt homines mulieribus dominari, quia de uno homine prodijt mulier, glorioſiori iure nitentur iam mulieres hominibus principari, quia de una muliere eductus eſt Deus homo, qui mulieri tanquam parenti paruit, & hanc maieſtatis celſitudinem nactæ ſunt per Mariam, quæ humilitatis & ſubiectionis fœmineæ redemptrix evaſit. Eleganter

Cy-

Cyrillus Ieroſolym. Cyrillus Ieroſolymit. catech. 12. ait: *Mutuata eſt à viris fœmineo generi gratia. Eva enim ex viro nata eſt, & non ex matre cõcepta, ſed ex ſolo viro tanquã partu edita. Reddit igitur Maria gratiæ huius mutuum officium, & non ex viro, ſed ex ipſa ſola impolluta ex Spiritu ſancto virtute Dei peperit.* Et B. Fulgent. ſer. de laudibus Mar. inquit: *Facta eſt Maria reſtauratio fœminarũ.* Pulchrius autem & luculentius Richardus de S. Laurent. lib. 12. *Notandum quòd uterus virginalis in infinitum melior eſt paradiſus, quàm ille litteralis. Ibi enim de viro facta eſt mulier in ſignum futuræ corruptionis. Vndè Geneſ. 2. Tulit Dominus unam de coſtis Adæ, quam ædificavit in mulierem, & replevit carnem pro ea. Repletio autem oſſis de carne inſufficiens eſt, & infirma repletio. In virginali autẽ utero de muliere factus eſt vir. Vndè ad Galat. 4. Miſit Deus Filium ſuum factum ex muliere, in ſignum reſtaurationis, & reparandæ virtutis. Et de puriſſimo Virginis ſanguine ſecundùm Damaſcenum, vel de carne eius factum eſt os ad litteram in inſtanti conceptionis: & myſticè ille qui eſt os & robur Eccleſiæ: & ita in Virgine, & ex Virgine repleta gratia, ſuppleta eſt, & repleta humana natura, & facta quaſi oſſea, & fortis, cùm prius eſſet carnea & flexibilis ad peccandum, & de illa plenitudine omnes accepimus, Ioan. 1.*

Fulgentius. Richar. de S. Laurent.

12 Nunc ex his argumentum pro illibata Mariæ conceptione licet decerpere. Maria in quantum principium formationis viri ſine viro conferenda eſt cũ Adamo cõſiderato ut principiũ formationis mulieris abſque fœmina. Et ſanè nemo mentis ſanę ambigere poteſt, quin formatio peracta in Maria ineffabili perfectione excedat formationem operatam in Adamo; in hac enim formata eſt mulier, animal quidem infirmũ, & pronum ad lapſum; in illa homo & Deus, qui humanam naturam fluctuantem ſtabilit & firmat, illiuſque ruinam reparat; in formatione facta ex Adamo humiliata eſt mulier & viri principatui tradita: in formatione coacta in Maria fœmineus honor reſtauratus eſt, & humana natura ſublimita & exaltata, & à turpi dæmonis poteſtate in nobilem libertatem aſſerta: nobilior & auguſtior formatio nobilius & auguſtius exigit principium: ſed Adamus ut præberet materiam formationi Evæ originalis iuſtitiæ claritudine præditus fuit, ergo Mariæ materiam Chriſti formationi ſuppeditanti perperam originalem ſplendorem inficiabimur. Præſertim cùm Richardus aſſerat de viro factam præcisè mulierem in ſignũ futuræ corruptionis, & de Maria factum eſſe Filium in ſignum roboris, & virtutis reparatricis. Æquumnè erit, & Deo conſentaneum exiſtimare, formationem umbra futuræ corruptionis ſignatam, coalitam fuiſſe in principio illuſtri origine decoro: formationem verò reparationi, & reſtitutioni oppigneratam cõcretam evaſiſſe in principio origine turpi & inglorio? Si ego ita cẽſerem, Meherclè crederem me indignè de divina Providentia ſentire. Quocircà opportunè Andreas Ieroſolym. orat. in ſalutat. B. Mar. comparat Mariam virgineæ telluri, de qua Adamus fictus eſt, & illius formationem huius formationi: *Salve*, inquit, *ſancta virginalis tellus, ex qua novus Adam ineffabili fictione formatus eſt*, quaſi dicat. Quemadmodum primus Adam nobiliter à Deo creatus eſt de terra virginea, defœcata, manibus Dei contrectata, & illius attactu honorata, ac proinde nulli maledictioni reſignata; ſic, ô Maria, de puriſsima carne tua quæ privilegia nobilitatis primitivæ illius terræ, quam Dei manus ſubigentes honorarunt, ſortita eſt, & in quam cœleſtis benedictionis ros impluit, novus Adamus Dei Filius tuuſque ſimul formatus eſt. Quem ſibi ſcopum obiectum exiſtimo collimaſſe eundem Andream Ieroſolym. ſer. 2. de dormitione Deiparæ, cùm ſic de Maria ſcribit: *Maria eſt eximia pulchritudo à Deo ſculpta ſtatua, rectè deſcripta divini archetypi imago.* Citra dubium his verbis alludit ad primam illam ſtatuam Dei manibus elaboratam, Dei honoribus conſignitam, gratiarum privilegijs fultam, divino afflatu animatam; in divini archetypi imaginem & Chriſti pignus erigendam: & exiſtimat pulchriorem, ſpecioſiorem quidem, & digniorem evaſiſſe Mariæ fabricam, ſolicitioriqúe providentiâ accuraſſe Deũ carnem illam honorare, in quam infundendus erat divinus ille flatus, nempè Sanctiſsima Mariæ anima; quæ nobiliſsimam materiam (nec iam ſolum pignus) Dei hominis formationi miniſtratura erat. Cogitationem noſtram & periocham ditius elucubravit Hugo de Sanct. Victor. Apologet. de Verbo incarnato, cap. 3. *Quia primus auctor culpæ deiectus eſt à fœmina, auctorem gratiæ ſine maſculo concepit & peperit fœmina; ut idem ſexus initium gratiæ eſſet, qui peccato origo extiterat. Propterea ait: Ave gratia plena, Dominus tecum. Verè enim Maria gratia plena fuit, per quam deſcenderet ſuper omnes filios hominum. Primum gratia ſuper ea, poſteà gratia in ea; deinde gratia ex ea. Super ea ad adumbrationem; in ea ad fœcunditatem, ex ea ad ſalvationem.* Cerne quomodo Hugo de Sancto Victor. cenſet ſatis idoneum ordini divinæ

Andreas Ieroſolym.

Andreas Ieroſolym.

Hugo de S. Victor.

gra-

gratiæ fuiſſe, ut Maria, quæ initium gratiæ fuit concipiens, & pariens maſculum ſine maſculo, non degeneraret ab originis nobilitate, quâ prædita fuit fœmina formata de maſculo ſine fœmina, & prima peccati origo; ne illuſtrior & clarior præceſſiſſet origo peccati, quàm origo gratiæ; videretur enim plus honoris & maieſtatis initio peccati, quàm gratiæ fuiſſe delatum. Quamobrē elicit Mariam fuiſſe gratiâ plenam, & Dominum ſemper cum illa. Nam oportebat omni modo gratiam plenam eſſe, per quam gratia eſſet in omnes homines derivanda: & primum, inquit, fuit gratia in ea ad adūbrationem, quia quemadmodum Spiritus ſancti gratiâ & virtute obumbrata fuit, ut divinum Filium conciperet, ſic gratia fuit obumbrata & protecta ut cōciperetur, ſicque dignè præornaretur ad tantum conceptum excipiendum. Poſteà fuit gratia in ea ad fœcunditatem cùm Spiritu ſancto ſuperveniente & operante in illa, virginitas illius fœcundata fuit, & divinæ prolis ſemine gravidata; deindè gratia fuit ex ea ad ſalvationem; etenim ab ea gratia ſalutis & redemptionis noſtræ, nempè Chriſtus Dominus effuſus eſt. Hinc pleriique Patres cēſent dignum Dei fuiſſe cōſilium, ut qui Deū conceptura erat, cum Deo conciperetur; & deſcenſurus Deus in illius uterum carnem eius aſſumpturus, in eam, cùm conciperetur, deſcenderet, ut eam omnigenâ gratiarum varietate ornaret, ſicque aptè præornaret ad divinum puerperium. Huiuſmodique myſterium agnoſcunt in verbis Gabrielis Mariam ſalutantis: *Ave gratia plena, Dominus tecum*, Luc. 1.28. Ave gratia plena, ex quo enim gratia plena es, Dominus tecum eſt: ac proinde à cōceptione Dominum tecum habes, quia in ea cœleſtibus gratijs affulſiſti: legaturus tibi advenio, quòd Dominum illico ſuſceptura ſis in tuo utero; & antequam in te ille deſcendat: Dominum tecum eſſe prænuntio, quia maternitatis divinæ dignitas petit, ut fuerit ſemper Dominus cum ea, quæ in Dei Matrem eligenda ſit. In hunc ſenſum interpretor Andream Ieroſolym. ſerm. in ſalutat. Mariæ. Qui inducit demiratum Angelum ex eo quòd audierit Virginem reſpondentem: *Quomodo fiet iſtud?* Ex eo enim quòd Angelus prævidè eam ſalutādo dixiſſet: *Dominus tecum.* Miratur Mariam poſſe de tāto myſterio dubiam cogitationem ſubire. Quomodo enim Angelus ait, non credis te in Dei parentem eſſe aſſumendam, cùm noveris Dominū tecum ſemper extitiſſe? *Cœlitus ego advenio tibi novum modum conceptionis nuntians. Non terrenus tibi loquor: Dominum eſſe tecum, dixi: Et tu quomodo hoc mihi contingere ambigis? Hunc ego antevertiſſe adventum meum, & tuum ſubijſſe uterum tibi nuntio: Et tu dicis: Quomodo iſtud mihi erit?* Et verè verba Angeli ſic elucubrata lucem habent àverbis ſequētibus, quibus obiecto à Maria dubio ſatisfacit: *Spiritus ſanctus ſuperveniet in te, &c.* Luc. 1.35. Non enim dixit: veniet, ſed ſuperveniet; de eo qui in Maria iam erat, nequibat dici *veniet.* Quomodo enim veniret ubi iam erat? ſed præclarè nuntiavit *ſuperveniet.* Quæ quidem vox ſignificat in Mariam iam veniſſe, & in ea eſſe; ſed ut cœleſtem œconomiam patraret, denuò in illam adventaſſe, hoc eſt, gratiarum ſuarum theſauros explicaſſe, & prædiviti ſupellectile virturum onuſtus, ut eam in immenſum ditaret deſcendiſſe; inſtar ſanè regis qui regiā ſuam occultus ingreditur; & pompam poſteà gloriæ ſuæ publico auctoritatis apparatu explicans videndus demiranduſque cūctis oſtenditur; venerat quidem cùm ſecretò regiam intravit; & cùm maieſtatem oſtētat, dicitur ſuperveniſſe. Quod ſcitè ſatis obſervavit Tolerus noſter in præſenti annotat. 97. *Solet verbum hoc ſignificare adventum præcedentem eiuſdem Spiritus ſancti. Cùm enim aliquid operatus eſt in homine, & iterum operatur, dicitur ſupervenire. Sic Actor. 1. Accipietis virtutem ſupervenientis Spiritus ſancti in vos. Acceperant enim Apoſtoli virtutem Spiritus ſancti primo die reſurrectionis, quando, Ioan. 20. dictum eſt: Accipite Spiritum ſanctum: promittitur iterum novus adventus ad alios Spiritus ſancti effectus, idcircò dicitur ſuperventurus. Hac de cauſa dicitur nunc ab Angelo Spiritus ſanctus ſuperventurus in B. Virginem, quia multa iam ipſius Spiritus ſancti dona B. Virgo acceperat, ut meritò in ea non quidem venturus, quaſi prius non veniſſet, ſed ſuperventurus dictus ſit.* Vel ut Amedeo placet homil. 3. Spiritus ſanctus dicitur venire, cùm in alios iuſtos deſcendit ornandos: in Mariam verò dicitur ſupervenire, quia in ea non ſolùm operatur cumulum varietatemque gratiarum, & prærogativarum, quas in ſingulis ſanctorum ab orbis exordio ſigillatim diſpertitus eſt, ſed grandiores alias & uberiores quæ ipſi ſolummodò aſſervatæ fuerunt. Inquit ergo Amedeus: *Spiritus ſanctus ſuperveniet in te, ut à tactu eius venter tuus concontremiſcat, uterus intumeſcat, gaudeat animus, floreat alvus. Macta, id eſt, magis aucta, quæ tanta ſuavitate perfrueris, tam cœleſti oſculo dignaberis, tali ſponſo coniūgeris, à tali ſponſo fœcundaberis. Spiritus ſanctus ſuperveniet in te. In alios ſanctorū venit, in alios veniet, ſed in te ſuperveniet, quia*

Luc. 1.28. Andreas Ieroſolym. Luc. 1.35. Toletus. Amedeus.

quia præ omnibus & ſuper omnes elegit te: ut ſuperes univerſos, qui ante te fuere, vel poſt te futuri ſunt plenitudine gratiarum, & paulò pòſt: *Quid plura memorem? Omnes ſuperas, præes univerſis non ſolùm hominibus, ſed & ſummis cœlorum virtutibus.* Verè ſi in Mariam Spiritus ſanctus non veniſſet, cùm in parentis alvo formaretur, eâque tunc gratiarum plenitudine non locupletaſſet; neutiquam affirmari poſſet Mariã gratiarum plenitudine omnes ſanctos viciſſe, qui illam præceſſerunt, nec ea plenitudine emerſiſſe ſupremis intelligentijs ſuperiorem: abeſſet enim ab illa gratiæ originalis plenitudo, quâ præditus fuit in ſua formatione Adamus, & in ſua creatione coruſcarunt cœleſtes ſpiritus.

13 Prætereà quòd ſalutatio illa: *Dominus tecum*, portenderit originalem Mariæ gloriam, quam eius oculis objicere ſtuduit Angelus prævidè ad divinæ maternitatis enuntiationem; evincitur ex dubio illo & timore, quò ſtatim ſanctiſsimæ puellæ animo obrepſit: *Quæ cùm audiſſet, turbata eſt in ſermone eius, & cogitabat qualis eſſet iſta ſalutatio*, Luc. 1. 29. ſed quid timebat? Quęſo, quid cogitabat? Verè cùm ſapiens fœmina ſacris litteris fuiſſet inſtructa, & à Spiritu ſancto edocta, quippè quæ ſemper ſacræ Paginæ ſtudio vacabat divinituſque acceperat, magna quæ in illa fecerat qui potens eſt: ſeque Spiritus ſancti gratia inſtitiæ originalis ſtola eſſe indutam, eaque fulgere originis claritudine, qua primi parentes in paradiſo prævèrè accincti; ſecum volvens primam fœminam ſalutatam ab Angelo originis decore, & gloriâ fuiſſe ſpoliatam, cui temerè, & inconſultò credidit: cogitabat prudenter, qualis eſſet ſalutatio, quam ab Angelo auſcultabat ſibi deferri; formidabat perdere quod prima fœmina amiſit; menteque timore percuſa tractabat, an illa ſalutatio præſtigijs cooperiretur ſerpentis antiqui, ut ſecundò de fœmina Virgine, & ingenua nobilitate ab origine ornata triũphum ageret. Metuebat ſi ſecundò, indueret pravus Angelus tragicam illam ſcenam paradiſi, in qua nobilis origo virginis fœminæ corrupta fuit & fœdata. Verè cui infelix illa protoparentum ruina in mentem venit, & eius memoriam ſubiens timuit, abſque dubio formidabat ſe originis gloria privari, quâ illi fuerunt deſtituti: ſtrenuè Andreas Ieroſolymit. ſerm. in ſalutat. Mar. *Illa autem cogitabat, qualis eſſet iſta ſalutatio, ratiocinatrice nimirum mentis facultate probans, & examinans id quod cogitaret, ne quod diceretur ſibi temerè arriperet. Qualis nam illa dicens eſſet ſalutatio. Veriſimile enim eſt, ipſam & de clara ſtirpe natam, & Davidis filiam, haud ignaram divinorum, quæ in ſcripturis habentur, oraculorũ fuiſſe, ut cogitationes ſuas ſtatim converterit ad primi parentis lapſum, in animo ſecum ſuo volvens deceptionis primæ caſum.* His conſonat Gregor. Thaumat. ſerm. 2. de Annuntiat. *Itaque ſanctiſsima Maria intra ſe cogitabat, atque dicebat: Numquid artificium aliquod, aut fraudem, aut aſſentationem iſte miniſterij actus in ſe continet? Numquid Ave iſtud doloris mihi cauſa erit, ſicut olim primæ matri Evæ blanda divinitatis promiſsio, quam ex dæmoniaci ſerpentis operatione ſuſceperat? Nũquid rurſus in Angelum lucis transfiguratus mali auctor dæmon?*

14 Lubeat enucleare & illuſtrare locum Gregor. Thaumat. & ubi ſuprà, qui myſterium ſanctiſsimæ Mariæ in emphatico illo curru ſacramentis tumẽte Ezechieli oſtenſo mirificè agnovit: ſic enim dat Angelum paranymphum Mariam alloquẽtem: *Tu omni creatura humana glorioſior, ac purior ſanctaque effecta es, ac nive quidem candidiorem habens mentem, quovis autem auro quantumvis probato purificatum magis corpus; ventrem autem qualem Ezechiel vidit, & qualem recenſuit, talia dicens: Similitudo animalium ſuper caput, quaſi firmamentum, & quaſi aſpectus cryſtalli formidabilis, & ſimilitudo throni ſuper ea, quaſi aſpectus lapidis ſaphiri, & ſuper thronum tanquam ſimilitudo hominis, & quaſi aſpectus electri, & intrinſecùs quaſi aſpectus ignis per circuitum. Perſpicuè igitur Propheta natũ ex ſanctiſsima Virgine cernebat in figura ac umbra, quem tu ſancta Virgo portare non poſſes, niſi omnis gloria, ac virtute coram throno ipſius coruſcares.* In primis gloriâ, puritate & ſanctitate fatetur Gregorius Mariam antecellere univerſæ creaturæ; ſi verò originali puritate Maria dotata non eſſet, nequiret id ſuſtinere, cùm priores humanæ maſſæ creaturæ, nẽpè Adamus & Eva eâ originis claritudine promicuerint. Deinde ait Mariã corpus habere magis purificatum quovis auro quãtumvis probato, aurum enim quod probatur, innuit ſordes habuiſſe aliquando, quas in conflatorio depoſuit, nec enim ſplendorem originis nactum eſt, quod fœcibus fuit concretum: Maria ergo habuit corpus purius auro quantumvis probato, quia nunquam purificatione indiguit ſicut aurũ quod examinatur. Demum teſtatur Mariam in ea viſione præfigurari, & præadumbrari omni gloriâ, & virtute conſpicuam, ut ſanctum Dei Verbum utero portare valeret; veluti infirmaretur ad tam glorioſum onus portãdum ſi originis gloria non præviſſet fulta & fir-

Luc. 1. 29.

Andreas Ieroſolym.

Gregor. Thaumat.

Gregor. Thaumat.

firmata. Gloriam ergo puritatem & ſanctitatem originalem Mariæ ex ea viſione nobis oportet indagare.

15 Locus Ezechielis, in quo iuxta ſenſum Gregorij Mariæ gloria effigiabatur, ſic ſe habet: *Et ſimilitudo ſuper capita animalium firmamenti quaſi aſpectus cryſtalli horribilis & extenti ſuper capita eorum deſuper*, Ezech. 1. 22. De hoc firmamento quod ſuper vehiculum & capita animalium explicatum ſternebatur, ait noſter Hieronymus de Prado, ex Baſilio, Ambroſio, Auguſtino, & Acacio: *Ergo vidit Vates ſuper capita animalium cœlum expanſum coloris aërei, diaphanum, & ſplendeſcens quaſi cryſtallum. Quod ait; horribilis, ſignificat ſplendoris, ſeu magnitudinis admirandæ fuiſſe cœlum illud expanſum ſupra vehiculum.* Eadem habet Lyra. Strenuè ſatis ſubſtantia Mariæ in ſua formatione per firmamentum, & cœlum figuratè deſcribitur, ut innuatur illuſtris illius origo. Nam cœli præceſſit nobiliſſima creatio. Quod argumentum latè digeſſimus ſuprà ſect. 1. §. 5. num. 26. & 27. Aliquid ſingularius addit hîc Vates, nempè cœlum quod portendebat Maria inſtar cryſtalli fuiſſe coactum & concretum. In quem locum ſic Hieronymus: *Firmamentum cryſtallinum, quod puriſſimum eſt & ex aquis mundis atque lucentibus nimio frigore concreſcere dicitur in tantum, ut etiam gelu conſtricta aqua Græco nomine cryſtallus nominetur. Eſt enim in ſuperioribus eximia puritas.* Profectò Maria ob lucidiſsimam ſui conceptionē nulli rei potuit aptius conferri, in nulla perfectius & ingenioſius adumbrari, quā in cryſtallo inſtar cœli extenſa; ſicut enim compingitur, & cōflatur cryſtallus ex aquis puriſsimis ſplendidis, quas prima maledictio nō infecit, quas frigus obdurat ſolidatque, cuius coactio nihil ſordidum & turpe patitur; ſic Mariæ cœlum ex mundiſsima & ſplendidiſsima materia conſtitit coactum, nulla enim maledictione ſubacta fuit; frigeſcente enim parentum natura, & naturali pravi fomitis incendio extincto generata eſt. Vt ſemper in ſublimi hoc Mariæ cœlo eximia puritas concipiatur. Quocirca Rupertus apud Gloſſam cenſet per cryſtallū originalem nobilitatem Angelorum deſignari, item & iuſtorum qui per reſurrectionē renaſcuntur immortales, incorruptionemque ab illuſtri & glorioſa regeneratione auſpicantur. *Hoc firmamentum*, inquit Rupertus, *quaſi aſpectus eſt cryſtalli horribilis, quia cryſtallum forte quidem nimis eſt, ſed ex aqua ſolidatur; rectè per cryſtallum regnum illud intelligitur, ubi Angelica natura ex mutabili immutabilis facta, & ita ſolidata eſt, ut iam ſolvi, vel in vitium labi non poſſit. Et humana quoque natura itidē remuneranda eſt, ut poſt reſurrectionem ultrà neque mori, neque peccare poſſit.* Cùm igitur cryſtallus regnum deſignet, quod impuram creationem, aut generationem non admittit, ut Mariam concipiamus nobiliter & gloriosè generatam, apprimè in cryſtallo præmonſtrata eſt.

Ezech. 1. 22.

Hieron. de Prado. Baſilius. Ambroſ. Auguſtin. Acacius.

Lyra.

Hierony.

Rupertus.

16 Sed adnotandum eſt eiuſmodi cryſtallinum cœlū ſuper capita animalium extendi eorum cervicibus quodammodo innixum, in animalibus autem præoſtendebātur Angelicæ ſubſtantiæ, & ſpirituales virtutes, ut tradunt Apollinarius, Polychronius, Theodoretus, & alij, quos Hieronymus Prado refert. Quæ quidem alis muſicū formabant concentum, hymnos perſonabant, claſsicumque victorum carmen, ovantiumque iubilum pangebant. Ait enim textus: *Et audiebam ſonum alarum quaſi ſonū aquarum multarum, quaſi ſonum, ſublimis Dei cùm ambularent quaſi ſonus erat multitudinis, ut ſonus caſtrorum*, Ezech. 1. 24. In quem locum Scholiaſtes, *ſonus alarum dicit iubilationem. Non ſemper reddebant ſonum, ſed conſiſtebant, ut ſignificet quòd hymnum dicebant ſecundùm decorum.* Verè cœlo puriſsimæ Mariæ immunitatis non niſi ornamenta clariſsimæ originis ſubſternebātur, quæ figuris & canticis Mariæ gloriam in conceptione ebibitam commendabant & prædicabant. Nam cœlum cryſtallinum, in quo lucida Mariæ origo pellucebat, horribilemque præ ſplendoris magnitudine ſe præbebat, puriſsimæ intelligentiæ capitibus ſuſtinebant, eiuſque gerulæ efficiebantur, promicantis cryſtalli fulgoribus irradiatæ. Perpende quanta originalis gloriæ maieſtate coruſcaret cœlum iſtud, quod ſacrorum ſpirituū capitibus, quorū creatio mundiſsima, & lucidiſsima fuit, baiulandū imponeretur. Non enim ſacramentum puriſsimæ Marianæ conceptionis oſtendendū promulgandumque digna auctoritate prodiret, niſi puriſsimas ſubſtantias originali claritudine præditas baiulas, & vectrices haberet, quæ à cœlo, quod gerebant humeris illuſtrabantur, & radijs claritatis reſpergebantur. Etenim tantus erat luminis apparatus, qui à lucidiſsima Marianæ conceptionis cryſtallo emittebatur, ut ab illo poſſent vectores Angeli irradiari, & decore amiciri. Et ſi attentâ mente cuncta colluſtres, nil erat in eo ſpectaculo, quod glorioſæ victoriæ ſpecimen non redderet. Nā Angeli alarum concuſsione iubilationis ſonos edebant, carminibus victoriam celebrabāt, gratiārum hymnos concinebant, quæ omnia puriſsimæ conceptionis ſolemnijs dedi-

Apollinar. Polychronius. Theodoretus.

Ezech. 1. 24.

Scholiaſtes

dicabantur; gloriabantur enim ſe reginam nactos ſummâ originis claritudine prædi-tam, ob eamque cœleſtis aulæ gloriam gratiſſimas Deo laudes ſolvebant; dæmones victos & triumphatos; & ab horribili cryſtallini cœli coruſcatione fulminatos deridebant. Et ipſummet laudum canticũ gloriam, ſplendorem, auctoritatemque Marianæ conceptionis myſterio conciliabat. Pro quo operæpretiũ erit advertere, quod Gregorius Venetus in harmonia mundi, Cantico. 3. ton. 8. modulo 11. concentu 7. obſervavit, ultima illa verba explicans quibus regius Pſaltes libro Pſalmorum finem impoſuit: *Omnis ſpiritus laudet Dominum*, Pſalm. 150. 6. inquit enim in Hebræo loco illius vocis *ſpiritus*, nomen eſſe ſignificans dignitatem, & gratiam originalem, perſonamque in eo excellentiæ gradu conſtitutam, in quo à Dei manibus formata proceſſit. Sic enim ſcribit: *Omnis ſpiritus laudet Dominum: ex Hebræo: omnis anima tam perfecta videlicet laudet Dominum. Ameſſama enim animam puram, & divinã ſignificat, prout à Deo manat; ideò quando tractatur de infuſione animæ à Deo in hominem, dicitur: & inſufflavit in faciem eius niſmat, haïm, quod nos interpretatum habemus ſpiraculum vitæ. Nam advertendũ eſt, quòd hoc vocabulum Aneſſama non habetur in uſu, ſed magno myſterio ipſo utitur ſcriptura, quando Deus animam infudit homini, & in fine hymnorum quando excitatur homo ad reddendum Deo perfectam laudem, quam minimè ſolvit, niſi anima purificata penitus ſit, ſicut erat, quando à Deo infuſa fuit.* Ex quibus delibatur Angelorum concentus ſpecialiter Deo iucundos eſſe & graros; ſingulariqúe ſuavitate divinas aures permulcêre, quibus ſe Deus perfectè laudatum æſtimat. Quia eiuſmodi cantus emittuntur à ſpiritibus, qui originali ſemper venuſtatis viriditate vernant, primitivaque nobilitate efflorent, quia eum ingenuitatis ſtatum ſervant, in quo à Deo conditi ſunt. Quapropter regius Vates cenſuit non aptiorem magiſque Deo gratum finem ſuo Pſalmorum libro, qui divinas laudes continet ſe invenire potuiſſe, quàm plenum ſacrorum ſpirituum chorum invitando, ut Deo digniſsimam laudem deferret. Ideòque ait: *Omnis ſpiritus laudet Dominum.* Singularem ergo decorem, ſpecialemque commendationis prærogativam originali Mariæ munditiæ affert, quòd tanti triumphi gloriam tradiderit divina Sapientia ſupernis ſpiritibus decantandam. Nam ſicut eximia myſterij huius dignitas eſt, quòd theatrum, in quo originis nobilis Mariæ actus agitur, cœleſtibus dumtaxat ſpiritibus vectandum concredatur, qui originali decore ſemper candicant; ſic ſummam Mariæ commendationem arguit, quod divina Sapientia Angelicis ſolùm intelligentijs laudum fidat præconia in gratiam puriſsimæ Mariæ generationis decantanda, concentus enim Angelicus præſtantiſsimam gratiæ & iucunditatis ſingularitatem perfundit ex eo, quòd originalis ſplendoris, & puritatis ſemper vocem emittat, iugiterque illam divinis auribus objiciat. Quò ſic nobiliſsima generationis Marianæ ſcęna undequaque illuſtris originis titulis laureetur, puritatis imaginibus veſtiatur, floribus ſplendoris originalis coronetur: nihilque in Ezechielis ſpectaculo ſit, quod illibatæ Mariæ conceptioni non plaudat.

Pſal. 150. 6.

Gregor. Venetus.

17 Addit ſtatim Ezech. *Et ſuper firmamentũ, quod erat imminens capitibus eorũ, quaſi aſpectus lapidis ſapphyri ſimilitudo throni, ſimilitudo quaſi aſpectus hominis deſuper. Et vidi quaſi ſpeciẽ electri velut aſpectũ ignis intrinſecùs eius per circuitũ: à lũbis eius deſuper, & à lumbis eius uſq; deorsũ vidi quaſi ſpeciẽ ignis ſplendentis in circuitu*, Ezech. 1. 26. & 27. Firmamentum ſuper capita animalium expanſum, cryſtallũ præſeferens, Mariæ originalem candorem, (ut nuper vidimus) præfigiabat, quod tanquam fundamentum divinæ maternitatis præmittendum erat: iam ſupra illud thronus erigitur regem excepturus, qui dignitatem Mariæ prælectæ ut parens Dei eſſet, & thronus, in quo dignè ſedeat princeps, exprimat. In primis ſcitè admonet noſter Prado; univerſa hæc quæ videbat Vates, non proprijs nominibus appellari, ſed quaſi aſpectum, ſimilitudinem, faciem animalis, firmamenti, throni, hominis, &c. & rectam præſtat rationem: *Quoniam præ nimio ſplendore non poterat aciem oculorum intendere in ſpectrum, ut certas delineationes, & imagines expreſſas conſequeretur, quæ ſibi oſtendebãtur.* Huius autem lucidiſsimæ obſcuritatis ſtrenuè myſteriũ aperit Theodoretus: *Hæc item ſpecies reconditam & ſub ſenſu oculorum minimè cadentem, divinam indicat naturam. Nubes enim & caligo, inquit, in circuitu eius. Et rurſus: Poſuit tenebras latibulum ſuum. Nam purum illud, & inacceſſum lumen nubis tenebræ ſunt.* Certè myſteria & circunſtantiæ, diſpoſitioneſque & apparatus ad divinam œconomiam, nempè Filij cœleſtis incarnationẽ, divina ſunt, divinitatiſque inacceſsibilis fulgoribus reſperguntur, illud enim inenarrabile, & inacceſſum lumen quaſi ſub ſuæ fulgidiſsimæ caliginis ambitu illa complectitur, inter quæ non ignobilis eſt Mariæ dignitas, quâ ad Dei matrem evehitur puritaſque origi-

Ezech. 1. 26. & 27.

Hieronymus Prado.

Theodor.

nalis, quam illa iure exigit. Quamobrē mirum non eſt, ſi aliquarum mētium acies nimiæ claritatis, exuberantiſque ſplendoris magnitudine repercuſſæ, nequeant perfectā expreſſamque eius puriſsimi myſterij imaginem nanciſci, apprimumque illius conceptum gignere. Semper enim Deus quæ grandia ſunt, ſummèque fulgurantia, ſub ipſorummet radiorum denſitate, quaſi ſub tenebrarum involucro contegit, ea quandoque pro arbitratu ſuo aperienda, & explicāda cui ſibi placuerit. Thronus ergo, id eſt Maria, iam ad divini Verbi ſuſceptionē fertili gratiarum copiâ maturata, Sapphirinus eſſe deſcribitur, de quo ſic Hieronymus Prado: *Videbatur ſupra illud cœlum expanſum thronus regius excitatus candoris inſignis, & ſplendoris admirandi. Nam ſapphirus aëri coloris eſt aureis punctis micans centroque cryſtallino: Plinio auctore. Vnde ſapphiro conferūtur roſeæ facies adoleſcentum: Candidiores nive, nitidiores lacte, rubicūdiores ebore antiquo, ſapphiro pulchriores. Non ſimpliciter dixit thronum, ſed ſimilitudo throni, ut regis ſignificet, & illum non quemcunque ſed ſapphirinum, ut materiæ pretio auctoritatem commendet.* Perpulchrè ſanè Maria cùm ad Dei Matris maieſtatem quominus adornabatur per thronum ſapphirinum expreſſa eſt, qui cœleſtem refert colorem, iuxta illud Exod. 24. 10. *Viderunt Deum Iſraël, & ſub pedibus eius quaſi opus lapidis ſapphirini, & quaſi cœlum cùm ſerenum eſt.* Et aureis punctis diſtinctus præfulgens centro cryſtallino. Nulla Mehercle venuſtiori lautiorique metaphora potuit divina maternitas, & eius celſitudo explicari, quàm ea quæ à throno ſapphirino decerpitur. Planè cœleſtis erat Maria æthereoque candore ſplendebat, cùm in Dei Matrem aſſumenda erat; ex ſapphiro enim tota eius moles videbatur ſtructa, fūdo micabat cryſtallino, quia fundamentum vitæ Marianæ, nempè eius conceptio perfectiſsima, ut lucidiſsima cryſtall⁹ erat, (ut nuper ſtatuimus) etenim ex puriſsima & fulgidiſsima materia totius prorſus maculæ experte compacta erat & ſolidata. Punctis aureis diſcernebatur, quia ſanctiſsima fœmina eo tempore, non ſolùm divinos emittebat radios, ſed divinitate ipſa erat veluti accincta, ſeu potiùs in illam immerſa; complexa enim in utero numen ipſum, quid ni numinis ſpecimen referret, & tota videretur divinitate candens? Quo, quæſo, tropo magis proprio, & conſpicuo maieſtas ſedētis potuit amplificari, & commendari? Proſequitur Vates: *Et ſuper ſimilitudinē throni, quaſi aſpectus hominis deſuper: Et vidi quaſi ſpeciē electri velut aſpectum ignis intrinſecus eius per circuitum, à lumbis eius, & deſuper, & à lumbis eius uſque deorſum, vidi quaſi ſpeciem ignis ſplendentis per circuitum.* Iam ad pompam naturamque regis glorioſum thronum occupantis deſcribendam vērum eſt, qui ſpeciem electri præferebat, inſtarque ignis ſcintillabat. Electrū autem metallum eſt teſte Hieronymo & Plinio ex auro & argento conflatum, elucerq; argento clarius. In quo paſsim Eccleſiæ Patres cœleſtis œconomiæ ſacramentum agnoſcūt, in quo divina & humana natura cōſpirarunt ſub una perſona, cœleſti Verbo humanitatem noſtram ſibi per ſtrictiſsimam unionem aptante. Egregiè myſterium expoſuit Theodoretus apud Gloſſ. *Per hæc oſtendit Salvatoris noſtri in carne humana diſpenſationem. Hac de cauſa ſpeciem unam dicit, naturas verò duas, unam electri, alteram ignis, & alteram ferentem, alteram latam. Divina ſiquidem natura humanā induit. Idcircò ſuperiorem partē cōſpectam ait, tanquam ſpeciem electri. Inferiorem verò à lumbis, & infrà quaſi ſpeciē ignis, ignem divinam innuente naturam. Deus enim tuus ignis conſumēs eſt, ait: Electro verò humanā. Tale enim electrum, veluti quadam mixta ſpecie præditum, neque auro, neque argento ſimile, ſed quaſi utriuſque commixtio. Tale enim corpus humanū: neque enim ſolùm terra eſt, neque aqua per ſe, neque ignis, neque aër, ſed ex quatuor elementis eſt compoſitum.* Theodoretus incarnationis myſterium invenit in duplici natura ignis & electri, counita ſub una ſpecie. Alij verò Patres ex electri compoſitione, & concretione illud indagant, ut Gregor. apud Gloſſam: *In electro aurum argentumque miſcetur, & per argentum auri claritas temperatur, & per auri claritatem ſpecies clareſcit argenti. Sic in Redemptore noſtro divinitas per humanitatem, noſtris oculis temperatur, & per divinitatem natura clareſcit humana.* Amplius rem elucubratur Richardus de S. Laurent. lib. 3. ſermonem texens de diademate quo coronavit Chriſtum ſanctiſsima Parens: *Aurum*, inquit, *divinitus, argentum candida, & pura humanitas, argentum ſcilicèt igne Spiritus ſancti multipliciter examinatum. Vel per aurū mixtum argento divina Sapientia, quæ ſe immiſcuit argento, id eſt, ſibi aptavit corpus de ſubſtantia Virginis, quæ fuit argentum igne Spiritus ſancti multipliciter examinatum. Et ſic facta eſt corona de electro. Idò Chriſtus comparatur electro propter aurum divinitatis ſcilicèt, & argentum cādidæ humanitatis, Ezech. 1. Nam fulgor divinitatis candore humanitatis quodammodo expalluit, non utique diminutione, aut la-*

Hierony. Prado. — Exod. 24. 10. — Hierony. Plinius. — Theodore. — Gregorius. — Richar. de S. Laurent. — Ezech. 1. 26. & 27.

læſione, ſed noſtræ cognitionis contemperatione. Et nota, quòd humanitas Salvatoris congruè dicitur diadema, quaſi duo demens, ſcilicèt principium & finem, id eſt originale, quod eſt principium omnis mali, & pœnam æternam, quæ eſt finis, ad quem tendit omne mortale peccatum. Argentum vocat Richardus ſubſtantiam Virginis, de qua corpus divinum Verbum induit, multipliciter quidem examinatam Spiritus ſancti igne. Et quidem pro argento non ſolùm intelligenda eſt ſubſtantia illa, quæ ſumpta de Virginis ſubſtantia in corpus divini Verbi concrevit, ſed de tota ſubſtantia Mariæ, quam Spiritus ſancti igne multiplicem ei gratiam infundendo à ſua origine examinavit probavitque idoneam, de qua divinum Verbum corpus aſſumeret: valdè enim eſſet indecorum, ut ſubſtantia Mariæ, quæ ſubſtantiam & materiam formando corpori Chriſto præbuit, peccati fœce fuerit aliquando ſubacta. Sic autem caro Mariæ in diadema Filio divino conſurrexit, diadema, inquã, quod duo demit, & peccatum originale, & pœnam æternam. Neque enim decebat, ut caro primum piaculum expiatura de carne ſumeretur, quondam originali flagitio reſignata. Cæterùm ex Gregorij Magni ſententia elucidabimus Mariam in hac viſione divinitatis præſetuliſſe formam, & velut quid divinum à Vate fuiſſe ſpectatam. Expendens enim Gregorius verba illa: *Velut aſpectum ignis intrinſecus eius per circuitum, à lumbis eius & deſuper, & à lumbis eius uſque deorſum vidi quaſi ſpeciẽ ignis ſplendentis per circuitum.* Attentè obſervat, potuiſſe Prophetam eâ abſtinuiſſe circumlocutione verborum, ſi aſſereret ſe expectaſſe ſimilitudinem ſeu aſpectum hominis à pedibus uſque ad verticem flammarum ignibus correpti, eiuſque ſplendoribus illuſtrati; ut quid circuitus ille dicendi? *A lumbis eius & deſuper, & a lumbis eius uſque deorſum.* Sanè ut ſe à difficultate expediat Gregorius in ſingularem devenit cogitationem. Ait enim apud Gloſſam:

Gregorius. *Per lumbos propago immortalitatis ſignatur. De lumbis Abrahæ Virgo Maria, in cuius utero Dei Filius incarnatus innatus: Vnde univerſo mundo innotuit Deus.* Cenſet ergo Gregorius, in aſpectu illo hominis à lumbis deſuper Dei Filium carne noſtrâ veſtitum figurari; & quia in lumbis propago ſignificatur uterum Mariæ, in quo formatus fuit Chriſtus, à lumbis deorſum fuiſſe adumbratũ. Si verò inquiras, cur ſub unius hominis aſpectu, eiuſdemque corporis ſimilitudine Filium & Parentem Deus Prophetæ figuratos oſtenderit; eam potiſſimã cauſam exiſtimo, ut Mariæ ſanctitatẽ & gloriã ad ſupremũ faſtigium evexerit: innuens utrumque nõ tam duplicẽ ſubſtantiã eſſe quã eandẽ; non tam geminũ corpus quã unũ: quaſi haud aliter nobis de Maria quã de Filio concipiendũ ſit, & cogitandum: à lumbis deſuper Filius, à lumbis deorſum Maria, ut Mariã venereris quaſi dimidium Chriſti, eamque æſtimes quaſi mediã Chriſti ſubſtantiã; indeque elicias nefas eſſe cogitare Mariã in aliquo inſtanti ſubiacuiſſe peccato, quã dimidiũ ſui Chriſtus reputat. Filius ſe & Mariã vult in unũ ſimulachrum conflari, ex ſe & Patẽte velut unius corporis formã componi eiuſque ſpectrũ oſtẽdit Prophetæ, ut quaſi quid divinũ Mariã cenſeat, de eiuſque perfectione, puritate & nobilitate nullã ſubeat mentem, quæ indigna Deo ſit. Et expẽde, obſecro, accuratũ divinæ Sapientiæ ordinem in Mariæ excellẽtijs Prophetæ manifeſtandis. Suis enim gradibus illas Vati præſentavit inſpectandas: primũ Mariæ originalẽ puritatẽ, quæ procul fuit eius ſplẽdida cõceptio ab omni ſorde ab Adamo influente, in firmamẽto cryſtallino. Deinde eius provectio in virtutibus, prærogativarũque & gratiarũ faſciculus, quibus à divino Spiritu fuit præornata ad divinum Verbum in ſe ſuſcipiendum, in throno ſapphirino aureis ſtellulis diſpuncto propter iam irradiantem in illa divinitatem. Demum in lumbis aſpectus hominis deorſum propter intimam cum Divinitate coniunctionem, quam iam in utero geſtabat; & cuius ſplendoribus flammiſque tota excandebat. Eam igitur partem, quæ in ſimilitudine illa hominis propoſita, Mariam adumbrabat, nempè à lumbis deorſum, ait Vates, ſe aſpexiſſe ſpecie ignis ſplendentis circumamictam. Scribit enim: *Et à lumbis eius uſque deorſum vidi quaſi ſpeciem ignis ſplendentis in circuitu,* Ezechiel. 1. 27. ubi aliquid amplius videtur divina viſio conceſſiſſe Matri quàm Filio. Nam de ea parte, quæ Filium oſtendebat, tantùm ait: *Et vidi quaſi ſpeciem electri, velut aſpectum ignis intrinſecus eius per circuitum.* Neque enim dixit: velut aſpectum ignis ſplendentis. Quaſi ſingularem gloriam ſuam reputet Filius, quòd ſplendidiori coronâ, quam ipſe, redimiatur Mater, non quidem quòd Filius ſplendoribus ſanctitatis & maieſtatis Matrem non vincat, ſed ut indicet, quàm longè diſtet Maria ab omni obſcuritatis fumo, quantumque ſtudeat fidelium animis eius originalem candorem infigere, quam in lucidiori, & fulgẽtiori corona ſibimet videtur præponere. In hac ignitarum flammarum corona Ma-

Ezech. 1. 27.

riam ambiente agnovit Amedeus iudiciariam quandam poteſtatem, (ut ſuperiùs indicavimus) Mariæ inſidentem, quâ diſcernit iuſtos ab iniuſtis, utriſque pro meritis præmium decernens aut pœnam.

Amedeus. Sic ille fatur homil. 7. *Splendor indeficiens in circuitu eius, & ignis exardeſcens à facie eius. Fluvius igneus rapiduſque egrediebatur ab ea, qui hoſtes ſuccenderet, amicos confoveret, iuvaret proximos, concremaret inimicos, &c. E regione ignis divini calore vehementer accenſa, & verbi flammigerantis ſparſa incendijs odorem reſuſcitantis gratiæ ijs qui longè, & ijs qui propè commanebant, exalabat.* Prioribus illis verbis; *Splendor indeficiens in circuitu eius*, alludit ad præſentem Ezechielis locum: ijs autem: *Et ignis exardeſcens à facie eius*

Pſal. 17. 9. ad illud Pſalm. 17. 9. *Aſcendit fumus in ira eius, ignis à facie eius exarſit, carbones ſuccenſi ſunt ab eo.* Demum verbis ſequentibus: *Fluvius igneus rapiduſque egrediebatur ab ea*, attendit ad eum lo-

Daniel. 7. 10. cum Daniel. 7. 10. *Thronus eius ſicut flamma ignis: rotæ eius ignis accenſus. Fluvius igneus rapiduſque egrediebatur à facie eius.* Quibus locis divini iudicij editur vaticinium, undè quaſi iudiciariæ poteſtati & auctoritati Mariam Sanctiſſimam Filius præfert, iudicis habitum ſtudet ut induat, inſigniq́ue iudicij præfulgeat, & vel ſolo aſpectu amicos recreet, & veluti gloria afficiat, hoſtes verò, & impios voracibus flammis ſuccendendos & perdendos tradat. Iudiciaria autem hæc poteſtas validum & inviolabile teſtimonium originali Mariæ inſtitiæ & puritati comparat. Quocircà Tertullianus lib. de Trinitat. cap. 4. ex iudiciaria Dei auctoritate eius originariam claritatem immunitatemq́ue ab omni pec-

Tertullianus. cato egregiè evincit: *Nec enim poteſt fieri, ut ſit Deus aut initiator, aut artifex ullius mali operis, qui nomen ſibi perfecti vindicat & parentis & iudicis, maximè cùm omnis mali operis vindex ſit & iudex.* Vrbanus verò Pontifex explicans Pſalm. 50. expendit ter Pſaltem divinum nominaſſe Spiritum, ſed ſub diverſis cog-

Pſal. 50. 12. 13. & 14. nominibus. Primum cùm ait: *Spiritum rectum innova in viſceribus meis*, num. 12. Secundò: *Et Spiritum ſanctum tuum ne auferas à me*, num. 13. & tandem tertiò: *Et Spiritu principali confirma me*, num. 14. & contendens Vatem per ea curaſſe tres Divinas perſonas in ſuam opem inclinare, inquit: *O Deus, te primò ſuperius invocavi Spiritum rectum. Secundò Spiritum ſanctum, & tertiò Spiritum*

Vrbanus. *principalem, intendens totam quæ in te eſt Trinitatem, in meum auxilium invocare, ad hoc ut quod in me operatus es, confirmetur. Nam Filium Spiritum rectum dico, quia rectus Dominus Deus noſter, & non eſt iniquitas in eo. Spiritum ſanctum tuum nomine ſuo intelligo, & te Pater hìc accipio per Spiritum principalem, quia tibi eſt poteſtas principaliter attributa.* Sed cur, quæſo, Filium ſigillatim appellatione recti deſignat, additq́ue tanquam quid ſpeciale, quod ab omni ſit iniquitate purus, & de eo ſingulariter dictum intelligit: *Quia rectus Dominus Deus noſter, & non eſt iniquitas in eo?* Profectò puritatem, rectitudinem, immunitatemq́ue ab omni peccato non abs re putat Vrbanus ſingulare inſigne, propriamq́ue notam illius eſſe cui omne iudicium datum eſt: *Pater omne* Ioan. 5. 22. *iudicium dedit Filio*, Ioan. 5. 22. Et quia Filio cenſoriam poteſtatem addictam agnovit, rectitudinem & omnimodam à peccato puritatem, tâquam neceſſarium illius ornamentum enuntiat, ſingulariter iudicio oppignoratum: ſanè iudiciaria poteſtas adeò ſtrictè exigit intemeratam originem, ingenuamq́ue nobilitatem, tanquam ſingulariſsimum ſuum ſignum & decus, ut ſi aliquando vel tenui umbrâ peccati inficiatur, apparētiq́ue ſceleris maculâ inuratur, ſummam ſibi parturiri ignominiam putet vehementiq́ue confuſione ſuffundatur, ſi iudiciarios actus exerat. Ex his lucem accipiet difficilis locus Paul. ad Hebr. 12. 2. *Aſpi-* Ad Hebr. 12. 2. *cientes in auctorem fidei & conſummatorē Ieſum, qui propoſito ſibi gaudio ſuſtinuit crucem confuſione cōtempta, atque in dextera Dei ſedet.* Si verò inquiras, quæ confuſio fuerit, quam contempſerit Chriſtus, crucem præeligendo quàm gaudio, quod illi poſthabuit; eam fuiſſe exiſtimo, quam ſibi ex forma peccatoris cruci affixo ſuboriri attendebat, cùm enim in ea adeò lautā ſcelerati larvam induerit, ut aſſerat Apoſtolus ipſum propter nos peccatum effectum; ea peccatorum noſtrorum forma oblinitus quaſi confundebatur poteſtatis iudiciariæ, ſibi concreditæ munia obire. Quocircà immortalitate, ſibi ab æterno Parente oblata, maluit mortalis fieri, & in crucem agi, ibiq́ue peccatoris notam ſubire & perſonam, & eâ cōfuſione ſpretâ iudex ſedet ad dexteram Patris, quā tenens humanū genus iudicaturus adveniet. *Filius enim hominis ve-* Matth. 16. 27. *turus eſt in gloria Patris ſui, cum Angelis ſuis, & tunc reddet unicuique ſecundùm opera eius*, Matth. 16. 27. gloriam autem Patris ipſamet divina Sapientia dexterā Patris interpretatur. Quocircà Mat- Matth. 27. th. 27. 64. ait: *Verumtamē dico vobis, amo-* 64.

do

do videbitis filiũ hominis ſedentẽ à dextris virtutis Dei, & venientem in nubibus Solis. Perpende quantum iudicis auctoritatem peccati macula deijciat, ut ex ſola umbra & ſpecie commenta peccati, quaſi confuſus fuerit Filius Dei, ruboremque paſſus cernens ſe divini iudicij tribunali præfici. Qua quidem detracta confuſione, quippè quæ ex apparenti & mentita cauſa proveniebat, dexteræ Dei Patris aſsidens poteſtatẽ ſuam dedicat, inde enim veniet humanam cauſam diſcuſſurus. Noviter ſic locum præſentem enucleavit Dionyſius Alexandrinus in reſponſo ad quæſt. 9. *Quid eſt, quod ait: Suſtinuit crucem confuſione contẽpta? Cùm Iudas adulteravit, nurum ſuam neſciens, ſtatim quòd patefactus eſt, quòd prægnans eſſet Thamar, ſuſpicatus Iudas ex fornicatione concepiſſe, condemnavit eam, inſitque ut interficeretur. Cùm autem duceretur ad ſupplicium Thamar; Cognoſce, inquit, hæc, virgam & armillam. Ex eo enim cuius hæc ſunt, concepi. Tunc Iudas confuſione contempta confeſſus eſt, quòd iuſtior eſſet Thamar; atque ita liberata eſt à morte. Niſi enim Iudas confuſionem contempſiſſet, interempta eſſet acerbè Thamar.* Confuſione ſe perculſum ſpectavit Iudas, ex eo quòd ſententiam inſtar iudicis dicens ſceleris fuerit convictus, ſed confuſione contemptâ iudex perſtitit, ut damnatam nurum abſolveret; ſi enim confuſione victus iudiciũ deponeret, miſerè Thamar iuxta iam latam ſententiam perijſſet; & ex hac Iudæ confuſione locum Pauli, & qualis ſit confuſio, quam Chriſtus ſpreverit, Dionyſius interpretatur. Hæc in gratiam & munimentum intemeratæ generationis Marianæ diximus, ut intelligas nullâ illam primi peccati ſorde fuiſſe reſperſam, cum qua Chriſtus iudiciariam poteſtatẽ fuerit partitus, & quam præviderat ſecum in iudicij ſui ſolium eſſe evehendam, in terraque iudiciariæ poteſtatis inſignibus ornandam.

Dionyſius Alexand.

18 Cenſet Hieronymus de Prado hanc eandem Ezechielis viſionem multis poſt ſæculis Apoſtolo Ioanni fuiſſe oſtenſam ab ipſoque deſcriptam Apocal. 4. 1. *Poſt hæc vidi: & oſtium apertum eſt in cœlo, & vox prima quam audivi, tanquam tubæ loquentis mecum dicens: Aſcende huc, & oſtendam tibi, quæ oportet fieri poſt hæc. Et ſtatim fui in ſpiritu: & ecce ſedes poſita erat in cœlo, & ſupra ſedem ſedens. Et qui ſedebat ſimilis erat aſpectui lapidis iaſpidis, & ſardinis, & iris erat in circuitu ſedis, ſimilis viſioni ſmaragdinæ, &c. Et in conſpectu ſedis tanquam mare vitreum ſimile cryſtallo, &c.* Inquit ergo Prado: *Vir ſedens ſimilis erat aſpectui lapidis iaſpidis & ſardinis, quorum iaſpis ſubviridis eſt & varius. Sardius verò rubeus, quem ſcilicèt nos Hiſpani Rubi appellamus, reſpondetque iaſpidi electo mixti coloris auri cum argento, Sardius verò igni circumambienti; Mare vitreum quaſi cryſtallus ſcabellum ſolij Dei refert, quod vidit Ezechiel cryſtallo ſimile in claritate ſcilicet & tranſfuſione lucis. Ergo utrũque quia ſplendidum erat & diaphanum, vitro & cryſtallo ritè comparatur.* Placuit divinæ Sapientiæ quæ Mariæ, gloriam honoremque proprium reputat, ut non ſolùm veteribus Patribus fieret notus, ſed & novi teſtamenti principibus, ſicque non ſolùm vetuſtatis, ſed & novitatis temporum ſigillo parentis decor maneret ſignatus. Vt ergo attendas quàm parili ſimilitudine mutua que utraque ſibi viſio cohæreat, operæpretium erit advertere affectuum novitatem, mutationem, quibus uterque Vates æqualiter fuit accinctus, ut ad tantam viſionem ſpectandam & ſpeculandam elevari promereretur. Ezechiel de ſe fatetur. *Hæc viſio ſimilitudinis gloriæ Domini; & vidi, & cecidi in faciem meam, & audivi vocem loquentis; & dixit ad me: Fili hominis, ſta ſupra pedes tuos, & loquar tecum. Et ingreſſus eſt in me Spiritus, poſtquam locutus eſt mihi, & ſtatuit me ſupra pedes meos,* capit. 2. 1. Viſio quæ Mariæ originalem ſplendorem manifeſtat, virtutumque & gratiarum cumulum, quæ illam quadam divinitatis ſpecie illinunt, meritò viſio gloriæ Domini appellatur. Quid enim tam glorioſum dignumque divino Filio, quàm matrem tot excellentiarum prærogativis adornare & præparare, ut ſicut nullus cum Filio nobilitatis & ſanctitatis granditate poſsit æquari, ita nullus cum Parente in gratiarum, & privilegiorum magnitudine audeat conferri, quippè quæ maternitatis iure ea Filij ſimilitudine fuerit decorata, quâ maior, & expreſsior nequeat excogitari? Huius viſionis ſtatim ac ſcintillatione perculſus fuit Propheta, in faciem cecidit, quod quidem iuſtorum eſt, teſte Hieronymo. *Aliud eſt cadere in faciem, aliud retro. Abraham audit à nativitate Iſaac, cecidit in faciem, & riſit; Eli retro; & in Evangelio, qui ad Ieſum comprehendendum venerant, ceciderunt retrorſum in terram.* Iuſtorum, inquam eſt, quia cùm divinæ puritatis ſplẽdor

Hieronym. Prado.

Ezech. 2. 1.

Hieronym.

Apoc. 4. 1. uſque ad 6.

iuſtorum mentem irradiat, peccatorum ſuorum memoriam ſubeunt, quorum ſtatim pœnitudine pulſantur, & præ nimia animi confuſione, & erubeſcentia ſubſiſtere corã Deo nequeunt, & faciem poſtrati in terram abſcondunt. Sic Gregor. *Cũ aliquid de Deo conſpicimus, in facie cadimus, quia ex malis erubeſcimus; quæ nos egiſſe memoramus, ibi enim cadit homo, ubi confunditur.* Quid niſi in terram tueret Propheta Mariam ſpectans totius peccati immunem, & tunc omnigenâ gratiâ præditam, cùm reliqui iræ filij concipiuntur, & miſeræ filiorum Adæ ſortis recordatus, (è quorum numero ille) ob quam in tot ſcelera ſe impegiſſe conſpiciebat, veluti animo defecit. Pœnitentia enim purgabatur & defœcabatur Vates ad Marianum myſterium inſpiciendum. Neque id ſolùm. Nam intimatum eſt illi: *Fili hominis, ſta ſupra pedes tuos. Et ingreſſus eſt in me Spiritus poſtquam locutus eſt mihi, & ſtatuit me ſupra pedes meos.* Stare perfectorum eſt: ideò ingreſſus eſt Spiritus ſanctus in Prophetam ut ſtaret, & myſterij maieſtatem acciperet. Quàm perbellè Gregorius hom. 9. Nota ordinem locutionis & operis: *Prius ſimilitudo gloriæ videtur, ut deijciat, poſt alloquitur, ut elevet. Deinde abundantis gratiæ ſpiritum mittit, & levat, & ſupra pedes ſtatuit.* Non aliter videtur Deus diſpoſuiſſe Vatem ad Marianæ nobilitatis myſterium mente perſcrutandum, quàm iubentur præparari fideles ad puriſsimum Euchariſtiæ myſterium ſuſcipiendum: puritas enim originis Mariæ mentis puritatem exigit totius maculæ ſordem averſantem in animo cui communicanda eſt: cerne quàm procul Mariæ ſanctitas fuerit ab omni peccati cõtagio, cùm Deus velit animum velut ſacrarium gratiæ, ut in illud Mariæ cognitio immittatur. Verè non abſimili præparationis apparatu ornavit Deus Apoſtolos, cùm divinorum myſteriorum evulgatio illis credita fuit, ut exiſtimes illibatæ Mariæ conceptionem veluti unum ex illis fuiſſe, ad quam prædicandam Deus egit, ut eodem ornatu Propheta fulgeret. Quamobrem Rupertus lib. 1. in Ezech. cap. 27. ait: *Apoſtolis utique quodammodo dictum eſt: State ſupra pedes veſtros; & re vera ingreſſus eſt in eos Spiritus, & ſtatuit eos ſupra pedes ſuos, quando qui prius fuerant timidi & infirmi, induti ſunt virtute ex alto, confirmati Spiritu ſancto.* Nunc ex hac viſione mentem conijce ad viſionem Ioanni oſtenſam, quæ ut Prado teſtatur, idem ſacramentum quod Ezechielis viſio continet. Ait ergo Ioannes: *Et ſtatim fui in ſpiritu.* Sed ad quid factus fuit in ſpiritu Ioannes? Verè ut Mariæ myſterium intueretur, menteque conciperet. Auſculta Richardum de Sanct. Laurent. lib. 10. de laudibus B. Mar. *Secundùm Iſidorum ſedes ſingulari numero, propriè vel regis, vel regni eſt, qui Græcè dicitur thronus: Maria verò ſedes eſt regis magni; ideò de ipſa dicitur in Pſalm. 102. Dominus in cœlo, id eſt in Beata Virgine, paravit miniſterio Spiritus ſancti ſedem ſuam, quia in ea quaſi humiliatus reſedit tempore incarnationis. Vndè dicit Patri Pſal. 138. Tu cognoviſti, id eſt, approbaſti, ſeſsionem meam. Vndè prædixerat Ezechiel. 44. Princeps ipſe ſedebit in ea. In ipſa etiam quievit, ſicut homo quieſcit ſedendo. Vndè & dicit: Qui creavit me, requievit, Eccli. 24. Ideò ipſe de Matre, Iſai. 66. & Actor. 7. Cœlum ſedes mea. Item in Pſalm. 44. Sedes tua Deus in ſæculum ſæculi. De hac ſede poteſt exponi illud, quod dicit Ioan. Apocal. 4. Et fui in ſpiritu, & ecce ſedes poſita erat in cœlo, & ſupra ſedem ſedens, &c.* Sed rurſum ſciſcitaberis; quid eſt factum fuiſſe in ſpiritu Ioannem? Sanè ſeipſum exceſsiſſe, & quaſi è corporis vinculis fuerit expeditus, totum in ſpiritualem demigraſſe, ac quaſi denuò Spiritus ſancti gratiâ fuiſſe repertum. Quò ſic innoteſceret adeò eſſe puriſsimam conceptionem Mariæ, ut mentem prævie puram & ornatam requirat, in qua tantum myſterium concipiatur. Et obſervatu dignum eſt, dixiſſe per vis Ioan. cap. 1. 10. *Et fui in ſpiritu in Dominica die*: qui ſolemnis reſurrectionis, & ſpiritualis regenerationis eſt ſacer. Quaſi qui Marianæ conceptionis ſacramentum mente eſt concepturus, oporteat, ut ab omni ſorde fiat immunis, illamque regenerationem æmuletur, in qua quis ab omnigena labe prorſus exſors reſurgit, in quam Adami contagium non influit: deinde verò ſecundò addidiſſe: *Et fui in ſpiritu*, quaſi novos gratiæ progreſſus fecerit, quibus ad ſplendidam Mariæ conceptionem ſpeculandã dignè præparetur. Satis piè & acutè hanc interpretandi normam excogitavit Richardus de S. Laurent. ubi ſuprà: *Et benè dicit: Fui in ſpiritu, id eſt, in mentis exceſſu, quia qui videre vult, hoc eſt, intelligere magnalia Mariæ, de carnali neceſsitate habet priùs fieri ſpiritualis; ideò præmittit: Fui in ſpiritu, & hoc in Dominica die, quando fit memoria de Dominica reſurrectione, per quam verè ſperamus nos poſſe reſurgere, ut reſurgat priùs à culpa, qui vult inſtrui de dignitate Mariæ.*

Gregor. — Richar. de S. Laurent. — Gregor. — Rupertus. — Apoc. 1. 10. — Richar. de S. Laurent.

Et

Et notà, quòd prius dixerit: Fui in ſpiritu; & hic dicit: Fui in ſpiritu, plus ſcilicèt quã antè: Et in hoc notatur utilitas viſionis, quia ſtudendo & vacando cognitioni Virginis gratia augmentatur.

19 Vt autem perdiſcas, quàm apprimè ſcopum collimaverit Hieronymus Prado aſſerendo, eandem viſionem, quæ Ezechieli oſtẽſa fuit, Ioanni eſſe repræſentatam: myſterium quod ijs Vatis verbis ſublatet: *Et vidi quaſi ſpeciem electri, velut aſpectũ ignis intrinſecus eius per circuitum, &c.* de-
Apoc. 4. 2. & 3. liter quoque in verbis Ioannis: *Ecce ſedes poſita erat in cœlo, & ſupra ſedem ſedens: & qui ſedebat, ſimilis erat aſpectui lapidis iaſpidis & ſardinis: & iris erat in circuitu ſedis, ſimilis viſioni ſmaragdinæ*, Apoc. 4. 2. 3. Imò alteram viſionem, alteri perfecta ſimilitudine, pariqúe myſteriorum conceptu ſibi viciſsim reſpondere, contendit Richardus de S. Laurent. Nam utrobique per ſedem deſignatur Maria, per ſedentem Chriſtus: qui apud Ezechielem ſpeciem gerebat electri, apud Ioannem aſpectum lapidis iaſpidis & ſardinis propter incarnationis myſterium, & unitam humanitati noſtræ divinitatem. Aſpectum ignis præſeferebat ſedens apud Ezechielem: item & apud Evangeliſtam, etenim ſardius ignis ſpeciem emittit. Apud illum ſplendor iris viſus eſt circumire ſedem: *Velut aſpectum*
Ezech. 1. 28. *arcus cùm fuerit in nube in die pluviæ: hic erat aſpectus ſplendoris per gyrum*, Ezechiel. 1. 28. & ut ſuprà adnotavimus, iudiciariam poteſtatem diſtringebat in Maria à filio in eam derivatam, & in Ioanne iris circumdabat ſedem propter eiuſdem iudicij ſacramentum. Accipe nunc Richar-
Richar. de S. Laurent. dum: *Sedes ergo Maria, ſedens Dei Filius ex ea carnem aſſumens, eius enim ſeſsio eſt incarnatio. Vndè & dicit Patri, Pſal. 136. Tu cognoviſti, id eſt, approbaſti ſeſsionẽ meã, id eſt incarnationem meam in Virgine; ubi autem eſſet hæc ſedes poſita dicitur Ezech. 1. Vidi, & ecce ſuper firmamentum quod erat imminens capiti animalium quaſi ſimilitudo throni, id eſt, Beata Virgo, quæ eſt thronus, id eſt ſedes regia. Sequitur, & ſupra ſedem ſedens, Chriſtus ſcilicèt ſua virtute eam continens. Sequitur: & qui ſedebat: Ecce deſcriptio ſedentis: ſimilis erat aſpectui lapidis iaſpidis & ſardinis. Et nota, quòd non cuicunque lapidi comparatur Chriſtus, ſed ſpecialiter iaſpidi & ſardino; maximè propter duos colores eorum. Iaſpis enim viret, in quo ſignatur immarceſcibilitas æternæ beatitudinis, quam promittit iuſtis. Sardinus rubet, in quo ſignatur ignis & ardor æternæ damnationis, quã comminatur impijs. Vel iaſpis pertinet ad ſpeciem divinitatis, quia nullius coloris aſpectus ſic confortat intellectum, ut divinitas: ſardinus verò propter ruborem pertinet ad paſſam filij humanitatem.* Ecce intemperamento iaſpidis & ſardinis ſacramentum diſpenſationis adumbratum, quod prælineatum præceſſerat in mixtura argenti & auri, ex quibus conflatur electrum apud Ezechiel, & ſimiliter auctoritas iudiciaria, quæ iuſtos præmio afficit, improbos ſupplicio, per virorem iaſpidis expreſſa portendentem beatitudinem, & ſardij ruborem thartari flammas prædicentem. Vlteriùs progreditur Richardus:
Sequitur, & iris erat in circuitu ſedis eius: Richard. *Hìc notatur retributio tã bonorum, quàm malorum; ideò dicitur in circuitu ſedis, quia ex omni parte mundi apparebunt coram eo homines iudicandi. Similis viſioni ſmaragdinæ. Smaragdus rubet: ecce ignis damnationis malorum, & viret: ecce vita delectabilis bonorum, in paſcuis virentibus, Ezechiel. 34. Vbi paſcentur, & accubabunt. Hi ſunt colores qui apparent in arcu nubium, qui fit ex repercuſsione Solis in aquoſa nube, ſcilicèt ex comparatione converſationis Chriſti & Sanctorum, quæ eſt Sol illuminans, ad vitam malorum, quæ eſt nubes aquoſa, tenebroſa ſcilicèt & fluida, ex qua damnabuntur fortius & iuſtius mali, Sapient. 5. Ibunt directè emiſsiones fulgurum, & tanquam à benè curvato arcu nubium exterminabuntur.* Poſtquàm verò poteſtate Chriſti iudiciaria Mariam circumſectam, & undique coronatam depinxerit, nulla verborum intercapedine interiecta, ſtatim convertit ſe ad puritatem Mariæ originalem ſtatuendam deductam ex ratione ſedis regię & throni, quam Maria nanciſcitur: *Vndè de hac ſede dicitur Chriſto Pſalm. 93. Parata ſedes tua ex tunc, id eſt, ab æterno per prædeſtinationem; vel ex tunc, id eſt, ex quo ſanctificata eſt in utero Matris: vel ex tunc, id eſt, ab initio temporis gratiæ; parata, inquam, opere Spiritus ſancti, vel ſapientia Filij. Vndè Pſalm. 102. Dominus in cœlo, id eſt, in B. Virgine, paravit ſedem ſuam, & ei inſedit tempore incarnationis.* Cæterùm ut mentem Richardi percalleas, noveriſque per verba illa: *Ex quo ſanctificata eſt in utero Matris*, non excluſiſſe puriſsimam Mariæ conceptionem, quæ quidem in Matris utero perfecta fuit; ſed ſecutum morem loquendi communem, qui in Eccleſia tunc invalebat, eò quòd ab eà tunc in favorem huius myſterij nihil fuerat ſtabilitum, ſtatim quid ipſe ſenſerit in animo, aperit: id enim ſæpe ſæpiùs aſſueſ-

cit agere. Quocircà immediatè ſubiungit. Hæc eſt ſedes, de qua Pater promittit Filio per Prophetam Pſalm. 88. ædificabo in generatione præſenti per gratiam, & generationem futuram per gloriam ſedem tuam, ò Chriſte, id eſt beatam Virginem. Adhuc enim non ceſſat hæc ſedes quodammodo ædificari, quia ad honorem eius, & ad oſtendendam ipſius gloriam à modernis de ea ſacræ ſcripturæ multipliciter exponuntur, & ideò dicit ipſa Eccli. 24. Qui elucidant me, vitam æternam habebunt. Quid eſt Patrem æternum pollicitum fuiſſe Filio ſedem ſe Mariæ in præſenti generatione ædificaturum eſſe per gratiam? Etenim qui auctorem ſe ædificij nominat, primum operis initium ſibi aſciſcit: quamobrem quia Deus mulierem
Gen. 2. 22. ædificaſſe dicitur Geneſ. 2. 22. opificem quoque ſe illius formationis teſtatur, quæ exculta gratiæ muneribus prodijt. Ac proinde ædificaſſe Deum Mariam in generatione præſenti per gratiam, nihil aliud eſt, quàm Deum eius conceptionem ſuſcepiſſe gratiarum prærogativis ditandam; ſicut ædificaſſe illam in futura generatione per gloriam, nil eſt aliud quàm ſe aſſerere opificem ipſiuſmet exordij Marianæ gloriæ. Igitur ut eiuſmodi interpretationi ſententiæque ſubſidietur Richardus, ſubdit, quotidie hanc ſedem regiam in Eccleſia ædificari, quia quotidie moderni Doctores ſacræ Scripturæ puteos altius fodiunt & rimantur, ad Mariæ honorem gloriamque oſtentandam; hauriunt enim ex eis novas prærogativas, novaſque gratiæ excellentias, quas Eccleſię tanquam laborum ſuorum fructum præſentant, ut eas approbando mutuò ſe quoque Eccleſia ædificet. Quod conſultò ſigillatimque ſcribit Richardus propter excellentiam originariæ Mariæ nobilitatis, quæ ſuo tempore cœpit erumpere eamque plerique moderni ex ſacræ Scripturæ fonte deducebant, ſtudebantque cunctorum fidelium animis inſerere: in quam paſsim ipſe devenit. Quamobrem lib. 10. illum exenterans locum Ezechiel. 44. 2. *Porta hæc clauſa*
Ezech. 44. 2. *erit, & non aperietur, & vir non tranſibit per eam. Quoniam Dominus Deus Iſrael ingreſſus eſt per eã, eritq; clauſa principi. Princeps ipſe ſedebit in ea, &c. inquit, in eo quòd dicitur vir non tranſibit per eã, perfecta commẽdatur carnis eius integritas, quã non attigit vir eius Ioſeph. In hoc quod ſequitur: eritque clauſa principi, oſtenditur quòd mens eius nulli patuit tentationi diaboli, qui dicitur Princeps mundi, Ioan. 14. ſicut caro eius virilem neſcivit attactum.* Confert integritatem Marianæ mentis cum integritate corporis, aitque Mariæ animũ nunquam diaboli coniunctionem, ſeu attactum ſenſiſſe, ſicut eius caro virilem neſcivit attactum & congreſſum. Si autem Maria fuiſſet in peccato concepta, nequiret affirmari de eius animo, quòd nunquam dæmoni adhæſerit, aut ab eo nunquam fuerit corruptus: ſubiungitque: *In hoc ergo quòd* Richardus. *dicitur: vir non tranſibit per eã, carnis integritas: in hoc quod ſequitur: Erit clauſa principi, perfecta mentis munditia commẽdatur; à qua duplici integritate propriè & ſingulariter dicitur illibata.* Quod ſplendidius uberiusvè deſiderabis pro Richardi mente circa pium Marianæ conceptionis myſterium indaganda.

2o Quia verò ſuperiùs Richardus requiei quã in Mariæ ſede, & throno (ſub cuius forma Ezechieli & Ioanni illa apparuit) Dei Filius invenit, meminit, oblectationiſque qua ex ea relaxatus eſt; operæpretium erit ex eiuſmodi requie & oblectatione, qua in Mariæ ſede recreatus eſt Chriſtus, nobiliſsimã illius originẽ inveſtigare. Verè Maria Dei requies dicitur & voluptas, in qua nihil unquam amaritudinis, nihil moleſtiæ ſenſit, aut præſenſit, nullum odorem percepit peccati, nullus primævæ illius pravitatis ſuffitus eſt. Etenim ſi Maria in ſua conceptione filiorum Adæ tramitem fuiſſet ingreſſa, eiuſque contagio polluta, Deus deſcendens in Mariam, & ſi ægritudine non afficeretur ex aliqua, vel levi actuali eius macula, quã prorſus ſemper caruit, tamen originali in primo vitæ inſtanti illam extitiſſe contaminatam, non poſſet non percepiſſe. Nec poterat illi gratum eſſe, ſed grave domicilium ut proprium intrare, quod quondam iniquitatis fuerat poſſeſsio. Quomodo enim illum non tæderet tabernaculum primitus tenebrarum principi dedicatum in regiam ſibi adciſcere? Igitur ex eo quòd requiẽ, & voluptatem repererit Chriſtus in Maria, quã perfuſus eius utero contentus tenebatur, non inermi teſtimonio ſtatuemus illius cõceptionis ab omni pravę originis noxa evaſiſſe expertẽ. Quod ut firmius adſtruamus, conferamus, ſi placet, Ioannem Baptiſtam in Eliſabethæ utero verſantem cum Chriſto in Mariæ alvo degente. Ioannes acceleravit ut maternam vulvam deſereret, ocyuſque ex ea ſtuduit effundi, Chriſtus autẽ tardius curavit à parentis utero progredi, diutiuſque in illo immoratus eſt, tanquã à loco maieſtatis & deliciarũ detentus; rem expendit Pet. Damian. lib. 4. epiſt. 16. *Cõſideratione dignũ eſt, quòd ſi utique dierũ numerus, vel quo Dominus in utero virginali, vel quo Beatus Ioannes in alvo mãſit anili diligenter inſpiciatur, duobus diebus excedere Domini numerus invenitur.* Petr. Damianus. *A con-*

cep-

ceptione quippè Domini uſque ad nativitatem eius ducenti ſeptuaginta ſex dies; à conceptu verò Ioannis uſque ad nativitatem eius ducenti ſeptuaginta quatuor dies tantummodò reperiuntur. Nam cùm Dominus octavo Kalendarũ Aprilis conceptus, octavo Kalendarũ Ianuarij natus ſit, Ioannes autẽ octavo Kalendarum Octobris genitus, octavo Kalendarum Iulij de maternis viſceribus ſit egreſſus, duobus tamen diebus excedit numerus Salvatoris (dixiſſet aptius tribus, ut cuilibet numerum menſium & dierum computanti liquebit.) *Numerum Ioannis, & hoc propter Februarium menſem, qui viginti tantummodò & octo dierum ſupputatione contentus eſt, cùm omnes alij menſes vel triginta vel triginta & unũ dies includant. Quia igitur hoc menſe beatus Ioannes in maternis viſceribus latuit, quo videlicet iam emenſo Dominus conceptus, & antequam per annuæ revolutionis orbitam compleretur, eſt editus, duo dies, quibus menſis iſte minuitur, conceptui beati Ioannis deeſſe reperiuntur.* Quã quidem dierum inæqualitatem non fortuitò eveniſſe, ſed divinitus ordinatum fuiſſe propter myſterium cenſet Damianus, inquiens: *Quòd autem inter materna viſcera Dominus diutius manſit, Ioannes celerius prodijt, non caſus eſt accidentium, ſed diſpenſatio perſonarum.* Myſterium autẽ deſumit à perſonarum diſparitate; etenim Ioannes præcurſor erat, cui viam ſternendi & ornandi ſolicitudo incumbit, & hoſpitij præparandi & comparandi cauſa præmittitur, & iuxta muneris præſcriptum oportebat illum ut omni mora abrupta quã citiſsimè progrederetur, & quiete neglecta intempeſtivè & præpropere vigilaret. At verò Chriſto regio throno vecto delicijſque affluenti in utero matris, ipſa throni maieſtas, quies & recreatio ſuadebant, ne curſum dierum & numerum compendiaret, ſed potius differret & proveheret: *Ille nimirum* (ait Damianus) *tanquam metator hoſpitij domo maturius exijt, ut ſubſequenti mox Imperatori viam ſterneret adventum eius Regnis & Provincijs, & urbibus nũtiaret, confluentium populorum agmina tantæ maieſtati obviatura dirigeret, eiuſque receptui quæque neceſſaria quantocyùs præpararet. Imperator autem noſter in virginali thalamo reſidens aliquantulum ſubſiſtit, & qui metatorem œconomumque præmiſerat, procedere moroſius iudicavit.* Verumenimverò ſi myſterij ratio inveſtiganda eſt in præcoci celeritate, quâ Ioannes à materno utero ſe expedijt, & tardo, lentoque gradu, quo ſuum à parentis alvo egreſſum Chriſtus adornavit, forſan magis apta nataque necnon & grata, quæ mihi obrepſit in animum alicui videbitur. Commorabatur Ioannes in utero Matris primævæ pravitatis onere oppreſſus, cùm Maria in domũ Eliſabet, ut eã inviſeret, adventavit: verba autem ſalutationis Marianæ, ſalvationis verba puero extiterunt, cui protinus ſalutarem attulerunt libertatem, quam infans ſaltibus, tripudijs & gaudijs adhuc alvo parentis conſtrictus cœpit celebrare, ut ipſamet Eliſabeth atteſtata eſt: *Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus ventris tui, & unde hoc mihi, ut veniat Mater Domini mei ad me? Ecce enim ut facta eſt vox ſalutationis tuæ in auribus meis, exultavit infans in gaudio in utero meo,* Luc. 1. 42. Etenim vox Mariæ veluti ſacramentalis fuit, quæ per Eliſabeth aures ingreſſum ad infantem aperiens, illum à reatus primi parentis laqueis abſolvit, iam enim Deus Mariam in hanc primam labem abolendam armaverat, Mariamque velut ſacramentum quoddam ad eam abſtergendam maculam in Eccleſia ſua ſtatuerat. Quod ex hocmet loco memini me ſuperius ſtabilijſſe, & nuper inveni Gregor. Thaumat. auctoritatem id ſancientem, ſerm. 2. de Annuntiat. *Vt audivit ſalutationem Mariæ Eliſabeth exultavit infans præ iubilo in utero eius, & repleta eſt Spiritu ſancto Eliſabeth. Vox igitur Mariæ efficax fuit, & replevit Spiritu ſancto Eliſabeth; ac velut ex perenni quodam fonte inſtrumento linguæ flumen chariſmatũ prophetiã cognatæ ſuæ emiſit: & pedibus infantis in utero colligatis ſaltum & exultationem ſuppeditavit, quod quidẽ miraculoſi tripudij ſymbolum ſignũ erat.* Verumenimverò credã duobus affectibus puerum Ioannem inſtinctũ ijſque vel de oppoſitis, in materna alvo, & ſaltaſſe & exultaſſe. Exultavit quidem ut votiva feſta, lætumque plauſum libertati ſuæ inſtitueret, nam maxima gratitudinis pars eſt, hilari facie & placido riſu bèneficium excipere. Sed quòd in utero ſaltaſſet aliundè ortum ducebat. Etenim infans gratiæ ſtolâ iam ornatus, & rationis uſu præditus animadvertebat illam uteri materni officinam in peccatis fuiſſe formatam, ſeque in illa in iniquitate fuiſſe conceptum; infenſum & ingratum puero erat illud naturæ habitaculum, quod ei tantæ ægritudinis damnum peperit; & ægrè moleſtèque ferens peccati imaginem & recordationem, quam ille ſibi locus obijciebat, impatiens puer ab illo ſe abrumpere contendebat, illamque habitationem tanti mali originem averſatus nitebatur relinquere, ſaltibuſque illam tundebat, pedibus proterebat, ut ſi

Luc. 1. 42.

Gregor. Thaumat.

repetitis eam conculcando calcibus valeret infringere. Præclarè id expendit Chryſoſt. hom. 2. in Nativit. Ioan. apud Biblioth. hom.

Chryſoſt. *Saliebat, ægrè ferens quòd teneretur in utero, exclamabat adverſus mentium converſionem, tanquam iniuſtam cuſtodiam quatiebat matricem, in clauſtra naturæ inſultabat calcibus, modum naſcendi accuſabat, & clauſis labris vociferabatur figuris, talia propèmodum motu dicens Eliſabethæ: Iniquè facis, ò Mater, quæ tardas.* Itaque nihil tam exoſum puero videbatur, quàm protractæ illæ moræ menſiumque ſpacioſus fluxus, quibus in utero detinetur infans, & quaſi impatibilem dolorem ducens, qui ex illa ſibi cunctatione proveniebat, quæ cùm ſub illo peccati loco conſtrictum arctabat; querulus nunc infans ad iniuſtam cuſtodiã, nunc ad tardam pigramque temporis revolutionem, nunc ad infauſtum naſcẽdi modum, nunc ad parentem ipſam, quaſi ab ipſa detineretur, convertebatur. Et quaſi puſionis queſtibus miſerens Deus menſium curſum compendiavit brevioremque illi ab utero exitum conceſsit, tribus diebus à naturali numero demptis. Chriſtus verò Dominus, ut oſtenderet quantum diſcrimẽ inter parentis ſuæ, & Eliſabethæ alvum eſſet diffuſus, in quo nullus muſitaret peccati antiqui, vel levis rumor, nullus primi ſceleris odor ſpiraret, nullus fumiculus incendij priſtini aſcenderet, qui veſtigium poſſet præferre illius damni, memoriamque illius fugere, aut oſtendere uterum illum aliquando maculâ ullâ fuiſſe infectum; verè non innuit aliqua in illo moleſtia ſe fuiſſe tactũ; imò quaſi ſtudens ut omnibus innoteſceret, ſumma ſe in eo voluptate fuiſſe delibutum, utpote quem deliciarum ſibi locum præadornaverat, in eoque nil humile, & abiectũ ſenſiſſe, ſed ſublime, auguſtum, & ſuperbũ, quippè quem in ſedem regiam maieſtatis, mutumque imperij thronum prælegerat, non ſolùm habitationis ſuæ, & hoſpitij breviavit dies, ſed provexit, quaſi dolens properare diem, in quo ab eo ſibi paradiſo diſcedendum eſſet, & in mundi huius exilium ingrediendum. Suadear profectò in hanc

Richar. de S. Laurent. mentem deveniſſe Richard. de S. Laurent. lib. 10. vbi ſic ſcribit: *Maria dicitur requies. Vndè Iſai. 11. ubi nos habemus: erit ſepulchrum eius glorioſum, dicit alia littera, erit requies eius glorioſa, id eſt, glorioſa Domina erit requies eius. Vndè ipſemet dicit, Pſalm. 131. Hæc requies mea in ſæculũ ſæculi, &c. Ipſa etiam requies quam in omnibus quærebat Filius Dei, qui eſt ſapiẽtia, Eccli. 24. quam invenit in ea, ſicut ipſa dicit ibidẽ. Qui creavit me ſcilicèt Deus Filius meus, ſcilicèt per quem omnia facta ſunt, requievit ſecundum quod homo in tabernaculo meo, id eſt in corpore novem menſibus & ſex diebus. Et benè dicit requievit, quia ibi nihil invenit, quod eum moleſtaret. Non enim ibi vagiebant parvuli Babylonis, id eſt. pravi motus; non erant ibi fumus, aut ſtillicidium, aut mala uxor, quæ tria expellunt hominem à domo ſua. Fumus eſt ſuperbiæ vanitas, ſtillicidium aſſidua diabolicarum tentationum importunitas; mala uxor conſcientiæ aculeus. Requievit, quia non invenit carnem meam concupiſcentem adverſus ſpiritum, vel è converſo, eò quòd ingrediens dixit: Pax huic domui. In tabernaculo meo tam carnis meæ, quàm ſpiritus mei, &c. Et ingreſſus requievit in tabernaculo meo, ubi in pace factus eſt locus eius, Pſalm. 75. Chriſtus enim aggreſſurus pugnã contra mundum & diabolum in utero Virginis armavit ſe paupertate contra divitias, humilitate contra ſuperbiam, carnem virgineam induens contra luxuriam pro lorica. Item Maria eſt illa requies opulenta, quæ promittitur populo fidei; Iſai. 32. ſedebit populus meus in pulchritudine pacis, & in tabernaculis fiduciæ, & in requie opulenta*, & paulò antè: *Maria habuit ſedile tanquam pulvinar, ideſt, tranquillitatem quietis & ſpiritus, quia caro eius non concupiſcebat adverſus ſpiritum, nec è converſo, & ideò tam in carne, quàm in ſpiritu ipſius pauſavit quiete ſapientia Dei*: Præclarè ſanè in requie glorioſa ſepulchri agnovit Richardus glorioſam requiem, quam Chriſtus in utero Mariæ reperit, ut initium & finis incarnationis ſibi mutuò reſponderent. Requies Dominici ſepulchri glorioſa prædicta fuit à Vate, quia ſepulchrum Chriſti novitatis gloriâ & decore floruit, nõ enim in eo aliquis unquam tumulatus fuerat, non ingreſſa fuerat in illud corruptio, ſed nec corruptionis veſtigium in eo apparuit, non odor mortis, non luis fœtor eum infecerat, nec menti Chriſti obvenire poterat aliquãdo illud tyrannidis mortis poſſeſsionem fuiſſe. En qualis fuerit glorioſa beataque requies, quam uterus Mariæ Dei Filio obtulit: præfulgebat enim novitatis immarceſcibilitate eius alvus inſtar ſepulchri, quia nunquam peccati morte eiusvè tyrannide fuerat præoccupata, non violaverat eam primi ſceleris corruptio, nec ullo illius veſtigio fuit ſignata, nec poterat gloriari ſceleſtus tenebrarum princeps adverſus Chriſtum, quòd venerandum Mariæ domicilium Deo ædificatũ primus ipſe polluerit. Quapropter placuit divino Filio in Mariæ utero tanquam in beatitudinis ſuæ ſede, & maieſtatis throno diutius immorari, nempè per novem menſium, & ſex dierum ſpacium

cùm

cùm enim naturaliter poſſet finito octavo menſe, & nono inchoato, ex utero naſci; tẽpus produxit, quò monſtraret ſe in illo non pati anguſtias, ſed delicijs perfrui, non angi aut fatigari, ſed requieſcere, nempè quia ibi non invenerat quod ei poſſet moleſtiam afferri, nempè quia nullum ſenſit ibi peccati primi veſtigium aut ſignum; pacata erãt enim omnia & tranquilla, ſicut in ſepulchro, unde locum illum Pſalm. 75. 3. *In pace factus eſt locus eius, & habitatio eius in Sion*, quem Eccleſia de Chriſti ſepulchro interpretatur, Richardus de S. Laurent. ubi ſuprà de Maria exponit: *In pace factus eſt locus eius, id eſt, in Maria pacifica, & habitatio eius in Sion, id eſt in ſepulchro gloriæ, ſcilicèt, quod eſt Maria.* Quòd ſi in pace Maria formata eſt, & in quadam ſimilitudine æternæ felicitatis & gloriæ reflexione, quomodo formatio eius glorioſa non evaderet, & ab omni primæ maculæ obſcuritate immunis? Quapropter valdè divinæ Sapientiæ fuit conſentaneum, ut in Mariæ uterum tanquam in armamentarium adverſus diabolum, & originale piaculum inſtructum Deus deſcenderet armandus, quaſi Mariæ uterus arma illi, & iacula ſuppeditaret, quibus hoſtem tam immanem diſijceret, perderetque; etenim vel ſola vox Mariæ ſatis fuit ad originale peccatum de Ioannis animo, quem poſſederat, diſturbandum. Illuſtrant præterea præindicatum argumentum verba eiuſdem Richardi paulò antè ſcripta, quam quæ nuper reſcripſimus: *Benè per ferculum ſignatur uterus virginalis, quia ferculum quandoque dicitur idem quod vehiculum à fero fers, quandoque idem quod cathedra, quandoque idem quod cibus. Dicitur ergo Salomon, qui interpretatur pacificus, ſcilicèt Chriſtus terrena & cœleſtia pacificãs, fecit, id eſt, præparavit ſibi, id eſt, ad honorem, ſuum, ferculum, id eſt, B. Virginis uterum, in quo quieſceret, ut ſponſus in thalamo; ſederet, ut iudex in ſolio; delectaretur, ut comedens in ferculo. Vndè Ezech. 44. Princeps ipſe ſedebit in ea, ut comedat panẽ coram Domino, &c. Et dicitur Maria ferculum, quia quando diligenter ſternitur, leniter in eo pauſatur: Sic in Beata Virgine virtutum ſupellectile diligentiſsimè ornata Filius Dei ſine exturbatione peccati quievit, quia in pace factus eſt locus eius Pſalmus 75.* Perpende quàm concinnè hæc ſuperioribus annectantur eiuſque facem præferant; & ut perpulchro epilogo omnia ſuccingat, ſubiungit: *Ferculum quoque dicitur Maria, quia qui portatur in eo eius elevatione elevatur, depreſsione deprimitur. Sic quidquid laudis, vel blaſphemiæ in Beatam Virginem dicitur; vel agitur, in Salvatorem redundat.* Hæc tibi veritas, precor, fixa ſit ſemper ob oculos, hæc alta mente retenta, hæc penitus animi præcordijs infixa; Mariæ & Chriſti gloriam in unã veluti confundi ſubſtantiam, imò Mariam & Chriſtum in unam veluti coire perſonã, unde quidquid excelſum & glorioſum de Maria conceperis, noveris id te concepiſſe de Chriſto; quidquid verò humile, ignobile, & obſcurum de Maria exiſtimaveris, de Chriſto id te exiſtimaſſe ſuadetor. Vndè cũ Mariæ turpem & infamem originem aſciſcis, credito in Chriſtum eius natum turpitudinem reſilire. Hæc omnia longiori filo novimus deducta ex ſententia Gregorij Thaumaturg. aſſerentis Mariam in Ezechielis curru fuiſſe præfigiatam. Quibus egregij Doctoris ſenſum illuſtrare curavimus.

Pſal. 75. 3

Richar de S. Laurent.

Richar. de S. Laurent.

Gregor. Thaumat.

21 Sed non minus nobis fœcundam lapidicinam, prædivitemve fodinam exfodiẽdam, & excolendam offert, Mariam appellãdo immortalem paradiſum, & fontem, qui ex eo ipſum irrigaturus erũpebat. Sic enim ait ſerm. 2. de Annuntiat. *Maria ſemper vigens immortalitatis paradiſus, in quo lignum vitæ plantatum immortalitatis fructũ ſuppeditat: Hæc fons perennis.* Cæterùm prius Marianam gloriam à fonte illo delibemus, deinde illam in paradiſo inſitã quæremus, ſic textus habet: *Non enim pluerat Dominus ſuper terram, & homo non erat qui operaretur terram, ſed fons aſcendebat de terra, irrigans univerſam ſuperficiẽ terræ*, Geneſ. 2. 5. & 6. ſolum invenio Alcuinũ qui putaret eiuſmodi fontẽ paradiſum duntaxat fluentis ſuis fœcũdaſſe, verùm reliqui Patres cenſent univerſam terrã illius aquis irrigatam; ut autem eius fontis naturam & originem explicent bifariam dividuntur; Quidam aſſerunt prædictum fontem non aliud fuiſſe, quàm vaporẽ ex humectata humo caloris virtute ſubtiliter exhalatum, qui altiora petens inſtar nubis concreſcebat, & ſtatim in rorem diſſolutus terræ reſtituebatur. Sic Theodoretus, & communiter Græci Patres. Cui ſententiæ firmiter Lypomanus adhæret: *Quod nos legimus: ſed fons aſcendebat de terra: Hebraicè habetur: vapor ſive nubes aſcendebat de terra, Chaldaica: Et nubes. Neque enim id, fontem ſignificat. Carpitur autem is locus à Iudæis, quod interpres verterit fontem. Moyſen enim dicunt ſcribere non fontem, ſed nubem è terra elevari ſolitam, qua irrigaretur univerſa terra. Alioqui quomodo cohæret, quod fons aſcenderet de terra, quo univerſa humectaretur? Sed interpres imitatus eſt Septuaginta, qui vaporem hunc, quem Sol ſuo calore efficit, fontem interpretati ſunt, dicentes: Fons autem aſcendebat de*

Gen. 2. 5. & 6.

Alcuinus.

Theodor. Lypoman.

de terra. Terra quoque quaſi hortus nuncupata eſt, quem is fons irrigaret. Alij autem putant fontem in præſenti appellatũ aquarum abyſſum, ſeu ſtagnationem magnitudine amplam in ea parte deliteſcentem, quam reconditis ſinibus terra continet, unde univerſi fontes ſe diverſis tractibus veniſque diſtribuunt, & ſuis quique locis erumpunt. Eam verò fontẽ ab Scriptura nominatam, non fontes propter naturæ unitatem, eamque per innumerabiles vias antrorum, & rimarum aſcendentẽ de terra, & ubique diſperſis quaſi crinibus irrigantem omnem faciem terræ. Sic Rabbanus afferens Auguſtinum, & Hugo de Sanct. Victor. ita ſcribens: *Fons iſte poteſt intelligi abyſſus ſcilicèt matrix omnium aquarum, ex qua omnes fontes aquarum & flumina egrediuntur, vel ſingulare legas pro plurali, ut dicatur fons, id eſt fontes.* Mediusfidiùs in prima ſententia ſatis aptè fontis illius origo puriſsimam Mariæ originem exprimit, quæ tanquam nobilis quidam vapor parentum de terra, aſcendit erecta, nihil terrenum, & craſſum ſecum evehens, nullas ſordes, aut fœces, quibus terra infecta erat, participans, ſed Spiritus ſancti ardore & virtute pura, & defœcata deducta fuit. Quamobrẽ adaptare potes Mariæ generationi verba Lypomani: *Quomodo autem ſine pluviis, & agricultura terra floreret, fructuſque proferret; ſubdit, ſed vapor aſcendebat è terra, id eſt, vapor promanabat virtute naturæ, & Dei paſsim è terra, & reſolutus in fontes, & flumina ſuperficiem terræ adaptantia ad virorem & fructus proferendos, terra ipſa irrigabatur.* Virtute naturæ & Spiritus ſancti coactus fuit Marianæ ſubſtantiæ vapor, mundãte & expiante Spiritu ſancto naturam, ne aliqua eius ſordida, aut peſtilens qualitas Marianæ ſubſtantiæ immiſceretur. Si verò in ſecunda ſententia teneas fontem illum aquarum extitiſſe ſenatum in terræ præcordijs corrivatum, qui per terræ poros aquarum diſpertiebatur fluenta, eaque aſcendebant faciem terræ irrigatura; non inde infirmum tibi exſilit teſtimonium pro puriſsima Mariæ conceptione evincenda, etenim Mariæ ſubſtantiam veluti theſaurum gratiarum cœleſtium in parentum ſuorum corde à Deo depoſitum licet tibi contemplari, & ſicut abyſſus terra contenta, & contecta à terra ſemper diſsidet, nihilque pravum aut infectum ab ea participat, puritatem ſuam illibatam ſervans etiã dum in fontem terram humectatura proſilit; ſic Maria in materna alvo fuit depoſita, tanquam res alterius naturæ, aſſervabatur enim in ea gratiarum theſaurus, ut inde effluens univerſam Eccleſiam gratiarum diviſionibus tanquam varijs fontibus, ſeu fluminibus ditaret. Adeſt tibi Richardus de S. Laurent. argumentum hoc egregiè elucubrans lib. 9. *Fons iſte ſignatus eſt Geneſ. 2. per illum fontem qui aſcendebat de terra irrigans univerſam ſuperficiẽ terræ. Secundùm quoſdam fons iſte intelligitur abyſſus mater omnium aquarum, ex quo omnes fontes & flumina oriuntur, & ab illa ſanctitate, cuius tota plenitudo deſcendit in Mariam, omnes ſanctorum ordines & omnis ſanctificatio procedit. Et benè fons ille qui ſignat Mariam, dicitur de terra aſcendere, quia tota vita Mariæ fuit quidam aſcenſus & quædam quaſi elongatio à terrenis. Congruè etiam dicitur iſte fons irrigare univerſam ſuperficiem terræ. Terra Eccleſia; in ſuperficie terræ apparet pulchritudo terræ, & deſignat hæc pulchritudo viros iuſtos, qui de abundantia Mariæ hauſerunt omnes & hauriunt inceſſanter.* Richar de S. Laurent.

Ecce Maria cum Filio confertur, & uterque abyſsi ſanctitatis & ſanctificationis nomen ſortitur: ut intelligas Mariæ puritatem originalem debitam, quam exigit Chriſtus ex eo quòd origo ſanctitatis ſit. Vndè dicitur aſcendere Maria, quia in Mariæ vita nequit inveniri lapſus, ſed ſemper aſcenſus.

22 Si verò mavis locum præfatũ iuxta plurium Patrum iudicium interpretari, qui in terra floribus cõpta fructibus ornata Mariam intelligunt omnigenâ gratiarũ virtute præditam, varietate diſtinctam, quæ nullo hominis opere fuit attacta, *& homo non erat, qui operaretur terram.* Etenim Maria Virgo & animo & corpore ſemper permanſit, non enim fuit homo, qui illius integritatem læderet. Nec etiam homo exiſtebat præviſus in æterno illo divinorũ decretorum ordine, in quo Mariæ ſubſtantiæ futura ſanciebatur, à cuius opere in Mariæ animũ pravus poſſet influxus derivari. Hæc propoſitio ſupponit diſcuſsionem difficilis quæſtionis de Mariæ præviſione, & electione ante Adæ peccatum, cui ſuperſedeo, eamque ſcholis mitto. Deinde in fonte de terra aſcendenti, ut in terram reflueret, Spiritum ſanctum accipiunt in Mariæ animum illabentem, & eam iugiter ditantem; certè egregium inde argumentum, quo Mariæ animum illabentem propugnes, decerpere valebis. In primis Eucherius & Iſidorus apud Lypoman. Sic inquiunt: *Terra, virgo Mater Domini Maria rectiſsimè accipitur, de qua ſcriptum eſt: Aperiatur terra, & germinet Salvatorem. Quam terram irrigavit Spiritus ſanctus, qui fontis & aquæ nomine in Evangelio ſignificatur. Et homo non erat q operaretur terram, ideò dicit, quia nullus homo operatus eſt in Virgine,* Eucherius. Iſidorus.

unde

Rabbanus. Auguſtin. Hugo de S. Victor.

Lypoman.

unde natus eſt Chriſtus. Ipſe enim eſt lapis de monte ſine manibus abſciſſus, id eſt, abſque coitu & humano ſemine de virginali utero, quaſi de monte humanæ naturæ, & ſubſtantia carnis abſciſſus. Si verò quæras, cur per hanc terram de qua Geneſ. 2. 4. *Iſtæ ſunt generationes cœli & terræ, quando* Geneſ. 2. 4. *creata ſunt, in die quo fecit Dominus cœlũ & terrã.* Maria adũbretur, nõ verò per eã, de qua Gen. 1. 1. *In principio creavit Deus cœlũ & terrã.* Sanè ex his quæ immediatè ſubiungit textus, ratio facilè tibi eluceſcet: Gen. 1. 2. *Terra autẽ erat inanis & vacua*, n. 2. Meherclè non vult Dei ſapientia, ut Mariam in ſua generatione velut inanem, hoc eſt, inornatam, incompoſitam & informem cõcipias. Quapropter ubi terra formatur, & vacua apparet, digna non eſt Mariæ imaginem præferre, quæ nequit ſine gratiæ ornatu exprimi, aut intelligi. Cæterùm poſt terram venuſtatam, floribus & fructibus veſtitam, à quibus pulchritudinem & elegantiã ſuam auſpicatur, cùm Hiſtoricus ſic illam creatam à Deo denuo inducit, tũc ſanè idoneum decenſq; ſuggeſtum illa cenſetur, in quo Mariæ maieſtas & decor expandatur, & in qua tantæ formoſitatis & nobilitatis effigies exaratur. Terra enim, quæ in ſui creatione proponitur, pompam pulchritudinis ſuæ effundens, nobilitatis ſuæ titulis inſignita, congruum profectò Marianæ repræſentationis theatrum promeretur appellari. Duo autem ſunt ſingulariter obſervanda, quæ præſentem locum illuſtrant, & Mariæ dignitatem mirificè commendant, eaq; adnotat Lypomanus. Primum hoc in loco terram cœlo eſſe prælatam, quæ Geneſ. 1. 1. fuerat poſtpoſita. Ibi enim dicitur: Geneſ. 1. 2. *In principio creavit Deus cœlum & terram.* Hîc autem iuxta exemplar Hebræum Geneſ. 2. 4. aſſeritur: *In die quo fecit Dominus terram & cœlum.* Secundò, hìc primum emerſiſſe ineffabile Dei nomen Tetragrãmaton Iehova, quod quidem perfectiſsimam ſubſtantiam, quæ rerum omnium principium eſt, magis apprimè & ſacroſanctè ſignificat. Lypoman. Ait ergo Lypomanus: *In die qua fecit Dominus terram & cœlũ: Sic enim eſt in Hebræo. Hìc primò nomen Dei ſacroſanctum, admirabile, & ineffabile ſcribitur, videlicèt Iehova, Græcis dictum Tetragrammaton, Hebræis ſemtiam phoras, nomen quatuor litterarum, quæ quid ſonent, nemo novit hominum. Aiunt nonnulli nomen hoc ab eſſe deductum, & ſignificare illũ, qui ita eſt, ut ſit ſemper primum eſſendi principium, tanquam ipſius ſolius, ut proprium deductũ ſit eſſe, & reliqua omnia ab ipſo ſuum eſſe mendicent.* Inquirens verò cur primum tãtum nomen in præſenti fuerit dedicatum, & nunquam anteà editum, reſpondet, quia hoc in loco inductum fuit Dei opus perfectum & numeris omnibus abſolutum; præſtantia verò & dignitas operis in auctore perfectius, & auguſtius nomen ad ſui commendationem requirit: *Hebræorum aliqui* (affirmat Lypomanus) *hanc afferunt rationem, cùm perfectum eſſet opus Dei, perfecta quoque Dei adhibetur appellatio. Præponit autem hìc terram cœlo. Dixerunt nonnulli, quia hucuſque præpoſuit Moyſes cœlũ terræ, ut: in principio creavit Deus cœlum & terram, &: Igitur perfecti ſunt cœli & terra, & omnis ornatus eorum: ne crederet quis in utriſque condendis temporis prioritatem, ſeu poſteritatem interveniſſe.* O bone Deus, quàm locuples promptuariũ paravit hìc divina Sapientia pro Mariæ dignitate intemeratáque claritudine fulcienda, & adornanda. Terra quæ quidem anteà inferior erat, & depreſsior cœlo, cùm Mariæ nequibat delineamenta ſuſtinere, nec eius umbram exprimere, erat apta, illico ac in eam maieſtatem evecta eſt, ut in illa ingenuæ originis Mariæ effigies exprimeretur, adeò nobilitata eſt, ut eius creatio cœli creationi præferretur: *In die quo fecit Dominus terram & cœlum*, cœli enim dignitas, vel umbris Mariana cedit puritatis, nec audet cum eius imagine de primatu & nobilitate contendere, in ea enim reginam ſuam adorat, nec enim terra propter ornatus eius elegantiam ſe humiliat, ſed quia in eo ornatu, quo dicitur à Deo condita, gratiarum pulcherrimam ſtolam, qua in ſua cõceptione Maria eſt amicta, veneratur. Deinde ingens ſacramenti põdus prælucet in eo quòd nomen indicibile Iehova, Dei abditiſsimum nomen quia præ omnibus præſtantiſsimum, quodq; non aliud eſſe à nomine Ieſu 3. par. huius tomi (ſi Deus conceſſerit) adſtruemus, tunc primum in lucem expanditur, cùm clariſsimæ Mariæ originis ſimulachrum in terræ perfectiſsimè ornatæ formatione effertur, & ob eam dignitatem, cœlo auguſtiorem illam eſſe monſtratur. Quaſi Marianæ conceptionis dedicationem velut propriſsimũ ſui feſtum æſtimet Deus, primitivaq; illius ſolemnia inſtituere ad ſe cenſeat ſpectare, proprium q; honorem & gloriam in Mariæ generationis pompa ſe putet celebrare. Quamobrem ut indicet quàm ſibi eiuſmodi feſtivitas in præcordijs ſit, ubi primùm eius imago erigitur, præſtãtiſsimum gloriæ ſuæ apparatum oſtentat, explicat, ſuæ ſubſtantiæ maieſtatem, nomen inenarrabile ſuum proferens & evolvens, quod ſui eſſe inacceſsibile faſtigium, à quo omnia procedunt tanquam à principio, manifeſtat, quaſi diceret. Explico maieſtatis

Lypoman.

meæ

meæ laciniam, cùm primùm effulget, & diluculat claræ Marianæ generationis figuratio, ut oſtendam dedecere maieſtatem tanti nominis baiulam eligere parentem originali turpitudine deformem, ex qua temporaliter naſcatur. Cùm eiuſmodi nomen ſalutem & ſalvationem evulgat, cur nobiliori ſalvandi genere illam non protegat, quam ſibi in parentem aſciſcit? Erumpat igitur ſimul nomen hoc & primum, cùm primum Marianæ nobilitatis ſplendor promicat figuratus, ut clara origo Mariæ videatur ab illo ortum ſuum trahere, tantumque nomẽ principem ſuum effectum in illam influere. Subiungit textus: *Sed fons aſcendebat de terra irrigans univerſam ſuperficiem terræ.* Per fontem in præſenti haud humilis notæ Patres Spiritum ſanctum interpretãtur, qui omnium virtutum genere Mariam, deſuper in illam inſtillans, fœcundavit & venuſtavit. Sed meritò dignum adnotatu eſt; fontem de terra aſcendere terram irrigaturum. Quid hoc? Si Maria terra eſt, fons Spiritus ſanctus, num cogitabimus de Maria aſcenſum ſuum Spiritum ſanctum paraſſe, ut rurſus in eandem ipſam impluens deſcẽdat. Profectò hoc inſolitum videtur; videtur ſanè, ſed inſolita miraque myſterij grãditate Mariæ commendans originalem claritatem & dignitatem. Etenim ab ipſo Marianæ generationis inſtanti ſedem ſuam & thronum viſus eſt in Maria locaſſe, in ipſius animo univerſarum gratiarum ſupellectile refertus, omnium divitiarum copiâ onuſtus inſedit Spiritus ſanctus, imò quia gratiarum ſuarum ſpiritus immiſit in illam ſuũ illi quoque nomen viſus eſt illi cõmunicaſſe. Auſtri nomine deſignatur Spiritus ſanctus, ſub eo enim invitavit illum divina Sapientia, ut donorum ſuorum flatibus hortũ ſuum, hoc eſt Mariam, cùm conciperetur, protegeret, ditaret & ſanctificaret, *ſurge Aquilo*, inquit, id eſt, ſecede, procul eſto Aquilo, *veni Auſter, perfla in hortum meum, & fluent aromata illius*, Cantic. 4. 16. Ex hac igitur ſeſsione Auſtri in Maria, Auſtri quoque nomen illa habet. Quocircà vaticinans Habacuc Chriſtũ de Maria naſciturum, de Auſtro prædicit illum eſſe vẽturum: *Deus ab Auſtro veniet*, cap. 3. 3. ſic Richardus lib. 12. *Ventus eſt Spiritus ſanctus, vẽtus ſcilicèt Auſter, qui perflavit hortum Mariæ, Cant. 4. ſurge Aquilo & veni Auſter, perfla hortum meum, & fluent aromata illius. Iſtud videtur dixiſſe Dominus Spiritui ſancto in virginis ſanctificatione. Vnde Habac. 3. Deus ab Auſtro venit.* Igitur ut Spiritus ſanctus oſtendat, Mariam à primo generationis eius inſtanti, ut propriam ſedem ſuam poſſediſſe, in illaque velut in regia ſua, & throno iugiter manſiſſe: cùm tempore Dominicæ incarnationis voluit auctiorem gratiarũ pluviam in illam immittere, ab ea dictus eſt aſcendiſſe; à Maria aſcendit fons iſte aquis gratiarum prægnans, ut denuò & locupletiùs univerſam Marianæ terræ ſuperficiem irriget; indèque concipiatur nunquam ſine Spiritu ſancto fuiſſe Mariam, qui ſi aſcendit, ab ea aſcendit, aſcendit autem ab ea, ut uberiùs in eam refluat. Hæc omnia complexus eſt Richard. lib. 8. in principio: *Maria terra eſt, de qua dictum eſt Geneſ. 2. Quòd homo non erat, qui operaretur terram. Nullus enim homo operatus eſt in ea terra virgine, de qua formatus eſt Chriſtus, qui factus eſt de ſemine David ſecundùm carnem, id eſt, tanquã de limo terræ ſecundùm hominem, ſed fons aſcendebat de terra irrigans univerſam ſuperficiẽ terræ; ſuperficies terræ, id eſt dignitas terræ Virgo Maria picturata omnium florũ ſpecioſitate, id eſt virtutum, quam irrigat Spiritus ſanctus, qui eſt fons aquæ vivæ.* Vt feliciùs Richardi mentem percalleas, præmitte hominem non de ea terra formatum quæ in principio apparuit inanis & vacua, inviſibilis & inornata: ſed de ea quam inducitur Deus creaſſe virgultis, floribus & omni plantarum genere & varietate diſtinctã & pulchrè factam, & quæ irriguo rore fontis, qui ab ea aſcendebat, iugiter madebat, quod ſanè ex ipſo verborum Hiſtorici contextu facilè erit delibare: *In die quo Dominus fecit cœlum & terram, & omne virgultum agri, antequam oriretur in terra omnemque herbam regionis priuſquàm germinaret. Non enim pluerat Dominus ſuper terram, & homo non erat, qui operaretur terram, ſed fons aſcendebat de terra irrigans univerſam ſuperficiem terræ*; ſubditque immediatè: *Formavit igitur Dominus Deus hominem de limo terræ*, Geneſ. 2. à 4. uſque ad 7. Cenſet ergo Richardus ſit Chriſtum formatum eſſe de Maria, quemadmodum primus homo de terra eductus eſt, undè cùm homo editus fuerit de terra ſemper pulchra, & decora, quæ in ſui creatione veſtita fuit virgultis & floribus; ſic de terra Mariæ fuit Chriſtus generatus nunquã peccati ſterilitate arida, ſed ſemper gratiarum pulchritudine amicta. Sic mentem ſuam lõgè inferiùs apertè referat Richardus inquiens: *Maria eſt limus terra tractabilis, deſignata per limũ de quo formatus eſt primus homo, Geneſ. 2. Erat enim B. Virgo quaſi arida, id eſt, terra ſicca ab humore nocivo*, (obſerva dixiſſe ſiccam ab humore nocivo, non à florum pulchritudine & virore) *ante Filij incarnationem. Acceſſit gratia Spiritus ſancti quaſi fons irrigans, deſigna-*

Richar. de S. Laurent.

Gen 2. à 4. uſque ad 7.

Cant. 4. 16.

Habac. 3. 3.

Richar. de S. Laurent.

Richar. de S. Laurent.

natus per illum fontem, Geneſ. 2. Qui aſcendebat de terra irrigans univerſam ſuperficiem terræ: & plenè rigavit Mariam, & ex tali coniunctione factus eſt limus, de quo formatus eſt Chriſtus.

23 Nunc iã ex paradiſo immunis Mariæ conceptionis myſterium requiramus. Aliqui ſunt Patres, qui præfatum & explicatum locum de paradiſo interpretantur, quos ſuppreſſo nomine refert Alcuinus. Id apertè videtur fateri Richard. de S. Laurent. lib. 8. inquiens: *Maria terra eſt, quia diverſis virtutibus picturata. Vndè Geneſ. 2. Fons aſcendebat de terra irrigans univerſam ſuperficiem terræ, ſuperficies, id eſt, dignitas terræ paradiſi, id eſt, Eccleſiæ, B. Virgo picturata & ornata diverſis, imò univerſis virtutibus velut terra floribus. Vndè dicitur, circumamicta varietatibus.* Vndè arbitrantur Hiſtoricum, ut præindicati loci rationem redderet, ſtatim ſubſequentia verba ſcripſiſſe: *Plantaverat autem Dominus Deus paradiſum voluptatis à principio: in quo poſuit hominem, quem formaverat,* Geneſ. 2. 8. ex quo difficultas præcedentis loci eluditur: *In die quo fecit Dominus cœlum & terram, & omne virgultũ agri, antequam oriretur in terra: omnemque herbã regionis priuſquàm germinaret.* Quaſi dicat: condidit Deus paradiſum veſtitum, & ornatum floribus & plantis, antequàm terra iuxta Dominicum præceptum germinaret, arboribuſque cingeretur. Et ob id forſan vertit exemplar Hebræum: *In die quo Dominus fecit terram* (ſcilicèt paradiſum) *& cœlum.* Priùs meminit paradiſi quã cœli tanquam prius conditi. Quocircà textus ait: *Plantaverat autem Dominus Deus paradiſum voluptatis à principio,* id eſt, antequàm cœlum & terram crearet. In quem locum Hieronymus in quæſt. ſuper Geneſ. *Ex quo manifeſtè comprobatur, quòd priuſquàm cœlum & terram, Deus faceret paradiſum antè condiderat, ſicut & legitur in Hebræo. Plantaverat autem Deus paradiſum in Eden à principio.* Hieronymum autem interpretor de prioritate non temporis, ſed excellentiæ & dignitatis. Nã cœlum & terra in illo principio prodiêre inania & vacua, illud ſiderum & luminariũ, hæc germinum & plantarum; paradiſus verò velut pulchritudine animatus formatus eſt, id eſt, ſimul cum ornamento & decore plantarum, florum & arborum in lucem eſt editus. Vndè teſte Hieronymo ubi ſuprà Symmachus tranſtulit: *Plantavit Dominus Deus paradiſum florẽtem.* Et Severianus ait: *Edẽ deliciæ interpretantur; ac ſi diceret: Plantavit Deus paradiſum in delicijs, hoc eſt in loco delicijs pleno.*

Alcuinus. Richar. de S. Laurent. Geneſ. 2. 8. Hierony. Symmach. Severian.

24 Dignitas autem, & nobilitas paradiſi præcipuè ex ijs verbis eluceſcit commendanda: *Plantaverat autem Dominus Deus paradiſum voluptatis à principio, &c.* Verbo Domini cœli firmati ſunt, & cõditi, terra cæteraque elementa ac creaturæ divinæ vocis imperio obtemperantia ſubſtitertunt, paradiſus ſolus eam à divinis manibus dignitatem & auctoritatem aucupatus eſt non ſecus ac homo, nam quemadmodum divinæ manus humanæ fabricæ incubuerũt, ita paradiſi formationi & fationi inſudarunt: *Plãtaverat,* inquit, *autem Dominus Deus paradiſum.* Eam paradiſi præſtantiam ſtrenuè admonuit Damaſcenus: *Quia verò Deus ex viſibili & inviſibili creatura plaſmaturus erat hominem ad ſuam imaginem ac ſimilitudinem tanquam quendam regem, & principem univerſæ terræ, & eorum quæ in eã ſunt, præſtrinxit ei quandam veluti regiã, in qua diverſans beatam ex omnique parte felicem deduceret vitam, & ipſe eſt divinus paradiſus Dei manibus in Eden plantatus, lætitiæ & voluptatis omnis promptuarium, Eden enim voluptas interpretatur.* Rupertus verò idem animadvertit: *Palàm eſt itaque ſano intellectui plantationẽ huiuſmodi paradiſum, id eſt hortũ, eſſe magnæ voluptatis, in quo ſcriptura ſive horum ſcriptor digitus Dei tam diligenter quaſi ſtudium plaſmatoris commendare curavit. Sic enim ſingula penè verba poſita ſunt, ut propè ſub oculis legentium Deum deſignaverit, operarium diligentem ac ſolicitum, plantantem ac radicantem ſummaque cura conquirentem omne quod pulchrum viſu, & ad veſcendum ſuave fore crederet, taliaque deliciarum inſtrumenta excogitantem, quibus conſitis, eius qui plantavit, ſcientia meritò laudari debuiſſet; & hoc ſciendum, quia propter ſolum hominem terrenum paradiſum plantavit Dominus Deus,* & immediata verba explicans: *Produxitque Dominus Deus de humo omne lignum pulchrum viſu, &c.* verſ. 9. inquit: *Et quidem quod dixit ſcriptura: Plantaverat Dominus Deus paradiſum, hoc repetivit dicendo: Produxitque Dominus Deus de humo omne lignum. Et quod dixerat, paradiſum voluptatis, hoc aliquantiſper expoſuit dicendo: omne lignum pulchrum viſu, & ad veſcendum ſuave. Verumtamen dicendo: Plantaverat Dominus Deus paradiſum voluptatis, rei dignitatem altius declamavit. Nam quod ait: Produxit Dominus Deus de humo omne lignum, &c. mediocris ſermo laudationis eſt, verùm plantantis verbo felicè rei æternitatem, nomine voluptatis eleganter eiuſdem expreſsit iucunditatem. Verbum namque plantantis plantatoris eius, ſive hortu-*

Damaſcen. Rupertus. Geneſ. 2. 9. Rupertus.

la-

lani ſtudium innuit, qui nunquam tranſitorijs rebus ſtuduit, ita ut cura ſit ſemper de illis teſtante Apoſtolo cùm dicit: Numquid de bobus cura eſt Deo? Nomen autem voluptatis omnem indigentiæ ſenſum excludit. Et ſuperiùs ipſe Rupertus diſcrimen obſervat inter paradiſum & hominē, ex eo quòd paradiſus dicatur à Deo plantatus, homo verò in illo à Deo poſitus: *Ius poſſeſſionis Dei pulchrè ſcriptura defendit tali verbo utens: Plantaverat autem Deus paradiſum voluptatis. Item & hominis infirmam legem vel cauſam inſinuat, dicendo; in quo poſuit hominem quem formaverat.* Itaque plātatio dicit inamiſsibilem rei poſſeſsionem, poſitio autē vel collocatio eam quæ facilè deleri poteſt, & quæ non ita firmiter Dominum poſſeſſorem adſtruit.

25 Nec ſolùm ab artificis maieſtate, ſed & à loci ſublimitate paradiſus dignitatem ſuam captat, Auguſtinus 8. de Geneſ. ad litter. legit: *Et plantavit Deus paradiſum in Eden ad Orientē.* Theodorus Mopſuheſten. inquit: *Erat igitur Edē locus quidam excelſus ad Solis ortum collocatus, atque ex univerſæ terræ partibus electus, in quo Deus hominem tanquam in honorifico domicilio collocavit.* Euſebius verò Emiſſenus: *Eden locum eſſe aiunt, in quo paradiſus conſitus ſit atque plantatus, eumque in medio mundi poſitum eſſe.* Theophilus Alexand. cenſet inter cœlum & terram conſtitutū, eò quòd hominis cœleſtis, hoc eſt, ſpiritualis ſubſtātia ſit & terrena, media inter ſpirituales intelligētias, & animātia terreſtria: *Cùm Scriptura dixerit: Deus prætered de terra eduxit omne lignū, & ad Oriētem; manifeſtè nos docet, paradiſum ſub hoc cœlo ſitum eſſe, ſub quo & Oriens & terra ſunt. Hebraicè verò Edē delicias ſonat. Homo itaque duorum medius erat, neque omnino mortalis neque prorſus immortalis, ſed tamen utriuſque capax conditus erat. Eadē ratione & paradiſus ad ornamentum factus in medio cœli & mundi conditus eſt.* Severianus autem aliam prætendit rationem, nempè ut innueretur initium vitæ hominis inſtar Orientis extitiſſe, hoc eſt roſeo gratiæ lumine ſplendidum, & per peccatum à paradiſo expulſum, quia ad occaſum tenebrarum converſum, neſcit enim occidentem paradiſus: *Ad Orientem verò plantavit, ut qua parte luminaria cœli initium naſcendi trahunt, eadem etiam humanæ vitæ ratio, atque inſtitutū initium traheret. Et quia quemadmodum luminaria cœli ab Oriente in Occaſum curſum conficiunt, ac peragunt; ita homo per peccatum in occaſum mortis declinaturus erat,* D. Thom. 1. par. quæſt. 91. art. 1. in cor. putat paradiſum in Oriē-

Auguſtin.

Theodor. Mopſuh.

Euſebius Emiſſen.

Theophil. Alexand.

Severian⁹.

te extructum, tāquam indigniori & feliciori orbis plaga, remotumque ab omni humana converſatione, & conſuetudine, ad quam illi aditus omnino interdictus eſt: *Eſt itaque paradiſus locus in Orientis partibus conſtitutus, cuius vocabulum à Græco in Latinum vertitur hortus. Cōvenienter autem in loco Orientali dicitur ſitus, quia credendum eſt, quòd in nobiliſsimo loco totius terræ ſit conſtitutus. Cùm autem Oriens ſit dextra cœli, ut patet per Philoſophum in 2. de cœlo, & dextra ſit nobilior quàm ſiniſtra, conveniens fuit, ut in Orientali parte paradiſus terrenus inſtitueretur à Deo, & quia locus ille ſecluſus ſit à noſtra habitatione aliquibus impedimentis vel montium, vel marium, vel alicuius æſtuoſæ regionis, quæ pertranſiri non poſſunt, ideò ſcriptores locorum de hoc loco mentionem non fecerūt.* Favet Damaſcenus: *In Oriente verò omni terra excelſior collocatus eſt optima temperie, & aëre ſubtiliſsimo atque puriſsimo ſplendidus, plantis ſemper virentibus inſignis, odoris ſuavitate refertus, plenuſque lumine, univerſæ ſenſibilis venuſtatis ac pulchritudinis ſuperexcellens intelligentiam. Divinus profectò loc⁹ ac dignus eius, quē ad imaginem Dei creatus fuerat incolatu, in quo nullus irrationalium habitabat, ſed ſolus homo divinarū manuum factura.* Atverò Strabus prope cœlum ait evectum, ut ſic à generali infauſtaque illa diluvij plaga, quæ in univerſum orbem peccato Adami infectum abluendum effuſa eſt, præſervaretur immunis: *Ex quo poſſumus* (inquit) *conijcere paradiſum in Oriente ſitum, ubicunque autem ſit, ſcimus eum terrenum eſſe, & interiecto Oceano & montibus oppoſitis remotiſsimum à noſtro orbe in altum ſitum pertingentem uſque ad lunarem circulum, undè aquæ diluvij illuc non pervenerunt.* Accuravit enim divina Providentia oſtendere, quàm procul paradiſus fuerit à totius noxæ communione, & quantum à ſacro illius habitaculo peccati veſtigium deduceret, unde opus non habuit, ut diluvij aquis quemadmodum reliquum terrarum ſpatiū, quæ peccato contabuerunt, extergeretur. Quocirca peccato hominem turpatum non ſuſtinuit: expulſus eſt enim ab illo Adamus illicò ac ſe piaculo contaminavit, & tam ipſe quàm ſceleſtus natus Cain in loco paradiſo oppoſito vitæ ſuæ incolatum peregerunt, ut adnotavit Diodorus Mopſuheſt. *Nam & de ipſo Cain ſcriptū eſt: Et egreſſus eſt Cain à facie Domini & habitavit in terra Nadid ex adverſo Eden. Et de Adam ſimiliter expulſo dictum eſt, quòd habitavit in Eden à regione paradiſi.* Nec quievit his divina ſolicitudo, ſed & inſuper paradiſum

D. Thom.

Damaſcen.

Strabus.

Diodor. Mopſuhæ.

ig-

igneo vallo circumſepſit, eiq́ue cuſtodiendo intelligentiam cœleſtem præfecit flammigero & verſatili gladio inſtructum: *Et collocavit ante paradiſum voluptatis Cherubim, & flammeum gladium atque verſatilem ad cuſtodiendam viam ligni vitæ*, Geneſ. 3. 24. Per quæ nõ ſolùm Adamo ingreſſus in paradiſum intercludebatur, ut placuit Hieronymo ſcribenti ſic in quæſtionib. Hebraicis: *Eiecto Adamo ante fores paradiſi Cherubim & flammeum gladium, qui verteretur, poſuit Deus ad cuſtodiendum paradiſi veſtibulum, ne quis poſſet intrare.* Sed & ſerpenti quoque ſpes ſe illuc immittẽdi per Cherubim minitantem adempta eſt, teſte Hug. de Sanct. Vict. *Quia namque & homo & diabolus uterque in paradiſo peccaverãt, uterque eiectus eſt, & ne alterutri illorum iterum liceret intrare, contra utrũque poſita eſt cuſtodia & offendiculũ, Cherubim ut repellat diabolum, igneus gladius ut repellat hominem.* Arrideo ſententiæ Theodori aſſerentis, ne peccatores oculos in paradiſum conijcere auderent, ignivomũ gladium circumipſum perpetuò gyraſſe, ut fulgurum irradiantium proſilienti ſplendore eorum acies præſtringeretur, obtunderenturq́ue eorum animi timore nimio perterriti, quaſi vel aſpectus ipſe peccatorum paradiſi puritatem & integritatẽ læderet: *Gladium*, air, *flammantem dicit igne formidabilem, fulgurantem inſtar gladij, ut eſſet formidabilis aſpectus intuentibus, tum ex natura ignea, tam ex forma quæ cernebatur, & verſatilem dixit, quaſi aſſiduo motu flagrantem, & ob id cernentibus maiorem timorem incutientem.*

Gen 3. 24.

Hieron.

Hugo de S. Victor.

Theodor.

26 Demum moneo, quod præclarè ad noſtrum inſtitutum evincendum obſervavit Ambroſius, nempè diſciplinam de paradiſo penè nobis eſſe occultam, pluraq́ue circa illum divinam Sapientiam fuiſſe patratam, quæ noſtram notitiam & captum fugiant, nec illius dignitatem & præſtantiam iuxta vulgarium naturæ legum præſcripta penſandas eſſe, aut metiendas; noluit enim divina Providentia mirabilium omnium, quæ in eo perfecta ſunt, notitiam paſsim diſpergi, imò ſanctioribus viris, & virtutibus inſignioribus ea contegenda ſanxit, & ſi alicui paradiſum ſpectandum præbuit, verborum, quibus magnalia eius evulgaret, copiã non fecit; ſcit enim Deus quando ea revelare oporteat. Auſcultato Ambroſ. lib. de paradiſo: *De paradiſo adoriendus ſermo non mediocrem æſtum nobis videtur incutere, quidnam ſit paradiſus, & ubi ſit, qualisvè ſit inveſtigare cupientibus: Maximè cùm Apoſtolus ſive in corpore, ſive extra corpus neſciat, raptum ſe tamen dicit uſque ad tertium cœlum. Et rurſus: Scio, inquit, huiuſmodi hominem ſive in corpore, ſive extra corpus neſcio, Deus ſcit, quoniam raptus eſt in paradiſum, & audivit verba ineffabilia, quæ non licet homini loqui. Ergo ſi huiuſmodi paradiſus eſt, ut eum ſolus Paulus, aut vix aliquis Pauli ſimilis, cùm in hac vita degeret, videre potuerit, idem tamen ſive in corpore, ſive extra corpus viderit, meminiſſe non poſsit: audierit tamen verba quibus prohibitus ſit vulgare, quod audierat? Quo tandem modo nos paradiſi ſitum poterimus abſolvere, quem nec videre potuimus, & ſi potuiſſemus videre, tamen prohiberemur alijs intimare.* Ideòq́ue ſuprà ſcripſimus ex Damaſceno, paradiſum *univerſæ ſenſibilis venuſtatis, & pulchritudinis ſuperexcellere intelligentiam.*

Ambroſ.

Damaſcen.

27 Mentior, ſi quæ hucuſque de paradiſo eiuſq́ue excellentijs & prærogativis elucubrati ſumus, Mariæ illibatæ conceptioni non militant; eaſq́; à divina Sapiẽtia fuiſſe excogitata & adornata in pij huius myſterij teſtimonium & fulcrum, ſalubriter credendum non ſit. Et in primis ſub paradiſi nomine fuiſſe cognitam à Patribus Mariã, in eoq́ue velut in optimo ſimulachro adũbratã facilè eſt delibare ex Gregorio Thaumaturgo, cuius verba priùs reſcripta in hãc nos mentem excitarũnt. Ex Iſychio homil. 2. de B. Virgin. eam pariter paradiſum immortalitatis appellante, ex Richard. de S. Laurent. lib. 12. ſic aſſerente: *Ioel. 2. Quaſi hortus voluptatis terra, id eſt Maria; corã eo, id eſt Chriſto. Hic hortus deſignatur per paradiſũ voluptatis, Gen. 2. ubi ſic legitur: Plantaverat autem Dominus paradiſum voluptatis à principio, in quo poſuit hominem, quem formaverat.* Et paulò inferiùs inquit, *Eccleſ. 24. Appellat filius paradiſum matris ſuæ uterum, dicens: Ego quaſi aquæ ductus exivi de paradiſo, id eſt, utero virginali. Benè paradiſus Virginis uterus, quem ſanctus Spiritus, imò tota Trinitas, cuius opera ad extra inſeparabilia, tanta gratiarum ubertate perfudit, quòd Dei Filio factus eſt paradiſus deliciarum, & hortus voluptatis, ineffabili etiam Trinitati complacuit habitare in ipſa. Vndè dicit B. Trinitas: In omnibus requiem quæſivi, & in hæreditate Domini morabor, id eſt Maria.* Demum Ecxedebertus apud Richar. de S. Laurent. Mariam & paradiſum & fontem ab ore æterni Patris prodeuntem, ab illa quoque procedentem appellat, ô quàm clariſsima & puriſsima emanatio in tempore, quæ cum æterna confertur, æternamq́ue quaſi ſibi reſpondentem habet! *Verè*, inquit, *paradiſus Dei tu es, quia lignum vitæ mundo protuliſti, de quo qui manducaverit, vivet in æter-*

Greg. Thaumatur.

Iſychius.

Richar. de S. Laurent.

Exedebertus.

æternum: Fons vitæ, qui ex ore Altiſſimi prodijt, de medio ventris tui exilivit, atque in quatuor capita ſeſe diſpertiens ad irrigandam faciem arentis mundi emanavit, latificans civitatem Dei, omnis enim qui biberit ex eo, non ſitiet in æternũ. Et pluſquã paradiſus es, de illius enim aqua ſi quis biberit, ſitiet iterum. O quantum mundo cõtuliſti, quæ aquæ tam ſalubris aquæductus eſſe meruiſti! Hæc Ecxedebertus.

28 Iam ad ſingula, quæ de paradiſo obſervavimus, ut ſigillatim ex eis nobiliſsima argumenta pro puriſsima Mariæ conceptione tutanda delibemus, deveniamus. Etenim num. 23. paradiſum à principio plantatum à Deo fuiſſe advertimus, vel quia ſimul cum terra & cœlo, ſed diſtinctè, quia terra rudis ſine floribus & virgultis, cœlum ſine aſtris informe: paradiſus verò à principio pulcherrimè conſitus: nomen enim paradiſi vel horti, intrinſecè & quaſi ſui animũ, formam ſeu eſſentiam venuſtatem imbibit florum, fructuũ honeſtatem, arborum ornatiſsimam pompam. Sterilis enim campus, ſolum nudum, aut terra incompta nequaquam valent horti, vel paradiſi vocabulum ſuſtinere, ideò dictum fuit, paradiſum plantatum eſſe florentem, tanquam miraculosè ſit conſitus, nã à ſatione & plantatione horti non florent, ſed cùm poſt tempora elapſa ſemina iacta aſcendunt à terra germinãtia, turgent, & gemmant, & tandem è capulis ſe flores ſolvunt. Atverò cùm paradiſi ſubſtãtia ſimul germina & flores fuerunt creata, totum opus viride, floridum & vernans ſubitò conſtitit: undè etiam dictus fuit conſitus in delicijs, quaſi in illis, vel ab illis exordium ſuum firmans, & auſpicans: vel refertur plantatus à principio, tanquam dignitate & principatu cœlum cæteraque elementa præiverit. Propter quod tranſtulerit exẽplar Hebræũ, *in die quo fecit Dominus terram* (hoc eſt paradiſum) *& cœlum*. Quis nõ videat perfectè in his tranſumptam gloriam Mariæ, quæ à Spiritu ſancto inducitur de ſemetipſa indicens: *Dominus poſſedit me in initio viarum ſuarum, antequàm quidquam faceret à principio*, Proverb. 8. 22. gloriam inquam puriſsimæ ſuæ conceptionis, quæ primatu & dignitate cœleſtis molis creationem anteſtatur? Verè Maria iuſtãr paradiſi nunquam ſine donorum cœleſtium pulchritudine, nunquam ſine gratiarum floribus fuit, ſimul cum gratia concrevit, imò in delicijs Spiritus ſancti primas miſit radices. Si tẽpus gratiæ ſpectes, verè dices Mariam paradiſum extitiſſe à principio plantatum, quia illius puriſsima conceptio initiũ gratiæ emerſit, à qua felix ſuum exordium ſtatus gratiæ auſpicatus eſt, etenim ab inſtanti generationis ſuæ Mariæ paradiſus omnigeno virtutum flore conſitus cõſtitit. Accipe Richardum de S. Laurent. lib. 12. *Cõſitus fuit hortus Mariæ omni arbore fructifera, id eſt, virtute omnimoda. Vndè ſpecialiter dicit de eo verus Salomon Eccle. 2. Feci hortos & pomeria, & conſevi omnis generis arboribus, & Cant. 5. Genæ illius ſicut areolæ aromatum conſitæ à pigmentarijs, ſcilicèt Patre, & Filio, & Spiritu ſancto. Ipſa enim deſignatur Eſther 1. per hortum illum & nemus, qui de regio cultu & manu conſitus erat, in cuius veſtibulo verus Aſſuerus convivium permagnificum præparavit.* Et poſt pauca: *Eſt Maria hortus plantatus. Plantavit enim in eo Pater lignum vitæ, id eſt, Chriſtum in incarnatione ſecus decurſus aquarũ mortalitatis noſtræ. Hortus enim iſte eſt ille paradiſus, de quo Geneſ. 2. Plantaverat autẽ Dominus Deus paradiſum voluptatis à principio: Plantaverat, id eſt, plantis aptaverat, herbis & arboribus, paradiſum voluptatis, id eſt B. Virginem. Alia littera dicit: Paradiſum in Eden, id eſt, delicijs, Dominus, cuius Maria eſt opus ſpeciale, cuius carni & animæ inſervit omne genus virtutis. A principio creationis ſcilicèt, vel à principio, id eſt, à prima orbis parte: eſt enim à principio idem quod ad Orientem, quod habet alia translatio. Vel à principio reſtaurationis humanæ, quæ incepit à ſanctificatione Mariæ. Propter huiuſmodi plantas appellat Filius Matrem hortum plantationum Eccli. 24. Ipſa etiam eſt plantatio Domini ad glorificandum, Iſai. 61. Ad gloriam enim ſuam plantavit Dominus hortum iſtum, quia ab omni fideli inceſſanter inde glorificatur.* Morem ſuum ſecutus ſanctificationis vocabulo uſus eſt Richardus, ſic veritus (ut ſæpè monuimus) conceptionis myſterium fateri, quia ab Eccleſia nondum fuerat fidelibus propoſitum; ut verba illius & ſententiæ ſcripturæque teſtimonia ab ipſo allata, & inducta in puriſsimam Mariæ conceptionẽ probandam & fulciendam magis coëant. Vndè cùm ſanctificationis nomẽ ingerit, per quod ſignificatur Mariam in ſecundo vitæ inſtanti fuiſſe ſanctitate præditam, quaſi diſtortè intruſum & velut vi coactum advenire videtur, & ijs quæ dicuntur extraneum & alienũ. Quocircà cùm Richardus eademmet verbæ ſcripſiſſet ſuperius, ijs alia innexuit, cũ quibus ſanctificationis vocabulũ & ſenſus nequit ſubſiſtere: *Plantaverat autem Dominus paradiſum voluptatis à principio, id eſt à principio reſtaurationis humanæ, quæ incepit à ſanctificatione Mariæ, & gratiarũ infuſione. Tũc enim propriũ fuit vitæ principium, antè enim non fuit niſi vitæ deſitio.*

Richar. de S. Laurent.

Proverb. 8. 22.

Idcò

Ideò Aurora dicitur, quia eſt principium diei, & finis noctis. Si ideò Aurora dicitur Maria, quia inſtar paradiſi conſiti eſt *à principio*, per vocem *à principio* nequaquã intelligenda venit ſanctificatio, ſed conceptio. Quia Aurora ſicut ſine luce eſſe non poteſt, ſic nec concipi; ubi enim nullus luminis radius viſitur aut exoritur, Aurora nec eſt, neque apparet. Quapropter ſi Maria Aurora eſt diei initium, neceſſum eſt, ut cum gratiæ lumine cõcipiatur: etenim quod ante primum ſplendoris ſpiculum eſt, ſicut Aurora non eſt, ita nec Maria eſt.

29 Hinc præclaram Richardus elicit rationem, quæ perſpicuè evincit, non tã ſanctificationem in Maria, quàm prædivitem gratiarum fluxum in eius conceptionem derivatum. Inquit enim: *Sed notandum quòd uterus virginalis in infinitum melior eſt paradiſus, quàm ille litteralis. Ibi enim de viro facta eſt mulier in ſignũ futuræ corruptionis. Vndè Gen. 2. Tulit Dominus unã de coſtis Adæ, quam ædificavit in mulierẽ, & replevit carnẽ pro ea. Repletio autẽ oſſis de carne inſufficiens eſt, & infirma repletio. In virginali autem utero de muliere factus eſt vir. Vndè ad Galat. 4. Miſit Deus filiũ factũ ex muliere in ſignũ reſtaurationis, & reparandæ virtutis.* Quæ quidẽ ratio ſic compingenda eſt: in infinitum perfectior debuit exiſtere paradiſus, in quo incorruptionis myſterium patrandum erat, quippè quòd extruebatur in expungendam, & abolendam corruptionem, quam ille, in quo corruptionis damnum dedicabatur, & fortitudini oſsis carnis imbecillitas ſucceſsit: ſed paradiſus, in quo de robore viri proceſſit mulieris infirmitas, & caro firmitatis locum occupavit, digniſsimè conditus fuit à principio, exordium à pulchritudine, & bonorum omnium copia deſumens, ergo paradiſus ſecundus, nempè Maria, in quo corruptionis & mortalitatis reſtauratio erigebatur, & immortalitas, & incorruptio dedicabatur, in infinitum perfectiori, & nobiliori exordio debuit initiari. Qualis enim ſapientia eſſet, quæ provideret, ut corruptio exordiretur ab incorruptione, incorruptio verò à corruptione ortum traheret? Quare longè inferiùs ſubdit ipſe Richardus: *Cùm omnes iuſti agricultura Dei ſint. Vndè 1. Corint. 3. Agricultura Dei eſtis: & Ioan. 15. Pater meus agricola eſt: Maria ſpeciali prærogativa ipſius agricultura eſt. Vndè dicit: Fecit mihi magna, qui potens eſt, & ſpecialius omni creatura poteſt dicere illud 1. Corint. 15. Gratia Dei ſum, id quod ſum. Chriſtus etiam, cui dicitur Ierem. 14. Quare colonus futurus es in terra, ſpecialis agricola extitit huius horti, qui tentus in horto, & ſepultus in horto, non immeritò à Magdalena reputatus eſt hortulanus, Ioan. 22. exercuit enim in quãtum Deus hortulani officiũ in Virgine, &c.*

Richar. de S. Laurent.

Richar. de S. Laurent.

Sed, oro, in quo Chriſtus ſpecialiùs ſe erga ſanctiſsimum Parentis ſuæ paradiſum agricolam oſtendit, quàm erga reliquos iuſtos? Quàm ſingularem captavit notam, quâ mõſtraret ſe accuratiùs & vigilantiùs, imò & excellentiùs agriculturæ Mariæ, quàm cæterorum Sanctorum inſudaſſe? Suadeor ſanè ſic perfectius & nobilius agricolæ officium exercuiſſe Chriſtum circa Mariam, quemadmodum illuſtrius, & auguſtius munere Redemptoris erga illam functus eſt. Et ſicut clariori, & ſplendidiori virtutis & potentiæ ordine Mariam, quàm cæteros redemit. Cæteros enim à culpa, quâ iam contaminati ſordebant, abſolvit, Mariam verò à piaculo contrahendo, cùm nondum illud admiſerat, redemit. Nam validior brachij potentia eſt, quæ præcavit, ne in inimici devenires poteſtatem, quam quæ te iam captum de hoſtis tyrannide exemit: ſic perfectiùs hortulani munus obit, qui locum, quem in hortum delegit, à turpi ſentium, tribulorum, ſordidarumque ac veneno turgentium plãtarum feracitate præſervat, quàm qui illis noxium, horridum, & deformem patitur eſſe, opuſque habet locum, eas evellendo expurgare, ut pulchra, & ſalubria germina inſerat. Sic ergo clariori, & ſolicitiori agricolæ ſtudio Deus incubuit circa Mariæ hortum, quem nullo unquam permiſit ſpinarum, & maleolentium herbarum ſqualore horreſcere, & ſubitò pulchreſcere fecit omnium virtutum, ceu florum varietate diſtinctum, à quo neceſſum non fuit quid pravum priùs eradicare, quemadmodum erga reliquos iuſtos, quos inſtar ſilvæ brutæ, & formidabilis, ac intonſæ, vitiatæque naturæ, partubus undique refertæ, invenit hirſutos, quam priùs opus fuit vomeribus ſauciare, & raſtris purgare, quàm frugiferæ ſemina exciperet: ſic ſingulariter decantat Maria: *Quia fecit mihi magna, qui potens eſt*: ſic ſolemniùs poteſt gloriari, quàm omnis creatura, illud Apoſtoli uſurpando: *Gratia Dei ſum, id quod ſum*, & quod reliqui non ſunt, non enim cæteri habent à conceptione ſua, quod gratiarum & virtutum fertilitate paradiſi ſint cõditi. Hoc decus ſingularis meæ gloriæ prærogativa eſt. Ideò credo, in parẽtis ſuæ honorẽ firmandũ, & ipſius nobiliſsimæ originis amore captũ Chriſtum Dominũ frequenter

hortum adijſſe, illumque inviſiſſe, velut in quo Matris originalem ſplendorem ſpeculabatur, ut eius iugi conſpectu, & conſideratione reficeretur. Expende verba illa Richardi: *Specialis agricola extitit huius horti, qui tentus in horto, & ſepultus in horto, non immeritò à Magdalena reputatus eſt hortulanus.* Verè captus fuit Chriſtus in horto, iuxta illud Ioan. 18. 1. *Hæc cũ dixiſſet Ieſus, egreſſus eſt cũ diſcipulis ſuis trans torrentẽ Cedron, ubi erat hortus, in quẽ introivit ipſe, & diſcipuli eius.* Et Lucas addit, in illũ Chriſtũ pergere cõſueviſſe. *Et egreſſus ibat ſecundùm conſuetudinem*, cap. 29. 59. Etenim moris erat Chriſto hortum adire, qui ſimulachrum parentis Mariæ illi obijceret, in quo incorruptionis tituli erant erecti, & à cuius originaria incorruptione corruptionis reſtauratio decurrebat. Vndè ſubiunxit Ioannes num. 2. *Sciebat autẽ Iudas, qui tradebat eum, quia frequenter Ieſus convenerat illuc cum diſcipulis ſuis.* Opportunè Cyrillus apud Caten. Græcam ait: *In paradiſo omnium malorum noſtrorum initium factum eſt in horto, etiam Chriſti paſsio incipit omnium nobis veterum malorum emendationem afferens.* Studuit ſemper Chriſtus Dominus, ut Mariam ſpectaremus ſuſpiceremuſque velut redemptionis noſtræ principium, ideò ab horto, in quo Mariæ ſubibat imaginẽ, voluit ut inciperet ipſius paſsio & noſtra redemptio, indeque edoceremur quanto excellẽtior & nobilior hortus Marianus evaſerit illo paradiſo, in quo ruinæ humani generis initium fuit erectum. Similiter & in horto voluit ſepeliri, qui Mariæ præferret ſpeciem, indeque ad gloriam reſurgere & renaſci: *Erat autem in loco, ubi crucifixus eſt, hortus, & in horto monumentum novum, in quo nondum quiſquam poſitus erat. Ibi ergo propter Paraſcevem Iudæorum, quia iuxta erat monumentum poſuerunt Ieſum*, Ioan. 19. 41. & perpende, quæſo, quanta ſolertiâ accuraverit Dominus tum cùm ad paſsionem, tum cùm ad gloriam ex horto egrederetur originalem ſuam nobilitatem ſtabilire & auctorare, ſic enim ad paſsionem, ſic ad gloriam ex horto exit, quomodo ex Mariæ utero ad vitam editus eſt; in utroque egreſſu incarnationis ſuæ myſterium, & claritudinem præfigurans: in utero Mariæ, qui paradiſus Deo fuit, cùm incarnaretur, ſic naturæ noſtræ infirmitatem induit, ut Deum ſe eſſe teſtaretur, eam ſibi accingendo, non viri opera, ſed Spiritus ſancti virtute; in horto cùm comprehenditur, ſic peccatoris & rei formam ſuſcipit, ut Deus innoteſcat hoſtes ſuos diſturbando, & in terram ſupinos devolvendo: *Ieſus itaque ſciens quæ ventura erant ſuper eum, proceſsit & dixit eis: Quem quæritis? Reſponderunt ei: Ieſum Nazarenum. Dicit eis Ieſus: Ego ſum, &c. Vt ergo dixit eis: Ego ſum, abierunt retrorſum, & ceciderunt in terram*, Ioannes 18. 4. In quem locum Magnus Leo ſermon. 15. de Paſsion. cap. 2. inquit: *In quo utique erat divinæ poteſtatis indicium, quæ impiorum conatus non armis contrarijs, neque ullius creaturæ potentis auxilio, ſed ſola verbi virtute proſterneret.* In horto tumulatur, ſed in ſepulchri tam pura novitate, ut nunquã noviſſet corruptionem, hortus tumulum offert nunquam ab extraneo poſſeſſum, & à corruptionis fœtore ſemper alienum, ubi exciperetur corpus Ieſu, indeque regeneratus ad vitam procederet glorioſam; quia paradiſus Mariæ uterum præſentavit integrum, incorruptum totiuſque tyrannidis poſſeſsionis ignarum, quo Dei corpus cogeretur, & ad vitam progrederetur. Vndè inquit Origenes lib. 2. contra Celſ. *Quemadmodum Chriſti nativitas omni nativitate purior erat; ex perpetua enim Virgine natus eſt, ita etiam debuit ſepultura inſignem puritatem habere.* Addit & aliam rationem Toletus noſter: *Novo autem monumento Dominus ſepelitur propter reverentiam quidem, quia illud corpus unitum erat divinitati, nec decebat corporibus corruptionis coniungi.* Eaque egregiè pro Marianæ conceptionis ingenuitate decertat. Si enim corpus divinitati unitum dedecebat coniunctio cum cadaveribus ſqualori, & putredini obnoxijs, quanto magis inhonorum, & indignum cenſendum erat divinitati, quòd corpori uniretur, & carni illius, quæ poſſeſſa aliquando à peccati lue fuit, & effecta dæmonis domicilium? Cerne quò tendat, ut Chriſtus frequenter in vita viſitet hortum, capiatur in horto, in horto humetur, iuxta mentem Richardi, ſanè ut mente ſemper volvat, animo iugiter tractet paradiſum quem plantavit in Maria, cuius ſemper imagine delectatur, cuius virtutum nativo odore recreatur, in quo nihil fuit nocivum unquam, nihil immundum; undè & comprehenſus & ſepultus in horto originarij ſui ſplendoris edicit teſtimonia, ut adſtruat ſe paradiſo ſuo in originis claritudine reſpondere, ſibique perpetim plaudere, quòd hortulanus illius fuerit à principio. Quamobrem à Maria meritò reputatus eſt hortulanus; & quis, quæſo, potiori iure Chriſtum diceret, cenſeretque hortulanum quàm Maria, ea enim fuit, quæ ſpecialius, quã reliqui iuſti Chriſtum hortulanum ſibi devinxit, &

Ioan. 18. 1. — Luc. 22. 39. — Ioan. 18. 2. — Cyrillus. — Ioan. 19. 41. — Ioan. 18. 4. uſque ad 6. — Leo. — Origen. — Toletus.

ex-

excellentiori modo, ut nuper indicavi, officio fungentem experta eſt.

30 Num. 24. dignitatem paradiſi ex eo extulimus, quòd divinarum manuum opus digniſsimum emerſerit, quod quidem ſpecialis dignatio divini amoris fuit humanæ fabricæ delata, expediebat enim ut eo honore eaque nobilitate inſigniretur regia regem ſuſceptura, quâ rex erat ſtatim illuſtrandus; quod quidem ornamentum non tam ſuo nomine paradiſus ſuſcepit, quàm Mariæ, is enim in Mariæ adumbrationem, & eius decorem præfigiandum conſitus eſt, ut perbellè obſervavit Richard. ubi ſuprà:

Richar. de S. Laurent. *Dicitur ergo, quòd Dominus Deus, id eſt Deus Pater, cuius Maria opus eſt ſpeciale, & ipſe ſpecialis eius hortulanus, plãtaverat, id eſt, plantis, herbis, & arboribus, per quæ deſignantur Mariæ virtutes, aptaverat, cuius carni & animæ inſeruit omne genus virtutis. Vndè ipſa dicit Eccli. 24. in me omnis gratia, quaſi omnis ſpiritualis iucunditas & voluptas; paradiſum voluptatis, id eſt animam, vel uterum Virginis.* Etenim eo ipſo quòd Maria divini operis vocabulo fuerit nobilitata, nulla gratia, nulla virtus, nulla prærogativa ei inficianda eſt, ideòque fatendum eſt illam originali iuſtitiâ ornatam, quomodo enim Deus opus ſuum appellaret, quod in priori inſtanti diaboli opus præceſſerat? Præcipuè cùm plantatio poſſeſsionem opifici acquirat, ut ex Ruperto num. 24. obſervavimus, poſſeſſor autem iure aſciſcatur is, qui ab initio opus poſſedit, à quo nomine dejicitur, qui alteri in poſſeſsione ſuccedit, ut iam ſuperiùs ex Hieronymo ſanximus explicante illud Proverb. 8. *Dominus poſſedit me in initio viarum ſuarum.*

31 Et quidem num. 25. ſtatuimus ex Auguſtin. paradiſum ad Orientem ſitũ, eiq; eũ locũ conſultò electum, tanquã dignioré mundi locum ex Theodoro, & ex Euſebio Emiſſeno, in medio orbis cõſtitutum tanquã regia auctoritate præfulgentem; quibus aſſentit D. Thom. aſſerens Oriẽtem locũ paradiſo proviſum tanquam omnium nobiliſſimo, utpote qui ad dexterã ſit, dextera verò & dignitate præfert ſiniſtram & fauſto præſagio, locus enim gratiæ & favoris eſt, ideò iuſti ad dexteram ſtatuẽdi. Quæ quidẽ omnia quaſi in teſtimonium & ornamentum clariſsimæ Mariæ conceptionis videntur à Deo excogitata & procurata. Nihil enim tam valido argumento Mariæ à peccato immunitatem probat, quàm loci dignitas, puritas & nobilitas, quem Deus illi procuravit, ut in eo plantaretur; in vanum enim videretur divina providentia & ſolicitudo laboraſſe loci nobilitatem ei providendo, quæ turpiter condenda eſſet, ut quid locus regius, locus ſanctitatis & gratiæ Mariæ deligeretur, ſi in eo regiâ auctoritate prædita, & cœleſtibus gratijs ornata non eſſet formando? In Oriẽte ſitus eſt paradiſus, ut Severianus ait, quia inde luminaria ſplẽdore redimita curſum ſuum inchoant, ut noſcamus Mariæ paradiſum ſortitum eſſe initiũ ab ipſo luminis fonte, ſuumque exordiũ divinæ gratiæ fulgoribus fuiſſe reſperſum, & nullâ tenebrarum opacitate infamatum, ut ſcitè obſervavit Richard. lib. 12. *Mariæ paradiſus diſcoopertus fuit à ſuperiori, ut Solem, rorem, pluviã & aërem, & eiuſmodi ſuſciperet, quæ veniũt de ſupernis. Quia omne datum optimũ deſurſum eſt, Iacob. 1. Itẽ diſcoopertus fuit hortꝰ iſte, quia nullus peccati nubẽ appoſitam habuit.* Et lib. 10. expendit ipſe Richardus Occidenti & Aquiloni in hũc ſacrum paradiſum aditum ſemper fuiſſe præcluſum, utpote qui Oriẽti dũtaxat patebat, Occidens enim, & Aquilo infortunata ominatione notantur, peccatumque portendunt, quia in Occidente tenebræ ſunt & Solis caſus. Ab Aquilone autẽ panditur omne malum: *Fuit clauſus ab Occidẽte, quia nunquam per peccatũ occidit ei Sol iuſtitiæ: Clauſus etiam ab Aquilone, à quo panditur omne malum, Ierem. 1. Quia nihil coinquinatũ, aut nociviũ in illũ potuit ſubintrare.* Quapropter optimè ſuprà admonuit Strabus, paradiſum Oceano interiecto, & montibus oppoſitis remotiſsimum â noſtro orbe in altum fuiſſe ſitum pertingentem uſquè ad lunarẽ circulũ, unde ab aquis diluvij non potuit eſſe labefactatus. Quid clarius pro noſtri paradiſi claritate & nobiliſsima Mariæ origine potuit divinitus in animũ noſtrũ infundi? Verè primũ Mariæ ſitũ & eius cõceptionis ſtationẽ humana omnia ſibi ſemper ſuperiorẽ demirata ſunt, in eo enim faſtigio coacta fuit Mariæ conceptio, in quod humanæ conſuetudinis iura, & noſtræ infirmitatis impreſsiones nequirent pertingere; nullus humanæ infectionis pravus halitus, quantumvis conatus ſui audaciam animaret, illuc valuit advolare, generalis illa ſtrages, & univerſale contagium, in quo univerſi homines perierunt, fluctibus ſuis quantumvis altè tumentibus caſum, & irritum effectum in Mariæ celſitudinem habuerunt. Quàm perbellè Richard. libr. 12. *Aquis diluvij non contingitur paradiſus, & Beatæ Virginis ſublimem converſationem, quæ verè erat in cœlis, non attigit illud diluvium, de quo dicitur Oſe. 4. Maledictum & mendacium, &c. inundaverunt*: & longè inferiùs: *Secretus fuit paradiſus Mariæ, undè deſignatur per paradiſum terreſtrẽ, qui eſt locus*

Severianus

Richar. de S. Laurent.

Strabus

Richar. de S. Laurent.

amœniſsimus longo maris, & terræ tractu noſtra habitatione ſecretus, adeò altus, ut uſque ad lunarem globum attingat, undè & aquæ diluvij illuc non pervenerunt, ita dicit Magiſter in Hiſtorijs: & quod à conceptione hauſit, ſemper inviolatum ſervavit, ac proinde ſubdit: *Secretus enim fuit hortus Mariæ & ſolitarius ab humana frequentia. Vndè Angelus invenit eam clauſam in thalamo, quod innuitur ex illo verbo, Luc. 1. Et ingreſſus Angelus ad eam, &c. B. Bernardus*: *Quo ingreſſus eſt ad eam? Puto in ſecretarium pudici cubilis, ubi illa fortaſsis clauſo ſupra ſe oſtio, orabat in abſcondito Patrem ſuum.* Et rurſus paucis intercalaris Richardus ait: *Altus fuit paradiſus Mariæ; ipſa enim omnibus creaturis verius potuit dicere: Mea converſatio in cœlis eſt, ad Epheſ. 3. Vndè & ſublimem eius converſationem non attigit illud diluvium, de quo dicitur Oſe. 4. Maledictum & mendacium, &c. inundaverunt. Situt & aquæ materialis diluvij, illum terreſtrem paradiſum, quo deſignatur Maria, non attigerunt. Vndè cùm dixiſſet ei Dominus Iſai. 58. Eris quaſi hortus irriguus, &c. paulò pòſt ſubiunxit: ſuſtollam te ſuper altitudinẽ terræ, &c. erat enim paradiſus ille tota terra altior, ſed cœlo inferior.*

Damaſcen. 32 Præterea eodem num. 24. à Damaſceno accepimus, quia paradiſus omni terra celſior erat, optima à principio temperie, aëre ſubtiliſsimo atq; puriſsimo fuiſſe ſplẽdidum, plantis ſemper virentibus inſignem, & odoris ſuavitate refertũ. Quomodo, quæſo, Mariæ paradiſum ſupra terræ noſtræ cõditionem evectũ pulſaret primi piaculi intẽperies, peſtilens flatus, immanis iãguor, teter odor? Quomodo ſi tot malorum invaſionibus fuiſſet aliquando petita Maria, paradiſi nomen illi aptaretur? Pulchrè Richar-

Richar de S. Laurent. dus ubi ſuprà: *Iugiter viret paradiſus, & B. Virgo creditur non emarcuiſſe putredine, ſed aſſumpta in carne in immarceſsibilem immortalitatem.* Si incineratio & putredo indecens fuit, ut Mariæ corpus corrumperent, verè inhoneſtius erat & indignius, ut eius animus peccati corruptione laſſaretur, ſi Maria à lege illa ſoluta fuit Ge-

Gen. 3. 19. neſ. 3. 19. *Pulvis es, & in pulverem reverteris*; cur non à lege transfuſionis peccati in poſteros eximeretur? A Dei maieſtate erat alienum, ut corpus cuius carnem divinitas ſibi per unionem devinxerat, videret corruptionem, & Deo non eſſet extraneum, ut ſpiritus cum quo Deus unus ſpiritus futurus erat, pollutionem ſceleris ſenſiſſet?

Richar de S. Laurent. Subijcit autem Richardus appoſitè ad verba Damaſceni: *Fuit Maria paradiſus recreans, quia ibi aër purior, quã in villis, aura ſerenior, ventus trãquillior, odor frugãtior, viror vernãtior, umbra iucũdior, quies ſuavior, ſomnus quietior, eſus ſapidior, potus frigidior, ſermo ſecretior, cantus placidior, fons proſpicuior, arbor frondoſior, ubertas largior, flos gratioſior, fructus maturior & cætera huiuſmodi, quam in cæteris Sanctis, qui omnes, ut ita loquor, fuerunt quaſi de villa, id eſt de mũdo. ſed Mariæ cõverſatio tota fuit in civitate paradiſi, & tota paradiſitata, quìa ipſa eſt paradiſus & hortus totius voluptatis.* Ex his verbis pulchra fit alluſio in noſtro idiomate Hiſpano, quæ ſic verti poſsũt ex illo: *Todos los demas Santos ſon como villanos, Maria ſola es la noble y corteſana.* Proſequitur Richardus: *De ipſa enim veriſsimè poteſt dici ſicut de Filio ſuo, Iſai. 40. Omnes gentes, quaſi non ſint ſic ſunt corã ea, & quaſi nihilũ & inane reputatæ ſunt ei, id eſt, ad comparationẽ eius. Itẽ ibidẽ: Omnes gentes quaſi ſtilla ſitulæ, & quaſi momentum ſtateræ reputatæ ſunt, &c. & Iob. 25. Luna non ſplendet, & ſtellæ non ſunt mundæ in conſpectu eius.* Et paulò ſuperiùs ſcripſit: *Maria eſt paradiſus aromaticus, iugiter enim ibi perflante eũ auſtro, iugiter fluunt ad nos aromata illius. Vndè Cant. 4. dicit Filius Spiritui ſancto: Veni Auſter, perfla hortũ meum. Quaſi diceret: O Auſter, id eſt, inſpiratio Spiritus sãcti, perfla hortũ meũ, id eſt, Matri meæ perſeveranter inſufflagratiarũ abundantiã ut abundanter, & indeficienter defluant beneficiorũ remedia ad infirmos. Spiritus sãctus deſignatur per Auſtrũ, qui dicitur quaſi auſteritatẽ ſternens, ſcilicèt Aquilonis oppoſiti, ne ſcilicèt hic Aquilo hortum concluſum perturbaret. Dicitur etiam quaſi augens ſemina terræ, ut quidquid gratiæ & virtutis in hoc horto Deus Trinitas ſeminaverat, ad perfectũ incremẽtum perduceret.* Ecce Mariæ paradiſus munitus adverſus Aquilonẽ, hoc eſt Adami contagium, à quo panditur omne malum, perflãte Spiritu ſancto, & flatibus ſuis præſervante hunc paradiſum, fugantéque Aquilonis inſultus.

33 Rationẽ autem ob quam ita nobiliter honorificèque Deus paradiſum condiderit, & collocârit, maturè aperuit Severianus adductus n. 25. nẽpè quia cũ duobus quaſi naturis conſtet homo mediuſque inter cœleſtes & terreſtres inveniatur, oportuit, ut locus incolæ dignitati aptaretur: *Homo itaque duorum medius erat, neque omnino mortalis, neque prorſus immortalis, ſed tamen utriuſque capax conditus erat: eadem ratione & paradiſus ad ornamẽtum factus in medio cœli & mũdi conditus eſt.* Cui ſentẽtiæ ſuffragatur quoq; Damaſcen. dum ait: *Divinus profectò locus ac dignus eius, qui*

Severianus.

Damaſcen. ad

ad imaginem Dei creatus fuerat, incolatu, in quo nullus irrationalium habitabat, ſed ſolus homo divinarum manuum factura. Meherclè nullum eſt argumẽtum, quod nos manuducat, imò efficaciter impellat cogatq́ue ad nobilem Mariæ originem fatendam, & profitendam, quàm quod ex huiuſmodi divinæ Providentiæ conſilio decerpitur. Si enim divinæ Sapientiæ ordo dignitatẽ hominis attendens divinæq́ue imaginis gloriã in ipſo delineatam ſeu ſculptã, locũ ei præparare decrevit, tantæ maieſtati conformem, quiq́ue ſuæ conditionis, & exordij commendatione & ingenuitate habitatoris claritudinem, & ſplendorem exprimeret & prædicaret, ideòq́ue cũ media ſit homo ſubſtantia inter cœleſtia & terreſtria, medius expedivit, ut paradiſus inter humũ & ætherem conderetur & ſtatueretur. Cur ab hac ſapiẽtiæ ſuæ diſciplina & lege informatione Mariani paradiſi deficeret Deus? Imò æquum erat, ut tanto firmius eam inconcuſſam, & inviolatam ſervaret, quanto excellentior erat, & glorioſior incola in eum ingreſſurus. Verè Mariæ paradiſus non iam ſubſtantiæ cuidam mediæ, divinarum manuum facturæ, divinæq́ue imaginis ſimulachrum præſenti, ſed ipſimet divinæ naturæ, ipſi æterni Patris gloriæ ſplendori, eiuſq́ue ſubſtantiæ figuræ omnia verbo virtutis ſuæ portãti, nempè Dei naturali Filio, *Quẽ conſtituit*
Ad Hebr. 1. 2. & 3. *hæredẽ univerſorũ, per quẽ fecit & ſæcula*, Ad Hæbr. 1. 2. & 3. adornabatur ad tantam maieſtatẽ ab æterno præcognitus, & prædeſtinatus hominis præſtãtia, qui divinæ curæ opus, divinarum manuum plaſma evaſerat, verè talis tantaq́ue in divinis oculis fuit; ut ab eius iudicio locum exigeret, extorqueretq́ue tot nobilitatis titulis illuſtrem, tot excellentiarũ prærogativis inſignẽ, quibus ab ipſo primo ſui initio cõſpicuus, & clarus præfulgeret: & paradiſum divinitati prælectũ in regiam, voluiſſet inter ſordes & luti volutabra dedicari, illudq́ue primitus infenſiſſimo hoſti traderet peſſundandum, qui illius primitiarũ expoliatione & deturpatione ſuperbè, & inſolẽter glotiaretur? Abſit à pijs mẽtibus eiuſmodi cogitationis pars. Egregiè Richard. de S. Laur. lib. 12. ex paradiſi terreſtris dignitate Mariani paradiſi gloriã & immunitatem ab ignobilitate elicit:
Richar. de S. Laurent. *Paradiſus terra eſt ſuperior, & cœlo inferior: & B. Virgo omni puro homine, qui de terra eſt, Ioan. 3. ſuperior; Deo, qui ambitu poteſtatis ſuæ omnia continet, inferior. Vndè Beatus Anſelmus: Nihil æquale Mariæ, nihil niſi Deus maius Maria.* Et rationem huius præcelſæ altitudinis reddens, ſubiungit: *Fluvius de eo egrediens quatuor fluvijs totam terram irrigat, & Chriſtus Dei ſapientia, qui aquæ ſapientiæ ſalutaris ſe comparat, Eccli. 24. Ego quaſi fluvius Doryx, &c. egrediens per carnalem nativitatem de Beata Virgine quatuor fluminibus Evangeliorum totam terram Eccleſiæ copioſè irrigat & fœcundat.* Quocircà paulò inferiùs mirã facundæ devotionis felicitate primo paradiſo Marianum paradiſum confert, evincitq́ue præſtantiam & maieſtatem, quâ ille ab hoc ſuperatur, ex eo quòd Mariæ paradiſus divinitatis habitationi fuerit ſacratus: *Maria hortus concluſus. Plantaverat quidem Dominus hortum voluptatis à principio, Geneſ. 2. Scilicèt paradiſum, in quo poſuerat lignum vitæ, cuius uſum amiſimus, quia non fuerat concluſus hortus ille. Vndè Iob. 3. Dicitur de Satana. Non concluſit oſtia ventris, qui portavit me, neque abſtulit mala ab oculis meis. Quaſi diceret: Aperuit Satanas oſtia paradiſi, de quo quaſi fœtus de ventre genus humanum exivit, quæ oſtia ſi non aperuiſſet, ablata eſſent mala ab oculis meis. Sed ad remedium huius mali fecit Deus alium paradiſum, ſcilicèt Virginis uterum, in quo plantavit aliud lignũ vitæ, ſcilicèt Chriſtum, & ita concluſit hũc hortum, ut nulli hoſtium, nulli maligno eius pateret ingreſſus. Nec ſemel tantùm, ſed iterum dicitur hic hortus concluſus, & ipſa iteratio veritatis confirmatio eſt, Cant. 4. Hortus concluſus ſoror mea Sponſa, hortus concluſus, fons ſignatus. Concluſit autem hunc hortum tota beata Trinitas, quia potentia Patris munivit Virginem contra diaboli violentiam, ſapientia Filij contra fraudulẽtiam diaboli; bonitas Spiritus ſancti contra eiuſdem malitiam. Item Pater potens contra extollentiam ſuperbiæ: Filius ſapiens contra inſipiditatem gulæ & luxuriæ: Spiritus ſanctus contra crudelitatem avaritiæ. Nec ſolùm hortus concluſus, ſed & fons ſignatus appellatur hic hortus, qui deſignatur per terreſtrem paradiſum, in quo poſitus eſt ſecundus Adam, ſcilicet Chriſtus velut in horto fœcundo, ne eſuriret, & in fonte gratiarum, ne ſitiret. Concluſit autem Dominus hunc hortum tam fortiter, & hunc fontem ſignavit tam firmiter, ut draconẽ pervigilẽ omnino lateret, & leonẽ rugientẽ longè à ſe excluderet, & nec una pateret trimula, qua poſſet introſpicere ſubtilis aſtutia inimici.* Et quidẽ ardentior erga Mariæ puriſsimam conceptionem animus teſtimonium pro illa fulcienda, & propugnanda clarioribus verbis & argumentis inſtructum nequiret eructare. Etenim expreſsè loquitur de damno per originale piaculũ humano generi illato, de quo ad litterã exponitur à Patribus, & Interpretibus locus

Iob 3. 10. adductus Iob. 3. 10. *Non concluſit oſtia ventris, qui portavit me, nec abſtulit malũ ab oculis meis*, & ipſemet Richardus de ipſo primorum parentum reatu, per quem à paradiſo exularunt, locum interpretatur. Et ab hoc peccato, ait, paradiſum Mariæ præſervatum & contra illud adeò præmunitum, ut hoſti maligno ad eũ aditus prorſus eſſet intercluſus: quem quidem paradiſum ſingulæ Trinitatis perſonæ, & earum potẽtia, ſapientia, & amor ſuſceperunt munitionibus divinarum gratiarum, & excellentiarũ prẽrogativis ab inimici inſultibus ita præſtruendum, ut malitioſus draco omnino illũ ignoraret, & vel levis fiſſura aliqua ex parte hiſceret, à qua machinationem in illũ moliendi audaciam, aut ſpem poſſet callidus hoſtis reſumere. Et poſt multa adſtruit oppoſitionem inter paradiſum terreſtrem & Marianã, ex utriuſque fructu. Fructus enim illius paradiſi fuit Eva, in quo condita fuit; huius verò Chriſtus, in quo fuit conſtitutus, & ex eo cõſtructus, ex quo ſanè diſcrimine, diſtantiam dignitatis arguit, qua primo paradiſo ſecundus præit: *In horto voluptatis lethaliter infectum & vulneratum eſt genus humanum; in Mariæ paradiſo inventũ eſt ſalutis remedium. Evæ enim & Mariæ convenit ille dialogus, Deuter. 32. Ego occidam; dicit Eva. Et ego vivere faciam, dicit Maria, &c. Vndè autem proveniat hæc virtus ſanativa, oſtenditur Ezechiel. 47. Aquæ eius, quibus ſcilicèt irrigatur hic hortus, id eſt dona gratiarum, egredientur de ſãctuario, id eſt de cœlo, vel ab ipſa Matre, vel etiam ab ipſo Filio; & erũt fructus eius in cibum, ſcilicèt in ſacramẽto Filij, qui eſt fructus huius horti, id eſt verba & exempla in medicinam languentium animarum, & obumbrationem peccatorum.* Et initio eiuſdẽ libri ſtatuit quidem primò diſsidiũ, quod fatiſcit inter primũ hominem poſitũ in antiquo illo paradiſo, & ſecundũ, nempè Chriſtum in Mariæ paradiſo collocatũ: *In illo paradiſo non eſt homo carnaliter genitus, ſed divina virtute poſitus, ſicut legitur Geneſ. 2. Tulit Deus hominem & poſuit in paradiſo voluptatis, qui eſt forma futuri, &c. ad Rom. 5. Similiter & ſecundus Adã de cœlo cœleſtis, 1. Corin. 15. nõ generatione carnali in beatam Virginem venit, ſed ſolo opere Trinitatis. In hoc enim paradiſo, id eſt B. Virgine, poſitus eſt homo Chriſtus, ut operaretur in ea: undè illa dicit Luc. 1. Quia fecit mihi magna qui potens eſt.* Et ea iacta utriuſque hominis differentia, ſcilicèt terreſtris in paradiſo terreſtri, & cœleſtis in cœleſti, nempè Mariæ, paradiſo collocati, ſancit diſcrimen inter dignitatem utriuſq; paradiſi, nam prior patuit ſerpenti, inquẽ ille virus primi peccati evomuit & Evã ſeduxit: poſterior verò obſeratus prorſus & occluſus ſerpenti fuit, in quem ſuum venenum tanquam primi peccati ſequelam non prævaluit expuere. Subdit enim: *Ille paradiſus apertus fuit ſerpenti, qui ſeduxit Evã, ſed iſte paradiſus hortus concluſus contra omne nocivum.* Quid pulchrius excogitabis?

Richar. de S. Laurent.

34 Eodem num. 25. oſtendimus cuſtodia Angelica & muro igneo paradiſum fuiſſe incinctum, quæ procùl ſerpentem cæteraque animalia irrationalia arcerent, ſimulque homines peccato inquinatos ab illo abducerent, timoreque in eorũ animis incuſſo cohiberent, ne vel aſpectum in illum intenderent; per ea adſtruẽte Deo quanta fuerit nobilitas paradiſi, quantaque claritudinis ingenuitate fuerit conſtructus, qui non pateretur peccatorũ hoſpitiũ, & vel illorum aſpectus fuerit illi inviſus. Quamobrem divina providentia, ob illi inditã nobilitatẽ ſe veluti devinctã cenſuit ad deterrendũ longius, & amandandum formidabili murorũ militiæque cuſtodia adhibita, quidquid nativũ paradiſi ſplendorem poſſet vel tantiſper inficere. Hæc certè in intemeratæ Mariæ originis teſtimonium commendationis præſtructa ſunt, in quibus divina Sapientia non tam accuraſſe videbatur impollutũ illius paradiſi honorem demonſtrare, quàm Marianæ vitæ nobiliſsima exordia, cuius ille præextitit imago. Quocircà cœleſtis hic paradiſus à principio plantationis ſuæ, ſeu cõceptionis præordinatam habuit Angelorum cuſtodiam, qui vigilantibus curis totoque animo pro illo excubabant, adverſarij conatus eludendo, infringendoque inſultus, illos vel maximè quos nocturno tẽpore adornat, ut primũ vitæ diluculum adoriatur: eiuſmodi cuſtodiam Mariano paradiſo agnovit præparatã Richar. de S. Laur. lib. 12. *Paradiſus cuſtodia Angelorũ munitur ſicut legitur Gen. 2. & B. Virginẽ Angeli ſolicitè cuſtodiebant. Vndè Cant. 3. Lectulũ Salomonis ſexaginta fortes ambiũt, & ei dicitur Pſal. 90. Angelis ſuis Deus mãdavit de te, ut cuſtodiãt te in omnibus vijs tuis.* Omnes Mariæ viæ ab Angelis inducuntur munitæ & ſervatæ, ut diſcas non eã viã ab eiuſmodi præſidio exclusã, quã ineunt qui hanc vitæ lucẽ ingrediuntur: & lib. 3. *Maria habebat Gabrielem ad ſui cuſtodiã deputatũ, qui interpretatur fortitudo Dei, quo patrocinãte nihil in ea proficere poterat inimicus; nec ei nocere filius iniquitatis apponebat, nec ſolũ unũ Angelũ, ſed creditur quòd infinitos. Vndè ei dicitur Pſal. 90. Angelis ſuis Deus mãdavit de te, ut cuſtodiant te in omnibus vijs tuis.* Et rectè inducitur Dei fortitudo excubias extrues pro Maria, ne quid in ea poſſet

Richar. de S. Laurent.

pro-

proficere hoſtis, primi parentis nequitiæ dãna ei apponẽdo. Quia ubi Dei fortitudo vigilat, nihil debet impoſsibile cenſeri, etiam ſi communem, præſcriptumque naturæ ordinem excedat. Et poſt multa idem Richardus ſcribit: *Maria diligentiſsimè conſervabatur à Deo Trinitate, qui dicit de ea ſub appellatione vineæ, Iſai. 27. Nocte ac die ſervo eam; indignatio non eſt mihi. Servabatur enim ab Angelis, ut dicit ei Pſalmus 90. Angelis ſuis Deus mandavit de te, ut cuſtodiant te. Ideò dicitur de ea, Cantic. 8. Vinea fuit pacifico, tradidit eam cuſtodibus.* Teſtatur Deus ſe nocte & die ſervare Mariam; per noctem intelligit tempus à conceptione uſque ad nativitatem in quo deliteſcẽs fœtus in utero matris noctis imperio ſubiacet, undè cùm ab illo emittitur, dicitur luce frui. Hanc Angelicam munitionem Mariæ adſcitam locupletiùs cõmendat locum elucubrans, Cant. 3. 7. 8. *En lectulum Salomonis ſexaginta fortes ambiunt ex fortiſsimis Iſraël, qui ſunt tenentes gladios & ad bella doctiſsimi. Vniuſcuiuſq; enſis ſuper fœmur ſuum propter timores nocturnos.* Sic enim ait lib. 10. *Hæc verba poſſunt eſſe Angelorum deſcribentium quãto ſtudio Angeli famulabãtur in terris Virgini glorioſæ. Lectulus Salomonis, id eſt, veri pacifici B. Virgo dicitur, in qua deitatis inclinato capite, Dei Filius requievit velut in lectulo. Vndè ipſa dicit: Et qui creavit me, requievit in tabernaculo meo, Eccli. 24. Cũ autem ſicut dicit Apoſtolus Hebræor. 1. Omnes ſpiritꝰ cœleſtes adminiſtratorij ſint, & mittantur in miniſterium propter eos, qui hæreditatem capiunt ſalutis, & non ſolũ ad miniſterium hominũ minores mittãtur ſpiritus, ſed etiam ſuperiores, & de ordine Seraphim, qui propter charitatis ardorem dicuntur flamma ignis, vel ignis urens. Vndè Pſal. 103. Qui facit Angelos ſuos flammam ignis, vel ignem urentem; oſtenditur in hoc loco, quòd ad cuſtodiam B. Virginis, & eius obſequium, non inferioris ſed ſuperioris dignitatis Angeli deputati ſunt, cùm dicitur, quòd hunc lectulum ambiunt ſexaginta fortes de fortiſsimis Iſraël. Nam B. Virginem ambiebant diligenti cuſtodia, & reverentia obſequioſa Angelici ſpiritus fortes inter fortiſsimos ſpirituum, qui pro eo, quod aſſidua contemplatione Deum conſpiciunt, Iſraël nomine deſignantur. Et iſti fortes ſexaginta dicuntur non propter numerum, ſed propter numeri myſterium. Nam ille numerus ex ſenario & denario conſtat; ſenarius autem perfectionẽ ſignificat, denarius quoque qui regis habet imaginem, & decẽ nummorum continet pretium, Angelicam deſignat naturam, quæ ad imaginem Dei creata eſt expreſsius.* Honorius autem apud Delrium per ſexagenarium numerũ cenſet omnimodam perfectionem deſignari, quæ vel levem defectum non patitur. Quamobrem per fortiſsimos iſtos ſexaginta intelligit Angelos ſupremorum chororum, cuſtodes potentiſsimos corpori Deiparæ, quæ Chriſti lectulus eſt, contra dæmones conſtitutos. Cui etiam aſſentit Guillelmus. Vide mihi, quanti Mariæ fabricam fecerit divina Sapientia, quantaque eam nobilitate compegerit, cuius cuſtodiæ & famulatui auguſtiores & ſplendidores ſpiritus adſcripſerit. Certè ex cuſtodiæ excellentia & dignitate rei cuſtodiendæ pretium, & maieſtas dignoſcitur. Quàm indigna de Dei conſilio inſiliret exiſtimatio, ſi crederetur hinc illum permiſiſſe Mariæ corpus turpiter, & ignobiliter cogi, tradique in ſui primo initio infenſiſsimo & inhoneſtiſsimo tyranno poſsidendum & conculcandum, & exinde accuraſſe, ut primores ſpiritus robore & virtute præſtantes ſumma gloria & originis ſplendore conſpicuo armis alligati, pugnare periti, prælijs exercitati præſidio Mariæ forent, quam à timoribus & diſcriminibus nocturnis, liberam vindicarent! Proſequitur Richardus: *Igitur per ſexaginta fortes illi ſignantur ſpiritus, qui in ſubtilitate naturalium, & abundantia ſpiritualium gratiarũ, & expreſsiori Creatoris ſimilitudine quadam perfectione cæteris præeminere noſcuntur. Horum autem fortitudo, prudentia & obſequij promptitudo demonſtratur, cùm dicitur: Omnes tenentes gladios, &c. In gladijs ſignatur poteſtas debellandi malignos ſpiritus. Cũ dicuntur ad bella doctiſsimi, oſtenditur eorũ prudentia ad obviandum contra omnes inſultus dæmonum. Cùm dicitur uniuſcuiuſque enſis ſuper fœmur ſuum, oſtenditur quàm ſint expediti, quàm parati ſint ad prælium: Nam homines pugnaturi, dum expectant adverſarium, ſuper fœmur ſuum extractum ſolent tenere gladium. Quare autem iſti fortes hunc lectum ambiant, oſtenditur, cùm ſubditur: Propter timores nocturnos.* Verè ſi me mea mens non fallit, puto ſexaginta hos fortes ſupremos ſpiritus præferentes, perfectiſsimi hierogyphici formam continere, puriſsimam Mariæ gloriam, originalemque & nativam nobilitatem apprimè collimantis, & exprimentis; vel tanquam ſimulachra quædam eſſe, & perſonas, ſtemmata, & inſignia Marianæ maieſtatis & ſplendoris initialis geſtantes, omnibuſque oſtentantes, ſicut moris eſt, ut heroum monumenta imagines & ſpectra ambiant, ſcutis onuſta, in quibus illuſtriora eorum geſta

Cant. 3. 7 8.

Richar. de S. Laurent.

Honorius.

Guillelmus.

Richar. de S. Laurent.

celebriora facinora, notæque inſigniores cernantur ſculpta vel inciſſa. Ideò Angeli Mariæ fabricam obſident nobiliter conditi & originario fulgore præditi, qui originis ſuæ ingenuæ prærogativâ illuſtrem Mariæ generationem teſtentur; & non cuiuslibet ordinis intelligentiæ, ſed quæ ſupremã Hierarchiam obtinent, divinæ naturæ inacceſsis ſplẽdoribus viciniores quippè quæ expreſsiori Creatoris ſimilitudine quadam perfectione cæteris præeminent, ac proindè in ſubtilitate naturalium, & abundantia ſpiritualium gratiarum reliquis innatant: ficque titulos Mariæ ſplendidiſsimæ conceptioni erigunt, qui illam evulgent non ſolùm nobilem, ſed omnigena tum naturali, tũ ſupernaturali gratiâ ornatã, taliterq; formatã, ut divinæ origini propinquior nobilitate & perfectione præ cæteris creaturis cẽſeatur. Quamobrẽ ſcitè Guillelmus apud Delrium conſiderat lectulum dici ad comparationẽ ſinus paterni. Etenim ad ea verba, Cant. 3. 1. *In lectulo meo per noctes quæſivi quem diligit anima mea: Facit*ẽ, inquit, *divinitatis cum hilaritate quærebat in lectulo ſuo; benè addit meo. Nam alium lectũ dilectus habet apud Patrem, alium habet apud Matrem; ille eſt æternus Patris ſinus, & eſt magnus lectus, hic eſt temporalis matris uterus, & eſt præ illo parvus lectulus.* Itaque nobilitate ſuâ ſublimiores ſpiritus, qua reliquis præunt, dum lectulum ambiũt, Mariæ originem omnibus adeò puriorẽ demonſtrant, ut ſola poſsit divinæ comparari, cui vicinior evaſit. Sexaginta eſſe perhibentur, ut perfectionis numero decorati innuãt perfectiſsimum nobilitatis ſtatum, quẽ Mariana vita à ſui exordio adepta eſt. Nam ut Honorius ait: *Perfectus numerus eſt, qui completur in ſuis partibus, imperfectus verò, qui partibus ſuis ad ſummam non pervenit, aut eam excedit, ſenarius numerus eſt perfectus, quia conſtat ſuis partibus, quæ ſunt unitas, binarius, ternarius. Nam ſexies unum, vel ter duo, vel bis tria ſunt ſex: Non ita fit in octonario numero, &c. Et ſupra decem ſolus ſexagenarius numerus invenitur perfectus; cuius partes ſunt decem, viginti, triginta; nam decem pro unitate, viginti pro binario, triginta pro ternario ponuntur, ſiquidem ſexies decem, vel ter viginti, vel bis triginta ſunt ſexaginta, quod nullus alius numerus infra centum facit.* Satellitium ergo Mariæ deſtinatum, numero ſuo perfectionem præfert; perfectio autem numeri in eo conſiſtit, quod in ſuis partibus compleatur, quarum nulla vacuâ reperitur, & cum alijs coniuncta, aut defectũ parit aut exceſſum. Verè ſi perfectionẽ Marianæ vitæ diſquiras ſigillatim eam in ſuis omnibus partibus conſummatã reperies, & perfectam, à primo enim illius inſtanti uſque ad ultimum, nihil tibi, aut vacuum, aut defectuoſum obviabit, in omnibus enim cõpletur, & ad perfectionis ſummam pervenit, & forſan ob huius myſterij rationem numerus annorum Mariæ ſexageſimum non exceſsit, ut in perfectione cõſummaretur, quæ à perfectione inchoarat. Nam ſenarius numerus ideò eſt perfectus, quia completur in unitate, hoc eſt in primo numero, undè ſexies unum ſunt ſex: & idem videre licet in ſexagenario numero, in quo decẽ pro unitate conſtituitur, & in illâ completur, ſiquidem ſexies decem ſunt ſexaginta. Quamobrem non abſque ſacramento Mariæ vita ſexagenarium numerum non evaſit; ut diſcas in unitate, hoc eſt in primo anno fuiſſe undequaque perfectam, nec ullum unquam defectum in illa admiſſum. Deſcribuntur ſexaginta fortiſsimi ſpiritus tenentes gladios, id eſt præditi poteſtate debellãdi thartareos ſpiritus, & ad bella doctiſsimi, hoc eſt miro aſtu & ſolertiâ inſtructi ad dæmonum inſultus repellendos & refringendos. Profectò hæc omnia demonſtrant ſacram militiam excubaſſe vigilanter pro Mariæ conceptione in ſecuritatem, & indemnitatem aſſerenda, etenim ibi validior exigitur fortitudo, ſagacior ſolicitudo, armorum apparatus inſtructior, poteſtas debellandi ſuperior, ubi adverſarius iura ſua poſsidet, & triumphare ſemper novit, nunquam triumphari. Primus vitæ aditus, in quo humana proles concipitur, aut generatur, ius dæmonis eſt, ibi ſuperbus victor ſemper tumet, ubi præda repugnare difficilis, vulnerari facilis & matura erumpit, hic opus, hic labor eſt, ubi hoſtis iure, facultate, conſuetudine & ſeveritate viget ſuperandi; ut igitur divina Sapientia probet ſexaginta militum præſidium vitæ Mariæ fuiſſe proviſum, ut poteſtatem, quã dæmon in generis humani propagationem obtinuit, convelleret & diſturbaret, eumque impetum cohiberet, qui fractu ſummè difficilis eſt; inducitur ſatellitium coactum ex ſublimioribus & potentioribus intelligentijs cominùs divinã virturem participantibus, numero victoriæ perfectionem prædicentibus, formidabili armaturâ munitis, hoſtium devaſtatione peritiſsimis. Nam iuxta ordinatiſsimæ providentiæ optimæque diſciplinæ præſcripta, ſumptuoſior rerum apparatus opulentiorque copia non niſi ad difficiliora magiſque ardua facinora præadornãtur. Quod verò huc divini animi conſilium & intentio ſpectârit, id ſanè maximè probat locus ſuper quem diſtrictos enſes oſtentabant, nẽpè ſuper fœmur, quaſi locum illum præci-

Cant. 3. 1.

Guillelmus

Honorius

puè

puè protegentes & propugnantes : *Vniuſcuiuſque enſis ſuper fœmur ſuum.* Fœmori, ut ex Gregorio ait Delrius, generatio tribuitur, undè cùm ſuper fœmur enſes exertos habent, ſatellites effecti Marianæ fabricæ, verè innuunt, muneris ſui eſſe illum locũ communire, & ab hoſtili tyrannide ſecurum reddere & immunem, in quo Mariæ generatio extruebatur. Quocircà fœmur nudis enſibus complecti, nil erat aliud quã oſtendere omne ſuum ſtudium circa iniuriam à generatione propulſandam verſari, totoque ſe animo inſiſtere in communis calamitatis periculo ab ea prohibendo. Eaque vigilantia & armorũ potentia inſtructi indicabant; fruſtra cruentum feralemque adverſarium perſequi ac concitum ferri in fœmur illud, in quo Mariæ conceptio parabatur, inani rugitu ſuperbiæ leonem conari terrere & otiosè circuire nobiliſsimam Marianæ generationis officinam, ambientem, ut Mariã in primo vitæ inſtanti laniaret, & devoraret. Hanc etiam mentem, & interpretandi rationem confirmant verba ſequẽtia: *Propter timores nocturnos.* Quid eſt nobiles ſtipatores gladios habere evaginatos, & paratos ſuper fœmur propter timores nocturnos, niſi prorſus eſſe intentos in avertendo à fœmore parentum Mariæ timorem vitiatæ generationis, & contaminatæ conceptionis, quæ ab humanis lumbis ſolet effluere: generationem enim quæ peccatis polluta ab illis deſcendit, noctis nomine aſſueſcit ſacra Pagina deſignare. Solemne eſt enim illud Iob. 3. 3. *Pereat dies, in qua natus ſum, & nox, in qua dictum eſt : Cõceptus eſt homo.* Et notandum eſt & diei, & noctis meminiſſe Iobum, nativitatem nomine diei, conceptionem verò noctis nomine inſignientem. Vnam & eamdem functionem diẽ vocat & noctem; diem ob pollicitationem illam fucatam divini luminis, quâ allectus à ſerpente, deceptus eſt homo, *eritis ſicut dÿ*, Geneſ. 3. 5. noctem verò, ob tenebrarum caliginem in quam mortalis generis propagationem, peccatum primum detruſit. Vt prę-clarè Olympiodorus apud Caten. Græcam: *Quod autem ad vocabuli rationem ſpectat, diem unum ſcriptura vocare conſuevit totũ diei ac noctis ſpatium. Verùm quod pertinet ad ſententiam, eandem diem noctemque appellat, quæ initia attulit peccato. Ac diem quidem ob illuminationis promiſsionẽ. Eritis, inquit, ſicut dÿ, noctem verò, quoniam tenebris animam obduxit, & mortem introduxit.* Vel nativitatem diem appellavit, propter falſam eorum opinionem, cui nativitatem lucis putant initium, hanc vitam diem nominãtes, quâ frui felicitatem & voluptatem illi arbitrantur, cum reipſa fallacem quamdam lucis æmulationem & ſimilitudinem habeat. Noctem verò appellat improviſum illum, & repentinum incurſum, quo peccatum humanam generationẽ adoritur. Sic rurſus idem Olympiodorus: *Nativitatem quaſi diem exiſtimamus, cui etiam optamus exitium, quod enim quemque delectat, id diem putat ſuum, ita errore animi decipimur. Quare hanc diem iuſtus cupit deleri, ut quæ ſolo nomine vicinitatẽ lucis imitetur : noctem verò dicit peccati ſubitum ac furtivum introitum.* Cùm igitur ait, ſupremam ſpirituum militiam, quæ Marianum opificium obvallat, minaces oſtentaſſe gladios fœmur protegentes propter timores nocturnos, verè exprimit Hiſtoricus curã & munus ſatellitij fuiſſe procul amovere periculum pravæ & ignobilis conceptionis, noctis vocabulo conſignitæ, à fœmore Mariæ parentum, quod quidẽ fons illius generationis extitit: ſic auguſtiſsimis intelligentijs per omnia teſtantibus, dum lectulum cœleſtis & pacifici Salomonis, nempè Mariam, circumſtant, ad inſtar ſimulachrorum ſe gerere nobiliſsimæ Marianæ originis ſtẽmata, & inſignia præferentium.

35 Demũ num. 26. animadvertit Ambroſius priſtini paradiſi ſpecialem gloriam eſſe decuſque ſingulare, quòd eius excellentiæ & prærogativæ nequeant ab humana mente, quantumvis aciem exacuat, exhauriri & comprehendi; nec ideò illi privilegiũ aliquod denegandum, quòd rationem quis non aſſequatur, ob quam fuerit illi conceſſum, ut intelligamus Mariani paradiſi, cuius ille figura prævaſit, hoc etiam eſſe propriſſimum ornamentum, & cùm quis curioſa perſcrutatione obtutus figit in Mariæ gloriam indagandam, non ideò illi ſpecialẽ aliquam prærogativam inficietur, quod ipſius intellectus illam non valuerit adipiſci, credatque illius aciem nimio ſplendore repercuſsã obtundi & hebetari. Non enim oculus vidit, aut auris audivit, aut in cor hominis aſcendũt ſingula gratiarum indulta, quæ Mariæ ſunt divinitùs præparata, & delata, & cùm modum ignorarit, quo divina Sapientia Mariæ conceptionem puriſsimam à communis contaminationis periculo illæſam præſervaverit & præmunierit, fateatur ſe illum capere ineptum eſſe, & imbecillem, & in tanti myſterij obſequium intellectum piè ac religiosè captivet. Profectò Marianum paradiſum eiuſmodi prærogativæ ſingularitate præfulſiſſe, obſervat Richardus de S Laurent. lib. 12. *Concluſus eſt etiam hortus iſte Mariæ humano intellectui, quia ſicut dictum eſt Eccli. 24. Infirmior illo rege, ſcilicèt nato de David, non inveſtigabit eam.* Et paulò inferiùs: *Fuit etiam hic hortus*

Gregor.

Iob. 3. 3.

Geneſ. 3. 5.

Olympiodorus.

Olympiodorus.

Richar. de S. Laurent.

tus concluſus, ut laterent ipſius interiora pulcherrima. Vndè in Canticis toties dicitur de Virgine; Abſque eo quod intrinſecus latet. Et rurſus poſt nõnulla interiecta: *Signatus eſt Mariæ hortus; unde dicit ei Sponſus Cant. 5. Quàm pulchra es amica mea, &c. abſque eo, id eſt, præter illud quod intrinſecus latet ſoli Deo cognitum nemini manifeſtum. Vel abſque eo quod intrinſecus latet, id eſt, abſque interna virtutũ pulchritudine, quæ omnes homines latuit.* Eiuſmodi excellentiam autumo indicaſſe regium
Pſal. 44. 14 Vatem ſic de Maria canentem: *Omnis gloria filiæ Regis abintus*, Pſalm. 44. 14. id eſt ab occulto illo generationis exordio filia regis Maria eſt, & eius pulchritudo emanat, à quo reliqui deſcendũt filij iræ & captivitatis, & deformitatem ac ignobilitatem trahunt. Quæ Mariæ gloria ab intus dicitur erumpere, quia eius origo plures later. Optimè ſanè
Richar. de S. Laurent. Richard. lib. 4. *Gloria Mariæ in hoc multum conſiſtit, quòd de ipſa ab initio ſæculi multa non ſolùm dicta ſunt, ſed etiam figurata ſunt glorioſa. Ipſa enim illa civitas de qua dicit Pſalmiſta: Glorioſa dicta ſunt de te, civitas Dei, Pſalm. 86. Nec ſolùm dicta ſunt, ſed & dicuntur quotidie, & dicentur uſque in æternum. Sed quæ glorioſa? Quod beatam eam dicunt omnes generationes. Chriſtus enim Mariæ Filius ipſe heri, ipſe hodie, ipſe & in ſæcula, ad Hebr. ultimo. Et ipſe qui antiquos inſpiravit, ut de Matre ſua ſub ænigmatib⁹ glorioſa prædicerent, ipſe & quoſdam modernos illuſtrat, ut de ipſa glorioſa non taceant, & etiam uſque ad finem mundi ſemper aliquos illuſtrabit, ut Matris præconio nova ſemper aliqua ſuperaddant. Gloria Mariæ eſt ſacerdotalis & regia generoſitas. Vndè omnis gloria filiæ Regis, id eſt Mariæ filiæ David ab intus, Pſal. 44.* & lib. 6. explicans quomodo Mariæ regiæ filiæ gloria pullulârit ab intus, inquit: *Maria Regis filia ſecundùm carnem, quia regali ex progenie. Maria filia ſummi Regis, id eſt Dei Patris per creationem & gratiam, cuius gloria, quod hoſpita & triclinium totius Trinitatis. Cuius omnis gloria ab intus. Exterius enim reputabatur corrupta, ſed gaudium de incorruptione habebat interius.* Quod ſanè ſplendidiſsimæ generationis eius myſterio apprimè adapratur. Putant aliqui & evulgant exterius, Mariæ originem generali primâ peccati ſtrage fuiſſe corruptam: *Sed omnis gloria filiæ Regis ab intus*; quia ſemper gloria de incorruptione ſuæ conceptionis perfundebatur interius.

(??)

§. II.

Gravitas peccati originalis: Auguſta Deiparæ dignitas; honorum prærogativæ quas exigit. Ex intima cognatione, quam cum veritate Maria habet, eius nobilitas originalis evincitur.

36 *FLagitium originale omnium peccatorum fons, cunctorum ſcelerum nomẽ habet iuxta ſcripturæ phraſim, Exod. 32. 3. & 47. & Matth. 2. 19. per Vrbanum Pontificem.*

37 *Quantam petat ſublimitatem divinæ maternitatis maieſtas, ex Actor. 1. 9. per Ambroſium.*

38 *Quàm ſolicitè accurarit Chriſtus privilegiorum ſingularitate parentem ſuam efficere, ex D. Thom. qui expenditur. Mutuò ſe filius & parens in originis claritudine commendant, Cantic. 1. 14. & cap. 2. 2. Filius quomodo coram Parente ſe depreſſerit, ex Ruperto, qui illuſtratur.*

39 *Mariæ claram originem teſtatus eſt Chriſtus in cruce, difficilis locus Arnoldi Carnoten. lucem accipit.*

40 *Conſentit Arnoldo Ambroſius, & alia via oſtenditur cura, qua Chriſtus in cruce parentis nobili origini fulciendæ cõſuluerit; verba Ambroſij ponderantur.*

41 *Firmatur primordialis Mariæ claritas ex eo, quòd poſt Chriſti Aſcenſionem in Eccleſia ſpiritus veritatis in ea inſederit, à qua velut à Spiritu ſancto veritatis oracula Apoſtoli exigerent, Ioan. 16. 12. ex Ruperto.*

42 *Præfatum argumẽtum clareſcit ex nomine mendacij, quod peccato originali inditur, Pſalm. 115. 2. ex Concil. Arauſican. Athanaſ. Iſidor. Peluſ. Procop. Peccatum originale mendacij nomen ſortitur, quia à mendacio traxit initium, Geneſ. 3. 1. 2. & 4. per Ambroſ. Rupert. D. Thom. locus Ioan. 8. 44. ex Rupert. Imago Dei ſita in homine veritas, Geneſ. 1. 27. ex Hugon. de Sanct. Victor.*

43 *Veritas in Maria incarnata, habitum ab ea aſſumpſit per quem manifeſtaretur. Ad Tit. 2. 1. per Clement. Alex. & Anſelm. Pſal. 84. 12. per Ildephon. & Amedeum. Os Mariæ, os ſpiritus veritatis per Rupert.*

44 *Veritas contaminatis animis ex Dei*

con-

conſilio & cura nõ communicatur, Matth 4. 3. per Rupertum.

45 *Dæmoni permittitur aliquando veritatem prædicare, Luc. 4. 33. quia pulchra laus ab adverſario, ex Irenæo. Sed ſtatim illius os occluditur & obturatur, quia os impurum dedecet veritatem, ex Athanaſ. & quia dæmon mendacij parens, & mentiendi libidinem in primis parentibus excitavit, & accendit.*

46 *Veritatis enuntiandæ munus hominem expetit ex clara regeneratione renatum, expendũtur verba Theophilact. in Ionæ. 1. 5. iuxta verſionem* LXX.

47 *Adſtruitur clariſſima veritatis origo, ex eo quòd veritatis verba poſtulent formari veluti ex ipſo Chriſti ſanguine: ideò oportet, ut lingua & labia Chriſti ſanguine madeant, quò verba veritatis forment & evulgent. Locus Cant. 4. 3. per tres Patres apud Theodoretum.*

48 *Singulariter elucubratur locus Exod. 4. 10. per Philon. & Auguſtin. Moyſes ſanctitate & divinitate veluti imbutus, ut ad Dei familiaritatem aſſumeretur, Exod. 3. 4. per Cyrillum & Diodor. illum veluti divinitate affectum quæſivit veritas, ut in eũ ſe immitteret, undè poſt Dei alloquium neſciebat niſi veriſſima loqui.*

49 *Veritatis nobilitas tanta eſt, vt quaſi innatam ſedem Dei immutabilitatem expoſtulet, os quod vocem mẽdacij aſſumpſit, ut eius turpitudinem argueret, ſi velit ſtatim veritatem enuntiare, neceſſum habet pauliſper ſubſiſtere, ut expietur. Quid ſit diapſalma. & myſterium diapſalmatis poſiti inter verſum tertium, & quartum Pſalmi 4. per Hieronym. Lorinum, & Niſſenum.*

50 *Requiritur ut præmittatur cœleſtis illuſtratio in animo, qua illitus poſſit veritatem concipere, Pſalm. 95. 2. explicatus per Hugonem de Sanct. Victor. tres dies ſtatuentem, quorum alter alteri myſteria annuntiat Ieſu: primus dies timor qui admixtum peccatum habet, ſecundus veritas, qui peccati tenebras non patitur, illudque expellit & deſtruit: tertius dies eſt charitas, & hic dies etiam dies clariſſimæ veritatis eſt: quia clarior & apertior veritas, ut eluceat animo, requirit illum lucidiſſima charitatis flamma cõſpicuum. Vndè ſpiritus amoris dicitur ſpiritus veritatis.*

36 OPeræpretium eſt in fronte præſentis argumenti præmittere peccati originalis gravitatem, quod quidem cùm unum ſit, vulnus animo inflictum plurium ægritudinum fons eſt & origo, & eo ſemel animus ſauciatus, meritò omnigenâ ſe dolet plagâ cõfectum. Equum dixeris Troianum omnium malorum fœtu tumentem, à quo plenus ſcelerum & vitiorum exercitus funditur. Graviter ſanè originalis labis iacturam luget Regius Pſaltes, in qua una ab univerſali criminum iniuria ſe gemit infectum: *Ecce enim in iniquitatibus conceptus ſum, & in peccatis concepit me mater mea*, Pſalm. 50. 7. Pſal. 50. 7. Cùm originale peccatum à parentibus dumtaxat traxerit Vates, & ea ſolùm macula, quæ per humanam propagationem deſcendit, conceptionem ſuam ſenſerit cõtaminatam; cur clamat ſe in iniquitatibus cõceptum, & criminatur matri, quòd eum in peccato genuerit? Cur numero plurali damnum ſuũ recẽſet, & unicum malum voce multiplicitatis adauget? Vtitur profectò Vates phraſi ſacræ Paginæ aſſuetâ, quæ capitale facinus quamvis unum ſit, quia tamen conſequens eſt, ut ab eo plura ſcelera emanent, non ſingulare reputat, ſed multiplex; nec unius flagitij, ſed cunctorum flagitiorum ei excogitat nomen. Eo ſanè conſilio ductus Moyſes ſic precibus expugnaturus Deum adoritur: *Obſecro; peccavit populus iſte peccatum maximum, feceruntque ſibi Deos aureos*, Exod. 32. 31. Exod. 32. 31. Severi iudicij non pij advocati munus obire in præſenti videtur Moyſes: & nõ tam pro populo coram Deo, quàm adverſus illum cauſam dicere, advocati enim eſt, rei delicta lenire, imminuere, extenuare. Accuſatoris autẽ illa exaggerare & amplificare. Quo pacto enim cùm vitulum unum dedicârit populus, plurium idololatriæ incuſat eum Moyſes, inquiens: *Feceruntque ſibi Deos aureos.* Verè textus ſingularem vitulum memorat erectum: *Fecit ex eis vitulũ conflatilem*, Exod. 32. 4. Exod. 32. 4. Et Deus peccati crimen Moyſi denuntians, unius tantùm vituli meminit: *Vade, deſcende; peccavit populus tuus, quem eduxiſti de terra Ægypti. Receſſerunt citò de via, quam oſtendiſti eis; feceruntque ſibi vitulum conflatilem*, num. 7. Verè agnovit Moyſes peccatũ illud multorum extitiſſe ſacrilegiorum ſeminarium, percalluitque ab eo plurium Deorum idololatriam in populo illo eſſe propagandam. Et vitulum, quem profluvium multorum Deorum agnovit, quorum falſo cultui mancipandus erat populus, maluit Deos quàm Deũ appellare. Et quia crimen illud prægnans iam tunc & plura alia pariturum conſideravit, peccatum maximum & præſigne vocavit: *Peccavit populus iſte peccatũ maximum, feceruntque ſibi Deos aureos.* Eundem loquendi morem invenies apud Matth. 2. 19. *Defuncto autem Herode, ecce Angelus* Matth. 2. 19.

Do-

Domini apparuit in ſomnis Ioſeph in Ægypto, dicens: Surge & accipe puerum, & Matrem eius, & vade in terram Iſraël: defuncti ſunt enim, qui quærebant animam pueri. Vnus Herodes mortuus inducitur, & ſtatim plures Chriſti inſectatores vitam exceſsiſſe refertur. Quæ hæc, quæſo, conſequētia verborum? Quamobrem defuncto Herode, qui Chriſtum petebat ad mortē, multi Chriſtum perdendum quærentes deſcribūtur? Quia ex uno Herode plurium adverſus Chriſtum conſpiratio pullulabat, quæ cum ipſo defuncto pariter extincta eſt. Quocircā meritò ſicut vivens Herodes multus dicebatur hoſtis adverſus Chriſti vitam, quia plures Chriſto hoſtes parturiebat, ſic illo vitâ excedente multi dicuntur adverſarij defuncti, quia unà cum illo plurium perſecutio deperijt. Vide mihi quomodo peccatum, quod aliorum principij & originis ſuſtinet dignitatem non unum ſit accerſendū, ſed plura. Quam philoſophiam attendens regius Vates, originale ſcelus, à quo univerſæ iniquitates profluunt, quæ humanum animum adoriuntur, æquo iure non illi ſolummodo unius peccati nomen dedit, ſed peccatorum univerſitatem appellavit, dicens: *Ecce in iniquitatibus conceptus ſum, & in peccatis concepit me mater mea.* Maturè rē meditatus eſt Vrbanus Pontifex: *Cùm non ſit niſi unum & ſolum originale peccatum, quod à parentibus trahitur, non me velis Domine arguere in furore, quod in originalibus, & actualibus peccatis ſum conceptus; cùm dixerim hoc pro eo, quòd illud originale peccatum plures habet effectus, & quia in illo uno intelligi plura poſſunt: ut cùm Angelus tuus apparuit in ſomnis Ioſeph, dicens: defuncti ſunt enim qui quærebant animam pueri; defuncti pluraliter dixiſti per Angelum, non defunctus: quamvis ſingulariter intelligeres de Herode, qui tunc ſolus quærebat te puerum ad perdendum. Sed & Moyſes dixit: Peccavit populus iſte peccatum maximum; feceruntque ſibi Deos aureos, licèt unum ſolum vitulum conflaviſſent.* Vrbanus.

37 E conſpectu originalis noxæ, quæ omnium flagitiorum nomen habet, divinæ maternitatis ſuprema dignitas ſurgat, quo è utriuſque vicinia eluceat, quàm fuerit indignum, & inhoneſtum originale peccatum parenti Dei imputari, diciſque de ea, quòd aliquando ſub univerſorum criminum pondere (ſenſu iam præindicato) fuerit compreſſa, & omnigena iniquitate polluta. Certè divini puerperij maieſtas in eam altitudinem effertur, ut audeat cum Chriſti auguſtiori gloria decertare; vel (ut melius dicā) ſtuduerit divina Sapientia eādem formâ, & elocutione illam gloriæ pompam, & apparatum, quo tandem accinctus eſt, ut cœleſtē thronum, quo dexteram Patris teneret, poſſeſſurus intraret, quâ uſus eſt, ut divinæ maternitatis celſitudinem manifeſtaret commendaretque, D. Ambroſius exponens locum Actor. 1. 9. *Et cùm hoc dixiſſet, elevatus eſt, & nubes ſuſcepit eum ab oculis eorum.* Sic ſermon. 62. ſcripſit: *Non igitur nubes ſuſcepit Chriſtū, ſed Deus Pater recepit Filium, & occurſu quodam pietatis aſcendentem illum gremio molliori complectitur. Nam ideò Pater dicitur ſuſcipere Filium nubis umbraculo, ut oſtendatur refrigerio quodam fovere eius vulnera paſſionis. Poſt crucem enim, poſt iniurias, poſt inferos non eſt maius Chriſti refrigeriū, niſi quòd virtute divinitatis obumbraretur, ſicut in nativitate eius ad Mariam dicitur: Et virtus Altiſsimi obumbrabit tibi.* Igitur gloriam, quæ divinitus præparata fuit Chriſto ovanti, & glorioſa de inimicis victoria parta, in cœlum remeanti, divina Trinitas Mariæ adornavit, cùm ad Matris dignitatem accita eſt: quaſi in non imparem divinorum ſplendorum abyſſum Maria fuerit immerſa, cùm ad maternitatis faſtigium aſcendit, ei in quem Chriſtum æthera penetrans intravit. Ab ea enim maieſtate gloriā ſuam auſpicata videtur Maria, quæ Chriſtū in cœlis triumphantem coronavit; in eam enim altiſsimam divinæ maternitatis æſtimationem voluit mentem noſtram efferri, ut ſolemnia, quæ vitæ Chriſti fini celebrando erant ſacrata, crederemus in Marianæ maternitatis exordio fuiſſe dicata; undè quemadmodum pompa illa triumphalis Chriſtum arguebat originalis peccati victorē, ac proinde nobiliſsima origine præditum; ſic ex gloriæ apparatu Mariæ præparato cùm in Dei Matrem electa eſt, elicēremus triumphum illum de originali labe egiſſe, ac proinde ab auguſtiſsima conceptione fuiſſe deductā. Verè dedecebat Chriſtum peccatum devaſtantem ei ſceleri ſubiacuiſſe aliquando, quod omnium ſcelerum ſortitur appellationem, & Matrem pariter dedecebat, quæ gloriam triumphatoris ab ipſo maternitatis initio participabat. Actor. 1. 9. Ambroſ.

38 His profectò non modicum fulcimentum præſtat ſolicitudo illa Chriſti Domini, quâ ſemper accuravit Mariam tanquā ſubſtantiæ ſuæ fontem ſingularium gratiæ privilegiorum ornamentis afficere. Nam ut D. Thom. ait: 3. par. quæſt. 27. art. 1. *Rationabiliter creditur, quòd illa quæ genuit unigenitum à Patre plenum gratiæ & veritatis, præ omnibus maiora privilegia gratiæ reciperet. Vndè Angelus, ut legitur Luc. 1. dixit: Ave gratia plena.* Verè D. Thomæ D. Thom.

ratio

ratio evincit nullam gratiæ prærogativam Mariæ inficiandam, quæ divinum condecet Filium, & ſub illius potentia & liberalitate cadit. Quis autem ibit inficias maximum divini Filij decus exiſtere ex parente generari, quæ nulla labe originis fuerit maculata, & eiuſmodi donum ipſius poteſtatis, & liberalitatis ordinem non excedere? Huc ſpectat, quòd præindicatis verbis viſus ſit egregius Doctor unigeniti à Patre genitricem plenam gratiæ conferre cum ipſo unigenito pleno gratiæ & veritatis, ita ut plenitudo gratiæ in Filio reſpiciat exigatque iuxta rectam providentiæ ſeriem plenitudinem gratiæ in parẽte, expedit enim ad gloriam Filij Matrem ſimilem ſibi in gratia fuiſſe ſortitum; ſed plenitudo gratię, quâ ditatur unigenitus, in primo generationis inſtanti ipſum occupavit, (hoc enim naturæ iure illi debebatur, cùm Filius naturalis Dei exiſteret) ergo rationabiliter credendum eſt, quòd illa quæ genuit unigenitum à Patre plenum gratiæ & veritatis, plenitudinem gratiæ in primo ſuæ conceptionis inſtanti obtinuerit. Eiuſmodi argumento ſuffragatur ille eximij honoris cultus, quo ſemper parẽtem filius prævenit, prius enim quàm ab ipſa honoraretur, ipſam honorabat, eique famulatum exhibebat, antequam ei obedientiæ tributum Mater perſolveret, ut eo ſedulo ſtudio honoribus Matrem prę-veniendi, quo vivens deflagrabat, oſtenderet curam, & amorem, quo illi præſervativam gratiam contulit, quæ quidquid iniuriæ & dedecoris in illam quiret irrumpere potenti virtute procul repelleret. Perſpicaci mentis acie expendit Rupertus ſponſum nunquam comitatem & urbanitatem ſponſæ expectaſſe, ut erga illam comem, & urbanum ſe gereret, illamque ſemper pietatis & reverentiæ officijs prævertiſſe, & amatorijs ſermonibus, laudumque lenocinijs præoccupaſſe. Sic enim prior ille ad eam:

Cant. 1. 14. 15. *Ecce tu pulchra es, amica mea: Ecce tu pulchra es:* deinde tanquam provocata illa: *Ecce tu pulcher es, dilecte mi, & decorus,* Cant. 1. 14. 15. Rurſus ille ſic inchoat amores: *Sicut lilium inter ſpinas, ſic amica mea inter filias:* cui vicem illa repetens, inquit:

Cant. 2. 2. 3. *Sicut malus inter ligna ſilvarum, ſic dilectus meus inter filios,* Cant. 2. 2. 3. Non ſolùm elogia Filij Mariæ præveniunt verba; ſed innuitur Filij gratia, tũc illam eſſe præventam, cùm primum ſubſtantiam excipere ret, & ſtrictiori infantia ad reſpondendum conſtringeretur. Ideò ait: *Sicut lilium inter ſpinas, ſic amica mea inter filias:* qui quidẽ favor à reliquarum filiarum conceptione, à qua ſpinarum aculeos & ſterilitatem ſortiuntur, Mariæ generationem diſcriminat.

A qua ut lilium nitidum & ſplendidum conſurgit, omni à ſe ſentiũ ſcabroſitate longius fugata. Quaſi proprium munus Filij divini fuerit Mariam ſemper gratijs & honoribus prævenire, quam ab æterno temporalem parentem prælegit, & prænovit. Adeſt Rupertus ſic Mariã inducens loquẽtem: *Ecce tu pulcher es, dilecte mi, & decorus. Hæc ego illi. Conſiderate diligenter amici, qualis ſit iſta ordinatio ſcripturæ huius, in qua ſecretum noſtrum, ſecretum dilecti, & dilectæ contemplari deſideratis. Et hìc & in cæteris quæ ſequũtur, non ego dilecto, & ille mihi: ſed dilectus meus mihi, & ego illi: mihi: Ecce tu pulchra es amica mea, ecce tu pulchra es, & ego: Ecce pulcher es, dilecte mi, & decorus. Ille mihi: ſicut liliũ inter ſpinas, ſic amica mea inter filias. Et ego illi: Sicut malus inter ligna ſilvarum, ſic dilectus meus inter filios. Quid de hoc cenſetis? Nonnè ille cùm Deus, & homo ſit, debuerat ab homine modis omnibus honore præveneri? Et ille in hac diſciplina totum principatum poſsidebat. Hinc Apoſtolus ad Philippenſ. cùm dixiſſet, nihil per contentionem, aut inanem gloriam, ſed in humilitate ſuperiores ſibi invicem arbitrantes, non quæ ſua ſunt ſinguli conſiderantes, ſed ea quæ aliorũ: protinus ait: Hoc ſentite in vobis, quod & in Chriſto Ieſu, qui cùm in forma Dei eſſet, &c. ille autem ſicut in cæteris, ita in conſideratione mei ſemetipſum humiliavit, quodammodo non conſiderans quòd ipſe eſſet Deus, ſed conſiderans quòd eſſem ego mater.* Rupertus.

Perpẽde quãtum maieſtatis & gloriæ Chriſtus Dominus parentis muneri, & dignitati impenderit, ut quaſi cæco quodam impetu (ſi fas ita eſt loqui) in eam colendam & ſuſpiciendam ferretur, oculos veluti à propria divinitate avertens, & totus in conſideratione humanitatis ſuæ, quam à parente delibarat, inhærens, ut ſic cum illa ſe conferens humiliaretur, eique perfectiſsimam obedientiam libaret. Elice, obſecro, quãta nobilitatis claritudine, quàm exundanti gratiarum copia ſplendicarit Mariæ origo, in quam celſitudinem Matrem contemplata fuerit faſtigiatam Chriſti humanitas, cùm ſemetipſam attendens, non attenta divinitate cui erat unita, & Mariæ gloriam demirans, ſubmiſsè & cernuè ſe illi ſubderet, deprimeretque. Verè Chriſtus Dominus, qui vitam agens divinitatem abſcondebat, quodammodo non conſiderans quòd ipſe eſſet Deus, ut Matrem honoribus præveniret; ipſe antequam Matris carnem aſſumeret, præſciens Mariam parentem ſuam, divinitatis exerebat potentiam, iura & præſcripta naturæ abrumpens, ut illam cœleſtium donorum gratijs

tijs præveniret, præcaveretque ne ulla iniuria à parentibus decidens illam invaderet. Sicque & Deus & homo totum ſuum ſtudium in prævertendo honoribus & privilegijs parentem dedicabat.

39 Meherclè præfatus locus Ruperti præclarum ſplendorem, & intellectum mutuatur à verbis Arnoldi Carnotenſis tractatu de laudibus Mariæ, qui pulchra exaggeratione curam cõmendans, quâ Marianæ gloriæ divinus eius Filius in crucem actus, & iã iam expiraturus fuit ſolicitus, ſic inquit:

Arnoldus Carnoten. *Sed & hoc ſtupendum, quod cõſummata diſpenſatione incarnationis, expiraturus Ieſus Matrem tanto affectu honorat, victor ſuppliciorum, & quaſi ſui immemor ad Matrẽ de cruce convertitur, & colloquitur intimãs quanti apud eum meriti eſſet & gratiæ, quã ſolam in illo puncto reſpiceret, cùm iam capite vulnerato, foſſis manibus & pedibus, in ultimis eſſet.* Sanè commentatur Arnoldus Chriſtum Dominum iam œconomiæ ſuæ, & noſtræ redemptionis myſteria peregiſſe, cùm curam & vultum ad Matrem honorandam deflectit, id innuunt verba illa: *Conſũmata diſpenſatione incarnationis.* Et affectus erga Matrem magnitudinem ex eo amplificat, quòd victor ſuppliciorum, & quaſi ſui immemor, ad eam de cruce verteretur. Cerne quomodo in Maria honoribus cumulanda Filius ſui ipſius veluti obliviſcatur, ſibique deſit, ne matri non ſupperet. Certè velle videtur, ut Matris ſubſtantiam velut quid magis proprium quàm ſuam comminiſcamur, cùm ut parentis memor ſit ſui ſe velut immemorem inducit, vel certè innuit, natos velut quid magis proprium parentum debere curam reputare quàm ſui, eamque altius eorum animis eſſe infigendam. Quamobrem alia cum altera decertante, parentum cura veluti magis penita, & medullis profundius inſita victor ſemper debet emergere. Conſũmata diſpenſatione, & redemptione perfecta adhuc Ieſus tranſfixis temporibus, manibus ac pedibus terebratis, patitur, ſed ſuppliciorum victor: quaſi in alijs redimendis tormentorũ acerbitatem deguſtaverit, in Matre verò honoranda gloriam delibaverit victoris, illic triumphatum ſe oſtenderit, hîc triumphum agentem. Sed quid, quæſo, ſacramenti ineſt in eo quòd admonuat Arnoldus curam redimendæ parentis in Chriſto cum communi coniungere redemptione? Quare utramque non pariter immiſcet & confundit? Verè ut aperiat quàm diſpar communi hominũ redemptioni, modus quo Maria fuerit redẽpta prominuerit: diverſa ſe in utraque forma induit, & in formæ diverſitate quam aſſumit, diſcrimen quo inter Mariam & reliquos ſpargitur, teſtatur: dum alios redimit, meritò dolet, cruciatur, patitur Chriſtus, & tormentis velut victus ſubigitur. Cùm enim pro peccatoribus pius Dominus moriatur, (nullus enim eſt homo, qui peccato nõ fuerit obſtrictus) peccatorum & reorum perſonam ſuſtinens, ſuſtinet etiam perſonã puniti rei, & ſupplicijs affecti, quaſi inſtar rei dolet & velut tormentis ſuperatus ingemiſcit. Atverò cùm pro parente patitur (tam enim Mariæ redemptio, quàm aliorum partus ipſius paſsionis eſt) cùm nullo illa fuerit peccato obligata, ſed ſemper victrix experſque totius maculæ extiterit, ut Mariæ perſonam gerat, non triumphati, ſed triumphatoris formam, ſuſcipit, ac proinde non ut in aliorum redemptione ſupplicijs devictus, ſed glorioſus ſuppliciorum victor oſtenditur, eaque formâ Matrem honorat victoriam illam, de omni peccato ſemper illam reportaſſe declarans, mirumque amorem erga illam pandit, diſcrimenque accingit inter illius nobilem, & conſpicuum ſtatum, aliorumque inglorium: Maria enim ordinem gratiæ aſcendit omni peccati nebula ſuperiorẽ cũ reliqui peccati regno oppreſsi ſuccubuerint: eaque induſtria evincit Chriſtus intimatque quãti apud ipſum Mariæ meriti & gratiæ præ alijs ſemper extiterit. Quocirca opportunè ſubdit Arnoldus:

Arnoldus. *Ad hunc beatitudinis cumulum Virgo ſancta devenit, ut cum Chriſto communem in ſalute mundi effectum obtineat.* Ad redemptoris munus eam adciſcit Filius pariterque ſecum aſſumit, quod quidem nullam pravæ originis noxam patitur, ut in ſuperioribus ſancitum adſtruximus. Et ideò illa ſuppliciorum victoris forma, cùm torquetur, aſſumpta, illam ſemper ab omni peccato procediſſe immunem teſtatur.

40 Non abſimili interpretatione exornare poteris verba Ambroſ. lib. de inſtitut. Virg. cap. 7. Ambroſ. *Teſtatur de cruce Dominus Ieſus, & pauliſper publicam differt ſalutem, ne Matrem inhonoram relinquat. Subſcribitur Ioannes in teſtamento Chriſti, legatur Matri pudoris defenſio, teſtimonium integritatis: legatur & Diſcipulo Matris cuſtodia, pietatis gratia commendatur. Et ex illo ſuſcepit eam Diſcipulus in ſua. Non utique Chriſtus faciebat divortium. Non Maria relinquebat virum. Sed cum quo virgo habitare debebat, quàm cum eo, quem Filij hæredem, integritatis ſciret eſſe cuſtodem?* Mens quidem & propoſitum Ambroſij eſt, integritatem Mariæ accerrimè tueri, adſtruereque virginitatem eius poſt Filij divini partum, novæ prolis effuſione, quæ ex legitimo coniugio provenerit, haudquaquam fuiſſe læſam, ideòque ait Mariam Ioanni com-

commendatam tanquam fideliſsimo integritatis cuſtodi, quia ſponſus Ioſeph è vita iam abſceſſerat; & cũ parenti intimat Chriſtus: *Ecce filius tuus*, Ioan. 19. 26. teſtatum Marri relinquit, quòd ipſo defuncto, nullus præter Ioannem manſerit Mariæ filius ſuperſtes. Dedecus Mariæ vocat Ambroſius virginitatem Mariæ per coniugij uſum labefactatam; huius autem dedecoris abolitionem tanti Chriſtũ feciſſe putat Ambroſius, ut eam publicæ communiq́ue generis humani ſaluti præhabuerit, ſiquidem non veritus eſt mundi redemptionem pauliſper retardare, ut ab eiuſmodi iniuriæ ſuſpicione parentem abſolveret. Id ſibi ſanè volunt Ambroſij verba: *Teſtatur de cruce Dominus Ieſus, & pauliſper publicam differt ſalutem, ne Matrem inhonoram relinquat, &c.* Quo ſub ſacramento validiſsimum pro Marianæ conceptionis puritate haud obſcurè latet argumentum. Verè virginitatis corruptio, in qua coniux coniugij debitum pendit, peccato reſignanda non venit, imò ex ſe functio eſt laude digna & meritoria. Tamen quia virginitas perfectior eſt coniugio, & Deiparæ dignior (dedecebat enim Dei parentem, & divinam prolem, ut vel poſt eius ortum parens virginitatis florem & honorem, etiam per honeſtos connubij uſus deperderet) virginitatis læſionem etiã poſt nativitatem ſuam Chriſtus tantam turpitudinis notam in Maria æſtimavit, ut vel fucum & ſuſpicionẽ eius exhorreret, à qua ut parentem expiaret, hominum ſalutẽ differre cunctatus non eſt. Docet fides originale piaculum graviorem turpitudinis iniuriam animo irrogare, quàm quæ ex virginitatis amiſsione per coniugium provenit; ſiquidem huius detrimentum cum laude cõiungitur; peccati verò originalis damnum, omnium bonorum, divinæq́ue amicitiæ iacturam facit, præſtatq́ue hominem iræ filium, divinæq́ue viſionis exortem. Igitur ſi Chriſtus, ut parentem à virginitatis criminatione expurget, eumq́ue defectum ab illa diſpeſcat, qui laudem & gratiam meriti habet, & dumtaxat defectus nomen ſuſtinet, quia perfectiori virtuti opponitur, ſi Chriſtus inquam, ut à parente ſanctiſsima coniugalis conſuetudinis opinionem dimoveat, veluti parvipendit humanæ redemptionis celeritatem, quã demoratus eſt, donec materno pudori conſuleret, credẽdum eſt eius providentiam & ſapiẽtiam paſſam eſſe Mariæ animum originalis mucronis vulnere fuiſſe perfoſſum? Itane de præclara, qua Dei iudicium pollet, rerum æſtimatione ſentiendum erit, ut credamus Deum accuraſſe deſudaſſeq́ue totis viribus & ſanguinis effuſione leviſsimi damni ſuſpicionem à Maria arcere, quam ut abigeret, diutius in cruce eſt immoratus mundi redemptionẽ pauliſper detinens, eam verò rot factis ſanguinis ſui expenſis, à graviſsimo damno & omnium infenſiſsimo non præſervaſſe, & ſub illius iniuria, & pondere deturpatam, & oppreſſam reliquiſſe? Qui in parente facilioris imperfectionis exiſtimationem adeò exoſſam habuit, & ſibi prorſus indecoram, ut illam voluerit præcavere, & ſanguine ſuo expungere; graviſsimi piaculi non iam opinionem, ſed veritatem, quo nihil magis divino numini adverſatur, in parentem permiſerit impingere, deſidemq́ue ſe oſtenderit in eius animo à tantæ calamitatis iniuria præmuniendo? Quis eiuſmodi Dei iniuriæ fidem faciat? Ecce quomodo ex honore Mariæ à Chriſto in cruce impertito, quo eius virginitatis integritati proſpexit, optimum indelebileq́ue ſuppeditarit teſtimonium, quo manifeſtè indiceret ſe animi Mariani integritati conſuluiſſe, quem ab omni originis contagio immunem integrumq́ue ſervavit, quemadmodum corporis eius integritatem à falſa corruptionis impoſtura indemnem præſtruxit. Vndè Ambroſius illicò ingeniosè ab integritate Mariani corporis præfulta, ad eius animi integritatem pravæ originis expertem, bellumq́ue, quod originali ſceleri infligebat, argumentatur. Strenuè hanc ex illa inducens, præclarèq́ue philoſophans Deum, qui ut Maria digna Filij ſui parens evaderet, corporis illius integritatem ab omni iniuria præſervavit, ſtrictius teneri Mariani animi nobilitati conſulere, qui illuſtrior potiorq́ue hominis portio eſt, eumq́ue ab omni flagitio, & originis infamia illibatum præſtare. Sic enim ſcribit ubi ſuprà: *Quomodo ergo extorqueri potuit integritas Mariæ, quæ fugientibus Apoſtolis ſupplicia non timebat? Sed ipſa ſe offerebat periculis, cuius tanta gratia, ut non ſolũ in ſe virginitatis gloriam reſervaret, ſed etiam ijs, quos viſeret, integritatis inſigne conferret. Viſitavit Ioannem Baptiſtam, qui in utero matris, prius quàm naſceretur, exultavit. Ad vocem Mariæ exultavit infantulus, obſecutus antequàm genitus. Nec immeritò manſit integer corpore, quem in tribus menſibus oleo quodam ſuæ præſentiæ, & integritatis unguento Domini Mater exercuit.* Quæ quidem verba mira myſterij fœcunditate turgent, quare obſtetricanda, & evolvenda ſunt. Ex quibus in primis liquet egregium Doctorem ab integritate & virginitate corporis advirginitatem & integritatem animi conflare arguendi ratione, ita ut reciproca quadam connexionis, & conſequentiæ vi mutuòſe utraque reſpiciat, viciſsimq́ue altera alteram fulciat. Ex inte-

Ioan. 19. 26

Ambroſ.

tegritate enim, quâ virgineum corpus floruit, infert poteſtatem, quam habuit integritatis aliorum animis communicandæ, & originalis piaculi à puero Ioanne expellendi in utero matris degente; ait enim: *Cuius tanta gratia, ut non ſolùm in ſe virginitatem reſervaret, ſed etiam his, quos viſeret integritatis inſigne cõferret. Viſitavit Ioãnem Baptiſtam, qui in utero matris, priùs quàm naſceretur, exultavit. Ad vocẽ Mariæ exultavit infantulus, obſecutus antequàm genitus.* Et verè virginitas ſolius corporis impar eſt ad virginitatem animi in alijs efficiendam; unde ex eo quòd præſentia Mariæ infantem à peccato originali utero matris cõrectum mundaverit, prærequiritur in Maria integritas & virginitas animi, & cum originali labe oppoſitio; quare ad præſentiam Mariæ contra originis noxam armis inſtructæ, & ad bellum eiuſmodi damno inferendũ generatæ, originalis reatus aufugit à Ioanne. Etenim aliàs indecẽs eſſet, minuſque conſentaneum, ut quæ in ruinam & abolitionem originalis corruptionis naſcebatur, priùs fuerit eiuſmodi contagio mancipata. Duplicata præterea virginitas in Maria, nempè corporis & animi (quia ſicut integritas corporis corpus illius ab omni corruptionis læſione præſervavit, & reſervavit, ſic animi integritas illum totius ſpiritualis contagij, hoc eſt peccati, præſtitit expertem) geminatum effectum parturijt in Ioanne: virginitas animi abſterſit in illo originalis ſceleris fœditatem, quæ animum corrumpit & maculat; virginitas corporis virginitatem peperit in corpore Ioannis, unde à præſentia Marianæ virginitatis, tanquam ab oleo quodam ſacramentali, virginitatem corporis Ioannes communicavit, ut uterque effectus à Ioanne participatus duplici fonti Marianæ virginitatis reſpondeat; vel ſi mavis, utramq; integritatem traxerit à Mariæ integritate Ioannes, tanquam ab uno fonte duplici canali ornato, à quorum altero integritas animi, ab altero autem corporis virginitas in Baptiſtam effluxerit. Animi integritatem Ioanni a Maria impertitam innuunt verba illa Ambroſij: *Ad vocem mariæ exultavit infantulus, obſecutus antequàm genitus.* Corporis verò virginitatem verba ſequentia teſtantur: *Nec immeritò manſit integer corpore, quem in tribus menſibus oleo quodam ſuæ præſentiæ, & integritatis unguento Domini Mater exercuit.* Et inferiùs idẽ Ambroſius cap. 13. de hac gemina Mariæ virginitate, corporis ſcilicet & animi, ediſſerens inquit: *O divitias Marianæ virginitatis! Quaſi olla ferbuit, & quaſi nubes pluit in terras gratia Chriſti. Scriptum eſt enim de ea: Ecce Dominus venit ſedens ſuper nubem levem. Verè levem, qui coniugij opera neſcivit.* En corporis virginitatem; & poſteà de animi virginitate loquens, ſubdit: *Verè levem, quæ levavit hunc mundum de gravi fœnore peccatorum. Levis erat, quæ remiſſionem peccatorum utero geſtabat, denique elevavit Ioannem in utero conſtitutum, qui ad vocem eius exilivit, & infans exultavit in gaudio, priùs ſenſu devotionis quàm ſpiritus infuſione vitalis animatus.* Nec enim inveniri poteſt indicium magis inviolatum & incorruptum animi integerrimi, totiuſque originalis pravitatis expertis, quàm oſtendere illum poſitũ eſſe & dedicatum in eiuſdem originarij flagitij deſtructionem & devaſtationem.

Ambroſ.

41 Ex alio ſingulari dignitatis munere Mariæ à Filio impertito, eius auguſtam & prorſus incontaminatã originem libet propugnare. Chriſtus enim parentem poſt aſcẽſum ſuum ad æthera tanquam organum, ſeu oraculum Spiritus ſancti reliquit, quam Apoſtoli in dubijs quæſtionibus conſulendam adirẽt, ab eiuſq; ore Spiritus ſancti dogmata acciperent. Vnde ea verba Chriſti Apoſtolis intimata: *Adhuc multa habeo vobis dicere; ſed non poteſtis portare modò. Cùm autem venerit ille Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem*, Ioan. 16. 12. ſic intelligenda ſunt, ut Spiritus ſanctus Apoſtolos plurium veritatũ diſciplinâ imbuerit, Mariæ magiſterio utens, quæ divinæ veritatis veluti depoſitum erat & theſaurus, à quo Apoſtoli illam exigebant Spiritu ſancto per os Marianum illam manifeſtante. Sic docet Rupertus ad illud Cant. 1. *Indica mihi quem diligit anima mea*, inquiens: *Magiſtra magiſtrorum es, ò B. Maria, ideſt Apoſtolorum, iuxta illud: Fons hortorum, puteus aquarum viventium, quæ fluunt impetu de Libano. An quia Spiritus ſanctus illos docuit, tuæ vocis magiſterio non illis opus fuit? imò vox tua vox illis fuit Spiritus ſancti. Quidquid ſupplementi opus erat eiſdem mortalibus, vel teſtimonij ad confirmandos ſingulos ſenſus, quos acceperant ab eodem Spiritu, dividente ſingulis prout vult, ex religioſo ore tuo perceperunt inſtructo ad loquendũ, benè compoſito ad tacendum. An quia cap. 15. de Actibus Apoſtolorum, ubi facta ſeditione propter cæremonias Iudaicas, convenerunt Apoſtoli & ſeniores videre de hoc verbo, nullã tui mentionem Scriptura fecit, idcircò putandũ eſt, quòd conventus ille te omiſerit, & ſanctum de tuo ore, de tuo pectore ſpiritum non conſuluerit? Imò & illic, & in cæteris agendis tu princeps omnem ſolviſti quæſtionẽ.* Quæ quidem verba inferiùs ex interpretatione

Ioan. 16. 12.

Rupertus.

ad

ad aliud inſtitutum lucem accipient, nunc ſolùm expendo Mariæ pectus ærarium & promptuarium extitiſſe veritatis, illiuſque os relictum à Chriſto in Eccleſia velùt os Spiritus ſancti, per quod Apoſtolis in occurrentibus dubijs vocem veritatis emitteret.

42 Vt autem ex his puriſsimam Mariæ originem eliciamus, ſciendum eſt peccatum originale optimè per mendacium exprimi, hominemque mendacē dici, nil aliud eſſe quàm primo peccato infectum. Sic enim plures Eccleſiæ Patres locum illum Pſal. 115. 2. *Ego dixi in exceſſu meo: Omnis homo mendax*, interpretantur. Auguſtinus lib. contra mendacium cap. 20. vult idē eſſe affirmare, quòd omnis homo ſit mendax, atque quòd ſit peccans. Et tractat. 29. in Ioan. ait: *Si eſt verax anima, eſt veritas apud Deum, cuius eſt particeps anima; cuius particeps ſi non fuerit anima, omnis homo mendax: ſi omnis homo mendax, nullus homo de ſuo eſt verax. Pater autem verax, de ſuo eſt verax, quia genuit veritatem, &c.* Vnde hominum generationem à divina videtur diſcriminari in eo quòd generatio hominis mendacio, divina verò veritate ſit conflata; illa mendaciū gignat. Quocircà vertit Hieronymus: *Omnis homo mendacium*, illa veritatem. Vnde de ſe divina ſoboles inquit: *Ego ſum veritas*, Ioan. 14. 6. & in Concilio Arauxicano can. 23. ſtatuitur, quòd nemo habet de ſe niſi mendacium & peccatum. Athanaſ. epiſt. ad Serap. argumentatur, Spiritum ſanctum non eſſe creaturam, quia incorruptibilis eſt, & immutabilis, fugans, & fugiens doloſos, omnis autem homo mendax, quia *omnes peccaverunt, & egent gloria Dei*, ad Romanos 1. 23. Iſidorus Peluſiota lib. 1. epiſtol. 100. ex præfati Pſalmi loco ſugillat & carpit factum Novatiani venditantis, inaniterque gloriantis ſe ab omni peccato immunem. *Dic ad Novatiani ſupercilij diſcipulum: Quid tanquam purus ſtolidè gloriaris? Quid te ipſum peccati expertem ſimulas? Quid naturæ ſocietatem inficiaris? David omnem hominem mendacem eſſe agnovit, atque omnes in peccatis & conceptos, & in lucem editos fuiſſe.* Procopius autem rectè mendacium vocat naturæ morbum, quam quidem appellationem Patres originali piaculo meritò tribuunt. Sic enim ille in id Iſai. 6. 15. *Væ mihi, quia tacui, quia vir pollutis labijs ego ſum. Accuſat autem & Iudæos Dominus, qui ſanctum à profano minimè diſcernerent; ideòque ſe iam conſcientiæ ſpiculo compungi, ait Propheta, qui labijs ſuis, hymnum Deo dicentibus poteſtatibus, eadem ipſe cum illis perſonare non valeat, qui ingratam Deo in ore peccatorum laudem eſſe non ignoraret. Hei mihi, quia tacui. Erat enim revera labijs impurus Iſrael, qui in Dominum Ieſum Chriſtum ore blaſphemo cōvicia expuiſſet. Sed Propheta, præter eas quas attulimus rationes, modeſtiæ cauſa ſe ipſum populo admiſcet. Fortaſſe verò & humanæ naturæ morbum confitetur, iuxta Davidicum illud: Dixi in exceſſu meo: Omnis homo mendax. Eſt enim mendacium hominibus naturalis quidam morbus.* Et forſan originale flagitium mendacij nomē nactum eſt, quia protoparentum peccatum à mendacio tum dæmonis, tum fœminæ prima deſumpſit exordia. Sic enim ſerpens ad mulierem: *Cur præcepit vobis Deus, ut non comederetis ex omni ligno paradiſi*, Geneſ. 3. 1. Nec enim Deus id imperarat; ſed: *Ex omni ligno paradiſi comede: de ligno autem ſcientiæ boni & mali ne comedas*, Geneſ. 2. 16. 17. Quocircà mendacium intertexuit, ut ſcitè advertit Ambroſius: *Serpens quaſi interrogans mulierem; cùm dixiſſet Deus: Ex omni ligno, quod eſt in paradiſo, edetis; mendacium inſeruit, ut diceret, ut non comederetis de omni ligno paradiſi, cùm de uno tantùm ligno ſcientiæ boni, & mali præceperit Deus non eſſe guſtandum.* Deinde mulier ſerpenti mendacio reſpōdit: *De fructu lignorum, quæ ſunt in paradiſo veſcimur; de fructu verò ligni, quod eſt in medio paradiſi, præcepit nobis Deus, ne comederemus, & ne tangeremus illud*, Geneſ. 3. 2. Nec tamē præceperat Deus, ne illud manu attrectarent, ſed dumtaxat ne comederēt: *De ligno autem ſcientiæ boni & mali ne comedas*: ſic obſervat Rupert. *Hæc verba iam vitiatæ mentis indicia ſunt. Nam quantū in ſe erat depravavit mulier verba præceptoris Domini tribus modis, quibus uſq; hodie depravare nititur ſanctam Scripturam omnis, qui eſt ex parte diaboli; ſcilicèt appoſitione, diminutione, mutatione. Appoſuit autem dicendo; & ne tangeremus illud. Quia videlicèt Dominus Deus hoc tantùm dixerat: De ligno autem ſcientiæ boni & mali ne comedas, &c.* Aſſentit Ambroſius. Tū verò ſerpens in mendacium relapſus eſt, geminam edens falſitatem. *Nequaquam, inquit, morte moriemini. Scit enim Deus, quòd in quocunq; die comederitis ex eo, aperientur oculi veſtri, & eritis ſicut Dij ſciētes bonum & malum*, Geneſ. 3. 4. Quocircà D. Thom. opuſc. 3. cap. 189. ait: *Serpens ut in tranſgreſsionem præcepti facilius inclinaret, excluſit mendaciter metum mortis, & illa promiſit, quæ homo naturaliter appetit.* Quamobrem Ambroſius ait, à mulie-

Pſal. 115. 2.

Augnſt.

Ioan. 14. 6.
Concil. Arauxican.
Athanaſ.

Ad Romanos 1. 23.

Iſidor. Peluſiota.

Iſai. 6. 5.
Procop.

Geneſ. 3. 1.

Geneſ. 2. 16. 17.

Ambroſius.

Geneſ. 3. 4.

Rupertus.

Ambroſ.

D. Thom.

ris mendacio tranſgreſsionis crimen in-
Ambroſius choaſſe: *Namque hic quid offenſionis habet prima ſpecie, quod addit mulier: & ne tangeremus illud? Non tangetis enim Deus non dixerat, ſed non edetis: ſed tamen lapſus incipit eſſe principium*: & ſtatim: *Hinc ergo cœpit prævaricatio prima eſſe mandati.* Et merito Rupertus mendaces filios ex patre diabolo nũcupat, quia ipſe primus mendacij genitor fuit & inventor. Cùm enim divinæ generationis invidia ſaucius divinam paternitatẽ ambiret, ſciens æternum Parentem veritatem generare, ipſe mendacij primum parentem eſſe optavit. Præclarè id adnotavit Rupertus in illud Ioan.
Ioan. 8.44. 8.44. *Vos ex patre diabolo eſtis, & deſideria patris veſtri vultis facere, ille homicida erat ab initio, & in veritate non ſtetit, quia non eſt veritas in eo. Cùm loquitur mendacium, ex propriis loquitur, quia men-*
Rupertus. *dax eſt & pater eius.* Sic enim ille: *Diabolus ex propriis loquitur mendacium, id eſt, ex proprio corde confingit, & ita mendax, ut mendacij quoque pater ſit: ac ſi diceret: idcircò dixi diabolum mendacem, mendacium loqui ex propriis, quia pater eius eſt, ſubaudi mendacij. Superbia namque tumens maluit refuga fieri patrem mendacij, quàm apud Altiſſimum Patrem veritatis perſiſtere inter filios Dei. Et hoc modo pater mendacij illud ſibi videbatur adipiſci, quod dicebat in corde ſuo: ſimilis ero Altiſſimo: ſi cùm ille veritatem de ſe ipſo genuiſſet, ipſe è contrario mendacij pater exiſteret.* Et poſt pauca: *O ſultum & ignominioſum patrem! O digne illudendum divinæ paternitatis aſſimilatorem! Nonne tibi, ò creatura petulca, ſatius erat de viro legitimo, id eſt Creatore tuo, veritatem, quæ ſemen eius eſt, debito cum amore concipere, quàm ſexus tui perſonas, id eſt conſſentiales ſpiritus, per phantaſticos concubitus mendacij fluxu polluere?* Ex his elice, dæmonem colloquium cum fœmina inſtituentem à mendacio exorſum eſſe, eiſque illud tanquam ſui ſemen obieciſſe, ex quo illicò mendacium concepit mulier & peperit, ſicque diabolum in libidine mentiendi parentem habuit, eiuſque extunc filia evaſit; ſicque mendacium primi ſceleris origo extitit. Adnecte his per mendacium à muliere confictum Dei imaginem in illa primò fuiſſe labefactatam & ferè dirutam. Nam ſi Hugoni de Sancto-Victore fides adhibenda eſt in Annotationibus in Geneſ. cap. 7. Dei imago in protoparentum formatione extructa, iuxta illud Geneſ. 1. 27.
Gen. 1. 27. *Et creavit Deus hominem ad imaginem ſuam; ad imaginem Dei creavit illum; maſculum & fœminam fecit eos*: nil aliud fuit, quàm veritas; divina enim Sapientia Dei imago veritas eſt, unde per veritatis cognitionem divinam in ſe imaginem exprimebant. Quocirca ait Hugo: *Quid autem vocet imaginem, quid ſimilitudinẽ videamus.* Hug. de S. Victor. *Imago eſt in lineamentis ſimilibus, ſimilitudo in cuiuslibet proprietatis participatione. Imaginem Dei ad hominem poſſumus dicere recognitionem veritatis; ſimilitudinem dilectionem unitatis, quæ in utroque, ſcilicet Deo & homine ſunt. Ad imaginem Dei factus eſt homo ſecundùm animam; ſicut enim imago Dei cernitur in ſpeculo; ita anima in ſua ratione Deum cognoſcere poteſt.* Igitur primum peccatum haud incongruè mendacij nomen habet; cùm à mendacio originem ſuum traxerit, & mulier à dæmone tanquam à patre mendacij mentiri didicerit, & concepto ab ipſa partoque mendacio, cuius ſemen diabolus illi infuderit, ruinam ſuam inchoarit, per mendacium-que Dei imago in ipſa erecta cœperit obſcurari & deturpari.

43 Nunc deflectito oculos ad ſanctiſsimam Mariam, quæ à Deo electa eſt in divinæ veritatis parentem; etenim divina veritas incarnanda deſcendit in Mariam; & quæ ſæculis prioribus velut inviſibilis & occulta fuit, à Maria habitum ſumpſit, quo manifeſtaretur, & appareret hominibus. Vndè Paulus ad Titum 2. 11. inquit: *Ap-* Ad Titum 2. 11. *paruit enim gratia Dei Salvatoris noſtri omnibus hominibus, erudiens nos, ut abnegantes impietatem, & ſæcularia deſideria, &c.* Alij legunt: illuxit, quod proprium ſapientiæ & veritatis, quæ lucis inſtar mentes irradians, mendacij & falſitatis tenebras fugans, eas ſuo lumine imbuit. Quamobrem verbum Græcum pro quo noſter Interpres vertit *erudiens*, eſt vox à pueris deducta, Clemens Alexan. quod ut monet Clemens Alex. lib. 1. Pædag. in intio, puerorum more rudes clementer doceat, & per ignorantiam lapſos benignè corripiat. Cui adſtat Anſelmus ſcribens: Anſelmus. *Gratia erudiens nos, id eſt, ex rudibus provectos faciens, & perfectè inſtruens nos, ut abnegemus impietatem, id eſt, infidelitatem paganorum, & perfidiam hæreticorum, & ſæcularia deſideria, id eſt, cupiditates voluptatum huius ſæculi, quæ decipiunt multos* Pſal. 84. 12 *Catholicorum.* Et Regius Pſaltes: *Veritas, cecinit, de terra orta eſt, & iuſtitia de cœlo proſpexit*, Pſal. 84. 12. Hoc eſt veritas, ideſt, divina ſapientia carne noſtra induta in lucẽ edita eſt de Maria, per quã omnes de errorũ tenebris in luminis libertatẽ ſumus vindicati. In quẽ locũ Ildephonſ. ſer. 3. de Aſ- Ildephon. ſumpt. *Quapropter feſtivitas hodierna celebritas eſt omnium ſupernorũ civium gratiſsima, quia eius eſt aſſumptio de corpore,*

ex

ex qua orta eſt veritas & iuſtitia, quæ de cœlo proſpexit, in qua omnes iuſtificamur, & exultant ſancti in gloria: & Amedeus homil. 3. *Sicut enim vetus Adam de terra incorrupta, nullumque paſſa contagium formatus eſt, ſic terris terra virgo novum Adã procreavit. Si non credis mihi prædicãti ortum novi hominis de terra, crede Pſalmiſtæ dicenti: Veritas de terra orta eſt. Quæ maior novitas, quã ut oriatur de terra ille qui eſt veritas?* Amedeus. Nec ſatis fuit Deum Mariã ſanctiſsimam effeciſſe divinæ veritatis ſacrarium, cuius carne cœleſtis veritas intimo, ſtrictiſsimoq; unionis vinculo incingeretur. Sed, ut Rupertus præindicato loco docuit, poſt Chriſti aſcenſum in cœlos Spiritus veritatis Mariæ pectus tanquã Cathedram ſuã, ex quo oracula Apoſtolis ederet, ſibi deſtinavit, Mariæ linguã & os velut linguã ſuã & os effecit, iliis velut proprijs organis fungens, quibus Eccleſiæ magiſterij ſui munus oſtenderet veritatiſque documẽta præberet. Quare ſi veritas Dei ſemen eſt, ut Rupertus ſuprà aſſeruit; ſecundò iã Dei ſemine tumuit Mariæ pectus, cùm veritatis ſpiritus ani nũ illius occupavit, inde Apoſtolis veritatis theſauros aperturus, & veritate omnigena ad ſalutem neceſſaria Eccleſiam referturus. Quamobrem quidquid Spiritus veritatis Apoſtolis ſtudebat intimare, id totum à Mariano pectore effundebatur; Maria eloquia veritatis pandebat, & diſpenſabat; & veritatis Spiritum Apoſtolos docere, nil aliud erat, quàm eos edoceri à Maria, quæ officium linguæ, & magiſterium Spiritus veritatis ſibi vindicabat. Quo ergo cõſilio ductus credes Mariam originali mendacio fuiſſe infectam? Quo pacto ſuadeberis, Deum paſſum eſſe illam ex patre mendacij diabolo extitiſſe aliquando filiam, in eamque mendacium, quod quidem diaboli ſemen eſt, fuiſſe iniectum, cùm ab æterno puriſsima fœmina, in veritatis officinam, apothecam, vulvam, à qua veritas oriretur, fuerit à Deo prædeſtinata, eamque, in ſui ſacrarium, organum, linguam, atque os Spiritus veritatis præelegerit? Meherclè parum ſana mente afficeris, ſi exiſtimas divinam permiſiſſe providentiam, mendacio fuiſſe illitam, & falſitatis fuco inductam ſacri vaſis formationem, quod fingebat divina Sapientia, ut veritas in eo reponeretur, indeque omnium mentibus illuſtrandis effunderetur.

44 Ve eiuſmodi argumentum valido fulcimine firmes, expendendum tibi eſt, quantâ curâ & ſolertiâ divinum conſilium puritati & nobilitati veritatis ſemper ſtuduerit, quam noluerit contaminatis animis cõmunicare, à malevolaque anima, & peccatis ſubdita procul abegerit, quaſi ſola ſedes, quæ originali candore præfulſerit, veritatem excipere digna ſit. Diſcutiunt Interpretes, quare Chriſtus Dominus dæmoni expoſcenti: *Si Filius Dei es, dic ut lapides iſti panes fiant*, Matth. 4. 3. poſtulata denegarit? Cur ſuæ divinitatis veritatem miraculum edens renuerit illi aperiri? Verè reſponſum in promptu eſt; quia veritas panis filiorum Dei eſt, qui divinitatis claritudine infulgeant, & qui nulla pravæ ſordis conſuetudine vitientur, ac proinde perperam mittendus eſſet canibus falſitatem inſectantibus, & adverſus veritatem oblatrantibus; dæmon ſicut ab initio habet quòd homicida ſit, ſic quòd mendax ſit, parens effectus mendacij, ideò detrectat Chriſtus veritatem illi manifeſtare, quam mens iniqua nequit concipere, non enim veritatis faſtus pravi animi anguſtijs capitur; ſimul nos erudiens indignum eſſe veritatis granum animo impuro, & impolluto ſeminari. Opportunè Rupertus in præfatum Matthæi locum: *Numquid crederet in eum tentator inſidioſus, adverſarius antiquus, ſi lapides convertiſſet in panes? Dicet aliquis nobis ad fidem, vel ad cognoſcendum Dei gloriam profuiſſet, imò magis hoc nobis ad gloriam Dei prodeſt, quod legimus, quod teſtimonium ſuæ divinitatis Dei Filius diabolo communicare ſit dedignatus.* Pluris videtur feciſſe Deus veritatis dignitatem, & nobilitatem auctorare, quàm divinitatis ſuæ manifeſtationem; ſiquidem cùm ex patratione miraculi Dei gloria clarior nobis innoteſceret, ab ea ſapiens Dominus abſtinuit, quia augeri ſuam gloriam ex eo amplius putavit, ſi agnoſceremus tãtũ eſſe veritatis ſplẽdorem, ut indigno animo non eſſet impertiendus, nec fidendus. Matth. 4. 3. Rupertus.

45 Splendicat præfati loci interpretatio à loco Lucæ 4. 33. *Et in Synagoga erat homo habens dæmonium immundum, & exclamavit voce magna, dicens: Sine, quid nobis & tibi, Ieſu Nazarene? Veniſti perdere nos? Scio te quis ſis, Sanctus Dei. Et increpavit illum Ieſus, dicens, obmutesce.* Sed quare Dominus dæmonẽ divinæ diſpenſationis veritatem eloquentem, & meritam Chriſti laudem enuntiantem, Dominus obiurgat, & cogit tacere? Nonnè pluris facienda eſt commendatio, veritatiſque elogium ab adverſario extracta, quàm quæ per amicorum linguam effunditur? Certè validius, firmiuſque argumentum pro veritate ſtatuenda ex inimicorum teſtimonio, quàm ex familiarum officijs deſumitur. Luc. 4. 33.

Id ſanè verum eſt, ideò optimè Irenæus ait ſapienter Chriſtum Dominum, qui cõpeſcere potuit dæmonẽ, prohibereq́ue ne gloriam ſuam manifeſtaret, ei permiſiſſe, ut eã evulgaret, & ſtatim loquendi facultate eum
Irenæus. interdixiſſe. Ita ille lib. 4. cap. 14. *Illa vera & ſine cõtradictione probatio, quæ etiã ab adverſarijs ipſis ſingula teſtificationis profert*: & paulò pòſt. *Accipiens teſtimoniũ quoniam verè homo & quoniam verè Deus eſt à Patre, & à Spiritu ſancto, ab Angelis, ab ipſa conditione, ab hominibus, ab apoſtaticis ſpiritibus, & ab erroneis, & ab inimico, & noviſſimè ab ipſa morte.* Sed poſt copiã permiſſam dæmoni loquendi, cur ſtatim illa denegata & adempta? Præclarè inquit Athanaſ. ne indecorè indignèq́; vel tãtiſper veritas in ore impuro & abſurdo immoraretur, cui iniuria veluti irrogabatur, dũ ab inhoneſta lingua uſurpabatur. Scribit
Athanaſ. enim lib. 1. cont. Arian. *Dæmonibus ora obturabat, tametſi verum eſſet, quod ab eis diceretur: Tu es Filius Dei. Noluit autẽ per os impurũ veritatem annuntiari, multo minus per illos.* Altiùs quidem rem meditatus eſt Chryſoſt. qui expendẽs mendaciũ primò à dæmone conceptũ, ab eoq́; tanquã ab ingenita origine derivatum in primum hominem, per quod etiam primus parens originali delicto fecit initiũ, inquit, ut oſtẽderet Chriſtus quantum veritas averſaretur os, ã quo originale mendaciũ prodijt, quantaq́ue inimicitiarũ ſimultas inter veritatẽ mendaciumq́u: vigeret, à quo primordiale ſcelus emanavit, ſemel facta dæmoni enuntiandæ veritatis facultate, illius os protinus occlu ſit, quia nihil tam infeſtum infenſumq́ue veritati, nihil eius nobilitatẽ iniuriotum quã in illius ore detineri, ab eoq́ue proferri, qui prioris falſitatis extitit auctor. Scribit ergo
Chryſoſt. Chryſoſt. homil. 13. in Matth. *Quia primus homo hinc offendit Deũ, legemq́; tranſgreſſus eſt, ex abundanti te docet, quòd etſi tibi non prævaricationem præcipiat, nec ſic ſit parendum. Et quid dico prævaricationem? etiam ſi aliquid utile dæmones iubeant, ne tunc quidem eos debes audire: ſic enim illos dæmones loqui vetuit, qui eum Dei Filium prædicabant, & Paulus id ipſum inclamãtes increpavit, quãvis utile erat quod dicebatur, ſed magis eos magiſque dedecore afficiens, eorumque inſidias detegens, eorũ ora cluſit, & tacere præcepit.* Si indecens indecorumq́ue cenſuit Deus, ut ſimplex veritatis enũtiatio ab ore impuro emitteretur, quod quidem primordialis mendacij fons fuit, perpende quàm procul à divino cõſilio abſceſſerit, quod originali pravitate à mendacio tanquã à ſui radice mendacij nomen nãciſcẽte macularetur Mariæ pectus, à quo habitũ ſumptura erat ſubſtantialis veritas, quo ornata hominibus innoteſceret, & in quo veritatis ſpiritus erat commoraturus, ut dogmaticæ diſciplinæ oracula primis Eccleſiæ Patribus Marianæ linguæ fungens miniſterio dederet.

46 Non invenuſtè calamiſtratur nobilis veritatis ſplendor ex lepida Theophilacti interpretatione ad locum Ionæ 1. 5. *Et Ionas deſcẽdit ad interiora navis, & dormiebat ſopore gravi.* Quò loci LXX. legerunt: *Ionas autẽ deſcendit in ventrẽ navis.* Quæ verba ſic Theophilact. elucubratur. *Porrò quòd in alvum navis, hoc eſt in infimũ locũ Ionas deſcẽderit, Propheta hoc moribus cõvenit. Separatim enim & ſolitariũ degere propheticũ eſt. Hinc & David: Solitarius ſum, inquit. Et Ierem. Bonũ eſt homini, ubi iugum ſuũ tulerit ab iuvente virtute ſedere ſolum. Et iterũ: Non ſedi cũ conſilio illuſorum eius: ſolus & ſeparatim ſedi.* Verè munus Prophetæ eſt, baiulũ eſſe veritatis, quã mente & animo repoſitã ferat, ut eã evulget, aliorũq; animis inſerat. Veritatis ergo depoſitũ mores exigit in Vate ab humana conſuetudine prorſus alienos, qui humanã vivendi rationẽ ignorent, à cõmuni vitiorũ ſorte expeditos, unde à peccatoribus, flagitiorumq́ue contagio infectis oportet illum eſſe abiunctum, & hominum frequentiã, quæ vel ſolo halitu ſcit venenum immittere, longiſsimè fugere; adeòq́ue ſolitariè ſe gerere, ut ſolus ſit qui videatur vitioſæ humanitatis immunitate gaudere. Vnde in alvum navis deſcendit Propheta, quam nullus hominum inhabitabat, humanæq́ue converſationi imperviam. Quaſi nil tam deceat Vatem, cuius munus eſt veritatem pectore cõcipere, quàm vitæ huius navigium inſtiturus, alvum quærere navis humanæ vitioſitatis expertem, & quæ communem peccandi viam ignoret, in qua formetur & cõcipiatur ad divinæ veritatis miniſterũ ſuſcipiendũ, dignumq́ue ſe illius gerulum efficiendum. Etenim ex peccatore & inobediente Iona cùm Deus ſtuderet fingere veritatis idoneũ ſacrarium, non abſque magno ſacramenti põdere voluit, ut in alvum deſcenderet ſolitariã, quam iniqua peccatorũ turba cõſuetudine ſuæ pravitatis nõ deturparat, ut innueret hominẽ veritatis oraculũ panſurũ oportere denuò generari, & in alvũ introire omnigena puritate ornatã, nec unquã maculæ iniuriã paſsã, & inde nobili origine præditũ renaſci dignè veritatis præconium editurũ.

47 In veritatis nobilẽ originem adſtruẽdã arbitror, Sponſum miro ingenio edidiſſe elogiũ illud, quo Eccleſię os cõmẽdavit: *Sicut vitta coccinea labia tua, & eloquium tuum dulce*, Cant. 4. 3. Per os Eccleſiæ ſanctos

ctos concionatores eſſe adumbratos, nil tã notum, & tritum eſt apud Patres & ſacros Interpretes, at eos ſub coccinei, ſeu ſanguinei funiculi nomine deſignari non ignobile myſterium obſignat. Quorſum ergo divina ſapientia Eccleſiæ, ſeu eccleſiaſtum os voluerit tãquam ſingulari nota ſanguinea vitta inſigniri, & adinſtar auroræ croceo colore rubricari, ut dignus Solis oriens exiſtat? Meherclè verba Eccleſiæ, ſeu prædicatorũ, verba veritatis ſunt, ſeu veritas ipſa, quæ verbis obvoluta fidelibus miniſtratur, & cũ verba nullam aliam ſubſtantiam habeant, quàm quod ſignificant, aut enuntiant, verba quæ veritatem docendam efferunt, nil aliud quã veritas dicẽda ſunt. Deindè ſi benè ſapias, os & linguã præclarè vulvam dixeris, quâ verba formantur; ſicut enim in utero matris fœtus gignitur, ut prodeat, ſic verba in ore generantur, & formantur, ut in lucẽ edãtur, & ad aſtantiũ aures perveniant à labijs emiſſa, ut igitur inſtruat nos Deus, quo nobilitatis fulgore adornanda ſit vulva, in qua veritas eſt formãda, & quomodo debeat prævie divinitatis inſignibus promicare, os & labia Eccleſiæ prædicatorũ coccino oſtẽdit incolorata, quaſi sãguine Chriſti madida eoq; tincta. Rubeat ſanguine Chriſti os, in quo formãda ſunt, & à quo verba veritatis ſunt emittẽda, ut elicias vulvã veritatis nõ aliam eſſe quàm ipſam divinitatẽ, videtur enim divina ſapiẽtia velle haud ſecus nos de divina veritate humanitus prolata, ac de æterno veritatis verbo ab æterno generato nobiliter exiſtimare; unde ſicut verbum æternũ veritatis in vulva divini intellectus generatur auguſta origine prædita, (ſi originẽ poteſt habere, quæ ingenita eſt) ſic veritas exterius prolata vulva oris, & labiorũ concipitur ſanguine Chriſti exundantibus, & eius inſigne præferentibus. Quocirca Eccleſiæ labia ſanguineæ vittæ aſſimilãtur in teſtimoniũ Chriſti ſanguinis quo madẽt, & rubeſcunt, ſic tres Patres apud Theodor. *Hoc ſignum ſponſus in ore ſponſæ tanquã in feneſtra collocatũ intuetur* (putant enim hîc fieri alluſionẽ ad funiculum coccineũ, quẽ Rahab appendit in feneſtra) *ſicut funiculus coccineus eloquium tuũ dulce. Duxit enim colorem ex ſanguine meo, & verba profert veritatis.*

Tres Patres apud Theo.

48 Adeò puritatẽ ambit veritas, & nobilitatẽ animi, cui cõmittenda eſt & cõmẽdanda, ut divinitati ſe infibulet & incingat, quo illius ſic effecta aſſecla, ubi divinitas ſe immiſerit, pariter ſe cum illa immittat, ſicque animũ dignè ad ſui hoſpitiũ inveniat perpetim comparatũ; verè ſibi debitũ putat cum munditiæ apparatum, & domus ornatum, quẽ divinitatis maieſtas exigit, quocirca illi innectitur, & implicatur, ut in animum virtutibus omnibus nobilitatum ſe inferat. Adleganti quondam Domino Moyſen, populum de dura ſervitute eruturũ ad Pharaonem, ſic Patriarcha reſpõdit: *Obſecro, Domine, non ſum eloquens ab heri, & nudiustertius, & ex quo locutus es ad ſervum tuũ impeditioris, & tardioris linguæ ſum*, Exod. 4. 10. Exemplar, quod ſecutus eſt Philo ſic vertit: *Ex quo heri & nudiustertius locutus ſum tecũ, non poſſum loqui niſi veriſſima*: Quaſi dicat: Ex quo ad alloquij tui familiaritatem ſum exceptus, nequaquã in me nutat veritas, firmiter veritati adhæreo, facilis & pervia mihi eſt, neſcio niſi veritatẽ expeditè proferre. Antea enim, ô Domine quã me ad tuæ converſationis gratiã advocares, tardũ, & impeditũ me ſentiebã ad veritatẽ annuntiandam; cùm aperiendæ veritatis occaſio obveniebat, inſtar balbutiẽtis erã, titubabã, debilem linguã nequibam movere, iam cùm ea manifeſtãda mihi incumbit, facilẽ me, prõptum, & alacrẽ ſummaq; eloquentia prædituũ demiror. Sic locũ interpretatur Aug. q. 7. ſuper Exodũ: *Quod ait Moyſes ad Dominũ: Precor Domine non ſum eloquens ante heſternũ, neq; ante nudiustertianũ diem, neq; ex quo cœpiſti loqui famulo tuo; intelligitur credere, poſſe fieri Dei voluntate ſubitò eloquentem, cùm dicit: Neq; ex quo cœpiſti loqui famulo tuo, tanquã oſtendens fieri potuiſſe, ut ante heſternũ & nudiustertianũ diẽ, qui eloquens non fuiſſet, repentè fieret, ex quo eum illo Dominus loqui cœpit.* Nũc verò inquiredũ eſt, de quo Dei alloquio in præſenti meminerit Moyſes, & cui linguæ ſuæ facilitatem & expeditionẽ in veritate promẽda, & exprimenda adſcripſerit. Cenſet Ruper. Moyſen hæc omnia referre ad confabulationẽ illam quã cum eo Deus ex inflammato, & incombuſto rubo habuit. Sic enim apud Lypom. inquit: *Claret igitur ex hoc loco, quòd cũcta hæc nõ uno die dicta, vel acta ſunt, ex eo videlicet quòd ait; ab heri & nudiustertius, &c. Nẽpè nudiustertius, idem eſt, ac ſi dicas, nunc dies eſt tertius, ex quo, inquit, locutus es ad ſervum tuum; ac ſi diceret: Antequam loquereris ad ſervum tuũ, videbar mihi eloquẽs, & velocis linguæ, & expeditæ; nunc autem, ex quo loqui cœpiſti, & occulta ſapiẽtiæ tuæ manifeſtaſti mihi, hoc de me didici, & ſenſi, quòd eloquens nõ ſim, nec tã expeditæ linguæ, ut ea quæ nunc agẽda intelligo dignè valeã corã hominibus eloqui. Moyſes nãq; Prophetа eſſe incipiẽs, & illa intus flãma illuſtratus, quã foris viderat, tanta ſibi imponi myſteria ſentiebat, quãtis adminiſtrandis indignũ ſe & imparem rectè & laudabiliter iudicare poterat.*

Exod. 4. 10.

Philo.

Auguſtin.

Ruperrus.

Neque Ruperti auctoritatem induco, ut ex ea sententiam confirmem Philonis & Augustini, oppositæ enim planè ille adhæret: sed ut probem Moysen in præsenti ad visionẽ rubi allusisse, & ad verba quæ ex illo ad ipsum Deus fecit, cũ ait: *Ex quo locutus es ad servum tuũ, &c.* Superst expendere, quæ expetierit Deus à Moyse, ut eũ ad suũ sermonem apparens in dumo admitteret. Imperatũ est enim illi à Deo antequã sermonẽ cum ipso institueret, longiusque colloquiũ misceret, ut pedes nudaret, calceosq; abij-
Exod. 3. 4. ceret: *Cernens autẽ Dñs quòd pergeret ad videndũ, vocavit eum de medio rubi, & ait: Moyses, Moyses. Qui respondit: Adsum. At ille: Ne appropies, inquit, huc: solve calceamẽtũ de pedibus tuis: locus enim in quo stas, terra sancta est*, Exod. 3. 4. Ritus autẽ pedes excalceandi planè indicat animũ nõ solùm à rebus omnibus sæcularibus & terrenis absolutũ, sed vel etiã ab earũ cogitationibus &
Cyrillus. phãtasmatibus perfectè expeditũ, ut docet Cyril. apud Lypom. *Moyses etiã calceamẽta solvere iubetur, quæ interitũ sine dubio significãt, quòd è pellibus mortuorũ cõfecta sunt, quia utiq; Christus inaccessus est ijs, qui sub lege & pædagogo sunt. Atque etiã eum, qui ad contẽplandũ Deũ accedit, necesse est, ut se à mortuis carnalibusq; phantasijs absolvat.* Diodorus verò apud eundẽ retur virũ designare adeò eximia, summaq; sanctitate imbutũ, ut potens sit sanctitatem alijs
Diodorus. impertire, cõtactuq; suo lues & sordes procul abigere, sanctaque quæ tetigerit reddere. Scribit enim: *Quidã dixerũt: ideò Moysi iussũ fuisse, ut calceamẽta solveret, ne uxorẽ accipiens in Ægyptũ descenderet, cũ populũ ex Ægypto educturus esset. Alij verò ut Moysi legẽ daret, Sacerdotes sine calceamẽtis officio suo fungi debere in tabernaculo. Hi mihi parũ considerasse videri solent alia longè maiora magisq; necessaria Moysi præcipienda fuisse, quæ tamẽ hoc loco silẽtio prætermissa sunt. Quid? Quòd hoc idẽ Iosue præceptũ est, cùm tamen nihil horũ illi declaratum ac mandatũ esset. Reliquum itaq; est, ut causam afferamus, quare id iussũ fuerit. Benedictus es (inquit Deus) & benedicis & sanctificas locũ super quẽ incesseris, cùm sis Sacerdos ac spiritu plenus. Solve igitur calceamentũ pedum tuorũ, ut nudis pedibus terrã, in qua stas, sanctifices.* Qui quidẽ locus iuxta Historici contextũ sic enucleandus est: O Domine, verè grãdia operatus es in me; ut enim ad sermonis tui dignationẽ me eveheres, Spiritum sanctũ prævẽ in me infudisti, adeò ut plenũ me tuo spiritu sensẽrim; eaque sanctitatis copia locupletem, ut exundaret ex me ad alios sanctitate refercẽdos. Quapropter iussisti ut calceos deponerem, nudisq; pedibus graderer, qui nudi terram præsentia tua illustratam sanctitate afficerent, quasi præsentiæ tuæ virtus pedũ meorum decederet nuditati, & locus quem tua præsentia sanctum nõ redebat, velles ut ab eorum attactu sanctitatẽ acciperet. Sanè hoc perfectissimæ cõsummatissimæ sanctitatis proceró cumulo oportebat ut præornaretur, qui ad tuũ colloquium destinabatur. In meũ animum sic dispositum, sic tua divinitate prædivitem, tuorum mysteriorũ veritas adeò affatim se immisit, ut iam nihil nisi veritatem sapiam, eloquar, eructem; nihil nisi verissimum mihi occurrat ab ore emittendum; cùm me tua divinitate totum præoccupatum veritas sensit, totam in mẽtem meam se proripuit; unde qui ad eam priùs enuntiandam balbus eram, tarduſque & difficilis ad verba formanda, quibus eam exprimerem, ex quo hesterno die tecũ sum confabulatus, tuo spiritu exundans, ut te dignè alloquerer, in differtũ & peritum virum mutatus sum, sum na copia, singulariq; dicendi facultate præditum. Perpẽde, oro, quomodo veritas præviam requirat veluti quandam in animo divinitatem, ut se illi fidat.

49 Hinc est, quòd veritatis unica sedes Deus sit, in eo tantùmodò dicitur immorari, qui immutabilis est, quasi quidquid nutationi & mutationi fuerit obnoxiũ, atque peregrinæ impressionis capax, ut à se alienum veritas detrectet, studeatque ab illo deviare. Intervallum quòd studet veritas, ut inter se & hominũ mutabilem substantiam effundatur, aperuit Regius Psaltes tanquã strenua rhetorica ipsa arte canendi, & disciplina utens ad id designandum. Psalmo enim quarto versu 3. ad homines conversus ait: Psal. 4. 3. 4.
Filij hominũ, usquequo gravi corde? ut quid diligitis vanitatem, & quæritis mendaciũ? & statim vers. 4. subdit: *Et scitote, quoniam mirificavit Dominus sanctum suũ.* Sed adnotãdum est apud exemplar Hebræum inter hos duos versus interiectũ esse diapsalma: de quo Hierony. epist. 138. ad Marcellam: *Quidam diapsalma cõmutationẽ metri* Hierony.
dixerunt esse: alij pausationem spiritus: nõnulli alterius sensus exordiũ: sunt, qui rhythmi distinctionem, & quia Psalmi tunc tẽporis iuncta voce ad organum canebantur, cuiusdam musicæ varietatis existimant silentium. Itaque cùm Vates in priori versu de mendacio egerit, eiusque sedẽ in hominũ animis locatã explicuerit, ijs rebus deditis quæ cũ vanæ & inanes sint, eos aggravant, & in terrã miserè deprimunt, ut posteriori versu de veritate sermonem instituat, edicatque illius sedem innatam summi Dei esse augustissimam sanctitatem, diapsalma

ca-

canendo, vel componendo interpoſuit: nec ſatis fuit illi dixiſſe: *Scitote, quoniam mirificavit Dominus ſanctum ſuum*: vel ut exēplar Hebræum habet, *miſericordem*: in quē locum Lorinus inquit: *Alij exponunt miſericordem, beneficū gratuitò, pium, benignam; prætereà gratia plenum, ſcilicet quā cōmunicet alijs, & paſsivè quam acceperit ipſe.* Quaſi Pſaltes dixerit: ſcitote quoniam veritatis ſedem Deus magnificam & clariſſimā effecerit; nēpè in Chriſto illa requieſcit, qui eſt ſanctus Domini integrâ virtutum ſupellectile conſpicuus & ornatus, in quo Spiritus ſancti gratia ipſi & alijs exundat: ſed diapſalmate diſcrimen inter mendaciū, & veritatem, tanquam interpoſitam ſepem immiſit. Etenim poſtquàm de mēdacio diſſeruerit, antequàm ad veritatis dignitatem enuntiandam deveniret, vel metrum cōmutavit, vel quievit parumper quaſi novū ſpiritū reſumens, vel diſtinctā carminis menſuram induxit; vel iniuncto ſilētio rē intermiſit. Quaſi linguam, vel carnem, vel ſpiritum pollutum reputans, quo mēdacij vox etiam ut mendacium carperetur & taxaretur, aſſumpta eſt; neceſſumque eſſe exiſtimans linguam mundandam & expiandā à prava vocis illius qualitate, ideòque ſilentio utendum antequàm ad veritatem commendandam accederet; vel, novum metrū, novumque halitum eſſe aſſumendum, ut de veritate diſſereret, quaſi abolenda ſint omnia & abradenda, quæ mendacio etiam obiurgando deſervierunt, ut novo, nobilique & nitido puritatis apparatu veritatis ſermo inducatur. Appoſitè Niſſenus tract.2. de inſcript. Pſalm. cap.10. *Eſt igitur diapſalma, ſi quis id diffinitione cōprehendere velit, ceſſatio, vel quies de repente interpſallēdum facta ad receptionem divinitus miſſæ illuſtrationis. Vel rectiùs diapſalma hoc modo quis diffiniverit; ſi dicat eſſe doctrinā à Spiritu ſancto animæ in occulto ſpiratam, melodia per attentionē ad hanc inſtructionem interrupta. Vnde in quarto Pſalmo acclamat Propheta toti quodāmodo humanæ ſocietati ob vanitatem earum rerum, quibus unicè ſtudet, filioſque homines gravi corde oppreſſos pronuntiat, quibus vanum & non ſubſiſtens mendacium curæ ſit cordi. Iterūque interquieſcens demonſtrat in quonam ſit veritas: dicit enim: Scitote, quoniam mirificavit Dominus ſanctū ſuum, ſignificās, ut arbitror, ſancti nomine Dominum.* Itaque Vates mendacij turpitudine manifeſtata & ſugillata, ceſſat & quieſcit à cantu, quò feliciùs recipiat divinam illuſtrationē, quæ mētem illius præpurget & præornet ad veritatem concipiendam; unde melodia interrumpitur, ut anima prorſus ab humanis nō

Lorinus.

Niſſenus.

ſolùm rebus, ſed etiam ſenſibus avulſa, & ſupra ſe facta, attēdat ad veritatis doctrinā à Spiritu ſancto ſibi in occulto inſpiratam.

50 Et rectè quidē præmittitur cœleſtis illuſtratio in animo, ut veritatem cōcipiat; quoniam veritas nobilem conceptionem & illuſtrem originem amat, exigitque mentē tanquam uterum, in quo formetur, non quæ quomodocunque pura ſit, & à tenebris expedita, ſed quæ à ſui primo exordio omnem impuritatem expulerit, nulliuſque peccati tenebris fuerit corrupta. Quod elegāter ſatis edocet Hugo de Sanct. Vict. eruditionis Theolog. lib.7.c.26. interpretās illud Pſal. 95.2. *Annuntiate de die in diem ſalutare eius.* Qui tres ſtatuit dies ſalutare Dei, hoc eſt, Ieſum alterum alteri annuntiantē. Ait enim: *De his diebus Pſalmiſta cecinit: Annuntiate de die in diem ſalutare eius. Quid eſt ſalutare eius, niſi Ieſus eius? Sic enim interpretatur Ieſus, hoc eſt Salutaris. De ipſo Ioānes loquens: Lex, inquit, per Moyſen data eſt, gratia & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt. Itē Paulus Apoſt. vocat Chriſtum Ieſum Dei ſapientiā: ſi igitur Dei ſapientia Ieſus Chriſtus eſt; & per Chriſtū Ieſum veritas facta eſt, cōſtat quòd per ſapiētiā Dei veritas facta eſt. Dies ergo ſapientiæ eſt veritas. De hoc ergo die ſuo ipſa Sapientia loquitur Iudæis, dicens: Abrahā pater veſter exultavit ut videret diem meū, vidit, & gaviſus eſt. Veritas enim Dei redēptio eſt generis humani. Hāc enim priùs promiſerat, quā nimirū dum poſtmodū exhibuit, quid aliud quā ſeipſum veracem oſtēdit. Benè ergo Abraham ad diem veritatis exultat, quia impleri veritatem deſiderat; quā profectò diē tunc per ſpiritum vidit, quādo Dei Filium ad redemptionem generis humani in carne venturū cognovit. Dicatur ergo: Annūtiate de die in diem ſalutare eius; diem ſecundū de die primo in diem tertiū, diē veritatis de die timoris in diē charitatis.* Perpende quomodo veritati ruina & devaſtatio infamis & ſceleſtæ originis addicatur, quaſi veritas cū ea innatā ſimultatem habeat, nataque ſit ad bellum illi inferendū: ideòq; in ſubiecto inſederit, ab eoque illuxerit ſplendidiſsima origine prædito. Deinde Hugo cap.27. de præindicatis diebus agens nobilē veritatis originē validiſsimè proſequitur ſtabilire, inquiēs: *Primū homines ſub peccato cōſtituti, per legē ſeparati ſunt, & cœperūt diē timere iudicē, quia cognoverūt iniquitatē, ipſum ergo timere hoc iam erat agnoſcere; quia profectò nequaquā timere poſſent, ſi nullo modo agnoſcerent. Iam aliquid lucis erat ipſa cognitio, iā dies erat, ſed necdū clarus, quia peccati tenebris caligabat. Venit ergo dies veritatis, dies ſalutis, qui peccatū deſtrue-*

Pſal. 95. 2.

Hug. de Sancto Vict.

Hug. de Sancto Vict.

ret, claritatem prioris diei illuminaret, & timorem non tolleret, ſed in melius commutaret. Sed necdum plena erat claritas, donec adiungeretur veritati charitas. Nã ipſa veritas dicit: Multa habeo vobis dicere, ſed non poteſtis portare modò; cùm autẽ venerit ille Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem. Ecce tres dies ſunt, dies timoris, qui manifeſtat malum; dies veritatis, qui aufert malum; dies charitatis, qui reſtituit bonum. Dies veritatis clarificat diem timoris; dies charitatis clarificat & diẽ timoris, & diem veritatis. Cùm perfecta fuerit charitas, & perfectè manifeſtatur omnis veritas, & timor pœnæ tranſit in timorem reverentiæ. Annuntiate ergo de die in diem ſalutare eius. In primis illud attende, diem veritatis nullis peccati tenebris inficiſ, ſed prorſus fulgido elucere nitore conſpicuum, adeòque peccati caliginem habere exoſam, ut in tenebras, quibus ignobilitatur timoris dies, fugandas irrumpat, ideò inchoat dies veritatis, primumque lumen ſuum auſpicatur à deſtructione peccati, & tenebrarum eliminatione: deinde animadverte, in hoc veritatis die veritatem quaſi in ſtatu imperfecto conſtitui, & non plenè adultam; non enim in eo veritas ad integrã ſui perfectionem conſummatumque incrementum devenerat; ut ſcias, veritatem adhuc quando imperfecta eſt, originis defectũ ac tenebras omninò excludere. Vlteriùs diem tertium charitatis, qui lucidior eſt, diem ſimul veritatis omnem ſuum ambitũ explicantis eſſe, quia in die charitatis perfectè aperitur & dignoſcitur veritas, quæ in die veritatis non penitus ſe expanderat: imò ad apparatum & plenam manifeſtationem veritatis prærequiri diem charitatis, quaſi præſideat iam in animo perfecta charitas, ut in eo exoriatur veritas conſummata; hæc enim illam quaſi ſui præcurſorem habet. Propterea inquit Chriſtus Dominus: *Multa habeo vobis dicere, ſed nõ poteſtis portare modò, cùm autem venerit ille Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem*: ipſeque Spiritus amoris Spiritus veritatis nuncupatur, quia munus proprium amoris eſt in lucem edere & veluti parturire omnem veritatem, ideò adiunxit Hugo: *Cùm perfecta fuerit charitas, perfectè manifeſtatur omnis veritas.* Hæc ideò amplificavi, ut ex eis ediſcas, quâ origine claritudine debeat prænitere Maria, in qua veritas incarnata eſt, & cum qua adeò intimam veritas intexuit cognationem, ut caro Mariæ veritas meritò nũcupetur, & deinde Mariam, utpotè cuius caro nomen veritatis habet, Spiritus veritatis in ſuam ſedẽ elegerit, è cuius pectore, lingua & ore ora-

cula catholicæ veritatis Eccleſiæ ſuæ erudiendæ profuderit.

§. III.

Principij & effectus unicum ius, unica cauſa: Parentis & Filij una ſubſtantia; unde originis ignobilitas, quæ dedecet Filium, dedecet & Parentem, inde Mariæ quædam divinitatis gloria excreſcit.

51 *EADEM reputatur Parentis & Filij ſubſtantia, eorumque nomina inter ſe reciprocantur, locus Geneſ. 1. 27. per Auguſtinum.*

52 *Adſtruitur argumentum ex eodem Geneſis loco patrocinante Auguſtino.*

53 *Pro ea veritate ſtabilienda evincitur difficultas ex oppoſitione loci Geneſ. 1. 27. cum verbis Geneſ. 2. 7. ab Eucherio.*

54 *Alius inſurgit nodus inter verba Geneſ. 2. 7. & num. 22. eiuſdem capitis, & verba Geneſ. 2. 2. quẽ ſimiliter diſſolvit Eucherius.*

55 *Ob eam ſtrictiſſimam Parentis & Filij connexionem futuri Filij nomen remotiores proavi nanciſcuntur. Vnde Iſrael populus Filius Dei appellatur Exod. 4. 22. quo nomine Pater æternus Chriſtum honoravit, Matth. 3. 16. 17. & cap. 17. 5. quia Chriſtus ex eo erat naſciturus, per Rupertum.*

56 *Auroræ Solis nomen imponitur, quia ipſa quaſi Solis parens, enodatur difficilis locus Marc. 16. 1. Hinc elicitur non incongruè divinitatis nomen aptari poſſe Mariæ, utpotè Deigenitrici, extricãtur abſtruſa verba Bernardi.*

57 *Mariam velut quid divinum eſſe concipiendam teſtatur Gerſon.*

58 *Quæ puritatis diſpoſitio ad Mariæ laudes enuntiandas exigatur, ex Baſilio de Seleucia.*

59 *Mariæ ſplendor coram iuſtitiæ Solis iubare nõ deficit, quaſi utrũque de æqualitate decertet.*

60 *Coram Deo, quod ſplendidum eſt, obtenebratur; ſordet mundities, celſitudo deprimitur. Sic ſanctitate conſpicuus, & præcelſus Abraham Deum alloquens ſe cinerem nominat, Geneſ. 18. 27. teſte Cyrillo Ieroſolymit.*

61 *Eiuſdem veritatis teſtẽ ſe exhibuit Iacob, Geneſ. 28. 12. & 16. per Caietanũ.*

62 *Optimum teſtimonium ad id ſtatuendũ ſup-*

peditat Moyſes, unde conciliatur locus Exod. 4. 10. cum loco Actor. 7. 22. per Lypoman. Baſilium, & Hugon. de S. Victore.

63 Angeli etiam propriæ diffidunt ſanctitati, nullaque virtutis luce ſe putant reſpergi in Dei vicinia cõſtituti. Elucubratur locus Ezech. 1. 23. ex Anſelmo.

64 Sacris intelligentijs non ſolùm è divina regione propria ſanctitas diſparet, ſed etiam ſi ſint candore originali præditi, quoddam quaſi peccati aſſumunt ſchẽma, novam lucem accipit locus Cant. 5. 11. ubi in aureo capite divinitatis comæ, nẽpè Angeli, dicuntur nigreſcere, per Philippum Abbatem.

65 Hinc decerpitur argumentum pro illibata & intemerata Mariæ ſanctitate, quæ coram divinitatis fulgoribus promicat, nec patitur ab eis ſuperari. Atteſtatur Richard. de Sanct. Laurent. & Arnold. Carnot.

66 Hinc Maria & Chriſtus, ſub eiſdem figuris, ſub eiſdem vaticiniorum oraculis, tanquam una eſſet utriuſque ſubſtantia, præceſſere prædicta. Iſai. 19. 1. ex Hieronymo, Procopio, Pet. Bleſſen. Richardo, & Lyrano. Richardus autem locum Apocal. 14. 14. ex Iſaiæ loco explicat.

67 Dignitas & claritas Mariæ ex eo penſatur, quòd eamdem cũ æterno Patre obtinuerit prolem, per Richard. de Sancto Laurentio.

68 Locus Petri Cellenſ.

69 Illuſtratus locus Petri Bleſſenſ. per locum 3. Reg. 1. 1. Accinit Richard. de Sãcto Laurent.

70 Elucubrantur verba Petri Bleſſen. Gabriel à Deo adlegatus ad Virginem, quia in originario ſplendore fuerat creatus, per Gregor. Thaumaturg. & Simon. de Caſsia.

71 Legatus habitu, geſtis, vel veſtium ornatu legationis maieſtatem, aut conditionem ſolet præſeferre, ita Gabriel deſcenſu ad Virginem, deſcenſum divini filij in Mariæ uterum, quem legebat, exprimebat, ex Andrea Ieroſolymit.

72 Eum ſapientis providentiæ morem confirmat Angelus reſurrectionem Chriſti mulieribus nuntiaturus, Matth. 28. 2. Marc. 16. 5. Qui à dextris ſedens, triumphalem Chriſti indicat gloriam, & finẽ laborum, ex Chryſologo. lapidem occupat, ut ſignet beatæ vitæ firmitatem, ex eodem, & Gregor. Fulgore vultus, & veſtium nitido candore habitum gloriæ, quo Chriſtus ſe accinxerat, præfigurabat, ex Hieron. Niſſenus ait, eo ſchẽmate prænuntiaſſe iudiciariam Chriſti poteſtatẽ, quam reſurgens obtinuit, Matth. 28. 18. Aſſentiunt Sedulius, & Gregor. Nec ſolùm habitu, & geſtu præoſtendit legantis maieſtatem Angelus, ſed & gloriam earum ad quas mittebatur, ex Simon. de Caſsia, Chryſologo, & Gregorio.

73 Argumentum fulcitur ex Ioanne Bapſtita, qui legatus fuit ad homines, Malac. 3. 1. Marc. 1. 1. is enim veſtitu, cibo, & loco legationis ſuæ ſacramenta præindicabat, Luc. 12. 35. Ioan. 4. 32. & 34. per Ambroſium, & Gregor.

74 Locus Cant. 4. 16. expoſitus per Niſſenum, Guillelm. pariter, & Rupertum, ubi ex dignitate maternitatis originalem ſplendorem Mariæ emanare evincitur.

75 Aperitur diſcrimen inter Mariam cùm puerpera efficitur, & Evam cùm cibo ineſcata deturpata eſt, per Moyſen Barzepha, & Amedeum.

76 Maria cùm Dei mater efficitur effigiata in muliere Sole amicta, Apocal. 12. 1. Quare amictus ſplendidus, & veſtis Solis radijs contexta data eſt Mariæ tanquam inſigne divinæ maternitatis, per Richardum de S. Laurent. is quidem habitus nota quoque fuit iuſtitiæ originalis, qua præditi fuere primi parentes, & eo Solis ſplendore induti nuditatem ſuam haud agnoſcebant, Geneſ. 3. 6. ex Moyſe Barzepha. Indicium autem iuſtitiæ originalis oſtenſum eſt in Maria cũ mater ſit, ut eluceat nobilitatem originariam ob maternitatis dignitatem illã fuiſſe adeptam, & iure obedientiæ primæ datus eſt amictus ſolaris, quia in phraſi ſacra obedientia per gloriam denotatur, & gloriæ nomen habet, Ioann. 7. 39. ex Ruperto, expenditur ea oppoſitio inter Mariam, & Evam à Damaſceno.

77 Locus Cant. 4. 12. expoſitus à Ruperto, illuſtratus ex Iob. 3. 10. per Hailgr. favet Alanus. Præindicato loco rurſus fax præfertur, ex Matth. 27. 60. & Luc. 23. 53. per Hieron. Claret amplius locus ex Hailgrino.

78 Qualis debeat eſſe bonos parentibus à filijs impenſus, per Hieron. cuius verba ponderantur.

79 Maria ſedet à deſtris filij in throno gloriæ, Pſal. 44. 10. per Richard. Qui locus lucem ſugit à 3. Reg. 2. 19. per eumdem. Sedere à dextris Chriſti, quaſi quid impoſſibile meditatur Ambroſ. ad illud Matth. 20. 23.

80 Sumitur argumentum ex Virginis gloria ad illius puriſſimam generationem ſtatuendam; quia initium, & finis rei æqua ſibi paritate reſpondent. Chriſti aſ-

aſcenſus in cœlum ſub columbæ nomine vaticinatus à Regio Pſalte, Pſal. 54. 7. quia columba capiti eius impoſita prædicationis Chriſti myſterium, & prima initia conſecravit, ex Ambroſ.

81 *In fine vitæ Chriſti lex mortis fuit abrupta, & monumenta aperta, Matth. 27. 52. quia in Chriſti nativitate, & eius vitæ initio naturæ præſcripta præceſſere immutata, per Chryſoſtom. cui adſtat Amedeus.*

82 *Ex his arguitur pro Mariæ ingenita nobilitate, locus Cant. 1. 16. qui adſtruit initia Marianæ vitæ, & extrema ſimilem puritatis gloriam eſſe nacta, quemadmodum initium vitæ Chriſti, & eius finis ſimilia evaſerunt, ex Guillelmo, & Alano.*

51 DEcet Meherclè Dei genitricem ingenua origo, imò decet Deum, qui Mariæ Filius eſſe non reſpuit, ut eius Parens clariſsimè fuerit generata, & in gratiæ ſplendoribus concepta. Nam adeò promiſcuè, & velut identicè confunduntur cauſæ, & earum effectus, parentes & filij, ut nomina inter ſe videantur reciprocare, ſæpèque enuntietur de filijs gloria parentum, & de parentibus gloria filiorum, ac natorum nomina parentibus indantur. Nam ſicut parẽtis & filij ſubſtantiam eandem dicere non veremur, ita nec nomen filij parenti imponere, quod cùm à filio aſcendit ad parentẽ, non tam de una ſubſtantia ad aliam, quàm de una ad ſe ipſam credimus demigrare. Vnde cùm de principij formatione agitur, ſub eo effectum in lucem editum latenter memoratur, quaſi nil uni conveniat, quod naturæ iure ſibi, ut proprium non exigat aliud. Ad ea verba Geneſ. 1. 27. *Et creavit Deus hominem ad imaginem ſuam, ad imaginem Dei creavit illum, maſculum & fœminam creavit eos*, ſciſcitatur Auguſtinus expendens Deum primum de viro, & fœmina ſingulariter fuiſſe locutum eos ſub una tantùm dictione comprehendentem: *Creavit Deus hominem ad imaginem ſuam, ad imaginem Dei creavit illum*: deinde de illis pluraliter dixiſſe: *Maſculum & fœminam creavit eos*. Cur in loquendo Hiſtoricus phraſim non retinuerit, ſed à ſingulari incipiens, ad plurale elocutionem tranſierit? Quare ordinem, à quo cœpit, intercidit? Poſſet enim vel ſcribere: *Et creavit Deus homines ad imaginem ſuam; ad imaginem Dei creavit illum, maſculum & fœminam creavit eos*: vel integram ſententiã exprimere in ſingulari: *Et creavit Deus hominem ad imaginem ſuam, ad imaginem Dei creavit illum, maſculum & fœminam creavit eum*. Certè Hiſtoricus divinæ ſapientiæ ſpiritu actus, & unitati exprimendæ quà effectus cum ſua cauſa connectitur, & diſtinctioni conſuluit. Etenim, quia fœminam novit ex viro formandam, in Adamoque principij dignitatem conſideravit, ut intimum nexum cauſæ & effectus innueret, Adamum, & Evam ſub unitatis voce compreſsit, unumque hominem eos edixit, inquiens: *Et creavit Deus hominẽ ad imaginem ſuam; ad imaginem Dei creavit illũ*. Deinde ſexus diſcrimen evolvens, eorum diſtinctionẽ aperuit: addens: *Maſculum & fœminam creavit eos*. Sic edocẽs vim cognationis, quâ principium & effectus fibulantur, quæ in duorum ſubiectorum diſtinctionem, unitatis vocem valet immittere, & ſuſtinere. Subvenit Auguſtinus lib. 14. de Civit. Dei cap. 22. *Certum eſt maſculum & fœminã ita primitus inſtitutos, ut nunc homines duos ſexus diverſi videmus & novimus, unum autem dici, vel propter coniunctionem, vel propter originem fœminæ, quæ de maſculi latere creata eſt*. Auguſtin.

52 Aliam agitat Auguſtinus quæſtionẽ ubi ſuprà ad præfata verba Geneſ. 1. 27. *Maſculum & fœminam creavit eos*. Diſcutit enim, quare diſcrimine aperto iam, quo mulier à viro diſtinguitur ad perfectam rei notitiam, omnemque ambigendi rationem abolendam, non expreſsit textus fœminam ad imaginem Dei quoque effictam quemadmodum virum; poſſet enim ſubdere mulierem identidem ad Dei imaginem efformatam? Et rectè quidem id addere renuit Hiſtoricus, ut ab initio rerum ſancitũ maneret, gloriam, vel prærogativam cauſæ conceſſam neceſſariò in effectum eſſe derivandam: ſuperfluumque omnino eſſe illam de effectu prædicare, cùm in cauſa præceſſerit manifeſtata; unde dignitate divinæ imaginis de viro enuntiata, conſentaneum fuit ab ea abſtinere, cùm de muliere ageretur, cujus ſubſtantia de viri ſubſtantia erat deducta, vel deducenda. Accipe Auguſtini verba: *Et fœmina quidem (ut prædictum eſt) ad imaginem Dei creata eſt, ſecundùm id quod & ipſa habet mentẽ rationalẽ. Sed addendum de illa (ad imaginem Dei) non cenſuit ſcriptura propter unitatẽ coniunctionis, & in illa intelligendũ reliquit, imò in omni, quod de his ortum eſt, genere humano intelligendum eſſe ſignificavit*. Gen. 1. 27. Auguſtin.

53 Rurſus nova alia emergit quæſtio, quæ obviam ſe offert ſi præindicatis verbis Geneſ. 1. 27. *Et creavit Deus hominem ad imaginem ſuam, ad imaginem Dei creavit illum*, objicias, quæ deinceps capit. 2. 7. ſcri- Gen. 1. 27.

Gen. 2. 7. ſcribit Hiſtoricus: *Formavit igitur Dominus Deus hominem de limo terræ, & inſpiravit in faciem eius ſpiraculum vitæ, & factus eſt homo in animam viventem.* Etenim ſi cap. 1. memoratur hominem iam à Deo creatum, & ad ſuam imaginem formatum, quomodo poſtea cap. 2. tanquam ſi homo non eſſet iam conditus, accedit Hiſtoricus ad eius formationem enarrandam, modumque exprimendum quo fabrefactus eſt? Eucherius apud Lypomanum, ut ab eiuſmodi difficultatis nodo ſe expediat, duplicem hominis creationem meditatur, aliam cauſalem, ſeu virtualem, aliam formalem & propriam: formatio cauſalis, ſeu virtualis hominis fuit formatio ſuæ cauſæ, nempè terræ, de qua ſumptus, & fictus eſt; cùm enim terra creatur, dicitur homo creari propter intimam unitatem, quæ cauſam, & effectum colligat, nam viſitur hominis ſubſtantia in terra creata, quæ ſubſtantiam ſuam hominis coactioni oblatura eſt. Formatio propria hominis ea eſt, quâ homo de terræ ſubſtantia educitur, & propriam formam eique convenientem perfectionē accipit: His poſitis, inquit Eucherius: cùm textus ait: *Et creavit Deus hominem ad imaginem ſuam, ad imaginem Dei creavit illum*, de hominis cauſali creatione loquitur, hoc eſt, de terræ creatione illam effectus ſui nomine honorans, & effectum in cauſæ ſuæ ſubſtantia producta quodamodo exiſtere innuens, ut quaſi unum & idem æſtimentur, quæ nequeunt ab invicem ſeparari, alterius nomen altero ſibi adaptante, unde ſi hîc terra vocatur homo, & ab homine nomen habet, poſtea homini terræ
Gen. 3. 19. nomen à Deo inditur, Geneſ. 3. 19. *In ſudore vultus tui veſceris pane tuo, donec revertaris in terram, de qua ſumptus es, quia pulvis es, & in pulverem reverteris.* Certè ratio, ob quam terræ nomen homini imponitur, ea tantùm exprimitur, quia de terra ſumptus eſt: Cùm verò textus ſubdit: *Formavit igitur Dominus Deus hominem de limo terræ, &c.* de propria hominis creatione agit, qua propriam naturam captans humano habitu ornatus conſurgit. Ait er-
Eucherius. go Eucherius: *Secundùm ergo cauſalem rationem in ſex dierum operibus factus eſt homo, ſecundùm originem verò temporum nunc formatus eſt. Nam quando dictum eſt: quòd factus eſt homo ad imaginem & ſimilitudinem Dei, ipſam cauſam fecerat Deus, de qua erat ſuo tempore homo futurus, id eſt, cauſa, de qua in futurum formaretur, id eſt, terra hæc præceſſerat.* En viciſſim nomina ſibi mutuant terra, & homo, terra dicitur homo, & homo terra, quia de terra formatus eſt homo.

54 Hinc alterius difficultatis dirimēdæ viam tibi demonſtro. Si enim præfata verba: *Formavit igitur Dominus Deus hominem de limo terræ*, Geneſ. 2. 7. & quæ ſequuntur num. 22. *Et ædificavit Dominus Deus coſtam, quam tulerat de Adam in mulierem*, referas ad ea, quæ præmiſſa ſunt eodem cap. num. 2. *Complevitque Deus die ſeptimo opus ſuum, quod fecerat; & requievit die ſeptimo ab univerſo opere, quod patrarat.* Meritò ſciſcitaberis, quomodo poſtquam inducitur Deus, operum ſuorum conſumato labore, quieti deditus, denuo ad humani operis fabricam revocatur, oſtenditurque intentus, & occupatus in humanæ ſtatuę erectione, & dedicatione: *manu, ſenſu* (ut Tertulliani verbis utar) *opere, conſilio, ſapientia, providentia, & ipſa in primis adfectione, quæ lineamenta ductabat*, & deinceps in mulieris opificio & coſtæ ex Adamo dempta carne, & pulcritudine veſtienda & ornanda? Num requiem Dei ſtabilitam & ſanctam credendum erit novo labore ſuperinducto intermiſſam, Deumque ad nova opera elaboranda reductum? Præclarum tramitem Eucherius apud Lypoman. ad effugium huiuſmodi quæſtioni inveniendum; inficiatur enim novum opus appellari, ſeu cenſeri illud, cuius præceſſit iam cauſa creata: inter primordialia orbis opera creaverat Deus terram, de qua fingendus erat homo, & de homine mulier; unde in illa tum homo, tum fœmina, quaſi in origine condita præcucurrerunt: Quocirca cùm ad formationem utriuſque ventum eſt, non tam æſtimatur novi operis formatio, quàm in creata iam materia nova formæ expreſsio, Eucherij verba teneto: *Sed quomodo fœminā hìc creavit Deus, qui ſuperius ab omni opere requievit? Non eam creavit in materia, ſed expreſſit in forma. Prius enim originaliter in viri latere facta eſt, cuius poſtea detracta coſta ex inde mulier facta eſt.* En pulcherrima perfecti operis moles dicitur facta, ſeu elaborata, cùm eius principium conditum deſcribitur.

Genes. 2. 7. Gen. 2. 22. Gen. 2. 2. Tertul. Eucher.

55 Hinc elicies auguſtius nomen, quo propter præſtantiſsimam dignitatem filius inſignitur, parentibus etiam remotioribus impertiri ob ſtrictiſsimam unitatem, & nexum quo effectus cum ſua cauſa innodatur. Neque id ſolum, ſed iniuriam altioribus proavis irrogatam, etiam futuræ poſt longa ſæcula eorum proli illatam reputari. Perpende verba legationis, quam iniunxit Dominus Moyſi Pharaoni deferendam: *Diceſque ad eum: Hæc dicit Dominus: Filius meus primogenitus Iſraël: dixi tibi: Dimitte filium meum, ut ſerviat mihi, &c.* Exod. 4. 22.

Exod. 4. 22.

4. 22. Forſan nullum excogitabis magis glorioſum vocabulum, opulentioriq; maieſtate tumens, & Chriſto dignius quàm à Parente æterno filium primogenitum appellari: Quocirca cùm pater filij ſui gloriam de Iordane aſcendenti, ſumma apparatus pompa præmiſſa, vellet hominibus cõmendari, filij ſui nomine illũ conſignivit: *Baptizatus autem Ieſus confeſtim aſcendit de aqua Et ecce aperti ſunt cœli: & vidit Spiritum Dei deſcendentem ſicut columbam, & venientem ſuper ſe. Et ecce vox de cœlis dicens. Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi complacui*, Matth. 3. 16. 17. Et iterum in montis faſtigio, quod theatrum evolvendæ, & oſtentandæ Chriſtus gloriæ ſuæ effecit, Pater æternus filij conſilijs annuens, ut eum ſummo honore afficeret, filij nomen evulgavit: *Ecce nubes lucida obumbravit eos; & vox de nube, dicens: Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi benè complacui*, Matth. 17. 5. Quorſum ergo tanti nominis maieſtatem Deus olim Iſraëlitico populo impertiri decrevit? Verè ut adſereret effectus gloriam in cauſam eſſe refundendam, & cauſæ iniuriam effectui communicari. Populo illi inſerebantur proavi, à quibus Chriſtus erat deſcenſurus, & diabolus Pharaone tanquam inſtrumento utebatur, ut populum illum mactaret, & perderet, ſicque viam occluderet, per quam divinus filius carne noſtra indutus mundum ingrederetur illuſtrandum. Igitur ut caſſa, & irrita fraudis ſuæ machinamenta futura diabolo oſtendat Deus, quàmque arctiſsimæ unitatis vinculo effectus cum ſua cauſa conſtringatur, populum illum, qui divina honorabatur progenie, illuſtriori & glorioſiori divini filij ab eo gignendi nomine honorat, quaſi cauſa & effectus idem ſint, in unamque gloriæ, vel infamiæ communionem coëant, & turpitudinem & notam in cauſam immiſſam, quamvis longè ab effectu ſeiunctam, pariter effectui æſtimari irrogatam. Quam ob cauſam Deus populo illi primogeniti ſui nomen indit, ut ruinam quam adverſus populum Pharao contendit, cognoſcat Dei primogenito infligi, qui ab eo populo deſcenſum ſuum in terras parat. Optimè Rupertus lib. 3. de vict. verb. Dei, cap. 17. *Vndè autem populus ille primogenitus Domini, aut filius? Nunquid Dominus illum genuerat? aut ante illum populum, ſive hominem, quem appellavit Iſraël, nullum à ſæculo electum, vel gratiæ ſuæ filium habuerat? Verumtamen nihilominus cauſa cognoſcenda eſt, cur ille populus tali in tempore filius dictus ſit primogenitus, videlicet, quia carnem de populo ſuo illo erat aſſumpturus idem Dei filius, ut verè primogenitus, verè unigenitus. Agebatur hoc inſtanter diabolus & intendebat, ne populus ille permaneret, unde naſciturus erat ille filius unigenitus, & primogenitus in multis fratribus, & idcirco, quidquid in illum populum agebat per Pharaonem, & ſervos eius, in illum filium rectè refertur, cuius originem carnis præcidere feſtinabat, ne naſceretur.*

Matt. 3. 16. 17.

Mat. 17. 5.

Rupertus.

56 Sic difficilem locum Marc. 16. 1. percallebis: *Et cùm tranſiſſet Sabbatum Maria Magdalene, & Maria Iacobi, & Salome emerunt aromata, ut venientes ungerent Ieſum: & valdè manè una Sabbatorum veniunt ad monumentum orto iam ſole.* Trita ſanè difficultas: Quomodo valdè manè, & orto iam ſole? Etenim poſt ſolis exortum, iam diluculum exceſsit, ſeu aurora, quæ per valdè manè deſignatur. Verè ſol auroræ partus putatur, quæ cum igneo colore plus aureſcit, quaſi iam matura ad enitendum ſplendidum fœtum, quo gravidatur, concipitur. Vt ergo indicet Evangeliſta, matris, & filij ſubſtantiam tanquam eamdemmet non duplex deſiderare nomẽ, ſed ab uno aptè ſatis indicari; auroram vocavit ſolem, & orto iam ſole, idem dixiſſe fuit, ac orta aurora; nam cauſæ ortus præcox quædam effectus nativitas reputatur: in quo ſenſu nullomodo iam diſsident: *Valdè manè, & orto iam ſole.* Opitulatur Caietan. *Auroræ hora deſcribitur ab ortu ſolis, quia re vera incipit nobis oriri ſol per ſplendorem auroræ.* Sanè ſub hoc intellectu matrẽ numinis numen nõ verebêre adſciſcere. Et quàm indignum, ut quæ numinis nomen habeat, ſub peccato ſorduerit aliquando! ſi creatio cauſæ dicitur effectus creatio, & formatio parentis filij formatio appellatur, ob quam arctiſsimæ cognationis unitatem auguſtiora filiorum nomina parentibus imponuntur, quaſi nulla gloria ſplendeat in filio, quæ non præfulſerit in parente. Verè iuxta hanc elocutionem, & phraſim ſacræ paginæ conceptio, & formatio Mariæ conceptio & formatio filij poteſt nuncupari, & ipſa Maria appellari Deus, de qua Deus natus eſt, ſicut olim populus Hebræus filius Dei primogenitus fuit à Deo nominatus, quia de eo elabentibus ſæculis filius Dei primogenitus oriturus erat. Et quis credat permiſiſſe Dei conſilium, ut Mariæ conceptio peccato fuerit concreta, quæ divini filij conceptionis nomen poteſt ſuſtinere? Quo pacto divina pateretur providentia, ut Maria, cui Dei nomen convenit, poteſtque appellari Deus, eo ſenſu quo, Ruperto interprete, populus antiquus filius Dei primogenitus appellabatur, ſceleratè & ignobiliter generaretur. Myſterij

Marc. 16. 1.

Caietan.

ergò

ergo cura fuit, quâ Spiritus ſanctus ſtuduit, ut in ſacro volumine aurora prælinearet Mariam, in eoque aurora pariter diceretur Sol, ut quemadmodum nil amplius aurora eſt, quàm ſolis conceptio, ſubſtantia, & nomen Maria eiuſdem conceptionis (hoc eſt omnino puræ) eiuſdem ſubſtantiæ, eiuſdem nominis cum filio innuatur. Quamobrem D. Bernardus videtur ex æquo conferre Mariæ ſanctitatem cum ſanctitate Chriſti, ea nixus ratione, quia Chriſtus Mariæ eſt filius, Maria autem eius parens, unde ſerm. 28. in Cant. ſermonem inſtituës de myſterio, quo Rebecca Iacobum liberum pellibus hœdinis induit, ut benedictionem, formam prætexens Eſau, à parente præriperet, inquit: *Non tamen Rebecca ſic illum induit, ſed Maria tanto digniorem, qui benedictionem acciperet, quanto ſanctior, quæ peperit.* Expende verba illa: *Tanto dignorem*, de Chriſto, & *quanto ſanctior*, de Maria. Quibus verbis Bernardus aſſerit; Mariam Chriſti parentem tanto ſanctiorem eſſe Rebecca, quæ peperit Iacob, quanto Chriſtus dignior evaſit Iacob ad promerendam benedictionem, ubi ſanctitatem, & nobilitatem filij refundere videtur in nobilitatem matris, eò quòd ad dignitatem filij ſpectet parentem ſimilem ſibi ſortiri in claritudinis ſplendore, & ſuæ divinitatis illam quodammodo efficere participem.

Bernard.

57 Sanè Deiparæ laudes ſuum à divinitate ipſa nanciſcuntur exordium; ideòque matrem ſuam tanquam divinum quid, & inſcrutabile arcanum optat Deus concipi; arcanum, inquam, adeò purum & illibatum, maculamque omnem exhorrens, ut ad Mariæ elogia & præconia promenda, ea quis egeat animi purgatione, & defœcatione, quâ ſublimiora expetunt ſacramẽta. Hinc Ioan. Gerſon. p. 4. ſerm. de Concept. Virg. Mar. ſic inchoat. *Si dignè ac fructuosè loqui audire volumus, de ea, quæ pulchra Dei amica eſt appellata; neceſſe eſt, ut à corde noſtro ejiciamus horrendum, turpe, & odioſum peccatum mortale per perfectam pœnitentiam & contritionem, ut anima noſtra purificetur, & pulchra efficiatur, ſitq; digna ut ſit Dei amica, lauſque ſua delectabiliter audiatur.* Verè non videtur minor exigi expeditio morum virtutumque apparatus ad Mariæ laudes dignè animo excipiẽdas, quàm ad Dominicum corpus delibandum, ut utraque concipias velut ex æquo peccatum reſpuentia, & adverſus illud pugnantia.

Ioan. eccl.

58 Dignam nobis induere animi diſpoſitionem, & veteris hominis depoſitionẽ ad Mariæ elogia prædicanda, ſeu auſcultanda ſuſcepit Baſilius de Seleucia, Orat. 39. aſſerens Mariæ dignitatem ut enuntietur, mentem exigere ſcopis mundatam, in qua omnis ſit abraſſa vetuſtas: divino Pneumate afflatam, & iubare illuſtratam, luſtratãque carbone illo purgatore, qui Iſaiæ labia deterſit; & tanquàm indemnem & illæſum rubum præpoſcere pedum & humanorum affectuũ diſcalceationem. Terra enim ſancta eſt, prima maledictione haud temerata, in qua Maria inſtar rubi ignis ſplendore rutilo virens, non flammæ ſentiens damna, nec peccati exuſtulatione violata, aut marceſcens oſtentabatur; Moyſenque Sinai in verticem conantem divinæ legis tabulas Dei digito ſcriptas accepturum, tanquam eius exemplar profert & typum, qui Mariæ ad elogia ſcandere tentat; & quemadmodum Moyſes, quamvis omnibus celſior & auguſtior habebatur, divinaque potentiæ mirabilibus conditis clarus & illuſtris inter reliquos emergebat, quadam reverentiæ formidine perculſus, ad nebulam, quam Deus inhabitabat, propiùs trepidabat accedere; ſic quantumvis quis ſanctitate præditus, & virtutum ornamentis inſignitus, & miraculorum patratione celebris, undique timore concuſſus ad fumantem nebulam Marianæ laudis, quæ omnem ſuperat ſenſum, ad illiuſq; maieſtatis denſa caligine obſignatum myſterium, viciniam, aut fiduciam ſumere æquum eſt, ut vereatur. Sic enim Seleuciẽſis ſcribit. *Qui ſanctiſsimam Virginem Deique matrem collaudaturus eſt, plurimam laudum materiam inveniet. Sed ego propriam infirmitatem cognitam habeam, ut rerum magnitudini imparẽ diu animo perculſus diu facere ſuſtinui. Veluti ſi quis onerоſa ſarcina prægravis, in æquor etiam immenſum ſupra vires iuſſus dare ſe, non ſine animi reluctantis certamine refugit: Sic ego peccatorum oppreſſus pondere cunctanter eiuſmodi orationum materiam ſumo, negotium id eſſe arbitratus perſpicaciſsimorum, quique à corpore & animo ſincerè expurgati, nec enim emicatione quadam divinæ gratiæ affatim illuminati debitam Dei matri laudationem plenè contineãt. Verùm mihi hinc nulla loquendi libertas parta eſt. Neque enim ut Iſaias Seraphinorum contemplator cœleſti carbone mihi labia expiata ſunt; neque ſpirituales pedes calceorum vinculis exſoluti, ut ſancto Moyſi. Vbi tales etiam videre eſt, non ſine animi æſtu, ac perturbatione ſubire res arduas.* Poſtquam verò frequentia ingentiaque miracula à Moyſe perfecta recenſuerit Baſilius, inquit. *Et poſt tot experta miracula, cùm Sinæum montem ſuperare iubebatur ſcriptas Dei digito tabulas excepturus,*

Baſilius de Seleuc.

alios procul à pede montis ſubmotos manere iuſſit, quamvis à mulierum conſuetudine pridem eſſent expurgati: ſancti verò tabernaculi miniſtros à plebis ſocietate ſegregatos paulum aſcendere, ac ſupra hos Sacerdotes advocavit, ſubiectos edocens, quanta ſacerdotalis & ordinis, & ſtatus ſit excellentia: omnibus autem celſiorem, extra caliginem tamen Aaronem, quod eſſet Pontifex, conſtituit: ipſe ſolus interim propior Deo fit, rerumque cœleſtium decentem ordinationem ex eo diſcit, data lege, ut eas rudi modo commoſtraret: & hìc tali tantaque virtute vir audiens tubarum, ac tonitrus ſonum, fulgetrorum, aliorumque terrorem experiens, ſic menteconfuſus, perturbatuſq; animo eſt, ut impotens animi palàm omnibus faceret, quanto verſaretur in metu, ac trepidatione. Hæc illi Moyſi evenerunt, qui in ſpecie, non in ænigmate Deum audiebat loquẽtem, qui in facie ad faciem ſermonem cum Domino miſcebat. Me verò Dei Matri laudem afferre volentem quãtus timor, uti par eſt, circumſtare debeat? ne à veritate aberrem, ne vè per imprudentiam, dum eam dictis ornare me autumo, quidquam, quod dedeceat, effutiam. Neque enim mihi propoſitum eſt in mentem ſenſilem, aut fuſam ſupra terram nebulam penetrare, neque pulcherrima ætheris luce circumfulgere; ſed qua fas eorum pulchitudinem ſupervadere, & cœleſtibus orbibus propiùs admoveri. Neque verò omnium honeſtiſsimus hìc ſtabit impetus: ſed ulterius quoad potero emergam fretus ope Spiritus addivina promoventis; choroſque & ſtationes Angelorum percurram, & eorum ordinum Principes ſimul relinquam, evebar ſupra thronorum aſpectum longè iucundiſsimum, ſupra honoratam Dominationum excelſitudinem, ſupra Principatuum ducatum, præterea ſupra præpotentem divinarum Virtutum vim, ſupra puriſsimos & oculis creberrimis perſpicaciſſimos Cherubinos, ſupra Seraphinorũ ſenis alis inſtructorum motionem quaquaverſus expeditiſsimam; ſi qua quoque creatura alia biſce ſuperior, nequaquàm ibi ſteterit animi curſus. Verùm ſi fas eſt homini carnis vinculis colligato curioſiſsimos mentis oculos, eoſque inconnibentes audacter defigere in delibatum de gloria Dei Patris ſplendorem filiumque coæternum, qui vero circumfulget & manifeſtatur lumine, agnoſcere: indè ſumam initium laudationum Dei matris, unde ipſa talis eſt, & appellatur. Age verò ecqua materia ſublimior eſſe potest, præterquam hæc eſt. Nihil certè inter divina & humana medium proferet quis, aut cogitabit. Vt enim non in facili eſt Deum noſſe, aut eloqui, imò ex eorum numero, quæ fieri minimè poſſunt: ſic magnum Deiparæ ſacramentum omni ratione celſius eſt, & oratione. Cogita, in quam celſitudinem arduam, inacceſſamque ſublimitatem Marianæ laudis progreſſus feratur inveſtigabilis, cùm eius exordium ab increata ſapientia, divinique filij ſplendoribus dedicandum ſit: quaſi prima Mariæ fundamenta & elementa in ipſo ſacri luminis divino iubare fuerint iacta; & qui Mariæ vitæ prima initia commendare præſumpſerit, profunda divinitatis arcana debeat penetrare, ibi enim depoſitum primum illius laudis filiũ eſt, & indè extrahendum. Nec ſanè veretur Baſilius Mariam, in puritate almaque munditie, quæ ad eius prædicendam gloriam deſideraretur, cum divinitate coniungere, quaſi peccatum animo ſubſidens imbecillitatem diffidentiamque gignat accedendi ad illius elogia, à qua omne exterminatum piaculum longe eſt, ipſaque à primis fundamentis ſuper cœleſtium virtutum ſublimiorumque intelligentiarum ſtationem collocata. Et paulò inferiùs ſic idem Baſilius inquit: *Quomodo inopinato celebrabo inopinã illam incarnationis gratiam? Quibus laudibus afficiam fontem charitatis? Quomodo profuſæ charitatis in homines profluvium prædicabo? Quomodo virgineũ pelagus audens tentabo, & magni myſterij ſcrutabor altitudinem, niſi me, ut inexpertem urinatorem, ò Deipara doceas, veterẽ hominem, qui corrumpitur ſecundùm deſideria carnis deponere? Niſi mentis os miſericordia compleas, quo tui partus fundum pervadat, ut tuæ miſerationis luce circumfulgens in te veritatis margaritum deprehendam.* Ibidem.

59 Iuvat ad hanc indagandam veritatem nõ modicum attendere, Marianam lucem coram divinitatis fulgore ſcintillantem, nec deficere, nec iubar deperdere ſuũ: quæ quidem licèt ſolio divinitatis exæquata velut ſidus appareat, tamen eius ſplendor in eo videtur ex eodem luminis divini fonte profluere, quod generoſa quadam æmulatione reliquorum aſtrorũ ſolis ſplẽdoribus occumbentium orbitam neſciens, divinitatis radijs non decedat. Promicantia enim Mariæ lumina tuetur divinitatis ſol, non confundit, aperit, non operit, quaſi gloriam ſuam reputet, ut plena maieſtatis ſuæ oſtentatio reluceat in Maria. Quod Richardus de S. Laurent. conſideravit, Mariã æſtimãs figurari in ſtella illa, quæ tribus Magis præbuit ducatum, cuius fulgoris põpa non patiebatur ab inundantibus ſolis orbem ſpiculis abſorberi, vel fugari: ſic enim ille lib. 1. de laudibus B. Mar. *Hæc autem* Richardus

tem ſtella lucebat cum ſole, nec ad lumen ſolis propriam claritatem amittebat, ut illius ſtellæ, quæ peperit ſolem, privilegium demonſtraret. Beata enim virgo, quæ verũ peperit ſolem, lucet cum filio, & quãto maiori dignitate rutilat filius, tanto maiori dignitate ſplendet mater, quæ licèt longè ſit minor filio, ſicut ſtella minor ſole, hoc tamen gaudet privilegio, quòd omnis anima Deo comparata, ſuam reprimit claritatem, ſed quia honor filij, honor eſt matris, in excellentia filij lucet excellentia matris, quæ tantum filium meruit generare, quod deſignatur in hoc, quod ſtella illa lucebat de die. Nulla eſt dignitas in Chriſto, nulla gratia, quam in matrem non ſtudeat ſpectari refuſam: undè illius exerta claritas matris gloriam non perſtringit, ſed exacuit; neque ſicut reliquorum ſanctorum ſplendorem cunctatur, ſic radios retardat matris, quos cum ſuis quaſi eiuſdem virtutis & ſubſtãtiæ optat æſtimari. Quapropter nullum eſt aptius ingenium ad Mariæ excellentiam perſcrutandam, quàm filij excellentiam rimari, quia quemadmodum qualis filius, talis pater; qualis filius, talis mater, ſicque ignobilitas, quæ dedecet filium, à matre prorſus aliena cenſenda eſt.

60 Verè pro hac veritate elucubranda & illuſtranda, meminiſſe oportet, nihil ita eſſe ſplendidum, & ſanctitate conſpicuum, quod ex Dei vicinia non obnubiletur, & obtenebreſcat: nhil ita mundum & purum, quod è conſpectu Dei non vileſcat, & ſordeat: nihil ita ſublime & excelſum, quod coram Deo non deprimatur, & exinaniatur: ſanè præſtãtiſſimus præ omnibus claruerat ſuo tempore Abraham, omnigenis fortunæ bonis onuſtiſſimus, nobilitate illuſtris, cuius filio ſuo carne noſtra amiciẽdo progeniem Deus delegerat; divitiarum copia exundans, quorum greges vix agrorum latiſsima & fertiliſsima ſpacia capere nõ valebant: triumphorum gloriæ opimus, qui de quatuor Regibus inſolentibus ſpoliorum granditate, quæ à quinque præripuerant, inclytam demirandamque victoriam reportarat; divinarum promiſsionum maieſtate cumulatiſsimus, quippè qui Regiam ſobolem, & orbis principatum expectabat, de his enim cum illo Deus paciſce-
Gen. 17. 4. batur, Geneſ. 17. 4. & tamen cùm in Dei preſentia conſtitutus, divino alloquio frueretur, inquit: *Quia ſemel cœpi, loquar ad*
Gen. 18. 27 *Dominum meum, cùm ſim pulvis & cinis.* Geneſ. 18. 27. vel ut Græca exemplaria habent: *Cùm ſim terra & cinis.* Cur, quæſo, Abraham, qui tot titulos nobilitatis & proceritatis præferebat, ſic coram Deo ſe dimittit, & extenuat, ut pulverem ſe, & cinerem acclamet? Verè tametſi mira ſanctitate ornatiſsimum gereret animum; immenſo illo, & inacceſſo divinitatis pelago radios ſuos ſpargente, virtutum aſtra, quæ in Patriarchæ animo ſplẽdicabant, adeò diſparuerunt, & evanuerunt, inſuperabili & indicibili illo ſplendore obruta, ut ad ſe oculos deflectens Abrahã, nil inveniret ſanctum & laude dignum, ſed illam dumtaxat infirmitatem, & exilitatem ſuæ naturæ à primordiali ſcelere partam, ob quam homo pulveri datus eſt. Quaſi diceret: Fiat mihi dicendi copia & Deum meũ alloquendi, quamvis in eius aſpectibus conſtitutus, adeò me indignum & imparem reperio, ut meo animo ſolùm obveniat miſerum illud flagitium, quod quidem ſententia mortis lutulenta que ſortis ſemper infectatur, Cyrillus verò Ieroſolymit. Cateheſi 6. Græcæ verſioni adhærens: *Cùm ſim terra & cinis*, expendit Abraham terram ſe nominando neutiquam ſubſtitiſſe, ne quis exiſtimaret, illum coram Deo ingenti terræ elemẽto ſe auſum eſſe conferre, ſed protinus ſe cinerem nominaſſe, quo nihil magis ludicrum & deſpicabile quit humana Cyrillus
mens comminiſci, ſic ille: *Magnus erat Abraham & honorandus, ſed magnus reſpectu hominum, cùm autẽ ad Deum reſpexit; tunc inquit, ingenuè confitens: ego ſum terra & cinis: Ego ſum terra, & non tacuit: ne ſe ipſum magnum elementum terræ appellare videretur, ſed addit cinerem ſe eſſe, ut vilitatem, fragilitatem, & imbecillitatem ſuam oſtenderet. Eſtne autem quidquã cinere levius, aut exilius?* Ieroſolym.

61 Veſtigijs egregij parentis inſtitit optimus filius Iacob, qui cùm ad cœleſte illud ſcalæ ſpectaculum fuiſſet exceptus, de Gen. 28. 12.
quo textus Geneſ. 28. 12. *Viditque in ſomnis ſcalam ſtantem ſuper terram, & cacumen illius tangens cœlum: Angelos quoque Dei aſcendentes, & deſcendentes per eam, & Dominum innixum ſcalæ dicentem ſibi,* Gen. 28. 16
&c. à ſomno expeditus exclamat: *Verè Dominus eſt in loco iſto, & ego neſciebam. Paveníque, quàm terribilis eſt, inquit, locus iſte!* ver. 16. ſed unde, quaſo, Iacobo obrepſit pavor? Quid illi timorẽ ſuaſit? Qua mẽte inſtinctus locũ illum horrore & terrore circumfuſum concepit, in quo Deum tantopere propitium, & liberalem & munificum pollicitatorem expertus eſt? Verè cùm Deum præſentem cerneret, & gloriæ illius ſplendoribus accinctus ſupremam illã puriſsimam & de fœcatiſsimam ſanctitatem demiraretur, è cuius vicinia intellectuales ſpiritus immundos ſe arbitrantur, nulla virtutum ſuarum ſumpta fiducia, quæ divinæ præſentiæ iubare propiicante occultabantur,

tur, imò defectuum ſuorum cognitione, quæ ſubitò illum invaſit percuſſus adventaſſe diem iudicij exiſtimavit, & ideò ſubito correptus pavore, terribilẽ illum locũ, qui nihil ſpei, ſed peccata ſua illi objiciebat, rugienti ſingultu appellavit. Adeſt tibi
Caietanus. Caietanus: *Timuit divinum iudicium, quẽadmodum conſuevimus timere noviter timentes Principi ſapienti, ne aliquid ſibi diſplicens appareat in nobis: ſic enim Iacob timuit cõſiderãdo ſe ipſum relativè ad præſentiam Dei, & frequentiam Angelorũ, ne imputarentur ſibi defectus ſui.* Vide mihi quomodo divina præſentia irradiante, quidquid ſanctitatis in perfectiſſimis viris elucet, noteſcat, dieſcatque quidquid defectus illis ineſt.

62 Moyſes non infirmum huic argumento teſtimonium ſuppeditabit, qui cùm à Deo ad populum adlegaretur, ſimulque ad Pharaonem, cum quo de populi libertate ageret, ut tantum munus ab ſe abduExod. 4. 10. ceret, ſic Deum alloquitur: *Obſecro Domine, non ſum eloquens ab heri, & nudiustertius: & ex quo locutus es ad ſervum tuum, impeditioris & tardioris linguæ ſũ*, Exod. 4. 10. Pleriq́ue patres arbitrantur exilitatem vocis, linguæ tarditatem, & verborum exiguitatem Moyſi fuiſſe innatam eamq́ue à matris utero traxiſſe; ſed hos oppugnare
Actor. 7. 22. videtur textus Actor. 7. 22. *Et eruditus eſt Moyſes omni ſapientia Ægyptiorum, & erat potens in verbis, & in operibus ſuis*: Loquitur autem textus, (ut claret ex ipſo) de eo tempore quo educatus fuit Moyſes in aula Regia: ſi potentia verborum invalebat Moyſes, omniq́ue Ægyptiorum ſapientia præditus erat, quo pacto vocis defectus linguæ & verborum ei à nativitate poterat imputari, quem Deo prætenderet, ut legationis munus obeundum fugeret? Sanè verba ipſa Moyſis apertè defectũ illum temporalem fuiſſe, & ſubitò ei eveniſſe, indicant: *Obſecro Domine*, inquit, *non ſum eloquens ab heri, & nudiustertius, & ex quo locutus es ad ſervum tuum, impeditioris & tardioris linguæ ſum.* Quaſi diceret; Prius, ô Domine, quàm alloquio tuo fruerer, putabam me felici facilitate dicendi, facundaq́ue verborum peritia inſtructum, & omnigena ſapientia eruditum; at poſtquàm te mecum fabulantem audivi, ſapientiaq́ue tua mihi per experientiam innotuit, tantopere te dicentem, providentiaq́ue tuæ ordinem diggerentem, ac ſapientiæ tuæ miras & inveſtigabiles vias ſum admiratus, ut ad me metipſum converſus meam ſapientiam arbitrer ignorantiam, meam eloquentiam, balbutiem & infantiam, & ex cognitione magnitudinis tuæ in meæ exilitatis, & tenuitatis notitiã deveniens, me omnino imparem & imparatum ad munus, quod mihi imponis, adeũdum, profiteor. Huic interpretationi favet aliquorum verſio: *Ex tempore quo locutus fuiſti cum ſervo tuo, os grave, & lingua gravis eſt mihi: Hoc eſt* (inquit Lypomanus) *poſtquàm verba vitæ à te audio, confuſum me in prioribus verbis agnoſco.* Et poſt pauca ſubdit: *Ab eo tẽpore, quo te mihi revelaſti, & mecũ collocutus es, videor mihi videre me factum eſſe multo gravioris, impeditioris & tardioris linguæ, ac ſermonis quàm antea. Tantum abeſt, ut ſentiam me ex colloquio tuo magis idoneum ad capeſſendam hanc vocationem factum eſſe.* Lypoman. Amplectitur hanc explicãdi rationem, quæ præſentem locum Exodi cum Actorum loco germano vinculo copulat Baſilius apud Lypoman. *Ad illam uſque horam Moyſes quamvis omnis ſapientia Ægyptiorum præditus eſſet, minimè celeri lingua ſe eſſe cognoverat: at poſtquam Deum loquentem audivit, tunc linguæ ſuæ imbecillitatem agnovit, quæ nulla ratione magnitudinem, ac pondus mandatorum ſuſtinere poſſet.* Baſilius. Suffragium quoque offert Hugo de S. Victor. *Nota quòd per intervalla temporum loquebatur Deus ad Moyſen. Vnde dicit: Ab heri & nudiustertius non ſum eloquens in comparatione Dei.* Hugo de S. Vict.

63 Et verè non mirum, quòd homines è lutea & fragili maſſa coacti, & in peccati dedecore concepti coram incomprehenſibili divini numinis ſanctitate, nihil in ſe ſpectent niſi vilitatem & obſcuritatem flagitij, naturaq́ue ſuæ ignobilitatem, cùm ſplendidiſſimi ſpiritus naturæ nobilitate, & virtutũ gratia ab origine præditi, ſi intẽtos mẽtis oculos in divinam naturam eiuſq́ue excellentias contemplandas defigant, ſic ſe gerant, quaſi præ nimia ſuæ indignitatis diffidentia deficiant, nihilq́ue in ſe virtutis, aut pulchritudinis ineſſe arbitrentur; etenim ad præſentiam eminẽtis maieſtatis conſpicua ornamenta gratiarum, quibus dotati ſunt, deprimuntur, & ita attenuantur, ut ſub eorum aſpectum non cadant. De myſticis illis animalibus per quæ, vel ſpirituales intelligentiæ, vel inclyti ſanctitate
Ezech. 1. 23. viri adumbrantur; inquit Ezechiel cap. 1. 23. *Sub firmamento autem pennæ eorum rectæ alterius ad alterum: unumquodque duabus alis velabat corpus ſuum, & alterũ ſimiliter velabatur. Et audiebam ſonitum alarum quaſi ſonum aquarum multarum, quaſi ſonum ſublimis Dei; cùm ambularẽt, quaſi ſonus erat multitudinis, ut ſonus caſtrorum. Cùmq́ue ſtarent demittebantur pennæ eorum. Nam cùm fieret vox ſuper firmamentum, quod erat ſuper capita eorum, ſtabant & demittebant alas ſuas.* Quæ verba ſatis indicant, quàm ſublimes ſpiritus, & quàm ſplendidi, ſi ad divinam naturam ſuos mentis oculos intendant, ſe gerant, quaſi præ nimia ſuæ indignitatis diffidentia deficiant, nihilq́ue in ſe virtutis, aut pulchritudinis ineſſe arbitrentur; etenim ad præſentiam eminẽtis maieſtatis conſpicua ornamenta gratiarum, quibus dotati ſunt, deprimuntur, & ita attenuantur, ut ſub eorum aſpectum non cadant. De myſticis illis animalibus per quæ, vel ſpirituales intelligentiæ, vel inclyti ſanctitate

firmamentum, quod erat ſuper caput eorum, ſtabant, & ſubmittebant alas ſuas. Quid eſt quòd Angeli ſancti dum ſub throno Dei aguntur, firmamento cõtecti, quod eis ſedẽtis deſuper maieſtatis aſpectum impediebat, virtutibus quaſi alis ſe ornant, earumq́ue pulchritudine tanquam ſplẽdidiſſima & elegantiſſima veſte ſe induunt, & dum ambulant, & muneri ſuo obeundo incumbunt, alas agitantes ſonum formant, emittuntq́ue vocis ſtrepitum quaſi ſublimis Dei, & quaſi ſonus caſtrorum, quod non quidem eſt aliud, quàm virtutum ſuarum ſplendorem ſpargere, famam effundere, divinarumq́ue virtutum ſimilitudinem in ſe exprimere, quarum exemplis promicantibus fidelium animos vitijs ſubiugatos expugnent inſtar debellantium caſtrorum, & in libertatem lucis vindicent, ac ad cœleſtium civium formam effingant; cùm verò advocarentur á voce ſuper firmamentum tonante, ad divinam ſpeciem contemplandam, ſupereminentiſq́ue maieſtatis gloriam perſcrutandam, ſubſiſterent ſtatim, nec auderent ulteriùs in miniſterijs ſuis exercendis progredi; actus ſuos defectus æſtimantes, ac proinde virtutum ſuarum alas ſubmittunt, & veluti abſcondunt, nil ſplendidum, & venuſtum in eis intuentes poſtquàm mentium obtutus in numinis celſitudinem immiſerint? Verè nil aliud ab eis illa forma compoſitis prætenditur, quàm docere, quanta propriæ virtutis & ſanctitatis diffidentia eorum animis obrepat, qui ad divinitatis præſentiam ſpeculandam accedunt. Qui enim numine veluti abſente, aut abſconſo, de virtutibus ſuis gloriantur, cenſentes ſe ornatiſsimè & ordinatiſsimè procedere, cùm earum proferunt pulchritudinem & nobilitatem, illicò ac ſe divinæ ſanctitatis ſublimitas prodit, eius fulgorum ambitum demirantes, ſi ad ſemetipſos oculos devolvant, nudos ſe, ac veluti ſordidos cenſent, & velutì virtutibus alatos ſe iam non conſpiciant, vel de his, quas hucuſque oſtentarint, rubore ſuffundantur, demittunt alas, indicantes omni ſe iam virtute deſtitutos, & pariter ſtant, quaſi impares ſe ad munia ſua præſtanda inveniant. In hanc mentem incidit Anſelmus homil. in cap. 17. Matth. *Et poſt dies ſex aſſumpſit Ieſus, &c. Ezechiel de pennatis animalibus ait: Cùm fieret vox ſuper firmamentum, quod erat ſuper caput eorum, ſtabant, & ſubmittebant alas ſuas. Animalia namque ſanctos Angelos deſignant, & tunc animalia ſtant, alaſque ſubmittunt, quia Angeli intenta mente ſupernis intendunt, & virtutes ſuas humiliant, ſtant quando eum, qui ſuper caput, id eſt, ſuper mentes eorum eſt, intenta contemplatione conſiderant; & alas demittunt, quia ſuæ virtutes eis vileſcunt, dum alta ſuperna incomprehenſibilitatis adſpiciunt.*

Anſelmus.

64 Nec ſolummodò puriſsimi illi intellectuales ſpiritus cùm ad immenſam, & infinitam Numinis maieſtatem inſpiciendam evehuntur, eo humilitatis, & reverentiæ habitu ſe componunt, ſed quamvis nobiliſsimi á primæva ſua origine ſint, nulloq́ue pravitatis nævo inuſti, veluti quoddam peccatoris coram Deo ſchemma aſſumunt, quandam iniquitatis caliginem in ſe comminiſcuntur, ſe velut denigratos conſiderantes, cùm divinitatis viciniam ingrediuntur; divini enim ſplendores non ſolùm adſtantium virtutes oculunt, ſed quamdam veluti defectionem eis ingerunt, non ei abſimilem, qua contremiſcit labilis naturæ homo divinum conſpectum ingredi; itaque ſacræ intelligentiæ, Deo præſente, non ſolùm ſe virtutibus ſpoliatas, ſed quadam peccati nigredine fucatas ex divinæ claritatis obſtupore confingunt. Expendenda occurrunt verba illa, quæ ut caput commendaret Sponſi, excogitavit Sponſa: *Caput eius aurum optimum, comæ eius ſicut elatæ palmarum, nigræ quaſi corvus,* Canticorum 5. 11. Præmitto plurium Interpretum, & Patrum ſententiam cenſentium in Sponſi capite Chriſti divinitatem in præſenti præſignari, illudq́ue aureum dici; tum propter dignitatem, qua omnibus divinitas præcellit, tum propter pretioſitatem, tum propter nimium radiorum ſplendorem, quo intuentium acies præſtringit: per cæſariem verò huius capitis Angelos adumbrari. Ex his autem reſilit difficultas: Quare Angeli ad tanti capitis faſtigium evecti, & ad viciniorem auri fulgorem admiſsi, tum nigredini comparantur corvorum, tum palmarum germini nobili, quod quidem victorum inſigne eſt? Quid nigredo, quæ turpitudinis, & peccati feritatis portentum eſt, commune habet cum proceribus palmarum ſurculis triumphum præſagientibus, & triumphatoribus debitis? Certè contendit Sponſa laudibus in præſenti efferre geminam Angelorum functionem; nempè humilitatis circa ſeipſos, charitatis erga alios: etenim cùm agnoſcant indicibilem & inſuperabilem eſſe divinitatis inacceſsibilis iubaris virtutem, nec illam poſſe ab humanis mentibus ſuſtineri, quin earum acies hebetetur, & penitus obtundatur; ſe divinitatis capiti velut capillos offerũt, illudq́ue leniter veſtiunt & cõ-

Cant. 5. 11

tegunt, ut per capillorum rimulas ſplendor tẽperatior & mitior ſuboriatur oculis hominum, ſicque humanæ mentes eo perfrui abſque ullâ ruina cæcitatis valeant; ſed cur Angeli aurei capitis & fulgurantis effecti capilli nigreſcunt? Nempè ut indicent divinæ præſentiæ impreſsionem, ex qua tanta diffidentia adſtantium mentibus emanat, ut Angeli quò propinquiores ei fiunt, amplius putent decolorari, & peccatorum larva ſuperveſtiri, nec autumant ſe dumtaxat virtutum venuſtate exutos, ſed nigredine peccati deturpatos comminiſcuntur, quantumvis illa ſemper à ſui creatione caruerint. Hoc autem humanitatis ſchemma, quo divinam præſentiam honorant, & illius validum effectum commendant, verè nihil illis virtutis detrahit, nullam eorum gloriam imminuit, potius adauget & cumulat, ideò ſimul & corvorum nigredini conferuntur, & palmarum elatis, quæ victorum notæ ſunt. Nam humilitas, & fucus nigredinis, quem affectant, inclytum illis triumphum pariunt. Quaſi ſumma laude dignum ſit, generoſamque alacritatem redoleat, quod purior, & nobilior creatura Dei viciniam intrans, adeò confundatur, ut quandam in ſe maculam, & peccati nebulam fingant ex ſui puſillitate ad ineffabilem maieſtatem collatâ. Accipe Philippum Abbatem lib. 5. in Cantic. cap. 18. *Hæc autem conſideratio, qua Chriſti caput efferunt, ſe autem Angeli humiliant in agone, non derogat, non detrahit eorum meritis, non coronæ: ſed victoriæ ramum eo expetunt, ſive obtinent confidenter, quò ſe nigros, & humiles velut corvos clamitant evidenter*: & paulò ſuperiùs: *Ipſi quidem videre Deum quærentibus ſe prætendunt, & caput Chriſti nudum paſsim quibuslibet non oſtendunt. Splendor namque auri oculos intuentium non admittit, ſed ut poſsit utcunque ſuſtineri cæſaries obvia ſe præmittit. Quò enim ad amandum illum maiori deſiderio ſe ſuſpendunt, eò non ſolùm homines nigros eſſe; ſed & ſe ipſos Angeli deprehendunt. Et quibus excellentia capitis auro clarius enitescit, eiſdem ſua ipſorum humilis conſideratio denigreſcit. Sic nimirum comæ Chriſti palmarum, uti iam dictum eſt, ſimiles ſunt elatis, cùm attentè conſiderant illius altitudinem deitatis; & tamen non incongruè inſtar corvi nigreſcere perhibentur, cùm longè illi diſpares clamore proprio ſe fatentur.*

Philip. Abbas.

65 Quæ cùm ita ſint, ſpecialis prærogativa eſt Mariæ, gloria ſingularis, ut ipſa ſola æquali veluti æmulatione cum Sole divinitatis de claritatis ſplendore contendat; diſtringit radios ſuos Maria, & exacuit coram Divinitatis iubare, & coram tanto lucis abyſſo Mariæ lumina, nec confunduntur, nec turbantur, nec abſconduntur, ſed æmula quadam virtute Parens & Filius tanquam una in utriſque ſubſtantia & virtus lucis ſplendeat, alter alterius fulgores non imminuit, imò potius viciſsim alter alteriusluminis imperia provehit. Ideò rectè Richardus num. 59. præcedenti, in ſtella illa indice Chriſti, quæ lucem ſuam lumine promicante Solis inconcuſſam ſuſtinebat & inſuperatam, Mariam Chriſti Parentem agnovit, quia peculiaris & incredibilis Marianæ lucis maieſtas eſt, ut ab exundanti divinitatis coruſco non retardetur, ſed pugnaci quadam contentione ipſo ſplendicante, ſplendicet. Perbellè ſanè Richardus ubi ſuprà: *Beata enim Virgo, quæ verum peperit Solem, lucet cum Filio, & quanto maiori dignitate rutilat Filius, tanto maiori dignitate ſplendet Mater. Quæ licèt longè ſit minor Filio, ſicut ſtella minor Sole; hoc tamen gaudet privilegio, quòd omnis anima Deo comparata ſuam reprimit claritatem: ſed quia honor Filij honor eſt Matris, in excellentia Filij lucet excellentia Matris, quæ tantum Filium meruit generare. Quod deſignatur in hoc, quòd ſtella illa lucebat de die.* Verè excellentior hominis ſanctitas ad Dei præſentiam evaneſcere videtur, cui proprio rum defectuũ ſufficitur memoria, ideòque ſtatim Deum velut iudicem formidat; ſic terribilem appellavit Iacob locum, in quo fuerat Deum contemplatus. Præſtantiſsimus & cultiſsimus omnigena virtute Abraham cùm ad aſpectum & alloquium Dei admittitur, ſanctitas illum videtur fugere, & totus originalis piaculi, & ſuæ ignobilitatis memoria occupatus pulverem ſe & cinerem nominat: Moyſes omni ſapientia & dicendi peritia inſtructus cùm Deum diſſerentem attendit, tardum & impeditũ linguaque torpente laborantem ſe cenſet; Angeli in gratia originali conditi, & ſanctitatis ordine eximij, cùm Deo quominus appropinquant, ſe nigreſcere putant, & atra nequitiæ caligine infici, una & ſola Maria eſt ad eum verticem ſanctitatis & nobilitatis evecta, à Deo ab omni peccati veſtigio ſemper procul avecta, ut coram divino candore luceat, niteat, pulcreſcat, illoque ſplendore ſemper calamiſtretur, quo Sanctorum & Angelorum virtutes confunduntur, & obſcurantur. Quamobrem ſcitè Arnoldus Carnotenſis tractatu de laudibus Mariæ ſcripſit: *Conſtituta eſt ſuper omnem creaturam, & quicunque Ieſu cur-*

Richard de S. Laurent.

Arnol Carnotenſ.

curvat genu, matri quoque pronus ſupplicat & acclivis. Non cadit in Angelos zelus, nec invidiæ livore candidatus ille tabeſcit exercitus, nec de præpoſito ſibi carnis ordine offenduntur. Quia etſi Chriſtus aliquando paulò minus ab Angelis propter paſsibilitatem ſit imminutus, modò gloria & honore coronatus ſub pedibus ſuis continet omnia ſubiecta. Nec à dominatione, vel potentia filij mater poteſt eſſe ſeiuncta. Vna eſt Mariæ & Chriſti caro, unus ſpiritus, una charitas. Ex quo dictum eſt ei: Dominus tecum, inſeparabiliter perſeveravit promiſſum & donum. Vnitas diviſionem non recipit, nec ſecatur in partes, etſi ex duobus factum ſit unum, illud tamen ultra ſcindi non poteſt, & filij gloriam cum matre non tam communem iudico quàm eandem.

66 Hæc ratio eſt, ob quam, ut ſæpiùs in hoc opere monui, decreverit divina Sapiẽtia ſub eiſdem verbis, vaticinijs, figuriſque Natum & Parentem coarctare, ut indicer, non tam inter illos ſimilitudinem, quàm identitatem verſari ſubſtantiæ, ob quã quid quid eorum alteri aptatur, alteri ineptum nõ eſt. Nec enim gloriæ veſtis, qua accingitur Chriſtus, lacinioſa matri eſt, nec ipſa ſe Maria induens ſentit ſe diſcinctam, divinam enim menſuram implet, nec inter illius ſinus enatat, ſed ad Dei ſe capabilitatem extendit: *Ecce Dominus aſcendet ſuper nubem levem*, Iſai. 19. 1. & *ingredietur Ægyptum*: in cuius loci interpretatione partiti ſunt Patres. Alij per nubem levẽ carnem Chriſti intelligentes, ut Hieronymus, Gloſ. Procop. & Rupert. lib. 2. Exod. c. 28. Alij corpus Mariæ, ut Hieron. Epipha. orat. de laudib. Mar. & Richard. de S. Laurent. lib. titul. Maria lux in fin. & tit. Maria nubes in princip. Sed operæpretiũ eſt advertere, ſacros Patres, qui per nubem ſanctiſsimam Chriſti humanitatem interpretantur, ex nubis qualitate & levitate, eius originalem nobilitatem, & ab omni peccato immunitatem delibare: ſic Hieronymus & Procopius in preſenti, qui ait: *In nube, id eſt in eo, quod de Spiritu ſancto, ſanctaque Virgine aſſumpſit, corpore venit, ut enim aëre, terraque exhalatione nubem, ſic Spiritu ſancto, terrenaque ſubſtantia corpus conſtare credimus, quo cùm veheretur, puer in Ægyptum venit, ut eam maximis beneficijs cumularet.* Et Petrus Bleſenſis ſerm. 5. *Nubes illa levis caro eſt Redẽptoris, eò à peccatis magis aliena, quominus originali culpæ obnoxia; nubis levitas peccati eſt immunitas: ſolet enim peccatũ nos ad ima trahere, & ideò rectè intelligi habet ponderoſæ rei nomine. In Zacharia legitur, ſedet iniquitas ſuper talentum plumbi, & alibi dicitur: Sicut plumbum in aquis vehementibus.* In eandem ſententiam coivêre Richardus lib. 3. & Lyranus hîc. Voluit ergo divina Sapiẽtia tam carnẽ ſuam, quàm ſuæ genitricis corpus ſub eadem nubis levitate portendi, ut, quia *nubis levitas peccati eſt immunitas*, innoteſceret matris ſuæ corpus totius peccati ponderis fuiſſe expers, ſeque ſtuduiſſe gloriæ ſuæ & originalis nobilitatis indumento exornare parentem, eiſdemque ſuperveſtire ingenuitatis & claritudinis ingenitæ inſignibus. Quamobrem Richard. de S. Laurent. ubi ſuprà per nubis levitatem immunitatem agnovit Mariæ ab originali, per quam Spiritus ſanctus in eius ſanctificatione, quæ in ipſa fuit conceptione patrata, à fluentis peccati ſarcina eam præſtitit liberam: & ut dignitatem Maternitatis extollat, obſervat, Vatem nõ dixiſſe, divinum Verbum deſcendiſſe ſuper nubem levẽ, ſed aſcendiſſe, quaſi oporteret, eã ita ſupervehi ſublimem, & altitudinem omnẽ ſuperantem, quæ Dei Verbũ ſuo utero eſſet exceptura, ut divina Sapientia ſe in eã immittẽdo non tã feciſſe deſcẽſum, quã aſcenſum oſtẽderetur, nec tam humiliata, quàm exaltata: *Maria*, inquit, *nubes, de qua dicitur Iſai. 19. Aſcendet Dominus ſuper nubem levem, & ingredietur Ægyptum, &c. Secundùm B. Iſidorum dicitur nubes ab obnubendo, & Beata Virgo humana carne velavit unigenitum Dei: obnubere enim operire eſt. Maria nubes levis, quã Spiritus ſanctus in ſanctificatione à peccato originali, quaſi à quodam pondere liberavit. Cùm autem melius videretur dixiſſe Prophetа deſcẽdit, quàm aſcendit, quia tunc inclinavit cœlos, & deſcendit, maluit tamen dicere aſcendet, quia ſeſſor ſuperior eſt re, quàm aſcendit.* Quare poſt pauca locum Apoc. 14. 14. *Et vidi, & ecce nubem candidam, & ſuper nubem ſedentem ſimilem filio hominis, habentem in capite ſuo coronam auream, & in manu ſua falcem acutam.* ex hoc loco Iſai. interpretatur, & geminum Vatem ſentit in nube reſpexiſſe Mariam: quæ inſtar nubis ex candido lucidoque, & nihil ponderis, aut obſcuritatis terreæ trahente vapore fuit coacta. Ideòque illi tanquam iudiciario throno ſupremus iudex inſedit: throno, inquam, qui dum omnigenã munditiem, & adverſus peccatum ſimultatem præfert, iudicis in ſcelera deſævientis integritatem teſtatur: ſic enim ſcribit: *Maria nubes, quia candida per virginitatẽ, & omnimodã puritatem. Vnde Apoc. 14. Vidi, & ecce nubem candidam, per innocentiam, virginitatem, benignitatem, & immortalitem corporis. Et ſuper nubem ſedentem ſimilem filio*

Richar. de S. Laurent.

Richard.

Apoc. 14. 14

Richard.

hominis. Hoc fuit, quando Dominus aſcendit ſuper nubem levem, Iſai. 19. habentem in capite ſuo coronam auream; per caput divinitas, per coronam æternitas, per aureã ſapientia: & in manu ſua falcem acutam, id eſt, poteſtatem iudiciariã, quã in iudicio exhibebit, quando ſecabit malos in corpore, & anima à terra, quam dilexerunt, & arefactos ponet in clibano ignis æterni. Vento ducitur hæc nubes, id eſt gratia Spiritus ſancti, qui ipſam & impellebat, & trahebat, & circumducebat, & ducebat, & cuſtodiebat, ut de ea poſsit illud exponi Deuter. 32. Circumduxit eam, & docuit, & cuſtodivit.

67 Expediebat proculdubio ordini divinæ œconomiæ, ut Maria, quæ eũdem cũ Patre æterno Filiũ erat ſortitura, peccati immunitate fuiſſet prædita. Nam ſi ideò Dei para virginitatis dote floruit, ut maternitas paternitati reſponderet, & virginitatis fibula tanquàm cognationis vinculo utraque necteretur; quanto fuit dignius magiſque conſentaneum rationi, ut perfecta animi integritate, ſinceraque mentis incorruptione Dei maternitas vigeret, ut ſic digniorem arctioremque ſimilitudinis & neceſsitudinis copulam cum paternitate fundaret, quæ à natura ſua ſemper extitit impeccabilis & indefectibilis: & cui dubium, quin Deo propiùs accedat integra animi, & nunquam iacturam paſſa libertas, quàm corporis incorruptio? qua ideò divina paternitas Dei maternitatem voluit enitere, ut qui in virginitatis gloria Dei matrem videret æterno Patri exæquatam, in abſoluta immunitate à peccato (quæ quidem potior eſt, & Deo cognatior) eos iam ſupponeret maritatos. Hanc rationis vim depromes ex verbis Richardi de S. Laurentio lib. 4. *Maria ex Dei maternitate ſummè fuit nobilitata, qui dignatus eſt fieri filius virginitatis. Vnde Bernardus: Hæc eſt Virginis noſtræ gloria ſingularis, & excellens prærogativa Mariæ, quòd Filium unum, eundemque cum Patre meruit habere communem. Propter hoc dicit etiam ipſa, ſe quaſi Cedrum, quæ eſt rex arborum, exaltatã in Libano, id eſt, in virginitatis cãdore. Propter hoc enim facta eſt Regina paradiſi, quòd priùs facta fuerat Mater Dei, quod impoſsibile erat, niſi fuiſſet virgo.* Et quomodo paradiſi Regina crearetur Maria, ſi noxã ſubijſſet illã, propter quã protoplaſti paradiſi regnũ amiſerunt, & ab ipſo coacti fuerunt exulare flãmea maceria obſeſſo, ne in illum ſemel crimine inuſti rurſus auderent irrumpere? *Ad hoc ut de ea carnẽ Chriſtus aſſumeret, neceſſariò fuit præparata. Oportebat enim, ut Redemptor noſter iuſtus eſſet cum Deo, mortalis cum hominibus, propter hoc decebat ipſum, ut in matre mortali conciperetur mortalis, & in Virgine conciperetur iuſtus.* Atqui, plus in iuſtitiam militat peccatum, quàm corporis corruptio; ſi quidem cum peccato nequit habitare iuſtitia, quæ tamen corporis non reſpuit corruptionẽ. Fugat iuſtitiã crimen, corporis tamen corruptio ſæpè non fugat. Ac propterea ſi decebat virginitas corporis matrem, ut Dei Filius in ea cõciperetur iuſtus, multo ampliùs animi integritas, & mẽtis originalis puritas. Et poſt pauca ſubdit Richar. *De puritate Mariæ dicit Hierony. Tanta fuit Mariæ puritas, quòd portare meruit Regem Angelorũ, & domus eſſe meruit omniũ purgatoris. Beatus Anſelm. dicit, quòd tanta puritate nitebat Maria, quanta ſub Deo maior nequit intelligi. Alioquin nõ intraſſet in eam illa ſapientia, ſicut dicit Fulbertus, quæ non intrat in animam malevolã, nec habitat in corpore ſubdito peccatis. Propter puriſsimam enim puritatem eius comparatur ipſa Soli, cuius radiũ nec aqua emollit, nec fœtor corrumpit, nec ignis comburit, nec gladius ſcindit, nec vitrũ obſiſtit.*

Richard.

68 Nec iuxta præſcriptũ violatæ naturæ morem fluxumvè debebat cõcipi ea, in qua ſingularitatis arcanum erat operãdum, nec iuxta obſoletam ſterilitatis maledictionem aquum erat, ut terra illa emergeret, in qua cœleſtis panis erat ſerendus, ſervandus, decoquendus, exundãtem opimamque totius orbis incolis allatura ſatietatẽ. Nam tantæ fabricæ dignitas a primis eius fundamentis eſt auſpicãda, in eiſq; dedicanda. Et quale fuiſſet, ut cõſortiũ prolis initura cum æterno Patre, à genuina Patris ingenuitate, & libertare defeciſſet. Hinc Petrus Cellenſis lib. de panibus cap. 21. ſcrutans myſterium panis, qui in clibano coquitur, inquit: *Tria quædam proponenda & exponenda occurrunt, ubi tractare de pane, qui coquitur in clibano, volumus. Ac priùs inſpiciendum, quis ſit clibanus, & quis panis, & quo igne vel clibanus ſuccendatur, vel panis decoquatur. Compendiosè igitur dicendũ eſt, quia clibanus uterus eſt virginalis, ignis gratia ſancti Spiritus, panis incarnatio Filij Dei: Virgo Verbo incarnando uteri & cordis locum parat, Spiritus ſanctus manſionem parat: ipſe Filius nuptialia fœdera Verbi & carnis legitima copulatione conciliat. Deinde videndũ, quid operetur unumquodque horum, & unde ſit origo ſingulorũ. A nobis eſt Virgo; à ſumma Trinitate Spiritus ſancti obumbratio, ab utraque partium, tam Patris ſcilicèt quàm Virginis Filij generatio. Nam Verbum de Patre, caro de Virgine. Quomodo autem in fine temporum hic figurativus panis fieret,*

Pet. Cellẽſis.

ubi

ubi, quando, & à quo, à diebus æternitatis decretum eſt. Oportuit enim hunc priùs clibanum (obſerva hæc verba) *non vili ſtemmate, neque modo conſuetudinario fabricari, quatenus in plenitudine temporis, panis, qui dat vitam mundo, de cœlo deſcendens pro dignitate ſua, congruum inveniret locum, ubi poſſet opportunè carnem aſſumendo decoqui. Virgo igitur virginum clibanus eſt ad panem ſuſcipiendum, vel cõficiendum, non conſumendum, vel urendum. Ignem enim urentem nũquam admiſit, quæ carnis concupiſcentiam non ſenſit; ignem fumantem non ſuſcepit, quæ non concepit iniquitatem: ignem conſumentem non novit, quæ rorem de cœlis in corde & ventre pleniſsimè accepit.* Hæc verba facẽ præeuntem non deſiderant.

69 Sed quia in clibano Petrus Cellenſ. Mariæ originalem puritatem invenit, adiaceat illi Petrus Bleſenſ. qui in alio clibano humano Marianã invenit à peccato immunitatem. Humanum enim clibanum voco Sunamitem illam, quæ deſtitutis calore artubus David, membrorumque rigentibus compagibus, totique corpori frigidioris ætatis glacie congelato ſuavem miniſtravit calorem, virtutiſque ſuæ fomento glacialem eius diſſolvit torporem, obſtupidiſque membris uſus exhibuit humanos, de qua 3. Reg. 1. 1. *Et Rex David ſenuerat, habebatq́; ætatis plurimos dies: cùmq́; operiretur veſtibus, nõ caleſiebat. Dixerũt ergo ei ſervi ſui: Quæramus dño noſtro Regi adoleſcentulã virginẽ, & ſtet corã Rege, & foveat eũ, dormiatq́; in ſinu ſuo, & calefaciat dñm noſtrũ Regẽ. Quæſierũt igitur adoleſcentulã ſpecioſam in omnibus finibus Iſrael, & invenerunt Abiſag Sunamitidẽ*: in David æternum cõminiſcere patrem, nõ ſenio caducũ, qui ſemper florida, immarceſcibilique æternitatis iuventa vernat, ſed uſque ad temporum ſenectã humani generis redemptionem provehentem. Non caleſiebat, quia pruina illa primi peccati, à qua exundans frigus omnem impleverit orbem, ipſum divini etiam amoris fontem veluti obturaverat, & cõpreſſerat, nobiſque veluti gelu obtorpentem exhibebat. Quæſita eſt ergo ſpecioſiſsima Virgo, cuius pulchritudine exoriẽte, humanus omnis obtenebreſceret decor. *Abiſag* nomine, quod teſte Lyra in interpret. nomin. Hebraic. ſignificat *ignorantia patris*. Quaſi enim ignoravit natura Marianum opus, in quam propaginis ſuæ vitium non inſtillavit: & veluti dormiente patris aſſueto miniſterio, quod hæreditarij ſceleris in ſobolem impluit virus, Mariæ fabrica erecta eſt. Et ſanè oportebat, ut peccati non frigeſceret glacie, quæ ad diſſolvendum frigus, quo rigebant divini affectus, à quibus in nos beneficiorum liqueſceret ſuavitas, quærebatur. Oportebat ergo, ut Maria tanquã ardens carbo, & flãmiger calculus totius ſemper neſcius peccati rigoris, divinis admoveretur affectibus, quò ſic caleſieret Pater, friguſque circumſtans dimitteret, quo eius in nos pietas cõſtringebatur. Audi ſic ſcribentem Bleſenſ. *Et Rex David ſenuerat, qui eſt ante tẽpora per quẽ facta ſunt tẽpora. Nũquid ſenuit per tempora? Abſit. Sed ſenuerat, id eſt, uſque ad ſenium temporis diſtulerat reparationem humani generis, & ut plenius dicã, univerſitatis. Semiruta enim erat Eccleſia primitivorum; diruta erat humana natura in protoplaſtis; terra maledicta in opere eorum, luminaria cœli mulctata in diminutione luminis, & aſſiduitate laboris. Poſtremò omnis natura ingemiſcens erat, & parturiens erat uſque adhuc. Hanc univerſitatis confuſionem Omnipotens, quaſi diſſimulando, pertranſibat. Nõ caleſiebat, id eſt, nullum ferè effectũ caloris exhibebat nobis. Eſt enim ignis Dominus, eſt ignis Domini, eſt ignis Domino, id eſt, Spiritus ſanctus; & motus, qui cooperatione liberi arbitrij ſurgit ex eo, & opus exterius, quod fit Deo, id eſt, ut inde glorificetur Deus. Neminem inhabitabat Spiritus, in nemine ſurgebat motus, nullius videbatur opus, licèt operiretur multitudine ſacrificiorum ſine æſtimatione & numero. Quæſita eſt ergo adoleſcentula Sunamitis. Quotquot prædixerũt de partu Virginis, miſsi ſunt ad quærendum eam. Miſſus eſt David, qui quaſi latentem in lumbis ſuis, ſeminalem tanquam præſentẽ alloquitur: Audi filia, & vide. Quæſivit eam Iſaias dicens: Emitte, Domine, Agnum dominatorem terræ, &c. Ieremias tanquã certus ait: Mulier circumdabit virũ. Ezechiel nimiæ ſolicitudinis ſuæ imagines quaſi ſomnians vidit portam Solis Orientalem ſemper clauſam. Cùmque nullus eorum inveniſſet eam, tandẽ miſſus eſt Gabriel Angelus ferens chartam ſalutationis in manu, & invenit Virginem in Nazareth. Cũque ſalutaſſet eam inventa eſt utero habens: & dormivit cum David, id eſt, caro de carne Virginis unita eſt Verbo Dei in unitatem perſonæ; & calefactus eſt nobis David. Apparuit enim benignitas & humanitas Salvatoris noſtri Dei.* Nõ invenerũt ergo Mariã quotquot ex vitiata naturæ maſſa concreti ſunt ad inveſtigandũ eam, nec qui in ſeminali lumborum profluvio eã quæritabant, quia infectæ propaginis non futura erat particeps. Demum Gabriel Angelus, qui originali nobilitate viguit, eã potuit reperire, quæ ei originis erat ingenuitate

1. Reg. 1. 1.

Lyra.

Petrus Bleſenſ.

cognata. Aſſonat Petro Bleſſen. Richar. de
Richard. S. Laurent. lib. 5. inquiens: *Maria enim eſt Abiſag, quæ pedes, id eſt, affectus veri Dei, frigeſcentes calefacit ad amorem noſtrum.*

70 Oportet Meherclè mentẽ Petri Bleſſenſis elucubrare & illuſtrare, rationemque diſquirere, ob quam Maria à tot viris inclytis & virtute inſignibus, qui antiquiora ſæcula honorarunt, non reperta, tandem à Gabriele Paranympho fuerit inventa. Et certè videtur id eveniſſe Mariæ, quæ noverat originariam ſuam nobilitatem à pleriſque, licèt immeritò, in dubium eſſe vocandam, quod clariſsimo Heroi, cuius illuſtriſsimã originem famoſi quidam, & ab obſcura radice nati turpitudinis notâ contendunt inurere, evulgantes ſe cum illo conſanguinitatis neceſsitudine eſſe coniunctos. Quam originis maculam, ut Heros detrectet, eorum fugit convictum, familiaritatem, frequentiam, ſocietatem, non patitur eorum colloquium, confunditur illos ſibi comites adſciſcere, & ſi ab illis quæratur, ſtudet ab illis haudquaquam inveniri, aut deprehendi, nec ullum ſuo admittit comitatui & cõſuetudini, qui ſibi originis claritudine non exæquetur; quò oſtendat, nihil tam ſibi curæ eſſe, quàm impoſitam generi ſuo infamiã exauctorare prorſus & abolere. Igitur quærebant ſplendidiſsimam puellam Mariam viri ſanctiſsimi plurimis virtutum ornamẽtis conſigniti, David, Iſaias, Ieremias, Ezechiel, & alij, ſed quia ignobiliter fuerant cõcepti, hauſerantque cum vitali halitu primi parentis infamiam, nobiliſsima fœmina, quæ de puriſsima origine gloriabãtur, dedignata eſt, quò palàm faceret illorũ ſe ignominiæ non communicare, ac proinde cõſortium & colloquia eorum reſpuere, qui ſibi originaria ingenuitate diſpares evaſerant, ſicque teſtaretur, nihil ſibi tam gloriosum quàm nobilis generationis prærogativam, cuius defectus alios ſibi reddebat infenſos, & ad ſocietatem cum eis ineundam indignos. Atverò à Gabriele finit ſe reperiri Maria, eius admittit ſermonem, in quo agnoſcit nobilis originis ſuæ præclarum inſigne, illumque quemadmodum ipſa concepta eſt, in florenti gratia creatũ, dũ enim ab eo ambit inveniri & legationis verba excipere, quantum de originis ſuæ claritate glorietur, profitetur. Hæc certè non incongrua ratio eſt, ob quam Gabrielem, naturâ virginem, & claritudine conſpicuũ delegerit Deus ad nobiliſsimæ Virgini legationem intimandam. Strenuè myſteriũ percal-
greg Thau maturg. luit Gregorius Thaumaturgus ſer. 3. de annunt. Mariæ: *Miſſus eſt Gabriel Angelus ad Virginẽ, miſſus eſt ſervus incorporeus ad Virginem inviolatam, atque immaculatam; miſſus eſt à peccato liber ad eam, quæ omnis corruptionis expers erat.* Accinit Sim. de Caſsia diſcutiẽs, cur ad Virginẽ nõ adlegata fuerit humana quædam perſona, quæ ut ad hoc munus dignè ornaretur, præiſſet in utero ſanctificata, & dubium dirimens, inquit: *Angelus eſt, qui mittitur nuntiare ineffabile ſacramentum; nec decebat hominem talia nuntiare, quoniam omnis homo mendax. Et ſi miſſus, non à ſeipſo loqueretur: verum equidem; ſed primo contagio penitus omnes obnoxij ſubiacebant, Patriarchæ ſimiliter & Prophetæ. Etſi magnæ virtutis viri, velùt corpore non virgines, non competebant Virgini. Et hominum cauſa tractabatur, cuius ipſi proſcuchæ fieri pro nullo pacto debebant. Sanctificari priùs aliquis potuiſſet in utero, & deinceps ad Virginem legatum fieri affirmaverim, ſed nec præter ſemen concipiendus extra naturæ uſum, per conceptos ex ſemine debuit in ſua conceptione nuntiari, quamquam natus, & paſſus, & reſuſcitatus ſit per conceptos ex ſemine prædicatus. Sed diverſa erant myſteria, illud ſic, & iſtud ſic decentiam habuit. Vnde Regis erat novus adventus, inde debebat eſſe præcedens legatus. De cœlo tunc prior eius expectabatur adventus: igitur omnino cœleſtis debebat eſſe præcurrens, qui etiam nullis criminibus teneretur obnoxius. Et ex nomine, ex ordine, ex omnibus ad legationem ſuam congruentiam habet, pro eo quòd ad Virginem mittitur omnino impollutam.* Igitur tam Mariæ virginitati & nobilitati, ad quã mittebatur legatus, quàm eius ſplendori, cuius myſterium legabatur, expediebat, ut Gabriel legati munere fungens nativa claritudine ornatus vigeret, & nulli peccati dedecori obnoxia. Simeon. de Caſsia.

71 Vt mentem Caſsiani, propoſitumque argumentum lucis novitate reſpergas, ſciẽdum tibi eſt, ad providam legantis ſapientiam ſpectare, ut legatus habitu, geſtis, inceſſu, veſtium qualitate, aut corporis ſitu, vel his ſimilibus legationis maieſtatẽ, conditionem, aut myſterium præſeferat. Hinc diſces, quare ſtatuerit Deus, ut Angelus profecturus deſcẽſum ſuum in terras per œconomiam nuntiatum, non deſignaretur ex inferiorum Hierarchiarum ſpiritibus, ſed ex his qui in ſupremis adnumerantur, ex quibus unus erat Gabriel: optimam ſanè rationem invenit Andreas Ieroſolymitan. ſermone in ſalutatione Beatæ Mariæ, nempè, ut deſcenſu ſuo ex ſublimioribus ordinibus ſe ad terras dimittens indicaret, divini Verbi deſcenſus profunditatem, qui ex ſinu Patris, omnem celſitudinem ſuperante, in ſinum Mariæ humilitatem

no-

noſtrã inhabitantis ſe erat inclinaturus: ſic
Andr. Iero. enim ſcribit: *Decebat enim miniſtrum Altiſſimi ex altiſſimis ſuper terrã deorsũ volantem, in auditum illud, atque ſui admiratione res admirandas cũctas longè ſuperãs myſterium ſecum adferre*, itaq; ipſa Angeli demiſſio, quâ ex altiſſimis cœlorũ delabebatur, iam legandi myſterij profundum & mirandum condeſcenſum declarabat.

72 Idipſum ſanè licebit ſpectare in illo alio Angelo, qui lætiſſima ovantis Chriſti reſurrectionis nuntia mulieribus deſcendit
Matt. 28 2 allaturus: *Angelus enim Domini deſcẽdit de cœlo, & accedens revolvit lapidem, & ſedebat ſuper eũ; erat autem aſpectus eius ſicut fulgur, & veſtimentũ eius ſicut nix*, Matth.
Marc. 16. 5 28. 2. Marcus autẽ c. 16. 5. ait: *Et introeũtes in monumentum viderunt iuvenem ſedẽtem in dextris, coopertũ ſtola candida*. Verè nulla forma, nullus habitus, aut ſitus elucet in Angelo, quę legationis munus & myſteriũ non prædicãt. Sedet in primis, ut gloriam quietemque, quâ reſurgens Dñs obtinuerit, teſtetur; & laborũ anguſtiarumq, tẽpus iam eſſe elapſum, diẽque adveniſſe, quo ab omni noſtræ redẽptionis opere Dñs requieviſſet; & ſedet in dextris, quia iam triumphanti Domino ſedes æterni Patris præparatur à dextris. Optimè Chryſol. ſerm. 77.
Chryſol. *Et ſedebat ſuper eum non laſſitudinem recreans, ſed ſacri & vitalis ſepulchri ſe eſſe præſidem ſic demonſtrans: & deſtructã eſſe mortem cœleſtis miniſter officio talis ſeſſionis ſuæ declarabat indicio, & eſſe Deum qui paſſus eſt, Deũ qui intra noſtri corporis eſt receptus anguſtias, Deũ quem habitu ſuperno ſic reſidẽs teſtabatur aſſertor.* Nec lapidem ſedendo occupaſſe myſterio vacabat in legato; ſic enim innuebat ſe glorioſi ſtatus firmitatem & non nutãtem ſtabilitatẽ, vitæ immutabilitatẽ, & voluptatis perẽnis ſoliditatẽ, quæ omnia reſurrectionis fidẽ conſectantur, veniſſe nuntiare. Nõ ab his
Chryſol. diſtat Chryſol. ſer. 74. *Et Angelo quæ cauſa ſedẽdi erat, cui nulla inerat laſſitudo? Sed ſedebat ut fidei doctor, ut reſurrectionis magiſter; ſedebat ſupra petram, ut ſoliditas ſedis daret credentibus firmitatẽ. Ponebat Angelus ſuper petra fundamentũ fidei, ſuper quâ Chriſtus erat totam Eccleſiã fundaturus, qui dixit: Tu es Petrus, & ſuper hanc petrã ædificabo Eccleſiã meã.* Gregor. autẽ hom. 21. in Evãg. ideò ait ſediſſe Angelũ à dextris, ut vitã beatam ſignaret, cuius triũphus
Gregor. agebatur: *Notandũ verò nobis eſt, quidnã ſit, quòd in dextris ſedere Angelus cernitur. Quid namque per ſiniſtrã niſi vita præſens, quid verò per dexteram niſi perpetua vita deſignatur? Vnde in Canticis Canticor. ſcriptum eſt: Læva eius ſub capite meo, & dextera illius amplexabitur me. Quia ergo Redemptor noſter iam præſentis vitæ corruptionẽ tranſierat, rectè Angelus, qui nuntiare perennem eius vitam venerat, in dextera ſedebat.* Flammeus, ſeu fulgureus ſplendor, quo Angeli vultus ſcintillabat, nitidus, rutiluſque ſplendicantium veſtium cãdor, quas induebat, gloriam Chriſti, qui iam reſurrexerat, maieſtatiſque pompam prædicabat; quã in ſemetipſo divinus nũtius adũbrabat. Quocircà Hieronym. ait: *In veſtitu cãdido* Hieron.
ſignat gloriã triũphantis: & epiſt. 150. ad Hedib. *Tã claro vultu, ut non lampadẽ, & humana lumen arte ſuccenſum, ſed fulgur imitaretur cœli, quo illuſtrãtur omnia, unde & in tenebris videre potuerũt.* Et Gregor. Niſſen. Orat. 2. de Chriſti reſurrect. cenſet: in habitu, geſtu & amictu nũtij cœleſtis efformatam eſſe iudiciariã Chriſti poteſtatẽ, quâ reſurgẽs præditus eſt: ut ipſemet teſtatur Apoſtolis, Matth. 28. 18. *Data eſt mihi* Mat. 28 18
omnis poteſtas in cœlo & in terra; auctoritatẽ integerrimi iudicis indicat, dũ in lapide firmiter ſedet, optimi enim iudicis eſt, nec precibus, nec genijs, nec minis moveri; munus verò, dũ terrore cõcutit impios, iuſtos verò lætitiâ recreat, fiduciâ ſolatur. Igitur ſcribit Niſſen. *Matthæus dixit, Angelũ* Niſſenus.
de cœlo deſcendiſſe, cuius aſpectus quidẽ fulguri, ſtola verò nivi haud diſſimilis fuerit: ut ipſò terribili quidem habitu perterrefaceret cuſtodes, qui etiam non ferentes viſionẽ, parum etiã abfuit quin perirent, mortui facti metu: candore verò invitaret mulieres, & fiduciam injiceret natura timidis, ac formidoloſis, reſurrectionemque per ipſum habitũ cum ingenti lætitia annũtiaret. Nõ abeſt Sedulius lib. 5. operis Paſchal. cap. 21. Sedulius.
De cœlis namque Angelus deſcenderat, & à tumulo foribus evoluto mirabilis reſidebat in ſaxo, vultu flãmeus, veſtimentis albatus, ut gemina videlicet diverſitate reſplendens terrorẽ pariter lætitiamq; monſtraret; terrorẽ profecto cuſtodibus igneo facie comminatus, lætitiã quærentibus Chriſtum nivea veſtis iucunditate blanditus. Argumentum egregiè diſſeruit grandis Greg. hom. 21. in
Gregor. Evang. *Erat autẽ Angeli aſpectus ſicut fulgur, veſtimenta autẽ eius ſicut nix: in fulgure enim terror timoris eſt; in nive autem blandimentũ candoris. Quia verò omnipotẽs Deus, & terribilis peccatoribus & blãdus eſt iuſtis: rectè teſtis reſurrectionis eius Angelus, & in fulgure vultus, & in cãdore habitus demõſtratur, ut de ipſa ſua ſpecie & terreret reprobos, & mulceret pios. Vndè rectè quoq; populũ per deſerta gradiẽtẽ colũna ignis in nocte, & colũna nubis præibat in die. In igne enim terror eſt, in nube autẽ viſionis leve blãdimẽtũ; dies verò vita*

iuſti; & nox accipitur via peccatoris. Vndè & converſis peccatoribus Paulus dicit: Fuiſtis aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino. In die ergo per nubem columna monſtrata eſt, & in nocte per ignem; quia omnipotens Deus & blandus iuſtis, & terribilis apparet iniuſtis. Iſtos in iudicium veniens per lenitatis manſuetudinem demulcet; illos verò per iuſtitiæ diſtrictionem terret. Nec ſolùm forma, & habitus legati inſignia præfert & myſteria legantis Domini, ſed & eorum felicitatem & gloriam, ad quos mittebatur. Quæ enim eis nuntiaturus venerat, eadem eis forma & veſtitu præmonſtrabat. Quocirca ſedet in dextera, ſic oſtendens, in Chriſti triumpho paternam dexteram membra cum capite complectenda excepiſſe: ſic Simon de Caſsia lib. 14. cap. 2. *Sedet in dextera, ut in reſurrectione Chriſti membra cum capite dextera paterna eius merito amplexetur, & abſolvamur à læva, ſuper quam dormivit uſque in hanc horam cum perpetuò damnata progenie miſer Adam.* Splendor verò vultus & amictus albedo, ac nitor noſtræ reſurrectionis præſignat formam & gloriam, dedit ſe Angelus mulieribus velut ſpeculũ, in quo quali ornamentorum lucido apparatu in reſurrectione ſint diſpungendæ, intueantur: ſic Chryſologus ſer. 74. *Ad Angeli gloriam non ſufficit fulgor; ad cœleſtem naturam, quid facit veſtimentum? ſed ſplendore tali referebat ſpeciem noſtræ reſurrectionis & formam, quia reſurgentes per Chriſtum Chriſti mutantur in gloriam.* Et ſerm. 77. *Quid facit veſtis, ubi nulla eſt nuditas? Quid indumentum, ubi tegendi neceſsitas non habetur? Sed Angelus, fratres, noſtram formam, noſtrum habitum, noſtrã ſimilitudinem in reſurrectione taliter præfigurat, ubi homo ipſa corporis ſui claritate reſtituitur, dicente Domino: tunc iuſti fulgebunt ſicut ſol in regno Patris eorum.* Cõſentit Gregorius, ubi ſuprà, *Angelus ſtola candida coopertus apparuit, quia feſtivitatis noſtræ gaudia nuntiavit. Candor etenim veſtis ſplendorem noſtræ denuntiat ſolemnitatis. Noſtræ dicamus, an ſuæ? Sed ut fateamur verius, & ſuæ dicamus & noſtræ. Illa quippè redemptoris noſtri reſurrectio, & noſtra feſtivitas fuit, quia nos ad immortalitatem reduxit; & Angelorum feſtivitas extitit, quia nos revocando ad cœleſtia, eorum numerum implevit.*

Simon de Caſsia.

Chryſol.

Gregor.

73 Hunc divinæ diſpoſitionis ordinem obſervavit divinus Spiritus, qui Ioannem Baptiſtam inhabitavit; legatum enim illũ, & prænuntiũ Domini agnovit, de quo vaticinatus fuerat Malachias 3.1. præmittendum hominibus, ut adventui Regio animorum vias præpararent, & complanarent; ſicut teſtatur Marcus 1.1. *Initium Evãgelij Ieſu Chriſti filij Dei, ſicut ſcriptum eſt in Iſaia Propheta: Ecce ego mitto Angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit viam tuam ante te. Vox clamantis in deſerto: Parate viam Domini; rectas facite ſemitas eius. Fuit Ioannes in deſerto baptizans, &c.* Ideòque habitum & formam illi præſcripſit muneri ſuo congruentem, quibus ſcilicet & ſtatum eorũ, ad quos mittebatur, & pietatem, & intentionem mittentis præmõſtraret. Vndè ait num. 6. *Et erat Ioannes veſtitus pilis camelorum, & zona pellicea circa lumbos eius, & locuſtas, & mel ſilveſtre edebat.* Nam in pellium camelorum indumento, quiquidem animalia irrationalia ſunt, & immũda prædicebat miſeram hominum conditionẽ in quam propter vitiorum corruptionem devenerant, cõparati enim erant iumentis inſipientibus, & ſimiles illis effecti in locuſtis etiã, & melle ſilveſtri, & montano adũbrabãtur; locuſta enim animal inutile eſt, deſes, inconſtans, regis carens imperio, & frugibus perniciem afferens: mel autem ſilveſtre inſipidũ, & amarum, quibus omnibus adamuſsim præfigurabatur lugubris, & infortunatus ſtatus, in quem humanam naturam peccatũ impulerat. Tùm Ioannes eiuſmodi pellibus indutus præſignabat Chriſtũ illum adlegantem, qui beluinæ hominum conſuetudinis ſpeciem erat aſſumpturus efficiendus peccatum propter nos, ut tam peccatum, quàm beluinam formam deſtrueret in Cruce, & ea ſe exuendo prorſus abrumperet, & aboleret. Zonâ lumbos gerebat præcinctos, ut Evangelicæ vitæ, quam annuntiabat, in ſe exprimeret inſtitutum; etenim cingulus Evangelica diſciplina eſt omnem coërcens, & reſtringens carnis erumpentẽ luxuriem. Doctus enim erat Apoſtolos Dominus, *ſint lumbi veſtri præcincti. &c.* Luc. 12. 35. Locuſtas, & mel ſilveſtre ſibi in cibum parat: quia peccatorum reſtitutionem Chriſtus, qui eum mittebat, cibum ſuum appellavit. De Samaritanorum enim converſione agens dicturus erat: *Ego cibũ habeo manducare, quem vos neſcitis,* Ioan. 4. 32. & num. 34. *Meus cibus eſt, ut faciam voluntatem eius, qui miſit me, ut perficiam opus eius.* Huiuſmodi mentem graviter, & eleganter commentatur Ambroſius lib. 2. in Luc. *Matthæus, & Marcus ex veſtitu, & cinctu, & cibo Prophetam declarare voluerunt, eò quòd veſtitum de pilis camelorum habuit, & zona pellicea ſuper lumbos ſuos, locuſtas autem & mel ſilveſtre edebat. Prænuntius enim Chriſti non patiebatur immundarum perire exuvias beſtiarũ, ipſo*

Malac. 3. 1.

Marc. 1. 1.

Marc. 1. 6.

Luc. 12. 35.

Ioan. 4. 32. & 34.

Ambroſ.

ipſo quoque veſtitus indicio deſignans Chriſtum eſſe venturum, qui beluinis induvijs, quæ contextæ ſunt per noſtrorum deformitatem meritorum, gentilitatis immundæ peccata ſuſcipiens, in illo trophæo crucis amictu quodam ſe noſtræ carnis exueret. Quid autem ſibi vult cinctus zonæ pelliceæ, niſi quòd caro iſta, quæ mentem prius gravare conſueverat, ea poſt adventum Domini non impedimento cœpit eſſe, ſed cingulo? Eò quòd & iuxta David in ſalicibus organa noſtra ſuſpendimus. Et iuxta Apoſtolum: Confidentiam non habemus in carne, & confidentiam habemus in corpore: non habemus in voluptate, habemus in paſſionibus: quo ſpiritu fervens vigeat affectus, & ad omne accingamur obſequium cœleſtium præceptorum, devotione mentis intenti, atque apparatu corporis expediti: Cibus quoque propheticus index officij, nuntiuſque myſterij eſt. Quid enim tam otioſum ad hominis officium, quàm locuſtas quærere; & quid tam plenum ad vatis myſterium? Nã quò magis ad fructum inutiles, ad uſum laboris inertes, ad tactum fugaces, vagæ ſaltu, ore ſtridulæ ſunt locuſtæ, eò convenientius his populi figura gentilis aptatur, qui nullo uſu laboris, nullo operis ſui fructu, ſine gravitate, ſine voce ſonum querelæ ederet, verbum vitæ ignoraret. Hìc igitur populus cibus eſt Prophetarum. Nam quò numeroſior populus congregatur, eò uberior Prophetici oris uſus augetur. Eccleſiæ quoque gratia præfiguratur in melle ſilveſtri, modò intra alvearium legis plebis Iudaicæ fœtu reperta, ſed in campis & foliis ſilvæ gentilium errore diffuſa: iuxta quod ſcriptum eſt: Invenimus eam in campis ſilvæ. Et hìc quidem mel ſilveſtre edebat, annuntians populos de petra melle ſaturandos; ſicut ſcriptum eſt: De petra melle ſaturavit eos. Sic etiam Eliam corvi cibo adventitio & lucrativo potu inter deſerta paverunt, ut indicio foret, populos nationum retrò ſqualentes colore meritorum, qui ante cibum fœtidis in cadaveribus requirebant, nunc de ſe adventitiam Prophetis alimoniam præbituros. Cibus enim Prophetarum divinæ voluntatis effectus eſt, ſicut ipſe Dominus declaravit, dicens: Meus cibus eſt, ut faciam voluntatem eius, qui miſit me. Gregorius autem lib. 31. Moral. cap. 19. eamdem cogitationẽ mutuatus videtur ab Ambroſio, inquit enim: *Locuſtarum nomine aliquando Iudaicus populus, aliquando converſa Gentilitas, aliquando adulantium linguæ, aliquando verò per comparationem reſurrectio Dominica, vel Prædicatorum vita ſignatur. Quia enim Iudæorum populum locuſtæ exprimant, vitæ Ioannis ſignat, de quo ſcriptum eſt: Locuſtas & mel ſilveſtre edebat. Ioannes quippè eum quẽ prophetiæ auctoritate pronuntiat, etiam ſpecie ciborum clamat. In ſemetipſo enim deſignavit Dominum, quem prævenit. Qui nimirũ in redemptionem noſtram veniens, quia infructuoſæ Gentilitatis dulcedinem ſumpſit, mel ſilveſtre edit. Quia verò Iudæorum plebem in ſuo corpore ex parte convertit, in cibo locuſtas accepit. Ipſos namque locuſtæ ſignificant ſubitos ſaltus dantes, ſed protinus ad terram cadentes, &c.* Perpende, obſecro, quo pacto ad legatum ſpectarit, vel prærogativa ſingulari ei innata, vel forma, aut habitu, & maieſtatem præſeferre legantis, & dignitatem & ſplendorem, vel turpem & humilem conditionem eius ad quẽ legatur. Quamobrem conſentaneum valdè fuit, ut non Patriarcha, aut Propheta, quãtumvis conſpicua ſanctitate inſignitus, ad Mariam mitteretur ſacram divini Verbi diſpenſationem nuntiaturus, ſed Gabriel Angelus, qui & originali nobilitate, quâ à ſua creatione efflorebat, Mariæ, ad quam legabatur, Verbíque cuius œconomiã nuntiabat, originem ſplendidiſsimam indicaret; & ſe à ſuprema ſpiritualium intelligentiarum Hierarchia demittendo indicaret divini Verbi deſcenſum ab altiſsimo Parẽtis æterni ſinu uſque ad extremam naturæ noſtræ humilitatem.

Gregor.

74 Et quàm divinæ providentiæ diſpoſitioni glorioſum fuerit, quòd primi piaculi Aquilo in humanæ naturæ hæredes truciter perflans ab illo deliciarum horto diſpeſceretur, à quo per divinũ Verbum in ipſo ſatum cœleſtium aromatum odoramenta in fœtidum orbem erant effundenda, ut ſuavi eum exhalatione expiarent: teſtatur Cant. ille locus cap. 4. 16. *Surge Aquilo, veni Auſter, perfla hortum meum, & fluent aromata illius.* Scio plures eſſe Interpretes, qui duos hos ventos aiunt excitari & provocari ab Sponſo, ut ſimul flatus ſuos in hortum immittant, ſuaviterque mulceant flores; ſequor tamen frequentiorem Patrum cuneum, qui repulſo Aquilone, cenſent Auſtrum ſolum à Spõſo vocitari. Quaſi dicat, fuge, diſcede, faceſſe Aquilo, non enim hortus meus ditio tua eſt, præcluſus tibi eſt aditus, ne glaciem tuam in illum invehas; tu verò, Auſter blande, ſuavis, lenis, affla hortum meum, affla, inquam, ut odore ſuo flores aurâ tuâ permulſi omnia recreent. Aſsiduè admonui, per Aquilonem tenebrarum principem deſignari, quod hîc agnovit quoque Niſſenus: *Cæterùm indicari hac voce poteſtatem illam adverſariam, nemini non perſpicuum fuerit, cui rerum natura cognita ſit. Quis enim Solis ignorat motum, quòd*

Cant. 4. 16.

Niſſenus.

is

is ab Oriente per cœli plagam Auſtralem inſtituto curſu verſus occaſum vergat? Terræ verò figura, cùm globoſa ſit, quemadmodum periti harum rerum aiunt, à quacumque tandem parte illuſtrata à ſole fuerit, neceſſe eſt viciſsim ab alia parte huic oppoſita caliginem effici, nimirùm hac ipſa inumbrata propter obverſionem partis illuſtratæ radios eius impedientis, quominus penetrent. Quare cùm locus is luce careat, ſemperque ſit frigidus, neque ſolaribus à radijs illuſtratus, neque calefactus; idcirco princeps ille imperij tenebrarũ (qui tenerã animorum naturam inſtar aquæ conſtringendo lapideã reddit & duram) Boreas & aſper appellatur, quippè qui effector ſit hibernæ triſtitiæ, eius, inquam, hyemis, in quo negat Evangelium poſſe periculum fuga vitari. Nam in hoc eorum, quæ ſecundùm virtutem florent, pulchritudo marceſcet. Guilielmus verò Vvilleramus in præſenti arbitratur, per Aquilonem hîc frigus illud primi peccati, quo omne genus obriguit humanum, deſcribi; eiuſmodi autem piaculi gelu ſtuduiſſe ſponſum ab horto ſuo procul avertere, ideòque increpare illud, minariq́ue, ut ab illo recedat: *Aquilo ille*, inquit, *malè perflavit protoparentes noſtros, devotionem, quam erga Deũ habebant, torpefaciens, dum eis perſuaſit Deũ per invidiã vetuiſſe, ne de ligno ſcientiæ boni & mali comederent. Verùm cũ diu fortis iſte armatus cuſtodiſſet atrium ſuum in pace ſervans ea, quæ poſsidebat, Dei filius ad deſponſandam ſibi Eccleſiam in mundum venturus, ait, Surge Aquilo.* Sed ut quid iubetur diſcedere Aquilo? Nimirũ ut cieatur Auſter, id eſt, Spiritus ſancti fertilis aura, uteriq́ue virginei hortum perflet, fœcundetq́ue, & eius miniſtrante flatu geniali flos Chriſtus gignatur, & fluant illius aromata, hoc eſt, ipſe, per nativitatem fuſus ab alvo virtutũ, & gratiarum odoramentis mundum ſuffiat. Ex eo enim, quòd Marianus uter ſit divino Chriſti flore conſitus ſacro perflante Pneumate, repellitur longiuſq́ue amandatur Aquilo, originaliſq́ue peccati gelicidium. Nam locus tanto muneri deſtinatus, regio non eſt eiuſmodi Aquilonis permiſſa inſultibus. Sic Guilielmus: *Impleto autem tempore, quod præfinitum fuerat à Patre, venit Dei filius ad Virginem, de qua incarnandus erat, venit præveniendo eam in benedictionibus dulcedinis. Vndè Angelus ad eam miſſus, ut futurum partum ei nuntiaret: Ave, inquit, gratia plena, Dominus tecum. Iam ergo Dei Filius cum Virgine erat, de qua carnem ſumpturus erat, iam inquiebat; veni Auſter, perfla hortum meum, & fluant aromata illius. Nempè ſi cum Virgine iam non degeret, non diceret, veni Auſter, ſed potius, vade Auſter. Auſtro ergo dicit veni, quia non mentiebatur, Angelus dicens ad Virginem, Dominus tecum: Veni, aiebat, Spiritus ſancte, ſanctifica uterum virginalẽ, ut fluant aromata illius, ut quod naſcetur ex eo ſanctum, vocetur Filius Dei, quod utique erit in odorem ſuaviſsimũ omnibus ſæculis. Planè uterus virginalis eſt cœleſtis ſponſi hortus deliciarum, hortus aromatum. Quantæ in eo deliciæ, quanta intimæ ſuavitatis aromata fuerunt, cùm ibi Dominus gloriæ per incarnationis myſterium dignatus fuit habitare, & præclaras illas nuptias in eo, per ſpatium novem mẽſium celebrare? Eodem ſpatio exacto aromata illius fluxerunt; quia ſacra Virginis viſcera Filiũ Dei fuderũt.* Verè enim Dei Filius quaſi in procinctu Matris ſuæ futuræ puriſsimam conceptionem præſtolabatur, ut eam illicò dulcedinis ſuæ benedictionibus præveniret, & cum ſanctiſsimæ parentis ſuæ anima quaſi ſimul in corpus illius deſcendit, nam illa Angelica ſalutatio ad Mariam, *Dominus tecum*, à conceptionis ipſius momento obtinuit veritatem. Filius ergo, qui in ipſa & ab ipſa Mariæ cõceptione erat cum Maria, noxæ originalis Aquilonem fugabat vocibus, *Surge Aquilo*, ſpiritus verò Auſtralem auram feſtiva compellatione alliciebat, *veni Auſter*, & quia cum Maria iam ab ipſa conceptione erat, veni dixit. Nec omittendus eſt lepor Ruperti, qui ſenſit præfata verba ſuggeſsiſſe filium matri, ut in primum hoſtem de muliere prima triumphum agentem gloriosè inſultaret, laceſſeretq́; ut adverſus ſe inermem prorſus, & viribus caſum & quaſſatũ oſtenderet. *Quis ille Aquilo, ille nimirũ, qui dixit. Sedebo in monte teſtamenti in lateribus Aquilonis: ille, de quo dictum eſt per Prophetam, ab Aquilone pandetur malum ſuper omnem terram. Ipſe eſt ſerpens antiquus, qui vocatur diabolus, & Satanas. Vndè iſte talis Aquilo ſurget? Surget de antiquis inſidijs, ubi iacebat olim & ſerpebat lubricus anguis, quando primam mulierem decepit, quemadmodum illa dixit: ſerpens decepit me, & comedi. Non ibi ſurrexit, ut impugnaret, ſed ſerpendo ſibilavit, ut deciperet. Vires quippè non habebat prius, quàm conſenſum voluntarium præberet ei mulier, quam Deus innocentem fecerat. Inter te & eum ſoror mea ſponſa, Deus inimicitias poſuit, idcircò de te omninò deſperavit, imò de fraude ſua, de dolo & artibus ſuis adverſum te nihil habuit ſpei, ut decipere poſsit. Dic ergo illi, ſurge Aquilo, quid iaces in terra? Quid inſidiaris calcaneo noſtro? Nil proficis inſidiando.*

Guilielm.

Rupertus.

His

75 His ſanè iuvat attendere, quantum oppoſitionis diſſidiũ fatiſcat inter Mariã, cùm ad divini puerperij dignitatem aſſumitur, & Evam, cùm à ſerpente ad maculandam primi piaculi, promiſſorum lenocinijs fuit ineſcata, ut ex eo diſcrimine elicias, quàm longè fuerit primæ luis infectio à Maria ad ſacram œconomiam in ea perficiendam deſtinata. Eva divinitatis pollicitatione allecta, & eius ambitione deflagrans ſerpentis verba quamvis tot difficultatibus implexa, & naturæ, & rationi, & divino imperio oblu&tantia, haudquaquam diſcuſsit, nec diſcertationibus examinavit, nec vocavit in dubium, ſed ſecura fide, & cæco intellectu illis adhæſit; volũtas enim de his, in quæ igne ambitionis candens raptim fertur, nunquam aſſueſcit diſputare, nihil enim impoſsibilitatis, aut arduitatis, in obiecto etiam inacceſsibili, & impoſsibili invenit. Auſculta Moyſen Barzeph. 1. par. de paradiſo, cap. 28. Evæ cæcitatem in verbis ſerpentis ebibendis mirè exponentem. *Rurſus dum addit ſerpens: eritis ſicut Dij, maximæ etiam mercedis ſpe lactat, ſi veſcantur fructibus à Deo vetitis. Eſt verò exiſtimandum Evam, neque ita accepiſſe verba ſerpentis, ſive diaboli tanquam quæ diſputari poſſent; alioqui enim multis illi modis, aut uno ſaltim quopiam reſpõdiſſet; neq; rurſus ceu dubia, & ambigua: nam ita quoque non defuiſſet ipſi, quod contradiceret: potuiſſet enim reſpondere: Vndè tu noſti hoc myſterium? Sanè qui arborẽ conſevit, maior te eſt. Præterea, quid ſibi vult, quòd meos oculos apertum iri ais gu&tato fructu, quando etiam nunc neque lippiunt, neque clauſi ſunt? Nam niſi aperti eſſent, quì poſſem ego te aſpicere ſerpentemque te agnoſcere? Tùm illud, quod boni malique peritos fore nos aſſeveras; niſi ego iam nunc, quid bonum, & quid malum ſit, intelligam, quì poſsim ſcire conſilium tuum eſſe probũ, aut divinitatem bonam, mortem verò malam? Adhæc illud etiam obijcere quiviſſet: ſi vera narras, abi tu, & prior aufer de arbore illa & veſcere, ut aperiantur tibi oculi, fiaſque Deus ſciens boni & mali, tùm deinde ego quoque accedens veſcar. At cùm horum nihil illi reſponderit, ſatis colligere eſt, neque ut diſputabilia, neque ut incerta ſerpentis verba ab Eva eſſe accepta. Neque enim præ impudentia, aut infantia hæc tacuit; quippè quæ ratione prudentiaque in ſuo ortu prædita fuerat; & ſi parumper adverſus illum argumẽtata fuiſſet, victrix evaſiſſet; ſed ita illius verba accepiſſe, tanquam quæ procul dubio vera eſſent. Nam per dæmonis nequitiam, ſimul cũ illis verbis: eritis ſicut Dij; iniectum eſt ipſi deſiderium arboris gu&tandæ, incenſaque eſt cupidine divinitatis, ſolet enim peccatum mentem eorum, qui eius ſunt ſtudioſi, captivam ſibi mancipare.* Cæterùm Mariam cũ ad Dei maternitatem accitur, cõtrarijs ſtudiorum nixibus inſiſtentem ſpectabis, nam unicum illi ſtudium fuit, nullo deſiderio teneri, nulla cupidine capi: etenim ambitionis ſtimulum adeò habebat emortuum, & extinctum, ut cùm ſupremum illi maieſtatis faſtigium, in partu Verbi, promiſſum eſſet, ſciretque probabile donum, ut quę ſcripturas noverat, vaticiniaq; de divino verbo carne induendo, eamque de virgine aſſumpturo percalluerat, tempuſque tanti myſterij patrandi inſtare didicerat, haudquaquam leviter credulam ſe geſsit. Nam promiſſum divini muneris accipiens non à ſerpente, ſed ab Angelo non ſtatim eius dictis acquievit, ſed rei modum & ordinem diſquiſivit, & prius quidem turbata: *Cogitabat qualis eſſet iſta ſalutatio.* Luc. 1. 29. Deinde diſputatione, & interrogatione diſpungit ſeriem ſacramenti exequendi: *Quomodo fiet iſtud, quoniam virum non cognoſco?* num. 34. Et Angelus divinæ ſapientiæ ſpiritu actus prudentiſsimo Mariæ animo annuens, & veluti dubiam eius mentem in tam arduo negotio commendans, miraculi ingentis novitatem in ſecurum, firmumque annuntiatæ à ſe veritatis pignus pollicetur, nempè Eliſabeth ſterilitate & effœto ſenio laborantem filium iam concepiſſe, & ſuo tempore paritũram: *Et ecce Eliſabeth cognata tua, & ipſa concepit filium in ſenectute ſua, & hic menſis eſt ſextus illi, quæ vocatur ſterilis; quia non erit impoſsibile apud Deum omne verbum,* num. 36. Et tandem ſe imparem tantę dignitati aperiens, imperantis obedientiæ decedit: *Ecce ancilla Domini; fiat mihi ſecundùm verbum tuum,* num. 38. Accipe rurſus Moyſen Barzepha ubi ſuprà luculenter rem expendentem: *Tu verò lector, hìc mihi Mariam apud tuum animum componito pauliſper cum Eva; ac illius quidem fortitudinem, huius verò ſocordiam, atque ignaviam animadvertito. Maria enim quæ ſæpiſsimè audierat promiſſum eſſe à Deo patribus, naſciturum Chriſtum, neque ignorabat, quæ de ea re eſſent vaticinati Prophetæ, cùm eius nuntij gratia ad eam veniſſet Angelus ſpecie humana, dixiſſetque: Concipies, & paries: nequaquam ſubitò fidem illius verbis adhibuit, eò quòd inauditum antea eſſet virginem peperiſſe, ſed cum ipſo diſputando rem expendere occœpit, dicens: Quomodo fieri poteſt, ut hoc eveniat, quando vir mihi notus non eſt, ſive virum non cognoſco? ut alia habent exemplaria. Ad hoc, habet viſum,*

Moyſes Barzepha. Luc. 1. 29. Luc. 1. 34. Luc. 1. 36. Luc. 1. 38. Moyſes Barzepha.

ſum, illud etiam ſignum, quod Angelus dederat, quò de ipſius verbis inde certior fieret, gravidam ſcilicet Eliſabeth ſterilem, alioqui ſenem. At Eva quæ nũquam audierat, Deum invidia laborare, aut ſe Deos pares futuros, ſi de vetita arbore guſtarent; ſimulatque loquebatur cum ipſa, non iam humana aliquis ſpecie apparens, ſed ſerpẽs, nil diſputat de arbore, ſed divinitatis ambitione incenditur, vilipenditque Dei mandatum. Verè ſicut inobedientiæ furor eſt, & ambitionis æſtus maieſtatem tibi oblatam difficultatis anguſtijs innodatam, indictum Dei præceptum evacuantem pacata fide excipere, eamque examine ſtricto undiq; adhibito non probare: ſic obediẽtiæ ardẽtiſsimum ſtudiũ eſt, & emortuæ ambitionis frigida inertia ſingularis dignitatis celſitudinem tibi promiſſam, quæ ſecum veritatis probabiles prætextus, & rationes affert, tardo & attento animo admittere prævia prudenti examinis diſcuſsione habita, ne potius obedias fallaci tui incremẽti deſiderio quàm divinæ volũtati ad ſublimiora te evocanti. Nam in his rebus, quæ ambitionis paſtus ſunt, cùm præcipiuntur, morata & cunctata diſquiſitio tepidam cupiditatis arguit diligentiam, alacrem autẽ & anhelam vim obedientiæ; contenditur enim, ut divinæ voluntatis imperium ſolũmodo innoteſcat, cui ſe totum animus ſubmittat. Apertum diſſimilitudinis, ſeu contrarietatis diſcrimen inter Mariæ, & Evæ maternitatem eleganti penna exaravit Amedeus homil. 4. *Differentiam partuum Mariæ & Evæ perpendamus. Eva parit corrupta, Maria incorrupta peperit. Eva in dolore, Maria in ſalute. Eva in vetuſtate, Maria in novitate. Iſta ſervum, illa Dominum. Iſta reum, illa iuſtum. Iſta peccatorem, illa iuſtificantem à peccatis. Evæ partus mortes multiplicat, partus Mariæ à morte ſalvat. Evæ parturienti draco inſidiatur, partui Mariæ ab Angelis miniſtratur. Evam parturientem tremor cordis occupat, parientem Mariam virtus divina lætificat. Eva quos parit, multis exponit caſibus, quos parit Maria, ſalvat à malis omnibus. Eva pariente abundavit malitia, pariente verò Maria ſuperabundavit gratia. In partu Mariæ cœli latati ſunt, & terra exultavit, infernus etiam commotus expavit, cœli lætam dederunt ſtellam irradiantem, & Angelorum glorioſum exercitum collaudantem, & dicentem: Gloria in excelſis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis.* Et quid, quæſo, intendit divina Sapientia, cùm Mariam Evæ ita ex fronte oppoſitam oſtendit, tùm in his, quæ prævia maternitatis ornamẽta ſunt, tùm in his, quæ maternitatem comitantur & conſectantur, niſi ſtatuere voluiſſe divinæ maternitatis dignitatem rationem extitiſſe obquam Maria nullis Evæ pravis actibus communicarit? Cùm divina maternitas in Maria dedicatur, omnis agendi ratio Mariæ refellit, & damnavit actiones Evæ, quæ inobedientiæ ipſius, & ſceleris in poſteritatem derivandi fuerunt exordia, ut perdiſcas cœleſtis maternitatis ſanctitatem, & reverẽtiam cauſam fuiſſe obquam divina pietas Mariã ab ordine exemerit Evæ, adeòque immunem præſtiterit à contagio, quod ab Eva inchoavit, ut impreſsionis eius nullum veſtigium in Maria fuerit unquam vel leviter ſignatum.

A medeus.

76 Et quidem argumentum hoc pulchrè & firmiter illuſtratur à ſplendido illo ſolis amictu divinæ maternitatis inſigni, quo Evangeliſta Ioannes Mariam poſtquã divinum Verbum concepit in utero ſpectavit indutam. *Et ſignum magnũ apparuit in cœlo: mulier amicta Sole, & Luna ſub pedibus eius: & in capite eius corona ſtellarum duodecim: & in utero habens, clamabat parturiens, &c.* Apoc. 12. 1. Quẽ locũ quãvis frequẽter de gloria, qua circũdata fuit Maria in cœlos aſſumpta, explicent Interpretes, frequentius illum Patres interpretantur de lucis pompa, qua cincta eſt, cùm in utero divinum Verbum iuſtitiæ ſolem fuit complexa. Cœleſtis enim ſol in eius alvo inclusus radios ſuos per puriſsimam Mariæ carnem tanquam per pellucidam tranſmittebat cryſtallum, qui exterius Mariam coronabant; undè facies Mariæ divini ſolis iubar emittens, Chriſti vultus ſpeciem præferebat inſtar ſolis ſplendentis in Thaboris vertice. Sic Richardus de S. Laurent. lib. 12. de laudib. B. Mar. in ſerm. de eius Aſſumpt. D. Bernardi teſtimonio ſe communiens: *Dicitur autem Maria amicta ſole, id eſt, ornata, decorata, & nobilitata tali, ac tanta prole. Omnes enim ſancti Chriſtum induunt per fidem & imitationem. Vndè Apoſtolus: Quotquot in Chriſto baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis. Galat. 3. Et ad hoc invitat Apoſtolus, Roman. 13. Induimini Dominum Ieſum Chriſtum, & per glorificationem ab ipſo perfectius induendi. Mariæ verò ſingulariter amictus factus eſt ſol iſte, quæ ipſum carne ſua ſingulariter amictum portavit. Nulla enim ſic in terris gratia eius, nulla ſic in cœlis eius gloria eſt amicta. Et nota, quòd Maria facta eſt amictus ſolis iuſtitiæ, quando ipſum carne mundiſsima induit, & amicta ipſo ſole, quando filium portans in utero facie reſplendebat ut ſol, ita quòd Ioſeph, ut dicitur, ipſam facie ad faciem videre non poterat. B. Bern. ad*

Apoc. 12. 1.

Richar. de S. Laurent.

ad Mariam: Manet in te, ò Domina, ſol iſte. & tu in eo, veſtis eum, veſtiris ab eo. Veſtis eum ſubſtantia carnis tuæ, veſtit ille te gloria maieſtatis. Veſtis nube ſolem, & tu ipſo ſole veſtiris. Eamdem Mariæ gloriam teſtatur Richardus & Chryſoſtom. lib. 5. titulo de corporali pulchritud. Mariæ: *Dicit Chryſoſtomus, quòd in Evangelio Nazaræorum legitur, quòd Ioſeph Mariam videre non poterat de facie ad faciem, eò quòd Spiritus ſanctus eam à conceptione Dei penitus impleverat. Itaque nō cognoſcebat eā propter ſplendorem vultus eius.* Et lib. 3. diſcutiens an Maria uberiori ſplendorū gloria in divini filij conceptione quàm in ſuo in cœlos aſcenſu coruſcarit, & cū utrobique per mulierem ſole amictam fuerit præfigiata, dubitans an filij conceptione ſplendidiorem luminis pompam, quàm in elevatione ad æthera profuderit, inquit: *Si autem quæratur, utrum maiorem gloriam habuerit Maria in ſua aſſumptione, quando caro eius tota ſole amicta eſt, ſicut dicitur Apocal. 12. an in conceptione filij, & impregnatione ſua, quando ipſa carne ſua totū ſolem iuſtitiæ complectebatur, Vndè Ierem. 31. Mulier circumdabit virum? fateor me ignorare: Mihi tamen videtur ſalva maiorum ſententia, glorioſius eſſe ſuſcipere Regem hoſpitem, quàm hoſpitari apud Regem: illa tamen gloria occultior fuit, quando Regem ſuſcepit, & omnis gloria filiæ Regis fuit abintus: iſta manifeſtior, quando à Rege cum Regia magnificētia ſuſcepta eſt; illa ſecretior, iſta ſolemnior.* Ex quo decerpitur Mariam amictam fuiſſe lumine ſicut veſtimento, eum autem irradiantis ſolis amictum velut inſigne ſuſcepiſſe divinæ maternitatis, nam à tempore quo tantum munus inchoavit, divinumque filium verum iuſtitiæ ſolem utero concepit, eo lucis veſtimēto functa eſt. Siſte hîc parumper lector, & ſuſtine; dum probo, quale fuerit indumentum, quo primi parentes ſe ornarunt in ſtatu innocentiæ, divinæ obedientiæ adhærentes, & originali iuſtitia prædíti, quod quidem tanquam ſtemma & notam ingenitæ ſuæ nobilitatis in paradiſo circunferebant. Nam veſte indutos in paradiſo fuiſſe firmat Hiſtoricus ſacer, cūm refert; poſt vetitum cibi eſum, illos ſe agnoviſſe nudos; ſic enim de muliere porrigente manum ad arborem prohibitam, ait: *Tulit de fructu illius & comedit; deditque viro ſuo, qui comedit. Et aperti ſunt oculi amborum, cùmque cognoviſſent ſe eſſe nudos, conſuerunt folia ficus, & fecerunt ſibi perizomata*, Geneſ. 3. 6. Conſtat autem, quòd nuditas veſtium expoliationem, vel amiſsionem adſerat. Quæ ergo veſtes illæ erant, quibus protegebantur parentes primi Dei obedientiæ inſiſtēres, quibus eos inobedientia exuit, & ijs diſiectis nuditatem ſenſerunt? Placet ſanè mihi ſententia Moyſis Barzephæ 1. par. de paradiſo cap. 28. æſtimat enim protoparēres in paradiſo Dei manibus effictos, iuſtitia originali dotatos, nobilitateque conſpicuos gloriæ indumenta geſtaſſe, quæ ab eorum animis ſe prodens erumpenſque eorum corporibus pro veſtimento erat, eo igitur nitido, & candenti amictu veluti ex ſolis radijs intexto cooperti priores illi Patres, mutuis aſpectibus ſe viciſsim examinare, alterque alterius nudum ſpectare corpus, nec verebātur, nec confundebātur: ſic ſol gloriæ honorem induens ab humanis aſpectibus ſe tuetur, ſic in Moyſis vultum ſplendoribus divinæ gloriæ illitum non ſuſtinebant oculos Iſraëlitæ defigere: ſic Chriſti Domini facies fulgoribus abintus proſilientibus coronata cernendam ſe tribus diſcentibus præbuit: ſic iuſtorum in æterna beatitudine nuda corpora fulgebunt ſicut ſol, nec viſa nuditas ruborem, aut verecundiam afferet. Ea autem præfulgentis gloriæ ſtola, qua amicti parentes in paradiſo incedebant, nobile erat indicium, & inſigne ingenerat ęclaritudinis, qua à Dei manibus felicitati prodierant. Attendito nunc Moyſi: *Porro poſteaquàm de condita Eva locutus eſt Moyſes, procedit ad explicandū quomodo vitam agitaverint ſuam primi parentes, his verbis: Erant ambo nudi, Adam, & uxor ipſius, neque pudebat ipſos. Sed cur non pudebat? Non profecto, quia puerili eſſent, aut quia ruſtica ſimplicitate, aut imprudentia: fuere enim à Deo effecti ætate iuvenili, non puerili: Et prudentes, non ſtolidi, aut inurbani. Sed ideò pudore non afficiebantur de ſua nuditate, quia adhuc non peccarant, neque deliquerant, eòq; nulla animum cogitatio ſubibat eſſe aliquā in nuditate culpam. Præterea amicti erant gloria, atque idcirco non verecundabantur: ſicut enim Moyſis faciem gloria contectam intueri non potuerunt Iſraëlitæ, & ut in ſolem ſtola gloriæ veſtitum mortales oculorum aciem intendere nequeunt, præterea, ut corpus Domini coopertum gloria ſolem ipſum fulgore candoreque ſuperabat, cùm in montem ſe recepiſſet. Denique ut ipſius divinitatis veſtimentum ſpectabile non eſt; ita Adam Evaque, quia veſtiti erant gloria, non verecundabantur. Nam nuditas ea, de qua hìc Moyſes agit, ad veſtē ſpectat, nō item ad gloriam, qua etiam tùm contecti erant, &c. Duas igitur ob res non verecundabantur Adā & Eva, cùm eſſent nudi, & quia amicti erant gloria, & quia adhuc non deliquerant. Nam & in futuro mun-*

Geneſ. 3. 6.

Moyſ. Bar.

mundo ſublatus erit omnis pudor ex hominibus, qui ex nuditate poſsit gigni, tùm quia veſtiti erunt gloria, quali indutus erat Adamus, & ipſius uxor Eva inter arbores, antequam violaſſent mandatum; tùm quia ipſa pudoris cauſa peccatum diſſolutum erit irritumque. Manet ergo ex Moyſis placito ſancitum lucidum radiorum amictum ſolis gloriam æmulantem, quo induti procedebant patres noſtri divinæ obediẽtię ſtudioſi, notã fuiſſe, & ſtemma ingenuæ nobilitatis, quo à Deo fuerunt primitus procreati. Tùm iam ad incepta redeamus: ex Chryſ. Bernardo, & Richardo de Sanct. Laurent. ſtatuimus Mariam, cùm primum divinum verbum concepit, & Dei maternitas in illa dedicata fuit, luminis ornamentum induiſſe ſolari gloriæ ſimile, eaque ſtola ſplendoris fuiſſe veſtitam, qua parentes noſtri innatæ nobilitatis ſuæ, & originalis iuſtitiæ indicia præferebant; nunc expendendum eſt: Quod myſterij ſacramẽtum divina Sapientia prætendit, dum fulgidum ſolis amictum efficit inſigne puriſsimæ originis, & claritudinis innatæ totius turpitudinis, & maculæ expertis, qualis in parentibus primum conditis præceſsit, ſimulque notam ſingularem divinæ maternitatis: ſiquidem ob nativam ingenuitatem, qua primitus fruiti fuêre noſtri parentes, luminis maieſtatem induerunt, & ob maternitatis dignitatẽ ſolis ſplendido amictu Mariam pariter, ex quo Dei parens eſſe cœpit, Dei conſilium decoravit? Sanè ut doceremur privilegium puriſsimæ originis Mariæ fuiſſe delatũ ob maieſtatẽ maternitatis: à primo enim ſuæ conceptionis inſtanti Maria divinarum gratiarum fluenta hauſit, quæ omne peccatum humanã generationẽ adorientẽ & dehoneſtantẽ procul propulerunt. Quapropter nobiliter genita eſt, eiuſq; cõceptio cœleſtis claritudinis titulis manſit laureata, ſed tamen ingenitæ huius nobilitatis ſtemma, nempè ſplendentis fulgoris ornamentum, non ſe ſpectandum obtulit in Maria, donec ſacræ parentis munus obijt, divinumque filium viſceribus ſuis excepit. Quò ſic innoteſceret originarium ſplendorem debitum eſſe divinæ maternitati, qua prodeunte, illius vexillum erectum, & evolutum eſt: una eademque ſolaris iubaris ſtola ſtatuit divina Sapientia ut geminæ prærogativæ fuiſſet inſigne, nempè originalis ingenuitatis, & divinæ maternitatis, ut eruditemur, maternitati Dei debitè eſſe deſtinatam, oppigneratam, & inveſceratam originis claritatem. Quamobrem munere maternitatis exoriente, ſimul amictus ex promicantibus contextus radijs, tanquam illius indicium proſilijt. Et quidem meritò habitus gloriæ obedientiæ ſtatum decebat, obedientia enim cum originis claritate reciprocatur, nam tamdiu in primis parentibus duravit originis ſplendor, quãdiu obedientia ſtetit inviolata. Itemque æquo iure inobedientia ſe in medium prorumpente, gloriæ nuditas, & generis obſcuritas in protoparentum oculos ſtatim impegit, nã inobedientia, & turpitudo viciſsim ſibi nomina mutuant. Vndè in divina phraſi obediens glorioſus appellatur, & cùm quis obedientiam perficit, dicitur glorificari, & ſolis ſplendoribus amiciri. Hic opportunè venuſtèque occurrit intelligendus locus Ioan. 7. 39. ubi poſtquam Chriſtus dixiſſet: *Si quis ſitit, veniat ad me, & bibat. Qui credit in me ſicut dicit Scriptura, flumina de ventre eius fluent aquæ vivæ*; ſubdit Hiſtoricus: *Hoc autem dixit de ſpiritu, quem accepturi erant credentes in eum. Nondum enim erat ſpiritus datus, quia Ieſus nondum erat glorificatus.* Sed de qua, quæſo, glorificatione Ieſu Evangeliſta loquitur? vel ſub cuius virtutis functione Ieſum appellat glorificatum? Credam attendiſſe Evangeliſtam ad ignominioſam illam nuditatem, quam Adæ inobedientia peperit: induerat obedientia Adamum ſtola gloriæ, veſtimento ſolis, nam lux obedientiæ habitus & candida eſt; inobedientia verò illum tali indumento nudatum in ignominiæ obſcuritatem impulit, & ab his, quæ in rerum primordio evenerant, elocutionem Evangeliſta ediſcens, obedientiam gloriam nuncupavit, & obedientiæ facinore coronatum nominavit glorificatum. Quapropter cùm Hiſtoricus ait: *Quia Ieſus nõdum erat glorificatus*: dixiſſe fuit: Quia Ieſus paſsionis ſuæ præceptum nondum expleverat, mortis obedientiam ſibi à Patre iniunctam nondum fuerat executus. Nam cùm gloriæ lux obedientiæ ſit veſtimentum, obedientiæ gloria rectè appellatur, & obidire glorificari eſt: ac proinde cùm Chriſtus nondum glorificatus dicitur, ſignificat, illum nondũ obedientiam impleviſſe: & ſic ſatis myſterio inſerviens Evangeliſta Chriſti ſeriem, & ordinem revocat ad primi Adami exemplar, quem obedientia ſolis ſplendore amicivit, & inobedientia obſcuravit, hoc eſt, lucis tegumento nudavit. Satis maturè, & ingeniosè ſacramentum expendit Rupertus lib. 7. in Ioann. *Glorificatio Ieſu, ob quam, donec facta eſſet differebatur datum ſpiritus, illa intelligenda eſt, quæ oppoſita ſit ignominioſæ nuditati Adæ, propterquã ab humano genere averſus fuit hic idem ſpiritus gratiæ. Scimus autem, quæ cauſa illum ignominiæ impleverit, & nudum inter hoſtes, imò nudatum ab hoſte inimicum* Ioan. 7. 39. Rupertus.

Dei

Dei conſtituerit, videlicet inobedientia præſumptuoſa, qua lignum vetitum temeravit, dum Deo ſubeſſe diffugit. Igitur obedientia Ieſu Chriſti, qua Deo Patri pro univerſo mundo ſe obtulit, glorificatio eius eſt. Quia verè ſic illa paſſione glorificata eſt nudata quondã natura humana, quomodo glorificatur quis, dum Fötifex factus ſancto altari aſſiſtit in veſte ſacrata. Igitur præſtantiſsimam obedientiam explens Maria in filij conceptione meritò lucis ſplendore pro veſtimẽto accincta eſt, quihabitus obedientiæ, & inſigne eſt; obedientiæ, inquam, nunquam temeratæ, & abruptæ; ſed illibatæ & integræ, quali fuit illa quam Adamus primitus veſtitu gloriæ coruſcus in paradiſo obſervavit: quo ſic habitus ipſe lucis quẽ in filij conceptione circundat ſibi Maria teſtatur; haudquaquam illam unquam inobedientiæ obſcuritatis caliginem, aut levem fumum participaſſe, quiquidem puritatis decor, & candor Dei parenti debebatur. Quocirca Damaſcenus ſerm. de dormitione B. Mar. ex obedientia, qua floruit Maria oppoſita protoplaſtorum inobediẽtiæ, arguit gloriæ ſtolam illius deberi corpori, & à lege corruptionis abſolvi, cui illi ob primum piaculum ſe obligarunt: ut exinde innoteſcat, Mariam à communi lege in eorum poſteritatem debacchanti, eãque inficiẽti fuiſſe exemptam: inquit enim:

Damaſc. *Olim quidem Dominus Deus eos, qui fuerunt Principes humani generis, & ſe impleverunt zero inobedientiæ, exterminavit ex paradiſo Eden. Nunc autem hanc, quæ omnis vitij repulit inſultus, & produxit germen Dei Patris obedientiæ, & univerſo generi fuit vitæ principium, non ſuſcipiet paradiſus? non cœlum gaudens portas aperiet? Maximè.*

77 Huc quoque, quamvis de paradiſo prolixius ſuprà egerimus, illud ſpectat

Cant. 4. 12 Cant. 4. 12. *Hortus concluſus ſoror mea ſponſa, hortus concluſus*: in voce hortus, cui ſponſus Mariam aſsimilat, ſubſiſtit Rupertus, antitheſimque ſtatuit inter hortum voluptatis, in quo prævaricati fuerunt protoplaſti, in quem deductus homo, à quo malum omne in orbem torrente exundante, profilijt: propter quem terra execratione mulctata; & inter novum paradiſum dedicatum in Maria, paradiſum, inquam, tranſgreſsionis in antiquo patratæ prorſus expertem, in quo novus eſt Adam collocatus, qui gratiarum omnium affluentiam antiquarum ſordium purgatricem fudit, largiuſque profudit in mundum; in hoc paradiſo terra ſemper benedictione irrigua, nulli unquàm maledictioni ſubiacuit, in illo tragicus eventus proſperitatem illam maculavit, in hoc feſtivum initium, feliciorexitus gaudia ſemper adauxit: *Ecce*, inquit, Rupertus. *novus paradiſus, novæ plantationes, quas plantavit unus idemque antiqui paradiſi plantator Dominus Deus. Plantaverat autem Dominus Deus, ait Scriptura, paradiſum voluptatis à principio, in quo poſuit hominem, quem formaverat. Produxitque Dominus Deus de humo omne lignum pulchrum viſu, & ad veſcendum ſuave, lignũ etiã vitæ in medio paradiſi, lignumq; ſciẽtiæ boni & mali: & fluvius egrediebatur de loco voluptatis ad irrigãdũ paradiſum, qui indè dividitur in quatuor capita. Iſte eſt paradiſus antiquus, paradiſus terrenus. Iſte eſt paradiſus novus paradiſus cœleſtis, utriuſque plantator eſt unus idemque Dominus Deus. In illo poſuit hominem, quem formaverat; in iſto formavit hominem, qui apud ipſum in principio erat. De iſta homo produxit omne lignum pulchrum viſu, & ad veſcendum ſuave, lignum etiam vitæ in medio paradiſi. Iſtam humum, iſtam terram ſuam benedixit, & ex ea cunctarum germina gratiarum, & cunctarum exemplaria virtutum produxit: ipſum quoque lignum vitæ Chriſtum Deum & hominem Dominum paradiſi cœleſtis. De illo voluptatis loco egrediebatur fluvius ad irrigandum paradiſum, qui indè dividitur in quatuor capita: de iſto paradiſo ille fluvius, ſive illud flumen egreſſum eſt, de quo Pſalmiſta dicit: Fluminis impetus lætificat civitatem Dei, qui indè dividitur in quatuor Evangelia. Nec paradiſus ille hominem cuſtodire potuit, nec paradiſum illum homo cuſtodire voluit. Quoniam ergo non profluit illis parentibus primis, nec nobis in illis introductio illa in illum talem paradiſum, terrenũ paradiſum non obſervato præcepto, quod acceperunt; iterùm plantatur alius paradiſus, quem ingredientes lignum vitæ æternæ comedamus, & non moriamur: & iſte ſunt emiſsiones dilectæ, ſuper quibus præſenti loco gratulatur: Hortus concluſus ſoror mea ſponſa es, Dei genitrix hortus concluſus.* Sed ut uberiorem ſenſum loci huius delibemus, perdiſcamuſque arcanũ, quod ſub horti clauſura deliteſcit: illa verba Iob cap. 3. 10. præire tanquàm facementem noſtram oportet. *Non concluſit oſtia ventris, qui portavit me, nec abſtulit mala ab oculis meis.* Lugubris hæc querimonia eſt, qua dolet Iob portas paradiſi, quo quaſi utero humana claudebatur ſoboles, à dæmone diſiectas, per quas humani generis ſemen velut abortivum & informe fruſtum in mundi calamitates & ærumnas importunè fuit immiſſum; quæ quidem fores ſi obſeratæ fuiſſent, nunquàm Iob tragi- Iob 3. 10.

cam

cam ſuam miſeriam peccati illius primi pruriginem tot reſperſam queſtubus & lamentis ſpectaſſet. Sic eleganti paraphraſi commẽtatus eſt præſentem locum Cardin. Hailgrinus. *Quaſi diceret, Satanas aperuit oſtia paradiſi, de quo quaſi fœtus ventris humani exivit, quæ oſtia ſi clauſa reliquiſſet, ablata forent mala ab oculis meis.* Itaque per paradiſi apertionem peccati originalis deſignat inſultum. Ab hoc ergo, ut immunem oſtendat ſponſus Mariam, geminata voce illam paradiſum concluſum, ſeu hortum inviolatum appellat. Accipe ſic explicationem ſuam protendentem Hailgrinum. *Horum malorum remedium plantavit Dominus alium paradiſum, quem ingredientes, lignum vitæ illud æternæ adeũtes, de fructu eius comedamus, & non moriamur. Concluſit eum tota Trinitas, potẽtia Patris munivit Virginem cõtra diaboli violentiam, Sapientia Filij contra hoſtis fraudulentiam; Bonitas Spiritus ſancti cõtra eiuſdem malitiam.* Favet his quoque Alanus inquiens: *Hortus concluſus ſoror mea ſponſa, quia vallo charitatis ſignatus, ne irrumpere poſſit malignus, concluſus, quia Angelorum cuſtodia circumſeptus.* Taliter ergo conſitus hic hortus Marianus eſt & extructus, ut nunquàm ſine cœleſtis gratiæ & charitatis propugnatione murali: nunquàm ſine apparitura & ſatellitio ſacrorum ſpirituum, quod exhorruerint ſemper thartareæ phalanges. D. verò Hieron. exiſtimat, iſtam paradiſi obſerationem ſacramenta reſpicere Dominici ſarcophagi, & ſic dici Mariam hortum concluſum, quomodo Chriſti ſepulchrum dicitur novũ: *Et poſuit illud in monumẽto ſuo novo, quod exciderat in petra*, Matth. 27. 60. & Luc. 23. 53. *Et poſuit illud in monumento exciſſo, in quo nondum quiſquam poſitus fuerat.* Ergo Mariæ hortus exæquatur ſepulchro, quod quidem, quia corpus Dominicum erat excepturum, novitas ſemper illuſtravit, nulla fœdavit corruptio, nulla primi peccati ſequela profanavit: hoc eſt, nullum mortis ſignavit veſtigium, quæ quidem originalis peccati pediſequa eſt, & inſeparabilis pullulus. Sic enim ſcribit Hieron. lib. 1. contra Iovinian. circa dimidiũ. *Quod clauſum eſt, atque ſignatum ſimilitudinem habet matris Domini, matris & Virginis. Vndè & in ſepulchro Salvatoris novo, quod in petra erat exciſſum, nec ante, nec poſt quiſquam poſitus eſt.* Si verò quæras, cur ſponſus complicet vocem, geminetque nomen, hortus, cùm de parente ſua alloquitur, biſque illam paradiſum nuncupet concluſum: reſpondet Hailgrinus id effectum, ob ratam ſecuramque matris nobilitatem ab omni pravi hoſtis incurſu liberam ſtatuendam, iuxta conſuetam ſacri voluminis phraſim, ubi eiuſdem vocis repetitio, firmitatis monimentum eſt: *Scriptum eſt*, inquit, *quia Pharao ad vnam rem ſignificandam duo vidit ſomnia; quorũ primum cùm expoſuiſſet præſagus Ioſeph. Quod, inquit, ſecundò vidiſti, ad eamdem rem pertinet, ſomnium firmitatis indicium eſt, eò quòd fiat ſermo Dei, & velocius impleatur*, Gen. 41. 31. *ut illic ſigni geminatio eſt indicium firmitatis, ſic hoc loco inculcatio eiuſdem ſignum eſt ſingularis excellentiæ, & dignitatis.*

78 Meherclè ſemper urgentiſsima eſt ratio illa Hier. ſer. de Aſſump. Mar. ubi mẽte tractans penſanſque, quanta fuerit Mariæ gloria aula cœlica præparata, ait: *Creditur enim, quòd Salvator omnium ipſe, quantum datur intelligi, per ſe totus feſtivus occurrerit, & cum gaudio eam ſecum in thronò collocavit. Aliàs autem quomodo impleviſſe creditur, quod in lege ipſe præcepit: Honora patrem tuum & matrem tuã?* Ex quibus elicio iuxta Hieronymi placitum, parrem honorare, non eſſe quomodocumque illi honorem deferre, ſed eo illum decore & dignitatis inſulis afficere, qua maiorem nequeat ei filius impertiri. Hinc arguit Hieronym. Chriſtum parentem ſuam Mariam ſecum in throno ſuæ gloriæ collocaſſe, cui ſi inferius deſtinaſſet ſolium, matrem ſuam honoraſſe viſus non eſſet, utique cùm ad ſublimius poſſet illam evehere, & celſiorem in parentem dignitatem filium non contuliſſe, quaſi illam inhonoraſſe eſt. Potuit ergo filius (quis inficias ibit?) matrem à communi præſervaſſe labe; illamque à fœdere cum Adamo inito de piaculo ſuo refundendo in poſteros, exemiſſe; ergo præſervavit; ergo exceptavit: quin audeas aſſerere, puerperam ſuam iuxta præceptum ab ipſo inditum filium non honoraſſe; cùm illi privilegium, & excellentiam ſingularem, quam potuit elargiri, denegaverit. Vndè Hierony. quaſi argumenti ſui vi convictus paulò pòſtait: *De Maria Salomõ in Cant. quaſi in laudem eius: Veni, inquit, columba mea, immaculata mea, verè immaculata, quia in nullo corrupta.* Cur à filio delatam credidit altiorem in cœlo maieſtatem, mũdiorem incorruptionem in terra præſtitam non dubitavit.

79 Collocavit ergo Chriſtus ſanctiſsimam parentem ſecum in ſolio celſitudinis ſuæ; ſedereque eam fecit à dextris virtutis ſuæ, ut cecinit Pſalmidicus: *Aſtitit Regina à dextris tuis*, Pſalm. 44. 10. in quem locum ſic Richardus de S. Laurent. lib. 3. de laudibus B. Mar. *De aſſumptione Matris con-*

Hailgrin — Hailgrinus — Hailgria.
Alanus — Alanus.
Mat. 27. 60 — Luc. 23. 53. — Hierony. — Hierony. — Idim. — Pſal. 44. 10 — Richardus

cõgruè poteſt exponi, quod de Aſcenſione filij dicit Pſalmiſta, Pſal. 17. Aſcendit ſuper Cherubim, & volavit, volavit ſuper pennas ventorũ. Aſcendit ſuper Cherubim, quod interpretatur plenitudo ſcientiæ, quia nulla humana ſcientia poteſt attingere quantum aſcenderit, vel ad quantam gloriã. Nec dicit ſuper Seraphim, licèt verũ ſit, quòd ſuper illũ ordinẽ exaltata ſit ad dexterã filij: unde Pſal. 44. Aſtitit Regina á dextris tuis, quia ſuper Seraphim nihil eſt aliud niſi Hyerotheſia, id eſt ſacer ordo Trinitatis, cui Virgo ſubdita eſt: & lib. 6. ſub Mariæ myſterio autumat illud diſpoſitum, 3. Reg. 2. 19. *Poſituſque eſt thronus matri Regis, quæ ſedet ad dexteram eius:* quamobrem ait: *Commendatur hæc Regina à conſeſſu ad dexteram filij. Vndè à dextris tuis, id eſt in potioribus bonis, qui videlicet confeſſus deſignatur 3. Reg. 2. ubi dicitur, quòd Berſabee poſitus eſt thronus Regius, & ſedit ad dexteram Salomonis.* A dextris, inquã, filij meritò cõſidet mater, ut tã terrigenis, quã cœleſtibus innoteſcat, quod reliquis honorãdis apud Deũ innuitur (Impoſsibile, Matri gloria cumulãdæ affirmari poſsibile: nec enim vulgari aliorũ iure matris eſt metiẽda maieſtas) & divinã potentiã, quæ in aliorum honoribus vel arctatur, vel occulitur, in privilegijs Mariæ diſpenſandis prorſus expãdi & oſtentari. Perpende quale exhibuerit divina Sapientia reſponſum ſupplici matri dexteram & ſiniſtrã regnantis Chriſti Zebedæis filijs poſtulanti: *Sedere autẽ ad dexteram meã vel ſiniſtram, non eſt meum dare vobis*, Matth. 20. 23. ubi poteſtatis ſuæ eſſe inficiari videtur à dextris ſuis alicui præſtare conſeſſum. Sic rem meditatus eſt Ambroſ. lib. 5. de Fide, cap. 3. *Sed tamen oſtendant, qui poſsibile putant, quid de hominibus, aut cæteris creaturis, aut ad dexterã, aut ad ſiniſtrã Dei ſedeat. Pater enim dicit Filio: Sede ad dexteram meam. Itaque ſi quis ad dexteram Filio ſedeat, inter ipſum utique, & Patrem (ut humano uſu loquar) Filius medio reperitur. Non ergo poſsibile homini aliquid petebatur.* Si fas eſt ita loqui, ultra poſsibilitatem eſt, quod maternitatis Dei iuri debitum eſt: ſi enim hominibus tanquam arduum quid, & divinam excedens poteſtatem, ad dexteram Filij ſedere proponitur, hæc gloria eſt aſſervata Deiparæ, cuius dignitas eſt inter divina cenſenda: & ideò menſura illius ſpectata non eſt æſtimãda, ut impoſsibilis gloria, quæ ſi reſpiciat homines, impoſsibilitatis ſpatia ad illos interiecta habet.

3. Regũ 2. 19.

Richard.

Matth. 20.

Ambroſius

80 Alia præterea ratione cõvincitur Dei genitricem ab omni infectæ naturæ iure eſſe excerpendam, & in ordine altiori ſublimandã. Nam iuxta præſcriptũ divinæ providentiæ ordinem, initium & finis rei ita ſe ſe parili lineamento ornatus ducta reſpiciunt, ſimiliq́ue ſibi viciſsim perfectionis gratia reſpondent, ut ex qualitate initij arguatur finis qualitas, & in ſpecie finis, principij forma reſplendeat. Quæ quidem veritas uno, vel altero teſtimonij fulcro roborata conſiſtet. Verè ſi ambigas, cur Chriſto Domino Iordanis fluenta corporis ſui contactu ſacrante, eius capiti columba inſederit, & ſpecie columbæ potiùs quàm alterius alitis Spiritus ſanctus in eum tanquam in propriam ſedem deſcenderit? Præſtò ſum arbitrans, id ita digeſtum; ut Eccleſia in primis ſuis auſpicijs, à fine & perfectione, quam aſſecutura erat, non deficeret; ſed primam ſui periodum cum ultima annecteret, nec diſpari forma, ſui Alpha ab Omega diſtaret. Noverat enim divina Sapientia Regium Vatem Chriſti reditum in cœlos, in quo ſui operis cõſumma tio perfecta fuit, ſub columbæ deſcripſiſſe ſpecie, ipſumq́ue velut columbã deargentatis pennis, dorſoq́ue aureo pallore venuſto aëra tranantem fuiſſe meditatũ, Chriſtiq́ue dixiſſe nomine: *Quis dabit mihi pennas columbæ, & volabo, & requieſcam?* Pſal. 54. 7. Vt autẽ ab ea pulchritudinis forma, qua Chriſti opera erant complenda, eorũ initia non deficerent, qui in fine ut columba cõſiderabatur, oportuit, ut in operis ſui principio, quod quidem fuit in Iordane dedicatũ, colũbæ coruſco eluceret. Exordiũ ſuum & primum exortum Eccleſia, Chriſto in Iordanis vada deſcendente, habuit; ibi, qui Dei Sapiẽtia erat, Doctoris quoad homines viſus eſt ad gradũ promotus, laureãq́ue accepiſſe, & colũba ſupra caput velut Doctorali apice inſignitus; Chriſti iã aſcenſu ad æthera inſtante, Eccleſia videbatur perfecta, eiuſq́ue ædificium conſummatũ, Chriſtuſq́ue magiſterium impleviſſe ſuũ, & ut initio finis reſpõdeat ſuo, qui ſub columbæ ſpecie Eccleſiã exorſus eſt, Doctoriſq́; illius ſuſcepit inſignia; conſentaneũ fuit, ut Eccleſiã perficiens, magiſteriumq́ue ſuum cõplens rurſus ad columbæ formam revolaret, & tanquam columba colorum pulchritudine variegata in cœlos ſcanderet. Opem iterum offert Ambroſ. ſerm. 21. *Qua autem ratione Spiritus ſanctus ad Chriſtũ in ſpecie columbæ deſcenderit, videamus. Quòd autem Chriſtus colũba ſit, Prophetа dicit ex perſona ipſius deſcribens poſt paſsionẽ reditum eius ad cœlos. Quis dabit pennas ſicut colũbæ, & volabo, & requieſcã? Cũ ergo Chriſtus Dominus initiaret Eccleſiæ ſacramẽta, cœlo ſupervenit columba.*

Pſal. 54. 7.

Ambroſ.

81 Hac te quoq; veritate imbuet portẽ-

tum illud in Dominico interitu patratum:
Matth. 27. 52. *Monumenta aperta ſunt, & multa corpora ſanctorũ, qui dormierant, ſurrexerũt*, Matth. 27. 52. ut quid ditio immutatur mortis, infringitur ius ſepulchri, thartari poteſtas diſſolvitur, Chriſto oppetente mortẽ? Meatum ſuum cur natura perdit, & eius fiunt leges, quæ illuc uſque ſtabiles viguerãt, abrogatæ? Meherclè ut eodem ſimilitudinis & novitatis nodo initia Chriſti & finis, nativitas & mors conſtringãtur. Præſcripta naturæ naſcente Chriſto invalidata fuêre & abrupta, eius ordo diſciſſus, ſeries nativitatis ſuum cardinẽ ignoravit, deſcivit à ſuo tramite lex cõceptus. Iure naturæ Chriſto naſcente innovato, cur ipſo moriente ſuam inviolatam ſervaret vetuſtatem? Prævaleat adverſus naturam vitæ Chriſti exitus, ſicut eius ingreſſus invaluit, & ne alter alteri privilegia dignitatis veluti invideat, æquali uterque gloria decoretur. Subventat Chryſoſt. hom. 5. de Iuda proditore: *Sicut naſcẽte Chriſto cõceptus neſcivit ordinẽ, ſuũ partus nõ agnovit uſum, nõ tenuit ius naturæ; ita moriente Deo, ditione perdidit thartarus, quos tenebat: abiecit infernus ius poteſtatis antiquæ, inveteratæ legis decretũ novo ſanctionis ordine mors amiſit.* Chryſoſt. aſſiſtit Amedeus hom. 4. ubi de nocte agẽs, quæ Chriſtum iuſtitiæ Solem effudit in lucem, ait: *De hac nocte per Pſalmiſtam dicitur: Nox illuminatio mea in delicijs meis; & converſus ad Dominum dixit: Tenebræ non obſcurabuntur à te, & nox ſicut dies illuminabitur; ſicut tenebræ eius, ita & lumen eius. Fulgebat aëris grata & ſerena tẽperies, & cuncta pacatà in ordine ſuo auctorem ſuavitatis & pacis veniſſe teſtabãtur. An nõ putas in ortu Chriſti cuncta paeata, quæ legis illo moriente cuncta turbata? Morientem ſuo ſenſu ſentirent, naſcentem neſcirent?*

Chryſoſt.

Amedeus.

82 Hinc fi mitatẽ ſuam argumentũ noſtrũ capeſſit: nã ſi Marianæ vitæ terminos inſpectes, in eis invenies ſtatuta corruiſſe naturæ, nec latam illam cõmunem legem:
Gen. 3. 19. *In ſudore vultus tui veſceris pane tuo, donec revertaris in terrã, de qua ſumptus es: quia pulvis es, & in pulverẽ reverteris*, Gen. 3. 19. Mariæ offeciſſe, cuius enim nõ fuit corpus cinefactũ, nec in ſepulchrũ deſcẽdit, ut cõpagibus ſuis ſolveretur, & videret corruptionẽ: imò in morte Filij privilegijs gaviſa eſt, cuius corpus quẽadmodũ nati nõ ſolũ integritatẽ incorruptionis ſervavit, & à generali cineris & favillæ lege fuit abſolutũ, ſed ſceptrũ mortis cõvulſit, eiuſq; diſſipavit imperiũ: cuius dignitatis excellentiæq; & à cõmuni corruptionis decreto exẽptionis ſe parentẽ ſuã facturũ participẽ iã olim prædixerat Filius ſacer, cũ per Salomonẽ inducit matrẽ ſuã ſic ſe alloquentẽ: *Ecce tu pulcher es, dilecte mi & decor. Lectulus noſter floridus. Tigna domorũ noſtrarũ cedrina, laquearia noſtra cypreſſina*, Cãt. 1. 16. Pulchra ſanè Guillelmi in locũ præſentem interpretatio, in lectulo intuẽtis Chriſti ſepulchrũ pariter & Mariæ, & in florũ ornamẽto pernicẽ utriuſque reſurrectionẽ, nã iacẽti Chriſto in ſepulchro cõiacuit mater, & illius glorioſæ reſurrectionis novitate pariter ipſa revixit: & gloriæ immarceſcibili cultũ decoreq; refloruit: *Verè tu pulcher es dilecte mi & decorus, ſed ſecundũ lippientem obtutũ humanũ, nõ eſt tibi ſpecies, nec decor, verè tu Sol iuſtitiæ, in cuius pennis ſanitas, ſed eclypſim ſacræ mortis patiẽdo pro hominibus, niger apparebis hominibus, quaſi ſaccus cilicinus, & quaſi lumen extinctũ abſconderis ſub modio, poneris in monumento. Verũ quæ utilitas in ſanguine tuo, ſi deſcendas in corruptionẽ? ergo die tertia refloreſcet caro tua, erit lectulus tuus floridus, lectulus ſcilicet ille, in quo caro tua per triduũ requieſcet in ſpe. Lectulus ille tuus non nè & meus? nẽpè per maternum ero tibi cõmortua & cõſepulta affectũ. Ergo lectulus noſter floridus, id eſt, refloreſcẽte carne tua, vernabit floribus novæ reſurrectionis. Tigna domorum noſtrarũ cedrina, laquearia noſtra cypreſſina. Verè caro tua requieſcet in ſpe citæ reſurrectionis. Verè non dabit Deus Pater Sãctũ ſuũ videre corruptionẽ, quia etſi domũ luteam habites, id eſt, corpus terrenũ & fragile, quod ex me ſumere dignatus es, nõ tamen conſumetur à tinea corruptionis, quia tigna habet cedrina, & laquearia cypreſſina, id eſt, tutum à generali corruptione, qua omnis caro in ſuã redit originẽ.* Sed diſcutiendũ ſupereſt, cur edito ſingulari lectulo, domus pluraliter inducũtur? *Lectulus*, inquit, *noſter floridus, tigna domorum noſtrarum cedrina.* Verè lectulus, dixit Maria, cũ egit de nati tumulo, quem eximius pariterq; ardens amor ſuũ effecit, iuſq; ſingularitatis lex nõ abrũpit amoris, nec res multiplicat, ſed in maiorẽ arctiorẽque redigit unitatẽ: & quia vi amoris Filij ſepulchrum fecerat ſuũ, ſingulare nec diviſum illud reliquit. Cæterùm domorum invehit pluritatẽ, id eſt corporũ Filij ſuique, ut iure ſecluſo amoris, qui amantiũ corpora in unũ colligat, innoteſcat; quòd corpus ſuum ut à corpore Filij diſtinctum illius prærogativis potitur, & quemadmodum Filij corpus tigna habet cedrina, pariter habet & ſuum; ſuperior contignatio, in qua faſtigiatur domus, vitæ humanæ deſignat extrema: quia domus ſicut à fundamentis inchoat, ita in tignis terminatur; tigna ergo

Cant. 1.

Guillelm.

tam

tam Mariani corporis, quàm corporis Filij ſimul cedrina vocantur; quia utriuſque vitæ terminus incorruptionis fuit prorſus expers; tenuit eorum corpora ſepulchrũ, ſed non corruptio, imò citò ſepulchrũ illa rediviva evomit, quia non tam ſepulchrum, quàm vulva ea in immortalitate fundẽs cẽſendum fuit. Ergo ut oſtendat Maria, ſuum corpus nõ ſecus ac corpus Filij contra naſcentium ius (quorum corpora pulvere hinc inde metantur, nam quæ auſpicantur à pulvere, in pulverẽ demigrant) incorruptionis dote fuiſſe præditum, ſermonem æquè ac de filij corpore inſtituit, eaque non tam cedro notat digna, quàm cedrina, utpotè quæ tinea corruptionis nec terebat, nec conſumpſit. Sic Guillelmus, qui poſtquàm exquiſierit cur ſponſa, nõ domus dixerit, ſed *domorum noſtrarum*, reſpondet: *Quia non tantũ domus Ieſu, ſed & domus Mariæ hoc privilegium commune fuit: ideò enim corpus Matris propter corpus Filij cum corpore Filij à generalis lege corruptionis exceptũ perpetuæ imputribilitatis gratia conſervatum fuit.* Accinit ſuaviter Alanus: *Domus hæ intelliguntur corpus Chriſti, & corpus Virginis, tigna domorum ſubſtantiæ corporum, quæ dicuntur cedrina, id eſt, imputribiles: Cedrus enim imputribilis eſt; ſicut enim credimus corpus Chriſti putredine non eſſe reſolutum. Vnde legitur Pſal. 15. Nõ dabis Sanctum tuũ videre corruptionem: ita probabile eſt à corruptione putredinis alienũ eſſe corpus Mariæ.* Sed rurſus urgeo: quãobrẽ tecta domorũ, id eſt, Chriſti corporis, & Mariæ ſuprema ſignãter ab incorruptione, nõ verò fundamenta, hoc eſt, cõceptiones eorum, & prima exordia vitæ ab imputribilitate commendantur? Numquid eorũ generationes peccati fuerũt corroſione labefactatæ, vel cariei univerſalis ſceleris dẽtibus comminuta? Apage. Initia enim, & cõceptiones vitæ in laudatione incorruptibilitatis finisearũ ſatis sũt approbata: otioſa namque & ſuperflua videtur principiorũ approbatio, cùm de finis cõmendatione affatim liquet; ea enim eſt ſacræ Paginæ phraſis, & aſſuetus ſtylus, ut altero ex extremis celebrato, nempè vel rei exordio, vel fine, alterius laus ſuperfluat: adeò namq; ſibimet æqualibus perfectionis, & ornamenti lineis reciprocè reſpondẽt, ut unius venuſtate inſpecta, alterius ſit pulchritudo ſpectata: etenim iudicium ſpeciei unius offert alterius ſpecies intuita, ſicut obverſantis vultus docet te decorẽ, vel deformitatẽ forma illius in ſpeculum reſulta. Nã quæ ſuadet ratio, ut divina Providentia legi peccati per propaginem effluentis arctius conſuluerit, eamq; firmiorẽ ſtuduerit ſtabiliri, quàm corporũ cinefactionis decretum, cùm utrâque ab eodem pectore emanarit? Solutum fuit decretũ hoc in Maria, vel ab eo illa exempta fuit; & lex illa illibata, & intemerata permanebit, aut Maria in illa cõprehẽſa cenſebitur?

Guillerm.

Alanus.

§. IV.

Præſtans divinæ maternitatis dignitas, velut centrum eſt in vita Mariana, ex quo exoriũtur gloriæ ſplẽdores initium, & terminum eius illuſtrantes; & ex ſimilitudine, qua in rectæ diſpẽſationis ordine initiũ, medium & finis mutuò ſibi cohærent, argumentum pro intemerata Mariæ conceptione depromitur.

83 FIrmatur *divinæ Providẽtiæ egregius ordo, qui pari vel ſimili honore initia, media, & extrema excellentiorũ operũ afficit. Teſtis eſt Moyſes, in cuius vitæ initio leges abrogantur, Exod. 1. 16. in eius termino naturæ præſcripta corruerunt, Deut. 34. 1. in eius medio naturæ curſum frequenter immutavit, & præſcidit, Eccli. 45. Qui locus lucem accipit, ex Tigurina, Syro, Vatablo, Nazianzeno, mentem fulciunt Niſſen. & Ambroſ.*

84 *Huius ſapientiſſimi ordinis teſtẽ ſe præbet Ioannes Baptiſta, cuius vitæ initium mirabile extitit, Luc. 1. 65. mirabile mediũ, Luc. 1. 15. & Matth. 3. 4. ex Orig. ſingularis finis, ex Chryſolog. Pretioſa mors Baptiſtæ; ideò caput eius in diſco introducitur, Marc. 6. 25. ex Chryſolog. Rurſus gemina ſuboritur ſimilitudo inter initiũ, medium & finem vitæ Ioãnis. Dum viveret Ioãnes, vocis munus obijt, Matth. 3. 1. & 5. ex Chryſoſt. & Imperfect. Huic medio reſpondit initiũ, Luc. 1. 41. ex Bernar. Leon. & Chryſol. reſpondet & finis, ex Chryſol. Rurſus in fine vitæ Ioannes vinculis ligatur, & carcere clauditur, nec vocis officium omittit, Matth. 11. 2. In vitæ initio Ioãnes uterũ tanquã carcerem ſuſtinet, nec à prædicatione ceſſat, per Chryſoſt. Fini & initio mediũ vitæ eius aptatur, quia eremus, in qua Ioãnes prædicavit, inſtar carcerĩs illi fuit, Matth. 3. 5. ex Philone & Auguſt.*

85 *Is ordo ſplẽdet in triplici Chriſti nativitate, quas Patres expendũt: prima æterna; ſecũda tẽporali; tertia, qua ex ſepulchro proceſſit ad gloriã, & ſingulæ virginitate accingũtur, ex Ambroſ. & Aug.*

86 Servatur etiam is ordo in principio, medio, & fine prædicationis Chriſti. In principio Matt. 3. 16. Filius Dei evulgatur. In medio quoque Matt. 17. 5. Rurſus in fine, ex Alberto Magno, qui eſt ductus a loco ad Hebr. 1. 6. quẽ explicãt Ambroſ. Hilar. Chryſoſt. Vatablus, Ianſen.

87 Quã parili fulgori maieſtatis debeãt ſplẽdicare exordia, media & extrema ingentis myſterij docet ſacramentũ tranſfigurationis, inquo quaſi ſubæquali gloriæ habitu cõprehendebantur Chriſtus, Moyſes & Elias, ex Tolet. & Origen. & ex Luc. 9. 33. Quia Moyſis initiũ fuit veteris teſtamenti, quod quidẽ exordiũ & auroră præſtitit Evãgelio, ex Origen. & Hiero. Elias illius finis exiſtet, & medius inter ipſos Chriſtus tanquã plenũ & mediũ ferorẽ Evãgelici ſolis oſtẽtãs, per Tertul.

88 Ex his validũ deſumitur argumentum pro nobili Mariæ origine, cuius vitæ initium nõ debuit abſimile evadere medio, & fini. In fine Mariæ mors attrita eſt, & eius ſtimulus obtuſus, ex Amedeo, & id fuit primum impoſsibile naturæ.

89 Secũdũ impoſsibile fuit lex abrupta & diſciſſa generalis incinerationis indicta filijs Adæ, ex Richar de S. Laurent.

90 Tertiũ impoſsibile gloriæ dignitas, & à dextris divini Filij cõſeſſus, ex Amedeo, Ildephonſo ad Matth. 19. 28. & Petro Damiano ad Cant. 8. 5. & Ambroſ.

91 Triplex aliud maieſtatis impoſsibile effulſit in Marianæ vitæ medio. Primum cùm voto virginitatis emiſſo coniugium non abnuit, ex Pet. Bleſen. Secundũ, quòd fragili utero immenſam divinitatis molẽ ſuſtineret, Luc. 1. 19. ex Chryſol. & Luc. 1. 30. & 35. per eundẽ. Tertium, virginitas in cõceptu, partu, & poſt partũ, Iſai. 7. 14. ex Chryſol. Addito quòd lex dolorum parturiẽtibus edita adeò deleta fuerit in Virgine, ut gaudij immenſitatẽ ex Filio nato vix abſque miraculo eius animus capere valeret, ex Amedeo.

92 Profecto à ſuo ordine deficeret divina providentia, ſi Mariæ vitæ initiũ, hoc eſt eius cõceptio, à gloria medij & finis deficeret: dignitas divinæ maternitatis quaſi cẽtrũ & mediũ in Mariæ vita tenuit, quod exigebat tã initiũ, quàm finẽ illius ſingularis gloriæ prærogativis cumulari ex Amed. & Ildeph. Illuſtrantur verba Origen. in ultima gloria Mariæ gloria cõceptionis cãdicabat. Expendũtur Pet. Damian. Amede. & Chryſol. Sponſalia Chriſti cũ Maria celebrata fuerunt in primo Marianæ generationis inſtanti, ibi tanquã Sponſa fuit oppignorata: inſignis locus Chryſol. illuſtratus à Tert. Arrha huius ſpõſalitij fuit Spiritus ſanctus, ex Damaſc. illuſtratur amplius ex Gen. 2. 24. per Richar. de S. Laur. diſcrimen inter generationẽ Mariæ & cæterarũ parentũ, ex Anſel. Generationẽ Mariæ potuit eius Filius efficere, nõ reliqui nati ſuarum conceptionem parentum.

93 Cõmendat Pet. Damian. mutuã ſimilitudinem, qua ſibi reſpondent Mariæ vitæ initium, medium, & finis, ex loco Cãtic. 6. 9. & in aurora nititur Mariæ generationem effigiari.

94 In Lunæ claritate ſpeculatur Pet. Damian. vitæ Mariæ ſanctitatem, in Solis ſplendoris maternitatis excellentiam.

95 In fine vitæ conſiderat Mariam ſuper Solem evectam, & explicat locũ Cãt. 8. 5. eius verba elucidantur: evinciturq; ex divinæ maternitatis Sole provenire radios, qui Mariam in ſua conceptione auroram præſtiterunt, & luminis immenſitas, qua in Aſſumptione coronata eſt. Adſtat Guillelmus.

96 Præindicatum Cant. 6 9. interpretatur Rupert. & in auroræ luce agnoſcit Maria regiam generationem, in Lunæ plenitudine maieſtatem maternitatis, in ſolo fulgore gloriam aſſumptionis; unde initium, medium, & finis ſplendidæ nobilitatis cognatione fulgent, cùm non ſit alia lux Auroræ & Lunæ à Solis luce.

97 Phœnicem ſingularem & unicam avem meritò appellat ſanctiſsimam Mariam Amedeus, cuius gratiæ & privilegiorum ſingularitas unicam illam efficit: Phœnix ſimillima habet initia, media, & extrema vitæ. Incendium pro termino habet, ex Lactantio, ab illo formationem ſuam auſpicatur, ex Claudiano. Vnde à Clemente Romano appellatur Sogena, quaſi à Solis radijs genita. Igne & fervore Solis paſcitur & vivit, ex Claudiano. Maria non ſecus ac Phœnix moritur. Locus Cant. 3. 6. ex Ildephonſo.

98 Medium vitæ nanciſcitur Maria Phœnicis medio nõ diſpar; unde eſt mulier amicta Sole, Apoc. 12. 1. Flãmis nutriebatur in conceptu Filij, quemadmodum rubus ille ardens, Exod. 3. 2. per Amed. Imò mater & Filius invicem ſibi cibus erant, & alter altero paſcebatur, Ezechiel. 44. 3. per Richard. de S. Laurẽt. & Luc. 2. 19. & 51. per eundem.

99 Corpus Mariæ formatũ nõ ſecus ac Phœnicis corpus ex parẽtũ cineribus. Corpus ſenectute & ſterilitate laborãs emortuũ vocatur ab Apoſt. ad Rom. 4. 19. ex Cyrillo Ieroſoly. Quomodo divini Spiritus ardor mundaverit, accenderit, & excoquerit officinam, in qua Maria concepta

eſt,

eſt. ex Fulberto, Ildephonſo, & Chryſol.

100 *Illuſtrantur verba Ildephonſi innuentis, Mariam in ſua cõceptione ad divinæ viſionis gloriã fuiſſe elevatã, ad quã Gerſon & Bernar. referunt viſionẽ mulieris Solem amictæ, & prædictã Apoc. viſionẽ Eccleſia Marianæ adſcribit cõceptioni.*

101 *Fax præfertur verbis Ildeph. aſſerẽtis Mariã in ſua aſſumptione extitiſſe formã Eccleſiæ Dei, ex quo arguitur originalis nobilitas Mariæ: nã ab Eccleſiæ generatione procul abfuit originalis ſceleris infamia, Geneſ. 2. 22. Ad Epheſ. 5. 29. & 25. quẽ plures Eccleſiæ Patres de Eccleſia Militante interpretantur: argumentum confirmat Auguſtinus.*

102 *Heronym. ex Geneſ. & ad Epheſ. locis adſtruit Eccleſiæ fœcundã maternitatẽ; & Chryſoſt. ex 2 ad Corint. 12. 2. Eccleſiã perpeti virginitate eſſe præditam. Vnde in Mariæ termino dum illa Eccleſiæ formam præfert, gloria initij vitæ eius & medij, cũ gloria ipſius finis colligatur.*

103 *Principium, mediũ & finis vitæ Chriſti in Maria bonoribus afficienda ſimillima ſe oſtenderunt. Conceptio Chriſti honor fuit Parentis, ex Richar. de S. Laurentio, & Chryſol. atque Amedeo.*

104 *Medium Chriſti vitæ obedientia fuit Mariæ, Luc. 2. 51. ex Bernar. cuius verba exviſcerantur. Primum divinæ potẽtiæ miraculum pietati erga Mariam dedicatum, ex Bernardo, & Maximo.*

105 *Pietas erga Mariam ultimam periodum vitæ Chriſti impoſuit, ut amor parẽtis velut regio diademate Chriſti vitam incingeret, ex Arnoldo Carnoten.*

106 *Locus Cant. 4. 7.* Tota pulchra es amica mea, &c. *oſtenditur principium vitæ Marianæ, medium & finem reſpicere, & ſingulare cuiuslibet præferre elogiũ, per Hugon. de S. Victor. & Idiotam.*

107 *Speciali novaque luce reſpergitur prædictus locus Cant. 4. ex 1. Ioan. 5. per Auguſtinum, Didymum, & Oecumeniũ, & Matth. 5. 13. per Hieronym. & Oecum.*

83 NON ſolùm principium, & finis in divinæ providentiæ ordine ſimilitudinis vinculo copulatur; ſed in celebrioribus, illuſtrioribuſque Dei operibus & ſacramentis initium, medium & finis gloriæ cuiuſdã cognatione inter ſe connectuntur, ſimiliſque maieſtatis ſpecies in eis ſparſa reſplendet: unde divina Providentia à ſuæ ſapientiæ præſcripto defeciſſe videretur, ſi mediũ & finem operis ſui honorans, initium reliquiſſet ingloriũ. Hoc divinę Sapientiæ præſtructum conſilium fulciendũ, & illuſtrandum nobis eſt, ut inde originẽ Mariæ, hoc eſt initium vitæ eius inclytũ, & mirabili claritate conſpicuum manifeſtè evincamus. Moyſes tibi primus mẽtis obveniat aſpectibus, miraculis clarus, ſanctitate inſignis, Dei familiaritate, & amicitia præcelſus, quem divina potentia Pharaonis Deum conſtituit. Huius herois proceriſsimi vitæ exordium, mediũ & terminum parili quadã gloriæ prærogativa ſpectabis ſe mutuò reſpicientia, & in legum iure abrumpẽdo, & ſuperando miræ poteſtatis excellẽtia cognata. Etenim cùm lex lata eſſet ab iniquo truciq́ue Pharaone, quæ Iſraëlitarũ infantibus mortẽ minabatur, iubebatq́; illos illicò ac in lucẽ editos, mortis tenebris ſepeliri; Exod. 1. 16. Initiũ vitæ Moyſis eam legẽ devicit, & cõculcavit; eiuſq́; gratus decor impulit Pharaonis filiã, ut ipſum propriæ parenti traderet ſuis ſumptibus nutriendum; & à tyranno ipſo, qui legem condiderat, fuit educatus. Lõgæva iã ætate provectus mortis diſſolvit præſcripta, & in cõflictu cũ morte habito adeòeã defatigavit oppreſsitq́ue, ut nulla illius inſe indicia pateretur, quo innueret, nec vulnus ſe ab ea accepiſſe. Sic enim Textus ait: *Mortuuſq́; eſt ibi Moyſes ſervus Domini in terra Moab, iubẽte Domino*, ſeu ut aliâ littera habet; *Per verbum Domini. Et ſepelivit eum in valle terræ Moab contra Phogor, & nõ cognovit homo ſepulchrũ eius uſque in præſentẽ diẽ. Moyſes centũ & viginti annorũ erat, quando mortuus eſt, non caligavit oculus eius, nec dẽtes illius moti ſunt*, Deut. 34. 1. Per verbũ Domini animã efflare potius eſt vivere quàm mori; quia Domini verbũ non tã aufert ſpiritũ, quàm affert, unde obitus Moyſis, nõ tã dicẽdus eſt mortis, quàm felicioris vitæ deguſtatio: unde indiciũ mortis illius, hoc eſt ſepulchrũ diſperijt. Cur enim dicendus erit tumulari, qui Dei manibus ſepeliebatur, quibus vitæ imperiũ viget, & mortis disijcitur Regnum? imò prævium mortis ſatellitium, quales ſunt ſenectutis impreſsiones, vultus rugis exaratus, oculorũ debilis functio, pallidus color, dentiũ defectus, nihil adverſus Moyſen invaluit: ex pugna enim cũ morte integer, & illæſus exivit, glorioſum de illa agens triumphũ. Mediũ vitæ illius non tam humana, quàm divina fuit potentia honoratus, ideò Dei nomẽ illi impoſitũ; corã ipſo enim natura leges ſuas dediſcebat, curſum ignorabat, imperijs ſemper Moyſi obediẽs. Eccli. 45. 1. De eo enim Eccleſ. ait cap. 45. 1. *Dilectus Deo, & hominibus Moyſes, cuius memoria in benedictione eſt. Similẽ enim illũ fecit in gloria Sanctorũ, & magnificavit eum in timore inimicorum, & in verbis ſuis monſtra*

placuit. Glorificavit illum in conſpectu Regum, &c. Magnificavit, inquã, eum Deus in timore inimicorũ, quia per Moyſen tot prodigia in deſerto & in Ægypto patrantẽ incuſsit Deus ingentẽ timorẽ & pavorẽ Pharaoni & Ægyptijs, Amalecitis, cæteriſque Chananæis Hebræorũ inimicis. Vnde Tigurina vertit: *Effecit eũ magnũ terrendis hoſtibus.* Timebant enim Ægyptij & Gentes Moyſen quaſi fulmen, & quaſi Iovem ſuum tonantẽ, & fulminantem, dũ tonitribus, fulminibus, ignibus, grãdinibus, cæteriſq; plagis prece à Deo elicitis verberabat Ægyptũ. Vnde optimè Syrus trãsfert: *Magnificavit* (vel; *nutrivit eũ*) *benedictionibus, & corroboravit eũ ad terrores.* In verbis eius mõſtra placavit, iuxta Græcũ: *Signa & portenta quieſcere & ceſſare fecit*, quia mõſtroſas & portentoſas plagas prece Moyſis infligtas, eiuſdem prece ſedabat, & auferebat Deus: uti ranarũ plagã ſedavit, Exod. 8. 9. Cõtrariè Tigurina: *Per huius iuſſa deſignavit miracula: niſi malis*, inquit Vatabl. *ſolvit præſtigias*, nempè Magorũ Pharaonis. Virga enim Moyſis cõverſa ab eo in ſerpẽtem devoravit virgas Magorũ ab eis pariter in ſerpentes cõverſas, Exod. 7. 12. & ex utraq; lectione is ſenſus effici poteſt: Moyſes fecit ſigna, id eſt decẽ plagas quieſcere in Ægypto, id eſt, plagas has demiſit in Ægyptũ, ut illã occuparẽt, in eaq; quieſcerẽt. Sic enim ranæ, ciniphes, locuſtę, grandines, tenebræ, iuſſa Moyſis occuparũt totã Ægyptũ. Vtrũque verũ, utrũq; magnificũ, & glorioſum Moyſi, & utrũ maius ſit, incertũ: tam enim glorioſum fuit Moyſi plagas cœleſtes ad nutũ inhibere & ſiſtere, quã eas evocare, & infligere. Quamobrẽ Moyſes à Nazianz. orat. 1. appellatus eſt: *Miraculorũ epilogus.* En quã ſimili prærogativa ſingularis potẽtiæ prædita ſibi reſpondeant principia, media & extrema vitæ Moyſis, nulla enim lege tenebantur conſtricta, eiuſque gloriæ oſtẽtandæ leges ſubſerviebant vim ſuam infringentes. Præclarè tẽ obſervavit & cõmẽdavit Niſſen. lib. de myſti. interpr. vitæ Moyſis prope fin. *Natus eſt Moyſes, cùm iniuriam partui maſculi Ægyptij facere putabant; cùm lege tyrãnus mares parvulos inſequebatur: ſed à parentibus primũ, deinde ab ipſis legũ perniciosis latoribus ſublatus, ſuperavit legis minas, & vixit. Ita qui lege mortis eum dãnarunt, non ſolùm vivere, ſed & benè quoque vivere eũ curaverũt, &c. Studet cõmunem facere ſuis felicitatẽ ſibi divinitus præſtitã. Qua in re dupliciter vim ſuæ virtutis manifeſtavit, cũ Ægyptios reſiſtẽtes multis malis atque crebris vulneribus, tũ ſuos ab omni ſemper imminẽti calamitate conſervãdo. Ducit per mare ſiccis tamen populũ pedibus, nõ manibus, ſed fide pelagus tranſit. Fecit ut profunda maris terra ſicca Hebræis eſſet, Ægyptijs verò ut erãt profunda & aſpera maria, &c. & poſt hæc omnia in montẽ requietis aſcẽdit. Nec enim illicitur terrenis, qui cœleſtibus invigilavit, ſed rurſum ad ipſum mõtis verticẽ cõſtitutus, ut peritiſsimus ſtatuarius, tota vitæ ſuæ diligenter cõfecta ſtatua, non finẽ in extremo fictionis termino, ſed verticem impoſuit. Quid enim dicit hiſtoria de ipſo? Mortuus eſt Moyſes ſervus Dñi per verbũ Dñi, nec ullus novit ſepulchrũ eius, nec oculi eius caligaverũt, nec facies eius corrupta eſt, &c. Hoc autẽ ipſi virtuoſæ quoq; vitæ huius ſæculi finẽ affert verbo Dei cõſummatũ, finem dico vivũ, cui nõ ſuccedat ſepultura, cui non addatur tumulus, qui nullã oculis caliginẽ, nullã faciei corruptionẽ inducat.* Incipit ergo vita Moyſis intrà iura mortis, illius dirimẽdo legẽ, & ab illis provehitur, qui adverſus eam legẽ promulgarunt. Adoleſcit vita Moyſis, & incremẽta ſuſcipit naturæ curſũ, & præſcripta diſſolvendo, ſemper ad altiora ſublimatus, ſemper celſior ſemetipſo factus, ad finẽ denique pervenit, qui in Moyſe nõ finis fuit, ſed perfectio: ideò Niſſenus venuſta ſtatuarij metaphora & ſimilitudine utitur, qui ſtatuã fingens, & ad extremũ eius perveniens terminũ, non finẽ imponit, ſed verticẽ & coronidem; finis enim vitæ, qui alijs interitus & ruina, Moyſi vitalis cõſummatio fuit, ideò eleganter finẽ eius vivũ dixit, cui ſepulchrum non ſucceſsit. Quocirca finis, qui alijs cõmuni lege mortem affert, legem abrogando cõmunem, Moyſi vitam peperit. Quocirca Ambroſ. lib. de paradiſo cap. 2. medium vitæ Moyſis cũ eius termino contendens, ſic inducit: *Etenim victor paſsionũ omnium, nec ullis captus ſæculi illecebris, qui omnem iſtam ſecundum corpus habitationem cœleſtis puritatẽ converſationis obduxerat, mentẽ regens, carnem ſubijciens, & regia quadã auctoritate caſtigãs, nomine Dei vocatus eſt, ad cuius ſimilitudinẽ ſe perfectæ virtutis ubertate formavit. Et ideò non legimus de eo, ſicut de cæteris, quia deficiẽs mortuus eſt, ſed per verbũ Dei mortuus eſt. Deus enim neq; defectionẽ, aut diminutionẽ patitur, neq; adiectionẽ capit. Vnde & addidit Scriptura: Quia nemo ſcit ſepulturã eius uſque in hodiernum diem, ut translationẽ magis quã interitũ intelligas.*

84 Eadẽ prorſus in B. Ioanne Præcurſore Dñi licet ſpeculari, cuius mirus ortus, mirus vivendi ordo, mors ſingularis; mirabile ſanè vitæ illius initiũ, cuius novitas timore & ob ſtupore cunctorũ animos implevit: *& factũ eſt timor ſuper omnes vicinos eorũ, & ſuper omnia mõtana Iudææ divulgabãtur omnia ver-*

Tigurina.

Syrus.

Exod. 8. 9.

Tigurina.

Vatablus.

Exod. 7. 12.

Nazianz.

Greg. Niſſenus.

Ambroſ.

Luc. 1. 65.

verba hæc, & poſuerunt omnes, qui audierant in corde ſuo, dicentes: Quis putas puer iſte erit? Etenim manus Dñi erat cum illo, Luc. 1. 65. Admirabilis etiã vivendi ſeries; de qua Angelus parenti prædixerat: *Erit*
Luc. 1. 15. *enim magnus coram Dño, & vinũ & ſiceram non bibet, & Spiritu ſancto replebitur adhuc ex utero matris ſuæ; & multos filiorũ Iſrael convertet ad Dñm Deum ipſorũ: & ipſe præibit ante illũ in ſpiritu & virtute*
Matth. 3. 4. *Eliæ, &c.* Luc. 1. 15. & Matth. 3. 4. ait: *Ipſe autem Ioannes habebat veſtimentum de pilis camelorum, & zonam pelliceam circa lumbos ſuos; eſca autem eius erat locuſtæ & mel ſilveſtre.* In quem locum Origen. hom.
Origenes. 11. *Ioannes nutriebatur novo, & extra naturã humanam modo, idipſum Matthæo memorante. Cibus autem eius erat locuſtæ & mel ſilveſtre. Non habuit domeſticũ & humana diligẽtia percolatũ; ſed ſilveſtre mel, & volucre nõ grãde, nõ in ſublime ſe elevãs, verùm volucre parvum, & vix à terra cõſurgens, & ſaliens potius quã volans. Quid plura? Manifeſtiſsimè dicitur, quòd locuſtæ fuerunt cibus eius, parvulum animal & immundum. Conſiderate ergo, fratres chariſſimi, quòd qui novè natus fuerat, novè nutritus eſt.* Admirationi nativitatis, curſus vitæ novitati (ut initium, mediũ, finiſq; vitæ Ioannis mutua in ſe ſimilitudine implecterentur) mortis ſucceſsit ſingularitas. Qui enim ſingulariter natus eſt, & vixit (inquit
Chryſol. Chryſologus.) non potuit nõ ſingulariter mori, ſerm. enim 89. ſic ſcribit: *Nunc eloquamur, quæ vinculorũ cauſa, carceris quæ neceſsitas, quæ mortis utilitas fuerit in Ioãne. Ioannes non potuit mori cõmuni ſorte, qui natus eſt privilegio ſingulari.* Et fortè ſingulariter & novè mortuus eſt, quia pretiosè mortuus eſt: pretioſitas enim rei & novitas aſſueſcũt reciprocari. Nã quæ nova ſunt, habentur pretioſa; & quæ pretioſa nunquã vileſcunt, ſed ſemper ut rara & nova æſtimãtur. Hinc Petr. Chryſol. inquiens, quam ob cauſam temeraria & procax Herodiadis filia petierit à Rege caput Ioannis in diſco
Marc. 6. 25. ſibi tradi: *Volo ut protinus des mihi in diſco caput Ioannis Baptiſtæ*, Marc. 6. 25. neque enim eo conſilio honoris & reverentiæ cultũ Præcurſori procurabat, quæ illum exosũ habebat; cẽſet id divinitus actũ, ut tanti facinoris novitas pretiosè induceretur, auctoritatiſq́ue faſtus martyrij conciliaretur maieſtati. Diſtorſit enim divina Sapientia fœmineum conſilium, & caput, quod illius furor petebat in diſco ſibi præſentari, ut oſtẽderet illum cibũ eſſe quo ſua geſtiebat crudelitas ſaginari; ſtatuit Deus in diſco tanquã quid ſingulare & pretioſum portari. Sic
Chryſol. enim ille ſerm. 174. *Volo ut des mihi in diſco. Cur in diſco? Cur pretiosè geſtas, quẽ viliter occidis, niſi quia pretioſa in conſpectu Dñi mors Sanctorũ eius? Hoc ipſum, quod vis, non agis quomodo ipſa vis, quia agit te ſuperna ratio aliter quàm vis: in illo quidẽ tunc feralt antro, nõ aula Regis, rabies tũc fera paſtũ ſuum credidit, cùm caput martyris vidit: totum ſuum ſentiens cùm liquorẽ ſacri ſanguinis ſitiens, aſpexit: ferculum crudelitatis ſuæ toto ore, totis faucibus cõtendit, & conatur abſorbere.* Adhuc gemina ſimilitudinis paritate exordium, mediũ, & finem Præcurſoris vitæ attendes, ſi ſapis, inter ſe cõformari. Divini Verbi vocis munus Ioãnes, dum vixit, obijt, Dominici adMatth. 3. 3. vẽtus præcurſor & nũtiator effectus: *In diebus illis, venit Ioãnes Baptiſta prædicãs in deſerto Iudææ, & dicens: Pœnitentiã agite: appropinquavit enim regnũ cœlorũ. Hic eſt enim, qui dictus eſt per Iſaiam Prophetã dicentẽ: Vox clamantis in deſerto, parate viã Dño, rectas facite ſemitas eius*, Matth. 3. 1. Eaque felicitati divini verbi annuntiãdi polluit, ut deſertũ incolens civium turmas tanquam ferrum magnes ad ſe alliceret, cogeretq́; adeò ut civitates deſertas diceres, cernereſq́ue eremũ inſtar urbium hominibus frequentatam: *Tunc exibat ad eum Ie-*Matth. 3. 5. *roſolyma, & omnis Iudæa, & omnis regio circa Iordanẽ*, n. 5. in quem locum appoſitè Chryſoſt. hom. 10. in Matth. *Videſnè quantũ præſentia valebat Prophetæ? Quemadmodũ ad ſe fecit undique populos cõvolare, quemadmodum illos ad peccatorum ſuorum cognitionem reduxit: erit ſiquidem admiratione digniſsimum, tantam in hominis habitu fulgere virtutem, tantamque in illo ſplẽdere libertatem dicendi, quem utique tam ingentem videbant, & adverſus omnem illam multitudinem tanquam contra pueros inſurgentem, plurimaque vultus gratia coruſcantem, &c. ipſum quoque prædicationis genus novũ erat, atque diverſum.* Et ut Imperfect. inquit hom. 3. officiũ perfecti Eccleſiaſtæ explens non tã vocibus quã operibus clamabat, mira enim vitæ ipſius exẽpla, illectivã animorũ virtutẽ gignebant, qua homines à civitatibus averruncabat, & ad ſe Imperfect. cõpellebat: *Amplius reſonabat converſatio vitæ eius in eremo, quã vox clamoris ipſius. Et magis expaveſcere faciebat homines operibus ſuis quã verbis: & forſitã niſi ſermones ſuos cõverſatione huiuſmodi cõmẽdaſſet, nunquam omnis Iudæa ad vocem eius exÿſſet ad eum.* Huic ergo medio vitæ Ioannis adeò apprimè principium & finis ſe exæquarunt, ut antequàm natum, & poſtquàm emortuũ mirandum eum concionatorẽ expaveſceres. Lucernæ enim munus præſtitit in utero matris, lucerna dũ viveret, extitit,

& a lucernæ obſequio extinctus deſtitit. Alvum enim parentis Ioannes nondum formatus infans cathedram effecit, undè cœpit Chriſti evulgare adventum linguam à parente mutuatus, qui illinguis erat. Sic
Luc. 1.41. enim de Eliſabeth ait rextus: *Et factum eſt, ut audivit ſalutationem Mariæ Eliſabeth, exultavit infans in utero eius, & repleta eſt Spiritu ſancto Eliſabeth; & exclamavit voce magna, & dixit: Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus ventris tui, & undè hoc mihi, ut veniat mater Domini mei ad me? Ecce enim ut facta eſt vox ſalutationis tuæ in auribus meis, exultavit in gaudio infans in utero meo*, Luc. 1.41. in quem locum ſic eleganter Bernardus ſerm.
Bernardus. in Natal. S. Ioann. Baptiſt. *Singulariter Apoſtolis, & Apoſtolicis viris dicitur: luceat lux veſtra coram hominibus, nimirùm tanquam accenſis, & vehementer accenſis, & quibus non timeatur à flatu quolibet, aut impulſione ventorum. Dictum eſt & Ioanni. Sed illi in aure audiunt: Ioannes in ſpiritu tanquam Angelus eruditur. Nimirùm tanto propinquior Deo, quanto vox verbo vicina: cui nulla voce alia media, quæ foris ſonet, oportet intimari. Neque enim Ioãnem prædicatio, ſed inſpiratio docuit, quem replevit Spiritus in utero matris ſuæ. Verè ardens, & vehementer accenſus, quem ſic præoccupavit flamma cœleſtis, ut iam Chriſti ſentiret adventum, qui necdum ſentire poterat vel ſeipſum. Nimirùm novus ille ignis, qui recens illapſus è cœlo per os Gabrielis in aurem intraverat Virginis, & per matris aurem introivit ad parvulum, ut ab ea hora vas electionis ſuæ Spiritus ſanctus impleret, & lucernam Chriſto Domino pararet. Fuit ergo iam tunc lucerna ardens, ſed interim adhuc ſub modio, donec ſuper candelabrum poneretur. &c.* Et
Leo. D. Leo ſerm. 5. in Epiph. cap. 1. *Ad ſalutationẽ ipſius Mariæ in utero Eliſabeth nondum natus Ioannes prophetica exultatione commotus eſt: quaſi etiam intra matris viſcera iam clamaret: Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi*: Et Chryſologus
Chryſol. ſerm. 88. *Beatus Ioannes, qui ante Dei ſpiritum intonaret, quàm hominis vagiret in fletu: Beatus, qui ante divina poſſideret, quàm ſortiretur humana: beatus, qui antè meruit cœlum ſcire, quàm terram: beatus, qui antequam videret præſentia, futura meruit nuntiare.* Ioannis initio, & medio vitæ quoq; terminus aſsimilatus eſt. Ad eã enim quæſtionem quam ſuperius diſcuſsimus, nempè, cur caput Ioannis in diſco geſtari puella laſciviens expoſceret, aliam excogitavit Chryſologus rationem: nimirùm, ut Ioannes etiam poſt mortem induceretur inſtar eximij prædicatoris ſuggeſtum tenens, & Herodis immanitatem carpens, à prædicatoris enim munere Baptiſta etiam mortuus non abducitur. Siſtitur enim in diſco coram impijſsimo tyranno tanquam lucerna candelabrum ſuum occupans. Sic enim ille ſerm. 174. *Sed Ioannes venit in ſublimi poſitus, ut lucerna ſuper candelabrum tenebras fugaret, dicente Domino: ille erat lucerna ardens & lucens. Venit Ioannes, ut iudex in tribunali reſplendens, ut qui arguit adulterum, exponeret & damnaret homicidam, & qui piè vivens inceſtum vocarat ad pœnitentiam, reſervarat ad veniam, homicidium etiam damnaret occiſus.* Perpende cœleſtem providentiam, quæ, ne initiũ & finis vitæ Ioannis medio diſsimilia evaderent, miracula edidit, & quoniam Ioannes, dum viveret, lucernæ inſtar ardentis radios erat in orbem emiſſurus, quibus illuſtraret Chriſtũ, & animos gelu torpentes inflammaret, mirè potentiam ſuam exeruit, ut antequam naſceretur lucernæ officium præſtaret, ab eoque poſt ſuum interitum non abſtineret. Sed & ulterius, quæſo, obſerves Ioannem, qui in carcere conſtitutus metam vitæ ſuæ impoſuit, vinculis conſtrictum haudquaquam præpediri, quin Domini ſui adventum præſtantiſsimaſque virtutes evulgaret: undè Matth. 11.2. ait: *Ioannes cùm audiſſet in vinculis opera Chriſti, mittens duos de Diſcipulis ſuis, ait: Tu es qui venturus es, an alium expectamus? &c.* Vt autem exordium ſortiretur vitæ ſuo fini reſpondentem, vitam ipſam à carcere quoque auſpicatus eſt, uterum enim parentis tanquam carcerem ſuſtinuit, & matricis faſcijs velut vinculis obvolutus prædicationis munus exercuit, nec clauſtri obſtaculis ceſsit, quominus Regis ſui adventum indiceret, quadã veluti generoſa impatientia adverſus naturæ cuſtodiam actus, & calcibus eã conatus diſrumpere, ut libera prædicandi facultate frueretur: ſic enim eum loquentẽ dat Chryſoſ. hom. 3. in Natal. B. Ioan. apud Metaphraſ. *Saliebat ſimul chorũ ducens, & agrè ferens, quòd teneretur in utero, exclamabat adverſus menſium converſionem. Tanquam iniuſtam cuſtodiam quatiebat matricem. In clauſtra naturæ inſultabat calcibus, modum naſcendi accuſabat, & clauſis labris vociferabatur figuris; talia propemodum motu dicens Eliſabethæ: Iniquè facis, ò mater, quæ tardas; prophetã geſtas in utero, contines gaudium orbis terrarum; portas Præcurſorẽ Chriſti Regis; contines militem regiæ prædicationis, cõſtringis martyrem, & maiorem omnibus internatos mulierum, & impedis velocem curſo-*
Matt. 11.2.
Chryſoſt.

rem

rem pietatis. Iniquè facis, ò mater, non noſti futura, ignoras ea, quæ ſunt ventura; lux venit, ſolve matutinum. Sol oritur, priùs lucebit Lucifer. In foribus lux eſt, & voce eſt opus. En mutuum principij & finis aſpectum: à carcere inchoat Ioannis prædicatio, & in carcere deſinit. Quamobrem ſcitè apteque Ambroſ. ſerm. 1. de S. Ioan. ſcribit: Ambroſ. *Mirari non debemus, quòd ab Herode miſſus in carcerem, clauſus Chriſtum ſuis diſcipulis intimaret; cùm clauſus in utero eumdem Dominum geſtibus prædicaret.* Vt ſuo utrique medium extremo apta ſimilitudine congruat, non aberrabis prorſus, ſi deſerto, in quo Ioannes degit, & vocis officium implevit & nomen, carcerē meditaberis. Carceris enim eſt hominem aliorum conſuetudini denegare, ab amicorum frequentia & cōverſatione ſecludere, quos frequentes nō habet, niſi ab eis quæratur, & inviſatur, à vitæ commodis, & victus voluptatibus ablegare, quæ quidem omnia Ioannem in eremo conſectabantur: adeò enim à civili politia hominumque convictu & commercio ſe gerebat alienum, ac ſi ſtrictiſsimo carcere detineretur, unde tanquam compedibus arctatus nō adibat ipſe homines, quibus verba faceret, ſed ab urbibus ipſi, ut Ioannem inviſerent, & audirent, egrediebantur: *Tūc* Matth. 3. 5 *exibat ad eum Ieroſolyma, & omnis Iudæa, & omnis regio circa Iordanem*, Matth. 3. 5. Quid non videretur obſeratus muneri prædicationis præfectus, qui diſcentes nō quærebat, ſed quærebatur? Verumenimverò ſi carcer impietatis officina eſt, ſcelerum cavea, ſentina vitiorum, ubi urbium fœtida veluti excrementorum fluenta corrivantur, ut præclarè admonuit Philo lib. de vita Ioſeph: Philo. *Quemadmodum qui cum bonis viris habent familiaritatem, ex iucundiſsimo eorum conſpectu in melius proficiūt moribus; ſic etiam qui cum malis verſantur, affricāt ſibi eorū vitia: facilè enim conſuetudo abit in naturæ ſimilitudinem. Degunt autem carcerum cuſtodes inter plagiarios, fures, parietum perfoſſores, facinoroſos, violentos, ſtupratores, ſacrilegos, à quorum ſingulis nonnihil malitiæ contrabūt, ut ex huiuſmodi collatione, miſcellaneaque temperatura conficiatur una malorum ſceleſta colluvies, &c.* Non immeritò Ioannem deſertum commorantem dixeris carcere cōpreſſum. In eremo enim omnium virtutum everſionem, omnium ſcelerum colluvionē, omnem congeriem malorum, quibus humana premebatur & ſubigebatur natura, Ioannes meditabatur, teſte Auguſtino ſerm. Auguſtin. 20. de Sanct. *Videamus in quo deſerto, id eſt, in Gētilium populo. Vacua enim timore Dei pectora, & Spiritu ſancto carentia deſerto ſqualentis eremi comparantur. Deſertus enim erat hic mundus ab omni cultura fidei, & timoris Dei, & peccatoris ſpinis obſitus ſqualebat tanquam ager incultus, & nullam penitus bonorum operum fœcunditatē attulerat. Mittitur B. Ioannes, qui eum per Propheticam, & Apoſtolicam prædicationem, annuntiando pœnitentiam quaſi rudē campum proſcinderet, fœcundaret, & excoleret, divini Verbi ſeminibus impleret, & ad maturam frugem, id eſt, regenerationis gratiam præpararet.* Igitur deſcendit Ioānes in deſertum tanquam in carcerem omnium horrentem ſilva vitiorum, ut illo incluſus ab exundanti ſcelerum fœce, quibus mœrebat, ſordebatque eum purgaret, & expurgaret, ſicque vitæ illius principium aptaretur medio, medium fini.

85 Tres enumerant Eccleſiæ Patres nativitates in Chriſto, primam æternam, qua ab æterno proceſsit genitus Deus à paterni intellectus vulva, media eſt temporalis, qua homo editus eſt ex utero matris, ultima glorioſa, qua ab alvo ſepulchri triūphans prodijt ad immortalitatem; & tres has generationes cuiuſdam gloriæ vinculo fecit divina Providentia conformes, ut nec prima penitus à media, nec media prorſus diſsideret ab ultima; eas enim gloria complexa eſt virginitatis, & cognatæ ſibi invicem ſuunt decore & candore virgineo. Nam prima vulvam habuit virgineam, vulva enim paterna virgo eſt; media in utero concreta eſt virginali, Maria namque concepit & peperit abſque ullo ſuæ integritatis detrimento; ſepulchrum etiam florentē virginitate alvum præſtitit Chriſto, ex quo in immortalitatis gloriā funderetur: *Erat autem in loco, ubi crucifixus eſt, hortus, & in horto monumentum novum, in quo nondum quiſquam poſitus erat*, Ioan. 19. 41. ut principium, medium, & finis unius gloriæ vinculo, & pulchritudinis ſingularitate mutua germanitate accingerētur. Ambroſius ſerm. 16. confert primam generationem cum ſecunda. Ioann. 19. 41. Ambroſ. *Ideò ergo ſecunda nativitas per immaculatam Mariam, quia prior per divinitatē conſtiterat illibata, ut cui prior nativitas glorioſa extitit, eius ſecunda contumelioſa non fieret, hoc eſt quēadmodum Virgo divinitas ediderat, ita eum & Virgo Maria generaret.* Auguſtinus autem ſerm. 133. de temp. ſecundam cū tertia contendit: Auguſtin. *Novus corpus Chriſti venter concepit, novus tumulus concluſit. Dominica ergo eſt virgo vulva, & virgo ſepultura.*

86 Eamdem ſanè divinæ providentiæ ſeriem perſpicies elucere, ſi ad Chriſti prædicationis exordium, medium & finem attende-

deris, quæ quidem gloria paria evaſerunt ſingulari, etenim in quolibet illorum Chriſtus ab æterno Parente publicum teſtimoniū ſuæ divinitatis accepit. Nam in baptiſmo, à quo Chriſtus prædicationē eſt auſpicatus, Pater Chriſtū à ſe genitū evulgavit; Mat. 3. 16. inquit enim textus: *Baptizatus autem Ieſus confeſtim aſcendit de aqua; & ecce aperti ſunt cœli, & vidit Spiritum Dei deſcendentem ſicut columbam, & venientem ſuper ſe. Et ecce vox de cœlis, dicens: Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi complacui*, Matth. 3. 16. Provecta iam Chriſti prædicatione ad ſui curſus medium Chriſtus Thaborem cum tribus diſcentibus conſcēdit, corporis ſui glorioſam oſtenſionem celebraturus; ubi iterum Chriſti divinitatis Mat. 17. 5. ſolemne teſtimonium intonuit: *Et ecce vox de nube, dicens: Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi benè complacui, ipſum audite*, Matth. 17. 5. Quod obſervavit D. D. Thom. Thom. 2. p. q. 45. art. 4. ad 2. *In baptiſmo, ubi declaratum fuit myſterium primæ regenerationis, oſtenſa eſt operatio totius Trinitatis per hoc, quod fuit ibi Filius incarnatus, Spiritus ſanctus in ſpecie columbæ, & Pater ibi fuit declaratus in voce; ita etiam in transfiguratione, quæ eſt ſacramentum ſecundæ regenerationis, tota Trinitas apparuit: Pater in voce, Filius in homine, Spiritus ſanctus in nebula.* Demum in cruce Chriſti prędicatio fuit conſummata, ſuiq́ue finem & coronam obtinuit: & in tantæ humilitatis abyſſo, ad quem uſque ſe divinitas Chriſti demiſit, æternus Pater cœleſtia comitia cogens, coram ea filij divinitatem aperuit & indixit; teſte Alberto Magno, ſerm. 20. quí inquirens, quare in Calvariæ monte non inſonuit Patris vox atteſtans filij divinam generationem, quæ in Thaboris Alb. Mag. faſtigio edita fuit, inquit: *Multo fortius delectatus fuit in humilitate, obedientia, & patientia eius, quibus inimicorum manibus ſe ſubijciebat crudelibus: Tunc enim præclara Angelorum militia audiente, dicebat: Hic eſt Filius meus dilectus, in quo mihi benè complacui.* Fortè ad huius ſententiæ ſingulariratem adductus eſt Albertus, ex loco Pauli ad Hebræ. 1. 6. *Et cùm iterum introducit primogenitum in orbem terræ, dicit:* Ad Hebr. 1. 6. *Et adorent eū omnes Angeli Dei.* Conſummata enim carnis diſpenſatione, Chriſtus velut denuo gignendus à Parente per reſurrectionem deſtinabatur, ſicque Angelis adorandus proponebatur: Cui interpretationi favet locus Pſalm. 2. 7. *Dominus dixit ad me, filius meus es tu: Ego hodie genui te:* iuxta interpretationem Ambroſ. lib. 3. de ſacrament. cap. 1. Hilarij, Chryſoſtom. Vatabli, Ianſenij, & aliorum, qui cenſent

Pſalm. 2. 7. Ambroſ. Hilarius. Chryſoſt. Vatablus. Ianſen.

Chriſtum triumphi gloria ſe accingentem in reſurrectione audiviſſe à Parente; ſic coram cœleſti curia intonante: *Filius meus es tu: Ego hodie genui te.* Cerne mihi quomodo initium prædicationis Chriſti gloriā haudquaquam invideat progreſſui eius & fini. Nam qui prædicationis divinæ terminum publico divinitatis præconio exaltavit, ab ea prærogativa maieſtatis medium, & principium eius non defraudavit; ut ſic ſub eiuſdem gloriæ cognatione exordium, medium & terminus continerentur.

87 Quàm æquali ſplendoris habitu ſtudeat divina Sapientia initium rei, medium & finē amiciri, eleganter elucebit ex eo cōſilio, quo voluit Moyſen, & Eliā in Thaboris iugis glorię ſui corporis adſtare: in quo eventu duplex erumpit quæſtio. Prima, quare hos duos ſigillatim ad id muneris ex antiquo, eoq́; lucupletiſsimo Patriarcharum Senatu cœleſtis providentia delegerit? Secunda, quare eos ad veluti parem gloriæ & maieſtatis ambitum ſecum advocarit? Etenim Lucas ait: *Et factā eſt, dum oraret, ſpecies vultus eius altera, & veſtitus eius albus & refulgens. Et ecce duo viri loquebantur cum illo. Erant autem Moyſes, & Elias viſi in maieſtate,* Luc. 9. 29. Quaſi aſſerat, quòd neutiquam diſpar ſplendoris, & maieſtatis amictus Moyſen, & Eliā ornabat ab eo, quē Chriſtus præferebat, quod quidē apertè docet Tolet. annot. 36. in c. 9. Luc. *Tertia difficultas eſt, quomodo ſunt dicti viſi in maieſtate? Reſpōdeo: Ob id dici viſos in maieſtate, quia corporibus refulgentibus, ac glorioſis veſtimētis, qualis tunc erat Chriſtus, apparuerunt, ut ſervi Domino conformarentur.* Et id ſentire videtur Origen. hom. 12. in Exodū, ubi obſervans, Moyſen de monte, quo aſcēderat, deſcendiſſe ſolius vultus fulgoribus præditum, & facie dumtaxat claritate conſpicuum, at in Thabor totum, & integrum refulſiſſe, inquit: *Nihil ergo aliud in lege glorioſum habet Moyſes, niſi ſolam faciem: in Evangelijs autem totus glorificatur ex integro. Audi enim, quid dicatur in Evangelijs: Cùm aſcendiſſet Ieſus in montem excelſum, aſſumens ſecum Petrum, & Ioannem, & Iacobum, transformatus eſt ibi coram ipſis. Et ecce apparuerunt, inquit, Moyſes & Elias in gloria colloquentes cū eo. Hìc non refertur, quia glorificatus eſt vultus eius, ſed quia totus apparuit in gloria colloquens cum Ieſu.* Ab eius gloriæ menſura, quam pariliter ſparſam in Ieſu, Moyſe, & Elia ſpectavit Petrus, puto illam eius inſcitiam eſſe natam, qua obtulit paria, quaſi paribus extrui tabernacula: *Præceptor, bonum eſt nos hìc eſſe: & faciamus*

Luc. 9. 29. Toletus. Origen. Luc. 9. 33.

tria

tria tabernacula, unum tibi, & unum Moyſi, & unum Eliæ, Luc. 9. 33. Igitur Chriſtus Dominus Moyſen, & Eliam ex Patriarcharum cuneo, præcipuè, & præ alijs decerpſit, quos ſecum in Thaboris faſtigio coniungeret: ut in eo Evangelij ſui initiũ, mediũ, & finem ſtatueret, oſtẽtaretq; Licèt enim Moyſes vetus teſtamẽtum inchoarit, tamen ſic eius initiator fuit, ut in eo quoq; Evangelij initia præſtrueret; id ſanè illud indicabat, quod obſervavit Origenes ſuprà; in lege geſtaſſe Moyſen vultum ſolummodo gloriæ ſplendoribus redimitum; in Evangelio verò apud Chriſtum corpus ex integro fulgore circumdatum. Quaſi gloria illa vultus, qua priſtinam legem accipiens decorabatur Moyſes, exordium fuerit & matutinum Evangelij, in quo plenum lu-

Origen. men in illius corpus irrupit: *Gaviſus eſt*, inquit, *Moyſes, quia iam non ſolùm vultu glorificatus deſcendit de monte, ſed totus glorificatus aſcendit in montem*; gloria enim vultus gloriæ corporis initium eſt. Cõfirmat hoc Hieronymus, qui Petrum carpens ob trium tabernaculorum expetitam

Hieron. erectionem, inquit: *Erras, Petre, noli tria tabernacula quærere, cùm unum ſit tabernaculum Evangelij, in quo lex & Prophetæ recapitulanda ſunt.* Quaſi ad unum ſpectent initium rei & res ipſa, & initium non ignobilis rei pars ſit. Elias finis exiſtet Evangelij, quod accenſa prædicatione, & inclyta morte conſũmabit, ex ſanguine ſuo purpureum, & veluti ſepulchralem pannum contexens, & conficiens, quo illum contegat, poſtremumq́ue illi decernat honorem. Apparuit ergo medius inter Moyſen, & Eliam Ieſus tanquã ſolem Evangelij oſtẽtans inter eius auroram, & occaſum; tanquam medium Evangelij provehens inter eius initiatorẽ, & conſummatorem. Et quia Moyſes Evangelici initiatoris prærogativa, Elias verò Evangelici conſummatoris privilegio inſigniebantur, noluit Chriſtus eos ſibi ſtatuere in gloria depreſsiores, ſed in maieſtatis ſplendore conformes, aut æquales, ut doceret, in accurato cœleſtis providentiæ ordine ad gloriam medij, & finis operis accerſendum eſſe principium, neque æquum eſſe, ut ab illorum honore diſtinguatur, & diſcriminetur. Pulchrè devenit in hanc mentem Tertullian. lib. 4.

Tertul. contra Marcion. cap. 22. *Sed quid tam Chriſtus creatoris, quàm ſecum oſtendere prædicatores ſuos? cum illis videri, quibus in revelationibus erat viſus? cum illis loqui, qui eum fuerant locuti? cum eis gloriã ſuam communicare, quibus Dominus gloriæ nuncupabatur? cum principalibus ſuis, quorum alter populi informator aliquando, alter reformator quandoque; alter initiator veteris teſtamẽti, alter conſummator novi?* ſanè nil venuſtius.

88 Si is mos eſt divinæ Sapientiæ aſſervatus, & in eximijs divinæ potentiæ operibus invigilavit, ut initium, mediũ & terminus in ſingularis gloriæ prærogativa connecterentur; in Marianæ vitæ ſerie diſponenda, cur ordinem ſuum divina providentia non teneret? Quare à ſuo curſu abſiſteret in ea honoranda, quæ poſt Deum præſtantiſsimum opus exiſtit, & quibuſdam divinitatis infulis fulget? Moyſes, & Baptiſta, quia mirum vitæ inſtitutum in orbem induxerunt, quia glorioſa morte fuerunt coronati; ne eorum initia à ſui medij terminiq́ue maieſtate deficerent; in ipſo vitæ limine & exordio divina providentia aſsidente triumphali ſe gloria accinxerunt. Alter tyranni leges diſijciens ipſumq́ue adverſus eas ſervire cogens; alter naturæ præſcripta derogans, ordinem communem naſcentium exſuperans, in ipſo matris utero, quæ peccati officina fuit, expiatione & ſanctitate potitus, illuſtrius enim Moyſe Ioannes conſecutus principium eſt, quia ditiori pulchriorique virtutum ornamento ad dignius ſublimiuſq́ue munus erat divinitus advocatus quàm Moyſes. Num in Maria, quæ penè infinito ſanctitatis, & maieſtatis cumulo utrique anteſtat, divina diſpoſitio à ſuo tramite deviaret, nec ageret, ut vitæ initium ſortiretur illius medio & fini conſimile? Sanè in Mariæ termino impoſsibile quoddam illuxit: imò geminum impoſsibile: Primum ſanè eſt, quòd lex mortis in illa videretur diſcincta, ibi enim mors non ſtimulavit, ſed fuit ſtimulata, non vicit, ſed victa, potius enecta eſt quàm enecaret: ut optimè obſervat Ame-

deus hom. 7. de B. Maria: *Enimverò in tranſitu eius glorioſo illuſtratur mons Siõ, ubi provecta dierum diſceſsit in ſenectute bona, ibi explevit munus vitæ, dans plenã atque perfectam virtutũ omnium conſummationem. Ibi orienti magis quàm morienti, & abituræ pluſquàm obituræ occurrunt caſtra Dei, & ruunt obviam ei exercitus militiæ cœleſtis. O quã pretioſa in conſpectu Domini mors genitricis ſuæ! Quæ vita adæquabitur morti eius? Quæ gaudia funeri eius? Addas licèt mundanos honores, addas convivia, ac feſta trophæa; addas omne quod demulcet, & quod delectat univerſum, his tamen omnibus iucundior atque ſuavior eſt. Eſt enim abſolutio à carne, via ad vitam, nil habens doloris, acerbitatis nihil, nihil formidinis. Fovet autem pro dolore, delectat pro acerbitate, & pro metu firmat in littore fide ſtationis. Nec tenebræ* Amedeus.

bras inducit, quæ lumen æternum aperuit, nec vitam tollit, quæ dirigit ad autborem vitæ. Hac morte ad vitam migravit, ſi trãſitum ad vitam mortem liceat nominare. Imò ut verũ fatear, vita eſt, ubi ſola mors moritur, ubi corpus mortis exuitur, ubi vita carnis pia quiete defuncta fœnore multiplici impoſterum reſervatur. An non vita, cùm itur ad fontem vitæ, & vita æterna à vita perpeti meatu hauritur? Hoc hauſtu indefectivo ante deceſſum prævẽta eſt mater virgo, ne tranſitu in ipſo, vel leviſſimo mortis guſtu tangeretur. Egrediens itaque vidit vitam, ne mortem videret: vidit filiũ, ne carnis abſceſſu doleret, &c.

89 Secundum impoſsibile in illius termino ſplenduit, ſcilicet, quòd corruptionis & incinerationis ſtatuta generi humano lex à Maria ſepulchrum ingreſſa fuit infracta, præſervata enim fuit quemadmodum filius, ne videret corruptionem, & vix à vita diſcedens mortali eius corpus tranſijt ad immortalitatem. Firmiter enim integritatem & virginitatẽ amplexata, à ſuo corpore etiam poſt mortẽ diſpeſcuit corruptionem. Hoc Mariani corporis privilegiũ ſingulare ſpecialiter commendat Richardus de Sanct. Laurent. lib. 3. de laudib. B. Mar. *Caro Mariæ caruit mortis nexibus in reſolutione, hoc eſt, putredine, verme, & pulverizatione omnino immunis ab illa maledictione, qua dictum fuerat Adæ; Geneſ. 3. Pulvis es, & in pulverem reverteris. Et propter hoc comparatur cedro, quæ nec putreſcit, nec vermeſcit, nec ardeſcit, per ignem enim fiunt cineres, qui ſunt pulvis. De putrefactione Auguſtinus: Credimus, quòd nunquam caro computruerit in terris, cuius pars glorificata eſt in cœlis. De verme M. Adamant. Si ipſi eſt pars quædam cum verme, iam non credam, quòd ſit gratia plena. De incineratione, vel pulverizatione, Auguſtin. Integritatem virginei corporis, meritò ſecuta eſt incorruptibilitas, non ulla reſolutio putrefactionis.*

Richard. de S. Laur.

90 Tertium maieſtatis impoſsibile, quod Mariæ in ſuo termino obtigit, fuit throni dignitas, & gloriæ locus, quem poſt obitum nacta eſt. A dextris enim Filij, qui eſt ad dexteram Patris, dicitur conſediſſe. Audi Amedeum ſerm. 7. *Igitur cùm virgo virginum adeò, & filio ſuo Rege Regum exultantibus Angelis, collætantibus Archangelis, & cœlo laudibus acclamante deduceretur, impleta eſt prophetia Davidis dicentis ad Dominum: Adſtitit Regina à dextris tuis in veſtitu deaurato, circumdata varietate. Tunc iuxta Salomonẽ ſurrexerunt filiæ, & beatiſsimam prædicaverunt, & Reginæ laudaverunt illam. Quæ eſt iſta, aiunt ſuperna Virtutes, quæ aſcendit dealbata innitẽs ſuper dilectum ſuum?* Imò iuxta Ildephonſum Maria ad eam gloriæ celſitudinem evecta eſt, ut thronus Dei ſtatueretur, in quo filij æterni dexteræ Patris dexterã tenentis conſideret: ut filius & Maria ſimul à dextris Patris ſedeant, filio matris gremium occupante. Ideò ait Mariæ non eſſe ab Evangeliſtis deſignatum thronum in die iudicij, quemadmodum cæteris Apoſtolis, Matth. 19. 28. *Amen dico vobis quòd vos, qui ſecuti eſtis me, in regeneratione, cùm ſederit filius hominis in ſede maieſtatis ſuæ, ſedebitis & vos ſuper ſedes duodecim, &c.* quia ipſa in cœlo ſedes Chriſti effecta, eumdem thronum cum ipſo habet: ſic ille ſerm. 2. de Aſſumpt. B. Mar. *De ſolis tabernaculo, ac ſi voce genitricis Dei dicitur. Et qui creavit me, requievit in tabernaculo meo, idcirco abſque dubio fratres chariſsimi beata Virgo pro tanta gratia, tantique honoris privilegio materno hodie reſedit ſublimata in throno. Quoniam & ſi duodecim leguntur throni, in quibus duodecim Apoſtolorum ſeſſurus eſt numerus, quando iudex omnium ſacratiſsimæ huius Virginis filius ſedebit in ſede maieſtatis ſuæ cum Senatoribus ſuis. Nec deſunt tamen ibidem quamplurimi alij, inter quos in conſpectu Dei etiam viginti quatuor dicũtur reſidere ſeniores, & adorare ante thronum Dei viventem in ſæcula ſæculorum. Vndè liquidò conſtat dilectiſsimi, quòd thronus beatiſsimæ Virginis paratus ante mundi conſtitutionem, hodie celſior glorificatur, & invenitur etiam ab Angelis, nec immeritò igitur, quoniam & ipſa facta eſt thronus Dei.* Superatur à Petro Damiano Ildephonſus ſerm. 40. Qui cùm prius dixiſſet Mariã à dextris Patris æterni in æthereo throno fuiſſe collocatam, ſic ſcribens: *Sublimis iſta dies, & ſplendidiore ſole refulgens, in qua Virgo regalis ad thronũ Dei Patris evehitur, & in ipſius Trinitatis ſede repoſita, naturam etiam Angelicam ſolicitat ad videndum. Tota conglomeratur Angelorum frequentia, ut videat Reginam ſedentem à dextris Domini virtutum, in veſtitu deaurato, in corpore ſemper immaculato, circumdatam varietate, virtutum multiplicitate diſtinctam:* poſtea in fine ſermonis, explicans illud Cant. 8. 5. *Quæ eſt iſta, quæ aſcẽdit de deſerto delicijs affluens, innixa ſuper dilectum ſuum?* aſſerit Chriſtum in cœlis parentis ſuæ thronum effectum, in cuius illa requieſcens brachijs divinitatis gloria perfruitur; ſic enim ille: *Sequitur de eius aſſumptione: Quæ eſt iſta, quæ aſcendit de deſerto delicijs affluens innixa ſuper dilectum ſuum? Hæc eſt Regina illa,*

Amedeus.

Matth. 19. 28.

Ildephon.

Petr. Dam.

Cant. 8. 5.

Petr. Dam.

illa, quam videntes filiæ Sion, beatiſſimam prædicaverunt, & Reginæ laudaverunt eam. Aſcendit autem hodie de deſerto, id eſt, de mundo ad Regalis throni celſitudinem ſublimata deliciÿs, inquit, affluens, verè affluens, quia multæ filiæ congregaverunt divitias, hæc ſupergreſſa eſt univerſas. Deliciarum autem eius non eſt numerus, quia dum Spiritum ſanctum ſuſcipit, cõcipit Dei filium, Regem gloriæ generat, penetrat cœlos, cumulata divitijs, & deliciÿs affluens ad Regnum evolat ſempiternum ſuum. Innixa ſuper dilectum ſuum: Rex virtutum dilecti Pater eſt, in quo ſibi benè complacuit. Superinnititur mater illa felicior, & in aureo reclinatorio divinæ maieſtatis incumbens, intra ſponſi, imò filij ſui brachia requieſcit. O quanta dignitas, quàm ſpecialis potentia inniti ſuper illum quem Angelicæ poteſtates reverentur aſpicere! Certè ea dumtaxat ſedendi gloria, qua Maria ad dexteram Patris collocatur, impoſsibilis

Ambroſ. quædam prærogativa viſa eſt Ambroſio, cuius verba ſcripſimus ſuprà num. 79.

91 Cæterùm triplex aliud impoſsibile gratiæ & favoris lubeat ſpeculari in Virgine adulta ætate vitæ ſuę curſum ingreſſa, cuius non immeritò medium dixerimus. Primum illud fuiſſe expendit Petrus Bleſenſis, cùm voto virginitatis emiſſo, non abnuit ſe cõiugio fœderari. Ait enim ſerm.

Petr. Bleſ. 1. *Hæc mulier fortis eſt, quæ manum ſuam miſit ad fortia; duo enim proſecuta eſt ſimul, quæ vel difficile, vel impoſsibile eſt ſimul implere; vovit enim virginitatem, & ſimul conſenſit in coniugem.* Secundum ſanè illud eſt, cùm immenſam divinitatis molem naturæ noſtræ unitam Spiritus ſancti virtute abſque viri opera molli, & fragili excepit & ſuſtinuit utero. Quod quidem ita admirandum fuit & expavendum, ut virgo, quæ ad ingreſſum Gabrielis placidam ſe & tranquillam oſtendit, eius audita legatione, turbationis agitata eſt commotione: *Quæ cũ audiſſet, turbata eſt in ſermone eius*, Luc. 1. 29. In quem locum perbellè

Luc. 1. 29. Chryſol. Chryſolog. ſerm. 140. *Quid eſt, quòd perſonam videt, & de ſermone turbatur? Quia venerat Angelus blandus in ſpecie & fortis in bello: mitis in habitu, in ſermone terribilis, humana proferens, divina repromittens: Vndè & Virginem quam leviter viſus ſolicitaverat, turbavit auditus; & quam miſsi præſentia parum moverat, concuſsit toto pondere mittentis authoritas. Et quid plura? Mox ſenſit in ſe ſupernum ſuſcipi iudicẽ, ubi antè iam cœleſtem vidit, & contemplata eſt metatorem. Quamvis enim blãdo motu, affectu pio Virginem ſibi Deus in matrem, & ſervam verteret Dominus in parentem; turbata ſunt tamen viſcera, mens refugit, ipſa eſt tremefacta conditio, cùm Deus, quem tota creatura nõ capit, totum ſe intra pectus recepit & condidit humanum.* Et ſtatim ſubventat Angelus mentem diſcuſſurus, ne ad inauditi ſacramenti nuntium animus nutaret, aut labefactaretur audientis. Ideò ſtatim: *Ait Angelus ei: Ne timeas Maria*, Luc. 1. 30. Luc. 1. 30.

In quæ verba Chryſologus ſerm. 142. *Audiſtis inaudita ratione in uno corpore Dei hominemque miſceri. Audiſtis fragilem noſtræ carnis naturam ad portandam totam Deitatis gloriam Angelica exhortatione roborari. Deniq; ne tanto pondere cœleſtis fabricæ in Maria ſubtilis arena ſuccumberet, & in Virgine totius generis humani portatura fructum virga tenuis frangeretur, fugatura metum vox Angeli mox præceſſit dicens: Ne timeas Maria. Ante cauſam dignitas Virginis annuntiatur ex nomine: Nam Maria Hebræo ſermone, Latinè Domina nuncupatur: vocat ergo Angelus Dominam, ut dominatoris genitricem trepidatio deſerat ſervitutis, quam naſci, & vocari Dominam, ipſa ſui germinis fecit, & impetravit authoritas.* Denique quo plenam Mariæ æſtuanti animo fiduciam ſuggerat Angelus, divini Spiritus ei obumbrationẽ pollicetur: *Spiritus ſanctus ſuperveniet in te, & virtus Altiſsimi obumbrabit tibi*, Luc. 1. 35. Quaſi promittat, utero Deum humeros ſuppoſiturum geſtaturo Deum, ne oneris granditate uteri puſillitas abrumpatur: *Obumbrat Dei virtus*, inquit Chryſologus ſuprà, *ne portatura Deum fragilitas humana ſuccumbat.* Tertium impoſsibile, quod in Virgine reverita eſt, & expavit natura. Fuit virginitas in conceptu, in partu, & poſt partum. Hoc ſanè novum eſt illud, quod Dominus ſe in terra facturum adſtipulatus eſt; & de quo prædixit Iſaias cap. 7. 14. *Ecce virgo concipiet, & pariet filium.* Sufficiat pro multis Chryſologus in genij ſui pondere ſacramẽtum librãs ſerm. 142. *Qui ingreditur, & egreditur, & introitus ſui & exitus nulla veſtigia relinquit, divinus habitator eſt, nõ humanus; & qui conceptu ſuo virginem ſervat, & ortu ſuo relinquit virginem, non terrenus homo eſt, ſed cœleſtis. Noſtræ ergo carnis ordo ſecedat, hìc ſibi natura noſtra nil vindicet, ubi ad divinam progeniem cœleſtis ordo divinam inſtituitur in naturam. Conceptus & partus ſermo audientis animum non fatiget, non leviter ſenſum moveat Chriſtiani, ubi ad cœleſtem progeniem virtutis Dei peraguntur inſignia.* Et paulò antè ſcripſerat: *Ecce concipies: Benè concipies, quod caro neſcit, conditio non habet, nõ admittit*

Luc. 1. 35. Chryſol. Iſai. 7. 14. Chryſol.

natura. Ecce concipies in utero. Quis antè ad fructum pervenit, quàm terræ laborem ſentiat, & ſudorem? Quis antè poma carpit, quàm plantæ ſuam tribuat, & impendat induſtriam? Quis præter viam ad ullã pervenit manſionem? Quis præter naturam naturæ ſuſcipit incrementum? Beata Virgo, & verè beata Maria, quæ præter generandi curas, præter materni doloris faſtidia, tantam germinis pervenit ad gloriam. Beata, quæ divinum pignus ſic ſuo ſuſcepit, & ſervavit in pectore, ut illud tota corporis externa neſcirent. Addito his, quòd abrogata communi parturientiũ lege in Maria, nullam unquam fœminam partus anguſtiæ, & cruciatus tantum compreſſerunt, & anxerunt, vel in tam ingens vitæ diſcrimen adduxerunt, quantum ex lętitia exundanti, exuberantiq́ue gaudio, quo Maria fuit in partu delibuta, periculum illius vitam ſolicitavit, proculdubio enim deperiret in illo, ſi divini Spiritus potẽtia, quæ illam obumbravit in conceptu, pariter non obumbraret in exſuperanti voluptate, qua perfuſa fuit in partu. Adhibito fidem

Amedeus. Amedeo, homil. 4. ſic diſſerenti: *Si enim Chriſto naſcente, cuncta lætata ſunt, mater eius qualiter lætabatur? Si cuncta gaudebant, illa quanto gaudio fruebatur? Aut quæ erat in genitrice lætitia, ſi ita gaudebãt omnia? lingua balbutit, cor, refugit, ſenſus expaveſcit ad pondus tanti gaudij. Quomodo enim vas adhuc fragile, adhuc luteũ, aut mortale ad tantam vim gaudiorum poterat durare? Quia ille obumbrabat ei in ortu Chriſti, qui in conceptu obumbraverat. Ille dabat ſufferentiam gaudiorum, qui affluentiam præſtabat, & quam gloriæ maieſtatis replebat ineffabili abundantia, virtus divinitatis mirabili potentia continebat.*

92 Meherclè ordinẽ ſuum divina providentia violaſſet, ſi medio & fine Marianæ vitæ trino impoſsibili naturæ ornatis, principium eius, hoc eſt, conceptionem inornatam reliquiſſet, & ingloriam. Sanè ut termino & medio initium reſpondeat, ternarium illi impoſsibile quoque adſcribendum eſt: primum, arcanus ille divinæ prædeſtinationis, & eius decretorum ordo, qui ab Adæ debito Mariam præſtitit abſolutam; ſecundum cumulus ille cœleſtium gratiarum, quæ in Maria primùm per conceptionem ad vitam emergente confluxerunt; tertium, prærogativa divinæ viſionis ad quam in ſua conceptione evecta eſt, de quibus ſuperiùs fuſiorem ſermonem inſtituimus. Quò ſic exordium, medium, & terminus mutuis maieſtatis ſplendoribus, ſi non de æqualitate inter ſe decertent, ſaltim germanè ſibi reſpondeant. Pro cuius argumenti firmitate, & ingenuitate tanquam certum præmittendum eſt: ſublimem maternitatis divinæ dignitatem, quæ in Marianæ vitæ curſu ſpectanda eſt veluti illius medium, conſiderandam eſſe veluti centrum, & originem radios emittentem gratiarum & privilegiorum, tùm ad initium vitæ, tùm ad illius terminum illuſtrandum; decebat enim tantæ maternitatis maieſtatem, non ſolùm claritudo, & ſplendor finis, ſed nobilitas & candor initij, ideòq́ue inter principium, & finem velut centrum conſtituta vi exigentiæ ſuæ impetrat à Deo claritudinis & gratiarum privilegia, quæ initio vitæ & termino diſtribuat. Vndè Amedeus homil. 1. de B. Mar. ſingulas gratias & donorum prærogativas Mariæ animo impertitas, à fructus eius dignitate, hoc eſt, à maternitatis eius authoritate, cenſet eſſe penſandas: *Sed quid agimus? aut quò rapimur? Ecce dum benedictam in mulieribus prædicare cupimus, fructum ventris eius benedictũ attollimus, & dum quærimus laudare ſpeciem arboris, fructus mira dulcedine detinemur. Omnis enim arbor ex fructu ſuo cognoſcitur, & ex propria ubertate penſatur, ut palma ex dacty lorũ ſuavitate, vitis ex vini liquore, oleaſter ex olivæ pinguedine. Ita nimirùm laus nati genitricis exuberat, & honorem puerperæ partus divinus accumulat:* Amedeus.

Ildephonſus verò ſerm. 2. de Aſſumpt. B. Mar. gloriã termini vitæ Marianæ ortam putat à medio illius, hoc eſt, à maternitatis dignitate emanaſſe tanquam illi debitam, inquit enim: *Vndè liquidò conſtat dilectiſsimi, quia thronus beatiſsimæ Virginis paratus ante mundi conſtitutionem, hodie celſior glorificatur & invenitur, etiam ab Angelis: nec immeritò igitur, quoniam & ipſa facta eſt thronus Dei & thalamus, in cuius uterum veniens Sapientia Dei Patris, Verbum caro factum eſt, & habitavit in nobis.* Et clariùs arctiùſq́ue ſerm. 3. de Aſſumpt. *Ideò celebritas hodierna inde glorioſior eſt natalitijs cæterorum ſanctorum, quo illuſtratur beata Virgo, & mater Domini ineffabilibus divinorum ſacramentorum privilegijs, quia inde creverunt merita, undè pleniſsimè referta eſt gratia. Et ideò apud Dominum quanta penſanda ſint eius merita, vel cogitanda præmia, puto quòd nemo eſt, qui ad purum ediſſerat, niſi qui poteſt dignè perpendere qualis, vel quanta ſit iſta gratia, qua repletur ipſa, per quam venit in mundum Dei maieſtas, idcircò fratres mei, veneranda eſt hæc ſolemnitas cum omnis devotionis obſequio, & venerandum, quod canitur etiam ſuper choros exaltata Ange-* Ildephon.

gelorum. Nam nulli hominum nunquam conceſſum eſt tanti uti privilegio muneris, etiam Angelo, ut una perſona eſſet in Trinitate, quod de ſubſtantia ſua genuit, & eſſet Deus. Ideò, quæſo, ſileat inſipientia carnis, & celebretur dignè cum laudibus feſtivitas matris Domini, & Salvatoris noſtri, tanto honore digniſſima, quanto eſt venerãda ex gratia, quia huius honor & gloria, laus, & gratiarum actio eſt Redemptoris. En quomodo divina maternitas granditatis ſuæ vocibus exegit privilegia gratiæ, & à communibus legibus exemptiones, quæ in Mariæ fine ſplenduerunt, eo vel maximè, quia quidquid gloriæ fauſtiq́ue elogij Mariæ impenditur, ratione maternitatis filius eius Deus ſibi reputat impertiri, ipſeq́ue ſibi gloriam fabricare, quæ erigit, & molitur in parente. Hinc lucem accipiunt verba illa Origen. quæ ſcripſimus ſuprà num.89. & indiſcuſſa omiſimus, ubi loquens dè virginei corporis incorruptione, qua prædita fuit Maria contra legem ſepulchri, inquit: *Si ipſi eſt pars quædam cum verme, iam non credam, quòd ſit gratia plena.* Origen. Quaſi dicat; Gratia plena dicta eſt Maria, cùm Dei mater eſt effecta; & plenitudo gratiæ inſigne divinæ maternitatis eſt, ex hac ergo maternitatis dignitate iure à Deo debita oritur Marianæ vitæ extremo corporis incorruptio, ut ſi mihi aſſeras illius carnem putredinis, & vermium fuiſſe paſtũ in ſepulchro; aſſeram ego illam, nec gratia plenam extitiſſe, nec Dei Matrem, quaſi utrique myſterio unam putet fidem exhibendam. Confer nunc, obſecro, indignitatem vermis in fine Marianæ vitæ corpus eius ignominia afficientem, cum peccati turpitudine in eius initio, & conceptione animum infeſtante. Et cogitá quanto magis indignum, & iniurium divinæ maternitati emergat dedecus peccati vitæ initium infamans, quàm vermis dedecus deturpans finem; ſi ergo Origenes vermis indecentiam & infamiam, adeò alienam cenſet à divina maternitate, ut ea data neget Mariam gratia pleniam, & Dei parentem, quid iudicaret, ſi audiret eius vitæ exordium & generationem ſcelere præiviſſe contaminatam? Igitur maternitatis maieſtas, & ſplẽdor pariter ab initio & fine vitæ Marianæ abegit incorruptionem in illo peccati, in iſto putredinis, & utrique ſimul glorioſam gratiæ, & integritatis peperit incorruptionem. Accinit his Petrus Damianus relatus num.90. cuius hæc verba: *Tota conglomeratur Angelorum frequentia, ut videat Reginam ſedentẽ à dextris Domini virtutũ, in veſtitu deaurato, in corpore ſemper immaculato, circumdatam varietate, virtutũ multiplicitate diſtinctam.* Petr. Dam. Sic enim mutuis ſimilibuſq́ue nexibus complectuntur inter ſe initium & terminus vitæ Mariæ, ut in termini gloria ſplẽdicet veſtitus deauratus, hoc eſt, originalis puritas, & immaculata conceptio, (id enim ſibi vult Petrus Damianus, cùm per veſtitum deauratum intelligit corpus ſemper immaculatum) & in principio & conceptione ſplendicet gloria finis, nempè divinæ fruitio viſionis; utramque verò gloriam extremorum viciſsim ſibi reſpondentem exigat impetretq́ue divinæ dignitas maternitatis. In hunc quoque ſenſum interpretor verba Amedei hom.7. *Iam verò quis dignè laudibus efferat ſacratiſſimam eius Aſſumptionem? Quis fatu explicet quàm læta migravit à corpore, quàm gaudens properavit ad Dominum, Angelorum vallata choris, Apoſtolicis fulta obſequijs, dum Regem cerneret in decore, & natum cum gloria præſtolantem ſe videret ſicut expers totius corruptelæ, ſic immunis ab omni moleſtia.* Amedeus. Quaſi ad gloriam nati pertineat, quòd parens in eius ſteterit præſentia, eam oſtentans gloriam, & quam à principio habuit, & quam nanciſcitur in fine, nempè coram nato apparens, & totius expers corruptionis, quo originem teſtatur puram, & immunis ab omni moleſtia, quo vitam firmat beatam & felicem. Petrus verò Chryſologus æſtimat ab exigentia divinæ proveniſſe maternitatis clariſsimum vitæ Marianæ initium, & quod præviè ad ipſius conceptionem eius parentibus nomen illi indendum cœlitus innoteſceret, & appellari eam iuſſum eſſe Mariã, quæ Dominam ſonat; ut innuat eius filius, eam Dominam, & in imperio eſſe conceptã, ſcribit ille ſerm.142. *Ante cauſam dignitas virginis annuntiatur ex nomine: Nam Maria Hebræo ſermone, Latinè Domina nuncupatur; vocat ergo eam Angelus Dominam, ut Dominatoris genitricem trepidatio deſerat ſervitutis, quam naſci, & vocari Dominam, ipſa ſui germinis fecit, & impetravit authoritas.* Chryſol. Quaſi aſſerat inclytus Doctor: Quia Paranymphus turbatã & trepidam ſalutationis ineffabili celſitudine ſpectavit Mariam; divinæ maternitatis maieſtatem iudicans trepidationem dedecere, quæ nota ſolet eſſe ſervitutis, Mariæ nomine eam appellat, ei nomine ſuggerens claritudinis ſuæ ſplendorem, eam enim nobile ſuum germen Chriſtus, attendens Deiparæ dignitatem, ad quam erat ab æterno deſtinata, naſci principatui præfectam, & vocari Dominam fecit & impetravit. Ecce quomodo divina maternitas, ſicut vitæ Marianæ termino nacta eſt thronum ſuper creaturas evectum, in quo ab eis, ut univerſalis

omnium Imperatrix adoraretur, ſic eiuſdē vitæ initio adepta eſt Imperium, & quod Imperatricis gloria redimita primum vitæ teneret limen. Nec te ab eiuſmodi interpretandi ratione dimoveat, quod Chryſologus non dixerit concipi, ſed naſci. Nam apud antiquos Eccleſiæ Patres moris eſt, & naſci pro concipi, & pro conceptione nativitatem uſurpari. Cui veritati, ut firmius inſideas, accipito alium Chryſologi locum, & alta mente reponito. Ait enim ille ſerm. 140. *Pervolat ad ſponſam feſtinus interpres, ut à Dei ſponſa humanè deſponſationis arceat, & ſuſpendat affectum, neque auferat à Ioſeph Virginem, ſed reddat Chriſto, cui eſt in utero pignorata cùm fieret: Chriſtus ergo ſuam ſponſam recipit, non præripit alienam.* Illa verba tibi expendenda ſunt: *Cui eſt in utero*, nempè Chriſto, *pignorata cùm fieret*: Et quia cùm Maria fieret in utero pignorata erat Chriſto, Chriſtus deſcendens, ut per incarnationis diſpenſationem cum Maria nuptias celebraret, nō à Ioſepho præripiebat ſponſam, ſed ſuā recipiebat. Verè tunc ſponſa pignoratur ſponſo, cùm ſponſalis inter ipſos cōtractus initur, ſpōſaliq́, fœdere ſe alter mutuo alteri devovet: dos deſignatur ſpōſæ, & arrha traditur, qui erat annulus aureus, quo accepto, oppignorata manebat ſponſa, & annulus pronubus vocabatur: ut Tertul. docet Apologet. cap. 6. *Circa fœminas quidem etiam illa maiorum inſtituta cecidерunt, quæ modeſtiæ, quæ ſobrietati patrocinabantur. Cùm aurum nulla norat præter unico digito, quem ſponſus oppignoraſſet pronubo annulo.* Igitur cùm Chryſologus ait: Mariam Chriſto eſſe ſponſam in utero pignoratam, cùm fieret: profecto cenſet, Chriſtum in Mariæ conceptione & formatione, (id enim ſignificant illa verba; *dum fieret in utero*) cum illa ſponſalia contraxiſſe, ſponſalitiumq́ue fœdus celebraſſe; ſanctiſsimamq́ue Virginem in ipſa ſuimet generatione ad divinæ ſponſæ dignitatem fuiſſe evectam, ex eoq́; pacto ſponſali ſpeciale ius ad illam acquiſiviſſe Deum. Quo ergo pacto comminiſci valebis ſanctiſsimam Mariam originali ſuccubuiſſe piaculo, ſcelereq́ue in origine deturpatam? quomodo enim eam ſibi unigenitus Dei filius deſpōderet, quæ diabolo iam deſpōſa erat, imò in illius ſervitutē redacta per peccatum? Num infamis ſervitutis nota inuſtā, & turpiter à dæmone corruptam in ipſamet ignominioſæ notæ inuſtione, & fœda corruptione Mariam ſibi in ſponſam Dei filius elegiſſet? Præſertim cùm Chryſologus Mariam in ſua conceptione, non ſolùm ſponſam appellet divini filij, ſed ſponſam pignoratam; etenim, quæ ſponſa erat initio contractu, per acceptionem pignoris, ſeu arrhæ, quam ei mittebat ſponſus, manebat ſponſo oppignorata? Si verò ſciſciteris ab Epiphanio Conſtantien. Epiſcop. quæ fuerit arrha Mariæ in ſponſali fœdere dedita, aſſeret: Spiritum ſanctum: ſic enim ille ſerm. de laudib. S. Mar. *Pater miſit arrhabonem de cœlo Spiritum ſanctum, qui præparavit Virginem unigenito filio cœleſti ſponſo.* Igitur traditus fuit Spiritus ſanctus tanquam arrhabo nobiliſsimæ puellæ Mariæ in ipſomet primo ſuæ generationis inſtanti, qui eam ſeptiformi gratiarum ſuarum munere locupletaret, & venuſtaret, digniſsimamq́ue ſponſam cœleſti ſponſo præſtaret, ſicq́ue illi à primo conceptionis momento oppignorata maneret; & quia ex tunc oppignorata, ſubdit Chryſologus, nullam cœleſtem ſponſum ſponſo Ioſepho irrogaſſe iniuriam, quando inſtar ſponſi ſuā ſibi iungit in uno corpore Mariæ ſubſtantiam, ſeu carnem: quia *Chriſtus ſuam ſponſam recipit*, nempè quam à prima origine Spiritus ſancti arrha ſibi oppignoraverat, undè *non præripit alienam.* Quæ igitur coniunctio lucis, & tenebrarū, Chriſti, & Belial? Si Maria in primo generationis ſuæ exortu Spiritus ſancti dotibus, & gratiarum ſplendoribus ditata fuit, & irradiata, ut Chriſto ſponſo oppignoraretur; quomodo tenebrarum peccati operiretur caligine, ut diabolo devoveretur? Si in illa prima conceptionis eius aurora ius ad illam habuit Chriſtus ſponſus tanquam ad ſibi oppignoratam ſponſam; quomodo per peccatum ius in illam haberet ſponſus Tartareus? Obſerva, quomodo ſingularis prærogativa nobilis Marianæ conceptionis, in qua Spiritum ſanctum pro pignore, & arrha accepit divinæ deſponſationis cū æterno filio, radius quidem ſplendidus fuit in eius vitæ initium immiſſus à maternitatis dignitate tanquam à centro & medio vitæ extremis honorem & gloriam diſpertiente; ſiquidem in inſtanti, quo in utero Mariæ genitus eſt, Mariæq́ue carnem aſſumpſit, ſimul filius eius, & ſponſus extitit; filius dum ab ea generatur, ſponſus dum in generatione nuptias cum ea celebrat, & una cū illa efficitur caro. Nam de Chriſto, & Maria in divinæ diſpenſationis ſacramento enuntiatur impletum ſolemne illud vaticiniū Geneſ. 2. 24. *Erunt duo in carne una.* Quo circa Richar. de S. Laur. lib. 2. de laud. Mar. ait: *Paſcimur etiā, & potamur carne Mariæ, & ſanguine in filij ſacramēto, quia caro Chriſti, & caro Mariæ, ſicut Matris & filij*: Adde pariter, ſicut ſponſi, & ſpōſæ: *Vna caro eſt*, Gen. 2. & 1. Corin. 6.

Chryſol.

Epiphan.

Tertul.

Gene. 2. 24.

Richard. de S. Laur.

erunt

Erunt duo in carne una, ſcilicet Chriſtus & Maria, & lib. 3. inquit: *Sola Maria cũ Deo Patre dicere poteſt de Filio: Filius meus es tu, Pſalm. 2. Ipſa etiam ſola poteſt dicere de Chriſto homine illud, Geneſ. 2. Hoc nunc os ex oſſibus meis, & caro de carne mea. Vnde & dicit ei filius, Iob 10. Pelle & carnibus veſtiſti me; oſſibus & nervis cõpegiſti me: quod fuit propriè quãdo ipſa conſenſit, quòd filius Dei caro fieret in ea, & ex ea; quando videlicet reſpõdit Angelo: Fiat mihi ſecundũ verbũ tuũ, Luc. 1. Ideò dicitur Gen. 2. & 1. Cor. 6. Erũt duo, id eſt Chriſtus & Maria in carne una virginali; quia Mater & Filius una caro. Ideò etiã dicit B. Bernardus: Hæc eſt Virginis noſtræ gloria ſingularis, & excellẽs prærogativa Mariæ, quòd Filium unũ eundẽque cũ Deo Patre meruit habere communẽ. B. Anſelm. Cãtuar. Deus Filium ſuũ, quẽ ſolũ de corde ſuo æqualẽ ſibi genitũ tanquã ſe diligebat, ipſum dedit Mariæ, & ex Maria fecit ſibi Filiũ, nõ aliũ, ſed eundẽ ipſũ, ut naturaliter eſſet unus, idẽque Filius Dei cõmunis & Mariæ.* Quamobrẽ ſacramentũ nuptiale inter Chriſtũ & Mariã invẽtũ, à maternitatis ſacramento emanationẽ ſuã videtur trahere, & utriuſq; myſterij ratio in unam eandemque rationẽ videtur cõpelli. Et mediusfidiùs cauſa ob quã initium, medium, & terminus Marianæ vitæ æquali privilegiorũ maieſtate, ſimilique gratiarum gloria ſe mutuò ornata reſpiciant eam eſſe puto, quam aſsignavit Anſelm. oration. ex qua nuper recitata verba deſumpſit Richardus. Firmatur ſanè in diſcrimine, quod inter Mariæ Filium, cæterarumque Parentum proles diffunditur; etenim reliquarum matrum liberi, cum unicam naturam & ſubſtãtiam habeant tempore, non præcedunt parentes, ſed ſubſequuntur, & poſt illas exiſtũt à quibus habent, ut exiſtant, unde nullus eſt qui ſibi queat fingere & condere Parentem. Cæterùm cùm Mariæ Filius duplicis naturæ ſit, divinamque & humanam ſimul complectatur, & quâ Deus præcedat Parentem, quippè qui exiſtat ab æterno, quâ verò homo in tempore procedit à matre, à qua noſtram ſumit naturã, ſtat, quòd Mariæ Filius non ſolùm poſsit condere & formare Mariam, ſed etiam ſe ipſum ex Maria; qui ut Deus eſt ab æterno, antecedit Mariam, & ſemetipſum, ut homo eſt; unde quemadmodũ Mariæ Filius, quia potuit ſemetipſum ex Maria efficere perfectiſsimum & ornatiſsimum, omnibuſque gratiarũ, & privilegiorum numeris abſolutiſsimũ ſe cõdidit: propriæ enim iniuriæ ſummæque incuriæ incuſaretur, ſi cùm poſſet omnium ſe excellẽtiſsimum & præſtantiſsimum fingere, id nõ præſtaret; ita quia potuit ipſe efficere Parentem, & effecit, ex qua ſibi carnis ſubſtantiam amicturus erat, obſtrictus fuit, eam nobiliſsimam, ſplendidiſsimam, atque univerſo gratiarum donorum, & virtutum genere refertiſsimam procreare; aliàs & Parenti, & ſibi iniurius videretur; Parẽti, quia ingenuitatem, ornamenta aque gratiarum, quæ ei potuit impertiri, non impendit; ſibi, quia quibus potuit cœleſtium munerum dotibus & claritudinis titulis ſibi præparare, Parentem non præadornavit. Ac proinde privilegia, quæ ſibimet divinus Filius excogitavit, viſus eſt ea refudiſſe in Mariam. Hæc omnia profectò parturient tibi Anſelmi verba, ſi ea ingenioſæ mentis induſtriâ obſtetricaveris: *Omnis natura à Deo eſt creata, & Deus de Maria eſt natus: Deus omnia creavit, & Maria Deum generavit: Deus qui omnia fecit, ipſe ſe ex Maria fecit, & ſic omnia quæ fecerat, refecit. Qui potuit omnia de nihilo facere, nõluit ea violata ſine Maria reficere. Deus igitur Pater eſt rerum recreatarum, & Maria mater eſt rerum creatarum. Deus eſt Pater conſtitutionis omnium, Deus enim genuit illum, per quem omnia facta ſunt, & Maria peperit illum per quem cuncta ſunt ſalvata. Deus genuit illum, ſine quo nihil penitus eſt; & Maria peperit illum, ſine quo omninò nihil benè eſt. O verè Dominus tecum, cui dedit, ut omnis natura tantum deberet ſecum.* Anſelmus.

93 Sanè Petr. Damianus, qua pollet ingenij dexteritate, commẽdare ſuſcepit mirum parilitatis & ſimilitudinis ordinẽ, quo ſibi mutuò reſpondentia coruſcant Marianæ vitæ exordium, medium & finis. Etenim ſerm. 40. interpretandum aſſumit locum illum Cant. 6. 9. *Quæ eſt iſta, quæ progreditur quaſi Aurora conſurgẽs, pulchra ut Luna, electa ut Sol, &c.* Et ſic ſcribit: *Sed invertẽdus eſt ſtylus ad Sanctam ſanctarum, & illorum verborum enodanda proprietas, quæ Virgini matri ſunt ſpecialiter dedicata. Sed uti ſuperliminarem titulum in fronte futuri ædificij proponamus, dicamus breviter, quia prima interrogatio convenit eius nativitati, ſecunda eius converſationi, tertia, aſſumptioni. Quæ eſt iſta, inquit Spiritus ſanctus de eius nativitate, quæ progreditur ſicut Aurora conſurgens, pulchra ut Luna, electa ut Sol, terribilis ut caſtrorũ acies ordinata? Hæc eſt quæ neſcivit thorũ in delicio, virgo Dei Filio ſinguläriter conſecrata, ſpecialiter ſanctio cõiugata Spiritui. Quæ progreditur, inquit, ſicut Aurora conſurgens. Quàm elegãs & clara ſimilitudo, & ex illius diſciplina deſcendẽs, qui ſummũ ſapientiæ fontẽ in Cãticis ſapiẽter incluſit.* Conceptionẽ vocat nativitatẽ Petr. Damianus tritum motẽ antiquorum Cant. 6. 9. Petr. Damian.

Patrum ſecutus, & ex eius verbis ſubſequẽtibus manifeſtè liquet. Aſſerit enim ab hora peccati Adami factas eſſe tenebras ſuper terrã uſque ad Virginẽ, non inquã, uſque ad Virginẽ prodeuntẽ ſe ex utero matris, cùm in omnium ſententia iã diu Spiritus ſanctus gratiarũ ſuarum comitatu ſtipatus in ipſam ſe infudiſſet, tunc ſcilicet cùm per conceptionẽ ad eſſe vitale naſceretur. Et verè quæ Damianus ſubmittit verba, mentẽ eius ſplẽdidè aperiunt: *Hæc eſt Stella matutina in medio nebulæ, quæ in cœli cardine ſummo ſplendore coruſcans orbem ſubditum ſplendidioribus radijs incolorat. Hæc eſt Aurora quam ſequitur, imò de qua naſcitur Sol iuſtitiæ, ſolius Solis claritati ſuccũbens. Hæc eſt Aurora, quã ille nõ vidit, qui vidit omne ſublime, & orat B. Iob, ut ei multa ſuppreſſione claudatur; dicens, non videat ortũ ſurgentis Auroræ.* Vbi Iob apertè ſermonẽ inſtituit de dæmonis poteſtate per originale flagitiũ omnia occupãte. Quodquidẽ ſcelus deprecatur Iob, ut vel peſtifero aſpectu, primos illos tenellos Auroræ radios erũpẽtes non inficiat: ita enim puriſsimam cogitavit Mariã ſub Auroræ nomine, ut primã illius originẽ à principe illo piaculo nõ ſolùm nõ lædendã, ſed nec leviter aſpiciendã exoret. Vlteriùs Damian. *Tuus eſt dies Domine, in quo Adã eſt cõditus; tua eſt nox, in qua Adã à die eſt electus; tu fabricatus es Auroram, id eſt Virginẽ matrẽ: & Solẽ; Solẽ videlicet iuſtitiæ, qui de virginali thalamo conſurrexit. Nã ſicut Aurora terminum noctis, diei principiũ adeſſe teſtatur: ſic & Virgo noctẽ expulit ſempiternã, & de die diem, de terra ſuæ virginitatis exortũ terris infudit.* Hæc ultima verba accipito exenteranda, quibus aſſerit Damianus virginẽ terris infudiſſe de die diẽ; & quẽ diem, inquiro, & de quo die? Reſpondet Damian. *De terra ſuæ virginitatis exortũ*; quaſi dicat: Infudit Maria terris ſuæ virginitatis nativitatẽ de ſuæ ſubſtãtiæ conceptione, quam terrã appellat: Cõceptionẽ Mariæ diẽ appellat ſicut eius nativitatem; & dies diei eructat verbum, & effundens ſe dies nativitatis de die Marianæ conceptionis; loquitur dies naralis qualis præceſſerit conceptionis dies. Rurſus ex verbis, quæ Damianus ſubiungit mens eius promicat clariùs: *Progreditur, inquã, quaſi procul egreditur, quia procul & de ultimis finibus pretiũ eius. Aurora quia noctis finis, & lucis initium. Conſurgens quia de cadente ſuperſurgens materia.* Maria enim viſa eſt egredi procul Aurora, hoceſt, ab initio ſuæ conceptionis ut Aurora diluculavit: & meritò dicitur Aurora conſurgens, quia nullus apparuit in Maria caſus, ſed in natura caſui obnoxia ipſa ſuperſurgens emerſit.

94 Per pulchritudinẽ Lunæ ait Damianus deſignari ſplendorẽ vitæ, quo Maria ſe accinxit præadornavitq; ad divinũ cœleſtis Filij cõceptũ & puerperium, in quo omniũ Sanctorũ, & cœleſtium ſpirituũ claritatem longè ſuperavit: *Pulchra ut Luna: Quid Luna pulchrius, cũ Stellis coruſcãtibus in ſignifero limite reliquorũ ſiderũ ſplendorem excedit? Conſidera, quã ſtellaris, & ſerena vibratio, quam luminoſus fulgor circularem orbẽ tãti ſideris perfundat, ut aliorũ luminũ claritatẽ nõ mediocriter offuſcet: ſic & Virgo inter animas Sanctorum, & Angelorum choros ſupereminens, & evecta merita ſingulorũ, & omniũ titulos antecedit. Quãtumvis aliæ ſtellæ reluceant, Luna tamẽ & magnitudine præeminet & ſplendore. Sic utrãque naturã Virgo ſingularis exuperat, & intenſione gratiæ & fulgore virtutum.* Petr. Damian. Demũ in Solis electione divinã iudicat Damian. irradiare maternitatẽ: *Electa ut Sol: Hanc attende ſimilitudinẽ, qua nulla in rebus mundi poteſt eſſe ſublimior. Nihil enim habuit ſpiritus inviſibilibus creaturis excellẽtius, cui excellentiã Virginis cõpararet. Multò enim altius aliquid habet claritas Solis quã Lunæ: quia etſi illa minores ſtellas obſcurat, non tamẽ penitùs occultat: hic verò lucidius incandeſcẽs, ita ſibi ſiderũ, & Lunæ rapit poſitionẽ, ut ſint quaſi non ſint, & videri nõ poſſint, ſimiliter & virga Ieſſe veri prævia luminis in illa inacceſſibili luce perlucẽs, ſic utrorũque ſpirituũ hebetat dignitatem, ut in comparatione Virginis nec poſſint, nec debeãt apparere. An putas quòd non contremiſcat tota rationalis creatura ad contemplationẽ tantæ dignitatis? Conſidera, & quæ in cœlis, & quæ in terris in Virgine refabricata, Deũ, qui cœlos palmo metitur, Virginis vẽtre brevitatis cõcluſũ, redẽptionẽ hominũ, Angelorũ reſtaurationẽ, denique quidquid eſt, fuit, & erit per Virginis uterum renovatũ; & tunc tibi cogitatio ſuggeret, quod locutio demonſtrare non poteſt.*

95 Quam in maternitatis dignitate meditatus eſt Damianus electã ut Sol, in termino vitæ eius, & aſsũptione ad cœlos ſpeculatur ſuper Solẽ evectam, inducens verba Cant. 8. 5. *Quæ eſt iſta, quæ aſcẽdit de deſerto delicijs affluens innixa ſuper dilectum ſuũ?* ut Maria quæ mater cùm eſſet, Solẽ geſtabat in utero, in fine eius vitæ Filij humẽris excepta, vel brachijs portaretur à Sole. Cant. 8. 5. Scribit ergo Damian. *Sequitur de eius aſsũptione: Quæ eſt iſta, quæ aſcẽdit de deſerto delicijs affluens innixa ſuper dilectũ ſuum? Hæc eſt illa Regina, quã videntes filiæ Siõ beatiſimã prædicaverũt, & Reginæ laudaverũt eã. Aſcendit autem bodie de deſerto, id eſt, de mundo ad regalis throni celſitudinem* Petr. Damian.

ſu-

ſublimata. Delicijs, inquit, affluẽs; verè affluens, quia multæ filiæ congregaverunt divitias, tu ſupergreſſa es univerſas. Deliciarum autẽ eius non eſt numerus, quia dũ Spiritum ſanctum ſuſcipit, cõcipit Dei Filium, Regẽ gloriæ generat, penetrat cœlos cumulata divitijs, & delicijs affluens ad Regnum evolat ſempiternum ſuũ innixa ſuper dilectum ſuum. Rex dilecti virtutum Pater eſt, in quo ſibi benè complacuit. Super hũc innititur Mater illa felicior, & in aureo reclinatorio divinæ Maieſtatis incũbens, intra Sponſi imò & Filij ſui brachia requieſcit. Perpẽde illa verba: *Quia dũ Spiritum ſanctum ſuſcipit, concipit Dei Filiũ, Regẽ gloriæ generat, penetrat cœlos cumulata divitijs, &c.* Vt intelligas iã tunc Virginẽ delicijs affluentem refertã divitijs cœlos penetrare, cùm ſuſcipit Spiritũ ſanctum, Filium Dei concipit, & Regẽ gloriæ generat. Tũc, inquam, dicitur cœlos aſcẽdere, quia ex generatione Filij Dei in eius utero coacta, Mariæ provenit cumulus gloriæ, quo ad æthera in fine fuit elevata; dignitas enim maternitatis eã illi gloriam exigebat: ſimiliter ex Solis amictu, quo in divini Filij cõceptu fuit induta, emanavit claritas & nobilitas Auroræ, quam in ſua conceptione nacta eſt Maria. Purpureus enim candor Auroræ nõniſi à Solis iubare prodit, & claritudo originis Mariæ ortum ducit à Sole maternitatis, cuius maieſtas initium expetit & implorat

Guillelm. ſplendidũ: quocirca optimè Guillelmus in præfat. Canticor. locum ait: *Maria eſt verè Aurora, in qua finitæ ſunt tenebræ, & inchoata lux; finivit noctem, & diem inchoavit eo ipſo, quo Solẽ iuſtitiæ generavit.* Sic ſimilitudinis lineas, & cognatæ radios claritatis, divina maternitas, quæ medium vitæ Marianæ obtinuit, in eius extrema, hoc eſt initium & finem, conceptionem & aſſumptionem effudit.

96 Certè ſcopum mentis Petri Damiani collimavit Rupert. locum præfatum Cant.

Cant. 6. 9. 6. 9. pertractans: *Quæ eſt iſta, quæ aſcendit ſicut Aurora conſurgens, pulchra ut Luna, electa ut Sol?* In Aurora enim agnoſcit nativitatis, ſeu conceptionis Mariæ regium, & nobilem ſplendorem, in Lunæ plenitudine plenitudinẽ gratiæ, quam ſecuta eſt plenitudo uteri Dei Filium continentis; in Sole gloriam aſſumptionis, in qua quidem veluti divinitatis ſplendorẽ induit Maria, &

Rupert. adinſtar Filij redimita Sole promicuit: *Quã pulcher* (inquit) *ordo in iſta laudatione, in iſta tuæ pulchritudinis, ô Beatiſſima, prædicatione! Primũ cõſurgens ut Aurora, pulchra deinde ut Luna, deinde electa ut Sol. Quando nata es, ô Virgo Beata, tunc vera nobis Aurora ſurrexit; Aurora prænuntia diei ſempiterni, quia ſicut Aurora quotidiana finis præteritæ noctis eſt, & initiũ diei ſequentis, ſic nativitas tua, nativitas ex ſemine Abrahæ, clara ex ſtirpe David, ad quos cum iuramento facta eſt repromiſſio, finis dolorum, & conſolationis fuit initium; finis triſtitiæ, & lætitiæ nobis extitit principiũ. Quando autem Spiritus ſanctus in te ſupervenit, & Filiũ Virgo cõcepiſti, Virgo peperiſti, tunc tu, & extunc tu pulchra pulchritudine divina, pulchra, inquam, nõ quomodocunque, ſed ut Luna; ſicut enim Luna lucet, & illuminat luce non ſua, ſed ex Sole cõcepta: ſic tu, ô Beatiſſima, hoc ipſum quod tam lucida es, nõ ex te habes, ſed ex gratia divina, ô gratia plena! Quando verò de hoc mundo aſſumpta, atque ad æthereum thalamum translata es, tunc tu, & extunc electa ut Sol; electa, inquam, nobis, quia ſicut ex te natum Dei Filium, Solem verum, Solẽ æternum adoramus, & colimus ut Deum verum; ſic & te adoramus, atque veneramur ut verè Dei genitricem, ſcientes quia totus honor impenſus Matri ſine dubio redundat in gloriam Filij. Et quidem non natura tu idem es quod ille Sol, ſed nihilominus tãta es, ut te honoret ipſe Sol, honore quo decet filios honorare Parentes ſuos. Qui enim dixit: Honora Patrem tuum, & matrem, nõ dubiũ quin & ipſe honoret, & ab omnibus amicis velit honorari matrem.* Ecce in Mariana vita initium, medium & finis germana quadam ſimilitudine perfunduntur, ſingulis ſuo modo divinitatis ſplendorem, & Solis iuſtitiæ gloriam, qui à Maria proceſsit Filius, participantibus.

97 Hoc ipſum argumentum proveheres poteris ex verbis Amedei hom. 7. comparantis Mariam in ſua aſſumptione cum Phœnice. Accipe verba Amedei Mariam alloquentis: *Factum eſt Verbum Filij tui* Amedeus. *quaſi ignis flammigerãs in oſſibus tuis. Ergo divinis ignita colloquijs tota effecta es velut ignis, teque holocauſtum Deo ſuaviſſimum obtuliſti. O Phœnix aromatizans gratius cinamomo & balſamo, & nardo ſuaviùs Regẽ in aſpectu tuo delectans! Phœnix congregans omnes ſpecies, & igne circũfuſa ſupereſſentiali, ut cœli cœlorum, & cœli poteſtates Angelicas mirifico repleas ſuavitatis incenſo. Hoc incenſum ſuaviſſimum eſt, hoc thymiama benè compoſitum procedit de thuribulo cordis Mariæ, & univerſa ſuaviter olentia excedit. Porrò thuribulum ſequens incenſum, & elevatum manu Domini aſcendit uſque ad thronum præſidentis. Aſcendit ſtipatum proſecutione Angelicorum ſpirituum clamantiũ in excelſis, atque dicentiũ: Quæ eſt iſta, quæ aſcendit per deſertum ſicut virgula fumi ex aromatibus*

myrrhæ, & thuris, & univerſi pulveris pigmẽtarij. Phœnix ſingularis & rara avis hoc habet ſpeciale & eximiũ, ut initiũ, medium & finis vitæ illius mira mutuaque ſimilitudine inter ſe adaptentur, eademque gloriæ, & ſingularitatis corona media, & extrema illius pariter cingat. Terminum vitæ Phœnicis deſcribit Lactantius, & modũ quo ſepulchrum ipſe ſibi præparat, odoriferis refertum plantis, inter quas iacens, igne concepto, nobile incendium ambit, cuius benè olentibus flammis in cineres redigatur. Inquit ergo Lactantius:

Lactantius. *Colligit hinc ſuccos, & odores divite ſilva*
Quos legit Aſſyrius, quos opulẽtus Arabs,
Quos aut Pygmææ gentes, aut India carpit,
Aut molli generat terra Sabæa ſinu,
Cinnama debinc, auramque procul ſpirantis amomi
Congerit, & miſto balſama cum folio.
Nec caſiæ mitis, nec olentis vimen achanti,
Nec thuris lacrymæ, guttaque pinguis abeſt.
Hic addit teneras nardi pubentis ariſtas,
Et ſociat myrrhæ paſcua grata nimis.
Protinus in ſtrato corpus mutabile nido
Vitalique thoro membra quieta locat;
Ore debinc ſuccos membris circũq, ſupraq;
Inijcit, exequijs immoritura ſuis.
Tunc inter varios animã cõmendat odores:
Depoſiti tanti, nec timet illa fidem.

Deinde elegãter depingit pangitque Claudianus demirandam ſimilitudinẽ, qua finis vitæ Phœnicis, & eius initium ſe complectuntur; nã qui advocat flammas ut inter eas vitam deponat, ab eis eam rurſus revocat; in igne moritur, & ab igne naſcitur, poſtquàm enim Claudianus Phœbum induxerit Phœnicem ad ſuum interitum provocantem, ſolantemque ſpe vitæ ex flammis ocyùs reſumendæ, ſcribit:

Claudian. *Hæc fatus: propere flavis è crinibus unum*
Concuſſa cervice iacit, miſſoque volentem
Vitali fulgore ferit: nam ſpontè crematur,
Vt redeat; gaudetque mori feſtivus in ortũ;
Fervet odoratus ſtellis cœleſtibus ager,
Cõſumitq; ſenẽ, nitidos ſtupefacta iuvencos.
Lana premit; pigroſque polus non concitat axes;
Parturiente rogo curis natura laborat,
Æternam ne perdat avem flãmaſq; fideles
Admonet, ut rerum decus immortale remittant.

Quocirca antiqui Phœnicem Soligenã appellabant, quaſi à Sole genitam, teſte Clem. Roman. lib. 3. conſtit. Apoſtol. cap. 6. *Aiũt*

Clem. Roman. *Græci avem quandam Soligenam uberem præbentem reſurrectionis demonſtrationẽ, quam dicunt comparem non habere ſolamque in mundo reperiri, Phœnicemque appellant.* Deinde quàm aptè extremis medium vitæ Phœnicis reſpondeat, ediſces, ſi locum quem vivens incolit, cibumque quo paſcatur illa, noveris. Nam Nicephorus Caliſtus lib. 15. Hiſt. Eccleſ. aſſerit ſub Æquinoctiali ad Orientem & Meridiem reperiri, qui locus præ nimium ardenti Solis fervore inhabitabilis cenſetur, unde exiſtimarunt Claudianus & Lactantius Phœnicis incolatus hominibus eſſe prorſus inacceſſa loca, & propter igneam Solis intemperiem impenetrabilia. Sic Claudianus:

Nicephor. Caliſtus.

Lactantius.

Oceani ſummo circumfluus æquore lucus Claudian.
Trans Indos, Eurumque viret; qui primus anhelis
Solicitatur equis, vicinaque verbera ſentit.
Humida roranti reſonant cũ limina curru,
Vnde rubet ventura dies, longèque coruſcis
Nox afflata rotis refugo palleſcit amictu.
Hæc fortunatus nimium Titanius Ales
Regna colit, ſoluſque plaga defenſus iniqua,
Poſſidet intactas ægris mortalibus oras.

Igitur qui igneo Solis crine perculſus obit, qui à Solis igne generatur, Phœbæumque ignẽ inhabitat, igne Solis alitur, flammeiſque eius paſcitur radijs. Sic canente eodem Claudiano:

Non epulis ſaturare famẽ nõ fontibus ullis Claudian.
Aſſuetus prohibere ſitim; ſed purior illum
Solis fervor alit, ventoſaque pabula libat
Tethyos, innocui carpens alimẽta vaporis.

Perbellè ſatiſque appoſitè ſanè Phœnicis nomen ſanctiſsimæ convenit Mariæ, etenim inſtar Phœnicis initia, media, & extrema vitæ pulchra conformitate paria nanciſcitur, tam enim medium, & finis vitæ eius, quàm initium igneo Spiritus ſancti ſplendore inflammata decorantur. Quamobrem apprimè Amedeus Mariæ exitum & terminum fini Phœnicis comparavit. Etenim ſanctiſsima Maria Phœnicis inſtar proximè ad mortem ſe recipiens, inter omnigena virtutum odoramenta decumbens, divinique amoris igne incandeſcens, dulciſsimum ſibi excitavit incendiũ, cuius flammis corpus eius veluti depaſtum dimiſit ſpiritum, quem ab illo fragrantiſsimo rogo exhalatũ meritò cœleſtis appellavit ſponſus virgulã fumi ex omni redolenti ſpiramine confectam; nam huius referebat ſpeciem, cùm ad cœlos advolaret: *Quæ eſt iſta, quæ aſcendit per deſertum ſicut virgula fumi ex aromatibus myrrhæ, & thuris, & univerſi generis pigmentarij?* Cant. 3. 6. Quem locum elucubrãs Ildeph. ſerm. 3. de Aſſumpt. B. Mariæ, ſic de Mariæ obitu loquitur, ut in Phœnicis exitũ, velut in exemplar intentã mentis aciẽ defixiſſe videatur: *Fortè igitur hodie interrogarunt quidã ſanctorũ èminus proſpiciẽtes illud de Cãticis: Quæ eſt iſta, quæ aſcẽdit*

Cant. 3. 6.

Ildephonſ.

per

per deſertũ ſicut virgula fumi ex aromatibus myrrhæ & thuris, & univerſi generis pigmẽtarij? Quoniã in aſcẽſu eius multa flagrabãt ornamenta virtutũ incendio divini cõcremata amoris. Quæ ergo quaſi virgula fumi, quia ipſa eſt virga illa de radice Ieſſe, quæ hodie aſcẽdit. Gracilis quidẽ & delicata ex aromatibus univerſi pigmẽtarij pulveris, ſed conflagrata incendio charitatis. Et ideò benè in modũ fumi virgulæ ex aromatibus, quia facta eſt tota in holocauſtum Dei, quæ odoramẽta virtutũ ſpargebat de ſe uſque ad cœlos; & nõ qualiacũque, ſed univerſi pulveris pigmẽtarij. Vnde, fratres, admiratio illa Angelica nõ de virginitate ſola, quæ fuit ſingularis in Maria, ſed de immẽſitate gratiæ venit; quia univerſæ virtutes in ea reſpergebãt ex incẽdio divini amoris ſuavitatẽ odoris; ita ut in ea eſſet forma nõ ſolùm Virginũ, verùmetiam omniũ Eccleſiarum Dei. Quoniã virginitas & vita B. Mariæ ſpeculũ & ſpecies fuit totius caſtitatis & integritas virtutum, decus pudicitiæ, & magiſteriũ valdè eximiũ probitatis. Quæ verba ſplendidam ſtatim lucẽ accipient, ne ordinis curſum ſivertamus.

98 Deinde quemadmodũ Phœnix Titaneus ales, aviſque Solis nuncupata eſt, quia purior illã Solis fervor alit, ſolariſq; iubaris ignis nõ conſumit, ſed fovet, nõ deſtruit, ſed paſcit: ita Maria, Virgo Solis, ſeu Titania promeretur appellari. Vnde Apoc. 12. 1. dicitur, *Mulier amicta Sole*: imò à Regio Pſalte Sol eſt acclamata, Pſal. 18. 6. *In Sole poſuit tabernaculum ſuũ.* Quocircà non ſecùs ac Phœnix divini amoris igne reficiebatur: ac proinde vita & cõverſatio B. Mariæ pulchrè deſignata fuit per rubum illum flãmis undique poſſeſſum, quẽ non abſumebat incendium, ſed recreabat, eiuſque viror ex flãmis tanquam ex irriguo fonte vernabat, quia non erat rubus ignis pabulum, ſed pabulum rubo ignis præſtabat, Exod. 3. 2. *Et videbat, quòd rubus arderet, & nõ cõbureretur.* Ex huius ignei alimẽti vis eo præſertim tẽpore viguit in Maria, cũ Spiritus ſancti flãma occupata divinũ Verbũ concepit. Hanc miram Mariæ exuſtionem, qua ſimul & ardebat, & fovebatur, paſcebaturq; exẽplo Phœnicis elegãter depinxit Amed. homil. 2. de B. Mar. concept. de Spiritu ſancto: *Rogamus te ergo, Dña Dei mater dignißima, nõ aſperneris petentes cũ tremore, quærẽtes ex pietate, pulſantes cũ charitate, rogamus, quo affectu movebaris, quo amore tenebaris, quibus ſtimulis agitabaris, cùm hæc fierent in te, & Verbũ carnẽ ſuſciperet ex te, ubi erat anima tua, ubi cor, ubi mens, ubi ſenſus, ubi ratio? Ardebas ut rubus, qui olim oſtẽſus eſt Moyſi, & nõ cõburebaris, liqueſiebas, & nõ conſumebaris; ardebas liquefacta ſupernis ignibus, liquefacta in igne vires reſumebas ab igne, ut ſemper arderes, & interim liqueſieres. Ignis ille rorẽ luminis exhibuit, ros luminoſo unctionẽ præbuit, unctio ſemẽ ſanctũ præſtitit, in quo repromiſſum Abrahæ eſt, quòd in eo benedicẽtur omnes gentes.* Pro cuius uberiori elucidatione ſcito, Mariam non alio refectã educatamque eſſe cibo, quam quo filius paſcebatur, nec filiũ alio eſſe alitum cibo, quãquo alebatur parens. Vnde cùm tã natus, quàm mater ſolis nomen habeat, ſolaribuſq; promiſcet ſplendoribus; cùm alter alteri ſe viciſsim in cibũ tribuit, parẽs ſemetipſa paſcendo filiũ, filius ſemetipſo paſcendo matrẽ quilibet eorũ velut Phœnix erat, quẽ purior ſolis fervor alebat. Ad locum illum Ezech. 44. 3. ubi de Orientali templi porta agitur: *Princeps ipſe ſedebit in ea, ut comedat panẽ coram Domino*, Richar. de S. Laur. lib. 10. de laudib. B. Mar. inquit: *Panis eius facere voluntatem Patris, Ioan. 4. Meus cibus eſt facere voluntatẽ Patris mei, vel ſic: ut comedat panẽ coram Domino, quia ab inflãti ſuæ cõceptionis illa beata anima Dei viſione fruebatur. Vndè dicitur Pſ. 15. Providebã Dominũ in conſpectu meo ſẽper. Et hoc eſt, quod dicitur; corã Domino.* Eundẽ ſanè cibum ſibi præſcripſit Maria, quæ ancillæ profeſſa obedientiã, verba Dei, & divini nati geſta ſecreto recõdebat in pectore, ut ea velut cibũ digereret. Quãobrẽ ſæpiùs dictũ eſt de Maria, quòd Dei verba in animũ ſuũ mitteret, ibiq; ea conſervanda reponeret: *Maria autẽ conſervabat omnia verba hæc cõferens in corde ſuo*, Luc. 2. 19. & rurſum 51. Aptè Richar. de S. Laur. lib. 4. *Maria cõſervabat omnia verba, & propter hanc conſervationẽ cõparatur vẽter eius acervo tritici, Cãt. 7. Triticũ verbũ Dei eſt: Acervus tritici magna congeries verborũ Dei, ideò dicitur: Cõſervabat omnia verba hæc, &c.* & lib. 5. *Cõmendatur Maria in generũ cõpetenti complanatione, Cant. 5. Pulchræ ſunt genæ tuæ. Pulchritudo enim mulieris in genis maximè apparet, in quibus inter alia notatur maſticatio ciborũ. Maſticavit autẽ Maria cibũ Evãgelij Apoſtolis & Evãgeliſtis, & omnib⁹ ſequacib⁹ eorũ, cuius veritatẽ, verba & ordinẽ cõſervaverat in corde ſuo.* Fuit ergo cibus Mariæ, qui fuerat filio, nempè divina obedientia & Parentis voluntas, quã charitatis ardor decoquebat & digerebat; nec iuxta piam Doctorũ ſententiam defuit Mariæ eſus ille igneus panis divinæ viſionis, quo in ipſo ſuimet cõceptionis primo inſtanti fuit ſatiata. Vt verò diſſertè & dilucidè dignoſcas, Chriſtum, & Mariam mutua viciſsitudine alte-

Apoc. 12. 1
Pſal. 18. 1
Exod. 3. 2.
Amedeus.
Ezechiel. 44. 3.
Richar. de S. Laurent.
Luc. 2. 19. 51.
Richar. de S. Laurent.

rum alterius cibum eſſe effectũ. Accipe ex Richar. de S. Laur. quòd ſicut Maria Chriſti verba, geſta & virtutes tanquã cibũ, quo alebatur, & recreabatur, habuit, ſic Chriſtus iugẽ delectationẽ, quã ex factis, verbis, virtutibuſq; Parentis delibabat, in cibũ pariter ſibi parabat. Sic enim ille ait lib. 12. *Cibus Chriſti eſt delectatio, quã habuit in virtutibus Matris, ſcilicet in activa & cõtẽplativa vita; de quibus dicit Cant. 5. Comedi favũ cũ melle meo, &c. Vbi in utraq; vita Matrem ſibi cõplacuiſſe demonſtrat: nã mel eliquatũ puræ contẽplationis deſignat dulcedinem: favus qui rudem cerã demonſtrat exteriùs, & in ſuis cellulis mel occultat, vitã figurat activã, quæ licèt in operibus rudis appareat, per ſingulas tamen operũ celluias dulcedinẽ continet præmiorum. Aliter: Comedi favũ cũ melle meo, &c. Mel quod deſcendit ab aëre, ſignat contẽplativæ dulcedinem: favus verò eſt quoddã elaboratũ ab apibus habens dulcedinem in melle & lumen in cera, & ſignat activã, quæ eſt in labore, & habet dulcedinẽ mellis in conſcientia quantũ ad Deum, & lumen in exteriori contemplatione quantũ ad proximũ: unde Matth. 5. Luceat lux veſtra, &c. Miniſtravit ergo Maria Filio favũ cũ melle, quia primatũ habuit in utraque vita.* Mutuis igitur amoris flãmis depaſcebãtur Natus & Parens, ſeque ſimul cibabant, ut agnoſcas medium vitæ Mariæ haudquaquam extitiſſe abſimile vitæ quam degebat Phœnix, quæ igneos Solis radios velut nativam eſcam, qua aleretur, capiebat.

Richar. de S. Laur.

99 Nec Meherclè cogitandum eſt initiũ Marianæ vitæ exordio diſpar evaſiſſe Phœnicis. Etenim qui conſideret parentũ Mariæ ſenium lõgè provectũ, effœta corpora, virturem emarcidã, carnẽ diuturnis laboribus exſiccatã, nativo ſucco deſtitutã & penè confectam, quam in utroque cõiuge ſterilitas reddebat emortuã; ut de Abrahamo & Sara ſcripſit Paulus ad Rom. 4. 19. *Et nõ infirmatus eſt fide, nec conſideravit corpus ſuum emortuum, cùm iam ferè centum eſſet annorum, & emortuam vulvã Saræ:* cùm Maria ab eis generatum nõ immeritò poſſet aſſerere, Mariam non tam de parentum carne, quàm cineribus fuiſſe cõceptã, nec tã de humano corpore, quàm pulvere humano fuiſſe efformatã. Fovet mentem hanc Cyril. Ieroſoly. Catech. 5. qui de fide Abrahæ reſurrectionis noſtrorũ corporum fidẽ arguit: teſtatur enim Abrahamum parentis noſtri nomen eſſe ſortitũ, non genere, ſed fide, quia fides, quâ credidit filium ſibi ex emortuo corpore naſciturum, fidei, quâ credimus è ſepulchrali cinere corpora noſtra ſurrecturа & renaſcitura, præivit exemplum, eaque reſurrectionis fidem ſtabiliri & fundari. Inquit enim Cyrillus: *Neque enim Abrahам noſtrum omniũ eſt pater ſecundùm carnẽ, ſed figura illius fidei omnes vos Abrahæ filios facit. Quemadmodũ enim incredibile eſt apud homines à mortuis reſurgere aliquẽ: ſic enim credibile non eſt ex ſenibus mortificatis filios procreari.* Nõ ineptè ergo quis dixerit, cùm è carne per longævam ſenectutẽ emortua & efflorida Maria concipitur, eã veluti è parentum prodijſſe cineribus generatam, cùm conceptio è carne prolixo ſenio laborante nõ diſſimilis ſit reſurrectioni, quâ corpus à ſuis cineribus reformatur; ac proinde illius fides non minorem demirationẽ quàm huius ſuſcitet. Deinde vulva, quâ Maria genita emerſit, nõ tam æſtimãda eſt naturæ, quàm divinæ virtutis ſeminarium, neque officinam eam appellaveris inobediẽtiæ, aut libidinis fornacem; ſed obedientiæ ſcholam, ad cuius opus divinũ præceptum Mariæ parentes cõpulit, & ardentiſsimo obediẽdi ſtudio, ut ſuperiùs expẽdimus, fuerunt adducti. Itẽ cœleſtis ignis clibanũ, quã divinum occupavit incendiũ, & flãmis ſuis decoxit & deterſit, ut quæ in ea generabatur ſimul, inſtar Phœnicis, ex naturæ cineribus, & divini ignis radijs formata diceretur. Opportunè, ſcitèque Fulbertus orat. 1. de Mariæ Nativ. inquit de Ioachim & Anna Mariæ conceptioni ſtudentibus: *Haud dubium quin utrumque parentem vivificus & ardens ſpiritus ſingulari munere repleverit.* Quamobrẽ meritò Mariã poſſes ſicut Phœnicem appellare Soligenã, hoc eſt à cœleſtis ſpiritus, & divini Solis radijs generatã. Idcircò meritò Mariæ cõceptionem Eccleſia Auroræ confert, Auroramque accerſit, quæ à Solis flãmis rubet & igneſcit. Perbellè ſanè & opportunè de Mariæ nobiliſsima conceptione dixit Ildephonſus ſerm. 3. de Aſſumpt. *De propagine carnis nulla nobilior Dei Matre refulſit, nulla ſplendidior ea proceſſit, quam ſplendor paternæ gloriæ ineffabiliter divinitus illuſtravit, quã virtus Altiſsimi obumbravit.* Obũbravit Mariam Spiritus ſanctus in fine vitæ, ſcilicèt in eius ad cœlos aſſumptione, obumbravit in medio, cùm divinũ Verbum cõcepit, obumbravit in principio, cùm primùm ipſa concepta eſt. Quæ quidẽ obũbratio non obſcuritatem deſignat, ſed lucidiſſimã caliginem, & lumẽ inacceſsibile, quod quia infirma noſtrorum oculorum acies attingere non valet, caligo nominatur. O bone Deus, quàm appoſitè congruunt Mariæ cõceptioni verba, quæ de ipſa Dei filiũ cõcipiẽte pronũtiavit Chryſol. ſer. 142. ea verba explicãs Luc. 1. 35. *Et virtus Altiſsimi obũbrabit tibi. Æſtu noſtri corporis neſcit quam*

Ad Roma. 4. 19.

Cyril Ieroſolymit.

Fulbertus.

Ildephonſ.

Luc. 1. 35. Chryſol.

quam divinæ protegit umbra virtutis, nec ſecretum mundanæ habitationis inquirit, quæ ſe ſeptam ſuperni ſplendoris circumſpicit velamento. Ideò ait Ildephonſus, Mariã de carnis propagine generatam quaſi ex incendio quodam emerſiſſe fulgoribus undique accinctam, ſplendoribus redimitam, & divinitatis radijs candentem.

100 Niſi mavis ea verba Ildephõſi: *Quã ſplendor paternæ gloriæ ineffabiliter divinitus illuſtravit*, in eã piã plurimũ, nec ignobilium Doctorum propendere ſententiam, quos refert & ſequitur P. Ferdinandus de Salazar lib. de Concept. B. Mar. c. 32. §. 4. Nempè ſanctiſsimam Virginem in primo conceptionis ſuæ inſtanti clarè fuiſſe divinã Eſſentiam ſpeculatã, & divinæ eius viſionis ineffabili gaudio fuiſſe perfuſam, quod quidẽ non eſt aliud, quã ſplẽdore paternæ gloriæ ineffabiliter divinitus fuiſſe illuſtratam; & ſanè cùm Eccleſia per ſpectaculum illud mulieris Sole amictæ puriſsimã Mariæ cõceptionem ſoleat adumbrare; atque per eũ ſplendidioris gloriæ veſtitum lumen, intuitivamque Dei viſionem intelligat Gerſon Mariæ impertitum ſuper Magnif. Alphab. 82. lit. Q. & R. *Si erat, ut mulier amicta Sole iuſtitiæ, cuius ſub pedibus Luna totius mutabilitatis creaturarum. Quid inde colligi poteſt? Nonne lumen illud immenſum ſcintillabat aliquoties ad oculum mentis intuẽdum ſe inde præbens, qualiter in via vidiſſe Moyſes & Paulus æſtimantur.* Cui aſſentire videtur Bernard. qui in Solis ſplendido indumento glorioſam Dei viſionem agnoſcere videtur ſerm. de verbis Apocal. ſic fatus: *Maria Sole perhibetur amicta, quæ profundiſsimam divinæ Sapientiæ, ultra quàm credi poteſt, penetravit abyſſum, ut quantum ſine perſonali unione creaturæ cõditio patitur, luci illi inacceſsibili videretur immerſa.* Verè ab Eccleſiæ ſenſu non videtur alienum, in Marianæ conceptionis ſolẽnijs celebrare ſplendidiſsimam illam gloriã hoc eſt Solis fulgentiſsimum amictum Mariæ in primo ſuæ generationis momento ex divina viſione, quã tunc potiebatur, emanãtem. Iam ex his perpendito, ſi apprimè ſatis aptetur Phœnicis nomen Mariæ in primo ſuæ formationis inſtanti exorienti, cùm non ſolùm ab igne, ſed ipſimet divini luminis incendio immerſa prodeat generata.

Gerſon. Bernard.

101 Nunc expendenda voco verba Ildephonſi ſcripta ſuprà in fine num. 97. ubi expendens omnigena ornamenta virtutũ, quibus illuſtrata & calamiſtrata Maria cœlos aſcendens ſpirituales intelligẽtias in admirationẽ rapuit, inquit: *Vnde, fratres, admiratio illa Angelica non de virginitate ſola, quæ fuit ſingularis in Maria, ſed de imm̃ſitate gratiæ venit, quia univerſæ virtutes in ea reſpergebant ex incendio divini amoris ſuavitatẽ odoris, ita ut in ea eſſet forma nõ ſolùm virginũ, verumetiã omniũ Eccleſiarũ Dei.* Verè terminus vitæ Marianæ gloriã & decus auſpicabatur à ſuimet cõſpicuo initio; & in fine principij nobilitas refulgebat; quaſi tunc manus amicè conſererent vitæ Mariæ principiũ & finis. Quocirca velut ſi in Mariæ termino quaſi in epilogo univerſæ virtutes, munera & prærogativæ, quæ per vitæ eius ſpatium præierunt diſperſa, fuiſſent vocata & accincta, ſingula tanquam flores in faſciculo intexta & colligata, nitorem & odorem pariter certatim emiſerunt. Quocirca ait Ildephonſ. Mariam in fine vitæ præſetuliſſe ſpeciem & extitiſſe formã Eccleſiarum Dei, vel Eccleſiæ Dei, hoc eſt in Maria ad Æthera advolãte delineatũ eſſe & oſtẽſum exẽplar nobilitatis, & dignitatis Eccleſiæ Dei. Quo quidẽ in elogio evoluto, & explicato nil aliud legitur, quã in Maria cœleſtia petẽte, nõ ſolũ promicuiſſe cumulatiſsima merita, in quæ honorã da deſcendit corona, quæ quidẽ ſpectat ad eos, quæ vitæ metã attigerũt, & curſum cõſummarũt; ſed enituiſſe ſimul originalis iuſtitiæ ornamentũ, ingenitãque nobilitatẽ, quæ in ipſius vitæ exordio, nẽpè cõceptione dedicata præceſſerũt; pariterque ſplẽduiſſe ſingulare illud decus virgineæ maternitatis, & virginitatis maternæ, quod vitæ illius mediũ illuſtravit. Etenim Eccleſia Dei nobiliſsimè cõcepta & formata eſt, cõſpicuaq; origine prædita, & ſpõſa & mater virgo eſt: quòd Eccleſia ab ſplẽdida origine fuerit deducta, & in gratiæ fulgoribus generata, claret ex ſacramẽto, quod ex latere Adã formata eſt Eva, quã ſtatim ſibi ſponſã virginẽ adſcivit, & nuptiali fœdere copulavit: *Et ædificavit Dñs Deus coſtã, quã tulerat de Adã, & adduxit eã ad Adam; dixitq; Adã: Hoc nunc os ex oſſibus meis, & caro de carne mea: hæc vocabitur Virago, quoniã de viro ſumpta eſt*, Gen. 2. 22. Quo loco agnovit Paulus Eccleſiæ formationẽ ex Chriſti latere lãcea percuſſo, & ſanguinẽ & aquã effundẽte, ut eã nobiliter, & in ſanctitatis ſplẽdoribus formatã virginẽ ſponſam ſibi adiũgeret, quæ mater effecta & virgo permanens, plurimã ſibi filiorũ ſobolẽ procrearet: *Nemo*, inquit, *unquã carnem ſuam odio habuit, ſed nutrit & fovet eã ſicut & Chriſtus Eccleſiã, quia membra ſumus corporis eius, de carne eius & de oſſibus eius. Propter hoc relinquet homo patrẽ & matrẽ ſuã, & adhærebit uxori ſuæ, & erũt duo in carne una. Sacramẽtũ hoc magnũ eſt; ego autẽ dico in Chriſto & in Eccleſia*, Eph. 5. 29. ex eo autẽ quòd Eccleſia de latere Chriſti prodierit generata

Gen. 2. 22.

Ad Epheſ. 5. 29.

Ildephonſ.

tanquam ex auguſtiſsimo utero, & officina mundiſsima eius originalis nobilitas adſtruitur, prodijt enim tanquam quid divinum, vel tanquam ſi ei quid divinitatis in generatione fuerit immixtum, nam educta fuit tanquam membra habens de corpore eius, carnem & oſſa de carne eius, & de oſſibus eius: de corpore autem Chriſti nihil potuit turpe, aut immundum generari. Quo præmiſſo fundamento arguit Apoſtolus nitorem, pulchritudinem & elegantiam totius maculæ, & deformitatis expertem, quam à ſua origine nacta eſt Eccleſia: Ad Eph. 5. 25. *Chriſtus dilexit Eccleſiam, & ſemetipſum tradidit pro ea, ut illam ſanctificaret mundans lavacro aquæ in verbo vitæ, ut exhiberet ipſe ſibi glorioſam Eccleſiam, nõ habentem maculam, aut rugam, aut aliquid huiuſmodi, ſed ut ſit ſancta, & immaculata,* Ad Epheſ. 5. 25. Et denique talis, ut eius pulchritudinis amore delibutus ſponſus, eamque abſque ullo lenocinij fuco commendans, dixerit: Cant. 4. 7. *Tota pulchra es amica mea, & macula non eſt in te*, Cant. 4. 7. Hæc duo tam Canticorum, quàm Pauli loca, de Eccleſia militante interpretantur Clemens Roman. lib. 2. Conſtit. Apoſt. cap. 61. Chryſoſtom. Hieronym. Theophil. in præſenti, & Concilium Toletan. IV. cap. 1. Hæc omnia egregiè complexus eſt Auguſt. lib. 12. contra Fauſt. Manich. cui adhærent Eucherius, & Rupertus apud Lypomani catenam in cap. 2. Geneſ. *Immiſit igitur Dominus Deus ſoporem in Adam, id eſt, Deus Pater per crucis lignum mortem in Chriſtum; proprio enim filio ſuo non pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit illũ; ipſeque obdormivit admittendo in ſe ſomnum mortis, ſuſcepta pro voluntate Patris obedientia. Ait namque ipſe in Pſalmo: Ego dormivi, & ſomnum cepi. Dormivit igitur Adam, & fit illi mulier de latere; patitur Chriſtus, & fit, eo moriente, Eccleſia de ſacramento ſanguinis, qui de latere mortui profluxit. Tulit enim Deus unam de coſtis Adæ, & ex ea ædificavit mulierẽ, & de latere etiam Chriſti, de latere, inquã, dormientis, id eſt, iam mortui, ſanguinem & aquam per lanceæ vulnus eduxit, undè ex tunc uſque in finem ſæculi ædificare non deſinit, ut glorioſam Eccleſiam non habentem maculam, aut rugam exhibeat illi. Et benè æfidicata eſſe mulier de latere viri dicitur, quia Eccleſia templum Dei eſt per ſacramenta de eius latere exeuntia generata.* Generata inquam nobiliter, & conſpicuè, quia ab eius generatione omnis fuit prorſus originalis maculæ ignobilitas excluſa. Peccatum enim originale extra Eccleſiam eſt, & Eccleſia illius macula contaminata, aut deturpata cõcipi nequit. Quotquot enim eius inficiuntur piaculo, neque Eccleſia ſunt, nec membra, aut partes illius ſunt.

Clemens Roman. Chryſoſt. Hieron. Theoph. Conc. Tol. Auguſt. Eucherius. Ruper.

102 Hieronymus autem ex Geneſis, & Pauli locis præfatis adſtruit Eccleſiæ maternitatem, & fœcunditatem: *Quomodo*, inquit, *de Adam & uxore eius omne hominum naſcitur genus, ſic de Chriſto & Eccleſia omnis credentium multitudo generata eſt, quæ unum Eccleſiæ corpus effecta rurſus in latere Chriſti ponitur, & coſtæ locum replet, & unum viri corpus efficitur, ipſo Domino id in Evangelio poſtulante. Pater, da, ut quomodo ego & tu unum ſumus, ſic & ipſi in nobis unum ſint.* Eccleſia verò dum maternitatis fœcunditate ornatur, virginitas ſingularem ſplendorem non amittit; imò virginitas, & maternitas in ea reciproca ſe venuſtate comunt, & calamiſtrant, maternitate virgineo decore, virginitas prolis numeroſitate pulchrè facta & exornata: *Æmulor enim vos Dei æmulatione*, inquit Apoſtolus, 2. Corinth. 11. 2. *Deſponsi enim vos uni viro virginem caſtam exhibere Chriſto.* Quò loci acutè obſervavit Chryſoſtom. *O rem novam! in mũdo virgines ante matrimonium manent; poſt matrimonium non item. Hic autem nõ ſic verum, etiam ſi virgines ante hoc matrimonium non ſint, poſt initum matrimonium virgines efficiuntur. Ad hunc modum tota Eccleſia virgo eſt.* En quàm aptè diſſertèque Ildephonſus Mariam ſuam ad cœlum pompam inſtituentem formam Eccleſiæ Dei appellarit: ipſa enim in fine vitæ, non ſolùm ornamento, & corona gloriæ ſe accinxit, ſed & decore originali, quo initium vitæ inchoavit, ſplenduit: & maternitatis maieſtate, quæ ſpatium vitæ illius illuſtravit, refulſit: ſicque ad æthera elevabatur forma effecta & exemplar novæ ſponſæ quã ſponſo relinquebat in terris, nempè Eccleſiæ, quæ & in originali ſanctitate genitafuit, & maternitatis gloria promicuit, maternitatis fœcunditate haudquaquam virginitatem lædente, imò potius exacuente & venuſtante.

Hieron. 2. Corinth. 11. 2. Chryſoſt.

103 Cæterùm ut hoc argumentum dexteriori penicillo incoloremus, quibuſdãq; puntulis aureis diſtinguamus, vitam Chriſti cum Mariæ vita conferamus: Chriſti enim ſapientia, quæ diſpoſuit, ut Marianæ vitæ principia, media, & extrema mutua quadam ſimilitudinis ſpecie in claritudinis privilegijs, ſanctitatis gloriæque maieſtate reciprocè incingerẽtur, initia quoque, media, & extrema vitæ ſuæ effecit, ut in Maria decoranda, & honoribus cumulanda paria evaderent, & veluti æquali ſimilis gloriæ

æmu-

æmulatione inter ſe contenderent. Initium vitæ Chriſti Domini in ipſa eius auguſta conceptione, ſolemni claraque nativitate dedicatum eſt, in quibus humanum morem deteſtatus parenti integritatis detrimentum, anguſtiarumque cruciatus afferētem, ita abfuit procul, ut virginitatis decus laſſaret in Maria, puritatis florem abrumperet, integritatis honorem imminueret, ut in eius utero conceptus, & ab eo editus ea omnia novo ſplendore aucta, & cumulata reliquerit. Commendat ſingulari ingenio Richardus, quomodo Mariæ gloria ſublimia in ſuo conceptu, & partu incrementa ſuſceperit, ubi floridus aliarum fœminarum nitor naufragium patitur. Ad ea enim verba Eccli. 24. 42. *Inebriabo prati mei fructum*, ubi ipſe legit: *Partus mei fructum*, & lib. 12. de laudibus B. Mar. ſic ſcribit: *Fructū dicit partus, ut notetur ſingularis partus virginis; quia partus virginis fructum habuit non damnum, delectationem non dolorem. Eva enim peperit cum dolore, & damno propriæ ſubſtantiæ, dolor enim eſt ſenſus diviſionis continuorum, & talis non poteſt eſſe ſine deperditione ſubſtātiæ. Ipſa enim beata Virgo peperit ſine dolore, & in hoc ſingularitas partus oſtenditur. Dictum eſt enim Evæ; In dolore paries: ſed partus beatæ Virginis fuit fructus, quia ſine dolore, id eſt, ſine naturalium læſione, propter quod dictum eſt ei: Ave, id eſt, ſine va.* Adhuc luculentiùs Chryſologus ſerm. 142. *Virgo te gratia matrem præſtitit non natura; genitricem te dici pietas voluit, quam non ſinebat integritas. In tuo conceptu, in tuo partu crevit pudor, aucta eſt caſtitas, integritas roborata eſt, & ſolidata virginitas, omnes perſeveravere virtutes. Virgo, ſi tibi ſalva ſunt omnia, quid dediſti? Virgo quomodo mater? Si ſponſa genitrix quomodo? Ille quo tibi aucta ſunt omnia, nihil minuit virgo. Virgo concipitur ex te auctor tuus, tua ex te oritur origo, in tuo germine eſt genitor tuus, in tua carne eſt Deus tuus, ipſe lucē mundi per te cœpit, qui lucē mūdo dedit. Monita ergo per Angelum virgo nō præſumas hunc vocare filium tuū, ſed mox ut genueris, invoca Salvatorem, quia virginitas non ſibi parit filium, ſed parit pignus auctoris, & integritas ſuum geſtat Dominum non alumnum, dicente Angelo: & vocabis nomen eius Ieſum.* Adeò initiū vitæ Chriſti Parentem honoravit, ut præter cōmunem legem conceptionis & nativitatis humanæ non ſoiùm iacturam non attulerit Matri, quæ nihil moleſtiæ & preſſuræ impendit, ut fieret Parens, ſed cuncta illius ſupellectile illæſa manente, Dominum ſuum & Salvatorē illi credit, illius gremio claudit, cuius divitiarum & gratiarum primitias prior ipſa delibet. Amedeus autem homil. 3. virgineam honeſtatem Mariæ adeò locupletatam in ſuo conceptu & partu expendit, ut non ſolùm plus virgo, ſed plus quàm virgo manſerit. Nam illuſtriori virginitati ineffabilem divinum Verbum iniūxit divinæ maternitatis dignitatem: *Hæſiſti enim*, inquit, *Virgo pulcherrima ſtrictis amplexibus auctori pulchritudinis, & effecta plus virgo, imò plus quàm virgo, quia mater & virgo hoc ſacroſanctū ſemen Deifica infuſione ſuſcepiſti.*

Eccli. 24. 42. — Richar. de S. Laur. — Chryſol. — Amedeus.

104 Medium vitæ Chriſti ferè totū occupavit eius pietas erga Matrē honoribus afficiendam & exaltandam, à duodecimo enim ætatis ſuæ anno uſque ad trigeſimum Chriſtus Mariæ obedientiæ ſe devovit, & non ſolū Mariæ geſsit morē humilis filius, ſed & Ioſepho propter Mariā, quaſi obediētiæ holocauſtū, quod litabat parenti, cōgeminans & conduplicans, induſtriè ambiens quomodo obedientiā multiplicet erga Matrem. Hoc ingenium obediendi in Chriſto ſimul & immenſam dignitatem, maieſtatemque in quā obſecundatio nati parentem evexit, mirè commendat Bernardus ſerm. 1. ſuper, Miſſus eſt: *Erat ſubditus illis. Quis? Quibus? Deus hominibus; Deus, inquam, cui Angeli ſubditi ſunt, cui Principatus & Poteſtates obediunt, ſubditus erat Mariæ, nec tamen Mariæ, ſed etiam Ioſeph propter Mariam. Mirare ergo utrumlibet, & elige quid magis mireris, ſive Filij benigniſsimam dignationem, ſive Matris excellentiſsimam dignitatem. Vtrinque ſtupor, utrinque miraculum. Et quòd Deus fœminæ obtemperet, humilitas abſque exemplo: & quòd Deo fœmina principetur, ſublimitas ſine ſocio. In laudibus virginum ſingulariter canitur, quòd ſequuntur Agnum quocūque ierit. Quibus ergo laudibus iudicas dignam, quæ etiam præit?* Et ſerm. 3. de Reſurrect. expendit tantum maieſtatis & gloriæ æſtimaſſe Chriſtum obedientiam exhibere Mariæ, ut eam veluti divinitati præpoſuerit. Cùm enim divinum Verbum quaſi ſemetipſum præ immenſa maieſtatis ſuæ amplitudine non caperet, extenſiores cogitās ſinus, productioraque, quibus dilataretur ſpatia, ad obedientiam Mariæ eius magnitudo prodijt occupandam, veluti generoſus ille divinitatis tumor, qui in ſuamet divinitatis infinitate ſibi conſtrictus videbatur, ſub Mariæ obedientia iam quiſceret dilatatus, & quaſi obedientia Parentis caperet, quem divinitas ipſa veluti nō capiebat. Sic interpretor & elucido ſequētia verba Bernardi: *Et quid fecit Verbum? Non capiebatur in ſe, & deſcendit, ita ut eſſet ſubditus illis:*

Bernard. — Bernard.

illis. Cogita, quantũ ponderis ſplendidiſsimæque claritatis abyſſum, pro Mariæ gloria & auctoritate commendanda comprehendant verba illa Luc. 2. 51. *Et deſcendit cum eis, & venit Nazareth; & erat ſubditus illis*. Et quaſi parum id fuerit ad Mariæ præſtantiſsimos honores, & miras excellẽtias amplificandas, pietati & cultui erga Parentem, primum potentiæ ſuæ facinus conſecravit, ut Parens eſſet, quæ divinitatis ſuæ oſtenſionis primitias delibaret. Primũ à Chriſto editum miraculum fuit aqua in vinum verſa in Chana Galilææ, illudque preces extorſerunt maternæ; *Deficiente vino, dicit Mater Ieſu ad eum: Vinum non habent. Et dicit ei Ieſus? Quid mihi & tibi eſt mulier? nondum venit hora mea. Dicit Mater eius miniſtris: Quodcunque dixerit vobis, facite. Vinum*, inquit, *non habent*. Nihil exigens tantùm neceſsitatem repraſentat, quod & ſummæ fiduciæ fuit, ea enim certitudine conſequendi à Filio quod peteret, confidebat, ut ſuperfluum ambitum deprecationis duceret, ubi ſimplex indigẽtiæ propoſuiſſe indicium, ſufficere cognoſcebat; ſimul & profundæ modeſtiæ ingenium fuit, ut diſſertè appẽdit Bernardus de gradib. humilitat. *Diſce & in Matre Domini magnam in mirabilibus fidem habere; in magna fide verecundiam retinere. Diſce verecundia decorare fidem, reprimere præſumptionem. Vinum, inquit, non habent. Quàm breviter, quàm reverenter ſuggeſſit, unde piè fuit ſolicita*. Et paulò inferiùs: *Vinum, inquit, non habent. Quid modeſtius? quid fidelius? Non defuit pietati fides, voci gravitas, efficacia voto*. Sed & verba Chriſti ſub cuiuſdam auſteritatis & dedignationis cortice claudunt nucleum ardentis affectus, quo velut ſe impotentem declarat amori erga matrem eiuſque precibus obſiſtere: Qui enim rogat: *Quid mihi & tibi eſt mulier?* vult ut reſponſum, illum Mariæ natum, pariterque Mariam eius parentem clamet. Velut ſponſum rogantem ſponſam cerneres: Quid mihi tibi eſt mulier? nonne cogitares interrogationem amoris fuiſſe ingenium, ut ei ſtatim adſtantes dicerent; Nihil amplius & ſtrictius quã tibi, & illi, ſiquidem nullum aptius vinculum quàm nuptiale, quod geminos coniuges in unam cogit carnem, unumque ſpiritum. Quamobrẽ ſcitè Bernardus ait, ſerm. 2. Domin. 1. poſt octav. Epiph. *Quid mihi & tibi? Multum per omnem modum, ſed manifeſtè iam video, quòd non velut indignãs, aut confundere volens Virginis matris teneram verecundiam dixeris: Quid mihi & tibi? cum ventent bus ad te, iuxta matris præceptum, miniſtris, nihil cunctatus facias, quod illa ſuggeſſit*. Quaſi dicat; Quomodo non plurimum tibi & illi, cuius nutui feſtinus & feſtivus obedias? & ſanè hiſpida illa interrogatio, non tam minuit, quàm auget amoris indicia, & plus flammas prodit quàm abſcondit; nam quædam verborum acedia, & geſtus torvitas ars ſolet eſſe, qua plus urget & angit amor, & amoris ferculo, quandoque velut cõdimentum immiſcetur, quo pungitur & provocatur affectus, & cibus avidiorem excitat famem. Quamobrem D. Maximus hom. 1. in Domin. Epiphan. eleganter & acutè, hoc Chriſti reſponſum appellavit miſerentis, ſeu amantis myſterium. Verè ſacramentum quoddam amoris invenitur, ubi ſub auſteritatis, & indignationis accidentibus latet amor, & quod abſcondatur, non tepor eſt, ſed ardor amoris: amor enim, qui ſub contraria poteſtate arctatur, & tegitur, impotentem, & impatientem exitum ambit, & concludi ſe ſinit, ut cum ſtrepitu egreſſum clamoſum ſibi paret. Ait enim Maximus: *Venerabilis Maria verè ut mater Domini, in ſpiritu futura prænoſcens, ac Dominicã prævidens voluntatem, ſolicitè miniſtros admonuit, dicens: Quodcumque dixerit vobis facite. Sciebat profectò mater ſancta obiurgationem illam Domini filiique ſui non iraſcentis offenſam prætendere, ſed miſerentis portare ſacramentum*. Quaſi dicat: Maria quippè, quæ ſtrenuè divina Sapientiæ ordinem percallebat, ubi iræ indicia & ſeveritatis accidentia in filio eſt meditata, illico amoris ſacramentum agnovit, id eſt, ſub indicijs & accidentibus oppoſitis ingentem in filio accenſi affectus flammam latere, & ideò quaſi illius imperij Dominam ſe æſtimans, præcipit abſoluta poteſtate miniſtris, ut quidquid dictum eis fuerit, confidenter exequantur.

105 Iam denique in ultima vitæ meta conſtitutus bonus Dominus, ne ab initio & medio degener abſcedat, optimæ parenti pietatis iura perſolvit, eam poſtremam vitæ ſuæ exiſtere functionem ſtudens, à quâ primum vitam fuerat auſpicatus, & eius media decorârat, nempè honorẽ impenſum matri. Expendit Arnoldus Carnoten. tract. de ſeptem verbis Dom. ad illud: *Conſummatum eſt*. Poſt Ioannem Mariæ commendatum: *Mulier, ecce filius tuus*, Ioann. 19. 26. poſt parentem Ioannis curæ & obſequio concreditam: *Ecce mater tua*, num. 26. ſtatim ſubiunxiſſe Evangeliſtam: *Poſtea ſciẽs Ieſus, quia omnia conſummata ſunt*, num. 28. indeque elicit, curam & ſolicitudinem erga matrem Chriſtum in ultimum vitæ halitum aſſervaſſe manifeſtandam; ut pietas erga parentem aurea eſſet corona, quã

vitæ

vitæ ſuæ geſtis imponeret. Facinus quo parenti pietatis cultum ſolvit in morte, voluit, ut digniorem, nempè ultimum, locum inter reliqua vitæ ſuæ facinora poſſideret, ut eo veluti Regio diademate faſtum ſuæ vitæ coronaret, & in opere redemptionis thronum principem, & auguſtum teneret Maria tanquam quæ nobiliſsimo redemptionis ordine fuerit potita; ideò ſubdidit mox Evangeliſta: *Poſtea ſciens Ieſus, quia omnia conſummata ſunt, quaſi pietas erga matrem omnium fuiſſet conſummatio.* Inquit ergo Arnoldus: *Suſcepit Diſcipulus, quod ei commendatum eſt; & Chriſtus dixit: Conſummatum eſt. Hoc dixit, & bono pietatis fine myſterium omne complevit.* Similitudinis ordo, quo principium, medium & finis Chriſti vitæ in Maria gratijs, & honoribus cumulanda conformantur; apprimè paritatis ordini reſpondet, quo initium, medium, & terminus Marianæ vitæ in cœleſtium munerum ſplendore, & ſanctitatis ſingularitate configurantur; ut agnoſcas nobilitatis decus, & gratiæ ſublimitatem, qua Maria exornatur, Chriſtum velut propriam ſuam æſtimare, quaſi una ſit gloria parentis & filij, de filijque gloria & claritudine detrahi, quidquid de Mariæ dignitate, & ingenuitate detrahitur, ut præclarè obſervavit Arnoldus Carnotenſ. tract. de laudibus Mar. *Cùm debitæ veneration is ſumma ad Chriſtum reſpiciat, ex cuius plenitudine roratum eſt deſuper, quòd Maria prædicatur gratia plena; manifeſtum eſt individuam eſſe matris & filij gloriam, & commune eſſe utriuſq; præconium, cuius definitio omnem ſuperat intellectum.*

Arn. Garn.

106 Sanciamus ergo Mariam ob dignitatem puerperij divini ea formoſitate pulchreſcere, quæ filij ſui pulchritudini propiùs accedit & viciniùs; quæ in præſentia venuſtatis filij apparere non erubeſcit, quæ coram eo ſpecioſa vocatur, atque adeò filius eam provocat & invitat, ut pulchritudinis ſuæ Maria effundat radios, pompam evolvat è regione divinæ ſuæ ſpeciei, quò perſpicuum ſit omnibus, Mariæ formam & elegantiam veluti æmula gloria cum infinitate contendere, quippè, quæ preſente filij decore immenſo & luminis ſui gloriam expandente, decor Mariæ, nec confunditur, nec velut cedens diſcedit. Sic Hugo de S. Victor. elucubrans verba cap. 4. Cant. 7. ubi poſtquam ſponſus ſingillatim ſponſæ Mariæ univerſas corporis partes proprijs elogijs extulerit, quaſi omnia recapitulans ait: *Tota pulchra es amica mea, & macula non eſt in te.* Sic ſcribit Hugo tom. 2. ſerm. de Aſſumpt. Mar. *Ipſe ſponſus virginis, ipſe præconium dicit virginitatis; à quo laudari tanto maius eſt, quanto eum in laude cuiuſque falli minus quàm poſſibile eſt. Author pulchritudinis, & iudex veritatis ipſe pulchritudinem commendat, & approbat charitatem: ipſe ſe amare fatetur, quam fecit amabilem; & amari ſe gloriatur ab ea, cui dedit dilectionem. O res mira! Ipſe filius matris, & ſponſus Virginis: integritatis author, & fructus fœcunditatis. Ipſam dilectam laudat, ſpecioſam commendat, amicam invitat. Tota pulchra es amica mea. O admirabilis amator, ò ſingularis dilector! Quid dicis? Ipſa eſt genitrix tua, ipſa amica tua. Et quomodo amica tua? Num genitricem ipſam credimus tuam amicam? Aut quomodo? Certè amica eſt tua, & genitrix tua. Amica tua, quòd intacta: genitrix tua, quòd fœcunda. Voca ergo ſponſam tuam, invita amicam tuam. Voca formoſus pulchrã, ſpecioſus decoram, dilectus unicam. Lauda pulchritudinem eius, ne pertimeſcat ad pulchrum accedere: dic formoſitatem eius, ne ſe trepidet formoſiſsimo ſociari. Dic ergo dilector, dic dilectæ tuæ ſpeciem ſuam, dic dilectionem tuã, ut properet citius ſociari. Dic ergo, dic: Tota pulchra es amica mea. Quid virgo ſpecioſa dubitas? Quid cunctaris? Egredere ut ſpecioſum videas, & videaris ſpecioſa. Quid moras nectis? Deſideras pulchrum videre, ſed fortè paveſcis, vel in modico non pulchra videri; & ideò fortè exire metuis, manifeſtari trepidas, præſentari erubeſcis. Tolle timorem, aufer formidinẽ: Ego te video, qui voco te: præſentem habeo, qui te invito, ut venias. Non enim te voco, ut incipiam videre te, ſed ut me tibi manifeſtum videndum præbeam. Ergo ne timeas, vel mihi vocanti crede de te: quia nequaquàm vocarem, ſi præparatam non cernerem, ſi minus dignam viderem. Mundam voco, ſinceram invito, totam pulchram deſidero. Totaque pulchra es amica mea. O qualis ſocietas! Totus pulcher totam pulchrã ſibi ſociat. Tota pulchra es amica mea: Ego totus pulcher, & tu tota pulchra: ego per naturam, & tu per gratiam. Ego totus pulcher, quia totum, quod pulchrum eſt, in me eſt; tu tota pulchra, quia nihil, quod turpe eſt, in te eſt. Tota pulchra es amica mea, & macula non eſt in te.* Verè filius nullo dolore afficitur, nulla langueſcit invidia de pulchritudine matris, ſibi ubertim ſimili, non moratur, eam ſibi in tota pulchritudine velut exæquare, & illi per gratiam concedere, quod ipſe per naturam habet. Vndè ſicut totus pulcher ipſe, nã ab origine pulcher, ita tota pulchra Maria: ſicut generationem ſortitus eſt nobilem & pecca tiexpertem, ita Maria nacta eſt conceptionem ingenuam, & à peccato immunem. Nec mi-

Cant. 4. 7.

Hugo de S. Victor.

rum

rum ſanè, quòd pulchritudinẽ ſuam effundat pleno gurgite in matrem, cui ſi non tota gloria, pars maxima gloriæ ipſius eſt, habere ita ſibi ſimillimam matrem, ut nulla in illo ſit pulchritudo, de qua cũ eo mater ipſi blandiendo non decertet. Proſequitur Hugo: *Tota ergo pulchra es, corpore nivea, mente ſincera. Tota pulchra es: nihil in te pulchritudo reliquit, quod non poſsideat. Totam decor obtinet, formoſitas tenet, regit honeſtas. Tota pulchra es amica mea, & macula non eſt in te. O digna digni, formoſa pulchri, munda incorrupti, excelſa Altiſsimi, mater Dei, ſponſa Regis aterni. Quàm pulchra es, & quàm ſuavis es, quam ſcrutator rerum probat, quam inſpector cordium laudat, quam diligit author pulchritudinis, cui teſtimonium perhibet Magiſter veritatis.* Et Doctus Idiota lib. de cõtemplat. Vir. Mar. expendens ſimilitudinis proportionem, qua Marianæ vitæ exordia, initia, & extrema ſe mutuò quaſi paria reſpiciunt, præindicatũ Cant. locum illis appropriat, ita ut Maria, tota in conceptione, tota in divino conceptu, tota in aſſumptione pulchra & abſq; macula prædicetur. Sic enim ille cap. 2. *O plus quàm glorioſa Virgo Maria, tota pulchra es, & macula non eſt in te. Tota pulchra es in anima per virtutem, & chariſmatum omnium perfectam pulchritudinem. Tota pulchra es in tua conceptione, ad hoc ſolum effecta, ut templum eſſes Dei Altiſsimi. Tota pulchra es generatione Verbi divini, qui eſt ſplendor paternæ gloriæ, qui eſt candor lucis æternæ, & ſpeculum ſine macula, in quem deſiderant Angeli proſpicere. Cuius pulchritudinem Sol, & Luna mirantur. Tuæ glorioſæ animæ nihil unquam affuit turpitudinis vitij, aut peccati, & nihil defuit ſpiritualis pulchritudinis, gratiæ, aut virtutis. Tot enim habuiſti pulchritudines, quot virtutes; & ſingulas in altiori gradu, quàm conceſſum fuerit poſt filium tuum ſuper benedictum puræ creaturæ, in his namque ſimilem non habuiſti, neque es habitura ſequentem, &c. Tota igitur pulchra es Virgo glorioſiſſima, & non in parte, ſed in tota, & macula peccati, ſive mortalis, ſive venialis, ſive originalis, nõ eſt in te, nec unquam fuit, nec erit. ſed adeſt tibi omnis gratia naturalium bonorum, ſpiritualium chariſmatum, & cœleſtium donorum.*

Idiota.

107 Sed ne abſque ſpeciali aliquo ſalis condimento præfatum Cant. locum: *Tota pulchra es amica mea, & macula non eſt in te,* dimittamus, operępretium eſt advertere, in eo divinum quoddam encomium, & quod non niſi Deum decet, eſſe inviſceratum: nam poſtquam dixerit ſponſus Mariã pulchram, & ſplendidam, inculcare conſultò in ea nebulam ullam, aut maculam non eſſe, divinam redolet munditiam. Nam ea aſſumitur phraſis ad divinam impeccabilitatem atteſtãdam. Recole illud Ioan. epiſt. 1. cap. 1. 5. *Et hæc eſt annuntiatio, quam audivimus ab eo, & annuntiamus vobis: Quoniam Deus lux eſt, & tenebræ in eo nõ ſunt ullæ.* Difficilis ſanè locus, ſed ne ullus ſubterfugiendæ difficultatis aditus pateat: ſciendum eſt cum Didymo, Oecumenio & Auguſt. præludium illud, quod Ioannes documento à ſe tradendo præponit: *Et hæc eſt annuntiatio, quam audivimus ab eo, &c.* non eſſe ad ſuperiora, ſed ad ſequentia referendum: *Ab ipſo Salvatore* (inquit Didymus) *annuntiationem Diſcipulis factam ſcripſit, qua declaratur, quia cùm Deus lux ſit, nullas tenebras habet in ſemetipſo: Hãc annuntiationem & vobis, inquit, offerimus, ut eamdem, quam nos, de Deo ſententiam habeatis.* Vt quid igitur is maieſtatis prologus? Is magnificus apparatus verborũ? *Et hæc eſt annuntiatio, quam audivimus ab eo, & annuntiamus vobis.* Præmittuntur enim hæc à Ioanne, ut audientium attentã mentem captet, animoſque ad auguſtum quid & abſtruſum myſterium excipiendum erigat; & quale illud? quæſo: *Quoniã Deus lux eſt, & tenebræ in eo non ſunt ullæ.* Ita ne hoc inſolitum, & de Deo inauditum, & inacceſsibili granditate eum ſublime demonſtrans, ut prolocutione egeat? Nonne lumina iuſti appellantur? Nonne Apoſtolis ab ipſa Sapientia divina dictum eſt? *Vos eſtis lux mundi,* Matth. 5. 13. Meherclè verum eſt, quòd lux iuſti ſint, luxque Apoſtoli accerſantur: non tamen lux ſunt, in qua nullæ tenebræ comprehenduntur: lux enim ſunt, quæ obtenebratur ex parte, & in qua aliqualis reperitur caligo. Atverò cùm prodijt lux, in qua tenebræ non ſunt ullæ, quid eximium eſt, & præconium de Deo ſingulariter enuntiatum, utpote ſolius divinitatis coruſcum & inſigne, nam eius prænuntiat impeccabilitatem. Optimè Hieronym. lib. 2. adverſus Pelagian. *Deus lux appellatur, & tenebræ in eo non ſunt ullæ. Quando dicit, nullas tenebras in Dei lumine reperiri, oſtendit omnia aliorum lumina aliqua ſorde maculari. Denique & Apoſtoli appellantur lux mundi, ſed non eſt ſcriptum, quòd in Apoſtolorum luce nullæ ſint tenebræ. Et de Ioanne ſcribitur: Hìc venit in teſtimonium, ut teſtimonium perhiberet de lumine, ut omnes crederent per illum, nõ erat ille lux, ſed ut teſtimonium perhiberet de lumine.* Quapropter ſcitè Oecumenius ex hoc loco illibatam Chriſti Domini originem puramque generationem evincit:

Ioan epiſt. 1. cap. 1. 5.

Auguſt.

Oecume.

Didymus.

Matt. 5. 13.

Hieron.

Idem

Occam. *Idem Ioannes in Evangelio dixit: Lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehenderunt. Tenebras peccatricem noſtram ſubſtantiam vocans, in qua Chriſtus natus eſt, id eſt, qua aſſumpta Chriſtus eius inquinationum particeps non fuit. Peccatū enim nō fecit. Sic David: Rectus Dominus Deus noſter, & non eſt iniquitas in eo.* Iam ex his energiam, & legitimum intellectum illius loci Cant. decerpes, in quo cœleſtis ſponſus Mariam affatur: *Tota pulchra es amica mea, & macula nō eſt in te.* Vt enim Matrem ſuam divina Sapientia oſtendat, non ſolùm pulchritudine nitidā, ſed totius labis etiam originalis expertem, non ſolùm eam teſtatur pulchram totam, & luminoſam, ſed elocutione utitur, quæ numini ſingulariter competit, negando illi totius maculæ nebulam, aſſerendoque, quòd nullius ſordis obſcuritas illi inſit. Nā ſibi ex æquo hæc duo pronuntiata reſpondent, & quod de Deo eloquitur Ioannes, *& tenebræ in eo non ſunt ullæ*, & quod de Maria filius effatur, *& macula non eſt in te.*

§. V.

Adhuc urgemus divinæ maternitatis iure debitam fuiſſe Mariæ illibatā generationem, item & iure maternitatis omnium fidelium.

108 *ORiginalem ſplendorem tanquā Parentis ſuæ propriſſimum inſigne ſpeciali gloriæ ſuæ zelo Chriſtus aſſervavit; undè Baptiſtæ alias nativitatis ſuæ, & conceptionis prærogativas elargiens cōceptionis nobilitatem denegavit. Conferuntur inter ſe conceptio, & nativitas Chriſti, & generatio, & ortus Ioannis, ex Chryſolog. & Imperfecto.*

109 *Ex eo quòd unicum cum Maria communem æternus Pater habuerit filium, nobilis Mariæ origo evincitur, per Amedeum. Item ex depoſito, quo Maria Ioāni Evangeliſtæ tradita eſt. Ioan. 19. 26. per Arnoldum Carnoten. Gregor. Aug. Theophil. Origen. Apolinar.*

110 *Cur prius Mariæ commendatus eſt Ioannes à Chriſto, quàm commendata eì Maria? Nempè, ut prius quàm Mariā Ioannes acciperet, in divinitatem veluti demigraret, Ioan. 19. 26. & 27. per Arnoldum Carnot. & Orig. huius verba illuſtantur: Accedit Petr. Damian.*

111 *Ex his validum argumentum conflatur pro intemerata Mariæ conceptione adſtruenda.*

112 *Excelſius & dignius cenſet Arnoldus Carnotenſ. depoſitum Mariæ creditum Ioanni, quàm Eccleſiæ depoſitum traditum Petro. Explicatur Arnoldus à ſuo ſcholiaſte, ſimilitudo, quæ accingit Mariam, & Eccleſiam, diſcrimen inter altare holocauſti, cui Eccleſia confertur, & Thymiamatis aram, cui Maria exæquatur, ex Exod. cap. 27. 1. cap. 30. 1. cap. 38. 1 & 2. cap. 30. 3.*

113 *Ex ulteriori diſſidio, quod funditur inter utrumque altare amplius nobilitas Mariana ſplendeſcit, Exod. 30. 10. per Auguſtin. Exod. 30. 6. & Ezechiel. 41. 22. & 23. per Pradum, & Caietan. ſubſidiatur interpretatio Bedæ.*

114 *Quantum ſententia Bedæ ad adſtruendam Mariæ ingenuam originem conferat. Compoſitio Thymiamatis, cuius myſteria aperiunt Lypomarus, & Interlinealis, necnon & Caietanus ſtrenuum ſymbolum illuſtris Mariæ generationis præfert. Alluditur ad Cantic. 3. 6. per Amedeum, & illuſtratur argumentum ex Iſai. 1. 11. & 14.*

115 *Simul altare, quo fumabat Thymiama, & Thymiama ipſum, Sāctaſanctorū ſunt nūcupata, utroq; Marianæ nobilitatis ſtēma præoſtēdēte, ex Exod. 30. 36. & cap. 30. 10. ex Caiet. & Lypom. quod quidem nomen ſingulariter Mariæ commendat nobilitatem.*

116 *Chriſtus non ſemel extitit Mariæ filius ex argumento, quo Iacob triplicem invenit rationem, ob quam Ioſeph ter filium ſuum nominarit, Geneſ. 49. 22. per Rufinum. Primò Ioſeph filius appellatus eſt Iacob, quia ex ſterili habuit, ex qua ſobolem deſperarat: & Chriſtus prodijt filius Mariæ ſterilitate virginitatis præeditæ, quod maiorem difficultatis involvit arduitatem, Luc. 1. 34. & 35. per Ambroſ.*

117 *Iacob ſecundò naſcitur Ioſeph filius, cùm accepit eum vivere, poſtquam mortuum putavit; & Maria denuò viſa eſt habuiſſe Chriſtum, cùm per reſurrectionē regeneratum obtinuit, Æternus Pater & Maria quomodo rurſus Chriſti regenerationis per reſurrectionem Parentes effecti, Geneſ. 49. 9. per Eucher. & ex loco Matth. 12. 40. per Ruper.*

118 *Tertiò Ioſephum filium ſuum reputavit Iacob, ratione præſtātiſſimæ in virtutibus ſimilitudinis, quibus pater orr. atus Deum videbat. Adſtruitur eximia ſimilitudo inter Chriſtum, & Mariam:*

Quid-

Quidquid exterius in Maria apparebat, divinitatis erat ambitus & forma, per Richard. de S. Laurent. cuius verba illuſtrantur.

119 Adſtruitur clara Mariæ origo ob maternitatem, ex Pſal. 71. 6. ex Amedeo. Quàm præmundata fuerit à Deo in parentibus Mariæ officina generationis, in qua formata eſt, per Petr. Galatin. & Auguſtin.

120 Conceptio in ſplendoribus gratiæ non ſolùm debita fuit Mariæ ob divinam maternitatem, ſed quia electa eſt omnium fidelium parens, ex Richardo de S. Laur. Explicantur difficilia verba Auguſtini: Quomodo Chriſtus in uterum Mariæ deſcendens, honore illum affecerit, præpararitque, ut fideles in eo regenerarentur. Omnia noſtra bona à Maria, per Hugon. de S. Victor.

121 Ad præfatum argumentum fulciendum extricatur nodus loci Cant. 8. 2 qui arctatur, ex Ioan. 12. 24. & evincitur, qua ratione fœtus Mariani uteri ſit triticum, & lilia. Maria iuxta crucẽ mater effecta noſtræ redẽptionis, quã ut Pater Chriſtus operabatur, per Richard. de S. Laurent. & Arnold. Carnoten. in Ioan. fideles Mariæ filij traditi, Ioan. 19. 26. & 27. per Tolet. & Simon. de Caſſia, confirmat argumentum Ambroſ.

122 Diluitur præcedentis numeri difficultas, ex Cant. 2. 1. per Alanum, cui atteſtatur Guillielm. inſtruens arctiſſimam ſimilitudinem inter Chriſtum, & Mariam, uterque enim lilium appellatur cõvallium. Fideles omnes ſic filios ſuos putat Maria quemadmodum Paulus, quos in Chriſto generabat, ad Philipp. 4. 1. ad Theſal. cap. 2. 19. 20. & cap. 2. 10. per D. Thom. Fideles ob ſimilitudinem cum parentibus, nempè Chriſto & Maria lilia appellati, per Amedeum.

123 Ob hanc fidelium maternitatem Mariæ compacta illuſtriſſima origine, ex Cant. 8. 2. per Rupertũ. Mariani uteri nobilitas innata ex capacitate neminem exceptante per Guillielm.

124 Ex præfiguratione maternitatis Mariæ in arca Noe, quæ generis humani excepit ſemen, ut genus ſalvaret humanum adſtruitur claritudo conceptionis Mariæ, illa enim arca ingenio Dei fuit fabrefacta, quia Mariæ conceptio, ſeu fabrica opus Dei erat futura, ex Auguſtin. ad Gene. 6. 14. Chryſoſt. Bern. Richar. de S. Laurent. Cùm Chriſtus ad refectionem, & requiem invitat, fideles, eos in utero Mariæ invitat reficiendos, Matt. 11. 28.

125 Maria in ipſa ſui conceptione ardore fidelium ſalutis inflammata, per Bernardinum, ut per illum eius puritas commendetur.

126 Ioannes Baptiſta, qui multos regeneraturus erat ad fidem, Luc. 1. 15. præcocem habuit in utero ſanctitatis nobilitatem, & vitam egit veluti ab Adæ damnatione immunem, Geneſ. 3. 17. & 18. & inſigne quoddam originariæ iuſtitiæ oſtendit per Chryſoſt. ex quo conflatur argumentum pro intemerata Mariæ cõceptione.

108 SAnè generationis ingenuam ſplendidamq́; nobilitatem tanquam ſingularem divinæ maternitatis candidam, ſpecialemque diſtinctionis notam, quodam generoſo zelotypiæ ardore videtur divinus filius perpetim proſecutus; quamobrem, ſi aliquando ſtatuit eximia amoris ſui indicia alicui præbens, ut excellentiæ, & prærogativæ ſigillatim ſibi aſſervatę in eum ſummoperè honorandum confluerent, ſolam claræ originis gloriam illi denegavit, eam velut proprium inſigne Dei puerperæ æmulatus. Verè ſi rem iugi meditatione ſcruteris, reperies, quidquid ſingulare & glorioſum divina excogitaverit Sapientia, ut divini filij conceptionem, & nativitatem excellentiùs, & ſublimiùs obſignaret, Ioanni haudquaquam fuiſſe denegatum. Vndè Ioannis nativitas, quibuſdam divinitatis infulis ſplenduit. Archangelus enim, qui prænuntius fuit Chriſti generationis ſic Mariam affatus: *Ecce concipies in utero, & paries filium*, Luc. 1. 31. Luc. 1. 31.
Ioannis quoque conceptionis prænuntius extitit: *Ait autẽ ad illum Angelus* (nempè Gabriel) *Ne timeas Zacharia, quoniam exaudita eſt deprecatio tua: & uxor tua Eliſabeth pariet tibi filium*, Luc. 1. 13. Ieſu nomen prius indictum eſt parentibus, quã Chriſtus naſceretur. Nam Ioſepho dictum eſt ab Angelo: *Vocabis nomen eius Ieſum*, Matth. 1. 21. pariter & Mariæ, Luc. 1. 31. *Vocabis nomen eius Ieſum.* Idem Gabriel Zachariæ intimavit: *Vocabis nomen eius Ioannem.* Quod nomen divinitus etiam acceperat Eliſabeth; nam cùm parentes eius vellent parentis filio nomen imponere, cõtenderentque Zachariam eum vocari: *Reſpondens mater eius dixit: Nequaquam, ſed vocabitur Ioannes*, Luc. 1. 60. Neque enim coniux uxori poterat ſuggerere nomen, quod ab Angelo audierat, cùm linguæ eſſet vinculis præpeditus. Ordo & oppulentia Chriſti regni prædicitur: *Hic erit magnus,* Luc. 1. 13. Luc. 1. 13. Matt. 1. 21. Luc. 1. 31. Luc. 1. 60. Luc. 1. 32.

nus, & filius Altiſſimi vocabitur, & dabit illi Dominus Deus ſedem David patris eius, & regnabit in domo Iacob in æternũ, & Regni eius non erit finis, Luc. 1. 32. Dignitatem, & ſeriem geſtorum Baptiſtæ vaticinatur Angelus: *Erit enim magnus coram Domino, & vinum, & ſiceram non bibet, & Spiritu ſancto replebitur, adhuc ex utero matris ſuæ, & multos filiorum Iſraël convertet ad Dominum Deum ipſorum: & ipſe præcedet ante eum in ſpiritu & virtute Eliæ, ut convertat corda patrum in filios, & incredulos ad prudentiam iuſtorum, parare Domino plebem perfectam.* Imò plus celebritatis defertur conceptioni Ioannis quàm Chriſti: ſiquidem Ioannis conceptio prædicitur in adytis ſacris, & inter ſanctos accenſi thuris ſuffitus, Angelo dexteram altaris tenente, Luc. 1. 9. & 11. Et tanti ritus cauſam expendens Chryſolog. ſerm. 88. inquit: *Vt eum daret univerſitati, largiretur ſæculis, populis cõdonaret, & fieret ſacramenti filius, inter ſacraria delatus, inter ſacramenta conceſſus.* Chriſti verò conceptio abdito ſilentio, & inter arcta ſecreti puellæ cubilis clauſtra nuntiatur. Deinde ſolemnia feſtivi plauſus gaudia, quibus multorum animi, ex Ioannis nativitate erant perfundendi, præſagijt Angelus: *Et erit*, inquit, *tibi gaudium & exultatio, & multi in nativitate eius gaudebũt*, Luc. 1. 14. Atverò lætitiæ, & mirandæ hilaritatis, quæ immixtum Angelorum & paſtorum tenuit cuneum, nulla præceſſêre vaticinia. Quæ cùm ita ſint; in una eademque ſingulariſsima prærogativa ſtuduit Chriſtus à conceptione ſua Ioannis conceptionem ſuperari, nempè in mira parentis ſuæ ſanctitate Evæ peccato ſe opponente, & efflorête, cùm ipſe concipitur, quæ promicat è regione infelicis defectus Zachariæ de Evæ defectu æmulationem trahentis, dum concipitur Ioannes. Archangeli oraculo dubia fide, reſpondit Zacharias: *Et dixit Zacharias ad Angelum: Vndè hoc ſciam? Ego enim ſum ſenex, & uxor mea proceſsit in diebus ſuis*, Luc. 1. 18. Cuius incredulitatem ſtatim damnavit, & plectit Angelus: *Et ecce eris tacens, & non poteris loqui, uſque in diem quo hæc fiant, pro eo quòd non credidiſti verbis meis.* Interrogat Maria Angelum divini Verbi conceptum ſibi nuntiantem: *Quomodo fiet iſtud, quoniam virum non cognoſco*, Luc. 1. 34. Sed interrogat, accenſam gerens, & ſervans in animo fidei flammam. Diſcrimen inter interrogationem Zachariæ & Mariæ aperit Chryſologus, ut quantum incredulitatis Zachariæ verbis, ſermoni Mariæ, quãtum fidei inhæſerit, evincatur, ſerm. 142. ſic inquit ille: *Ecce Maria interrogat; & ſi qui interrogat, dubitat, cur ſolus Zacharias velut querulus percunctatur, incurrit? Quia pectorum cognitor nõ verba, ſed corda pervidit: nũ quid dixerint, ſed quid ſenſerint, iudicavit; erat enim interrogantium cauſa diſſimilis, ſpecies diviſa; hæc contra naturam credidit, ille dubitat pro natura: hæc integræ rei ordinem quærit, ille quæ Deus iubet, fieri non poſſe præſcribit: ille impellentibus exemplis non accedit ad fidẽ, hæc ſine exemplo percurrit ad fidem: hæc miratur de partu virginis, ille de conceptu diſputat coniugali. Meritò hæc loquitur, hæc Deum ſuo cognoſcit, & confitetur in corpore: ille tacet donec Ioannem, quem negabat, convictus proprio redderet ex corpore.* Igitur amplioribus Ioannis conceptioni privilegijs conceſsis, parentem eius à Chriſti parente Maria una nobilitatis diſcriminat differentia, quòd ille ad generationem Ioannis efficiendam incredulitatis ignobilitate diſponitur, negans verbis Angeli fidem, fidem naturæ ne inficietur, & in hoc priorum parentum ſe filium demonſtravit, qui ut crederent verba ſerpentis, divini Verbi fidem corruperunt. Maria verò ad concipiendum filium mira, & ineffabili fide præornatur; fide, inquam, ſine exẽplo, & contra naturæ præſcripta pugnante, qua priorum parentum infidelem fluxum ſe haudquaquam participaſſe monſtravit. Elucet ergo nota primi flagitij in parente Ioannis, cùm ad eius conceptionem accedit; ſplendet in Maria primæ incredulitatis abolitio, cùm filium concipit. Zachariæ, quod à primo parente acceperat, innuit ſe in filium derivare. Maria dum concipit, nobilitatem ſuæ originis profitetur, fidei ſuæ ardorem oſtendens priori incredulitati reluctari. Accipe Imperfect. hom. 3. in Matth. *Sol appropians ad proceſſum antequam appareat, mittit radios ſuos & facit albeſcere Orientem, ut procedens Aurora adventum diei demonſtret. Sic Dominus natus in mundo antequam appareat, ſpiritus ſui fulgore tranſmiſſo illuminavit Ioannem, ut præcedens ille adventum Salvatoris annuntiet. &c. Venit Ioannes quaſi magni Regis præparator fidelis. Quaſi Rex, talis & nuntius Regis. Natus ex gratia non ex natura. Sicut Chriſti conceptionem antè Angelus nuntiavit; ſic & iſtius: ſicut illius nomen antequam conciperetur, auditum eſt; ſic & iſtius. Sicut illius poteſtas antequam naſceretur, oſtenſa eſt: ſic & iſtius virtus antequam naſceretur, manifeſtata eſt. Hæc fuit inter illos differentia; quia Chriſto concepto, fidelis mater confeſſa eſt gratiam Deo, dicens: Ecce ancilla*

Luc. 1. 15.

Luc. 1. 9. & 11.

Chryſol.

Luc. 1. 14.

Luc. 1. 18.

Luc. 1. 34.

Chryſol.

Imperfect.

Domini, fiat mihi ſecundùm verbum tuum. Ioanne autem concepto incredulus pater obmutuit. Igitur Zacharias incredulitatis ſuæ & damnationis notâ inuſtus filium generat, Maria mirabilis fidei profeſsione ornata filium concipit, ut ibi tam in parente, quàm in filio infectæ originis forma, hic tam in filio, quàm in parente originis illibatæ ordo monſtretur. Subdit Imperfectus nobilem Ioannis nativitatẽ commendans, eiuſque nobiliratis reddens cauſam: *Nec enim decebat, ut ex carne & ſanguine naſceretur, qui ideò naſcebatur, ut filium Virginis prædicaret.* Perpende longum intervallum, quod inter Verbi divini generationem, & prædicationem funditur. Si enim, quia Ioannes Chriſtum erat evulgaturus, conſentaneum fuit, ut nobilitatis titulis inſignitus ederetur in lucem, ac proinde, ut ex carne & ſanguine non videretur natus; profecto divini Verbi generationis dignitas exigebat, ut ab altiori initio claritudinis repeteretur ſplendor, ac proinde, ut ea ſanctitate, quæ Dei Verbũ generaret, prædita conciperetur, ut ex carne & ſanguine non videretur concepta.

109 Meherclè Amedeus hom. 4. ex eo, quòd Maria in Deiparam fuerit præelecta, & prædeſtinata elicit præclaræ illi originis benedictionem cœlitus delatam, qua univerſum fœminarum ſexum anteſtat; dignitas enim depoſiti, quod ei commendabatur, meritò eam ſingularem excellentiam veluti iure ſibi debiam poſtulabat. Ait enim: *Repleta igitur Maria ſcientia Domini, ſicut aquæ maris inundantes, rapitur extra ſe, & mente ſurſum elevata altiſſima contemplatione defigitur. Miratur ſe Virginem aſſumptam in matrem, & Dei genitricem ſelecta miratur. Intelligit in ſe completa Patriarcharum promiſſa, Prophetarum oracula, & patrum antiquorum deſideria, qui Chriſtum de virgine naſci præconabantur, & ortum eius votis omnibus expectabant. Videt Dei filium ſibi commendatum, & mundi ſalutem ſibi creditam lætatur. Audit ſibi dicentem, & in ſe loquentem Dominum Deum. Ecce elegi te ex omni carne, & inter omnes mulieres benedixi. Ecce commendavi tibi filium meum, commiſi tibi unicum meum, agnoſce non ſolùm Deum, ſed & Filium. Filius meus eſt, filius tuus eſt. Filius meus ex divinitate, filius tuus ex aſſumpta humanitate.* Vt autẽ ediſcas, benedictionẽ, qua inter omnes mulieres conſpicua fuit Maria, nõ ſolùm claritudinẽ originis cõtinere, ſed quandã imbibere miri exceſſus granditatẽ, quæ omnem ſuperat intellectum, innuerecq; illam à primo vitæ ſuæ inſtanti quadam veluti divinitatis portione fuiſſe initiatam: ſcrutare indicibilem maieſtatem, ſeu incomparabilẽ metamorphoſim, transformationem, aut transſubſtantiationẽ, ad quam provectus, & evectus eſt Ioannes Evangeliſta, ut Mariam veluti depoſitum acciperet. Auſcultа Arnoldum Carnoten. tract. de ſeptem. verb. Domini, illud explicantem: *Mulier ecce filius tuus*, Ioann. 19. 26. *Diſcipulus, qui in cœna Domini cervical ſibi in pectore Magiſtri aptaverat, ecce iterum alio privilegio honoratur, & poſt illud reclinatorium, in quo viderat; in principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum; officina illa, in qua Verbum caro factum eſt, diligenter à filio commendatur.* Quibus verbis innuit Arnoldus tantam eſſe Mariani depoſiti maieſtatem, ut quò Ioanni dignè concrederetur, illum prius exceptum fuiſſe in ſinu Dominico, ubi poſt ſacri corporis ſumptionem, cœleſtis Sapientiæ epulo paſtus eſt, ut inquit Gregor. lib. 27. Moral. capit. 6. *Quid charius Ioanne? iſte per amorem in ipſo auctoris noſtri pectore requievit, & qui ad corporalis cœnæ refectionem venerat, ſpirituale pabulum de ſinu Redemptoris ſumpſit.* Simul enim Ioannes divini corporis delicias delibabat, & divinitatis theſauros mente hauriebat, ad abdita divinæ Sapientiæ arcana admiſſus, ut inquit Auguſtin. tract. 61. Ioann. *Hic eſt utique pectoris ſinus, Sapientiæ ſecretũ*: Et Theophilactus: *Id quod Theologicæ dignitatis ſymbolum eſt.* Origenes verò, inquit eo facto ſtuduiſſe Chriſtum Ioannem ad id celſitudinis faſtigium ſublimare, ut exprimeret maieſtatem, qua ipſe Ieſus ab æterno in ſinu Dei Patris requieſcit, quod quidem non eſt aliud, quàm Ioannem quadam æterni filij gloria initiare: *Erat*, inquit, *recumbens unus ex diſcipulis eius in ſinu Ieſu, pro dignitate honoris, quem conveniens eſt filio Dei dare, & ei quem ipſe dilexerit accipere: Et exiſtimo, quòd quamvis ſymbolicè recumberet tùm temporis Ioannes in ſinu Ieſu hoc munere dignatus, ceu præcipuo amore Magiſtri habitus dignus, hoc ſymbolicum denotare, Ioannem addictum in ſermonem Filij Dei propenſum, & illi multũ faventem, in rebuſque ſecretioribus acquieſcentem, recubuiſſe in ſinibus ſermonis Filij Dei, perinde ac ipſe Dei ſermo eſt in ſinibus Patris iuxta illud: Vnigenitus, qui eſt in ſinu Patris, ipſe nobis enarravit.* Et ut præclarè obſervavit Apollinarius apud Caten. Græcam, ea ſpecialis favoris gratia Ioannes tunc divino conſilio eſt potitus, ut ab omni ſe ſuſpicionis crimine expurgaret, Ambigebatur enim inter Diſcipulos, quiſnam eſſet, qui Magiſtrum traderet: *Ego autem*

Amedeus.

Ioan. 19. 26 Arnol. Car.

Gregorius.

Auguſtin. Theoph.

Origen.

Apollinar.

autem, ait, *& aliam ob cauſam id factum puto, ut nimirum oſtenderet ſe à crimine alienum, ideòque confidentiùs agere, atque id audere, quandoquidem non id alio loco dixerit, ſed cùm Petrus innuit.* Cùm enim iam Deus cogitaret de Maria Ioanni commendanda, accuravit etiã leve peccati indicium ab eo abiungere non obſcuris divinitatis infulis eum præornando.

110 Næ excreſcet ponderationis vis, ſi inquiras, cur priùs Chriſtus Ioãnem cõmẽdaverit Mariæ inquiens: *Mulier, ecce filius tuus*, Ioan. 19. 26. quàm Mariam Ioanni, dicens: *Ecce mater tua*, n. 27. Videtur enim plus de diſcipulo, quàm de Parente fuiſſe ſolicitus, ſiquidem priorem illi curam dedicavit; ea enim quæ prius ſe oſtendit, principẽ in animo locum videtur nacta, & acriori ſtimulo illud ſtudiũ præcordia pungere, de quo mitigãdo & leniendo prius agitur. Verumenimverò id nõ tã diſcipulo proſpexiſſe fuit, quàm Matris auctoritati & claritudini providiſſe. Etenim ut Chriſtus dignè Ioãni Parentem traderet, crederetque, cõſentaneũ duxit ad id muneris diſcipulũ cõgruenti ornamentorum ſupellectile decorare, & ad eam dignitatis celſitudinẽ perducere, quæ tantã ſuſcipere clientelam nõ vereretur. Vnde in his verbis: *Mulier, ecce filius tuus*, Chriſtus Ioannem quodammodo deificavit. Nam cũ unicus ſit Mariæ Filius, iſque ſimul Dei Filius, eo ipſo quòd Ioanni Mariæ filiationem teſtatur, quandam velùt identitatis neceſsitudinem cũ eo init, & nõ tam filiationẽ cum eo videtur partiri, quã ſe veluti unam cum illo ſubſtantiam efficere, ut Ioannes & Chriſtus pariter ſub unitatis vinculo, non tanquam gemina perſona, ſed tanquam una ex duabus coalita Mariæ Filius indiviſè dicantur, & cõſequenter divinitatis maieſtatem in ipſum refundit, non naturæ lege, ſed gratiæ poteſtate, nequit enim Mariæ Filius à divinitate ſeparari.

Arnol. Carnotenſ. Accipe Arnoldum ubi ſuprà: *Vices Filij naturalis filius accipit adoptivus, & tranſfunditur in miniſtrum filialis affectus, formatur, firmaturque in ambobus pietatis unicæ gratus, conſorſque complexus, non ex traduce naturæ, ſed ex munere gratiæ.*

Origenes. Arctiùs & clariùs exaggerationem ampliavit Origenes Præfat. in Ioannem: *Evangeliſtarũ primitiæ Evangelium à Ioanne traditum eſt, cuius ſenſum percipere nemo poteſt, niſi qui ſupra pectus Ieſu recubuerit, vel acceperit à Ieſu Mariam, quæ etiam ipſius mater fiat. Adeò talem, tantumque eſſe neceſſum eſt, qui Ioannes alius ſit futurus, ut quemadmodum Ioannes itidem etiam & iſte à Ieſu Ieſus exiſtere oſtendatur. Nam ſi nullus eſt Mariæ Filius, iudicio eorum qui de ipſa ſanè ſenſerunt, præterquàm Ieſus dicitq; Ieſus Matri: Mulier ecce filius tuus, & non: Ecce etiam hic eſt filius tuus; perinde eſt ac ſi dixiſſet: Ecce hic eſt Ieſus, quẽ genuiſti. Etenim quiſquis perfectus eſt, non amplius vivit ipſe, ſed in eo vivit Chriſtus: cùmque in ipſo vivat Chriſtus, dicitur de eo Mariæ: Ecce filius tuus Chriſtus.* Videtur cõminiſci Origenes quandã ſubſtãtiæ Chriſti transfuſionem in Ioannem, vel quandam Ioannis transformationem in Chriſtum, ut Ioannes iã Deus & Chriſtus effectus ad excipiendam cõmendatam ſibi Mariam dignè accedat. Sublimiori amplificationis volatu ſe extulit Petri Damiani ingenium. Putat enim ijs Chriſti verbis: *Mulier, ecce filius tuus*, Ioan. 19. 26 ſacramentalem quandam ineſſe virtutem, efficaciq; operatione, & effectiva vi eſſe prædita: *Neque enim*, inquit, *illa verba* Petr. Dam. *quæ Salvator noſter in cruce poſitus protulit; Mulier, inquiẽs, ecce filius tuus. Ad diſcipulũ autẽ: Ecce mater tua: ſic ſimpliciter ſunt accipienda, ut humano tantùm videãtur more prolata, ſed prorſus efficacia sũt, & divinis virtutibus fulta, atq; inevitabili veritatis auctoritate ſubnixa. Illud enim unicum Patris Verbum, quod in cruce pẽdebat ſubſtantivũ & conſubſtantiale Patri, ac ſempiternũ eſt, atque idcircò verba quæ locutus eſt, quia ſpiritus & vita ſunt, inaniter tranſire nõ potuerunt. Cœlũ, inquit ipſe pius Ieſus, & terra tranſibunt, verba autẽ mea non tranſibunt. Sicut enim dixit Matri: Hic eſt filius tuus, ita dixit diſcipulis: Hoc eſt corpus meũ: & tantus fuit in illis verbis effectus, ut illicò panis ille quẽ dabat, Dominicũ fieret corpus. Dixit enim, & omnia facta ſunt; mãdavit & creata ſunt. Ex quadã itaque ſimilitudine, ſi dicere audeamus, & B. Ioannes non ſolũ filij potitus eſt nomine, ſed propter verba illa Dominica quoddã maius neceſsitudinis ſacramentum apud Beatam Virginem meruit obtinere.*

111 Ex his argumentũ conſtruitur pro Marianæ conceptionis immunitate maternitatis divinæ dignitati debita. Cõmendatum accepit Maria Dei Filium, & intimè commendatum, accepit enim eum in utero carne ſua veſtiendum, ut teſtatus eſt Amedeus ſuprà num. 110. Commendatam accepit Ioannes Dei Matrem, non naturæ vinculo, ſed obſequioſæ pietatis affectu: & certè in prævio diſpoſitionis apparatu, quo Ioannem Deus ad Mariam eius curæ & officijs committendam præornavit, nobile præfixit exemplar gratiæ, & gloriæ, qua Mariam prævenit, & præhoneſtavit, ut ſuis viſceribus commendatum ſibi Filium Dei complecteretur. Infinito exceſſu Dei ſubſtantia Deiparæ ſubſtantiam ſuperat,

vinculũ,quo Maria Dei Filio unitur arctius eſt & intimius,quã illud quo Mariæ Ioannẽ devinxit Chriſtus,ſiquidem illud naturæ eſt, hoc obſequij; ut Mariam externæ Ioanni ſolicitudini Chriſtus crederet, adeò miræ providentiæ ſtudio cum gratiæ favore præmunivit,ut antequàm de Parente illi commendanda tractaret, omnem peccati ſuſpicionem ab eo contenderit diſpeſcere, & ut vel tenuia ſceleris indicia ab eo arceret, plurimam erga eum favoris dignationem oſtendit,ſupra pectus ſuum illum excipiendo,profundorum divinitatis arcanorũ ſciẽtia imbuendo, in eoque effigiem divinitatis & gloriæ unigeniti Filij, qui in ſinu Patris requieſcit,exprimendo. Cùm verò iam ad ſacrũ illi depoſitum tradendũ pervenit Chriſtus, novam quandam generationem, ſeu regenerationem fingit in Ioanne,qua de hominis natura videtur in divinitatis ſubſtantiam demigrare, & de humana perſona in Dei perſonam transformari, etenim in ſententia Arnoldi ex ipſo & Chriſto quaſi una compingitur perſona,cui Dei Filij nomen indiſtinctè adaptetur. Et in ſenſu Origenis,Ioannes à Ieſu efficitur Ieſus:& quia Ieſus nõ dixit: Ecce hic etiã eſt filius tuus; ſed:*Ecce hic eſt filius tuus*:nõ ſecus,inquit, fuit,ac ſi dixiſſet:Ecce filius tuus quem genuiſti,id eſt,ut te Ioanni commendem, iam ille de Ioanne tranſijt in Deum. Et in mente Damiani divino ardore correpta, verba illa Chriſti: *Ecce filius tuus*, operativa fuerunt,& maius quoddã neceſsitudinis ſacramentũ apud Beatam Virginem meruerunt obtinere.Cogita ergo quantum divina Sapientia inſudârit in Maria divinæ gratiæ privilegijs præornanda,eiuſque origine nobilitanda,ut Dei Filius ei gignendus traderetur, quæ Ioannẽ ita prævie ab omni peccati ſuſpicione purgavit, & demũ quaſi denuò generavit,ut filiationis obſequia exhiberet Mariæ, præſertim cùm inter divini Filij & Deiparæ dignitatẽ tam immenſum chaos diſcriminis verſetur.

117 Deinde progreditur Arnoldus Ioãnis amplificare dignitatem, & ex depoſiti Mariam maieſtate,quod ei creditum eſt, illum Petro in dignitate præferre,cui à Chriſto fuit Eccleſia commiſſa. Scribit enim ubi ſuprà: *Petro commendatur Eccleſia, tibi Maria,illi tumultuoſa negotia, tibi pacifica & quieta;illi atria & veſtibulum,& altaria ſanguinum, tibi commendatur altare incenſi & Sanctaſanctorum*. Vt calleas perfectè mentẽ Arnoldi,oportet eius Scholiaſten auſcultare: *Vetus illud Tabernaculum Iſraeliticum diviſum erat in duas partes. Prior pars ſimpliciter Sancta dicebatur,& minora continebat, ad quã quotidie erat ingreſſus Sacerdotibus etiam non ſummis,ſacrificiorum officia(ut ait Paulus) obſummantibus. Poſterior ſecundùm excellẽtiam dicebatur Sanctaſanctorum,in qua erant aureum thuribulum, arca teſtamenti, urna aurea habens manna. & tabulas teſtamenti. Volens autem ſignificare, quòd Ioanni ſit commiſſum id quod eſt in Eccleſia Tabernaculum poſt Deum digniſſimum, dicit ipſi eſſe commiſſum altare incenſi, quod erat coram Propitiatorio, eratque altare præcipuum & Sanctaſanctorum: Ioãnem faciens Pontificem, cui ſoli erat commiſſa cura Sanctiſanctorum; Mariam verò comparans cum ijs, quæ in Sanctis continebantur,appellans ipſam Vrnam auream continentẽ manna,Propitiatorium,ſive arcam ſanctam & divinæ legis ſcrinium, ſive Teſtamenti tabulas*. Ait ergo Arnoldus: *Petro commendatur Eccleſia, tibi Maria*. Et ut ſuperiùs iam adnotavimus, non parum ſimilitudinis inter Mariam & Eccleſiam funditur; cùm utraque mater & virgo ſit,maternitate virginitatem haudquaquam lædente, utraque Chriſti Sponſa, abſque ulla originalis piaculi labe utraque generata. Nam Eccleſia in ſanctitate genita ex latere Chriſti prodijt, & peccati primi fluentum extra Eccleſiam ſerpit, qui enim illo ſordet, de Eccleſia non eſt. Ideò forſan utrumque altare, & holocauſti & incenſi ex eadem incorruptibili materia fabrefactum eſt, nempè de lignis Setim, de altari holocauſti habes Exod.27. 1. *Facies & altare de lignis Setim*. De altari verò incenſi Exod. 30. 1. *Facies quoque altare ad adolendum thymiama de lignis Setim*. Per illud, inquit Arnoldus, figurabatur Eccleſia, per hoc Maria, diſcriminabatur autem alterum ab altero, quia holocauſti altare æneis laminis operiebatur, Exod. 38. 1. & 2. *Fecit & altare holocauſti de lignis Setim, &c. operuitque illud laminis æneis*.De altari incenſi ſcribitur Exod. 30. 3. *Veſtieſque illud auro puriſſimo*. Par utriuſque materia,ſed diſsimile ornamẽtum. Quaſi utriuſque altaris conſtructio pariter fuerit incorruptione compacta, ſed virtutum ornamẽta inæqualiter effulgeat in utroque. Verè tam Eccleſiæ, quàm Mariæ nobili generationi aptantur verba Hieronymi in Ezechiel.cap.41. quæ de materia utriuſque altaris extructioni ſervienti protulit: *In quo altari Scripturæ ſanctæ myſteria humanus ſermo non poteſt explicare, quomodo altare,in quo ignis ſuccendendus erat,mẽſa videlicet thymiamatis, nihil ab igne patiatur,ſed ut ita dicã, igne purior fiat? Sicut enim Sãctorũ opera,de quibus ſcribit Apoſt.*

Exod.37.1.

Exod.30.1.

Exod.38.1 & 2.

Exod.30.3.

Hieron.

Arnoldus Carnot.

Scholi. Arnoldi.

Vniuſ-

uniuſcuiuſque opus quale ſit ignis probabit; non pereunt, ſed per ignem puriora monſtrantur; ita & altaris ligna, quæ de lignis paradiſi ſunt, non cremantur igne vicino, ſed puriora reddantur. Niſi enim altaria tã incẽſi, quàm holocauſti naturâ ſuâ eſſent incorruptibilia, & imputribilia, verè ab igne omnia corrumpente, & abſumente devaſtarentur, etenim cùm ignis ſemper ſuper altare arderet, laminæ tam æneæ, quàm aureæ igne concepto candentes ſubiectam ligni materiam citò comburerẽt, cùm verò talis lignorũ Setim eſſet naturæ, quippè quæ ex paradiſo erant ad fabricam altarium allata, ut ignis nullam in eis valeret exuſtionẽ immittere, ſed eo fierent illuſtriora; altaria ex impoſito igne nativam, & originalem ſuam nobilitatem probabant, quæ ex incendio omnia generaliter devaſtante clariora reddebantur, ſicut rubus ille, cuius viror ex flammis ipſum depaſcentibus venuſtius vernabat. Eu quàm aptè altaria holocauſti & incenſi Eccleſiæ & Mariæ originalem claritatem præadumbrabat, quarum formatio, & generatio ex materia coacta fuit omnem corruptionem per divinam illi cohærẽtem gratiam dediſcente, imò procul à ſe propellente iniuriam generalis incendij univerſa infeſtantis. In originali igitur ſplendore paria exiſtebant Eccleſiæ depoſitum Petro creditum, & depoſitum Mariæ Ioanni commendatum, altare holocauſti, & altare incenſi, & ideò utrumque fabrefactum fuit ex lignis Setim omnem expungentibus corruptionem. Sed in ornatus elegantia, & amplitudine ſicut altare incenſi holocauſti altare longè vincebat; hoc enim ære conregebatur, illud auro, ſic in gratiarũ muneribus, & prærogativarum excellentijs Maria tanquã illuſtriſsimum Eccleſiæ membrum reliquum Eccleſiæ corpus altè latèq; ſuperat. Si enim ab Eccleſiæ corpore Mariã diſcernas, ut eam cum illo conferas, cœleſtium gratiarũ dotibus, adeò ei Maria præſtat, ut aurea Maria, illud velut æneum appareat.

113 Cæterũ ex longo diſsidio, quo altare incenſi, in quo adumbratur Maria tradita Ioanni, diſtat ab ara holocauſti, quæ præfigurat Eccleſiam Petro cõmiſſam, arguitur latũ diſcrimen inter præcelſam Mariæ gratiarum altitudinẽ, reliquorumque iuſtorum ſanctitatem. Hæc enim ſubdialis erat in aperto poſita, illud tecto, & parietibus munitũ, hæc ære, illud auro fultum; hæc inveſtibulo, illud intra Sancta ſanctorum, ut placet Auguſtino ad illud Exod. 30. 10. *Sanctum ſanctorum erit Domino.* Ait enim q. 133. in Exod. *Sanctum ſanctorum eſt Domino, ac per hoc Sanctum ſanctorum non extra, ſed intra velum erat etiam illud profectò altare, de quo nunc agimus, quod poni cõtra velum intrinſecus iuſſit.* Quẽ nonnulli Interpretes ſequuntur, quamvis alij non ignobilis notæ, & numeri diſſentiant. Altare holocauſti lõgè erat à propitiatorio, altare thymiamatis etiam in eorum ſententia, qui illud extra Sancta ſanctorũ conſtituebant, coram propitiatorio verſabatur, hoc eſt in loco valdè illi vicino, Exod. 30. 6. *Poneſque altare contra velũ, quod ante arcam pẽdet teſtimonij coram propitiatorio*; & Ezech. 41. 22. & 23. *Altaris lignei triũ cubitorum latitudo, &c. Hæc eſt menſa coram Domino.* Vatẽ verò hîc agere de altari aureo incenſi plurimis argumentis adſtruit noſter Hieronymus de Prado. In illo victimæ & holocauſta occiſorũ animalium mactabantur, & incẽdebantur, quæ erant ſacrificia pro peccatis, in hoc ſolùm thymiama incẽdebatur, Deo gratiſsima oblatio pura & immũda, ex qua Deus ſpeciali oblectatione perfundebatur; illud erat omnibus Sacerdotibus pervium, quibus liberè ad illud patebat aditus; hoc uno Pontifici ſummo erat reſervatum. Ex his liberũ tibi poculũ propino, quo diſcrimen vaſtiſsimum haurias, Mariæ præſtãtiſsimam ſanctitatẽ à cæterorum ſanctorum iuſtitia ſecernens; in quo omnes ſingulaſque differentiæ rationes pro intemerata illius generatione cõprobãda arma capere reperies. Nam reliquos iuſtos velut altare holocauſti oportet cõſiderare, cuius erectio ſubdio fuit, & in aperto, nulla protectione munita, etenim illorum formatio patuit inermis & nuda primi flagitij invaſioni. Atverò aræ incenſi extructio, quę cõceptionẽ prænotabat Mariæ, nõ ſine protectione divinitus præparata fuit, intra tectũ enim, & parietes cõtinebatur: ut perſpicuè obſervavit Caiet. in c. 30. Exod. *Vbi prudens Lector ſi perſpexeris, cõferendo hæc cũ littera de cõſtructione altaris holocauſtorũ, c. 27. invenies manifeſtã diſparitatem penes hæc. Nã altare illud neque parietes, neque tectũ habet, hoc autem altare habet tectum, & parietes circum circa.* Ad id confirmandum ſpectat, quòd altaris holocauſti dedicatio in veſtibulo fuit, quod quaſi extra ſacrã domum erat, & ideò procul à propitiatorio, & divino conſpectu; quia iuſtorum conceptio ignobilis evaſit, per quam manent extra Eccleſiam, ac proinde indigni qui coram Deo conſiſtant, omnibuſque ijs ſint deſtituti, quæ divinam propitiationem poſſunt demereri. Altaris verò incenſi extructio, intra Sancta ſanctorum emerſit, & coram divinis obtutibus; quia Mariæ conceptio in loco ſanctitatis, in quem communis iniquitas auſa non eſt irrumpere, concreta eſt,

Exod. 30. 10. Auguſt.

Enod. 30. 6.

Ezech. 41. 22. & 23.

Prado.

Caietan.

ac proinde à ſua conceptione divini aſpectus dignationem, & gratiam hauſit, illiuſq; favore potita eſt. Holocauſti ara carnalibus victimis cremandis deſtinabatur; quia iuſti quantumvis ſanctitate prædíti peccatis erant obnoxij, à quibus expiarẽtur: Ara verò incenſi thymiamatis ſuffimento erat ſacra, quod nullam peccati umbram involvebat; materiaq́ue incendebatur pura & illibata, & ab omnigena defæcata ſorde, qua oblatione ſingulariter Deus recreabatur, quia nullũ illi peccati fumum, aut odorem obijciebat. Et quid clariùs ſingulariuſq́ue pro Mariæ puriſsima perfectiſsimaq́ue cõceptione ſtabilienda? Quocirca optimè Beda in altari holocauſti agnovit peccatorum expurgationem, qua indigent Sancti, in altari verò incenſi perfectæ mentis exuſtionẽ, cui nulla ſubeſt maculæ ſpecies, nulloq́ue carnis pondere gravatur, & veluti ab illius nexibus expedita iã in hac vita divinæ beatitudinis nectarea fluẽta delibat. Sic ille apud Lypom. in catena Exod. 30. *Si altare holocauſti, de quo ſuprà dictũ eſt, generaliter vitã deſignat iuſtorũ, qui carnem ſuam quotidie crucifigere cum vitijs & concupiſcentijs, atque in hoſtiam viventem Domino offerre conſueverunt, quid hoc altare ad adolendum thymiama factũ, niſi quorundam perfectorum vitam ſignificat? Neque enim fruſtra in illo carnes animaliũ incendebãtur, in hoc adolebatur incenſum, niſi quia in illo figurabantur hi qui non ſecundùm carnis deſideria ambulabãt, ſed quaſi hæc Domino immolantes, omnes ſui corporis ſenſus per ignẽ Spiritus ſancti eius voluntati dedicant; in iſto autẽ illorum typus exprimitur, qui maiori mẽtis perfectione extinctis prorſus ac ſopitis illecebris omnibus carnis ſola Domino oratione vota offerunt, nil quidem de carne quod ſe impugnet, nil de conſciẽtia peccati unde conturbentur, ac paveant, habentes, ſed dulciũ profuſione lachrymarum optantes venire, & parere ante faciem Dei. Vnde aptè hoc altare intus in vicinia veli, & arcæ, illud ante tabernaculũ foris poſitũ eſt; quia nimirũ illi in conſpectu ſanctæ Eccleſiæ cũctis in exiſtis virtutibus præfulgẽt; iſti altioris ardore deſiderij, contẽplationi futuræ beatitudinis etiam corpore detẽti, nõ minimum appropinquant. Vnde certè æneũ altare, in quo carnes incendebantur, & ſanguis fundebatur victimarũ, illorũ geſtat typum, qui edomitis, & velut Deo immolatis voluptatibus carnis perſeverãter viã veritatis, quam ſemel inchoavere, peragunt, & hãc crebro incedẽdã ſermone prædicationis proximis inſonãt. Porrò aureũ altare illis convenienter aptatur, qui ampliore gratiæ ſupernæ claritate illuſtrantur, ſed minus alijs quæ in ſecreto de interna ſuavitate guſtent, aperiũt, minus eructare proloquendo ſufficiunt quanta ipſi dulcedine in abdito vultus Dei reficiantur. Altè etiã altare thymiamatis quanto metalli fulgore præcellebat, tantò mẽſura minus fuit, quia quò ſanctiores quique in Eccleſia, eò ſunt paucíores.*

Beda.

114 Et quis non videat, Bedæ ſententia deductus, quantò aptiùs & apprimiùs prædictũ diſcrimen inter geminum altare holocauſti & incenſi inventũ adſtruatur pro diſcernenda Maria à reliquis iuſtis, quàm pro perfectiore vitæ ſanctitate prædítis viris diſcernendis à virtutis viam inchoantibus; præſertim ſi thymiamatis compoſitionem meditetur; de quo Exod. 30. 34. *Dixitq́ue Dominus ad Moyſen: Sume tibi aromata, ſtacten, & onycha, galbanũ boni odoris, & thus lucidiſsimũ, æqualis ponderis erunt omnia, facieſq́ue thymiama compoſitũ opere unguentarij, mixtũ diligenter, & purum, & ſanctificatione digniſſimum. Cùmq́ue in tenuiſſimũ pulverem univerſa contuderis, pones ex eo corã tabernaculo teſtimonij, in quo loco apparebo tibi. Sanctum ſanctorum erit vobis thymiama.* Certè nullũ poſſet excogitare ſymbolũ magis ſingulare, & idoneũ ad digniſsimam illibatãq́ue Mariæ cõceptionẽ deſignandã, & exprimendam. Nam in primis materia electiſsima, & mundiſsima decernitur, ex qua thymiama conficiatur. Exod. 30. 34.

Quam ſic explicat Lypom. cui adſtat Interlineal. *Stactes idẽ ſonat quòd ſtilla ſeu gutta. Deſignat itaq́ue myrrhã primam electã, & induratã. Onycha verò Hebraicè dicitur Secheleth, quam tradit Rabbi Salomõ, radicem eſſe candentem, terſam & purã in morẽ unguis, qui ſic Græcè nuncupatur. Reddunt quidam recentiorum unguem aromaticum, vel ungulam aromaticã. Et ipſi quoque dicunt hanc eſſi levem, & perlucidam in morem unguis humani. Galbanũ boni odoris, quod Hebraicè dicitur: Sãmim, & galbanũ aromatũ, id eſt, aromaticum, ſive aromatizãs. Dicunt aliqui Galbanũ non eſſe de per ſe boni, ſed mali odoris, ſimile melli nigro. Alibi tamẽ legitur, quòd lachryma ſit cuiuſdam herbæ ſimilis ferulæ, grana habens, ut faba, & ut granum fabæ. Glutitum medetur tuſſi; ſubvenit quoque conquaſſationi lapſi de alto; fumigio ſerpẽtes excludit, oleo mixto perunctum vim ſerpentis non admittit; oleo ſplendido mixtũ à ſerpentibus comeſtũ necem infert eiſdem. Antiquitate verò, & alijs ex cauſis amittit odorẽ; idcò littera exprimit: Galbanum boni odoris. Et thus lucidiſsimum; Hebraicè, Et thus mundiſsima, quoniam thus in Hebræo eſt fœminini generis. Sed idẽ eſt cũ lucidiſsimo. Impermixtũ autem thus deſignatur, id eſt, reſinæ nõ admix-* Lypoman. Interlin.

mixtum, per quam ſua puritas offuſcatur. Ex his ſpeciebus odoriferis mixtum confuſis thymiama conficiebatur. Nam ut admonet Caietanus: *Nomen thymiama appropriatum eſt huic mixto odorifero cremãdo per modum thuris ſuper altare internum.* Expende ſingulas materias, ex quibus thymiama temperatum prodibat, exigi mundiſsimas & defæcatiſsimas, ab omni vitio, & imperfectione alienas, nativamque ſuam, & ingenitam claritatem ſervantes, cui nihil obſcurum & extraneum erat adiunctum, & non id duntaxat, ſed ipſammet thymiamatis confectionem, & conſtitutionem puriſſimam requiri reperies: non enim Deus ſolummodò ad thymiama materiam nobiliſſimam exigebat, ſed ut ipſummet thymiamatis temperamentum, & conflatio, atque (ut ita dixerim) efformatio mundiſsima & puriſsima emergeret. Et quòd in ipſa inimicitiæ cum ſerpentibus, imò ipſe ſerpentum interitus immiſceretur, & inſeminaretur, quò ſic thymiama fieret, *Sanctificatione digniſſimum*, id eſt, ut tale eſſet, quòd in ſua conſtitutione exigeret à Deo ſanctificationem, quod explicat eleganter Lypomanus: *Aptiſſimum applicari, ſeu conſecrari in Dei obſequium.* Certè ardẽtior erga Mariæ pietatem animus, & flammantior conatus aptiorem magiſque appoſitum puriſsimæ eius conceptionis typum comminiſci neque auderet, neque valeret. Mũdata enim, & purificata fuit materia, ex qua Mariæ ſubſtantia compingẽda erat ab omni humani proluvij vitioſitate: unde eius conceptio, & generatio ſplendida apparuit, & digniſsima ſanctificatione prædita, inſeminatã in ſe gerens, & immixtam cum antiquo ſerpẽte ſimultatem, illius enim prædictio: *Inimicitias ponam inter te, & mulierem, &c.* indicta ſerpenti, Geneſ. 3. 15. in Mariæ generatione inſita fuit. Quamobrẽ ſatis apprimè Amedeus homil. 7. vocat Mariam thymiama benè compoſitum, quod, ait, in eius morte combuſtũ, & inſtar virgulæ fumi ex aromatibus myrrhæ & thuris, & univerſi pulveris pigmentarij æthera penetraſſe, ut nativæ ſuæ virtutis odore cœleſtem curiam recrearet, & ei præſidentem Deum ſumma oblectatione afficeret; exiſtimat enim locũ Cant. 3. 6. Cant. 3. 6. ad thymiama antiquum alluſiſſe. Sic enim ille ſcribit verba, quæ ſuperiùs alij argumẽto deſerviẽtia reſcripſimus: *O Phœnix aromatizãs gratiùs cinnamomo, & balſamo, & nardo ſuaviùs Regẽ in aſpectu tuo delectans! Phœnix congregans omnes ſpecies, & igne circũfuſus ſupereſſentiali, ut cœli cœlorũ, & cœli poteſtates Angelicas mirifico repleas ſuavitatis incenſo. Hoc incẽſum ſuaviſſimũ eſt, hoc thymiama benè cõpoſitũ procedit de thuribulo cordis Mariæ, & univerſa ſuaviter olentia excedit. Porrò thuribulum ſequens incenſum, & elevatum manu Domini aſcendit uſque ad thronum præſidentis. Aſcendit ſtipatum proſecutione Angelicorum ſpirituũ clamãtium in excelſis, atque dicentiũ: Quæ eſt iſta, quæ aſcendit per deſertum ſicut virgula fumi ex aromatibus myrrhæ, & thuris, & univerſi pulveris pigmentarij?* Hinc in honorẽ puriſsimæ Mariæ conceptionis liceat decerpere, Deũ qui olim exoſa habebat priſtina ſacrificia, & holocauſtorũ frequentia, quæ in altari holocauſti, quod in atrijs templi erat, immolabãtur, veluti oppreſſus defatigabatur, ut ipſe per Iſaiam conqueſtus eſt: *Quò mihi multitudinẽ victimarum veſtrarũ, dicit Dominus? Plenus ſum. Holocauſta arietum, & adipem pinguium, & ſanguinem vitulorum, & agnorum, & hircorum nolui. Cùm veniretis ante conſpectum meum, quis quæſivit hæc de manibus veſtris, ut ambularetis in atrijs meis*, cap. 1. 11. & 14. *Facta ſunt mihi moleſta, laboravi ſuſtinens.* Thymiamatis excogitaſſe ingeniũ, quod Mariæ ſanctiſsimæ puriſsimæ conceptionis ſuffitũ emittebat, & nobiliſsimi eius myſterij gratiſſimo odore fumabat, ut tanti ſacramenti ſuaviſsima ſubfumigatione recreatus, ſacrificiorum moleſtiam peccatorum fœtorẽ ſpirantium perpetim mitigaret.

Caietan. Lypoman. Gen. 3. 15. Amedeus. Isai. 1. 11. & 14.

115 Itaque tam altare aureum, quo cremabatur thymiama, quàm thymiama ipſum quod in ipſo incendebatur, cõſpicuam imaginem Mariæ præferebant. Et utrumque Sancta ſanctorum voluit Deus nuncupari. De thymiamate conſtat Exod. 30. 36. *Sanctum ſanctorum erit vobis thymiama.* De altari verò aureo dicitur Exod. 30. 10. *Sãctum Sanctorũ erit Domino.* Quò loci Doctores, & Interpretes, qui ab Auguſtino diſſentientes aſſerunt aram auream extra Sãcta ſanctorum eſſe dedicatam, affirmant prædictum altare Sanctum ſanctorum ſtatuiſſe Deum appellari, eoque nomine illud cõſignaſſe, ut ab omnibus Sanctum ſanctorũ vocaretur. Sic Caietanus: *Sanctum* (inquit) *ſãctorum erit Domino. Cõmunicatur hoc epitheton huic altari, ad ſignificandum excellẽtiam ſanctitatis eius ſuper omnia, quæ erãt in loco qui dicitur: Sanctum.* Et Lypoman. *Sanctum ſanctorum erit Domino, ſive ſanctitas ſanctitatũ eſt Domino, id eſt, tanquã res Deo dicata, Sanctiſsimũ erit vobis, vel ſacroſancta eſt Dño. Ex loco iſto intelligitur Zachariæ, patris Ioãnis Baptiſtæ functio Sacerdotalis, qui in tẽplũ intrabat ſecundùm vicẽ ordinis ſui, non in Sanctũ ſanctorum, ſed in templũ, ubi ara incenſi erat, quod vulgus ingredi minimè permittebatur,*

Exod. 30. 36. Exod. 30. 10. Caietan. Lypoman.

ſed conſiſtebat in atrio. Nomen ſanè aptiſſimum ſatis Mariæ nobilitati adſtruẽdæ, & adſeverandæ, quæ à primo conceptionis inſtanti divinæ maternitati fuit dicata, decebat enim, ut tantum ſacrariũ Dei futurum, Sanctum ſanctorũ, ſeu ſanctitas ſanctitatum appellaretur: ſanctitas enim omnem excludit vitij defectum, ea enim eſt vis nominis abſtractivi, & ſanctitas ſanctitatũ omnem complectitur ſanctitatẽ, univerſumque ſanctitatis genus, ita ut nullus ſit ſanctitatis ordo, nullæ gratiarum prærogativæ, quarum pura creatura ſit capax, quæ ſub eo nomine non contineantur. Nunc perſpicuè intelligenda accedunt verba Arnoldi Carnotenſis, & eius Scholiaſtis: *Petro commendatur Eccleſia, tibi Maria, illi tumultuoſa negotia, tibi pacifica & quieta; illi atria & veſtibulum, & altaria ſanguinum, tibi cõmendatur altare incenſi, & Sancta ſanctorum.* Quaſi dixerit: Coram te, ô Ioannes, cui Maria commendata eſt, de depoſito ſibi credito Petrus non glorietur; ſi enim illi tradita eſt Sponſa Chriſti, Mater fœcunda, & Virgo clara origine prædita; tibi, Maria, eſt commiſſa Chriſti Sponſa virginitate ſimul, & feliciori maternitate dotata, & ditata, totius antiquæ maculæ expers. In illa Petrus militare negotium habet, & plurimis implicatus curis inter tumultuarium peccatorum turbinem hinc inde concutitur; tu in Maria felicitatis æternæ gaudia delibas, & otio ſancto deliciaris; ille iuſtorum curam gerit, qui quantalibet ſint ſanctitate ornati, defectus ex primævo flagitio erũpẽtes quotidie gignunt, quorũ expiatio & luſtratio ut peragatur incumbit Petro holocauſti altari ſemper aſsiſtere, & inſiſtere. Tu circa ſacra Altaris aurei, hoc eſt, Mariæ puriſsimæ verſaris, in qua nulla unquam fuit peccati nebula, quæ thymiamatis inſtar divinæ flãmæ amore, & ardore exuſta, fumat omnigenę virtutis odore; ideòque ſanctitas ſanctitatum nominatur. Vnde Petrus corã te eſt quaſi unus de numero pluriũ antiquorum Sacerdotum; tu coram Petro propter tibi traditam Mariam, quaſi ſummus Pontifex, cui patet aditus ad Sancta ſanctorum, & ſacra penetralia.

116 Mediusfidiùs non poſſum non, licèt audacia inſtinctus videar, aſſerere, Chriſtũ non ſemel extitiſſe Mariæ Filiũ, ſed ter huius arctiſsimæ neceſsitudinis vinculum replicaſſe, adeò enim divinus Filius Mariæ maternitatem in delicijs habebat, eamque ex illa voluptatis iucunditatem percipiebat, ut omnes illas ambierit rationes, quæ illum Mariæ Filium poſsint probare, diſtinctoſque exquiſierit filiationis titulos, qui eum nõ ſemel, & bis; nec unico, ſed multiplici iure Mariæ filium divulgent. Quod quidem ardentiſsimi amoris indicium eſt. Pro quo argumento illuſtrando elucubrandum aggredior locum Geneſ. 49. 22. *Filius accreſcens Ioſeph, Filius accreſcens & decorus aſpectu; filiæ diſcurrerunt ſuper murũ.* Quò loci ſic verterunt LXX. *Filius auctus Ioſeph, filius auctus meus zelatus, filius meus adoleſcentior ad me revertere.* Sẽſum immutavit pauliſper verſio Rufini commata tranſponẽdo: *Filius ampliatus Ioſeph, filius ampliatus, zelatus eſt filius meus adoleſcentior.* Vbi Rufinus expẽdit ter Iacobum filium ſuũ nominaſſe Ioſeph, & triplici titulo ad id illum adductũ, ſimulque rationem reddit, cur Ioſephum adoleſcentiorem filium appellavit, cũ ultimo loco natus ſuceſſerit Benjamin. Oportet Rufinũ auſcultare, qui maturè & ingeniosè rẽ meditatus eſt: *Quid ſibi vult, quòd ſolus Ioſeph inter omnes fratres tertiò filius nominetur? Ego quidem pro parvitate ſenſus mei intelligo, quòd ſemel ei Ioſeph filius natus eſt tũc, cùm ex Rachel poſt deſperationem ſuſcipiendæ prolis renatus eſt. Secundò verò ei quaſi iterum naſcitur filius, cùm ei poſt perſuaſionem mortis vivere nuntiatur. Tertiò verò ei filius efficitur, cùm doctrina & eruditionibus, & ijs omnibus virtutibus, quibus ipſe Deum videbat, erudiens eũ, & inſtruẽs etiam in ſpiritu eum filium procreaverat. Alioquin nec conveniret ei, quòd adoleſcẽtior filius dicitur, quòd habeat poſteriorem ſe Benjamin, niſi in patris eruditionibus adoleſcentior ſentiatur.* Hanc trinam rationum diſtinctionem credam inveniſſe divini Filij amorem, ut Mariæ ſibi maternitatem multiplicaret. Sicut enim in Rachel ſterilitatis difficultas ſupera ta eſt, ut ſperaret Iacob matrem officij coniugẽ, quam ſibi arctiſsimo amoris nexu devinxerat, cùm Dei Filius Mariam cerneret ſtrictiori nodo impeditam ut parens fieret, voto enim virginitatis obligata tenebatur, & ſciens humanæ legis inſtitutis, naturæque inviolabili præſcripto non poſſe ſe Parentem obtinere, quæ illæſam virginitatẽ obſervaret, ineffabilem eius ſapientia modum excogitavit, ut in Maria virginitas & maternitas amicas inter ſe conſererent manus, & maternitatem, de qua deſperarat natura, effecit in Maria potentia Filij. Materiæ impoſsibilitatem aperuit Maria Angelo, dicens: *Quomodo fiet iſtud, quoniam virum non cognoſco?* Luc. 1. 34. cui ſupernaturalem conceptus rationem præſentavit Angelus, inquiens: *Spiritus ſanctus ſuperveniet in te, & virtus Altiſſimi obumbrabit tibi,* n. 35. Fidem Mariæ in re naturæ inacceſsibili commendat Ambroſius lib. 2. in Luc.

Geneſ. 49. 22.

LXX.

Rufinus.

Luc. 1. 34. & 35.

Ambroſ.

Ne-

Neque enim facile erat ſcire myſterium abſconditum à ſæculis in Deo, quod neque ſuperiores poteſtates ſcire potuerunt, & tamẽ non fidem renuit, nõ officium refutavit; ſed accommodavit affectum, ſpopondit obſequium. Etenim cùm dixit: Quomodo fiet iſtud? nõ de effectu dubitavit, ſed qualitatem ipſius quæſivit effectus, &c. Incredibilis & inaudita generatio antè audiri debuit, ut crederetur. Virginem parere divini eſt ſignũ myſterij, non humani. Denique; Accipe, inquit, ſignum tibi: Ecce Virgo in utero accipiet, & pariet filium. Legerat hoc Maria; ideò credidit futurum; ſed quomodo fieret, antè nõ legerat. Non enim quemadmodum fieret, vel Prophetæ tantò fuerat revelatũ. Tanti enim mandati myſterium nõ hominis fuit, ſed Angeli ore promendũ: ex ſuperexcellentia inaudita conceptus animũ Mariæ gaudio refuſum effert Athanaſius orat. quod unus ſit Chriſtus: *Ipſa Virgo nũtio læto accepto admirata eſt iſtam procreãdi Salvatoris rationem. Quomodo fiet, inquit. Quo tempore indicatum illi fuit divinum hunc eſſe naſcendi modum ſub ſpecie carnea.*

117 Putavit Iacob ſecundò filiũ Ioſeph ſibi natum, cùm poſt perſuaſionem mortis illum vivere nuntiatum ei eſt. Et Maria ſecundò quaſi Parens extitit Chriſti cũ poſt eius mortem pia ſuſpiriorum anxietate, ardentiſsimo animi rugitu, profuſioriq́ue lachrymarum fonte eum reſurgentem veluti enixa eſt, & à mortuis excitavit. Huc ſpectat vaticinium illud expirantis Iacobi filio Iudæ indictum, & Chriſto partum: *Catulus leonis Iudæ ad prædam fili mi aſcẽdiſti, requieſcens accubuiſti ut leo, & quaſi leæna; quis ſuſcitabit eum?* Geneſ. 49. 9. quaſi dixerit; qui ut catulus leonis dormit, à ſomno nõ valet excitari, niſi per fremitũ parentis leonis, vel matris leænæ; opportunè ad huius loci interpretationẽ obſervavit Eucherius apud Lypom. innatã leonibus proprietatẽ: *Aiunt Phyſici* (inquit ille) *quòd catulus leonis cùm fuerit natus, tribus diebus dormit, & tribus noctibus. Tunc deinde patris fremitu tremefactus cubilis locus excitat dormientẽ*. Igitur ſub catuli leonini metaphora Patriarcha Iacob prædixiſſe videtur Chriſto mortem, & reſurrectionem, quâ veluti ſomno oppreſſus tribus diebus, & tribus noctibus Regius hic leonis catulus iacuit in ſepulchro, iuxta prædictionem illam ipſius, dum viveret: *Sicut enim fuit Ionas in vẽtre ceti tribus diebus, & tribus noctibus; ſic erit Filius hominis in corde terræ tribus diebus, & tribus noctibus*, Matth. 12. 40. Quis ergo ſuſcitabit catulũ leonis poſt triũ dierũ noctiumq́ue ſoporem; niſi validus parentũ rugitus? Vnde Pater æternus & Maria, qui Chriſtum genuerũt, rurſus in reſurrectione ipſius fœderantur Parentũ munus obeuntes, ut ipſum regenerẽt, Pater æternus fremitu potẽtiæ ſuæ, hoc eſt poteſtatis ſuæ, miram oſtenſionem edens, Filium ſuſcitat, Maria ingenti cordis rugitu, vehementiq́ue ignitorum votorum fragore, quæ inſtar fulminum animum diſrumpebant non valentem ea capere, & continere, cooperabatur. Vnde Rupertus ait citiſsimam Chriſti regenerationem, celerrimamq́ue reſurrectionem, Mariæ eſſe debitam, & veluti ab eius animo eſſe partam. Etenim Maria illam rugienti ſuſpiriorum, & ſingultuum ardore veluti parturiebat. Ruperti verba habes tomo 1. in verſ. 5. obſervat. 5. num. 4. Quibus conſonant, quæ in præſentem locum Geneſ. ſcripſit: *Nec verò tantùm ut leo, ſed quaſi leæna, quam ut ſæviat, grandis agit amor, & affectus grandis erga fœtus ſuos ad prædam excitat. Acceleraſti enim ſpolia detrahere, feſtinaſti prædari, ut ad catulos, id eſt Apoſtolos tuos, magnæ prædæ gaudium, magnum reportares reſurrectionis triumphum*. En iam Chriſtus qui corporis mortalis Mariam primũ Parentem habuit, corporis ſui glorioſi & ovãtis veluti Parentem illam ſecundò nanciſcitur.

Gen. 49. 9.

Eucherius.

Matth. 12. 40.

Rupert.

118 Tertiò Ioſeph filius conſtituitur Iacob, quia illum ijs omnibus virtutibus inſtituerat, quibus pater ipſe inſtructus Deum videbat. Etenim Ioſephum Iacobus omnibus ijs ornamentis religioſæ diſciplinæ imbuẽs, quibus animum ſuum ipſe exornârat ad divinam viſionem promovebat, & elevabat, quam ipſe fuerat promeritus, & per hãc illuſtrium morum ſimilitudinem, quâ Ioſephum ſibi comparem in virtutibus devinxerat Iacob, tertio filij nomen illi indidit. Verè hoc ſingulare habuit Chriſtus erga Mariam, quòd non ſolùm eius filius fuit, ſed etiam parens à quo illa creata eſt; & quemadmodum Chriſtus in naturalibus matrizabat ſpeciem redens ſimilitudinis matris, ſic Maria in virtute omnigena divinitatis, cuius creatura pura erat capax, patrizabat ſpeciẽ referens divinitatis eius qui eã creavit. Eleganter hoc argumentum aſſumpſit probandũ Richard. de S. Laur. lib. 12. ſerm. de Aſſumpt. Mar. *Omnes ſancti Chriſtũ induunt per fidem, & imitationẽ. Vnde Apoſtolus: Quotquot in Chriſto baptizati eſtis, Chriſtũ induitis, ad Galat. 3. & ad hoc invitat Apoſt. ad Rom. 13. Induimini Dominũ noſtrũ Ieſum Chriſtũ, & per glorificationẽ ab ipſo perfectius induẽdi, Mariæ verò ſingulariter amictus factus eſt Sol iſte, quæ ipſum carne ſua ſingulariter amictũ portavit. Nulla enim ſic in terris gratia eius, nulla*

Richar. de S. Laur.

ſic in cœlis eius gloria eſt amicta. Vt è Mariam ſole amiciri, nil aliud deſignat quàm ipſam omnem ſpeciem divinitatis in maieſtate, & claritate emittere, reddíque adeò ſimillimam Deo, qui eam condidit, ut nulla unquam creatura fuerit in terris, quæ ſic Dei veſtiretur gratia, nulla fuerit in cœlis, quæ ſic Dei indueretur gloria, ut Maria, & ſubdit poſt pauca: *Dicitur Maria amicta ſole, ſicut cera amicitur ſigilli charactere, cera videlicet informis & rudis, filius enim figura eſt ſubſtantiæ eius, id eſt, Patris, ad Hebr. 1. Quis ergo dubitat cor Virginis, & brachiũ huiuſmodi figura impreſſum, & ita ſigillo Patris, qui Filius ipſe eſt inſignitum, & hoc eſt, quod filius dicit Mariæ, Cant. 8. Pone me, ut ſignaculum ſuper cor tuum, ut ſignaculum ſuper brachium tuum.* Itaque quemadmodum Dei Filius appellatur, reǫue vera eſt, imago & figura paternæ ſubſtantiæ, & ſpeculum bonitatis illius, referens ſubſtantialiter in ſe, quidquid divinæ virtutis ſplendet in Patre, adeò, ut quiſquis videt Filiũ, videat & Patrem; ita ſuo modo Maria figura eſt & imago Filij, & ſpeculum bonitatis illius, ita apprimè ſpeciem eius referens, ut qui attenta mente Virginis gratias & prærogativas ſpeculetur, in eis excellentiam, & ſingularem maieſtatem filij intueatur. Addit adhuc argumentum arctius commendans Richardus: *Dicitur Maria amicta ſole ſicut vitrum purum, & candidum amicitur ſolari iubare, ſicut aër luminoſus amicitur ſolis claritate, & ignitur fervore; ſicut aqua pura infuſa dolio vini rubicundi amicitur ipſius colore, ſapore, & odore, ſicut lana pura, & candida amicitur colore ipſius tinctura; ſicut argentum candidum colorem induit ipſius deauraturæ.* Hæc profecto ampliatione, & illuſtratione non egent; ſicut enim cum aëre ferimur ardore ſolis ignito, querimur dicentes, invehitur in nos Sol: & in elocutione Hiſpana: *Quede Sol nos haze?* Sic cùm Mariam intuemur divinitatis radios ebibentem, & imbibentẽ, in admirationem rapti, eiuſque claritatem ferre non valentes poſſumus effari; invehitur in mẽtes noſtras Deus; & Hiſpanè: *Quede Dios nos haze?* Etenim ut aqua in vinum rubrũ iniecta, nullum ſuum emittit coloré, odorem, aut ſaporem, ſed quidquid horum ab ea redditur, vini color, odor, & ſapor eſt: ſic divinitate immerſa eſt Maria, ut vix ulla humanitatis in ea veſtigia ſentias, ſed integra divinitatis indicia percipias. Vt verò agnoſcas hanc divinitatis proprietatem Mariæ non in uno, aut altero vitæ eius ſtatu inhærere, ſed à primo conceptionis momento uſque ad glorioſum eius terminum totam Mariam occupaſſe: ſubmittit Richardus: *Fuit Maria amicta ſole, quia caruit omnis peccati obſcuritate etiã in præſenti, & amicta ſole, id eſt, glorioſo corpore propter quatuor gloriæ dotes, quibus reſpondent quatuor proprietates ſolis. Eſt ergo dicere: Mulier amicta ſole, id eſt, glorificato corpore cum quatuor dotibus ſignatis in ſole. In Aſſumptione enim eius Sol, quem veſtierat glorioſo corporis diademate, ſicut dicitur Cant. 3. quando Verbum Dei factum eſt caro in ea, ut matri filius vices rependeret, glorioſa claritate ſua eamdem inſignivit,* undè ſplendet in cœlis divinitatis radijs coruſca. Nunc iam ſanè appoſitè accommodare poſſumus Dei filio erga Mariam verba, quæ de Iacob erga Ioſephum protulit Rufinus. Tertiò Chriſto Maria parens efficitur, cum ijs omnibus virtutibus originali iuſtitia, & ingenita gratiæ nobilitate aſſociatis, quibus ipſe Deum videbat eam inſtruens, etiam in ſpiritu procreaverat. Quocirca generationem parentis ſuæ Chriſtus ijs omnibus gratiæ ornamẽtis pro eius capacitate ornavit, quibus ipſe ab inſtanti generationis ſuæ tẽporalis Deũ videbat; ut Maria ea gratiæ ſupellectile fulta à primo pariter generationis ſuæ inſtanti ad divinæ eſſentiæ viſionem elevaretur.

119 Originis nobilitatem, quam Maria ob divinæ maternitatis dignitatem adipiſcitur, non obſcurè commendant verba illa Pſalm. 71. 6. *Deſcendet ſicut pluvia in vellus, & ſicut ſtillicidia ſtillantia ſuper terram.* Vbi Mariam divini Verbi pluviam excipiens velleri comparat, nam ſic Mariam ſubſtantiam à parentibus accepiſſe monſtrat Vates, quemadmodum vellus in ovis carne incipit effórmari; erumpit enim adeò omnium proprietatum carnis expers, ut alterius naturæ ab ea efficiatur, illius cõditionibus haudquaquam communicans: in quo optimum exemplar intemeratæ Marianæ conceptionis præfiguratur. Sic enim in ſua conceptione emergit à parentum ſubſtantia, eorumque naturæ vitioſitate immunis, quaſi aliam ab eis naturam participaret, & ſi non ſubſtantialiter aliam, ſanè aliam in proprietatibus, nam parentum naturæ ſordibus, quæ cum illa per propagínis traducem inviolabiliter, & inſeparabiliter fluunt, haudquaquã ſanctiſsima puella communicavit; quaſi in parentum carne non caro, ſed vellus gigneretur. Cõceptionis enim Mariæ officinam mundavit, expiavit & luſtravit Deus ab omni illo libidinis contagio & pravæ materiæ infectione à qua macula conceptibus ſuboritur, ut eruditè Galatinus ſanctèque expiatus, inquit, lib. 7. cap. 8. *A ſancto Ioachim, & à ſan-*

Pſal. 71. 6.

Petr. Gala.

ſancta Anna omnem corporis libidinem effrænatamq; voluptatẽ Deus abſtulit, ut eo modo ipſam immaculatam Virginem generarent, quo primi Parentes ſi nõ peccaſſent, filios in paradiſo genuiſſent. Nimirum coniugij coniunctio, qua Ioachim & Anna convenerunt, ut Mariam generarẽt, imitata eſt puritatem, & candidum ſplendorem, quem obtinuiſſẽt nuptiæ maris, ac fœminæ in ſtatu innocentiæ, de quarum complexu genus hominum propagaretur; caruiſſent autem omni ſenſu ardoreque libidinis, uti etiam deinde puerperij doloribus. Quod ita docet Auguſt. lib. 9. de Geneſ. ad litter. cap. 3.

Auguſtin. *Non video quid prohibere potuerit, ut eſſent eis etiam in paradiſo honorabiles nuptiæ, & thorus immaculatus, hoc præſtante Deo, ut ſine ullo inquieto ardore libidinis fœtus gigneretur.* Confert etiam Regius Vates divini Verbi incarnationem ſtillicidijs cõpluentibus ſuper terram; terram Mariam nominans, non inquam terram labefactam, & corruptione ſordentem ex primo peccato, ſed puram, immarceſcibilem & incontaminatam, qualis illa ex qua conditus præceſsit Adam, quæ nullum præſenſerat tetrũ flagitij odorem; ea enim ſanctitate debebat ab origine ornari, quæ in ſacrarium cœleſtis theſauri eligebatur & erigebatur. Ac-

Amedeus. cipe Amedeũ hom. 3. *Dic etiã nobis beate David modũ deſcẽſionis eius. Deſcẽdit ſicut pluvia in vellus, & ſicut ſtillicidia ſtillantia ſuper terram. Vellus cùm ſit de carne, excreſcit extra carnem, & carnis paſsiones ignorat. Attactu leni, colore humili manſuetudinem & humilitatem denũtiat. Formæ etiam habilitate, ſimplicitatis, & innocentiæ gerit indicium. Deſignat autem glorioſam Virginem, &c. Porrò præfata terra eandem Virginem demonſtrat, terræ nomine appellatam propter quandam ſimilitudinem, ſicut enim vetus Adam de terra incorrupta, nullumque paſſa contagiũ formatus eſt; ſic terris terra virgo novum Adam procreavit.*

120 Nec ſolùm oportuit ut Maria in ſplendoribus gratiæ cõciperetur, quia mater futura erat divini Filij, ſed quia mater etiam earum omnium qui regenerandi erãt in fide erat futura, uterus enim Mariæ, non ſolùm erat futurus thalamus, in quo naturã ſibi Chriſtus uniret humanam, ſed in quo fideles itidem omnes formandi eſſent in Fide & charitate. Quamobrem Richard. de Sanct. Laurent. lib. 2. de laudibus Mariæ, in

Richar. de S. Laur. princip. *Præcipitur Exod. 20. Honora patrem tuum, & matrem tuam. Mater enim Chriſti per naturam, mater eſt populi Chriſtiani per gratiam. Vnde de matre ſua dicit ipſe Chriſtus Iſai. 60. Domum maieſtatis meæ (ſcilicet Mariam) glorificabo.* Et paulò pòſt: *Spiritus ſanctus Mariam præcepit honorare, Pſalm. 98. Adorate ſcabellum pedum eius, quoniam ſanctum eſt. Hoc ſcabellum ad litteram adoraverunt tres Magi adorantes Matrẽ cum Filio, Matth. 2. Adorare ſiquidem Mariam, theſaurizare ſibi eſt vitam æternam, Eccli. 3. Sicut qui theſaurizat, ita qui honorificat matrem ſuam, id eſt, Mariam. Ad Epheſ. 6. Honora patrẽ tuum, & matrem tuam, quod eſt mandatum in promiſsione, ut benè ſit tibi, & ſis longævus ſuper terram. Pater noſter Chriſtus, qui genuit nos ſecundùm quod Deus. Vnde Iacob. 1. Voluntariè enim genuit nos, &c. Et ſecundùm quod homo peperit nos mirabiliter in doloribus paſsionis. Vnde Ioann. 16. Mulier, id eſt, humana Chriſti natura cùm parit, triſtitiam habet, &c. Vnde dixit Matth. 26. Triſtis eſt anima mea uſque ad mortem. Mater noſtra Maria, quæ licèt non niſi unicum Filium carnaliter genuit, in eo tamẽ ſpiritualis mater effecta eſt magnæ multitudinis filiorum, quorum primogenitus Chriſtus, ad Roman. 8.* Certè Chriſtus plenum Mariæ uterum occupavit, & cùm ab eo egreſſus eſt, vacuum illũ non reliquit, in eo enim Dei populum depoſuit, ut fideles ab illo reformati renaſcerẽtur. Tumuit primum Marianus uterus divinitate, Deum enim excepit, ut illum ſua carne amiciret, & poſt divinum egreſſum multitudine fidelium tumuit, ut exuto vetere homine in eo omnes divinam gratiam induerẽt. Audi Auguſtinum ſtrenuè effantem ſerm. 12. de tẽpor. *Manens Filius Dei in ſinu Patris implevit uterum Matris, in quo thalamo, id eſt Virginis utero, natura divina ſibi copulavit humanam, ubi Verbum caro factũ pro nobis à matre procedẽs, ubi habitemus, præparat nobis.* Auguſtin. Perpende quanta dignitate & honore affecerit Deus regenerationem noſtram in Mariæ utero perficiendam. Nam deſcendit, inquit Auguſtinus, Dei Filius in Mariæ alvum, præparans in ea nobis locũ, ubi habitaremus, quaſi generatione ſua regenerationẽ noſtram dedicans; ſeque in ea veluti præcurſorem, & præparatorem noſtri ingreſſus in Mariæ uterum conſtituens. Sicut enim prius ipſe cœlos aſcendit, ut ibi locum conſeſſus nobis præadornaret, manſioneſque diſponeret: eius ſic ſapientia aſ-

Ioan. 14. 2. & 3. ſerente: *In domo Patris mei mãſiones multæ ſunt. Si quominus dixiſſem vobis: Quia vado parare vobis locum. Etſi abiero, & præparavero vobis locum, iterum veniam, & accipiam vos ad me ipſum, &c.* Ioann. 14. 2. & 3. Sic viſus eſt divinus Filius primum deſcenſum ſibi in Mariæ uterum deſtinaſſe, ut poſtquàm conſecratus & illuſtra-

tus

tus eſſet ab illo, in eum fideles ingrederemur, ſic commoratione ſua diuturna alvum matris nobis in illa regenerandis præparans. Regenerandis, inquam, quia quidquid nobis ineſt virtutis & gratiæ, quidquid ſalutis & meriti, quidquid felicitatis beatis, id totum adipiſcimur, quia Maria gremio interceſsionis ſuæ, & meritorum, & utero pietatis ſuæ nos recipit, fovet & provehit, in qua adſtruenda veritate unanimi, & accordi cõſenſu conſpirant Eccleſiæ Patres. Pro omnibus eloquatur Hugo de S. Victor. ſerm. 47. *Fuit ergo B. Maria oliva per miſericordiam, & tanto pretioſior per miſericordiam, quanto excellentior per gratiam: & benè quaſi oliva ſpecioſa in campis, quia in planitie ſæculi præſentis, quia in latitudine ſanctæ Eccleſiæ ubique terrarum diffuſæ, ut omnes peccatores ad ipſam liberè, & abſque impedimento reſpiciant, ad ipſam confugiant, ab ipſa auxilium quærant, auxilium percipiant, per ipſam Deo reconciliati, venia lætificati, gratia locupletati, fide illuminati, ſpe confortati, charitate iuſtificati, alijs virtutibus exercitati, bonis operibus adornati, & tandem gloria beatificati.*

Hugo de S. Victor.

121 Hoc argumentum ſplendidam ſanè lucem accipit à loco Cant. 8. *Vmbilicus tuus crater tornatilis, nunquam indigens poculis: venter tuus ſicut acervus tritici vallatus lilijs.* Poſteriorem partem nunc elucubrandam ſuſcipiam, deinde priorem. Mira duo ſunt, & quòd cùm Chriſtus ſe tritici grano comparârit in utero Virginis fato: *Amen, amen dico vobis: Niſi granum frumẽti cadens in terra mortuũ fuerit, &c. ſi autem mortuũ fuerit, multum fructum affert*: Ioann. 12. 24. Mariæ uterus acervo tritici, qui ex innumeris cumulatur granis, conferatur. Quomodo acervus ſi granum? & ſi granum, quomodo acervus? Deinde valdè eſt novum, quòd frumenti grano iacto pro ſemine in Mariæ uterum, non ſolùm triticum illic, ſed lilia proferat. Si enim fationi ſeges reſpondet, quo pacto liliorum ſemente non præhabita lilia creſcunt ex ſola tritici ſeminatione? Pro prioris dubij ſolutione expende Chriſtum nos inſtar parentis in cruce regeneraſſe, ut nuper ex Richar. de S. Laurent. oſtendimus; & ſponſam ad eiuſmodi regenerationem ſibi adhibuit Mariã, ideò *ſtabat iuxta crucem*, Ioan. 19. 25. ut animi dolores, mentiſque cruciatus filij commiſcens paſsionibus fideles omnes conciperet, uteroque complecteretur, quos demum parturiret. Appoſitè ſatis Richardus de S. Laurent. ſcripſit, lib. 7. de laudibus Mar. *Fuit Luna Mariæ tunc in conjunctione Solis, quando Lunæ claritas non apparet, quando commoriens filio per compaſsionem, fletit iuxta crucem eius.* Hoc Chriſti & Mariæ connubium in cruce celebratum, ex quo generis humani erat edenda redemptio, egregiè explicat Arnoldus Carnotenſ. tract. de ſeptem verb. Dom. *Chriſtus carnem, Maria immolabat animam, optabat quidem ipſa ad ſanguinẽ animæ, & carnis ſuæ addere ſanguinem, & elevatis in cruce manibus, celebrare cum filio ſacrificium veſpertinum, & cum Domino Ieſu corporali morte redemptionis noſtræ conſummare myſterium.* O mirum coniugiũ, quod doloribus celebrabatur, & morte conſummabatur, in quo contrahentes fiebant victimæ & ſacrificia! Aptius illud diceres holocauſtorum connubium. Et idem Arnold. tract. de laudib. Mar. *Fugientibus Apoſtolis, in faciem filij ſe opposuerat mater, & animæ eius gladio doloris infixo vulnerabatur ſpiritu, & crucifigebatur affectu: & quod in carne Chriſti agebãt clavi, & lancea, hoc in eius mente compaſsio naturalis, & affectionis maternæ anguſtia. Stabat autem iuxta crucem non minor, quàm matrem Chriſti decebat; fortaſsè autem, quia in morte Chriſti intelligebat redemptionem mundi, etiam ſua ipſa morte ſe aliquid æſtimabat publico muneri addituram.* Quocirca quaſi tunc Maria ex ſpiritualis connubij illius cõiunctione omnes concepiſſet fideles ex ipſa renaſcituros, in Ioannis perſona omnes illos repræſentans eam Chriſtus monet, ut tanquam filios eos habeat, & parentis curam impendat: *Dicit matri ſuæ: Mulier ecce filius tuus*, Ioan. 19. 26. Rurſus Ioannem perſonam omnium fidelium induentem, docet, ut Mariam velut parentem ſuſpiciat, eique filialis pietatis officia, & affectus impertiatur: *Deinde dicit Diſcipulo: Ecce mater tua*, num. 27. ut præclarè obſervavit Card. noſter Toletus: *Magnum mihi profecto in hoc myſterium ſignificatum videtur: omnes enim nos curæ B. Virginis, & protectioni eius, ac interceſsioni commendavit, nobiſque fiduciam dedit, ut tanquam ad matrem, & Dominam dilectiſsimam in omnibus noſtris confugeremus. Eſt enim poſt Chriſtum ſingulare, tutiſsimum, & efficaciſsimum refugium: Ioannes enim nos omnes repræſentabat.* Additque Simon de Caſsia lib. 13. cap. 114. *Non dedignatur Chriſtus humanum genus propter naturam conditã, quæ bona fuit; non propter corruptam, quæ vitio turpuit, non ex criminibus, quibus involvimur; quoniam ſi velimus, ipſe velit nos ex utroque parente, tã ex æterno, quàm ea, quæ fuit ex tempore ſuos per gratiam eſſe germanos, utunà cum ipſo æterna ſit no-*

Cant. 8. 2.

Ioan. 12. 24

Ioan. 19. 25

Richar. de S. Laurent.

Arnol. Car.

Ioan. 19. 26. 27.

Toletus.

Simon de Caſsia.

nobis hæreditas. Ex his iam præindicatæ quæſtionis diluitur difficultas; & meritò ſanè Mariæ uterus tritici acervo comparatur, quamvis unum acceperit granum, nempè Chriſtum. Etenim Chriſtus, qui ut frumenti granum in Mariana alvo ſeminatum eſt, iam in cruce mortificandum parentem ſibi coniugem ſpiritualiter copulavit, & virtutis ſuæ, & gratiæ ſemine illam fœcundans, præſtitit, ut acervum tritici, nempè fidelium communionem, illa conciperet, quos tanquam ſpirituales filios pareret. Quamobrē uterus Mariæ appoſitè acervo tritici confertur, quia filij ſui ſimul & coniugis, qui ut granum frumenti in cruce mortificabatur, gratia fœcundata, & ditata fideliū acervū in utero concepit. His quidē egregiè aptantur quædam verba Ambroſij apud Martin. Delrium in præfatum Cant. locum: *In quo Virginis utero ſimul acervū tritici, & lilij floris gratia germinabat, quoniam & granum tritici generabat, & lilium: Granum tritici, ſecundùm quod ſcriptum eſt: Amen, amen dico vobis, niſi granum frumenti cadens in terram mortuū fuerit, ipſum ſolùm manet, ſed quia de uno grano tritici acervus eſt factus, completum eſt illud propheticum; & convalles abundabunt frumento, quia granum illud mortuum plurimum fructum attulit, hoc itaque granum omnes homines perpetuæ cœleſtium munerum eſca ſaturavit. Conſummatū eſt illud prophetici oris eloquiū, dicente eodem David: Cibavit eos ex adipe frumenti; & de petra mellis ſaturavit eos. In hoc grano eſſe etiam lilium divina teſtantur oracula, quia ſcriptū eſt: Ego ſum flos campi, & lilium convallium: ſicut lilium in medio ſpinarum; Chriſtus erat lilium in medio ſpinarum, quando erat in medio Iudæorum.*

Ambroſius

122 Iam ſecundi dubij nodus ex prædictis Ambroſij verbis facilè diſcingitur. Si enim Chriſtus ſimul extitit frumēti granum, & *lilium convallium*, Cant. 2. 1. non ſanè mirum, quòd ex utero Mariæ, in quo ſeminatus eſt Chriſtus, ſimul acervus tritici, & lilia prodierint generata. Etenim filios Maria concipit parenti, & ſibi ſimiles; quia & illa ſimillima filio & ſponſo, ut Alanus expendit in præindicatum Canticorum locum. *Sicut enim*, inquit, *in campo florum pullulat varietas, ſic in humana Chriſti natura virtutum pluralitas. Huius campi fuit flos Chriſtus, id eſt, decor, ſecundùm divinitatem; quia ex virtute divinitatis habuit in humana natura donorum plenitudinem. Eleganter autem humana Chriſti natura per campum ſignificatur propter amplitudinem, & planitiem, quia in eo nullus fuit ſcrupulus erroris. Quia perfecta humilitas fuit in Maria, & in humana Chriſti natura; ideò perſona Virginis, & humana natura Verbi valles dicuntur propter eminentiam humilitatis, & non ſolùm valles, ſed convalles ratione ſimilitudinis, quia Virgo ſpecialiter Chriſto fuit ſimilis.* Itaque quemadmodum Chriſti natura humana vallis fuit, in qua ſtatim originalis decor & pluralitas pullulavit virtutum, eius convallis propter excellentem ſimilitudinem dicitur Maria, quia in ea ſtatim à principio conceptionis, & originalis ſplendor, & omnigena virtutum varietas germinavit. Ex quo loco perpulchrè arguit Guillielmus perfectam oppoſitionem inter Mariæ generationem, & reliquarum filiarum Evæ conceptiones, expendit enim Mariam non vocari lilium ſpinarum, ſed lilium inter ſpinas: & ſic fatur: *Dici vult non lilium ſpinarum, ſed lilium inter ſpinas, quia ex eo ſpinæ nec molleſcunt, nec candeſcūt, ſed magis horreſcunt; & tamē exorta non ſuffocant lilium. Filias vult vocari omnes alias ex Eva genitas, quæ ſpinæ, quia concipiunt in libidine, & pariunt in dolore. Quod enim dictum Evæ matri: In dolore paries, dictum & filiabus; undè veritas: Mulier cùm parit, triſtitiam habet, quia venit hora eius, ſed Virgo lilium, quia pariens gaudium, & lætitiam habebat, & erat ei parienti in voce exultationis, & confeſſionis quaſi ſonus epulantis, quia nihil in eā de maledictione Evæ tranſeat.* Cùm ergo, tam Chriſtus, quàm parens convalles propter ſimilitudinem præſtantiſsimam accerſantur; quæ à principio originalis pulchritudinis, cæterarumque gratiarum cœleſtium lilia ſe oſtenderunt, cùm ex eorum coniugio fideles inſtar acervi tritici multiplicati regenerantur, liliorum etiam nomen habent, & eorum regeneratio ſimilis parentum generationi evadit, & ſpeciei ſimilitudine, qua parentes exprimunt, filiationem teſtentur. His ſatis congruè Amedeus hom. 6. per lilia uterum Mariæ circumvallantia, ait iuſtos ab ipſa, & à filio, & ſponſo ſuo ſpiritualiter efformatos deſignari; quos à Maria gaudium ſuum & coronā, inquit, appellari, quemadmodum Philip. 4. 1. & Theſalonicenſes, ad Theſal. 1. cap. 2. 19. & 20. Paulus coronam ſuam, & gaudiū appellat: *Quæ eſt enim noſtra ſpes, aut gaudium, aut corona gloriæ? Nonne vos ante Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum eſtis in adventu eius? Vos enim eſtis gloria noſtra & gaudium*, eò quòd eos in Chriſto genuerat, quapropter parentis nomen uſurpat, eiſque filiorum nomen indit, 1. ad Theſ. 2. 10. *Vos teſtes eſtis, & Deus quam ſanctè & iuſtè,*

Cant. 2. 1.

Alanus.

Guillielm.

Ad Philip. 4. 1.

1. Ad Theſ. 2. 19. 20.

1. Ad Theſ. 2. 10.

iuſtè, & ſine querela vobis, qui credidiſtis, fuimus: Sicut ſcitis qualiter unumquemque veſtrum (ſicut pater filios ſuos) conſolantes vos, &c. In quem locum D. Thom. *Maxima eſt retributio prædicatori ex his, quos convertit, quia gaudium illorum eſt gaudium Apoſtoli, ſicut bonum eorum eſt bonum Apoſtoli. Bonum enim effectus reducitur in bonum cauſæ, (& corona gloriæ) quia pro certaminibus eorum, & iſte, qui induxit ad certandum, coronatur. Dum enim, qui induxit milites ad pugnam coronabitur. Eccleſ. 3. qui docet filium, laudabitur in illo, & in medio domeſticorum in illo gloriabitur,* ſcribit igitur Amedeus: *Per lilia ſanctorum animæ deſignantur, candẽtes per vitæ meritum fragrantes per virtutis exemplum. De candore Pſalmiſta Deo ait: Aſperges me Domine hyſſopo, & mundabor; lavabis me, & ſuper nivem dealbabor. Et de odore ita pronuntiat: Eructavit cor meum verbum bonum; de quo & Apoſtolus: Chriſti bonus odor ſumus Deo in omni loco: vallata ergo lilijs Redemptoris mater aptiſsimè hunc illis congruentem poterit proferre ſermonem. Gaudium meum & corona mea vos eſtis acquiſiti ſanguine meo, & carne ſumpta de carne mea.* Ex quibus liquet, Mariam non ſolùm munere matris functam fuiſſe erga fideles, quos in utero concipiendos excepit, ſed & patris, quia ſanguis filij, & ſponſi ſui effuſus, & caro qua tot diros cruciatus pertulit, per quæ parens noſter ipſe effectus eſt, & genitor noſter, ab ipſa ſanguis ſuus, ſuaque caro appellata ſunt; quaſi & patris mun' per idiomatum communicationem ab una matris, & filij ſubſtantia provenientem, & matris officium, erga fideles in ipſa ſimul coierint.

D. Thom.

Amedeus.

123 Nunc ad priorem partẽ loci Cant. 8. 2. interpretatione illuſtrandam properemus. Cùm enim in poſteriori iam explicata, & ſtabilita māſerit ratio maternitatis, per quam parens omnium fidelium Maria conſtituitur; anterior evincit gratiæ ornamenta, & originis nobilitatem, quæ talem decebat dignitatem. Nec enim conſentaneum erat, ut quæ parens redemptionis, & regenerationis ſpiritualis, ac proinde originalis peccati debellatrix eligebatur, priùs ab ipſo debellaretur peccato. Quamobrem ſponſus prævidè quam eiuſmodi Mariæ dignitatem apperiret, eius ſplendidam originem promulgavit inquiens: *Vmbilicus tuus crater tornatilis nunquam indigens poculis,* Cant. 8. 2. In cuius loci expoſitione nil deſiderandum reliquit ardenti erga Mariæ puriſsimam originem pietati. *Et iſta laus tua, ò libera Sunamitis, oppoſita eſt anciſlæ vituperationi, quã apud iam dictum habemus, his verbis; & quando nata es, nõ eſt præciſus umbilicus tuus. Quibus utique verbis luxuriæ ſuperfluitatem vituperat, quia viris quidem in lumbis; fœminis autem in umbilico luxuria eſt, teſtante Domino, qui de diabolo loquitur ad B. Iob: virtus eius in lumbis eius, & poteſtas eius in umbilico vẽtris eius. Igitur umbilicus tuus crater tornatilis, quid eſt, niſi ac diceret: perfecta eſt in te virtus caſtitatis, & liberata es ab omni carnali appetitu voluptatis. Parum quidem fuiſſet ad laudem veræ virtutis dixiſſe: iunctura fœmorum tuorum ſicut monilia, quæ fabricata ſunt manu artificis, niſi & iſtud adderetur: umbilicus tuus crater tornatilis, numquam indigens poculis: quia ſcilicet illo præcedenti verſiculo ſolùm denegatur opus ſine affectu carnalis commercij: iſto autem ſequenti appetitus quoque cogitationis, qui ſi ineſſet, nunquam veraciter diceretur umbilicus ſic præciſus, imò & circumciſus, ut crater tornatilis, neque adderetur, adhuc, nunquam indigens poculis. Quid enim eſt umbilico non indigere poculis, niſi non uri, vel ſitire per appetitum libidinis? Hinc enim per quemdam ſapientem dicitur in mulierem malam: ſicut viator ſitiens ad fontem os ſuum aperiet, & ab omni aqua proxima bibet. Ergo tu ò Sunamitis, ò filia principis, corde & corpore es caſta, mente & carne integra, & incorrupta, cogitatione & opere munda.* Igitur proprijſsimæ gloriæ ſtemma ſingulariſsima q; laudis Mariæ inſigne eſt ingenuitaris libertas ex umbilico præciſo & fomite prorſus extincto orta, ex quo ferè omnes Patres & Doctores immunitatem originalem arguunt; libertas, inquam, oppoſita miſeræ ancillationi Evæ, ex cuius corrupto umbilico profluit miſera corruptio, & appetitus effræna poteſtas, quæ univerſam ſobolem infeſtavit, undè crater teres Mariæ totius vitioſitatis angulis detritis, utpote, à quo ſemper abfuerit appetitus fomes nunquam eguit refrigerij poculis. Quamobrẽ meritò prædicatur Maria mente & carne integra, & incorrupta, corpus intemeratum ſemper gerens, & ſpiritũ totius peccati corruptionis expertem. Guillielmus autem teretem Mariani uteri rotunditatẽ refert ad nobilem eius capacitatem, quâ omnes abſque vlla exceptionis partialitate recipit; regia enim generoſitas eſt protectionis ſuæ, & favoris umbrã æqualiter omnibus impertiri, unde quod inſigne eſt huius heroicæ indifferẽtiæ, ſimul & notã præfert illuſtris originis. Inquit ergo Guillielmus: *Crater tornatilis, id eſt, ſcyphus magnus verè ſine angulo & ruga, quia laudabili*

Cant. 8. 2.

Rupertus.

Guillielm.

bili æquitate, (id eſt ſine acceptione perſonarum) quantum in ſe eſt, omnibus ſalutem propinat. Non enim deſpectis piſcatoribus, vitam propinat Imperatoribus; quod utiq, ſi faceret, crater quidem, ſed utique tornatilis non eſſet: ſubditur: Nunquam indigens poculis. Quot libet inde hauriant, & quantumlibet hauriant, non poteſt exhauriri. Nam & ſi inde bibant omnes peccatores terræ, nihilominus abundat, & redundat. Quotidie toti mundo de illo cratere magno propinatur, & non deficit.

124 Solemne eſt apud Eccleſiæ Patres Mariam præadumbratam fuiſſe in arca Noe, quæ reparatrix fuit humani generis, alvoque ſua ſemina humanæ propagationis continuit, & in ipſis veluti univerſum genus hominum complexa eſt, quod tandem in ſecuritatem, & libertatem aſſeruit, illud quodammodo enitens, & in lucem edens, ſicque in ſe maternitatis Marianæ præmõſtravit exemplar, quæ Chriſtum utero excipiens humani generis ſalutem pariter excepit, & peperit, fideleſque omnes quodãmodo ſalvandos ſuſcepit. Cæterùm ſingulariter hîc expendendum arbitror in honoribus excellentijſque antiquæ arcæ divinitus delatis ob contentam & aſſervatam in ea temporalem hominum vitam, egregiè prælineata eſſe munerum ornamẽta & gratiarum ſingularitatem, quæ divina Sapientia Mariæ impertiri cogitavit, ex eo, quòd parens ſpiritualis ſalutis hominum fuerit effecta, quos in ſtatu gratiæ regeneravit, & ad beatam vitam parturivit. Etenim artificium priſtinæ arcæ non tulit Deus, ut hominum fuiſſet inventum, neque eius conſtructionis ratio humani intellectus proles; etenim prima arcæ ſpecies, & inchoata intelligentia divina mente concepta eſt, ut nobiliter, & abſque ulla erroris turpitudine illius fabrefacti compingeretur formatio, quod hominum communitati vitæ indemnitatẽ eſſet allaturum. Quocirca forma arcæ fabricandæ tradita eſt Noe à Deo, Geneſ. 6. 14. *Fac tibi arcam de lignis levigatis; manſiunculas in arca facies, & bitumine linies intrinſecus, & extrinſecus. Et ſic facies eam, &c.* Quapropter opportunè Chryſoſtom. apud Lypoman. inquit: *Conſidera ergo dignationẽ Dei, & ineffabilem virtutem, miſericordiamque omnem rationem tranſcẽdentem. Simul declarat & ſuam erga iuſtum providentiam, ut fabricaret arcam illi imperans ordinanſque interim modum in quẽ conſtruenda, nempè in quam longitudinem, latitudinem & ſublimitatem, & maximam ei conſolationem affert ſpem ſalutis per arcæ conſtructionem ſubſcribens.* Quaſi diceret: Si arcæ opificium humanum fuiſſet opus, aut cogitatio meritò diffideret iuſtus humanum per eam genus poſſe ſalvari. Neceſſum quippè erat, ut vitium aliquod conſtructioni obreperet, quo illa ruinoſa emergeret, & quæ ruinoſa erigebatur, inepta eſſet ad ruinam avertendam; attendens ergo Noe arcam divino conſilio architectari ex ſecura & firma eius conſtructione omnium excludente defectum, maximam concepit ſpem humani generis per ipſam liberandi. Et Auguſtinus lib. 15. de Civitat. Dei, cap. 27. divinam providentiam incubuiſſe ſemper arcæ, ut liberam eam ſemper ab imminenti generalis ſtrage diſcrimine eriperet: *Arcam nullus in mare miſit conatus hominum, ſed levavit unda cùm venit, naturali ordine ponderum, magiſq; divina providentia, quàm humana prudentia natantem gubernabat, ne incurreret ubique naufragium.* Pietatis ſanè exſors videtur, qui difficeatur hæc divinitus non fuiſſe præſtructa in Mariæ nobilem originem commendandam, cuius formationis ratione & executionem ſibi Sapientia divina addixit ob præſtantiſsimam eius dignitatem, ſumma enim dignitas eſt communis ſalutis, & beatitudinis animatum depoſitum fieri; ſi enim conceptioni Mariæ aliquis immiſceretur defectus, infirmè ſperarent homines ſe à ſuis defectibus per illam eruendos: ſtuduit ergo iam à primævo ſæculo divina Sapientia, inviolabili fide humanis mentibus eſſe inſitum, Dei providentiam à priori Marianæ conceptionis, ſeu fabricæ inſtanti ei inſediſſe, ut omne naufragij diſcrimen, quo reliqui abſorbentur homines, ab ea quàm longiſsimè arceret. In hac ſententia fuit Bernard. ſerm. de Sanct. Maria: *Arca etiam Noe ſignificavit arcã gratiæ, excellentiã, ſcilicet Mariæ: ſicut enim per illam omnes evaſerunt diluvium: ſic per iſtam peccati naufragium. Illam Noe, ut diluvium evaderet, fabricavit; iſtam Chriſtus (qui eſt pax noſtra & requies) ut humanum genus redimeret ſibi præparavit. Per illam octo animæ tantùm ſalvantur; per iſtam omnes ad æternam vitam (quæ per octonarium numerum ſignificata eſt) vocantur. Per illam paucorum facta eſt liberatio; per iſtam humani generis ſalvatio. Illa cẽtum annorum fabricata eſt ſpatio; iſta omnium virtutum fuit perfectio. Illa facta eſt de lignis levigatis: iſta de virtutibus conſummatis ædificata eſt. Illa ſuperferebatur aquis diluvij; iſta non ſenſit naufragia ullius vitij.* Eleganti profecto ingenij alacritate, & mira dexteritate argumenti præſentis myſterium illuſtravit Richardus de S. Laurent. lib. 11. de laudib. B. Mar.

Auguſt.

Bernard.

Geneſ. 6. 14

Chryſoſt.

Eſt

Richar. de S. Lauren.

Eſt Maria arca Noe, de qua præceptum eſt ipſi Noe, Geneſ. 6. Fac tibi arcam de lignis levigatis; manſiunculas in arca facies, &c. Commendatur autem beata Virgo ſub typo huius arcæ, primò quantum ad dignitatem ſuæ nativitatis, & oſtenditur dignitas ortus eius quantum ad authorem. Vnde dicit Pater filio: Fac tibi; ſibi enim fecit eam Chriſtus principaliter, id eſt, ad honorem ſuum; nec ſolùm ſibi, ſed & hominibus & Angelis, & toti Trinitati, iuxta illud B. Bernardi: Deniq́ue omnibus omnia facta eſt, &c. Oſtẽditur etiã dignitas ortus eius quãtũ ad ſanctificationẽ ex parte mentis, cùm dicitur arca, in qua videlicet recõditi fuerunt theſauri Sapientiæ cœleſtis, theſauri deſiderabiles, virtutum chariſmata: Fuit enim anima eius citò, ut creditur, poſt infuſionem à peccato originali purgata, & omni decore virtutum ornata. Decebat enim, ut dicit B. Anſelmus, ut ea puritate niteret, qua ſub Deo maior nequit intelligi, quam Deus Pater Filio ſuo eligebat in matrem. Richardum (qui non audet palàm ſenſum ſuum profiteri erga puriſsimã Mariæ conceptionem, de qua nihil Eccleſia tunc decreverat, ut ſæpè ſæpius in hoc opere admonuimus) Anſelmi ſententia prodit confitens decere Mariam ea puritate enitere, qua maior ſub Deo nequit intelligi, ſub Deo autem poteſt intelligi puritas originalis, ſubiungit poſt aliqua Richardus: *Commendatur à conceptione Salvatoris, & merito interceſsionis, cùm dicit Pater Filio: Ingredere arcam, carnem de Virgine aſſumendo, tu & uxor tua, ſcilicet cœleſtis Sapientia, Sapient. 8. Quæſivi mihi ſponſam illam aſſumere: & filij tui dona Spiritus ſancti, & uxores filiorũ tuorum, ſcilicet ſeptem illæ virtutes, de quibus Iacob 3. de ſapientia, quæ deſurſum deſcendit, quod primum pudica, deinde pacifica, &c. Noe Chriſtus, qui interpretatur requies; quia ſicut per Noe requieverunt per diluvium omnia retrò opera, ita per Chriſtum omnes, qui antea laborabant. Item Noe congregavit in arca cibos omnes hominibus, & iumentis, ſeu beſtijs neceſſarios, unde dictum eſt ei: Tolle tecum ex omnibus eſcis, quæ mandi poſſunt, & comportabis apud te, & erunt, &c. Et Chriſtus dicit: Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati eſtis, &c. Matt. 11. Dicit ergo Pater Filio tolles tecum ex omnibus eſcis, quæ mandi poſſunt. Filius enim Dei deſcendens in uterum virginis ſecum congregavit omnia, quibus Angeli & homines fruerentur. Vnde poteſt dicere B. Virgo: venerunt mihi omnia bona pariter cum illa Sapient. 7.* Cerne quo pacto non ſolùm Chriſtus, ſed & omnes in Mariæ uterum fuerimus ingreſsi, ibi paſcẽdi, ibi reficiendi à Chriſto, ibi à labore, & peccatorum onere liberandi, idcò ſecum in uterum intulit Chriſtus cibaria omnia, quibus ſpiritualiter delectaremur. Et expende innuiſſe Richardum, quoties Chriſtus clamabat: *Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati eſtis, & ego reficiam vos,* Matt. 11. 28. ipſum homines invitaſſe ad ingreſſum in parentis ſuæ uterum, ubi ea omnia, quibus indigebant, repoſuerat. Mat. 11. 28

125 Vt verò ſplendeſcat ſublimius debitam eſſe Mariæ nobiliſsimæ originis gloriam ob maternæ pietatis officia, quæ erga humanum genus erat obitura, voluit Deus, ut in ipſamet eius conceptione alacris ille ardor viſeretur, accenſaque illa deſideriorum flamma erumperet, quâ de communi hominum ſalute æſtuabat, atque generoſa quadam cupiditate ambureretur, quâ parẽtem ſe omnium fidelium conſtitui heroicè ambiebat, ut ipſummet ardentiſsimum univerſalis ſalutis ſtudium inter nobiliſsimos originis ſuæ ſplendores diiuculãs & coruſcans, ipſiſque ſe immiſcens, tanquam cauſa & principium, ſeu dignitas, quæ illos exigebat, ſe oſtenderet. Quâ in doctrina præſtat audire ſanct. Bernardinum, cui de ipſa conceptione Virginis differens, ita effatur: *Ex charitatis quoque ardore, etiam humanæ ſalvationis toto affectu deſiderabat incarnationem Filij Dei. Nam & totus impetus primæ ſanctificationis mentem huius ſacratiſsimæ Virginis impellebat ad hoc deſiderandũ pro ſalute omnium electorũ. Proinde omnes virtutes eius ardentiſsimæ mentis ob id, quod poſtea factum fuit in ea, inflammabant animam eius.* Bernardin. Iam tunc cùm concipiebatur Maria, ſalutem noſtram concipiebat, dum formabatur, iam nos in Chriſto geſtiebat reformare; vix in matris utero generabatur, & nos in ſuo utero deſiderabat regenerandos; penè uterus illius gignebatur, cùm noſtræ ſalutis deſiderijs tumebat. Quomodo illuſtriſsima non evaderet illa conceptio, in qua iam omnium noſtrũm viram ſpiritualem Maria, tam mirabili & nobili ardore maturabat.

126 Quanto puritatis ſplendore, quanta originis claritudine deceat eorum dignitatem honorari, qui filios ſpirituales Chriſto gignunt, lubeat in Ioanne Baptiſta perſcrutari, ad quem divinæ prædicationis Præcurſorem effectum in vocem que Verbi æterni conſtitutum, de quo vaticinium acceperat Zacharias pater: *Et Spiritu ſancto replebitur, adhuc ex utero matris ſuæ: & multos filiorum Iſrael convertet ad Dominum Deum ipſorum; & ipſe præcedet ante illum in ſpiritu & virtute Eliæ,* Luc. 1. 15.

ut

ut convertat corda patrum in filios, & incredulos ad prudentiam iuſtorum parare Domino plebem perfectam, Luc. 1. 15. Vt excellentiæ maieſtatem acciperet, tanto muneri congruentem præcoci pernicitate ſanctitas præornandum advolavit, ipſumq; in matris utero commorantem occupavit, ut præter communem legem naſcentium gratiæ ingenuitate naſceretur illuſtris, eāque rationem vitæ inſtituit, quæ regij decoris, quo fulſit in paradiſo Adamus, quaſdam inſulas oſtentaret, ſimilitudinemque præferret iuſtitiæ originalis & innocentiæ candoris, quo primi parentes ante peccatum fuerunt prædi ti. Inquirunt Patres; cur ſic divinitus cum Ioanne actum eſt, ut ab ipſis primæ infantiæ rudimētis in eremum ſe reciperet, ubi abſque ulla opera, ullaque moleſtia, aut ſudoris induſtria cibum pervium inveniret, quem ut haberet, nullū expendit laborem, quaſi immunitate fruens illius primæ maledictionis generaliſque damnationis univerſis Adæ filijs indictæ:

Gen. 3. 17. 18. *Maledicta terra in opere tuo; in laboribus comedes ex ea cunctis diebus vitæ tuæ, &c. In ſudore vultus tui veſceris pane tuo*, Geneſ. 3. 17. 18. Vbi etiam nullum illi negotium faceſſeret veſtis ornatus, quem promptum & facilem reperiebat, adeò ut ea glorioſa rerum independentia potiretur, quæ præſcripta erat felici innocentiæ ſtatui, & quam nunc Angelorum nobilitas annexam habet? Verè credam id geſtum eſſe, ut oſtenderet Deus, quàm glorioſus oporteat, ut ſit prædicatoris ambitus, cui incumbit plurimos filios procreare, verè ea ſpiritualis paternitas mundiſsimam affectat originem. Nam natura ipſa muneris, quod ab animis fidelium explantare nititur, originalem infamiam videtur exquirere, ut explantator, & debellator in ipſam non incurrerit. Vnde Ioannes, qui præcurſor, & vox divini Verbi naſcebatur præelectus, ut plurimam Chriſto prolem conciperet & pareret, ſi à prima peccati macula in ſui cōceptione non fuit immunis, ſaltim ſanctitas illi in utero degenti præmaturata eſt, & ea ornatus prodijt in lucem, & demum ſpiritualis parentis munere fungens originalis innocentiæ inſignia prætulit. Acutè & accuratè rem expedijt Chryſ.

Chryſoſt. hom. 10. in Matth. *Erat enim omnino mirabile humano in corpore tantam videre tolerantiam, quod certè Iudæos magis ad credendum trahebat, cùm in Ioanne magnum illum Eliam cernerent, atque in illius beati recordationem per iſtius virtutem redirent, imò multo etiam maiore admiratione caperentur. Siquidem ille in domibus, ac urbibus paſcebatur; hic verò ab ipſis incunabulis in eremo ſemper inhabitavit. Oportebat enim præcurſorem illius, qui omnia vetera diſſoluturus erat, id eſt, maledictionem, dolorem, mœrorem, laborem atque ſudorem, aliqua & ipſum muneris huius ſymbola geſtare, & ſuperiorem illa condemnatione eſſe. Itaque non aratro curvus incubuit, non in ſulco campum ſcidit, non in ſudore faciei ſuæ panem comedit. Sed erat illi impræparata menſa, & tali menſa facilior amictus, & habitatio facilior amictu. Neque enim vel tecto indiguit ille, vel lecto, non menſam, vel aliqua huiuſmodi requiſivit, ſed angelica quadam vita mortali in carne reſplenduit. Propterea etiam veſtimentum de pilis camelorum habuit, ut habitu quoque ipſo mundi contemptum doceret: ſuadens cæteris nihil cum terra habere commune, ſed ad priorem nobilitatem reverti quam certè habuerat Adam, priuſquā de victu veſtituque curaret.* Certè in divinę providentiæ ordine, quæ in gratijs & privilegijs diſtribuendis uniuſcuiuſque dignitatem metitur, ſublimiori muneri altior prærogativa conceditur: quis inficiabitur Mariæ maternitatem ſpiritualem, qua fideles omnes ſuſcipit ſpiritualiter regenerandos, & parturiendos, eminentiorē ea fuiſſe paternitate, qua Ioannes populi increduli rebelles convertit in filios? Propter hanc præcoci elapſu gratia in uterum Eliſabethę ſe immiſit, ut quæreret Ioannem, & prope fontem conceptionis illum apprehendit: ſublimus ergo Mariam debuit explorare, præſtolarique, ut eam in ipſo conceptionis momento adoriretur ornandam.

§. VI.

Frequenter primum facinus ingenitam animo virtutem & conditionē indicat. Quocirca ex primo Mariæ opere, Dei parentis authoritatem exerente, innata ei ab origine claritudo arguitur.

127 *PRimum facinus quaſi tradux qualitatis, ſeu affectionis, quæ animo innaſcitur. Dæmon mundi tragœdiā à mendacio auſpicatus eſt, quia mentiendi libido quaſi ei ingenita. Primum adſtruitur ex Geneſ. 3. 1. & 4. & Geneſ. 2. 16. per Ambroſ. Chryſoſt. Rupert. Secundum ex Iſai. 14. 12. & Ioann. 8. 44. per Irenæum & Toletum, & ex 1. Ioan. 3. 8. per Iſidor. Cyril. Ieroſol. & Lypom.*

Eva

128 Eva in primo facto virtutem amicitiæ erga virum in ſua formatione hauſtam demonſtravit, ex Geneſ. 3. 6. per Caietan. & Lypoman. & Geneſ. 2. 21. per Theodoret. Rupertum, Hugonem de S. Victor. & Auguſt.

129 Prima Caini impia facinora de pravo conceptionis fonte defluxerunt, & in eis iniquitas in fonte epotata erupit. Cõfertur locus Geneſ. 43 cũ cap. Gen. 3. 6. per D. Thom. & Chryſoſt. Ioan. 8. 44. per Tolet. Geneſ. 3. 17. per Lypom. & Tert.

130 Primogeniti plerumque Deo exoſi, per Cyril. Quia in eorum factis pravæ originis vis maximè viget, Geneſ. 38. 7. per Lypomanum.

131 Samuel, quia à parentibus precibus in templo obtentus, infans adhuc quaſi innata virtute contendit in templum, explicatur locus 1. Reg. 24. à 1. Reg. 1. 2. illuſtratus Chryſoſt. Accedit Auguſt.

132 Samuel patienter Heli ſuſtinet, & hæc in eo prima pullulans virtus, 1. Reg. 3. 1. uſque ad 9. per Petr. Damian. & 1. Reg. 3. 15. per Abulenſem, quia eius conceptione inſtante parens contumelijs ab Heli acceptis pietate & reverentia in Heli ardebat, per Chryſoſtom. Quantum deviavit Anna à prima Adami inurbanitate, Geneſ. 3. 9. per Lypomanum.

133 Primam Baptiſtæ functionem ab officio vocis, & Chriſti prædicatione Evangeliſtæ deſumpſerunt & enarrarũt, Matth. 3. 1. Marc. 1. 1. Luc. 3. 2. Ioan. 1. 6. & 29. Quia in utero vocis inchoavit munus, & Chriſti prædicationem dedicavit, per Theophil. Bernard. Leon. & Chryſolog. vocis virtutem à Ioanne primitus conceptam, quàm primum in lucem editus manifeſtare properavit, Luc. 1. 62. per Ambroſ. & Chryſoſt.

134 Ex his decerpitur argumentum pro intemerata Mariæ conceptione, cuius claritudo, & ſplendor in primo eius opere, quod Maria Deiparæ authoritate aggreditur, irradiavit pietas Mariæ, qua defectum vini in nuptijs prævenire contendit, Ioann. 1. & 2. primum opus clementiæ eius, ex Richardo de S. Laur. & Hugon. de S. Victor. Nondum defecerat vinum, cùm Maria pro invitantibus interpellavit, per Auguſtinum, & Toletum. Id etiam adſtruitur ex Ioann. 2. 4. per Caietan. & Toletum. Maria curavit nobilitatem ſibi innatam, & gratiam, qua præventa in conceptione eſt, in primo opere demonſtrare, dum nõ expectat, ut defectus vini eveniat, ſed prævenit, ne ſequatur, iuxta ingenitam ſibi nobilitatem, ex Richard. de S. Laur. Caiet. & Tolet.

135 Loci Ioann. 2. 2. difficultas; dum Maria ait ad Filium, vino convivas carere, cùm nondum defecerat. Sed quia ipſa non ſolùm à peccato præſervata fuit, ſed etiam à debito, & imminẽtia peccati, ſic eloquitur, ut innuat imminentiam defectus vini, & ipſum vini defectum, quaſi unum & idem malum reputari, ut qui illam liberam à peccato aſſerunt, teneãtur, & à debito peccati immunem tueri: ſimulque in eo facto virtutes oſtendit, per quas demum Dei parens conſtituta eſt, ut originalis decor ſimul cum gloria divinæ maternitatis vernet, & illam hunc eſſe debitam innoteſcat; ſubſidiatur Richar. de S. Laurent.

127 INnatum ſanè naturæ eſſe ſolet, ut qualitatem, quam animus in ſuo epotat fonte, prima geſta prodant, quaſi primũ facinus tradux fuerit affectionis quam primò natura concepit, reſpergitur eo colore primũ opus, qui primitus tinxit animæ ſenſum, & principis motus, quo affecta eſt natura veſtigijs inuſti primogeniti actus fundũtur in lucẽ, ſi quæras cur à mẽdacio auſpicatus fuerit diabolus ſuã cum muliere confabulationẽ; prioribus enim ille verbis mendacium ingeminavit. Sic namque exorſus eſt: *Cur præcepit vobis Deus, ut non comederetis ex omni ligno paradiſi?* Geneſ. 3. 1. Acqui Deus omne paradiſi lignum hominibus non interdixerat, ſed tantùm eſum arboris ſcientiæ boni, & mali: *Præcepitque ei dicens, ex omni ligno paradiſi comede: de ligno autem ſcientiæ boni & mali ne comedas*, Geneſ. 2. 16. Vt obſervarunt Ambroſius, Chryſoſtomus, & Rupert. apud Lypoman. Perbellè Rupertus: *Diabolus caupo nequiſſimus ſuã interrogationem mendacio polluit.* In ſecundo autem verbo, mendacio liberiùs effutijt: *Nequaquã morte moriemini*, Geneſ. 3. 4. Quid hoc? Quorſum primum, quod expuit diabolus, venenũ à falſitate deſumptum eſt? Primus eius actus cur à mendacio inchoat? Verè quia hoc in eius animo primitus inſeminatũ eſt: Ab initio enim mens eius mendacium concepit, hoc prima illius proles. Recole verba, quæ refert Iſaias Luciferum ſtatim poſt ſuã protuliſſe creationem: *Quomodo cecidiſti Lucifer, qui mane oriebaris? Corruiſti in terram, qui vulnerabas gentes? Qui dicebas in corde tuo: In cœlum conſcendam, ſuper aſtra Dei exaltabo ſolium meum; ſedebo in monte teſta-*

Geneſ. 3. 1.

Geneſ. 2. 16

Ambroſ. Chryſoſt. Rupert.

Geneſ. 3. 4

Iſaias 14. 12.

teſtamenti, in lateribus Aquilonis, aſcendam ſuper altitudinem nubium, ſimilis ero Altiſſimo, Iſai. 14. 12. Expende Vatem prius expreſsiſſe ruinam & caſum Luciferi, quam verba eius elata altitudinem & aſcēſus ſublimitatem affectantia enarraret, ut cùm ea legeres, ab animo mendacio tumēte ea eſſe parta ſtatim cognoſceres; ac proinde illa nil aliud quàm inanem falſitatem involvere. Hìc venit intelligendus locus
Ioan. 8. 44. Ioann. 8. 44. *Ille homicida erat ab initio, & in veritate non ſtetit, quia non eſt veritas in eo; cùm loquitur mendaciū, ex propriis loquitur, quia mendax eſt & pater eius.* Vbi Chriſtus veritatem appellat (ut ſentiunt Irenæus lib. 5. cap. 22. & 23. & Toletus) quæ alio nomine veracitas dicitur, qua, quod verum eſt, loquimur, & opponitur mendacio: in hac Deus diabolum condidit, ſicut alijs virtutibus præditum, ſed nō permanſit in ea, ſed ad mendacium ſuperbia obſtetricatum ſe convertit adeòque celerrimè poſt creationem ſuam illud hauſit, ut ab initio illud hauſiſſe dicatur. In eo ſen-
1. Ioā. 3. 8. ſu explicandus eſt locus 1. Ioann. 3. 8. *Qui facit peccatum, ex diabolo eſt, quoniam ab initio diabolus peccat.* Ab initio, id eſt ferè ab ipſo exordio, adeòque immediatè mendacium ſuæ creationi infibulavit, ut vix mendacium ab eius valeat creatione diſcerni; ſic locum præſentem exponit Iſi-
Iſidorus. dorus lib. 1. de ſummo bono cap. 3. *Prius de cœlo cecidiſſe diabolus dicitur, quàm homo conderetur. Nam mox ut factus eſt, in ſuperbiā erupit, & præcipitatus eſt de cœlo. Nam iuxta veritatis teſtimonium ab initio mendax fuit, & in veritate non ſtetit; quia ſtatim ut factus eſt, cecidit, fuit quidem in veritate conditus, ſed non ſtando, confeſtim à veritate eſt lapſus.* Cæterùm iuxta mentem Cyrilli Ieroſolym. catech. 1. mendacium à diabolo conceptu nequit ſeiungi, per quod in diaboli ratione, ſeu ſtatu conſtituitur; quia diabolus nomen eſt calumniatoris, qui mendacijs calumnias extruit, ſicque in ea origine, quâ Lucifer diabolus eſt effectus, mendacium ebibit. In-
Cyrill Ieroſolym. quit enim: *Sed bonus creatus, propria voluntate factus eſt diabolus ab actione capiens cognomen. Archangelus enim cùm eſſet bonus, diabolus poſteà, ſeu calumniator à calumniando dictus eſt; bonus cùm eſſet Dei miniſter, Satanæ deinceps nomen tulit, Satanas autem adverſarium ſignificat.* Iā ex his edifces, quare diabolus genus humanum perverſurus accedens, à mendacio fuerit geminato exorſus, etenim illam vitij qualitatem, quam altiſsimè hauſerat, & prope ſuæ ſubſtantiæ originem ſuxerat, non potuit non primos illius actus tingere. Quæ enim princeps in eo fuerat, eique veluti innata, in prioribus illius verbis erupit manifeſtata, quaſi prima geſta diaboli de prima eius origine colorem traxerint & ſaporem. Egregiè rem commendavit Lypomanus: *Statim iam tunc ludere docuit in verbis Dei veterator antiquus, & invertere tam verba, quàm ſententias mādati Dominici. Moyſes enim ſic recitat Dei verba: Mandavit Deus ipſi Adæ; ex omni ligno, vel arbore paradiſi comedendo comede; ſed ex arbore ſcientiæ boni & mali nō comedes ex eo. Diabolus autē dicit. Dixit Deus nō comedetis de omni arbore paradiſi. Huius ergo diaboli filij dicuntur, & ſunt omnes, qui pervertunt verba Dei viventis, qui à patre mendacij didicerunt non ſolùm mentiri, ſed etiam ipſiſſimam agnitā veritatem invertere, perſequi, & odiſſe, & animas ipſas occidere, quas Dominus ad ſalutē æternam creaverat; Domino dicente in Ioāne: Ille homicida erat ab initio, & in veritate non ſtetit, quia veritas in eo non eſt.* Lypomanus

128 De prima fœmina arboris vetitæ fructus pulchritudine allecta inquit Textus: *Vidit igitur mulier, quòd bonum eſſet lignum ad veſcendum, & pulchrum oculis, aſpectuque delectabile, & tulit de fructu illius, & comedit; deditque viro ſuo, qui comedit*, Geneſ. 3. 6. Genes. 3. 6. Hebræū exemplar habet, teſte Caietano: *Et dedit etiam viro ſuo ſecum, & comedit*: verterunt LXX. *Et dedit & viro ſuo ſecū, & comederūt*. Paraphraſis verò Chaldaica: *Et dedit etiā marito ſuo, & comedit cum ea*; quæ verſiones exponere videtur ſenſum Vulgatæ: *Ex quo innuitur*, inquit Lypoman. *eos ſimul comediſſe*. Si autē ſciſciteris, Lypoman. cur in prima functione Evæ, & quamprimò Scriptura prodit, noluerit illa à coniuge ſeparari, nec exoptati pomi ſaporē prius delibare, quàm illum deguſtaret Adamus ægrè ferēs ab illo diſſociari, quaſi iucūdus deſiderati fructus illi non foret, ſi maritū cōvivam non haberet; recole Evæ formationem, cōſiliumque à Deo in ea condenda prætentū: *Immiſit ergo Dominus Deus ſoporē in Adā, cùmque obdormiſſet, tulit unā de coſtis eius, & replevit carnem pro ea*, Geneſ. 2. 21. Patres verò Eccleſiæ myſteriū indagātes, diſceptāteſque, quamobrē Eva non de terræ limo quemadmodū Adamus efficta eſt, neq; ex alia viri parte quàm de latere educta; docent id divinitus procuratū, ut ipſamet mulieris formatio quadam appetitione virilis ſocietatis cōmiſceretur, & ſubigeretur, per quam in ipſo ſuæ ſubſtantiæ initio propenſio quędam, & proclivitas ſe viro aſſociandi tanquam ſui perfectioni & complemento ei ingigneretur, ut eo impetu, quo pars fertur ad compartem, & amat cū illa cōiungi,

innata vis eſſet, quæ mulierem ferret ad virum, ſicque utrumque arctiſsimũ amicitiæ vinculum connecteret: in hanc mentẽ conſpirant Patres. Theodoret. *Idcircò Deus è latere Adam fœminã finxit, ut duas ſpecies inter ſe coniungeret, & amore conciliaret, & naturali quadã amicitia inter ſe ſe copularentur.* Hugo de S. Victor. *Simili modo nec de capite, nec de pedibus viri ſumptũ eſt id, unde fieret mulier, ne ut domina ſi de capite, aut ancilla, ſi de pedibus putaretur. Ideò de medio, id eſt coſta, ſumi decuit, ut ſocia intelligeretur.* Demum Rupert. expẽdit innatam appetentiã mulieri ſe à viri ſodalitio non diſiungẽdi, ex eo quòd abſque viro vileſcat, & de numero videatur: *Item & mulier ſi virum reliquerit, iam apud Deum in numero non erit, quia non corpus integrum, aut tota caro, ſed pars eſſe convincitur ex lege conditionis, quia de viro ſumpta eſt.* Hos tres Patres apud Lypoman. reperies. Igitur vis illa appetentiæ, impetus deſiderij ſe viro ſodalem præbendi, quem in ſui generatione hauſit mulier, in primam ſe eius functionem profudit, in illam inſiluit, & totam ſui tinctione incoloravit: & cùm decerptio & eſus pomi actus eſſet natura ſua ruborem, & pudorem ſuggerens, qui eam levitatis, & temeritatis incuſabat, utpotè divini mandati tranſgreſsio, tamen ſocium virum ambit comeſtionis, eum quærit, ei aſſociatur, ut ambo ſimul ſodaliter & amicè pomùm prandeant; pudoris & verecundiæ habenas abrumpit, ne affectioni viro ſe aſſociandi, quam in ſua formatione biberat, reluctetur. Hinc dæmonis ſolertiſſimum aſtum lubeat dignoſcere; qui ſolicitè accurans certus fieri de victoria, non virum adorſus eſt, ut pomum deguſtaret, ſed fœminam: quippè qui ſciens impetum quo ad viri ſocietatem ageretur mulier ingenitum ei eſſe, & ab ipſa eius origine tractum, eamque ſuaſionis ſuæ verbis faciliorem agnoſcens, eam ad carpendum pomum inducit, quam non dubitabat illicò virum tanquam ſocium adituram, & ad pomi eſum invitaturam, & lege amicitiæ viro à natura inditam ipſum ſtatim mulieri aſſenſurum, ne benevolentiam eius, quæ eum quæritabat ut ſocium, defraudaret. Egregiè rem excogitavit Auguſtinus lib. 14. de Civitat. Dei cap. 11. *Meritò ſcilicet animal lubricum, & tortuoſis anfractibus mobile operi ſuo congruum, per quem loqueretur, elegit, eoque per Angelicam præſentiam præſtantioremque naturam ſpiritali nequitia ſibi ſubiecto, & tanquam inſtrumento abutens, fallaciam ſermocinatus eſt fœminæ, à parte ſcilicet inferiore illius humanæ copulæ incipiens, ut gradatim perveniret ad totum, non exiſtimãs virum facilè credulum, neque errando poſſe decipi, ſed dum alieno cedit errori. Sicut Aarõ erranti populo ad idolum fabricandum non conſenſit inductus, ſed ceſſit obſtrictus: nec Salomon credibile eſt errore putaſſe idolis eſſe ſerviendum, ſed blanditijs fœmineis ad illa ſacrilegia fuiſſe compulſum: ita credendum eſt illum virum ſuæ fœminæ unicum, hominem homini, coniugem coniugi ad Dei legem tranſgrediendam, non tanquam verũ loquenti credidiſſe ſeductum, ſed ſociali neceſsitudine paruiſſe;* & lib. 11. de Geneſ. ad litter. *Vxorem igitur delicias ſuas noluit Adam contriſtare, quam credebat ad ſe alienatam tabeſcere, & ſine ſolatio interire, nõ quidem carnis concupiſcentia, ſed amicabili benevolentia, qua ſæpè Deus offenditur, ne offendamus amicos.*

129 Conſidera, obſecro, nequam Caini ſtudia, vitæ rationem & immane fratricidij facinus: *Fuit Abel paſtor ovium, & Cain agricola*, Geneſ. 4. 3. Duplici ſcelere ſe obligavit Cain, & quòd Deo opimiores terræ fructus præferret, quibus ut ipſe paſceretur, tenuiores & ignobiliores obtulit: & quòd ſceleſtè interimeret fratrem. Verè nõ levem obijcit difficultatem, quòd protoparentum primogenitus, ita ſtudijs & moribus ſecundo nato fratri diſsimilis evaderet. Hic agriculturæ deditus, & terræ laboribus occupatus; Abel ſimplicium & mitium animalium curam gerens, ille deteriores fructus Deo litans, hic pinguiores, & ſplendidiores fœtus Deo ſacrans, Abel indefenſus interficitur, neſcit enim, etiam ut propriam vitam tueatur, iraſci: Cain nefanda nece innocentem opprimit, adeò cruẽtus ut ab ipſa manſuetudine provocetur. Vnde, quæſo, hæc oppoſita ſtudiorum, & operum ſimultas inter eos, quos primum germana neceſsitudine natura colligaverat, pullulavit? Mentior, ſi plenus actus Caini de prima parentum damnatione & peccato tanquam de ſemine non provenerit: didicit ex ſerpente mulier Deum arboris fructui poſtponere, pluris fecit ſpem fructus gula quoque delinita, quàm cœleſte mandatum & promiſſum. Vt docet Angelicus Doctor opuſc. 3. cap. 190. & Chryſoſt. ad illud Geneſ. 3. 6. *Vidit mulier, quòd bonum eſſet lignum ad veſcendum, &c. Tunc illam ſpes promiſsionis ad ſumendum cibum impulit, neque intra ſuos limites contenta, ſed inimico & hoſti ſalutis noſtræ maiorem fidem habẽs, quàm verbis Dei didicit experientia non multò poſt conſilij perniciem, &c.* En primum diaboli ſemen in Evæ pectus iniectũ. Deinde crudelitatis ſemen in eã immiſit, dũ verbũ ei mor-

Geneſ. 4. 3.

Geneſ. 3. 6. D Thom. Chryſoſt.

tis

tis propinavit, mortemque fallaci divinitatis ſpecie obtentam deglutire eam fecit tam ſibi quàm ſoboli, unde Chriſtus Dominus de diabolo pronuntiavit: *Ille homicida erat ab initio*, Ioan. 8. 44. *Nempè* (inquit optimè Toletus noſter) *à ſæculi exordio homicidia concupivit, homicidia procuravit. Nemo æquale homicidium cõmittere unquã poteſt, ac ille perpetravit, qui omnes homines morti ſubiecit: invidia enim diaboli mors introivit in orbem terrarum.* Iã quoque primi parentes conceperant illius ſemen damnationis, quam Adæ intimaverat iuſtus iudex: *Maledicta terra in opere tuo: in laboribus comedes ex ea cunctis diebus vitæ tuæ. Spinas & tribulos germinabit tibi: & comedes herbam terræ. In ſudore vultus tui veſceris pane tuo*, Geneſ. 3. 17. Cùm igitur eo tempore, quo conceptus eſt Cain, recens eſſet in protoplaſtis cõceptio ſeminis tam peccati, quàm damnationis, ferveretque in eorum pectoribus hauſta malitia, corruptaque natura iniquitatis ardore ſpumaret, & ſemen, ex quo coactus eſt Cain cũ malitiæ ſemine, tunc maximè eius poteſtate vigente, temperatum decideret, præcipuæ malitiæ iniquitates, quas in ſua conceptione Cainus ebiberat, in prioribus vitæ illius ſtudijs & actionibus ſe manifeſtare acceleraruntVnde de exemplo parentum Deo terræ fructus poſthabuit, eiuſque cultum, ut opulentioribus fructibus ipſe frueretur, cõtempſit, & de ſemine crudelitatis ipſe crudelis truculenter fratrem occidit: & de dãnationis imagine, ſub qua cõceptus eſt, maledictioni indictæ datus, in laboribus illam colebat, ut in ſudore vultus ſui alimẽta ſibi cõpareret. In quem locum opportunè Lypomanus: *Cain gravius laborat, pœnã humano generi decretam diligentiùs ſuſtinet.* Vide mihi, quomodo vitiorum qualitates, quibus cõceptio afficitur, & quas velut primum lac in ſublimiori vitæ fonte ſugũt infantes, impatienter in priora vitæ acta prorumpãt, ut ſe in illis prodãt. Auſcultato nũc Tertullianũ: qui diaboli verbum mulieris ſemẽ vocat, ex quo genitus proceſsit Cain, quẽ quoque appellat diabolum fratricidã. Non quòd diaboli verbũ, ſemen, ex quo deductus Cainus, fuerit, ſed quia ex verbo illo cõcepta in muliere malitia, adeò inviſcerata fuerit illi ſemini, in eoq; expreſſa, ut verbũ diaboli & ſemẽ quaſi reciprocari valeãt; pariter nec intelligendũ eſt Cainũ fratricidã, diabolum naturâ extitiſſe, ſed moribus: exprimebat enim immanitatem illam, quã ex diaboli verbo Eva conceperat, & qua nondum digeſta ipſum conceperat efformandum. Ait ergo Tertullianus lib. de carne Chriſti, cap. 17. contrarietatis paralellas lineas dimetiens inter Evam & Mariam: *Sed & hic ratio defendit, quod & Deus imaginem & ſimilitudinem ſuã à diabolo captam æmula operatione recuperavit. In virginem enim adhuc Evam irrepſerat verbum ædificatorium mortis; in virginem æquè introducendum erat verbum extructorium vitæ, ut quod per huiuſmodi ſexum aberat in perditionem, per eundem ſexum redigeretur in ſalutem. Crediderat Eva ſerpenti; credidit Maria Gabrieli: quod illa credendo deliquit, hæc credendo delevit. Sed Eva nihil tunc in utero concepit ex diaboli verbo? imò concepit. Nam exinde, ut abiecta pareret, & in doloribus pareret, verbũ diaboli ſemen illi fuit. Enixa eſt denique diabolum fratricidam. Contrà Maria eum edidit, qui carnalem fratrẽ Iſrael interemptorem ſuum quandoque ſalvum faceret.* Mitiùs ſanè idem argumentum Tertullianus digeſsit libro de Patientia, cap. 5. *Nam ſtatim illa ſemine diaboli concepta, malitiæ fœcunditate iram filium procreavit; editum ſuis artibus erudijt. Quod enim ipſum Adam & Evam morti immerſerat, docuit & filium ab homicidio incipere. Fruſtra iſtud impatientiæ adſcripſerim, ſi Cain ille primus homicida, & primus fratricida, oblationes ſuas à Domino recuſatas æquanimiter nec impatienter tulit: ſi iratus fratri ſuo non eſt; ſi neminem denique interemit. Cùm ergo nec occidere potuit niſi iratus, neque iraſci niſi impatiens, demonſtrat, quod per iram geſsit ad eam referendum, à qua ira ſuggeſta eſt, per hæc impatientiæ tunc infantis quodammodo incunabula.* Quòd verò Abel paſtor ovium, dignioris ſacrificij devotus litator, patienti æquanimitate mortem expectans & ſuſtinens, à Caini vijs procul abſceſſerit, quippè qui contrarijs ſtudijs, & operibus dedebatur, in cauſa fuit, quòd conceptionis ſuæ officinam diſpari vitij qualitate diſpoſitam invenit. Iam enim prius quàm ad generandum Abelem convenirent primi parẽtes pœnitentia primi peccati luxuriem fatigarant, infractus fuerat primus ille, & inſolens vigor, deſpumarat fervens ille impetus, carnis corruptio non ut primitus tabeſcebat, unde Abel in ſui formatione quaſi vexatam & deſeſſam malitiam concepit; ac proinde illa, ut defatigata, & veluti laſſata non feſtinavit, ut in prioribus illius ſtudijs & geſtis appareret, non tantæ fortitudinis & vigoris fuit, ut citiùs per primos pullularet actus, quò eos ſuis coloribus tingeret.

130 Ex his optima eluceſcit ratio divini conſilij, quo aſſuevit ab ipſo mundi primordio Deus primogenitos contẽptui habere,

bere, imò & odio, & poſterius natos divino addicere cultui, & donis cœleſtibus refercire. Antiquum hunc Dei morem obſervarũt Eccleſiæ Patres frequẽter, ſufficiat unũ audire Cyrillum apud Lypomani catenam in cap. Geneſ. 49. *Et notandum primogenitis minores natu à Deo in divinis Scripturis præferri. Nam Abel Cain prælatus eſt; & Sem ipſi Iaphet, & Iſaac Iſmaeli, & Iacob ipſi Eſau; & Ioſeph ipſis Ruben & Iudæ: & Ephraim Manaſſe, & Moyſes Aaroni, & David fratribus ſuis.* Cauſam autẽ inquirẽtes huius divinæ acceptionis, quæ abactis primogenitis poſteriores ortu amplectitur honorandos; plerique exiſtimant, primogenitos plerumque deteriores evadere, & in vitiorum licentiã procliviores, in quos plus libidinis impluit, quippè qui in ardentioribus appetitus flammis generati, quas in conceptione vehementius hauriunt, & qualitas, quæ in eorum conceptione vehementius viguit, potentiùs in eorum reſilit actiones, quas quadam tyrannidis poteſtate occupat, priores tanquã poteſtatis ſuæ indicia, & arces principes obtinendo. Rẽ diſſertè diſcuſsit Lypoman. ad ea verba Geneſ. cap. 38. 7. *Fuit quoque Her primogenitus Iudæ nequam in cõſpectu Domini, & ab eo occiſus eſt.* Scribit ergo Lypoman. *Ecce quomodo iterũ malè audit primogenituræ cõditio in myſterio quidem abiectionis Iudæorũ, & inferioris Eccleſiæ ex Gẽtibus. Sed fortaſſe primi filij, non tam prolis amore generantur, quàm libidinis cauſa à principio vehementius ardentis, proceſſu autem temporis multis moleſtijs matrimonialibus tepeſcente fervore, religioſiores generantur. Vnde & illegitimi filij hodie quoque peiores ſunt, quia non intenduntur filij, ſed libido.*

Cyrillus.

Gen 38. 7.

Lypoman.

131 Eadem profectò vis quæ pravis affectionibus ineſt in ipſa cõceptione immixtis, qua in priores actus inſultant, ibiq́ue tãquam in publico theatro ſe oſtentant, ſeu velut in aperta tabula imaginem ſuam depingunt, ineſt etiam virtutibus, quæ in ipſum primum vitæ fontem, vel prope illum fluunt, ut prima vitæ facta incolorent. Præcociùs maturavit Anna, ut Samuelem infantulum in templum deduceret, & Domino conſecraret: *Puer autem erat adhuc infantulus, & immolaverunt vitulum, & obtulerunt puerum Heli. Et ait Anna: Obſecro, mi Domine, vivit anima tua, Domine; Ecce ego ſum illa mulier, quæ ſteti coram te hìc orans Dominum: pro puero iſto oravi, & dedit mihi Dominus petitionem meam, quam poſtulavi eum. Idcircò & ego commodavi eum Domino cunctis diebus, quibus commodatus fuerit Domino,* 1. Reg. 1. 24. Quis, quæſo, compulit Annam, ut optatiſsimũ & deſideratiſsimum filium, toties à Deo poſtulatum, & in ſenectute ſterili obtentum ocyùs à ſe alienaret, & in templum Deo ſacrandũ deferret, vix eum ablactat, & à pectore abducit, cùm ad eum deducit? Credam ſanctiſsimam fœminam, vel divinitus eruditam, vel ſecreta quadam vi à tenello puſione inſtinctam id præſtitiſſe. Etenim ſterilitatem ſuam Anna amarè deplorans, & anxietate deſideratæ prolis oppreſſa aſcendit in templũ, & glorioſum piarum precum ambitum Deo præſentavit, ut expetitum filium ab eo extorqueret. Oportet Textus verba reſcribere, quæ geminum nobis ponderationis fœtum parturient: *Factum eſt autem, cùm illa multiplicaret preces coram Domino, ut Heli obſervaret os eius. Porrò Anna loquebatur in corde ſuo, tantùmq́ue labia illius movebantur, & vox penitus non audiebatur. Æſtimavit ergo eam Heli temulentam, dixitq́ue ei: Vſquequo ebria eris, digere pauliſper vinum, quo mades. Reſpondens Anna: Nequaquam, inquit, Domine mi: nam mulier infelix nimis ego ſum, vinumq́ue, & omne, quod inebriare poteſt, non bibi, ſed effudi animam meam in conſpectu Domini,* 1. Regum 1. 12. uſque ad 15. Exauditiſq́ue à Deo precibus cõfeſtim filium concepit. Igitur cùm Anna in templo ſimul cum ſupplici deprecatione animã ſuam coram Domino fuderit, filiumq́ue à Deo impetrarit, ſtatimq́ue eum conceperit, verè preces Annæ quaſi pro ſemine Samueli fuerunt, unde meritò filius orationis nominari poteſt. Filij ergo, qui prima à precibus in templo expeditis auſpicia nactus eſt, & qui in ardore & fervore orationis cœpit formari, meritò decrevit Anna, ut primus eius actus ingreſſus in templũ eſſet, ubi Deo maneret dicatus, prudenter ex naturæ ordine philoſophans eam pietatem innatam puero eſſe, in eamq́ue illum propendere, quæ in eius ardebat cõceptione; cùmq́ue attẽderet devota mulier illum ſe in tẽplo accepiſſe, & inaſsidua precum frequentia concepiſſe, prima illius actio vult ut aſcẽſus in templũ fit, ubi iugi orationi divinoq́ue cultui perſiſtat devotus. Niſi mavis cõminiſci puerũ ipſum ſecreta quadam vi, occultiſq́; impulſibus indicia quædã prodere, quę matrem, ut ipſum in templũ deferret, compellerent eius pietatis prima ſigna explicãs, quæ in ſua cõceptione celebris fuit. Verè, ni fallor, ſemel & iterum cogitationẽ hanc ingenium concepit Chryſoſtomi homil. 2. de Anna: *Aſcendit in templum, & agnellum duxit in ovile, ac vitulum perduxit ad armentum, & in pratum roſam à ſpinis liberam; roſam, inquam, quæ nunquã marceſcit,*

1. Regũ 1. 24.

1. Regũ 1. 12. uſq. ad 15.

Chryſoſt.

ceſcit, ſed floret perpetuò, quæque poſsit ad ipſam uſque cœlum exilire; cuius fragrãtia in hodiernum uſque diem iuvantur, ac reficiuntur omnes, qui terrarũ incolunt orbem. Appende verba: Templum appellat Chryſoſtomus agnelli ovile, vituli armentum, & prati roſam: ubi, quæſo, concipitur agnus niſi in ovili? ubi vacca fœtatur niſi in armẽto? ubi germinat, & naſcitur roſa niſi in prato? ergo dum Samuelem ad templum reducit mater, agit ut primus eius motus ſit ad locum, ubi precibus conceptus eſt, repatriare; veluti morem gerens puero qui eam geſtiebat primum indicare pietatem, quam primum in fonteſuæ vitæ traxerat. Adhuc elegantiori, & pro priori metaphora argumentum illuſtrat Chryſoſtom. ubi ſuprà:

Chryſoſt. *Quemadmodum eodem in loco fixa vitis in longum produxit palmites, & uva multo intervallo pendens cum radice habet commercium. Itidem & in hac accidit fœmina, quæ in urbe manẽs uſque ad templum extẽdit ſuum palmitem, atque illic uvam ſuſpendit maturam, neque intervallum illud ullum attulit impedimentum, cùm charitas quæ ſecundùm Deum eſt, puerũ matri copularet.* Igitur ſicut palmes, qui à vitis radice erumpit, nativa virtute creſcens à radice non abſcedit, & tamen in diſtantiorem ſerpendo pergit locum, in quo racemũ deponit, ut ibi quieſcat & augeatur. Sic Samuel inſtar palmitis matri ſuæ Annæ charitate ſemper coniunctus, ingenita quadam vi petebat in templum, & quaſi reptando in illud ſe dirigebat, etenim quaſi è materno gremio conabatur ſe diſcingere, ut in locum divini cultus contenderet, quaſi divinum obſequium ambiens, eiuſque ſtudia primum oſtendens, in cuius fuerat ardore conceptus, ut in eo tandẽ quaſi racemus matureſceret. Nõnè vides quomodo ex mẽte Chryſoſtomi Samuel veluti proprio impulſu in templum ferebatur, quaſi orationis amore primitus deflagraret, in cuius fuerat fornace conflatus? Favet his Auguſtinus in

Auguſtin. Pſal. 98. *Samuel infans ad templum datus omnes ætates ſuas inter ſancta Sacramenta Dei peregit ab ineunte ætate famulus.*

132 Viteriùs ex eodem loco decerpendũ eſt validum huius argumenti teſtimonium. Meritò miratur Petr. Damian. opuſcul. 49. cap. 4. egregiam Samuelis modeſtiam, præſtantiſsimamque manſuetudinẽ, cuius ſpectatum ſpecimen iam adultus primum præbuit:

1. Reg. 3. à 1. uſq; ad 9. *Puer Samul miniſtrabat Domini coram Heli, & ſermo Domini erat pretioſus in diebus illis, non erat viſio manifeſta. Factum eſt autem in die quadam, Heli iacebat in loco ſuo, & oculi eius caligaverãt, nec poterat videre: lucerna Dei antequàm extingueretur, Samuel dormiebat in templo Domini, ubi erat arca Dei. Et vocavit Dominus Samuel. Qui reſpondẽs, ait: Ecce ego. Et cucurrit ad Heli, & dixit: Ecce ego: vocaſti enim me. Et dixit: Non vocavi, revertere, & dormi, & abiit, & dormivit: & adiecit Dominus rurſum vocare Samuelẽ. Cõſurgenſque Samuel, abiit ad Heli, & dixit: Ecce ego, quia vocaſti me. Qui reſpõdit: Nõ vocavi te, fili mi: revertere, & dormi. Porrò Samuel necdũ ſciebat Dominum, nec revelatus ei fuerat ſermo Domini. Et adiecit Dominus, & vocavit adhuc Samuelem tertiò. Qui conſurgẽs abiit ad Heli, & ait: Ecce ego, quia vocaſti me,* 1. Reg. 3. à 1. uſque ad 9. Petrus ergo Damianus expendens putaſſe Samuelem ſe vocatum ab Heli, nã Deus cùm eum à ſomno excitabat vocẽ exprimebat ſimilem voci Heli, ſcribit: *Samuel ergo ad memoriam redeat, qui deſidẽ & inertem magiſtrum, tam patiẽter, tam humiliter coluit: ut in tẽpeſta noctis ſilentio, ter vocatus accurreret, totieſque interrupti ſoporis excubias non doleret. Poterat enim modo velut expoſtulanti obijcere. Cur, inquiens, non vereris extraneo tãta auctoritate præcipere, qui ſegnis es filijs imperare? Qui tamen Scriptura teſte non tumuit, nõ querulus ſugillavit, ſed ad iubentis imperiũ perniciter pervolãs, ſimpliciter ait: Ecce ego, quia vocaſti me.* Deinde cùm iã Samuel accepiſſet à Deo ſupplicij ſeveritatẽ Heli infligendi, inquit Textus: *Et Samuel timebat indicare viſionem Heli,* 1. Reg. 3. 15. in quem locum ſic Abulenſis: *Samuel autẽ timebat nũtiare iſta Heli. Erat autẽ iſte timor reverentiæ. In revelatione autẽ iſta denuntiata fuerãt maxima mala, ſcilicet perditio honoris & mors; ideò timebat talia nuntiare Heli, & ob hoc proponebat tacere, niſi Heli incitaſſet eum ad dicendum, & quaſi cõegiſſet.* Qui ergo fieri potuit, ut Heli tam ſpectatæ probitatis eſſet, adoleſcenſque tam ingenua indole præditus, qui importunè ter ſomno interrupto & infracto, abſque ulla rei exigẽtia ſedatũ, & pacatum gereret animũ, neque aliqua indignationis commotione perculſus acerbum verbum emitteret, quo nimiæ moleſtiæ ſibi illatæ illum incuſaret, & ſimul erga filios deſidiæ: & eo reverentiæ obſequio ſic Heli proſequebatur, qui terribilem in Heli à Deo laram ſententiam illi aperire formidaret? Perpende, quæſo, qua moderatione, & lenitate imbuta erat mater Samuelis Anna, cùm filium precibus nacta eſt, & quanta illi erat inſita manſuetudo, & temperantia cùm illum concepit: etenim exprobrata, & conviciata ab Heli, acrioribuſque verbis temulentię taxata, tantum abſuit, ut concitata

Pet. Dam. 1. Regũ 3. 15. Abulenſis.

in illum excandeſceret, ita procul ab animo vindice fuit, ut protinus in reverentiæ verba humiliter proruperit: *Nequaquam, inquit, Domine mi; nam mulier infelix nimis ego ſum.* Dominum enim illum appellat, & ſe infelicem, ut obſervat Chryſoſtom. homil. de Anna: *Qui contumelioſè locutus fuerat, appellat Dominum.* Et ſanè obſervantiorem ſe erga Sacerdotem oſtendit Anna, quàm in Deum Adamus, qui leniter à Deo reprehenſus ijs verbis: *Adam ubi es?* Geneſ. 3. 9. ruſticè abſque ulla comitate reſpondit: *Vocem tuam audivi in medio paradiſi, & timui*, num. 10. In quem locũ Lypoman. inquit: *Sine honoris præfatione, & cognomine ſine aliquo epitheto Deum alloquitur, veluti attonitus à voce Domini corripientis, & propria conſcientia tam confuſus & accuſatus non addit: Clementiſſime Domine Deus.* Inurbanitate Adami ſe exuit, cùm filium precibus à Deo contendit. Quid ergo mirum, ſi pia fœmina eo mãſuetudinis & tẽperantiæ, cùm conciperet puerũ, calore fervẽret, ut convicijs petita, nullam retorqueret iniuriam, & laceſsita contumelijs illarũ vice honorem & venerationem redderet, ut Samuel quam primum hauſerat lenitatem in ſuis primum actionibus vexillaret; geſtit enim feſtinãter in primum opus exire virtus illa animo ingenita, & quæ in ipſo vitæ principio in parentibus illuſtris emerſit; licèt enim Samuelis conceptio communem Adæ maculam non effugerit, diſciplinæ tamen moralis proprietas, quæ in matre, cùm illum adhuc gigneret, celebris erat & ardens, pueri formationi avidiùs inſerebatur.

133 Ex his optima tibi eluceſcet ratio ſingularis exordij, quod in inſtituenda Ioãnis Baptiſtæ hiſtoria obſervarunt Evangeliſtæ; etenim poſtquàm miram nativitatem eius recenſuerunt, hiſtoriam ab eius prædicatione auſpicati ſunt. Sic Matth. cap. 3. 1. *In diebus autem illis venit Ioãnes Baptiſta prædicans in deſerto Iudææ, dicens: Pœnitẽtiam agite; appropinquavit enim regnum cœlorum. Hic eſt enim, qui dictus eſt per Iſaiam Prophetam dicentem: Vox clamantis in deſerto, &c.* Sic ſuum Evangelium exorſus eſt Marcus cap. 1. 1. *Initium Evãgelij Ieſu Chriſti Filij Dei; ſicut ſcriptũ eſt in Iſaia Propheta. Ecce ego mitto Angelum meum ante faciem tuã, qui præparabit viã tuã ante te. Vox clamantis in deſerto, &c.* Eodẽ modo enarrationẽ eius inchoavit Lucas cap. 3. 2. *Factũ eſt verbũ Domini ſuper Ioannem Zachariæ filium in deſerto. Et venit in omnem regionem Iordanis prædicãs baptiſmum pœnitẽtiæ. Sicut ſcriptum eſt in libro ſermonũ Iſaiæ Prophetæ: Vox clamãtis in deſerto, &c.* & deinceps de auſtero vitæ eius inſtituto agũt. Sanè hiſtoricæ diſciplinæ, & rationi magis eſſet conſentaneũ, ſi priùs Ioannis pœnitentiã deſcriberent, & qualem cibi & potus parcitatem & acerbitatem, ac agreſtem veſtitus rigorem ſibi ipſe præſcripſiſſet, exponerent, quàm ad enarrandam eius prædicationẽ devenirent, cùm maximè hæc ex illis amplius commendaretur. Et Ioannes omnibus omiſsis, quæ de Ioanne Baptiſta potuiſſet referre, tantùm ſcribit illum à Deo eſſe legatum, ut per ipſum Chriſtus hominibus innoteſceret: *Fuit homo miſſus à Deo, cui nomen erat Ioannes. Hic venit in teſtimonium, ut teſtimonium perhiberet de lumine, ut omnes crederent per illum*, Ioan. 1. 6. Ioan. 1. 6. Vnde cùm primum Baptiſta Chriſtum ſpectavit, prodit Ioãnes illũ clamaſſe: *Ecce Agnus Dei; ecce qui tollit peccatum mundi, &c.* Ioan. 1. 29. Ego, ſi connijcere licet, in ea fuiſſe ſentẽtia, ut exiſtimẽ Evãgeliſtas divino Spiritu afflatos unanimi conſenſu ſtuduiſſe argumentũ noſtrum ſplendidè ſtabilire: illam virtutem, ſeu proprietatem avida pernicitate feſtinare primum ſe in actionibus manifeſtare, quã primum fœtus in utero matris ſuxit. Etenim ſi rectè perpendis, Ioannes in alvo materna commorãs vocis dignitate initiatus eſt, & cui natura vocis organa ligaverat, matris lingua velut propria fungens per illam vocem emiſit, Chriſtique divinitatem evulgavit: *Et factum eſt, ut audivit ſalutationem Mariæ Eliſabeth, exultavit infans in utero eius, & repleta eſt Spiritu ſancto Eliſabeth, & exclamavit voce magna, & dixit: Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus ventris tui. Et unde hoc mihi ut veniat mater Domini mei ad me? Ecce enim ut facta eſt vox ſalutationis tuæ in auribus meis, exultavit in gaudio infans in utero meo*, Luc. 1. 41. uſque ad 45. Quod autem verba Eliſabeth verba fuerint Ioannis, reſtatur Theophylact. *Cùm exultaſſet puer in utero, tunc impleta eſt Spiritu ſancto Eliſabeth. Niſi enim puer exultaſſet, non propbetaſſet illa. Itaque ſicut dicunt Prophetas primum mente excedere, & divinum quid pati, ac tunc denique prophetizare; ita Ioannes fortè prius ſalutavit, ut divinum quiddam patiens, poſteà per os matris prophetizavit.* Igitur Evangeliſtę, ut teſtentur, illum ſpiritum, quem primum infantes in utero matris excipiunt, & quo imbuuntur, in prima illorum geſta emanare, quæ non aliud continent quàm ſigna, & indicia quædam primæ participatæ virtutis: attendentes Baptiſtam in ventre parentis vocis munere eſſe affectum, & divina Chriſti cognitione eruditũ, quam tũc

cœ-

Chryſoſt. Geneſ. 3. 9. & 10. Lypoman. Ioan. 1. 6. Ioan. 1. 29. Luc. 1. 41. uſq; ad 45. Matth. 3. 1. Theophyl. Mare. 1. 1. Luc. 3. 2.

cepit manifeſtare & parenti revelare, priora quæ recenſent, produtque Baptiſtæ acta, vocis & cœleſtis prædicationis functiones ſent. Quaſi ea primùm conatus fuerit Baptiſta adultus eructare, quæ primùm ſenſerat in utero degēs in ſe infundi, gratiæ miſterio ordine deſerviente naturæ; in quo aperiēdo plures Eccleſiæ conſenſēre Patres. Adſit Bernard. ſer. in Natal. S. Ioan. Bapt. *Neque enim Ioannis prædicatio, ſed inſpiratio docuit, quē replevit Spiritus in utero matris ſuæ; verè ardens & vehemēter accēſus, quē ſic præoccupavit flāma cœleſtis, ut iā Chriſti ſentiret adventum, qui necdū ſentire poterat vel ſeipſum. Nimirū novus ille ignis, qui recēs illapſus è cœlo per os Gabrielis in aurē intraverat Virginis, & per matris aurē introivit ad parvulum, ut ab ea hora vas electionis ſuæ Spiritus ſanctus impleret, & lucernam Chriſto Dño pararet. Fuit enim iam tūc ardens lucerna, ſed interim adhuc ſub modio, donec ſuper cādelabrum poneretur, & luceret omnibus, qui erant in domo Dñi. Illo enim tempore ſolùm adhuc potuit illuminare modium ſuū; ſoli interim lucere matri, magnum ei ſacramentum revelans, ipſo motu novæ exultationis. Vnde mihi, inquit, ut veniat Mater Domini mei ad me? Quis enim tibi indicavit Matrem Dñi, mulier ſancta? Vnde me noſti? Vt facta eſt, inquit, vox ſalutationis tuæ in auribus meis, exultavit in gaudio infās in utero meo. Illuminavit iā tunc modiū ſuū ſub quo latebat; ſed quem non latebat ardens lucerna ſub modio, totum paulò pòſt mundum novis illuſtratura fulgoribus.* Sed & admonere hîc oportet quemdam reciprocæ viciſsitudinis ordinem inter virtutem, quæ in ſublimiori vitæ fonte delibatur, & principem primumque vitæ hominis actum inveniri. Nam ſic in hoc primordialis illa virtus elucet, & manifeſtatur, ut ſæpè divina Providentia, virtutis ſemen, quam vult in primo celebriori vitæ facinore oſtendi, in vitæ principio inſitum præmiſerit: certò ſciens virtutem, aut qualitatem, quæ animo in utero exiſtenti inſeminatur, primo & principi vitæ actui eſſe reſponſuram, & in ipſo pullulaturam. Sic quia Deus decrevit primā & præcipuam vitæ Ioannis functionem futuram eſſe divini Verbi vocem, & Chriſti cognitionis parturitionem, hanc primitus in eius animum parentis alvo ſeptum infudit, & ſeminavit, ut in eo exordio excepta in primo & celebriori eius facto ambiret ſe pandere, & expandere. Germinat enim in primo vitæ actu ſemen in ſuperiori vitæ initio iactum. Accipe in primis Divū Leonem ſermon. 5. in Epiphan. Domini, cap. 1. *Ad ſalutationē ipſius Mariæ in utero Eliſabeth, nondum natus Ioannes prophetica exultatione commotus eſt, quaſi etiam intra matris viſcera iam clamaret: Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi.* Et egregiè Chryſologus ſerm. 87. *Hinc eſt, quòd adhuc in utero, cùm membrorum compage penè concepta eſt in Ioāne prophetia, antè nutu Dei loquitur, quàm perveniat ad vocis officium:* & ſerm. 91. *Videtis quemadmodum Ioannes antè pervenit ad cœlū, quàm tangeret terram, antè accepit divinum Spiritum, quàm haberet humanum; antè ſuſcepit divina munera, quàm corporis membra; antè cœpit vivere Deo, quàm ſibi. Sexto mēſe ſuæ matris exultat in utero, & in uterum Virginis veniſſe nuntiat Chriſtum. Fervens nuntius, qui antè geſtivit nuntiare, quā vivere; impatiēs dux, qui antequā perveniret ad corpus, pervenit ad Regem: antè rapuit arma, quā mēbra: antè aciē petijt, quàm lucē; & ut vinceret mundum, vicit antè naturam.* Et ut diſcas virtutis primò à Ioanne conceptæ, quàm celeriter ab illo fuerit effuſa, quāque velociter in primum eius vitæ actum inſiluerit, expende illa verba Luc. 1. 62. *Innuebant autem patri eius, quem vellet vocari eum; & poſtulans pugillarem ſcripſit, dicens: Ioannes eſt nomen eius. Et mirati ſunt univerſi. Apertum eſt autem illicò os eius, & lingua eius.* Simul ſcripſit, & dixit, hoc eſt, pronuntiavit Ioannis nomen, nomē quod ad calamum vocavit, ut illud exararet, in os & linguam parentis exilivit, ut illa ſolveret. Vocis officium, quod Ioannes in utero accepit, vix natus exequitur, & vel nomen ipſum vocis, cùm Ioānes naſcitur, virtutem, quam in utero traxerat, ſtatim operatur, & reſerat. Non differt in actu mox prodire, virtus in ipſo primordio hauſta. Auſculta ſtrenuè rē ediſſerentem Ambroſ. ſerm. 64. *Cū Zacharias pater eius, propter incredulitatem nativitatis illius, ab Angelo Gabriele ſilētij eſſet taciturnitate mulctatus, etiā diu mutus verborū diſpendio mētis ſecreta velaret, ſubito nato Ioanne filio, cū apud proximos eſſet contentio, quo nomine vocaretur, offerūtur patri tabulæ, ut vocabulum eius pro ſui arbitrio ipſe deſcriberet, & quod ſermone nō poterat, literis loqueretur. Tūc nimirū in modū acceptis pugillaribus, ut ſtylū figeret, linguā reſolvit, ac literas ſermone prævenit, & Ioannē nō teſtatus eſt, ſed locutus. Videte igitur S. Baſilitæ meritū, vocē patri reddidit, ſacerdoti eloquētiā reparavit. Videte, inquā, meritū; os quod Angelus allegaverat, Ioānes abſolvit, quod Gabriel obſtruxerat, parvulus reſeravit. Reſpicite igitur Ioannē, quāta vis ſit eius vocabuli, cuius nūcupatio reddidit muto vocē, patri pietatem, populo Sacerdotem.* Ioānes,

Bernardus.

Chryſol.

Luc. 1. 62.

Ambroſ.

Leo.

qui in utero inauguratus erat ad vocis officium, quoniã præviè præſignatus, & prædeſtinatus erat ad divini Verbi vocis miniſterium, tanta aviditate acceleravit opere effundere, quod in utero hauſerat, ut cùm primum nomen eius exprimitur, vocem generet in parente, nomen ſibi in munere vocis ſufficiens, nam in eo, qui vox eſt, omnia vocalia ſunt, ſicq; nomine ſe vocem eſſe nuper natus conteſtatur, cùm nedum opere poterat vocis munia profiteri. Sic perbellè rem meditatus eſt Chryſoſtomus in encomio de Natali præcurſoris: *O novum & alienum miraculum!* Chryſoſt. *Nomen ſcribitur, & os patri, quod loqui non poterat, aperitur, Ioannes vocatur, & eius qui vocat, lingua componitur, ac concinnatur. Ecce ipſum iuſti nomen & os aperit ſilentij, & excitat linguam ad movendum difficilem. Sic enim oſtenditur vox clamans Ioannis, quoniam ipſum quoque nomen ſit vocis operatio. Ego enim, inquit, ſum vox clamantis, &c.*

134 His hucuſque præluſimus, ut ad Mariæ ſplendidiſsimam originem adſeverandam, & evincendam deproperaremus; eam deducentes & arguẽtes ex primo eius geſto ab ſtudio noſtræ ſalutis parto, nam cùm innata omnino virtus in primo opere aſſueſcat erumpere, ibiq; imaginem ſuam deſcribere; & haud ignota ſui exarare indicia ingenitus nobilitatis ſplendor. Certè ex primo Mariæ facinore, quod in ea hominũ ordinavit amor, tibi ſpectare licebit non obſcura nobilitatis veſtigia, quam in ſupremo vitæ ſuæ fonte, hoc eſt conceptione, comparavit. Etenim auguſtiſsima illi origo præparata fuit, quia ſalus hominum ei, quippè quæ in fidelium parentem erat præelecta, incumbebat, & claritudo illa in generatione ebibita in primam huius muneris actionem ſe proripuit oſtentandam. Accipe primum Mariæ actum, quo interpellatricis noſtræ exorientem ſplendorem diſtrinxit: Ioan. 2. 1. uſque ad 3. *Nuptiæ factæ ſunt in Cana Galilææ, & erat mater Ieſu ibi. Vocatus eſt autẽ & Ieſus, & diſcipuli eius ad nuptias. Et deficiente vino, dicit mater Ieſu ad eũ: vinum non habent*, Ioann. 2. 1. uſque ad 3. Primò obſerva, eiuſmodi petitionem primum fuiſſe Mariæ opus, in quo ſuam erga nos pietatem declaravit, quod & adnotavit Richardus de S. Laurent. lib. 2. de laud. B. Mar. Richar. de S. Laurent. *Maria eſt, quæ legitur in novo teſtamento, pro homine exoraſſe dicens: Vinũ non habent.* Deinde adnota: Mariam divinæ maternitatis inſulis inſignitam eiuſmodi preces filio præſentaſſe, ideò Ioannes in præſenti bis eam matrem Ieſu appellat. Quamobrem, inquit Hugo de S. Victor. apud Richard. de S. Laurent. lib. 1. Mariam nõ expreſsè efflagitaſſe à Filio, ut vini inopiæ ſubveniret, ſed tantùm voluntatem ſuã Filio indicaſſe, nam matris fiducia eiq; debita reverentia, non eget ut poſtulet; ſatis eſt ei, ut ſe inſinuet: Hugo de S. Victor. *Deficiente vino, dicit mater Ieſu ad eum: Vinum non habent. Non dicit: Peto ut defectum poculi, vinum creando, aut commutando ſuppleas; ſed hoc maternæ reverentiæ privilegium deberi exiſtimavit, ut quidquid vel innuẽdo ſe velle ſignificaret, pati à Filio repulſam nõn debuiſſe.* Itaque Maria maternam præferens authoritatem officium noſtræ mediatricis aſſumpſit. Ad rem ergo accedentes expendamus ſacrum Hiſtoricum ſcripſiſſe: *Deficiente vino.* Mariam accurriſſe Filio: *Deficiente vino* non ſignificat, vinum defeciſſe, ſed abeſſe parum quin deficeret, ut eruditè admonuit noſter Toletus: affirmans mentem quoque fuiſſe Auguſtini: Toletus. Auguſtin. *Deficiente vino. Græcè aoriſtus eſt, cùm deficeret vinum utique ante finem convivij. Vnde Auguſtinus ſerm. 4. de temp. nondum penitus totum vinum defeciſſe putat. Vt ſenſus ſit: cùm vinum iam deficere incepiſſet, ante quàm omnino deficeret.* Huius ſententiæ quoque veritatem ex his Chriſti verbis eliciunt: *Nondum venit hora mea*, Ioan. 2. 4. Ioan. 2. 4. Ad perfectam enim miraculi ſolemnitatem oportebat, prius vinum ut deficeret, ut omni ſic tergiverſandi ratione abacta evulgaretur miraculum ab omni ambiguitatis ſcrupulo immune. Sic Caietanus, quem ſecutus eſt Toletus: *Nondũ venit hora mea.* Caietan. Toletus. *Ac ſi apertiùs dixiſſet: Quamvis ſit horæ deficientis vini, adhuc tamen non eſt hora congrua operi meo miraculoſo, quia adhuc non defecit vinum, ut manifeſtetur miraculum.* Facilè ergo ſtatim difficultas in animos noſtros irrepit: Quare Maria ut humanam cauſam ageret, non expectavit, ut vinum deficeret, ſed pia eius cura, & ſolicitudo vini defectum prævertit, & antequam deſit, prævia orat, honori & verecundiæ invitantium conſulens, ne deficiat. Hoc profecto grande Marianæ pietatis opus, & primum clementiæ eius erga homines opus; quod ut primum, non potuit non ingenitã eius animo virtutem declarare. Quod ut primum, inquam, non potuit non illi primævæ nobilitati reſpondere, quam in primo vitæ initio ebiberat, eius claritudinis inſigniri & coruſcare indicijs, quibus in ſua generatione præditam ſe agnovit. Agnovit quippè Maria ſe divinæ gratiæ virtute præventam, ne communẽ humani generis defectum ab Adamo emanantem incurreret. Hæc ſingularis Marianæ gloriæ prærogativa effulſit, ut divinæ potentiæ brachio à generali præſervaretur contagio, hoc privile-

gium

gium divini Filij, omniumque fidelium maternitati debitum in ſua conceptione Maria nacta eſt, cum ea illius formatio immunitate fuit coacta; & in tãtæ originalis ſplẽdoris teſtimonium, ingenuitas, quam Maria in prima ſui origine traxit, in primum opus explicãdam ſe effudit; avidè præſtolabatur primum Mariæ actum, quem velut thronũ cõſcenderet, in quo gloriæ ſuæ autoram expanderet. Quocirca ab inſita in eius animo nobilitate emanavit, ut nõ expectaret, quòd in defectum convivæ impingerent, ſed anxiè agens, ut eos prævie ab imminenti dedecoris periculo eriperet, præmiſit preces, per quas, qui ſub diſcrimine erãt, prævenientem gratiam ſentirent, quam ipſa in ſua generatione præſenſerat. Quamobrẽ ſatis appoſitè Richard. de S. Laur. lib. 4. de laudib. B. Mar. in huiuſmodi geſto inquit ingenitã eius virtutem palàm demõſtrari: *Ecce verbũ pietatis, charitatis, & cõpaſſionis: Fili, vinum non habent. Iſte etiã ſermo certiſſimus index ingenitæ ſibi manſuetudinis, & virginalis verecũdiæ fuit. Aliorum quippè verecundiã ſuã reputãs, ſuſtinere nõ potuit, nec diſſimulare vini defectum.* Quid mirum ſi qui filiorum pudor erat, ſuum pia recenſeret Parens? imò quia ſuum illum recenſebat, non ſuſtinuit ut adveniret, ſed antequã generaretur, illius iniuriam prævenit. Idem myſterium in præſenti aſſecutus eſt Caietanus: *Mater non expectavit ut vino carerent, ſed deficiente vino prævenit, ne ſubſequeretur defectus.* Et uberiùs Toletus noſter: *Maria eſt, quæ rogante nemine ſubvenire novit, eaque eſt perfecta miſericordia, quæ etiam petitiones & preces prævenit. Etenim tanto miſericordia perfectior, quanto liberalior; tanto autem liberalior eſt, quanto minus rogari expectat; petitionis autem expectatio apud homines pretij quædam eſt acceptatio, nec perfectè miſericors petitionem expectat, niſi in quantum per eã defectus ei ignotus manifeſtatur. Deus autem noſter ſi peti vult, id facit, quia petitio in noſtram cedit utilitatem, & adhuc ut petamus, miſericordiæ beneficium eſt, ſecus inter homines accidit. Fuit igitur perfecta hæc B. Virginis miſericordia, nec minus opportuna, quod plurimum in accipienda & referenda miſericordia refert. Vt enim medicina infirmo debito tempore adhibita prodeſt, quo præterito inutilis eſt: ſic miſericordia exhibita convenienti tempore, auxilio eſt. Opportunè autem B. Virgo ſubvenire ſtudet, priuſ quàm defectus vini convivis innoteſcat, quando adhuc honori invitantium proſpici potuit: tunc Mater Filium alloquitur, & præſenti indigentiæ ſubvenire procurat.* Igitur Maria ex liberaliſsima illa Dei pietate, quam primitus in ſua conceptione experta erat, didicit pietatis ſuæ gratiam invitantibus impertiri; perfectiſsima deſcendit Dei liberalitas in Mariam, dum adhuc conciperetur; tum quia preces eius prævenit, imò quia eo tempore ei fuit impenſa, quo nec ullas ipſa preces præſentare valuit; tũ quia opportuna fuit & ſublimioris miſericordiæ verticẽ attigit; inſtar enim peritiſsimi medici non expectavit Deus, ut communis ægritudinis laſsitudine laboraret, quò ei ſubſidiaretur; ſed morbũ remedio antevertit, ne illum incurreret. Huius igitur ingenitæ ſibi pietatis & nobilis liberalitatis Maria in primo vitæ ſuæ actu exprimens indicia ſupplices orationes convivarum præſtolata non eſt, ut in eos pia & liberalis oſtenderetur; ſed eorum etiam poſtulandi cogitata prævenies, remedium accurat: remedium, inquam, tempeſtivo tempore elargitum, nam eorum occurrere pudori ſtudet prius quàm ex vini defectu oriretur; ſolicitè perſtruens ne vinum deeſſet, quò pudor imminens nõ erumperet, & eius imminentia averteretur. Cerne quàm apprimè ſcripſerit Richardus de S. Laurent. *Iſte etiam ſermo certiſſimus index ingenitæ ſibi manſuetudinis fuit.*

Richar. de S. Laurent.

Caietan.

Toletus.

Richar. de S. Laurent.

135 Sed quia flammantior erga Mariam pietas, ſtudioſiuſque obſequium non contẽdit dumtaxat ſanctiſsimam Parentem conſtitutam ſub peccati ictu ab ictu liberare, & ſub labis impendentia à labe vindicare, & prædicare immunem, ſed eã ab omni peccati debito liberam & abſolutam adſtruere, totiuſque labis imminentia ſuperiorem venerari. Ex hoc eodem loco hæc generoſa Mariæ indemnitas adſeveranda & ſancienda eſt. Eam enim alloquendi Filium obſervavit phraſim, in qua ſuomet honori ipſa proſpiceret, & à ſe peccati imminentiam expungeret, ſtatuens pro eodem reputari defectum vini, & imminens periculum deficiendi, & eãdem veluti æſtimari iniuriam, eſſe ſub ictu & ictum perpeti. Non modica deliteſcit difficultas ſub his verbis: *Et deficiente vino, dicit Mater Ieſu ad eum: Vinũ non habent*, Ioan. 2. 2. Si autem, ut iam evicimus, vinum nondum defecerat, ſed tãtùm timor erat, ne deficeret, quo pacto Maria non Filio denuntiat propè iam eſſe vini defectũ, ſed illud iam defeciſſe: abſoluta enim voce dicit: *Vinum non habent?* Vt quid imminentiam deficiendi vini, defectum appellat? & eos, qui in diſcrimine erant periculi ſubeundi, & quos vicinia vini defectus urgebat, aſſerit vino carere? Quaſi æquale dãnum eorum æſtimet, & ſub periculo deficiẽdi vini eſſe, & vino carere. Meherclè divinæ Sapientiæ ſoleꝛs ingenium fuit eiuſmodi

Ioan. 2. 2ã

Ma-

Mariæ elocutio. In primo enim pietatis ſuæ facinore attendit ſanctiſsima Domina innatam ſibi ex divino favore nobilitatem ſui veſtigia eſſe defixuram; quæ ut prodiretur,& primævi ſplendoris radios emitteret,urget Mariam,ut non rogata ad ſubveniendum accedat,eo tamen ſubſidij genere non quidem, quod expectet defectum, cui ſubveniat,ſed quod præveniat, ne defectus ſequatur,qui timetur. Cæterùm ut exprimat longè ſe ſublimiorem auguſtioremque in ſui conceptione cœleſtis gratiæ ſenſiſſe favorem,quo quidem non ſolùm præſervata fuit à peccato,quod ei imminebat ex pactione Dei cum Adamo, ſed ab imminentia,& debito peccati,ea elocutione utitur, quæ pro eodem reputat, & impendentiam damni,& damni perpeſsionem,& quæ peccatorem innuit non ſolùm, qui peccato ligatur, ſed quòd peccati debito obligatur. Quocirca eos,quibus vinum nondum defecerat,ſed vini tantùm imminebat defectus, aſſerit,vinum non habere. Non eripuit eos ab imminentia defectus, quos ſub imminẽtia iam invenerat, ſed præſervavit à defectu,qui ingruebat,ea præventione cum illis utens,qua eos reperit capaces,& in eo originis ſuæ nobilitati reſpondet. Porro, ut innoteſcat,non ea tantùm ſe in ſua generatione præſervatione illuſtratam,quæ à peccato liberat, ſed quæ etiam peccati debitum abigit,eo fungitur loquendi modo,qui imminentiam peccati ferè non aliud eſſe à peccato inſinuat,ut qui eam à peccato vindicatam aſſerunt,conſequenter,& à peccati debito immunem prædicent. Vt verò Maria tantam nobilitatis & claræ originis gloriam dignitati, & merito divinæ maternitatis debitam indicet,eam virtutum formam in præſenti præfert, quæ in illa cùm mater eſt effecta, promicuerunt. Vt accutè ſatis obſervavit Richardus de S. Laurent. lib. 12. de laudib. B. Mar. *Beata Virgo ramos ſuæ orationis de fonte pietatis procedentis,ad nos extendit. Dum ſuo exemplo breviter, humiliter, & fiducialiter orare docet. Breviter,cùm dixit: Vinum non habent, Ioann. 2. Humiliter, quia non dixit: Fili da eis vinum,ſed contenta fuit narrare neceſsitatem aliorum, iudicio eius totum relinquens. Fiducialiter, cùm dixit miniſtris: Omnia quæcunque dixerit vobis facite. Hæc tria ſimiliter docuit Luc. 1. Fiat mihi ſecundùm verbum tuum. Fiat: Ecce brevitas. Sed prius dixit: Ecce ancilla Domini; ecce humilitas. Fiducialiter, ſecundùm verbum tuum.* Igitur myſteriosè ſapiens Maria indicia clariſsimæ originis, quæ in primo eius facto prominuerunt, ſimul cum his virtutibus coniungit, quibus Richar. de S. Laurent.

Dei parens cõſtituta eſt, ut ex ijs pulcherrimum faſciculum intexens, & gloria originis auctoretur maieſtate maternitatis, & decus maternitatis floreat nobilis originis ſpecioſitate, alteramque alteri viciſsim ſibi deberi oſtendatur.

§. VII.

Iniurius videtur exiſtere filio, qui originalem notam Mariæ impingit: Nam matris ſordem non à ſe alienam filius ducit.

136 *Virtus malitiaque in parentibus, ac natis mutuò ſe reſpiciunt, ex Auguſtino.*

137 *Hæc veritas firmatur elucetque amplius in filijs, qui ex ignobilioribus matribus orti ſunt, locus 3. Reg. 4. 21. per Theodoret.*

138 *Ob eam rationem dignitas tanti filij expetivit matris originalem puritatem, ex Gerſone.*

139 *Quàm grave vulnus animis, tùm Mariæ, tùm filij infixum, vel ſola fuerit infectæ originis ſuſpicio, locus Luc. 2. 35. ex S. Nicolao, illuſtratur locus ex interpretatione Hugon. Cardin.*

140 *Arctatur id amplius ex Ambroſio aſſerente Chriſtum corpore referre matrẽ. Ex ſolo fraternæ neceſsitudinis vinculo ignominiam fratris propriam reputat frater, Num. 12. 10. & 11. ex Apollin. & Abulen.*

141 *Magis naturæ conſentaneum (cùm ferè identitas ſit, quæ inter matrem & filium reperitur) ut infamiam matris ſuæ cenſeat filius, ex Petro Bleſenſi, cuius verba illuſtrantur.*

142 *Legavit Angelus Mariæ iam ſponſæ incarnationis myſterium, Luc. 1. 26. ut præcaveretur iniurioſa opinio Mariæ, quæ in filium reſiliebat, ex Bernardo.*

143 *Quare Maria non expectavit partum Baptiſtæ in domo Zachariæ? Luc. 1. 56. Neque ipſa peperit in Nazareth, ſed in Bethleehm? iuxta Michæam. 5. 2. nempè ut vitaretur de Maria prava ſuſpicio, per Rupertum.*

144 *Adſtruitur id ex Ambr. & eius mens extricatur. Maluit Dominus aliquos de ſua generatione, quàm de matris pudore dubitare. Quantum providerit Deus à matris virginitate eam amovere, etiam exiſtimationem, quæ ex ſe peccatum non*

in-

indicabat, ex eodem Ambroſio.

145 *Præcavit Deus, ut Ioſephi animum nulla indecens opinio de Maria ſubiret, Matth. 1. 19. per Simonem de Caſsia.*

146 *Quàm ægrè tulerit Chriſtus ſe ob myrrium cernere coarctatum ad commentitium defectum in matre adumbrandũ. Conferitur locus Matth. 10. 34. cum loco cap. 12. 48. & 49. per Hieronymum. Verba tamen Chriſti re vera Mariam magnopere commendabant, ex Guarr.*

147 *Parpari mater filio referebat, quæ lachrymas comprimens adſtabat magno animo cruci, Ioann. 16. 25. & plorãte Chriſto, ad Hebræos 5. 7. vultum illa præferebat tranquillum, interiori pugione confoſſa, ut à Chriſto impiam Iudæorum cogitationem averteret, ex Amedeo, Arnoldo Carnot. & eius Scholiaſte.*

148 *Quantum ſategerit Deus originalis nitoris parentis, qui victoriam relatam de ſerpente maluit adſcribere Mariæ, quàm ſibi, Geneſ. 3. 14. per Bernard. & Fulbertum Carnot.*

149 *Ea ſanctitas quaſi gratior filio, quæ ei à Maria videtur emanare, locus Geneſ. 27. 27. ex Hieronymo. Illuſtratur ex loco Luc. 15. 22. per Rupert. favent Ambroſ. & Amed.*

150 *Locus Petri Blæſenſis egregiè explicantis Pſalm. 44. 2. ex quo novam lucem accipit præfatus locus Geneſ. 27. 27*

151 *Reſpergitur novæ intelligentiæ luce locus Pſalm. 44. 2. per Baſilium, indicantem quomodo Chriſtus incarnatus ſpiratio fuerit Mariæ, eiuſque virtutum odorem emiſerit. Id apertè ſtatuit Heſychius.*

152 *Quo pacto Chriſtus puram matris conceptionem tanquam propria ſolemnia celebraverit, ex Gerſone.*

136 SAnè ut extra omnem dubitationem præmittendum eſt, parentum ignobilitatem & malitiam, itemque filiorũ iniquitatẽ viciſsim, quodammodo ſe reſpicere, ſicut & parentum iuſtitiam & patrorum virtutem, reciprociſque telis inter ſe ludere, ſe ſeque mutuò in alios vel vitium, & infamiam, vel laudem & virtutem effundere. Nam boni filij à bonis parentibus, & è converſo, claritudinis ſuſcipiunt incrementa, & pravi parentes ab improbis natis, & è contra ignominiæ vituperia participant, ut docet Auguſt. ex quæſt. veteris teſtamen. quæſt. 14. *Sicut enim iuſtorum filij & ipſi iuſti, nobilitant in ſe genus iuſtitiæ, dum & patrum & ſua iuſtitia ſublimantur: ita & nequiſsimorum, & ipſi nequiſsimi crementum faciunt malitiæ, quia & malorum filij ſunt, & nequitiam illorum exemplarunt ad perditionem multorum. Cum terrore ergo locutus videtur Deus, ſed verum eſt, & hoc habet ratio. Quis enim malum & mali hominis filium non duplici genere execretur, quomodo bonum & boni filium duplici mercede cenſet bonorandum?* Ex quo perſpicuum fit, quòd quò iuſtior parens evaſerit, ſublimior gloria filio aſſurgat: & quò ſanctior & præſtantior filius, celſior laus accedat parenti. Vndè tantum laudis & nobilitatis Chriſto detrahitur, quantum puritatis & ingenuitatis derogatur matri: nec optimus omnium filius dicetur, qui gloriam, quam potuit, parenti non eſt lucratus.

Auguſtin. Theodor.

137 Quæ veritas præcipuè quidẽ elucet in filijs matres ſortitis ignobiles, cùm ut alibi innuimus, nati plus matrizẽt quàm patrizent, matreſque dedecus & ignominiam ſuam plus expuere videantur in filios, quàm parentes, ſic venit intelligendus locus 3. Reg. 14. 21. *Porro Roboam filius Salomonis regnavit in Iuda. Quadraginta & unius anni erat Roboam, cùm regnare cœpiſſet: decem & ſeptem annos regnavit in Ieruſalem Civitate, quã elegit Dominus, ut poneret nomẽ ſuũ ibi ex omnibus tribubus Iſraël. Nomẽ autẽ matris eius Naama Ammonitis.* 3. Reg. 14. 21. Nec ſatis viſum eſt ſacro Hiſtorico nomen ſemel retuliſſe matris Roboam. Nam in fine capitis num. 31. illud inculcat: *Dormivitque Roboam cum patribus ſuis, & ſepultus eſt cum eis in civitate David: nomen autem matris eius Naama Ammonitis.* 3. Reg. 14. 31. Quorſum ergo toties repetitur, quòd mater Roboam Ammonitis fuerit, tanquam magni momenti fuerit id hiſtoriæ tradere, ut præ oculis habeatur? Næ id credam diſpoſitum, ut innuatur ſcaturigo impietatis Roboam, qui in materno hauſerit lacte profani cultus errorem, fidemque vero numini derogare: ſimulque ut ſacer textus ſuggillet, parentis Salomonis piaculum, qui ignobilem turpemque matrem filio gignendo elegerit, utpotè advenam, & ex incircumciſorum genere, quod quidẽ humile & ignominioſum apud Iſraëlitas habebatur: Quem enim ſperaret edendum filium ex prava matris origine ſparcaque deductum, niſi qui matris in ſe tranſcriberet infamiam, execrandoſque eius mores, & deteſtandam impietatem matrizando inſectaretur? Quod quidem Theodoret. non latuit quæſt. 38. in lib. 3. Reg. *Oſtendit etiam Hiſtoriographus genus matris Roboam, ad arguendum ſcelus eius,*

eius, qui genuit. Nomen enim eius, inquit, Naanan filia Annon Regis filiorum Ammon.

138 Ob id Ioannes Gerſon part. 2. ſerm. de concept. B. Mar. authoritatem invehit perſonatam ante Dei tribunal cauſam dicentem pro Mariæ immunitate, & ſententiam inducentem Auguſt. aſſerentis, id fuiſſe valdè conſentaneum ob dignitatem filij, ne ex infecta origine matris, vel incuriæ, vel inhoneſtatis alicuius nota in illum irrumperet. Gerſon. *Tertiò*, inquit, *inſurgit tertia virgo ſapiens, id eſt, patens authoritas dicens ad hoc eſſe authoritates potentes Sanctorum. Nam Auguſt. contra quinque Hæreſes cap. 4. de perſona Regis ſic ait; ſi Maria potuit inquinari, cùm ipſam facerem, potui ego inquinari cùm ex ea naſcerer. Sed ſecundum nō eſt poſſibile; ergo nec primum. Secundò idem: excepta Maria virgine, de qua propter honorem Domini, cùm de peccato agitur, nolo facere quæſtionem.* Ecce quomodo matris originalis decor ſpectat ad decus nati, ex cuius originis corruptione videretur indignitatis nonnihil in illum obrepere.

139 Non equidem ambigo, quin ſtrepitus altercationum quieſceret, opinionumque ceſſarent tumultus circa diſceptationem hanc, ſi pij & fideles animi noſcerent, quantum acerbitatis, & mœſtitiæ de ſe afferat, tam Mariæ, quàm eius filio, vel ipſa ſola ſuſpicio infectæ originis, opinioq; in hominum animis inſita, qua ſuadentur in illam incurriſſe Deiparam. Adeò enim vel ex ſola exiſtimatione, qua credunt aliqui eam communem ſubijſſe peccati plagam, puriſsima fœmina eiuſque proles moleſtè graviterque afficiuntur, ut dum viveret Maria, eius rei notitia divinitus accepta gladius eſſet illius animū ſimul & filij tranſverberans, & iugis originalis ſuæ nobilitatis in dubium vocatæ recordatio inſtar pugionis cor illius frequenter confoderet. Nunc verò in pacifica illa regione quieſcentem Dei matrem, à qua procul abeſt, quid doloris luctus mœroriſque larvā induit, ipſamque torrente illo voluptatis & lætitiæ perfuſam, qui à divinitatis obturibus delibatur, ſi qua valeret pœnæ turbulentia adoriri, & audax præſumptuoſaque inquietudo turbare: ſi prævalet dolor aliquis æternis illis gaudijs miſceri; & acerba commotio provinciæ illius, mitiſsimiq; pelagi, in quo ludunt deliciarum undæ, non curarum vortices horrent, affectat ſerenitatem infeſtare: ſanè huiuſmodi doloris moleſtia pulſat, & in tranquilla, quibus potitur, ſuavitatis oblectamenta durus irrūpit. Vererer quidē novitatis incuſati, ſi hæc portenta nō eſſent ſanctiſsimæ genitrici Dei à longævo dierū prædicta, Simeone dicente: *Et tuam ipſius animam pertranſibit gladius*, Luc. 2. 35. Luc. 2. 35. Quo loco licèt communiter per gladiū ſacri Interpretes exponant filij paſsionem, quæ inſtar enſis Virginis animum repetitis ictibus pupigit: non erit prorſus alienum, ut ſub nomine gladij prædictum hoc genus paſsionis intelligamus, qua cor perfoditur Mariæ, cùm ſe à pleriſque dolet ſub tenebroſa origine conceptam æſtimari. Cunctarer forſan hunc loci ſenſum exprimere, ni viam mihi ſterneret, animoſque ſuggereret ſanctus Nicolaus Monachus S. Albani, qui iamdudum Sanctorum numerum feliciter & canonicè auxit: qui tom. 12. Biblioth. Patr. part. 2. ſcribens Petro Cellenſi, & eſt inter epiſtolas ipſius Petri 9. hunc locum interpretatus eſt, de gladio, quo configitur Beata Virgo ab his, qui eius illibatam conceptionem commaculant. Ob huiuſmodi expoſitionem carptum ſe queritat, & morſum à Petro Cellenſi. Nec tamē mentem ſuam deſiſtit propugnare, in hunc modum: *Sed priuſquam pro communi omnium Virginis domeſticorum indignatione reſpondeam, lapidem offenſionis, & ſcandali petram contueor, quæ in noſtra epiſtola invenit, qui nodum in ſcirpo ſæpius quærit, & prava privatæ læſionis indirecta, & aſpera redigam in vias planas. Lapis itaque lapidem offendit, in eo, quod dixi, Virginis ipſius animam pertranſivit gladius, non ſolùm olim in paſsione filij, ſed etiam nuper in conceptionis ſuæ condemnatione, & ironico typo ſubſannans hìc bonū dormitaſſe Homerum, Ariſtotelico more ſic logicat. Eſto, noſtra placent et obſequia, numquid paſsibilis eſt adhuc eius anima? Fides ſupplet irrefragabilē concluſionem, ut vera impaſsibilitas, & immortalitas nullas admittat moleſtias. Miror, & indignor virum Eccleſiaſticum in divinis figuris exercitatum has loquendi figuras ignorare, vel earum ſcientiam diſſimulare. Nonne legitur Deus zelans, iraſcens, pœnitens, dolore cordis intrinſecus tactus antequàm fuerit humanatus? Numquid ideò eius divinitas ſenſit paſsionum moleſtias, quia noſtro more de ipſa loquitur ſcriptura authoritas? Numquid Angelos ſollicitudo inquietat, quia leguntur ſecuri de ſua, ſolliciti de noſtra gloria? Tanta eſt huius tropi copia in divina Pagina, quòd ipſa abundantia generat inopiam. Pauca igitur de multis ſapienti ſufficere debent in tam plano articulo.* Manet ergo ex ſententia Nicolai locum illum Lucæ, *& tuam ipſius animam pertranſibit gladius*, non ſolùm interpretandum de pugio- S. Nicolaus

ne

ne paſsionis filij in Mariæ animum profundè invaginato, ſed de paſsione, qua ex puriſsimæ ſuæ conceptionis refragatione velùti (more noſtro loquendi) eius beatitudo interturbatur. Si verò his addas expoſitionem in hunc locum Hugonis Cardin. qui geminum ſenſum elicit ex illis verbis: *Et tuam ipſius animam*: eiuſmodi paſsionis tactam, ſed & dolore, non ſolùm parentem eius natum cõperies: *Pertranſibit*, inquit, *tuam ipſius animam, id eſt, quæ eſt ipſius, animam. Item tuam ipſius animam, id eſt, animam ipſius Chriſti, quam reputas, & diligis ut tuam*: Quomodocumque ergo locum explices, vel intelligendo paſsionis mucrone traiectam animam Mariæ, quæ eſt præ nimiæ charitatis glutino anima Chriſti; vel animam Chriſti, quæ eſt Mariæ anima; evinces illibatæ matris conceptionis damnationem eſſe enſem uno, & eodem ictu geminum parentis & nati animum ſauciantem. Nam quæ eſt matris iniuria, præſertim in cauſa originariæ eius nobilitatis, filius ſuam arbitratur.

Hug. Car.

140 Profectò rationis huius vis magis exacuitur ex verbis Ambroſij lib. 3. de virginibus, quæ ſuperiùs reſcripſimus: *Chriſtus ſecundùm hominem natus eſt ex virgine; ſed ante omnia generatus ex patre; qui matrem corpore, virtute referat patrem.* Vndè quemadmodum nulla elucet virtus in patre, quam filius perfectiſsimè non exprimat ab æterno ab eo genitus; ſic in omnigena corporis perfectione, & integritate, ex mente Ambroſij, credendũ eſt Chriſtum matris ſimilitudinem prætuliſſe, nullamque excellentiam ex his, quæ ad corporis conſtitutionem ſpectant, ſplenduiſſe in Chriſto, quæ in Maria ſuo modo non præceſſerit: undè qui aliquam matri inficiaretur, eam videretur filio denegare; ſicut qui aliquam in parente virtutem diffiteretur, eam viſus eſſet filio inficiatus. Verumenimverò tam expreſſa imaginis ratio, tam aptima ſimilitudinis paritas, tam arctus neceſsitudinis, & unitatis nexus, ſicut is, qui inter parentem & filium, Chriſtum & Mariam reperitur, ſuperfluere videtur ad æſtimandam maculæ iniuriam matri innexam, & implexam, velut filij propriam: cùm ad id laxius neceſsitudinis vinculum, & remiſſior cognationis nexus ſufficiat. Certè is nodus fraternitatis, qui duos fœtus ex eadem alvo fuſos colligat, & conſtringit, ſatis eſt, ut quilibet alteri illatam iniuriam, vel impactam labis notam, reputet ſuam. Teſtimonium huic veritati firmãdæ ſuppeditet Aaron. Etenim ille, & ſoror Maria detraxerunt Moyſi fratri, ob quam impietatem in illos plectendos provocatus eſt Dominus, ſed Aaroni nullum legitur Deus inflixiſſe ſupplicium, Mariam verò leprâ illico percuſsit. Si textum conſulas, invenies utrumque fratrem pariter deliquiſſe, ſub eiſdem enim verbis ab utroque detractio parta deſcribitur, æquali utrumque Deus obiurgatione taxat, cur, quæſo, inæqualiter in illos animadvertit, non enim Aaroni legitur ulla pœna illata, & Maria leprę turpitudine ſanciata eſt: *Et ecce Maria apparuit cãdens lepra quaſi nix, Num. 12. 10.* Diſcriminis rationem perbellè meditatus eſt Apollinarius apud Catenam Græc. Etenim cùm Maria & Aaron germanæ neceſsitudinis vinculo eſſent connexi, Aaron ſororis carnem ſuam æſtimans ex infamia lepra, qua infectam cernebat ſororem, ſuum putavit corpus turpitudinis notâ inuri, undè de ignobilitate ſororis ignobilem ſe putavit; propter ſtrictæ cognationis unitatẽ, ſororis ſupplicium in ſe cenſuit inſultaſſe, & quia detrimentum, & ignominiam ſororis velut propriam habuit, plexa & percuſſa Maria, à nova iniuria corpori Aaronis infligenda abſtinuit Deus. Hanc explicationẽ ex Aaronis verbis valebis decerpere. Supplex enim Moyſes factus pro ſorore: *Ait ad Moyſen: Obſecro Domine mi, ne imponas nobis hoc peccatũ, quod ſtultè commiſimus, ne fiat hæc quaſi mortua, & ut abortivum, quod proïjcitur de vulva matris ſuæ*, Num. 12. 11. Ex pœna ſingulariter immiſſa in ſororem, incolumi ipſo manẽte, poſtulat Aaron, ne imponatur ſibi peccatum: *Ne imponas nobis*, inquit, *hoc peccatum.* Quaſi ſimul cum uxore pœnas ille luiſſet: quas verè æſtimabat ſolvere, qui pro conſanguinitatis iure, ſororis iacturam & ignominiam, in ſe dolebat reſilire. Inquit ergo Apollinarius: *Pœna Aaronis fuit, quòd reprehenſus eſt cum ſorore, necnon dolòr ob lepram eiuſdem.* Rẽ illuſtrat Abulenſis: *Ne imponas nobis hoc peccatum, id eſt, ne conſentias nos pati pro iſto peccato. Imponere peccatum dupliciter eſt; uno modo pro diffamare, aſſerendo aliquem commiſiſſe, quod non commiſit: & iſti vocantur criminatores, id eſt, inventores, vel impoſitores criminum. Et eſt valdè illicitum, de hoc Levit. 19. Non eris criminator, neque ſuſurro in populo. Hoc modo non imponebat Dominus crimina Aaron, & Mariæ, quia nihil de eis locutus fuerat. Secundo modo dicitur imponere crimen, id eſt, imputare ad pœnam; & hoc modo Deus nobis imponit crimina, quia dat pœnas pro eis, & hoc modo rogabat Aarõ, ne imponeret eis Moyſes hoc peccatũ, id eſt, nõ cõſentiret imponi eis pœnã, iam enim Deus pœnã impoſuerat.* Igitur deprecabatur Aaron, ut aver-

Num. 12. 10

Ambroſ.

Apollin.

Abulenſ.

averteret à ſe Moyſes pœnã, quã iam impoſuerat Deus, Mariæ lepram nõ minus ſuam reputans quàm illius. Si enim conſanguinitatis vinculum effecit, vt ſupplicium fratri inflictum velut proprium reputet frater; qua poſtetate non vigebit identitas carnis parentis & filij, ut filius tanquam propriam cenſeat infamiam, qua ſordet parens?

141 Nec Meherclè mirum, ſi dedecus & probrum matris ſuum reputet Chriſtus, nam ut demonſtret, ſe vel in gloria, vel in contumelia nequaquam à matre poſſe diſpeſci, ſed alterum ſub eodemmet ictu ſemper eſſe, qui impendet alteri: ſancit inter utrumque ius quoddam unitatis, neſcio an dicam melius vinculum identitatis intercedere: ob quod adſtruit, omnigenæ excellentiæ, totiuſque privilegiorum muneris ſibi divinitus inditi, matrem quoque fuiſſe participem. Nam implicat, quòd una & eadem caro prærogativa eadem gaudeat, & non gaudeat, nobilem obtineat originem, & nõ obtineat, iniuria ab aliquo afficiatur, & non afficiatur. Quod eleganter firmat & fulcit Petrus Bleſenſ. Archidiaconus Barhonienſis ſerm. 27. deducens ex unitatis nexu, quo mater & filius conſtringuntur, debita Mariæ inſignia beatitudinis & gloriæ Chriſti, & eius à primæva maledictione, & indignitatibus ab ipſa ſcaturientibus immunitatem. Sic enim Aſſumptionem Mariæ in cœlos commendat: *Hodiè autem veriſimile eſt, quòd B. Virgo & animæ beatitudinẽ, & corporis glorificationẽ adepta eſt. Quod ne cui veniat prorſus in dubium, authoritatibus adſtruamus, opinando tamẽ non aſſerendo. Hodierna clamat oratio. Nec tamẽ mortis nexibus deprimi potuit, &c. Eadem etiam admiratio Angelorum in Aſcenſione Domini dicentium: Quis eſt iſte, qui venit de Edon, &c. fuit; & à prophetapronuntiatum eſt de Aſcenſione Virginis: Quæ eſt iſta, quæ aſcendit velut aurora conſurgens, pulchra ut Luna, electa ut Sol? Non ſolet in Scriptura plenitudo Solis, & Lunæ niſi corporis propriè adaptari. Indè enim ſcriptum eſt: Fœcundæ Virginis hodie cœlum amplectitur præſentiam, & illud: elevatus eſt Sol in cœlo, & Luna ſtetit in ordine ſuo. Illud etiam Davidicum quomodo implebitur: Adducentur regi virgines poſt eã, ſi uſque ad cõmunem omnium adductionem dilata eſt adduci? Quandò autem prius adducetur, niſi hodie, adhuc invenire non poſſumus. Ad hæc probabili indictione exempli id ipſum probari poteſt: vir & uxor duo ſunt in carne una. Expreſſius autem mater & filius ſunt una caro. Sanè Patres, qui Spiritu ſancto dictante, decreta promulgaverunt, ius in conjugibus ſanxerunt; ut ſi alter deſerens ſæculum adhæreat Deo, alter non remaneat in ſæculo (cap. præterea, cap. cùm ſis, cap. cùm ad Apoſtolicam, de converſ. coniugat.) unius enim carnis partes, tàm violenter diſtrahi, ius non eſſe viſum eſt eis. Sic & indecens videri debet, quòd altera pars carnis virgineæ ſit in cœlo & pars altera reddatur ſolo: parti alteri datum ſit non videre corruptionem, & altera ſolvatur in cinerem. Sicut enim B. Virgo à maledictione mulieris, cui dictum eſt: in dolore paries, facta eſt immunis, quia peperit ſine dolore: ſic & communi viri & mulieris maledictione facta eſt immunis, quà dictum eſt: in cinerem ibis. Vndè & ab Angelo benedicta eſſe dicitur, quaſi à primordiali maledicto liberata.* Nihil profectò aptius & elegantius. Quod quidẽ ſtrenuè confirmat, quæ de proportione & collatione principij & finis aſſeruimus §. 3. & 4. præcedentibus. Etenim quemadmodum indecens videri debet, quòd altera pars carnis virgineæ (nempè Chriſtus) ſit in cœlo, & altera pars (nempè Maria) reddatur ſolo: parti alteri (ſcilicet Chriſto) datum ſit non videre corruptionem; & altera (ſcilicet Maria) ſolvatur in cineres; ſic indecens debet videri, quòd pars altera carnis virgineæ (Chriſtus utique) non ſenſerit corruptionem peccati in ſua generatione, & altera pars (utique Maria) in ſua conceptione peccati contagio fuerit corrupta.

Petr. Bleſ.

142 Quòd verò Chriſtus Dominus, vel exilem ſuſpicionem peccati, vel ſceleris umbraticam dumtaxat & apparentem ſpeciem matrem ſuam tingentem, tanquam ſibi noxiam infenſamque vitaverit ac præcaverit, nervosè arguitur ex illo loco Luc. 1. 26. *Miſſus eſt Angelus Gabriel à Deo in civitatem Galilææ, cui nomen Nazareth, ad Virginem deſponſatam viro, cui nomen erat Ioſeph.* Vbi diſpiciunt Patres, cur divinum conſilium decreverit, quòd poſt virginis ſponſalia, & non prævie ad illa cœleſtem legationem Maria exciperet, ut divinæ incarnationis opus in eo perageretur. Et ea ut celebrior tanti myſterij ratio aſſignatur: nempè ut ſcandalum amoveretur à divino Verbo in utero Mariæ commorãti, & indè edendo pernicioſum. Nam ſi ſacra diſpenſatio ſacramenti, antequàm Maria viro ſponderetur, celebrata præiret, verè qui Mariam inſpicerent fœtã, & prole tumeſcentem, probroſæ levitatis labem ei impingerent, fœtumque impuræ matris libidini adſcriberent; ea verò poſt ſponſionem initam perfecta, uterum eius gravidũ ſpectantes virginitatis dumtaxat ei iacturã addicerent, quæ peccato nõ ſuccubuit. Igi-

Luc. 1. 26.

tur

tur divinum Verbum proprio honori conſulens maluit corruptam æſtimari parentem ſuam, quàm coitus piaculo ſubactam: & ideò prælegit in deſponſatæ deſcendere alvum, quàm prorſus liberæ. Nam divina Sapientia damnum materni honoris proprium cenſens & ſentiens magis duxit cõſentaneum, de illa credi integritatem defloridam, ubi non erat crimen, quàm caſtitatẽ deperditam, quod abſque flagitio nequibat evenire. Proſpexit ergo divinus filius dedecoris notam ſibi ſuboriri ex peccati ſuſpicione reſiliente in matrem, ideòque illam arcendo decori ſuo proſpexit.

Bernat à

Subvenit Bernard. hom. 2. ſuper Miſſus eſt: *Miſſus eſt Angelus à Deo ad Virginem deſponſatam Ioſeph; ad Virginem, inquit, deſponſatam. Quare deſponſatam? Cùm eſſet, inquam, virgo electa, & ut oſtenſum eſt, virgo conceptura, virgo paritura, mirum cur deſponſata fuerit non nuptura? Numquid vel hoc caſu factum quis dixerit? Non eſt caſu factum, quod rationabilis cauſa commendat, cauſa valdè utilis & neceſſaria, & divini prorſus conſilij adinventione digna. Dicam quod mihi, imò quod ante Patribus viſum fuit: illa utique fuit ratio deſponſationis Mariæ, quæ & dubitationis Thomæ. Mos ſiquidem Iudæorum erat, ut à die deſponſationis ſuæ uſque ad tempus nuptiarum ſponſis ſponſæ traderentur cuſtodiendæ, quatenùs earum ipſi eò ſibi pudicitiam curioſius ſervarent, quò ſibi ipſi fideliores exiſterent: ſicut ergo Thomas dubitando, palpando factus eſt conſtantiſsimus Dominicæ confeſſor reſurrectionis; ita Ioſeph Mariam ſibi deſponſando, eiuſque converſationem in tempore cuſtodiæ ſtudioſius comprobando factus eſt pudicitiæ fideliſſimus teſtis. Pulchra utriſque rei convenientia, & dubitatio Thomæ, & deſponſatio Mariæ; poterant ſiquidem ſimilis erroris laqueum nobis injicere, fidei videlicèt in illo, caſtitatis in illa; veritatem in ſuſpicionem adducere: ſed valdè prudenter & piè factum eſt per contrarium, ut undè metuebatur ſuſpicio, firma ſit certitudo. Nam & de filij reſurrectione firmius quidem ego (qui infirmus ſum) crediderim Thomæ dubitanti & palpanti, quàm Cephæ audienti & credenti: & de matris continentia facilius ſponſo eius cuſtodienti & experienti, quàm ipſi quoq; Virgini de ſola ſua conſciẽtia ſe defendenti. Dic, quæſo, quis eam videns deſponſatam & gravidam, non potius diceret corruptam quàm virginem? Non autem hoc decebat dici de matre Domini. Tolerabilius verò fuit atque honeſtius fuit putari ad tempus Chriſtum de coniugio fuiſſe natum, quàm de fornicatione.* Si ergo indecens erat & indecorum, corruptam exiſtimari Dei matrem (quamvis non eſſet) & ideò tradita eſt ſponſo prævie ad divinam incarnationem tanquam acerrimo ſpeculatori, & curioſiſsimo cuſtodi, & vindici eius pudicitiæ, qui iuges ſemper excubias faceret, & ſic firmiſsimus & irrefragabilis illius teſtis evaderet. Quanto foret indignius, & à Dei alienius providentia, ut virginis animus non ſolùm peccati corruptionis notam ſubirer; umbram, & ſuſpicionem, ſed & veritatẽ? Nonnè ſi in peccatis cõcepta fuiſſet, verè fuiſſet peccatrix & corrupta? Si intolerabile fuit, putari Chriſtũ de fornicaria natum, & ideò fuit præelectum, ut ad tempus ortus de coniugio (ubi integritas ſolummodò amittitur virginea) putaretur: quanto haberetur intolerabilius, ut de matre naſceretur, quæ non putativè, ſed verè violata eſſet generalis turpitudinis viam ingreſſa?

143 Ad eumdem collimandum ſcopum, ſed diverſo quidem ab eo, quem tenuit Bernardus, tramite, tendunt alij. Aiunt enim ſponſalibus contractis, conſuetudinis iure prævaluiſſe apud Hebræos, ut ſponſæ domi manerent parentum, nec traderentur viris, donec thædas accenderet Hymenæus in nuptiarum ſolemnijs; arguunt hoc, ut in textu docebimus infrà ex hoc cap. Matth. num. 18. *Cùm eſſet deſponſata mater eius Maria Ioſeph: antequàm convenirent, inventa eſt in utero habens de Spiritu ſancto. Ioſeph autem vir eius, cùm eſſet iuſtus, & nollet eam traducere: voluit occultè dimittere eam. Hæc autem eo cogitante: Ecce Angelus Domini apparuit in ſomnis ei dicens: Ioſeph fili David, noli timere, accipe Mariam coniugem tuam.* Antequàm convenirent, id eſt, priuſquàm inſtitutis nuptijs, & coniuge in domum connubis deducta ambo ſimul habitarent: ideò deliberantem Ioſeph nuptias diſtrahere, & ſponſam dimittere, gravidante eius utero cognito, admonuit Angelus, ne formidaret Mariam in domum ſuam nuptam accipere; ex quo liquet ſponſalia inter Ioſephum, & Mariam inita ſaltim uſque ad trium menſium intervallum producta fuiſſe. Nam divina incarnatio perfecta fuit ſponſa iam Maria, & prævie ad nuptias gemmans iam eius uterus inventus eſt. His ſic præhabitis, duos quærimus ſolvendos nodos & non inſcirpo. Sexto menſe à conceptu Eliſabeth eam inviſendam profecta eſt, divino conſilio ſtimulante, Maria, & cùm iam Ioannis propè partus adeſſet, antequàm puer panderetur in lucem, domum ſuam feſtinè redijt Maria, id ſanè apertè colligitur ex verbis illis Luc. 1. 56. *Manſit autem Maria cum illa quaſi*

Matt. 1. 18

Luc. 1. 56

quaſi menſibus tribus, & reverſa eſt in domum ſuam. Eliſabeth autem impletum eſt tempus pariendi, & peperit filium. En poſt repatriationem Mariæ Ioannis inducitur ortus: ſic autem ſentiunt Euthymius, & Theophil. ſed incivile videtur, & inurbanum, ut quæ in officijs cognatæ annoſæ perſolvendis ferè tres menſes inſumpſerit, vicinæ partus ſolemnitati ſubtraheretur. Prænovit ſanè (quis inficietur) ſanctiſsima puella, quippè quæ divinæ erat ſapientiæ baiula, quòd iubilis lætitiæque univerſalis plauſibus Ioannis foret nativitas celebranda, quantiſque cœleſtium gaudiorum affluentijs vicini, & cognati in illa forent irrorandi; prænovit futurum miraculoſum exortum infantis, imò miraculorum officinam: ibi enim elingui parenti fandi fuit reſtituta facultas. Quare igitur tot divinæ potentiæ præconijs, tot ſtillantium cœlorum ſuavitatibus, terga vertens abeſſe ſtuduit? Magna profectò hîc res agebatur, & non vulgaris diſpoſitio ſacramenti, in qua matris honori providens proprium dedecus filius cavebat: erat enim tunc Maria ſponſa non nupta, ac proindè nondùm ſub coniugis poteſtate, & trium menſium interſtitijs elapſis concepti fœtus poterat tumens venter indicia præbere, & tot gentibus ad nativitatis Baptiſtæ miram celebritatem confluentibus, ex indicijs poterat ſuboriri ſuſpicio, quæ criminoſi conceptus Mariam argueret, & eius infamia in prolē ſanctiſsimā refunderetur; criminoſam ergo ſuſpicionem ut vitaret Chriſtus tanquàm ſibi iniurioſam, qui Mariana rheda vectus ſimul erat & auriga, illam impulit, ut partus feſtiva gaudia publicæque exultationis numeroſum concurſum declinaret. Accerſo iam ſecundam quæſtionem, quam diſcingam. Quorſum divina ſanxit rerum omniū moderatrix ſapientia; ut virginis appropinquante partu Cæſaris promulgaretur edictum de profitendis ſingulis in patria originis ſuæ: quapropter coactus eſt Ioſeph cum coniuge prægnante migrare in Bethlehem civitatem David, eò quòd de eius eſſet domo & familia? Dices, ut vaticinium illud exequeretur Matth. 5. 2. *Et tu Bethlehem Ephrata parvula es in millibus Iuda; ex te mihi egredietur, qui ſit dominator in Iſraël, & egreſſus eius ab initio à diebus æternitatis*: frigida evaſio; nam huius ego præſagij inveſtigo rationem, & cur qui in Nazareth obtinuit generationem, præmonitum eſt, habiturum in Bethlehem nativitatem, ad quam ibi nanciſcendam, decretum univerſalis deſcriptionis indictū fuit? Mehercle Scyla vitata in exitu intempeſtivo Mariæ de domo Eliſabeth, adhuc in Nazareth Caribdis ſcopulus ſupererat ſuperandus. Nam cùm tres haberet mēſes conceptus ſui Maria tranſactos, quando primùm poſt nuptias in poteſtatem venit Ioſeph, ſi ſub illa in Nazareth filium fuiſſet enixa à vicinis & neceſſarijs ſemeſtris putaretur partus, & vitalem cùm cernerent prolem, ex abortu potius quàm partu proditā, ſuſpectum haberent conceptum, eumque tanquàm fornicarium taxarent; huiuſmodi hominum iudicia de matre, quæ ſoboli quoque erant exitialia divina providentia, ut intercluderet, devitaretque, ſapienter diſpoſuit, ut in Bethlehem tempus Mariæ parturiendi adveniret; quod ut commodè fieri poſſet, Cæſaris voluit edictum eo tēpore publicari. Vide quàm ſolicitè agat Deus, qualem adhibeat curam in omnigena peccati opinione à ſanctiſsima Parente deterrenda: & qui ſic peccati ſolam ſuſpicionem, vel exiſtimationē in parente exoſam habuit, ſceleris veritatem & non commentam & putatam ſolum modo turpitudinem, ſed re ipſa matri inhærentem non exhorreret, ſatageretque ab ea liberam præſervare parentem? Suſtine Rupertum diffuſiùs omnia hæc complectentem. Qui ad illud Cant. 1. 5. *Nigra ſum ſed formoſa, filiæ Ieruſalem*: ſic ſatis ingeniosè & ſubtiliter ſcribit: *Res ipſa exigit, ut quæramus, quouſque vel quandiu B. Virgo Maria māſit cum illa Eliſabeth cognata ſua, utique menſibus, ferè uſquedùm Eliſabeth tempus pariendi impleretur. Ille namque menſis ſextus erat illi, quæ vocabatur ſterilis, quādo Maria nuntio bono impleta ſurgens abijt cum feſtinatione in domum Zachariæ, & ſalutavit Eliſabeth. Maria autem māſit, inquit Evangeliſta, cum illa, quaſi menſibus tribus, & reverſa eſt in domum ſuam; ſtatimque ſubiungit: Eliſabeth impletum eſt tempus pariendi, & peperit filium. Ergo Maria iam non erat illic, quando Eliſabeth peperit filium. Cur, quæſo, non interfuit? Cur tanti gaudij, tantæ exultationis feſtivitatem non expectavit? Cur diſceſſum ſuum non diſtulit, donec videret infantem, quem vidiſſe gaudium fuit? Non ignorabat, Angelum dixiſſe ad Zachariam: Et erit gaudium tibi & exultatio, & multi in nativitate eius gaudebunt. Item: & ecce eris tacens, & non poteris loqui uſque in diē, quo hæc fiant, pro eo, quòd non credidiſti verbis meis. Cur non expectavit videre hoc miraculum? ſcilicet eum, qui mutus fuerat, aperto ore eius, & lingua eius cum nomine Ioannis loquentem, & benedicentem Deum. Nonne magis ad eam, quàm ad quamlibet aliam pertinebat congratulari, & audire verba cantici de ore prophetantis: Et tu puer*

Euthymius Theophil.

Matt. 5. 2.

Cant 1. 5.

Rupertus.

puer Propheta Altiſsimi vocaberis, præibis enim ante faciē Dñi parare vias eius? Cur igitur, quæ & eatenus nō veniſſe causā habere videretur, ut ſaltim illa die veniret cū vicinis & alijs cognatis illius, & cōgratularetur; contrà cùm iamdudum veniſſet, idcircò diſceſsit, ne intereſſet gaudentibus & congratulantibus? Cauſam neſciremus, rem ipſam, id eſt, diſceſſum eius non adverteremus, niſi excitaſſet intellectum vox iſta per Spiritum ſanctum, in perſona eius prolata: Nigra ſum, ſed formoſa. Quid enim hoc erat? Quid putamus dicturos, vel facturos fuiſſe vicinos & cognatos, qui multi convenerūt, ſi inter eos inveniretur in utero habens? Ipſe Ioſeph vir eius, cui deſponſata erat, quoniam invenit eam in utero habentem, cùm eſſet iuſtus, nolebat eam traducere, ſed volebat occultè dimittere eam. Ergo in oculis eius nigra erat, & eſt adhuc in oculis, ſive in ſenſu illorum, qui cùm ſint filij matris ſuæ, de quibus poſtmodum dicendum eſt, pugnant contra eam, contradicendo nobis credentibus & confitentibus, eā de Spiritu ſancto fuiſſe imprægnatam. At illa dicere poterat, & veraciter dicit: Nigra ſum, ſed formoſa: nigra, id eſt, prægnata inventa ſum: ſed formoſa, id eſt, ſalva virginitate de Spiritu ſancto imprægnata. Benè actum, optimè proviſum eſt, ut ventura poſtmodum multitudine ad illud Ioannis natalitatis gaudium, reverteretur in domum ſuam, ne priùs ab illis deprehenderetur in utero habens, quàm ab ipſo B. Ioſeph, qui dignus eſſet corrigi per Angelum dicentē ad Ioſeph: Fili David, noli timere accipere Mariam coniugem tuam; quod autem in ea natum eſt, de Spiritu ſancto eſt. Nec iſtud ſuffeciſſet, niſi priùs quàm cōplerentur dies Mariæ, ut pareret, locum mutaviſſet. Poterat namque notis & vicinis fieri occaſio loquendi, quòd tā citò peperit, vix habens mēſes ſex: ex quo monente Angelo, B. Ioſeph coniugem ſuam accepit. Benè igitur & hoc proviſum eſt, quòd exijt edictum à Cæſare Auguſto, ut deſcriberetur univerſus Orbis, quatenus per hanc occaſionem & Scriptura impleretur, quæ Chriſtum de Bethlehem naſciturū prædixerat eſſe; & Virgo ab omni vicinorum quæſtione liberaretur, quomodo tam brevi tempore exacto, ex quo in coniugium accepta fuerat, peperiſſet. Dicat igitur: Nigra ſum, ſed formoſa dicta ſum, filiæ Ieruſalem. Credam, elegantiam, & claritatem verborum Ruperti ita apprimè, adamuſsimque inſtituti, mentiſque intentionem complentem, atque exponentem, Lectoris ſpectationem viciſſe. Quàm conſentaneè ad illos, qui claritudinem ſuæ originis inficiantur, converſa Beata Virgo dulciter quæri poteſt, quòd ſic à filiorum pietate deficiant, inquiens; *Nigra ſum*: quia veſtra de me opinio meam fuſcat nobilitatem, *ſed* re vera *formoſa*; quia quod de me eiuſmodi ſiniſtram ſententiam feratis, nō impedit, quominus venuſtam & Spiritus ſancti donis conſpicuam nacta fuerim generationem? Quàm ex æquo adaptari illis poſſunt præfixa verba Ruperti? Nigra ergo eſt adhuc in oculis, ſive ſenſu illorum, qui cū ſint filij matris ſuæ, imò gloriētur, & iure, eiuſdē puriſsimæ Deiparæ appellari nati, pugnant contra eam, contradicendo nobis credentibus & confitentibus, eam Spiritus ſancti munere ſingulari fuiſſe ingenuè, procùl originis ſordibus propulſatis, conceptam. At illa dicere poterat, & veraciter dicit: Nigra ſum, ſed formoſa: nigra, id eſt, per ſeminalem humani generis propaginem generata, ob quod ſubnigra appareo aliquibus; ſed verè formoſa, quia affluētē, & præveniente Spiritus ſancti gratia, labem per humanum decurrentem ſeminarium ſum inexperta.

144 Nec ſanè in præſenti omittēda ſunt verba Ambroſij, qui propoſitæ quæſtioni aperiens viam, nempè quare ad deſponſatam virginē fuerit Angelus cœlitus adlegatus, ut divinū filium cōciperet, inquit lib. de inſtit. Virginis, cap. 15. *Cùm initiatur coniugium, tunc coniugij nomen adſciſcitur. Non enim deſloratio virginitatis facit coniugium, ſed pactio coniugij. Denique cùm itā gitur puella coniugium eſt, non cùm virili admixtione cognoſcitur. Quod autē fuit deſponſata cōnubio, cùm alibi dixerimus pleniùs, libare nūc ſatis eſt causā cœleſtis myſterij, ut ab his, qui Mariā gravē utero cernerent, non adulteriū virginitatis, ſed deſpōſatæ partus legitimus crederetur. Maluit enim Dñs aliquos de ſua generatione, quàm de matris pudore dubitare.* Quaſi dicat, hinc inde imminebat diſcrimen, ſi innupta conciperet Maria, qui in eius utero gravidantē attenderent fœtum, eius virginitatē crederent ſtupratā: coniugata concipiens, putaretur ex legitimo coniugij congreſſu eius uterum tumuiſſe: illud erat periculum Mariani pudoris, in hoc divini filij generationi iniuriam opinio irrogabat. Atverò filius de matris honore & integritate ſolicitus, illius iacturam cum proprij honoris iactura appendens, maluit de ſua generatione diſtortē exiſtimari, quàm de parentis decore, & ideò noluit eam innuptam concipere, ne haberetur corrupta, ſed nuptam, quamvis inde generationem ſuam ſicut unam de reliquis, quæ de corruptione deſcendunt Adami, communis opinio recenſeret. Tunc ſic; ſi generationis ſuæ in communi Ambroſius

exiſtimatione detrimento, ſtatuit Chriſtus Mariam à corruptionis exiſtimatione liberam vindicare; credes tu, permiſiſſe illā vero in conceptione labefactari peccato, tum vel maximè cùm eam à peccato præſervaſſe, nullam ei iacturam, ſed ſummam gloriā pareret? Verè non credam, quamvis pietate tepeſcas his te fidē adhibiturum. Deinde contendens Ambroſius cōtra aliquos Mariam poſt divinum puerperium perpetim in virginitate manſiſſe, nec ullis coniugij functionibus ſubiacuiſſe, conflat egregium argumentum, quod quidem firmius pro illius intemerata conceptione decertat: *An verò Dominus Ieſus eam ſibi matrē eligeret, quæ virili ſemini aulam poſſet inceſtare cœleſtē, quaſi eam, cui impoſsibile eſſet virginalis pudoris ſervare cuſtodiam? Cuius exemplo cæteræ ad integritatis ſtudium provocantur, ipſa ab huiuſmodi, quod per ſe cæteris propoſitum foret, munere deviaret? Et quæ eſſet, cui maius quàm matri Domini meritū reponeret, præmium reſervaret?* Sic ille ubi ſuprà. Verumenimverò quod poſt divini filij partum coniugalia debita Mariā perſolveret, ex ſe opus peccati non erat, nō enim matrimonij uſus illicitus eſt, ſed meritorius, originalis verò macula gravis peccati iactura eſt. Deinde plus dedecebat Dei Filium prævius defectus in ea, quæ illum conciperet, quàm ſubſequens. Nam Rex magis dedignabitur ingredi regiā turpitudine iā affectam, quàm regiā intrare omnino purā & illibatā, ſed poſtquā illam in perpetuum dimiſerit, maculandā, id ſanè perſpicuū eſt. Si ergo indigna exiſtimatio de Deo eſt, credere eam ſibi illum præeligiſſe in parentē, quam prævidit poſt ſuum partum connubij operibus tradendam, quæ peccati reatū nō inducunt: non foret indignior exiſtimare illū eā ſibi in matrē præadornaſſe, quæ ante ſuum conceptum flagitij labe erat deturpāda? Hæc profectò verborū ornatum, & elocutionum pondus non ambiunt. Vnde ſubdit Ambroſ. in cruce anxiè accuraſſe Chriſtū Parentem ſuā ab eiuſmodi extima nota abſtergere, cōmendavit enim eam Ioanni, quò teſtaretur, iam diu vitā fuiſſe functum ſponſum, cui incumberet curam eius agere, & à quo, ſi ſuperſtes eſſet, coniugem nō auferret: *Nec Ioſeph vir iuſtus* (ſic Ambroſ.) *in eam proruiſſet amentiam, ut matri Domini corporeo concubitu miſceretur. Sed tamen Maria ſuis non alienis moribus defendatur. Non deficit, ut dixi. Ipſe teſtis eſt Filius Dei, qui cùm eſſet in cruce, diſcipulum matri commendabat ut filium; diſcipulo eā tradebat, ut matrem. Docuit hoc Ioannes, qui myſtica magis ſcripſit. Alij enim Evāgeliſtæ ſcripſerūt, quod in paſſione Domini, terra contremuit, Sol refugit, perſecutoribus venia poſtulata eſt; iſte dilectus Dñi, qui ex pectore hauſerat ſecreta ſapientiæ & pia voluntatis arcana, ab alijs dicta præterijt, hoc diligēti⁹ perſecutus eſt, ut maternæ virginitatis perſeverantiam ſuo iudicio cōprobaret, quaſi filius de matris pudore ſolicitus, ne quis eā tanto cōvicto temeratæ integritatis aſpergeret. Dignū quippè erat, ut qui latroni veniā donabat, matrē dubio pudoris abſolveret. Dicit ergo ad matrē: Mulier, ecce filius tuus. Dicit & ad diſcipulū: Ecce mater tua. Ipſe eſt diſcipulus, cui mater cōmendabatur. Quomodo marito uxorē tolleret, ſi fuerat Maria mixta coniugio, aut uſum thori cōiugalis cognoverat?* Quaſi ad divinam Sapientiam cōmendandam, divinitatiſque gloriam oſtendendam non tam conducerent teſtimonia, quæ prodigioſa creaturarum edebat cōpaſsio, quàm pia filij ſolicitudo in parente ab omni indecēte ſuſpicione abſolvenda, publico teſtimonio cōprobata, ideò Ioānes, qui profūdius quā reliqui Evāgeliſtæ cœleſtis ſapiētiæ adyta penetravit, illud omiſit, hoc tradēdū curavit.

Ambroſ. Ambroſius

145 Parentis, ſuique ſimul honoris divina Sapientia cura pulſata, providit ut Ioſephus Mariæ ſponſus inter tot dubiorū inter ſe collidētes fluctus undique cōcuſſam, verberatamque animi ſui carinā ſentiens, nullam de ſponſa ſua fœtu gravida ſiniſtram ſuſpicionem conciperet, nec veſtigia, aut rimulam aperiret, per quam prava opinio in aliorum animos de ſanctiſsima fœmina irrepere poſſet. Id dilucidè probant verba illa Matth. 1. 19. *Ioſeph autem vir eius, cùm eſſet iuſtus, & nollet eam traducere, voluit occultè dimittere eam.* Etenim Ioſeph iuſtitiæ legibus adſtrictus in dubia cauſa, quam prodebat uteri tumor, excuſabatque mira coniugis virtus, iudicij ſuſpendit aſſenſum, mediuſque in æquilibrio hæſit, & cauſam, quam dirimere indignum ſe iudicavit, conſtituit deferere, ſed occultè, decernens cauſæ ambiguitatem publico non deferre iudicio, ne ubi cœleſtis ſpōſæ vita ignorabatur, indigna de ea erumperet cogitatio, nec ſingulariter cum aliquo conſanguineo, aut familiari negotij pōdus conferre; ne vel ſimplex quædam apprehenſio culpæ alicuius mentem adiret. Nonnè perpendis quo ſtudio, quâ vigilantiâ vel ipſam extimam infamiam, quæ à temporanea quadam opinione, & quæ citò delenda erat, à parente ſua ſategerit Deus procul diſpeſcere. Auſcultato Simonem de Caſsia lib. 2. cap. 16. *Si res poſtulaſſet de Maria differre, ſermo dubius erat. Nam ſi dixiſſet illam virginē & gravidam, ſicut erat, videbatur inſolitū & incredibile. Si virginē &* Matt. 1. 19.

Simon. de Caſsia.

onn

non gravidã; alterum borũ vertebatur omnino in mendacium. Si neutrum dixiſſet de illa, utrumque obnoxiũ ſubiacebat falſitati. Proinde in re tam dubia devitabat tudiciũ, teſtimonium proferre nolebat. Meditabatur fugã, & occultè illam dimittere diſponebat. Et hoc quidem quia iuſtus erat, cupiens ſervare iuſtitiã, ut nõ proferret hæſitãter, quod pro certo nõ noverat, ratus meliorem partem ſecedere, quàm pro re dubia venire in causã. Sancta enim puritas agitabat eũ, non aliqua ſiniſtra ſuſpicio de Maria. Non enim permittebat Deus tantũ ſpõſum, ſenẽ fidelem, de matre ſua iniqua meditari. Aliàs nec iuſtus meritò dici poſſet. Obliqua enim & incerta ſuſpicio contra proximum iniuſtitiam, non iuſtitiam arguit. Sed ſupra intellectum ſuũ attollebantur geſta, quæ in Virgine videbatur advertere, quamobrẽ occultè illam dimittere cogitabat. Quo modo occultè? Nemini propalaturus fui ſeceſſus cauſam: ſic occultè, ut à nemine ſciri poſſet, ut quid, & quò iret. Nolebat enim aliquid conferre cum aliquo de Maria, ipſam divinæ diſpoſitioni cõmittens, quouſque huius rei veritas aliter eluceret, abſentiã meditatus. Expeditioris protinus eſt conſilij explicari, quàm dubijs implicari.

146 Adeò altiſsimo providentiæ ſuæ ordine repoſtũ, fixumque ſtatuit Chriſtus Dñs ut eſſet ſtudiũ procul arcendi à glorioſa Parente, vel leviſsimũ fumum, tenuiſsimãque peccati umbrã, quòd ſi aliquãdo ſublimioris diſciplinæ documẽto obſtrictus, coactus fuit apparenti quadam imperfectionis nota matrẽ inurere, ſic verbis digeſtã, ut ex ijs re vera ſumma illi laus accreſceret: tã profundi doloris ſenſum ſubijt, ut dirũ in animum immiſiſſe pugionem ipſemet ſibi videretur. Tradiderat Ieſus egregiam illã doctrinã de parentibus propter Deũ abnegandis & repellendis, Matth. 10. 34. *Nolite arbitrari, quia pacem veni mittere in terrã, non veni pacẽ mittere, ſed gladiũ: veni enim ſeparare hominẽ adverſus patrẽ ſuũ, & filiã adverſus matrem ſuã.* Deinde divinũ Chriſto faciente ſermonẽ corã diſcipulis, quos prope ſe habebat, & copioſa plebis multitudine, advenerunt Maria & fratres Dñi, ut ipſum alloquerentur, & cùm præ populi frequẽtia nequiſſent ingredi, ut Dei verbum audirent, conſtiterunt, eum foris ſpectãtes. *Dixit autem ei quidã: Ecce mater tua, & fratres tui foris ſtãt quærẽtes te*, Matth. 12. 48. Chriſtus verò cõſentaneum ducens diſciplinam ſuã operibus cõprobare, exequiq; præceptum, quo iuſſerat, filium ſcindendum eſſe à parentibus propter Dei verbum: cernens tunc ſanctiſsimam Parentem factã eſſe extra divini verbi prædicationem, ad quam ne illam ſtrepitu cõcitato interciperet, ingredi nõ præſumpſit; ex his quæ exteriùs agebãtur abſque ullo Mariæ defectu, anſam arripiens, inquit: *Quæ eſt mater mea, & qui ſunt fratres mei? Et extendens manũ in diſcipulos ſuos, dixit: Ecce mater mea, & fratres mei. Quicunque enim fecerit voluntatẽ Patris mei, qui in cœlis eſt, ipſe meus frater, & ſoror & mater eſt*, Matth. 12. 49. Verè ſi ſenſum & veritatẽ verborũ Chriſti cõferas cũ Mariæ operibus & ſtudijs, nullum ſublimius poteris de illa cõminiſci elogiũ, quã quod ex ipſis ei provenit. Quæ enim magis avidior divini verbi audiẽdi, Deiq; volũtati parẽdi quã Maria? ut obſervavit Guarric. Abbas iã ſuperiùs reſcriptus ſerm. 4. de Aſſumpt. *Maria, quæ ſecundùm carnẽ mater erat, alia quoque ratione matrem ſibi Ieſus probat, quãdoquidẽ ipſa volũtatẽ Patris in tantũ faciebat, ut de ipſo prædiceret Pater: Vocaberis volũtas mea. Igitur ubi eã Filius negligere videtur, ibi amplius eã honoraſſe invenitur; dũ ei ſcilicet maternus honor duplicatur, pro eo quòd eundẽ Filiũ, quẽ alvo geſtaverat incarnatũ, etiã nunc animo geſtabat inſpiratũ.* Cæterũ ex his, quæ apparebant exteriùs (exteriùs enim Maria tunc extra verbi divini cõcionẽ verſabatur) umbratica quadã imperfectionis notâ offũdebatur Maria, & Chriſtus diſciplinæ ſuæ inſiſtens, matrem ſuã eã diſsimulaſſe viſus eſt quaſi eã à ſe abrumpens, dũ inquit: *Quæ eſt mater mea, &c.* Et dũ eã defectus umbram fingit in parente tantũ ſibi parit dolorem, ut præcordia ſua velùt ancipiti gladio ſentiat tranſverberari. Rẽ egregiè meditatus eſt Hieronym. de vera circũciſ. *Chriſtus eũ gladiũ, quo alios circuncidebat, docendo: Si quis amaverit patrẽ, aut matrẽ ſupra me, nõ eſt me dignus, ſua cõvertit in viſcera, & ſibi ipſi facit, quod credẽtibus eſt facturus, cũ dicit: Quæ eſt mater mea, & qui ſunt fratres mei? O myſteriũ! Matrem Mariã ſibi Dñs abiecerat, cùm extra verbi eſſet audientiã cõſtituta, eo potiſsimùm tẽpore, quo verbũ Dei prædicaretur à Verbo, & ipſum ſe miniſtrãdum diſcipulis miniſtraret.* Quo, quæſo, ductus cõſilio credes permiſiſſe Dei Filium Parentem ſuam vero contaminari peccato, qui ita acerbè doluit de cõmentitio & inani peccati ſpectro ei imputato?

147 Verè nõ poſſum nõ pietatẽ Mariæ erga Filiũ cũ Filij erga ipſam pietate conferre. Par pari enim Filio referebat, æqualemque in ſolicitudine rependebat vicem. Etenim ſanctiſsimum ſuum animum diram egit in crucem pia Domina, truciſque immanium cruciatuum tempeſtatis immutato & ſereno vultu deglutijt vortices, duram tormentorum palæſtram in animo

comprimens, nec concedens, ut eius indicia faciē ſignarent, quò ſic ſapiēter & affectuosè præcaveret, ne impiam exiſtimationem de filij ſanctitate, & amore erga humanum
Ioan. 19. 25 genus in fidelium mentes conciperēt: *Stabat iuxta crucem Ieſu mater eius*, Ioan. 19. 25. Stabat conſtanti & impavido vultu, ſed animum anguſtiarum pelago immerſum & fluctuantem gerens, ſed cur, quæ ſic interiùs diſcruciabatur, imperterritam imperturbatamque ſuſtinebat faciem? Quorſum dolori interdicebatur aditus, facultaſque denegabatur, ne in vultu ſui oſtēderet veſtigia? Verè ne impiorum ex materni doloris oſtenſione in filium crudelitas gliſceret; petulātius enim & procacius deſæviendo inſultarent in filium, ſi matrem ſpectarent nimio dolore ex eius paſsionibus arctari. Rurſus ne falsò opinarentur coactum litare filium ſacrificium, involuntariè que ſe morti devovere, ſi matrem cernerent lamentis ſe proſcindere, impatientique mœrore durā illā tragœdiā proſequi. Deſcribit Amedeus vehementem illum doloris ignem introrſum medullas depaſcētem crudeliter, nec foras
Amedeus. lachrymas emittentē. *Ait de ea B. Ambroſius Mediolanenſis Epiſcopus: Lego ſtantē iuxta crucem Domini, non lego plorantem. Stare namque in illa cordis amaritudine magnæ adſcribitur conſtantiæ; abſtinere à lachrymis ſummæ verecundiæ annotatur. Probibebat illa lachrymas præ pudore, ſtabat ſublimiſsima quadā animi magnanimitate. Itaq; nec dolor excuſsit lachrymas, nec animū pœna deiecit.* Sic ille homil. 5. Sed cur, quæſo, puderet ſanctiſsimā fœminā lachrymas in filij effundere paſsione, cùm lachrymarū ornatus decor ſit fœminarū, indicia amoris, valida arma, quibus etiā rebellīū expugnant animos, doloris ſolatiū, aut mitigatio, præcipuè cū filium cruci affixum illachrymari nō puduerit, ut docet Paul. ad
Ad Hebræ. 5. 7. Hebr. 5. 7. *Qui in die carnis ſuæ preces ſupplicationeſque ad eū, qui poſsit illum ſalvū facere à morte, cū clamore valido & lachrymis offerens, exauditus eſt pro ſua reverentia.* Neque enim ignobile eſt lachrymarum genus, ut verecundiā provocet, excitet confuſionē, præſertim cùm pro tā nobili cauſa effluerent. Verè nō timebat Maria ruborē, qui ei ex pio plāctu poterat ſuboriri, ſed qui ex iniqua exiſtimatione immaniū miniſtrorū formidabat. Metuebat enim ex ſua lachrymarū profuſione impiā eorū mētibus irreturā cogitationē, quā ſibi ſuaderēt, dulciſsimū ſuum natū neutiquā dira illa tormēta pro hominum ſalute & amore ſuſtinere, ſed fati vi, vel neceſsitate præoccupatū, & metuēs in illo doloris apparatu, & lachrymarū fluentis pravū inimicorum animū lecturum involuntariā filij patientiā, flere verecūdabatur, ideòque præ pio pudore erumpētes revocat lachrymas, quāvis eò amplius anxietas intumeſcat, quò prohibetur egredi, & per luctus lamentaque diſſolvi. Rē accuratiùs expreſsit Arnold. Carnoten. tract. de ſept. verb. Dom. ad illud: *Mulier ecce filius tuus*, quē perbellè interpretatur eius Scholiaſtes. Sic ergo Arnold. *Imperabat quippè*
Arnoldus. *dolori ſilentiū formido, & ringentiū Iudæorum torvi in eā oculi illos turbines ſuffocabāt. Verùm illa tantarū procellarū ſalſuginē ebibebat. Et (quod difficillimū erat) moriebatur, & mori nō poterat; & clauſo tāto doloris tormēto intrinſecùs, aliū vultū palàm exhibebat, nec poterat ex facie colligi crux illa animi, & patibulū ſpiritus, in quo erat hoſtia viva, &c.* Verba Arnol. interpretatur Scholi. *Nō ita hoc accipiēdū eſt, quaſi*
Scholiaſt. *carnali, vanoq; timore mater Dñi Iudæos timuerit, ne videlicet aliquid ab illis pateretur nocumēti, ſi internū dolorē foris oſtēderet, ſed quia honeſtas & conſtantia vetabat geſtus externos corā illis improbis oſtēdere, ne illi amplius gloriarentur, aut ſævirēt adverſus filiū, ſi matrē vidiſſent ita in illius affligi tormētis. Itē ne ſpectatorib⁹ occaſionē daret ſuſpicandi, quòd coactionis & nō voluntatis eſſet filij paſsio.* Attēde nunc quā reciproca providētiæ & affectus viciſſitudine filius matris honori, parens filij decori cōſulat, & alter alterius defectus ſuſpicionē præcaveat. *Maluit Chriſtus* (ut ſcripſit Ambroſ.) *aliquos de ſua generatione, quā*
Ambroſ. *de matris pudore dubitare.* Et maluit parēs ingruentē illum tormentorū turbinē inter præcordiorum anguſtias coarctare, totūque procellarum fragorem ſolo animi ſenſu excipere, ne impij de ſpontanea filij in patiēdo alacritate ambigerent. Nū qui ſuā poſthabuit generationem falſæ de parentis pudore exiſtimationi, illius conceptionē peccati veritate conſpurcari pateretur? Apage.

148 Hinc eſt, quòd tā in Dei præcordijs altiùs nihil inſitū fuerit, nihil, quod ita illius ſtimulaverit curā, quā ab omni tergiverſatione quæſtionis parentis ſuæ originalē nitorē liberū vēdicare: ideò nō tā de ſua, quā de matris ſolicitus videtur nobilitate, nec tā præcavere ingenuitatis auguſtæ ſuæ detrimēta, quàm illius. Perpendenda ſunt verba illa, quæ Deus ſententiā in ſerpentē fulminās protulit: *Inimicitias ponam inter te &*
Geneſ. 3. 14 *mulierē, ſemen tuū & ſemen illius, ipſa cōteret caput tuū*, Gen. 3. 14. ubi, ſi attētiùs rē mediteris, invenies, bellū quidē indictū fuiſſe nō ſolū inter ſerpentē & mulierē, ſed inter illū & mulieris ſemen; victoriā verò, & venenoſi capitis cōtritionē mulieris ſemini nō addictā, ſed mulieri; nec enim dicitur ipſa

&

& ipſum cõterent caput tuũ, quemadmodum dictum eſt: *Inimicitias ponam inter te & mulierẽ, ſemen tuũ & ſemen illius.* Tritũ eſt, & apud Eccleſiæ Patres ſanè frequẽs per mulierẽ in præſenti Mariam deſignatã, & per mulieris ſemen Chriſtũ Dñm; res ita nota nõ deſiderat probationem. Hinc ergo urget difficultas ampliùs: Quid enim eſt, quòd bellica & hoſtilis indictio futura enũtietur hinc inter ſerpentẽ, inter Mariam, & eius natũ illinc; victoria tamen & de elato capite feralis colubri triũphus Mariæ tantũmodò adſcriptus prædicetur? Næ in hoc curarum extremũ & amoris culmen potuit Chriſtum Dñm inducere ſolicitudo, qua de Parentis ſuæ originali gloria pulſabatur, & ſtudiũ, quo ſemper arſit innoteſcẽdi omnibus, quòd Deipara nunquã ſerpentinæ fraudis, à qua originariũ malũ in orbẽ impluit, technis ſuccubuerit, cuius ſanè plantis tartarei draconis abolitio & devaſtatio ſolùm legitur deſtinata. Cui dubiũ, quòd ſuperbi ſerpẽtis verticẽ Chriſtus exciderit & cõminuerit? Tantũ facinus, ipſe fuit, qui adorſus eſt, & perfecit; ſed bello promulgato, portẽtoque inter Mariã & ſerpentẽ, inter Dei Filium & draconẽ, ſi ipſius victoriã dumtaxat ſibi Filius adſciſceret; inter Mariã quidẽ & colubrũ cõſtaret duellũ, victoria nõ conſtaret, ſuſpicioq; poſſet ſuboriri inde triũphatæ Mariæ à ſerpẽte, de qua in victoria nulla mentio perſtrepebat. Maluit ergo divini Filij pietas ſuæ derogare gloriæ, quã Parẽtis indigitalẽ honorẽ in dubiũ ſpectare vocatũ: ideoque ut nullus iã ambigat, Mariam haudquaquã fuiſſe aliquãdo à ſerpẽtis morſu tactã, noſcatq; ſemper colubri caput nõ ſolũ Mariæ pedibus provolutũ, ſed ab eius calcaneo ſubactum & contritũ, ſe victorem de illo abſcondit Filius, Mariamque unicè oſtentat victricẽ & triumphatricẽ: ideò ait: *Ipſa conteret caput tuũ.* Securuserat de ſua nobilitate Filius, Mariæ inclyta origo poterat ſolũ in dubij cardine verſari, & ut Matris illuſtrẽ originẽ oſtendat, ſibi propriã nõ extraneã, in hac fulcienda & præmunienda totus invigilat, deſudat totus. Favet huic cogitationi Bernard. homil. 2. ſuper Miſſus Bernard. eſt: *Inimicitias ponã inter te & mulierem, ſemen tuũ & ſemen illius; ipſa conteret caput tuum. Et ſi adhuc dubitas, an de Maria dixerit, audi quod ſequitur: Ipſa cõteret caput tuum. Cui hæc ſervata victoria eſt, niſi Mariæ? Ipſa proculdubio caput contrivit venenatũ, quæ omnimodã maligni ſuggeſtionem tã de carnis illecebra, quã de mẽtis ſuperbia reduxit ad nihilũ.* Nec diſſidet Fulbert. Carnot. ſer. 2. de Nativ. SS. Mar. Virg. Fulber. Carnotenſ. *Si ergo quæratur, quanã huiuſmodi victoriã operata ſit? Profectò nõ reperitur in linea generationis humanæ, donec perveniatur ad illã, de qua agimus, Sanctarum Sanctã. At ſi interrogetur, in quo ſerpentis caput vel ipſa contriverit? Nimirũ in eo quã maximè triumphavit, quod de ſua mundiſſima carne corporata ſapientia vicit uſquequaque malitiã attingens à fine uſque ad finem fortiter, & diſponens omnia ſuaviter.* Quaſi eam aſſignarit Fulbertus cauſam, ob quam victoria de ſerpente relata Mariano capiti adſcripta inſederit, nempè quòd divina Sapientia in Mariæ utero erat corporanda, nam ad Filij maieſtatem ſpectabat, ita Parentem ſuam oſtendere ab omni dæmonis ſubiectione liberam, ut ipſa fuerit, quæ in miſeram illum redegerit ſervitutẽ: unde hoc illi facinus tanquam propriũ ſingulariter eſt deputatum.

149 Mediusfidiùs nulli Dei Verbũ parcit arti, eius ſapientia conſilium nullum nõ evolvit, nullã ingenij adinventionẽ non tentat, ut Matris inſignẽ originẽ ſanciat, firmet & vel ſuimethonore interpoſito fulciat. Nec ſatis iã ſibi viſum eſt, unã eandẽque conſtituere ſuã & Matris puritatẽ, & utrãq; idẽtitatis fibula connectere, quò ſic exterreat, deterreatque animos Parentis ſuæ generationi labem imputare conantes, ſed innuit, ſanctitatẽ ſe & virtutis odorẽ à Parẽte trahere, nullãque ſibi iucundiorem cõmendationẽ fieri, nec gratiori, ſuaviorique laudis ſe blandimento mulceri, quàm cũ eius pulchritudo Matris pulchritudini cõfertur, & eius odoramenta gratiarũ audit ſanctitatis Matris ſpiramini aſſimilari, nec tã æſtimat laudari ex eo, quòd eius ſanctitas proprium ſpiret odorẽ, quàm ex eo quòd odorẽ halat Parẽtis, quaſi magis de Parẽtis quã de ſua nobilitate glorietur; indidẽque ſit notũ omnibus, iniuriã, quæ Matris honori infertur, in ſuũ pariter redundare honorẽ, quẽ pluris facit, cùm in ſe à Matre proficiſci prædicatur. Lucem hinc accipiũt verba, quæ edidit Iſaac, cùm odore perfuſus eſt primigenialis ſtolæ, quam induit filius eius Iacob benedictionem fratri ſeniori prærepturus: *Statimque ut ſenſit veſtimentorum illius fragrantiam benedicens illi ait: Ecce odor filij mei ſicut odor agri pleni, cui benedixit Dominus*, Gen. 27. 27. Præmitto, in annoſo Iſaac æternum Patrem, in Iacob ſtola ſacerdotali & regali accincto (utraque enim dignitate primogeniti veſtis prælucebat) æternum Filium mortalitate noſtra amictũ ſimul ſacerdotem & regem: in agro pleno, cui Dñs benedixit, Parentem eius Mariam præfiguratã, ex cuius carne carnis indumentũ, quo ſe circumdatum paternis obtutibus Filius præſentavit, excerptum eſt: commendat igitur cœleſtis Pater Filium veſtimentorum Gen. 27. 27.

odore fragrantem; & in cõmendatione singularis ratio resplendet novitatis. Mirum enim est sanè, à quo Filij laudẽ Pater auspicetur, cùm eius suaveolẽtia se gloriatur oblectatũ: *Ecce enim*, inquit, *odor filij mei sicut odor agri plení.* Nã idem est, ac si diceret: ecce filij mei humanitas redolet Mariæ sanctitatem; filij mei gratia odorem emittit gratiæ Mariæ; & cùm filij mei fragrantia perfundar, visus mihi sum Mariæ odoramẽtis suffitus. Quid hoc? Christi vestimenta, eiusque sanctissima humanitas, adeò inopẽ suppeditat laudum materiam, ut quasi nihil in se habeat, à quo cõmendetur, Pater eius elogiorum provinciam suscipiens, à Matris eam commendet sanctitate? Nonnè Christi humanitas intimè unita est divinitati, ob quam penitam, indissolubilemque unionem divinas elocutiones & idiomata communicat, & quod humanum est, de Deo prædicatur, & de homine quod divinum? Num in Christo repositi nõ sunt thesauri sapientiæ, scientiæ Dei, & quidquid gratiarum compluit, corrivaturque in hominibus, ab ipso tanquam à primario fonte emanat? Quorsum ergo Pater eius odoris delinitus suavitate, ut fragratiam, quâ odoratur, exaggeret, eam cùm Mariæ odore comparat: *Ecce odor filij mei sicut odor agri plení.* Ordo cõmẽdationis profectò apparet præposterus & inversus: nam si summis maiestatis encomijs efferenda esset Maria, nulla quidem posset augustior gloria de illa excogitari, nec quiret in sublimius præconiorum fastigium evehi, quàm cùm de ea assereretur: ecce odor Mariæ sicut odor Filij. Quid igitur causæ est, ut exerere potentiam Pater studens in Filio commendando, materiam & copiam eius laudis à Matre desumat effans: *Ecce odor filij mei sicut odor agri pleni?* Inaccessum sanè est inventũ charitatis Filij & gloriæ Matris. Nã eo ingenio docet, quidquid iniuriæ & probri in Matrem immittitur, resilire in se ipsum, à qua quidquid gratũ Patris oculis habet, ab ipsa ortum non detrectat confiteri. Omnigena Matris gratia à Filio in ipsam descendit: & ut ostendat, quanta ea gratia & gloria fuerit, indicat fuisse tantam, ut glorioſum sibi reputet Deus ei assimilari, divinitatemque, si ea vestiatur, nec sibi extraneũ, nec indignum ornamentum assumere; docet, inquã, nihil in Maria coruscare, quod Deum non deceat, adeoque eam ubertim virtutũ odoriferis aromatibus consitam, ut divinitatis odorem emittant, & eius emissiones cœlestem testentur in illa plantatum paradisum.

Hierony. Accipe Hieronym. serm. de Mar. Assumpt. *Mariæ profectò in spiritu longè odorẽ trahens pater Isaac benedicebat filium, in quo cœlestis omnis benedictio mundo efflorvit: Ecce odor filij mei sicut odor agri pleni; & benè ab eo plenus ager dicitur, quia plena gratia virtutum Virgo Maria pronuntiatur.* Ager igitur plenus nuncupatur Maria, quia sicut plenus ager dicitur is, in quo nullus desideratur flos, cui nullũ deest aroma: sic Maria plenus gratiarũ ager appellatur, quia nulla ei nõ suppetit gratia, nec immarcescibile originalis candoris lilium deficit. Quòd verò de originali flore, qui viguit in Maria, specialis hìc mentio fiat, probat non ineptè Rupertus, qui ad Iacob vestimenta, quæ patri Isaac agri pleni odorem exhalarunt, putat ordinem & respectum dicere vestem illam, quâ redeuntẽ prodigum natum iussit pius parens amiciri, Luc. 15. 22. *Dixit autẽ pater ad servos suos: Citò proferte stolam primam, & induite illum.* Inquit igitur Rupert. lib. 7. in Genes. cap. 15. *Has vestes paterfamilias in Evangelio nominibus suis exprimit, reverso ad se filio, qui perierat, & inventus est, qui mortuus fuerat, & revixit. Citò, inquit, proferte stolã primã, & induite illum; & date annulum in manu eius, & calceamenta in pedibus eius, quæ senior iste filius, deest prior populus pro culpa sua perdidit.* Significat ergo stola prima primam gratiã, quã amiserat Adam, & illius illibatæ, nunquãque deperditæ odor recreabat in Christo Patrem, quiquidẽ odor emissus ei videbatur ab agro pleno Mariæ, ut sic testaretur Adæ ruinã nullam in eam feciſſe incursionem. Hanc item veritatẽ confirmat nomẽ agri pleni à Deo benedicti, quod Mariæ in præsenti inditur: idẽ enim est, ac si ei nomen fuerit impositũ paradisi, qui primam Dei benedictionem conservavit intemeratam, in quem generale maledictũ interminatum non fuit. Est ergo Maria ager fœcũdus divinis benedictionibus irriguus, non terra primi piaculi particeps, quam maledictio spoliavit impacta, genitalemque eius vigorem reddidit infœcundum. Vnde dixit Ambros. lib. 2. de Iacob & vita beat. cap. 1. *Ipse enim ager est, cui benedixit Dñs, non ager terrenus, qui sæpè horridus est silvis, aut fragosus torrentibus, aut ieiunus frumentis, aut inutilis vitibus, aut aridus siccitate, aut sentibus incultus.* Huius agri pleni odoramentis meritò cõgruunt verba Amedei homil. 2. *Ego verò libẽter dixerim, odore virtutum Sanctæ Mariæ Angelos tenebrarũ effugari, & quodã valido turbine huc illucq; raptari, ut in eis impleatur, quod dictũ est: Fiant tanquã pulvis ante faciẽ venti. Odor iste mortuos in peccatis excitat, mente debiles roborat, bonos incitat ad meliora, meliores ad optima. Bonus odor, qui regẽ in accubitu suo per Virginẽ provocavit,*

Luc. 15. 22.

Rupertus.

Ambros.

Amedeus.

ut

ut ad nos veniens noſtra reciperet, ſua daret, conſtituens nobis amicitias lege immobili, & pace ſempiterna. Sic itaque fragrãtia veſtimentorũ S. Mariæ hoſtes fugat, bonos invitat, Deũ placat. Quomodo dæmones in aliquo inſtanti ei dominarẽtur, cuius odore perciti, attoniti, & cõterriti cogũtur latebras quærere, & latibulis ſuis cõtegi; cuius odore adeò delinitus eſt Deus, & ſuaviter allectus, ut è ſinu ſe dimitteret Patris, qui accubitus eius erat, & in gremiũ immitteret Virginis? Quomodo brachia Patris deſereret, quæ nullum unquã infectum halaverunt vaporẽ, & deſcenderet in brachia Matris, ubi ſi aliquando corruptionis odor ſpiratus eſt, non poterat non præſenſiſſe?

150 Elegantem profectò his coronidem imponũt verba Pet. Bleſenſ. ſerm. 7. ſic Dei ſapientiam humanatã alloquẽtis: *Ante legẽ fuiſti Verbum indicatũ tantùm, ſub lege nũtiatũ tantùm, nobis autẽ manifeſtatũ, id eſt eructatum. Eructavit enim cor Patris Verbum bonũ, & ſicut eructatũ eſt de corde Patris in uterũ Virginis, ita de utero Mariæ in gremiũ Eccleſiæ. Eructatũ autẽ manifeſtatũ dicitur, quia quod eructatur, ſaporẽ ſecũtrabit interiorẽ, à quibus eructatur: & ſic quodãmodo manifeſtat illa.* Nullus profectò locus aptior reperiri valeret, ad exponẽdũ præindicatũ Geneſ. & quo pacto Chriſtus non tã ſuũ ſpiraverit odorẽ quã Mariæ, eo, quẽ Pet. Bleſ. affert ex Pſal. 44. 2. *Eructavit cor meũ Verbũ bonũ*, illũ ediſſerens de tẽporali Chriſti generatione & eius nativitate: Patrẽ æternũ aſſerit eructaſſe Verbũ in uterũ Virginis: Virginẽ verò illum in orbẽ eructaſſe, & tã Patrẽ quã Virginẽ ſuũ divino Filio tã ſaporẽ quã odorẽ cõmunicaſſe: nã eam ob cauſam Regius Vates in præſenti eructandi verbo uſus eſt; nã cũ ructus efflatio quædã ſit cibi, qui in ſtomacho cõcoquitur, & diggeritur, cùm aſcẽdit exiturus ſemper cibi redolet qualitatem, & ſi ſuavis ſit cibus, iocundus eſt, ſin autẽ tædioſus & moleſtus. Igitur eructatũ divinũ Verbũ à Patris corde in Mariæ alvũ, odorẽ divinitatis & ſaporẽ ſecum excerpſit, & qualis animus eſſet, à quo ructatus fuerit, manifeſtabat: ſimiliter eructatũ Verbum à Mariæ viſceribus in mundũ, eius ſanctitatis pariter odorem ſecum avulſit & ſaporẽ; & Mariæ nobilitatem & virtutẽ redolebat; unde ructo virginalis uteri ad æternum Patrem aſcendente, congruè effari potuit: *Ecce odor filij mei ſicut odor agri pleni, cui benedixit Dñs.* Quocircà quẽadmodũ Filius eructatus à mente Patris, in odore nobilis originis, quẽ effundebat, mũdiſsimã, & increatã Patris ingenuitatẽ teſtabatur: nam odor ab ipſo ſparſus odor erat æterni fontis, à quo immanẽter fluxerat. Sic Filius eructatus ab alvo Matris in odore nobilitatis originarię, quẽ exhalabat, auguſtã mundãque Parẽtis ſuæ originẽ evulgabat; nam inſtar ructus, ſimilem ei emittebat odorem, quem ab interioribus, à quibus ructatum fuit, participarat. Vndè vẽter Mariæ videtur in puritatis lautitia cũ Patris corde cõparatus, ambo enim veluti officina gemina fuêre, in qua æterni Filij ructus cõdiebatur, & cuius odorẽ erat ipſe in odore ſuo elaturus, & manifeſtaturus.

151 Hæc Meherclè nõ invenuſtũ ſplendorẽ delibabunt ex interpretatione Baſilij apud Caten. Græc. qui cẽſens Prophetã hìc locutũ ſub fidelis animæ perſona, quæ pane cœleſti in altare alitur, inquit: *Cùm ructus ſit quidã occultus flatus, qui ex fervore alimenti, erumpentibus bullis, exhalat. Sanè qui viventi pane nutritus eſt, pane, inquã, qui de cœlo deſcendit, & vitã mundo dedit, ſecundùm conſuetũ ſcripturæ modũ ſacris diſciplinis anima erudita conſimilẽ edulijs ructũ emittit.* Ex his deduci poteris ad pernoſcendũ myſteriũ, quo Maria Vatis verba ut propria aſſumẽs, incarnationẽ divini Verbi in ipſius pectore operatã, & ab ipſo editã, ructũ appellarit. Etenim quemadmodũ qui corpore & ſanguine Dñi ſaginatus ructum debet emittere edulijs conſimilẽ; ructũ, inquã, id eſt flatũ, qui ex fervore alimẽti erũpat, odorẽque decoctæ ſubſtantiæ exhalet: hoc eſt nulla illius ſint verba, nullæ actiones, nulla ſtudia, quæ divinitatẽ omnino non redoleãt, quæ latentẽ divinitatem nõ teſtẽtur, per quæ ſi dignoſcendus ſit, velùt alter Deus cẽſeatur: ita Maria divini Verbi generationẽ, & partũ ſuũ ructũ appellans, indicat Verbũ divinũ carne ſua indutũ, velùt flatum eſſe, qui ſẽper Marianæ virtutis odorẽ emittat, & nõ ſolũ illius corpus redolere ſanctiſsimã Mariæ carnẽ, quã in utero participavit, ſed quomodo in flatu & ructu olfactatur qualitas ſubſtantiæ, aut edulij, ſic in Chriſto velùt in Mariæ ructu, percipi virtutũ odorẽ, quibus Maria prædita eſt; adeò ut ex virtutibus & excellẽtijs Filij diſcerni valeant virtutes & excellẽtiæ Matris. His rectè cõſonat elucubratio Heſychij in hunc locum apud Cat. Græc. *Eructavit cor meũ Verbũ bonũ. Dicũtur hæc ex perſona Eccleſiæ, quæ Virginẽ Deiparã cor habuit. Nã quẽadmodũ cuiuslibet animantis præcipua pars anima conſtituta eſt: ita etiã Virgo Dei mater noſtrorum omnium, & neceſſariorũ myſteriũ eſt pretioſiſsimum; ſiquidem in ea tanquam in corde fidelium vita Chriſtus habitavit, cùm Deus eſſet & Verbũ, ideò Verbũ bonum appellavit, quoniã cum carne illum Mater parturiens eructavit. Sed cur nam*

Pet. Bleſenſis.

Pſal. 44. 2.

Baſilius.

Heſych.

pro parere dixit: Eructavit? Quoniam abſque partus doloribus, tam facilè ut nos eructamus, fœtus editus eſt. Appellat ergo Eccleſia Mariam cor & animum ſuum, Chriſtum verò huius cordis vitã. Nam ſicut cor nunquam ſine vita, nunquam ſine Chriſti gratia Maria. Rurſus quemadmodum ex vitæ functionibus & verbis animi dignoſcitur
Matth. 12. 34. qualitas, iuxta illud Matth. 12. 34. *Progenies viperarum, quomodo poteſtis bona loqui, cùm ſitis mali? Ex abundantia enim*
Matth. 15. 18. *cordis os loquitur*: & cap. 15. 18. *Quæ autem procedunt de ore, de corde exeunt, & ea coinquinant hominem. De corde enim exeunt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falſa teſtimonia, blaſphemiæ*: ſic ex Marianæ vitæ, nempè Chriſti, eloquijs, & actibus innoteſcebat qualitas cordis Eccleſiæ, ſcilicet Mariæ, quia Chriſti geſta & ſermones Mariæ virtutes redolebant & exprimebãt. Aſſumpſit enim Mariæ carnem non quomodolibet, ſed virtutum eius odoramentis ſuffitam; & in partu matris carnem oſtendit primæ maledictionis expertem, quæ ideò parturiens emiſiſſe ructum dicta eſt, quippè quæ nullis in partu doloribus fuit affecta, ſed à primæva damnatione abſoluta.

152 Non invalidum ſanè teſtimonium erigit divinus Filius, quo firmat, Matris ſuæ honorem ſuumque in unum veluti identitatis conveniſſe cõſortium: gloriamque ſuam quaſi à Parentis gloria ita arctè depẽdere, ut Matris puritatem cẽſeat ſuam: illiuſque iniuriã ſuæ quoque reputet nobilitatis detrimentum; non, inquam, infirmum teſtimoniũ huius veritatis ſignat Filius in eo, quòd Matris ſuę puriſsimæ cõceptioni feſta perſolverit, adeòque exuberarit in eius ſolemnijs celebrandis, ut quaſi exiguũ ſibi viſum fuerit, ad tantæ feſtivitatis votivos plauſus Angelorũ excitare & cõvocare choros, qui melodis concentibus & ovantibus ſiſtris in gloriam tam illibatæ generationis perſonarent, ipſe ductor chori effectus, & rhythmici munere fungens celebre illud cœperit canticum: *Tota pulchra es, amica mea, & macula nulla eſt in te.* Quippè qui noſcebat in originali pulchritudine Matris ſe propriæ venuſtatis ſplendorem commendare. Ingenium fuit Ioan. Gerſonis p. 4. ſerm. de Cõcept. Mar. qui poſtquàm perſonatum induxerit virtutum omnium agmen offerentium
Ioan. Gerſ. ſe & invitantium ad Mariæ conceptionem adornandam ſic ſcribit: *Angelus, qui ordinatus fuit nuntius, citiſsimè deſcendit referens nuntia patri Ioachim & S. Annæ: & breviter tantum operatus eſt Deus & natura cũ virtutibus ſuperiùs nominatis, quòd Domina hæc concepta fuit & vivificata tã in corpore quàm in anima, ſine hoc quòd ullum peccatũ auderet accedere. Quid vultis dicam ulteriùs? Apparuit adeò pulchra, adeò munda & pura, quòd verus Deus ſancti amoris mox incenſus fuit amore ſuo, & imagine ſua, ſicut de Pigmaleone fingunt Poetæ. Nec continere ſe potuit, quin iocundè caneret amoroſum illud ſuprà dictũ canticum: Tota pulchra es, amica mea, & macula nulla eſt in te.*

§. VIII.

Singulæ ſacræ Triadis perſonæ ob cognationẽ divinæ maternitatis Mariæ originem ab omni puram corruptione exigunt.

153 *QVÆ cognatio Mariæ ex divino puerperio cum tota Triade, ſinguliſque eius perſonis reſultet, ex pluribus Patribus.*

154 *Locus Bonavent. Mariam vocantis Patris Filiam, Filij Matrem, Sponſam Spiritus ſancti, Trinitatis ancillã. Deus quomodo Matri fuerit famulatus. Locus Geneſ. 2. 7. reſpiciens Geneſ 4. 1.*

155 *Locus B. Brigittæ adſtruentis Mariæ indemnitatem ex eo quòd Trinitati domicilium præſtiterit.*

156 *Richardus de S. Laurent. ex eo quòd Trinitatis gloria à Maria quodammodo aucta fuerit. Locus Chryſippi.*

157 *Ex eo quòd requies ſit sãctiſsimæ Trinitatis Maria, arguitur & eius originis indicibilis puritas, & eius gloriæ ineffabilis maieſtas, ex Richardo de S. Laur. qui confert locum Cantic. 3. 7. cum loco Cant. 3. 9. ubi in lectulo Mariæ animũ agnoſcit & eius dignitatem, in ferculo eius corporis nobilitatem.*

158 *Quomodo Pater æternus tanquã proprium munus ſuſceperit originem Mariæ illuſtrare. Pater æternus eam ſua larva induit. Loco Cant. 3. 6. facem præfert locus Exod. 19. 10. per Cyrillum. Explicant præfatum locũ Hailgrinus & Guillelmus.*

159 *Maria deſertum virginitatis quomodo incoluerit, & quo pacto à maledicti ſuſpicione protecta, per eundẽ Guillelm.*

160 *Divina Sapientia nobilitatem Mariæ quomodo curaverit. Locus Ezech. 1. 22. ex Richar. de S. Laurent. & Thaumat.*

161 *Illuſtratur prædictus locus Ezech. ex Cãt. 5. 14. per Hailgr. & Rich. de S. Laur.*

Spi-

162 *Spiritus ſanctus virginis conceptionẽ ornandam tamquam proprium opus quomodo ſibi aſciverit, locus Ildephonſi, locus explicatus Actor. 15. 28. per Rupertum: nomen ſuum Spiritus ſanctus Mariæ indidit. Phraſis eſt ſacræ Paginæ, ut nomen author ab inſtrumento, inſtrumentumque ab artifice mutuetur ad 3. Geneſ. docent Ambroſ. Auguſt. Theod. Caſſian. Hugo de S. Victor.*

163 *Quomodo ex nomine Spiritus ſancti, quod nacta eſt Maria, eius originalis nobilitas arguatur. Deus artificem & inſtrumentum tamquam unicum reum eadẽmet vindicta plectit, locus Gen. 3. 13. ex Ruper. & Chryſoſt.*

164 *Pia deſideria auctoris innoteſcunt, quanta puritas laudatorem Mariæ deceat, per Richardum de S. Laurent. Antiquorum ſanctorũ pietas, qui (ut refert Richardus) intenti dulcedini internæ, qua perfundebantur, ex cognitione ſibi divinitus inſpirata Marianæ excellentiæ, eam alijs non curarunt communicare, non probatur.*

165 *Vita æterna eſt propoſitum præmium Mariæ Scriptoribus, Eccli. 24. 31. per Richard. de S. Laurent. extricatur locus Eccli. 10. 5. & cum vulgato exemplari connectitur verſio Tigurina, ubi Maria ſuam gloriam Scribis ſuis adſcribit, & ipſi ſplendent irradiati gloria Mariæ. In laudibus Mariæ vita æterna delibatur; & in vita æterna beatitudo eſt laus Mariæ, ex Idiota, cuius illuſtrantur verba.*

153 CVm divinus Filius (cum quo æternus Pater, æternus quoque Spiritus ſanctus, quamvis ab eo perſonaliter diſtincti, una natura, & unamet indiviſibilis ſubſtantia ſunt) temporaliter voluerit, Virginis eſſe filius, & appellari, noſtram in eius almo uteri thalamo naturã ſibi adaptans, neceſſum eſt, ut quodam neceſsitudinis ſingularis vinculo, & ſpeciali amoris reſpectu cũ ea connectantur. Quocirca propter hoc ius cognationis varijs epithetis ab Eccleſiæ Patribus Maria commendatur. Heſychius hom. 1. de Deipara accerſit eam: *Vniverſum Trinitatis complementum*, Bonavent. in Hymn. Te Virginem: *Triclinium nobile ſanctiſſimæ Trinitatis*, Cyrillus in Concil. Epheſ. tom. 6. cap. 6. *Trinitas in toto orbe per te glorificatur & adoratur*, Epiphan. de laudibus Virg. *Sponſam Trinitatis*. Iam in ordine ad ſingulas perſonas diverſa nanciſcitur laudum præconia. Heſychius hom. 2. de Deipara eam nuncupat ſponſam Patris. Ildephonſus lib. de perpet. virginit. cap. 1. ſponſam Filij Dei. Eccleſia in officio parvo, *Sacrarium Spiritus ſancti.*

Heſych.

Bonavent.

cyrillus.

Epiphan.

Heſye h.

Ildephon.

154 Divus Bonavent. in Speculo cap. 8. explicans illud Luc. 1. 28. Mariam vocat Patris filiam, Filij matrem, ſponſam Spiritus ſancti, totius Trinitatis ancillam; cuius ſanè verba effugere non debemus: *Iſte ſingularis Mariæ Dominus ſic ſingulariter cũ Maria fuit, quòd etiam ipſam tam ſingulariter Dominam fecit, quòd nec primam ſimilem viſa eſt, nec habere ſequentem: dum ipſa ſingulariter Domini filia, Domini mater, Domini ſponſa, & Domini ancilla facta eſt. Maria eſt enim filia Domini ſingulariter, generoſa mater Domini ſingulariter, glorioſa ſponſa Domini ſingulariter, pretioſa ancilla Domina ſingulariter obſequioſa fuit. Si autem illa tribus perſonis divinis volumus appropriare, poſſumus dicere, quòd Dominus iſte, qui tam ſingulariter eſt cum Maria, ipſe eſt Dominus Pater, Dominus Filius, & Dominus Spiritus ſanctus, Dominus Trinus & unus. Ipſe eſt Dominus Pater cuius Maria eſt filia nobiliſsima; ipſe eſt Dominus Filius, cuius Maria eſt mater digniſsima, ipſe eſt Dominus Spiritus ſanctus, cuius Maria eſt ſpõſa iuſtiſsima: ipſe eſt Dominus trinus & unus, cuius Maria eſt ancilla ſubiectiſsima. Maria certè eſt filia ſummæ æternitatis, mater ſummæ veritatis, ſponſa ſummæ bonitatis, ancilla ſummæ Trinitatis.* Probans autem quòd Maria ſit filia Patris æterni, inquit: *De iſto enim Domino, & de iſta filia accipi poteſt, quod Booz dixit: Benedicta es à Domino filia, quia priorem miſericordiã poſteriore ſuperaſti. Verè benedicta à Domino filia eſt Maria, à ſummo, inquam, Domino, cuius ipſa eſt filia. O verè nobiliſsimi regis nobiliſsima filia, quæ tam multipliciter interiùs ornata es gloria, ut verè de ea dicere poſsit: Omnis gloria eius filiæ regis abintus in fimbrijs aureis circumamicta varietate. Ideò tamquam veriſsimi regis filia ad regnum copioſiſsimè eſt tracta, teſte B. Bernardo, qui ait: Tu filia delicata, & omni gratia plena, charisſima in delicijs tuis tracta es ad gloriam decoris tui.* Iuxta exemplar Vaticani Pſalterij, pronomen *eius*, in verbis Pſalm. 44. 14. *omnis gloria eius*, refertur ad ipſum regem Patrem: Nã vertit ſic: *Omnis gloria eius filiæ regum abintus*, & iuxta hanc translationem ſenſus eſt: omnis gloria regis Patris, gloria eſt filiæ eius Mariæ, quæ illam ab ipſo participat, quantum potis eſt humana creatura: hoc eſt, gloria regis funditur & influit in

Bonavent.

Pſal. 44. 14.

eius

eius filia, quantum illius ipſa capax eſſe poteſt. Vndè & ſi increatum æternumque Patris ſine principio principium communicare non poteſt, ſaltim creatum & mundum communicat. Adſtruens autem Bonavent. quòd Domini Filij ſit mater Maria; ſcribit:

Bonavent. *Attendite, chariſſimi, quòd Dominus iſte, qui tam ſingulariter eſt cum Maria, ipſe eſt Dominus, cuius mater digniſſima eſt Maria. De iſto Domino, & de iſta matre dixit Eliſabeth: Vndè mihi hoc ut veniat mater Domini mei ad me? Mater Dei, mater & virgo mater eſt digniſſima. Ipſa eſt mater, quæ tali filio eſt decentiſſima. Ipſa eſt mater, cui talis filius decentiſſimus fuit; ipſa eſt, qua maiorem Deus facere non poſſet.* Hæc ultima verba appende: Nam ſi Maria in peccatis concepta fuiſſet tota, potuiſſet Deus maiorem, & ornatiorem feciſſe matrem. Confer ergo matrem Dei criminosè generatam cum matre Dei generosè & illibatè formata: & nō ibis inficias hanc evaſiſſe illa dignioré, gratiæ donis cumulatioré. Ac exinde maiorem evincens Mariam ſponsā ſibi devoviſſe Spiritū ſanctū; ait: *Attendite chariſſimi, quòd Dominus iſte, qui tam ſingulariter eſt cum Maria, ipſe eſt Dominus, cuius ſponſa venuſtiſſima eſt Maria. Vndè tam de iſto Domino, quàm de iſta ſponſa exponi poteſt illud Oſee: Sponſabo te mihi in iuſtitia & iudicio, &c. Et ſcies, quia ego Dominus. Ecce pulchra ſponſa, pulchra utique in iuſtitia vitæ, & in iudicio conſcientiæ.* Deveniens demùm ad Mariæ honorificentiſsimū famulatum, cui coniunctus eſt ſupremus principatus; ſic fatur: *Attendite chariſſimi, quòd Dominus iſte, qui tam ſingulariter eſt cum Maria, ipſe eſt Dominus, cuius ancilla devotiſſima eſt Maria: ſicut ipſamet teſtatur dicens: Ecce ancilla Domini. Maria eſt ancilla Domini Patris, Domini Filij, Domini Spiritus ſancti. Quid mirum, ſi Maria eſt huiuſmodi Domini ancilla, cùm etiam filius Mariæ ſit huiuſmodi ſervus, ſecundùm aſſumptam à matre naturam? Ipſe enim in Pſalm. confitetur dicens: O Domine, quia ego ſervus tuus, ego ſervus tuus, & filius ancillæ tuæ.* Addiderim ego; quid mirum, quòd Maria trium hypoſtaſeon unitati ancilletur, cùm Deus ipſe eidem Mariæ ſervitutis, & obedientiæ officia perſolverit? Talis ergo Maria ancilla Triadis, qualis Chriſtus ſervus, qui nunquam tyrannica alterius ſubiectione fuit oppreſſus, & ſolius ſupremum agnovit Trinitatis dominium. Decet enim ſupremi principatus excellentiam, ut qui ei ſubduntur, inferiori imperio famulatus primitias non penderint: ſed puri & immunes ab omni alio ſervitutis iugo inveniantur. Sicque in Chriſto & Maria redintegratur, reparaturque dignitas divini dominij, quæ quondam in protoplaſtis nuper à Deo effictis fuit dedicata. Qui dùm curam mundialis fabricæ creationi impenderet, nomen Dei ſolummodo aſſumpſit; hominis verò formationi deditus, Dominus Deus voluit appellari: *Formavit igitur Dominus Deus hominem de limo terræ*, Geneſ. 2. 7. & inferiùs num. 22. *Et ædificavit Dominus Deus coſtam, quam tulerat de Adam in mulierem.* Quæ divini nominis forma perſeveravit uſque ad Caini nativitatem, qui primus dæmonis ſubiectionē in conceptione didicit: *Adam verò cognovit uxorem ſuam Evam, quæ cōcepit, & peperit Cain dicens: Poſſidi hominē per Deum*, Geneſ. 4. 1. Si vero inquiras, cur in productione gemini protoparētis dominij nomē nomini divinitatis acceſsit: & in eōceptione & ortu Cain ſubticetur, divinitatiſque appellatio ſolùm exeritur? Genuinam puto rationem, quia in bino protoplaſto nomen divinæ poteſtatis ſuam authoritatem, & decentem apparatum recognovit: non enim Adami & Evæ ſubiectionem extraneum aliud imperij ius profanarat, & ſtuprarat, nam pura, & (ut ita dicam) virgo ab omni extranei principatus ſubactione divino dominio oblata eſt; ſic digna ſanè effecta, de qua divina ſibi blandiretur poteſtas. Atverò Cain primus fuit, qui in generatione ignominioſum dæmonis ebibit famulatum, primoque in illo peccatum regni ſui iura obtinuit, & tamquàm Dei dominium eum ſibi ſubdi detrectaret, qui prius alterius eſſet ditionis virgam expertus, nomen ſuum occuluit; & Dei tantùm nomen inductum eſt: *Poſſidi*, inquit, *hominem per Deum*: nec ait, per Dominum Deum, quæ formula à protoparentum productione iugiter inviolabiliterque fuerat obſervata.

Gen. 2. 7.

155 Beata Brigitta ſerm. Angel. cap. 20. ex eo, quòd domicilium ſuum & manſionem in Virgine beata Trinitas collocarit, quemadmodum collocavit in Chriſti anima, quando infuſa fuit in corpus de carne virginis per Spiritum ſanctum præparatum, cenſet ipſam participem effectam omnium gratiarum & munerum, quæ à divina largitate in puram creaturam ornandam proficiſci poſſunt: ſcribit enim: *Tunc denique ipſam Virginem tota cœleſtis curia ſummis laudibus exaltabat, ideò quòd ſua voluntas eius animam ita adornaverat; quòd ſua pulchritudine omnes creaturarum pulchritudines excellebat propter quod & ipſi Creatori ſimillima apparebat. Hæc ergo glorioſa animæ ſedes glorifica ipſi Trini-*

B. Brigit.

ni-

nitati propinquiſsima ab æterno conſtituta erat. Nam ſicut Deus Pater erat in Filio, & Filius in Patre, & Spiritus ſanctus in utroque, quando Filius poſt humanæ carnis ſuſceptionem in ſuæ matris utero, cum humanitate, & divinitate quieſcebat, Trinitatis unione penitus indiviſa, ac matris virginitate inviolabiliter conſervata, ita & ipſe Deus benedictæ Virginis animæ manſionem Patri, & Filio, & Spiritui Sancto proximam ornavit, ut omnium bonorum, quæ à Deo donari poſſunt, ita particeps haberetur. Expende verba illa, *omnium creaturarum pulchritudines excellebat.* Et conſequenter Angelicam perfectionem, quæ á felicibus nobilis creationis auſpicijs inchoarat: nec enim gratiam excederet ſupernarum virtutum, quæ in originali ab illis ſuperabatur. Item & verba illa: *Propter quam & ipſi Creatori ſimillima apparebat.* Demùm & illa: *Huic ergo glorioſæ animæ ſedes glorifica ipſi Trinitati propinquiſsima ab æterno conſtituta erat:* ubi divinitus accepit Brigitta, ex eo, quòd ſacræ Deiparæ ſolium in cœlo fuerit adornatum divinæ Triadis throno propinquum, omnem excellentiam, dignitatiſque maieſtatem, quam divina poteſt elargiri potentia, ipſam fuiſſe nactam.

156 Richardus de S. Laurent. lib. 2. de laudibus B. Mar. in principio, tradens rationes, ob quas noſtrũ obſequiũ & cernuã ſervitutẽ Maria iure ſibi efflagitet, quartã aſsignat, quia totius Trinitatis gloria ex Maria, & per Mariã ſuſcipit incremẽta. Nec enim credi poteſt, Trinitatis conciliũ permiſsũrum labefactandã, & obſcurandam aliquando Virginis gloriam, in qua deſtinarat maieſtatis ſuæ nitorem glorioſiori quadam pompa amplificandum, ſeu uberius manifeſtandum; inquit enim: *Quarta: quia per ipſam, & in ipſa, & ex ipſa augetur gloria Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. Vndè in Pſalm. 47. Magnus Dominus, & laudabilis nimis in Civitate Dei noſtri in mõte Sãcto eius. Licèt enim in omni creatura ſit Deus magnus, & laudabilis nimis, tamen nominatim dicitur magnus & laudabilis nimis in Civitate Dei noſtri, quæ eſt Maria; de qua dicitur Pſalm. 86. Glorioſa dicta ſunt de te, Civitas Dei:* & ut propriè dicatur, gloriam Trinitatis per Mariã innoteſcere amplius, ſeu augeri, acceſsionemque maieſtatis illi fieri, oportet ut grãde aliquod ſingulareque opus in illa extruxerit, ſpecialique privilegio eam inſtruxerit, quo præ omnibus creaturis in ipſa laudabilis, & magnus inveniatur Deus, & prædicetur. Hoc fortaſsè expoſuit Chryſippus Presbyter Ieroſolymit. cùm ea explicans verba Pſalm. 44. 12. *Et concupiſcet rex decorem tuum*, hom. de Deipara ait: *Ipſe Pater te ſibi ipſi deſponſavit; Spiritus autem coëfficiet ea, quæ ad diſpenſationem pertinent, & Filius ipſum Templi tui decorem aſſumet.* Ergo Spiritus ſanctus ea perfecit in Maria, quibus idonea inveniretur cœleſtis Patris ſponſalibus, tantaque pulchritudine, venuſtavit, ut divinos ea oculos ineſcaret, & illaquearet, dulcique violentia raperet; & quomodo tibi ſuadebis, Sanctum Spiritum, qui Mariam ornandam ſuſceperat, incuria in eius conceptione oſciraſſe, eamque reliquiſſe fœdari? Abſit á te. Nam ita ab omni labe cuſtodivit & communivit immunem, ut Filius eius carnem aſſumens decorem ſibi circumdediſſe videretur: ideò Chryſippus ait: *Et Filius ipſum Templi tui decorem aſſumet.* Decorem appellat Mariæ carnem, non decoram: nõ pulchram dumtaxat, ſed ipſam pulchritudinem. Nam ſicut in decore nulla eſt deformitas, in pulchritudine nulla feritas; in Maria nulla unquàm præivit turpitudinis inordinatio.

Richard.

Chryſippus

157 Richardus de S. Laurent. lib. 10. de laudibus B. Mar. illud explicans Cant. 3. 7. *En lectulum Salomonis ſexaginta fortes ambiunt, &c.* Ex eo, quòd Maria requiem in ſe præbuerit ſingulis Triadis perſonis, arguit tùm ineffabilem gratiã fabricæ eius, hoc eſt, eius conceptionis prærogativam ſingularem; tùm immenſam gloriæ maieſtatem, ad quam poſt vitæ huius diſceſſum evecta eſt, excepta enim eſt in ipſo Trinitatis thalamo, & eius perſonis veluti inſerta; cum ſingulis veluti unum effecta. Nam filia eſt Patris, Mater autem Filij, Parens autem & Filius veluti in unã ſubſtantiam coëunt, unde quà filia eſt Patris, unum dicitur effici cum Patre; quà mater eſt Filij, unũ videtur reddi cũ Filio, eſt demum ſponſa Spiritus ſancti, & conjugum ſicut una cenſetur caro, ita unus ſpiritus: ſcribit ergo Richar. *Secundùm B. Bernardum per ferculum Salomonis propriè ſignificatur corpus Mariæ, per lectulum anima eiuſdem, in qua beata Trinitas requievit. Non dicitur autem unde factus ſit lectulus, quia ineffabilis eſt dignitas animæ ipſius Virginis. De materia verò ferculi, id eſt, corporis eius, quod per bonã actionem circumferebat, & exercebat, aliquid amplius patet, ſolet autem lectulus in thalamo ſterni, & iuſtiſsimum erat, ut quia beata Virgo hìc facta eſt thalamus, & triclinium totius Trinitatis, ibi hoſpitaretur in hoſpitio Trinitatis. Vndè audacter dicimus, quòd in thalamo Trinitatis collocatus eſt lectulus ille, ut poſt labores, quos ſuſtinuit in præſenti cum Filio, ibi quieſcat in æter-*

Cant. 3. 7.

Richar. de S. Laurent.

æternum. Nota, Richardum duo explicuiſſe Canticorum loca. Primum de Mariæ
Cant. 3. 7. anima: *En lectulum Salomonis, &c.* cap. 3. 7. Secundum, de eius corpore: *Ferculum*
Cant. 3. 9. *ſibi fecit Rex Salomon de lignis Libani; columnas eius fecit argenteas; reclinatorium aureum, aſcenſum purpureum: media charitate conſtravit propter filias Ieruſalem*, Cant. 3. 9. Et inter lectulum & ferculum id diſcriminis invenit, quòd nulla exprimitur materia, ex qua lectulus ſit fabricatus, ut arguatur Mariani animi dignitas: tot enim divini favoris, & gratiæ munera, & privilegia in eum ornandum, cùm crearetur, confluxerunt, ut eius creatio omnem dicendi copiam ſuperet, nec ullus ſit intellectus, qui digna eius elogia queat concipere, & proferre. Ferculi autem, id eſt, Mariæ corporis materia deſcribitur. Cæterùm, quia pretioſa margarita non niſi egregiâ, & eleganti conchâ debet includi, & nobilis animus corpus ignobile detrectat, & imparatum, ferculum corporis Mariani ex illuſtri, præclaráque materia conſtruitur, nempè ex lignis Libani, auro, purpura & argento. Per ligna Libani intelligit Richardus parentum Mariæ corpora defœcata, & ab omni prorſus vitioſitate purgata, in quibus prævie ad Mariæ conceptionem Spiritus ſancti ignis omnem pravum naturæ infectæ
Richar. de S. Laurent. ſuccum abſumpſerat: *Ad litterã ferculum eſt thronus portatilis; & benè deſignat Mariam. Hoc ferculum fecit verus Salomon de lignis Libani, id eſt de membris aridis & deſiccatis igne Spiritus ſancti ab omni humore nocivo, quod fuit in eius ſanctificatione, quia ut dicit Gregorius; lignum in fabrica cõpetenter nõ ponitur, niſi prius vitioſa eius viriditas deſiccetur. Quæ etiã erat ut ligna Libani, id eſt, infructuoſa, quoad propoſitũ virginitatis, & excelſa per virtutum eminentiam, & hoc in ſe: in Dei autem prædeſtinatione erat ligna Libani, fortia, celſa, ſpecioſa, odorifera, imputribilia, candidata: fortia patientia, celſa ſapientia, ſpecioſa temperantia, odorifera fama, imputribilia perſeverantia, candidata innocentia, & puritate omnimoda.* Et rurſus aliter locum interpretans, inquit Richard.
Richar. de S. Laurent. *Fecit ſibi Rex Salomon ferculum de lignis Libani, per compoſitionẽ ferculi beatæ Virginis privilegia commendantur. Fecit ergo Rex Salomon, id eſt Chriſtus, ſibi ferculum, vel thronum, per quem deferretur ad notitiam hominum, cùm incarnationi ſuæ beatam Virginem præparavit, & eamdem ſibi matrem fecit. Hoc autem ferculum fecit de lignis Libani, & interpretatur Libanus cãdor, vel thus, quia ſanctitatẽ Virginis compegit Dominus ex odore, & candore virtutum. Columnas huius ferculi fecit argenteas, in columnis conſiſtit fortitudo ferculi, &c. Igitur per quatuor columnas deſignatur in matre Domini dulcis ſonus orationis in precibus ad Dominum; ſplendor ſanctitatis ad illuminationem hominum: candor virginitas in matre, pretioſitas maternitatis in virgine.* Per reclinatorium aureum intelligit ſapientiam Mariæ inditam, ineffabilemque divinitatis cognitionẽ, divinitas enim in eius mentẽ requievit, quaſi perfectè & clarè cognita à primo eius conceptionis momento: undè mens eius meritò reclinatorium dicitur. Sic enim interpretor verba, quæ ſubdit Richardus: *Reclinatorium quoque aureum fecit ſibi in ferculo, nam mentem Virginis perfudit plenitudine ſapientiæ, quæ ſignificatur in auro, & ſic illuſtravit cognitione divina, ut meritò dici poſſit, quòd caput ſuæ divinitatis reclinavit in ea.* Addit, per aſcenſum purpureum regiam maieſtatem in Maria præfiguratè ſplendeſcere. *Aſcenſum quoque purpureum fecit Dominus, nam purpura indicium eſt regiæ dignitatis, & Chriſtus per aſſumptionem carnis aſcendit, & intravit in hanc ſedem, & indicavit mundo ſe Regem. Nam in paſſione ſua de ſanguine carnis aſſumptæ ſcripſit in fœmore ſuo, & in veſtimento ſuo. Rex Regum & Dominus Dominantium, Apoc. 19.* Adeóque nobiliter conſtructum inducit Richardus ferculum corporis Mariæ, ut innuat ipſum charitatis (cum qua nullum valet peccatum commorari) claritudine quodammodo fuiſſe coactum, & ſubactum: *Quod autẽ ſequitur: media charitate conſtravit propter filias Ieruſalem, ubi alia tranſlatio dicit: Infra ipſum lichoſtraton charitatem à filiabus Ieruſalem reſumere fecit: ſic intelligendum eſt. Interpretatur ſiquidem lichoſtratos, ſive Gabatha, quod legitur in paſſione Domini ſublime proclivum, deſignatur per media, ſive lichoſtraton ipſa ſedes in ferculo, quæ eſt quaſi quoddam proclivum reſpectu ſublimitatis columnarum. Chriſtus ergo faciendo ſibi ſedem in ferculo, quæ erat media inter ſedem, & ligna ipſius ferculi, charitate conſtravit, id eſt, cõplanavit, vel conſtravit, id eſt, ad inſidendum paravit ſicut equus ſternitur, cùm in eo ſedes paratur. Sedem ergo ferculi ex charitate conſtravit, quia non niſi in charitate manet, reſidet, aut quieſcit. Hoc autem ferculum Dominus ſic fecit, aut ſic diſpoſuit propter filias Ieruſalem, id eſt, propter ſalutem fidelium animarum.* Non videtur mens quieſcere Richardi, donec puriſsimæ conceprionis Marianę, quem diu conceperat, parturiat, ſuſpirat, & diſcruciatur, donec

nec illum enitatur, & cùm iam ad effuſionem prolis approperat, compreſſa Eccleſiæ reverentia, & illius authoritatem tanquam obſtetricem expectans detinetur, & ſæpè ſæpius editum iam fœtum, rurſus ad uterum reducere compellitur. Quamobrē ſubdit: *Mariam fecit ſibi ferculum Rex Salomon, id eſt Chriſtus, quæ eum in utero ſuo nōvem menſibus portavit, de lignis Libani, id eſt, de membris omni puritate candidiſſimis, quoad corpus, & altis virtutibus, quoad animam. Columnas eius fecit argenteas, quæ ſeptem ſunt, ſcilicet ſeptem dona Spiritus ſancti, ſed præter iſtas habet quatuor formatas ab illis. Quarum prima eſt peccati immunitas. Secunda, perfecta humilitas. Tertia, privilegiata virginitas. Quarta, eſt virginalis fœcūditas, &c. Media eius, id eſt, cor, quod eſt in medio pectoris eius, vel concupiſcibilem, quæ eſt media trium virium, conſtravit charitate, id eſt, decoravit, & exornavit, & implevit.* Et iterum paulò inferiùs. *Maria ſicut gratia conceptionis fuit plena, ſic gratia ſanctificationis plena, & perfecta. Ideò non vult B. Auguſtinus, ut cùm de peccatis agitur, fiat mentio de B. Maria.* Et poſt pauca. *Item ligna Libani ſunt cedrina, & habent proprietatem imputribilitatis, & reſpirationem odoris, quo interficiuntur ſerpentes, & talis gloria fuit ſanctificationis Mariæ, ut proprietatem imputribilitatis haberet contra putredinem originalis quoad ſe, & ſuavitatem odoris quoad alios. Et ita fuit eius ſanctificatio ſingularis, & ideò dicit ſe quaſi Cedrum in Libano exaltatam, & propter hoc de ipſa dicitur Iſai. 35. Gloria Libani data eſt ei.* En quia Mariæ animus lectulus eſt, in quo tota Trinitas requieſcere decrevit, nulla eius materia deſcribitur, quia eius creatio inenarrabilis eſt propter prærogativarum, & gratiarum ornamenta, quibus conditus eſt, & in corpus infuſus, ideòque nobile ei prædeſtinatur corpus ex membris candidiſsimis, & omnem originis vitioſitatem dediſcentibus conſtructum, quod quidem dignè, tam auguſtum animum exciperet. Et verè non mirum, quòd divina providentia tam ſolicitè invigilaret in præparando Marianæ animæ corpore peræqua in claritudine proportione ei correſpondenti; quippè, quæ in cœlo ipſi Mariæ animæ thalamum inacceſſibilē Trinitatis, in quo in æternū quieſceret, præparavit: Et quis, quæſo, eſſet divinæ Sapientiæ ordo, ſi anima Mariæ cœlos ingrediens ipſum Trinitatis hoſpitium ſibi præornatum inveniret: & vitam ingrediens exciperetur in corporis ferculo ignobili, turpi, & ſqualido, & dæmonis charactere obſignato? Vndè meritò alta mente rem pertractans Richardus, ubi ſuprà, ſcripſit: *Maria dicitur ferculum, quia qui portatur in eo, eius elevatione elevatur, depreſſione deprimitur; ſic quidquid laudis, & blaſphemiæ in Beatam Virginem dicitur, vel agitur, in Salvatorē redundat.* Richar. de S. Laurent. Et ſanè cùm Marianum corpus Mariani animi ferculum ſit; animus verò lectulus, in quo Trinitas deliciatur, & quieſcit, quando evehitur lectulus, evehitur Trinitas; hoc eſt, quando Mariæ gloria & nobilitas effertur, gloria commendatur Trinitatis: cùm verò lectulus humiliatur, humiliatur Trinitas; hoc eſt, cùm quid indignum, & humile de Maria cogitatur, vile quid & abiectum de Trinitate concipitur. Etenim Mariam in ſuæ potentiæ & gloriæ ſplendidam oſtenſionem condidit Trinitas.

158 Hinc eſt, quòd ſingulæ Trinitatis perſonæ ſe honori præfecerint Mariæ, & tamquā proprium munus ſuſceperint eius inclytam originem adſtruere & firmare. Et in primis Pater æternus Mariam ſui larvâ, aut perſonâ induit, eoque typo contexit & inſignivit, quo immaculatam ſuam ſubſtantiam inacceſſamque maieſtatē voluit quondàm dignoſci, & indicari. Nam ſponſæ ſodales Mariam demirantes dixerunt: *Quæ eſt iſta, quæ aſcendit de deſerto, ſicut virgula fumi ex aromatibus myrrhæ & thuris, & univerſi pulveris pigmentarij?* Cant. 3. Can. 3. 6. 6. vertit Symmach. *Sicut evaporatio fumi.* Symmach. Aquila verò, *ſicut ſimilitudo fumi ex ſuffimento.* Aquila. Mirum ſanè divini ingenij invētum eſt, quòd Maria ſurgenti aſsimiletur fumo, qui ex odorato pulviſculo carbonibus iniecto exhalatur: quique naturâ ſuâ in pyramidis conum aſcendit, & quò fit altior, eò tenuior & acuminatior videtur. Pro intelligentia loci huius perlege cap. Exod. 19. 10. Vbi Deus Moyſen alloquens ait: *Vade ad populum, & ſanctifica eos hodie, & cras, laventque veſtimenta ſua, & ſint parati in diem tertium: in die enim tertia deſcendet Dominus coram omni plebe ſuper montem Sinai. Conſtitueſque populo terminum per circuitum, & dices ad eos: Cavete, ne aſcendatis in montem, nec tangatis fines illius, omnis, qui tetigerit montem, morte morietur.* Et num. 17. *Cùmque eduxiſſet eos Moyſes in occurſum Dei de loco caſtrorum, ſteterunt ad radices montis. Totus autem mons Sinai fumabat, eo quòd deſcendiſſet Dominus ſuper eum in igne, & aſcenderet fumus ex eo quaſi de fornace, eratque omnis mons terribilis.* Exod. 19. 10. En quomodo, cùm Deus pater oſtentare ſtuduit velut ſuperbum omniumque perterrentem animos maieſtatis ſuæ apparatum, naturæque ſuæ ineffabile,

& inacceſſum ſacramentum fumo undique obvolvitur tamquam aptiori, illuſtrioriq́ue perſonæ ſuæ inſigni; itaque fumus nota erat inclyta, nobileq́ue exerebatur paternæ ſubſtantiæ coruſcum, à quo ita procùl debebãt abſcedere, qui ſemel ſe peccati ſorde impiarũt, ut cõpellerẽtur abſiſtere procul, metaq́; eis eſſet cõſtituta, qua cõpreſsi quãvis ſedulò mundati, & ſanctificati fumantis radicẽ montis nõ attingerent. Itaq́; ſimul fumus ille ſpecies erat, & index naturæ nunquam corruptæ, ſanctitatis ſemper puræ, & à ſuo principio illibatæ; quæ ideò ſanctificationem detrectabat, lõgèque à ſe diſpeſcebat, quę peccati maculis ſucceſſerat. Sic locum hunc explicat eleganter Cyrillus in Collectan. ſuper Exod. cap. 17. *Mons autẽ erat ad terrorem quidem craſsi populi, cui non erat ſpiritus filiorum adoptionis, ſed ſervitutis, ad terrorem eius, qui violenter, & non voluntariè Deum colit, ad expurgationem autem iuventutis: eſt enim quidẽ ignis purgatorius. Fumus autem facilè innuebat arcanum divinæ naturæ.* Fumo igitur paterna authoritas accingit ſe undique & obvallat. Fumum tamquam dignius ſui iudicium & ſpecimen aſſumit: fumum ſanctitatis & puritatis intemeratæ declarat ſtemma, & tunc ſub fumo vult Mariam à ſodalibus conſpectari, quæ meritò eam demirantur aſcendentem æterni Patris larvâ perſonatam, & ſuæ mundiſsimæ originis puritatem præferentem, & prædicantem. Quapropter Cardinal. Hailgrinus eam cõſiderans adumbrari ſub fumi virgula ſubtili, gracili & delicata, & ab omni craſſa materia extenuata & defœcata, eius originalem munditiam agnovit. Nam fumi agilitate, & pernici celeritate aſſerit, eam primæ maledictionis ſupervolitaſſe, ſuperfugiſſeq́ue veſtigia: *Sicut virgula fumi, quia fumus agilis ex calore ignis naſcitur, & in ſublime evectus humano ſe ſubſtrahit aſpectui. Beata Virgo agilis fuit, quia levi curſu, agili ſaltu velut binnulus omnium vitiorum ſpinas & foveas tranſilivit.* Et ne ulla ambigendi rimula remaneret, quod in præſenti Mariæ originalis nobilitas ſignaretur commendata, non ſimpliciter ſub fumo inducitur paternæ maieſtatis ſymbolo: ſed ſub fumi ſuffimento, *ex aromatibus myrrhæ & thuris, & univerſi generis pigmentarij*: per odoramenta, vel pigmenta intelligunt ſacri Patres ſpiritualia virtutum aromata, quæ à Deo tamquam à cœleſti ſeplapſario communicantur. Cùm autem dicit fumum, qui Mariæ typus eſt, exhalatum & ſpiratum ex univerſo genere pigmentarij; innuit, nullum eſſe virtutum aroma, nullum cœleſtium gratiarum pigmentum, quo divinus unguentarius illum fumum non confeceric: atque idcircò originali gratia, & quam nulla præmiſit labes, eum condiviſſe. Sic Guillelm. *Denique, quia nihil deeſſe potuit ſpiritualium aromatum ei, quæ genuit fontem chariſmatum, ſequitur, univerſi pulveris pigmentarij: Pigmentarius iſte eſt ipſe Deus: undè Iacobus Apoſtolus: Omne datum optimum, & omne donum perfectum deſurſum eſt, deſcendens à Patre luminum; quaſi diceret: omne ſpirituale pigmentum à ſummo pigmentario eſt: & alibi: Si quis indiget ſapientia, poſtulet à Deo, qui dat omnibus affluenter, & non improperat. Quaſi dicat: ſi quis illo, vel alio ſpirituali pigmento opus habet, poſtulet à ſummo illo pigmentario, qui ſibi non minuit, dùm alijs tribuit.* Guiliel.

159 Præterea ex hoc loco, nec obſcurum, nec tenue argumentum depromes pro Mariæ inſigni origine fulcienda: non enim abſque myſterio viſa eſt Maria à fidelibus animis per deſertum aſcendere: inquiunt namque: *Quæ eſt iſta, quæ aſcendit per deſertum?* Probat enim hoc nomen, tantæ curæ fuiſſe divinæ Sapientiæ Mariam ab omni liberam evincere maledictione, immunemq́ue, ut potentiam ſuam acciverit, miraculaq́ue ab ea diſtrinxerit, ut Mariam nõ ſolùm à vera maledictione, ſed à putativa, & exiſtimata vendicaret; nec otioſa cenſet virtutis ſuæ portenta, ut maledicti, vel levẽ ſuſpicionem ab ea protelet. Autumo ſanè virginitatem in præſenti deſertum appellari. Quondam enim nihil erat tam invium humanis veſtigijs, nec tam hominibus vacuum, quàm virginalis profeſsio: nullum enim habebat indigenam, & ſi alicuius frequentabatur incolatu, non ſanè qui ſpontè virginitatis ſolitudinem ingrederetur; ſed alicuius præcepti ſtimulo actus: undè ſteriles maledictione cenſebantur taxatæ, iuxta illud: *Maledictus qui non fecerit ſemen in Iſraël.* Nec tamen credas, virginitatem ſecundùm ſe, tunc Deo exoſam, ſic enim ſemper Deo grata, ſemper excellens fuit, ſed ſecundùm æſtimationem hominum illius ætatis: quæ in cauſa fuit, ut filia Iephte, quã impium patris votum, impiæ magis neci devoverat, mortem menſes duos deprecaretur, ut lamentis & lachrymis ſe ab huiuſmodi maledicti ſorde luſtraret; & quaſi hæc non ſuffeciſſent, ad tam grandis maledictionis expiationem; quotannis filiæ Iſrael coëuntes luctibus ſe proſcindebant, ut eiuſmodi maledictionis piaculum prorſus maneret abolitum: *Exindè mos increvit in Iſraël, & conſuetudo ſervata eſt, ut poſt anni circulum conveniant in unum filiæ Iſraël, & plangant filiam Iephte Galaadi-* Iudic. 11. 39.

tæ diebus quatuor, Iudic. 11. 39. ſola ergo Maria inventa eſt deſerti virginalis incola, quod coluit ſpontaneè, & voluntario voto ſe ad huiuſce ſolitudinem cõſecravit; mallens ſub exiſtimato maledicto eſſe, quàm virginitatis gloriam deflorare. Ideò ſodales in demirationem raptæ confabulabantur: *Quæ eſt iſta, quæ aſcendit per deſertum?* id eſt, quæ eſt iſta, quæ deſerti virginitatis indigena ſola inventa eſt? ſed Deus, qui conſcivit Mariam, vel exiſtimato maledicto non ſuccumbere, eamque vel ab ipſius ſuſpicione liberare, theſauros potentiæ ſuæ evolvens ingens patravit prodigium, quo Maria & virgo & fœta videretur: ſicq; effugeret eiuſmodi maledicti opprobriũ. Perpende, quantum æſtimet Deus totius maledictionis expertem Deiparam ſuam poſſidere, ut non dubitet potentiæ ſuæ opulentiores expenſas, ut eam ab opinione maledicti eximat, inſumere. Perbellè ſanè Guillelmus: *Nihil hìc aptius per deſertum, quàm virginitas figuratur. Quid enim illis diebus tam neglectum, tamque deſertum, quàm virginitas? Da mihi unam, vel unum illius temporis, qui titulo virginitatis effulſerit, & quidem nulla ſanctarum fœminarum legitur virginitatem amplexa: dùm ratio temporis officium propagationis expoſceret. Porrò aliqui ſanctorum virorum, pauciſſimi tamen, eo tempore virginitatem ſervaſſe creduntur, ſed iuſſam magis, quàm ſponte oblatam. Denique Ieremias de ſervanda virginitate præceptum Domini habuit, dicentis: Nõ accipies tibi uxorem, & non erunt tibi filij in loco iſto. Atque hinc præſumitur, quòd ſi qui alij eo tempore virginitatem ſervaverunt, præceptum Domini ſuper hoc ſimiliter habuerunt. Vndè nec in ea, quaſi in re excellenti tam inſignes eſſe potuerunt. Nullus enim prophetarum tunc dicebat, quod nunc dicit Apoſtolus: De virginibus præceptum Domini non habeo: conſilium autem do. Non enim tunc virginitas quaſi res conſilij excellebat, nec aliquis eam per votum Deo offerre audebat: propter illud: Maledictus, qui non fecerit ſemen in Iſrael: Illis nimirùm exceptis, quos huic maledicto mandatum Domini exceperat. Proinde parum eſt, quod dixi virginitatem tunc temporis non eſſe rem conſilij, erat enim res maledicti. Vndè filia Iephte in ætate nubili ſine filijs moritura in Iſrael, virginitatem ſuam per duos menſes flevit in montibus, expians ſcilicèt hoc modo maledictionem ſuam, & quoniam lamentatione propria à tam gravi maledicto non penitus expiata videbatur; conveniebant filiæ Iſrael ſingulis annis, & ſolemni luctu expiabant eam per dies quatuor: ecce virginitas illis temporibus præ amore ſobolis & metu maledicti, quàm exoſa & abominabilis, & quàm deſerta res fuit, & ideò rectiſſimè per deſertum hoc loco ſignificatur. Maria Princeps per hoc deſertum aſcendit, quia ad ſingularem inter fœminas excellentiam excrevit, quæ prima hominum Deo omnipotenti immaculati corporis, ac cordis ſacrificium obtulit; mallens utique ſubiacere maledictioni, quàm libidinoſæ corruptioni; Deus verò primam, ac præcipuã virginitatis æmulatricem inſigniter ſubduxit maledictioni, dando illi ſalva virginitate ſemen in Iſrael, & benedictionem ampliſſimam; benedictionem omnium gentium dedit illi, quãdo ſingulari miraculo fecit matrem Dei. Amore incorruptionis parata erat à ſua gente elogium maledictionis incurrere, & ecce ſalva incorruptionis gloria totus ei mundus proclamat; Benedicta tu in mulieribus: ſic enim aſcendit ex deſerto.* Cogita, quantum Deus exhorruerit veræ maledictionis incurſionem factam in Mariã, quoſvè non impenderit gratiæ ſumptus in ea ab illa præſervanda & præmunienda; cùm potentiæ ſuæ theſauros effuderit, ut Mariam à probroſa hominum æſtimatione & maledicto putativo indemnem præſtaret.

160 Dehinc filius matris utero tamquàm regio throno ſuo inſidens cœleſtem in illa dedicat munditiem, ſidereumque ornamentum: eamque oſtentat Angelicis humeris vectam, & evectam velut originem illis ſuperiorem nactam, adeòque pulchrã & ſplendidam, & virtutum colore & nitore variegatam, ut ipſe regiam exerens maieſtatem à Mariæ repercuſſo iubare, & radiorum reſultu coronam ſibi glorioſiſsimam fingat, & gloriæ ſuæ oſtentui valdè conſentaneam. Tanta enim eſt gloria Mariæ à filio indita, ut ex ipſius ſplendoribus decorem ſibi filius accumulet, & verè regium venuſtiſsimumque ſpiculorum luminis ſatellitium paret. Obveniat tuæ mentis oculis divinus filius, eo gloriæ apparatu inſtructus, quo ſe Ezechielis obtutibus præſentavit. Quem locum licèt uberius ſuprà expoſuerimus aliquo novo ſalis lepore cõditum, rurſus poteris deguſtare: *Et ſimilitudo ſuper capita animalium firmamenti, quaſi aſpectus cryſtalli horribilis & extenſi ſuper capita eorum deſuper; ſub firmamento autem pennæ eorum rectæ alterius ad alterum, unumquodq; velabat corpus ſuum, & alterum ſimiliter velabatur,* cap. 1. 22. & num. 26. *& ſuper firmamentũ, quod erat imminens capiti eorum, quaſi aſpectus lapidis ſapphiri ſimilitudo throni, & ſuper ſimilitudinem throni, quaſi aſpectus* Ezech. 1. 22

ctus hominis deſuper. Et vidi quaſi ſpeciem electri velut aſpectum ignis intrinſecus eius per circuitum à lumbis eius deſuper, & à lumbis eius uſque deorſum, vidi quaſi ſpeciem ignis ſplendentis in circuitu: velut aſpectus arcus, cùm fuerit in nube in die pluviæ, hic erat aſpectus ſplendoris per gyrum. Itaque alata animalia pennis corpora contegentia cœlicolas ſpiritus deſignabant, horum capitibus ſuperſtratum innixumque cryſtallinum pavimentũ ſapphirinuſque thronus ſuperpoſitus B. Deiparam, qui verò ſimilitudinẽ aſpectus hominis præferebat ignei à foris, & intriſecus Chriſtum Dominum; arcus autem verſicolor in gyrum illius ſplendicans, eumque velut circumamiciens ex repercuſsione, ſeu reflexu radiorum, quos cryſtallus firmamenti ignis lumine percuſſa intorquebat, conflabatur, ſi fides habenda eſt Plinio lib. 37. cap. 9. ubi de Ceraunia gemma agens, quæ cryſtallina eſt, ſcribit: *Itaque quidam radicem cryſtalli eſſe dixerunt. Vocatur ex argumento iris. Nam ſub tecto percuſſa ſole ſpecies & colores arcus cœleſtis in proximos parietes eiaculat.* Itaque in huius ſpectaculi pompa & maieſtatis conſeſſu, Maria in cryſtallo ſapphiroq; aureis punctis diſtincto & collucente, referenteque cœleſtem nitorem inducitur figurata. Itaque ſapphirus radijs diſcretus pariter & Mariæ & ſpeciem cœli exprimit ſideribus velut punctis intexti, ut nihil de Mariæ æſtimes terrenum, nihil fictile, nil ſordibus obnoxium, ſed æthereum prorſus, cui ab origine nihil impurum, inſertum, aut immixtum eſt. Deindè ſicut cryſtalli firmamentum thronuſque ſapphiri animalium, hoc eſt, Angelicarum virtutum capitibus ſuperponitur, ita ſimilitudo aſpectus hominis throno ſapphirino; ut perdiſcat, quantum Maria à Chriſto Domino, illa in throno, hoc in aſpectu igniti hominis præmonſtrato: tantùm à throno, hoc eſt, à Maria cœleſtes intelligentias ſuperatas; & quemadmodum nulla eſt in Chriſto pulchritudo, nulla gratiæ exellẽtia, quæ ſingillatim Mariæ venuſtatem & excellentiam non antevertat; ita in Maria nulla eſt gratiæ ſingularitas, nullus divini muneris favor, qui Angelicæ perfectionis prærogativas non anteſtetur. Vndè ſicùt purior & mirabilior eſt origo Chriſti, quàm matris: ita Mariæ nobilior & ornatior conceptio, quàm ſpiritualis ſubſtantiæ formatio; ſed tamen non nihil invenio diſcriminis. Nam in cryſtallo & ſapphiro Mariam exprimentibus Chriſtũ inſtar throni baiulantem, nihil eſt, quod cõfuſio tegat, quod rubor abſcondat, quod erubeſcentia prodere vereatur: omnia in illis confidentiam obtinent coram Deo: Atverò animalia, hoc eſt, ſacri ſpiritus Mariani throni geruli (nam ipſorum capitibus thronus imponitur) quaſi præ nimia diffidentia perfectionem ſuam coram illa oſtẽtandi: (quæ è regione Marianæ pulchritudinis imperfectio ſibi viſa eſt) corpus alis occulendo & celando confuſionẽ ſuam aperiunt. Vndè Grãdis Greg. apud Gloſ. in hoc alarũ velamento, quo obvolvuntur Angeli, defodit imperfectionis ſuæ, ſeu exilioris perfectionis cognitionem. Quare ex ea nos monet, ut coram peccatis noſtris humiliati de illis pœnitentiam excitemus. *Hìc indicatur, qui pennas alter ad alterum tendebant, & duabus alis corpus proprium velabãt, quia ſic debemus virtutes, quas accepimus, alijs impendere, ut peccata noſtra non deſinamus cautè cogitare, & quotidiè per timorem & pœnitentiam plangere, his enim alis corpus velatur.* Ergo Angeli gloriam Mariæ, quam circumferunt capitibus impoſitam, id eſt, cognitioni ſuarum mentiũ obiectam, ſpeculantes, & ſuam cum illius venuſtate metientes, quaſi informes, & fœdi ſibi appareant, latebras quærunt, & ad alarum latibula confugiunt. Vberiùs. Tanta coram filio apparet Mariæ ſpecies, tam eximia eius pulchritudo, ut ex eius ambiat radijs coronari; quò uberius maieſtatis ſuæ apparatum exornet. Vndè ſicùt Solis iubare cryſtallum feriente, ex illa ſtatim ſpecies cœleſtis arcus efformata reſultat proximam in orbem illuſtrans regionem; ſic ex igneo ſplendore aſpectus Chriſti in cryſtallum, hoc eſt in Mariam, invecto, protinùs illa luminoſos reſultus immittit, quibus mille coloribus pictam fingit irim, & glorioſo curvamine circuit Chriſtum, & tingit. Non enim Chriſto ſua ſibi gloria ſatis formoſa obijcitur & ornata, niſi ex Mariæ pulchritudine reſiliente tingatur. Gemina nobis ſubventat anthoritas, & Richardi de S. Laurent. & Gregor. Thaumatur. Ille enim lib. 10. de laudibus B. Mar. explicans illud Apocal. 4. 2. *Et ſtatim fui in ſpiritu; & ecce ſedes poſita erat in cœlo, & ſupra ſedem ſedens, &c.* inquit: *Et nota, quòd prius dixerat, fui in ſpiritu, & hìc dicit, fui in ſpiritu, plus ſcilicèt quàm antè: & in hoc notatur utilitas viſionis, quia ſtudendo, & vacando cognitioni Virginis gratia augmentatur. Et ecce ſedes Maria, in qua reſedit maieſtas Deitatis, poſita erat in cœlo. Sedes ergo Maria, ſedens Dei Filius ex ea carnem aſſumens; eius enim ſeſsio eſt incarnatio. Vndè & dicit Patri Pſal. 136. Tu cognoviſti, id eſt approbaſti, ſeſsionem meam, id eſt, incarnationem meam in Virgine. Vbi autem eſſet hæc ſedes poſita, dicitur Ezech. 1. Et vidi, & ecce ſuper firmamẽtũ, quod*

Plinius.

Gregorius.

Richard.

quod erat imminẽs capiti animalium, quaſi ſimilitudo throni, id eſt, Beata Virgo, quæ eſt thronus, id eſt, ſedes regia. Et ſupra ſedem ſedens, Chriſtus ſcilicèt ſua virtute eã continens, & mateſtate præcellens, quod notatur per hoc, quod dicitur ſuprà. Diluciduis autẽ Thaumaturgus ſerm. 1. de Annuntiat. Angelum Paranymphum inveheus Mariam affantem: *Tu omni creatura humana glorioſior, ac purior, ſanctiorque, effecta es, ac nive quidem candidiorẽ habens mentem, quovis autem auro quantumvis probato purificatum magis corpus Ventrem verò, qualem Ezech. vidit, & quale recenſuit talia dicens: Et quaſi aſpectus cryſtalli formidabilis, & ſimilitudo throni ſuper ea, quaſi aſpectus lapidis ſapphiri, & ſuper thronum tanquam ſimilitudo hominis, & quaſi aſpectus electri, & intrinſecum eius velut aſpectus ignis per circuitum. Perſpicuè ergo Propheta natum ex B. Virgine in figura, ac umbra cernebat, quem tu Sancta Virgo portare non poſſes, niſi omni gloria, atque virtute coram throno coruſcares* Libra hæc ultima verba: *Niſi omni gloria, atque virtute, &c.* Ventrem ergo Mariæ thronũ ex ſapphiro nitentẽ cẽſet Thaum.

Thaumat.

161 Cuius ſi illuſtrare velis mẽtem, ex eaque Virginem ſplendidam proruſque cœleſtem originem nactam conciſcere, è conſpectu loci huius Ezech. in quo Mariæ alvus ſapphirina commendatur, effer locũ illum Cant. 5. 14. ubi ſponſa ſpõſi ſui elogia pangens, inquit: *Venter eius eburneus, diſtinctus ſapphiris*: & inſpicies, Mariæ dignitatem Filij dignitati & excellentiæ ſimillimã; ſub uno, eodemque ſapphiri colore & nitore uterque concluditur. Vt innoteſcat, ſingulas Filij excellentias, quarũ capax Mater eſt, ei impertitas. Alter enim alterius cogitãs edicere præconia, mutuò ſibi in cõceptibus obviant. Nã Matri Filium laudare conãti nil amplius elogij occurrit, quàm quæ Filius de ea prædicare deſtinavit. Nec Filio Matrem cõmendare cõtendẽti allubeſcit alia ei encomia attribuere, quã quæ ut propria accepit à Matre. Quod verò in ventre ſponſi eburneo, incluſiſque; ſibi ſapphiris exornato Chriſti originalis ſtatuatur & evulgetur nobilitas, teſtatur Card. Hailgr. *His verbis caro & humanitas Chriſti cõparatur, imò & præfertur nõ tantùm hominibus, ſed & Angelis. Vẽter cæterorũ terreus eſt, in quo per luxuriã repit ille ſerpẽs, cui dictũ fuit: Super pectus tuũ gradieris, Gen. 3. 14. & ideò corruptibilis eſt: ſed Chriſti venter eburneus eſt, cum cuius carne nata eſt virginitas candidiſima, ſicut cũ ebore candor puriſimus: Chriſti venter nõ terreno lutu aſperſus, ſed ſapphiris, hoc eſt, Angelicæ naturæ notis decoratus.* Itẽ Guillelm. *Sed audi, quòd vẽter ſponſi eſt quoque diſtinctus ſapphiris. Sapphirus gemma pretioſiſsima eſt coloris quaſi cœli purioris. Vnde ſcriptum eſt. Quòd ſeniores Iſrael viderũt ſub pedibus Dei, quaſi opus lapidis ſapphirini, & quaſi cœlũ, cũ ſereno eſt. Venter itaque ſpõſi eſt eburneus, eo quòd in ſe nitorem, & ſoliditatem habet, & ad ſummũ decorem ornatur ſapphiris. quia exemplar cœli nobis exhibens cœleſti colore gloriosè refulget.* Vide mihi, quomodo Filius ſtudet, ſe & Matrem ſub eo ſimilitudinis involucro, ſeu imaginis larva pariter cõprehẽdi, ut ſapphirus, qui ſuæ nobilis originis index exiſtit, ſimul & maternæ ingenuitatis originariæ nota evadat. Vnde cùm ventrem ſuũ ſentiat ſapphiris variũ prædicari, apud Ezechiel. ventrem Mariæ totum ſapphirinũ oſtendit. Atverò Richar. de S. Laurent. lib. 5. de laudib. B. Mar. præindicatum locum Cant. de Filio & Matre exponendũ arbitratur, & ſub eiſdem verbis tã Filium quàm Matrem cõmẽdari: *De ventre Chriſti ait Mater Cãtic. 5. Venter illius eburneus diſtinctus ſapphiris, & poteſt cõgruè exponi de utero Virginis. Venter eius non eſt ut alij ventres, in quibus repit diabolus pectore & vẽtre Gen. 3. ſed eburneus per virginitatem. Nã ſicut cum ebore naſcitur candor eius, ſic cũ carne Chriſti & Mariæ natus eſt candor virginitatis, & quia ſapphirus cœleſtis coloris eſt, dicitur venter Matris & Filij diſtinctus, id eſt, pulchrè notatus ſapphiris, id eſt, quibuſdã cõformitatibus cum Angelica natura, quæ notatur in ſapphiro.* Inter quas præcipua cenſenda eſt incorruptibilitas originaria mẽtis. *Hoc itaque decore multiplici ſignati ſunt venter Matris & Filij, & à ventribus cæteris diſtincti. Nã in carne utriuſq; fuit virginitas incorruptibilis, & tã in carne Filij, quàm Matris nullus motus, qui à Dei beneplacito diſcordaret. Alia translatio* (nempè LXX) *munditiam carnis Chriſti, & ipſius virginis, non tantũ aſſimilat Angelicæ munditiæ, ſed etiã præponit dicẽs: Venter eius, id eſt, Filij vel Matris ſicut pixis eburnea ſuper lapidem ſapphirum.*

Cãt 5. 14.

Richard.

Hailgrin.

162 Iam ad Spiritum ſanctũ deproperemus, qui tanquã propriam ſuſcepit provinciã Mariæ conſulere honori, illibatãq; eius vendicare claritudinem. Quapropter Ildephonſ. lib. de perpet. virginit. Mariæ ſtatim in princip. ait: *Pro ea verò dimicare ac vincere opus eſt Spiritus ſancti, & virtus Altiſſimi, qui eã obumbravit*, & verè non mirum, quod Mariæ propugnatio, & apologema cura & opus Spiritus ſancti

Ildephonſ.

sit, cùm in Mariã tutandõ proprio decori & gloriæ prospiciat. Nã Mariam in fastigium maiestatis adeò sublime & augustũ evexit, ut nomẽ illi proprium suũ indiderit, & sub propriæ appellationis nomẽclatura illam exceperit, & quo pacto credẽdum est, Spiritum sanctũ permisisse eam, quã sui nominis fecerit participẽ, conscieritque Spiritum sanctũ quoque appellari, primi praculi, & damoni famulatus extitisse cõpotem? Quis eiusmodi cõsilio acquiesceret? Mehercle Spiritus sãctus Mariam à sua origine tot gratiæ muneravit ornamentis, tot gloriæ titulis locupletavit, quot exposcebãtur, ut digna fieret tãtũ sustinere nomen; ut dũ sub illo degeret, innueret, taliter in sua se cõceptione processisse ad vitã, ut mũditiã illã crederetur (quãtũ fieri potuit) æmulata, qua Spiritus sanctus à Patre Filioque processit. Perlege cap. 15 Actor. ubi refertur quæstio illa & altercatio inter Iudæos & Gẽtes discussa & actitata; quæ Ecclesiam Dei ægrè turbavit, & hinc inde collidentibus inter se dubiorum fluctibus exagitavit, & inter periculosos scopulos redegit: nẽpè, si qui ad fidei lavacrũ ex Gentibus ascendebãt, duro circũcitionis essent signãti sigillo, & ad Mosaycarũ legũ observantiã cõtringẽdi. Pro cui' difficultatis expeditione coactũ fuit Cõcilium in Ecclesia, ut veritas amplectẽda sanciretur, & dubitãt sacri Interpretes, quæ via Apostolorũ mẽtione ibi facta, cũ quibus res fuit collata, nihil asseritur de Maria, ad quã omniũ erãt deferẽdæ sententiæ, eaq; præcipuè cõsulẽda tanquã divinũ oraculũ relictũ Ecclesiæ, quod dubia dissolveret, & veritatẽ rata firmitate stabiliret? Os enim Mariæ tanquã divinitatis os erat in terris, quo clauso omnia versabãtur hæsitationis & cõfusionis plena, quo aperto, oriẽs divinæ lucis pãdebatur, & divina referabãtur arcana: nec enim fieri poterat, ut in tãti põderis quæstione veritas omniũ votis à Mariæ nõ penderet lingua, à qua omnium ora in ipsam defixa decretũ suspiciẽdũ expectarẽt. Mediusfidiùs Mariæ meminit sacer textus: sed ubi nam? vel quibus verbis? Næ ubi dictũ est Actor. 15. 28. n. 28. *Visum est Spiritui sancto & nobis, nihil ultra imponere vobis oneris, quã hæc necessaria.* Nam sub Spiritus sancti nomine tũ ibi Maria, tũ tertia Trinitatis persona intelligitur. Christus enim Dñs trãsiturus de hoc mundo ad Patrem, rudes adhuc & informes Apostolos, nec plenè delibratos Spiritu sancto tradidit affabrè perpoliẽdos, & divinis mysterijs ubertim imbuendos: Spiritus verò sanctus Mariæ magisteriũ statuit in terris, à quo cœlestibus disciplinis instruerentur Apostoli, sibi eã sufficit, illiusque os os suũ esse voluit, ad quod dubijs fidei occurrentibus advẽtarent Apostoli, ut illa aperiente os suum tanquam Spiritus sancti os dubietatis tenebræ fugarentur, & suscipienda veritas glorioſi luminis stẽmate decorata prodiret. Præindicati ergo cõgressus quæstionis consultatio ab Apostolis ad Mariã delata est, & de ea sanctissima fœmina quæsita; quæ illicò verũ aperuit, & statuit. ideòque Apostoli dixerunt: *Visum est Spiritui sancto, & nobis*, responsum ab ore Mariæ tanquam à Spiritus sancti ore accipientes & recensentes. Mentior, ni Rupertus in ea fuerit sententia: qui ad illud Cantic. 1. 7. *Indica mihi, quem diligit anima mea, &c.* Rupertus. ita scribit: *Cæremoniæ Iudaïcæ, cæremoniæ carnales mandata vitæ non præcesserunt, sed comitatæ sunt: & si ritè consideres legis ordinem, postquam præcepta bona data sunt, quæ faciens homo viveret in eis, istæ cæremoniæ præceptaq; nõ bona, in quibus non viveret, à reatu vituli sumpserunt initium; & hoc erat iugũ grauissimũ, quod neque nos (ait Petrus Apostolus) neque patres nostri portare potuimus: super his magna conquisitio futura erat, & facta est, sicut in Actibus Apostolorũ legimus: & quidam descendentes de Iudæa docebãt fratres, quia nisi circumcidamini, non potestis salvi fieri: & quia oportet præcipere servari legem Moysi. Horum discernendorũ utique magistram te esse oportebat, ò Beata Maria: & magistra magistrorum, id est, Apostolorum, iuxta illud: Fons hortorũ, puteus aquarum viventium, quæ fluũt impetu de Libano. An quia Spiritus sanctus illos docuit, idcirco tuæ vocis magisterio nẽ illis opus fuit? imò vox tua, vox illis fuit Spiritus sancti: quid quid supplementi opus erat eisdem mortalibus vel testimonij ad confirmandos singulorũ sensus, quos acceperant ab eodem Spiritu dividente singulis prout vult, ex religioso ore tuo perceperunt instructo ad loquendũ, benè composito ad tacendum prout tempus erat opportunũ. An quia loco suprà memorato de Actib. Apost. ubi facta seditione propter cæremonias Iudaïcas cõvenerunt Apostoli & seniores videre de hoc verbo, nullam tui mentionẽ Scriptura fecit, idcirco putãdũ est, quòd cõventus ille te omiserit, & sãctum de tuo pectore, de tuo ore Spiritum nõ cõsuluerit? imò & illic, & in cæteris agẽdis tu princeps omnem solvisti quæstionẽ.* Profectò his verbis Mariæ mira texũtur elogia, & quæ omnẽ superãt cõcipiendi ausũ. Nã quos Christus accepit rudes & imperitos Apostolos deglubẽdos, & à crassiori ignorãtia exuẽdos, Spiritui sãcto detulit

lit excolendos, & ſacris imbuendos myſterijs; Spiritus verò ſanctus Mariæ tradidit tanquàm ultimò perficiendos, & apprimè inſtruendos, unde ipſa eis ſenſus & nucleos aperiebat ſacrarum diſciplinarum & ſacramentorum, quæ à Spiritu ſancto hauſerant. Erat enim Maria ſuperſtes in Eccleſia tãquam Spiritus ſancti organum, imò & vox, quæ in fidei diſceptationibus diluebat dubia, veritatemq́ue amplectendam ſanciebat. Vnde in præindicata tergiverſatione Actuum Apoſtolorum evolvenda, & dirimenda obtinuit principatum, ipſa enim tanquam Spiritus ſancti oraculum in re tam difficili, & quæ tot exagitavit diu animos, quid eſſet tenendum conſulta eſt. Ac proinde re iam à Maria ſancta & ſtabilita protulit Petrus: *Viſum eſt Spiritui ſancto, & nobis.* Sub Spiritus ſancti nomine Mariam prodẽs, quæ vox illius erat. Nec enim hoc novum & inſuetum videri debet in ſacris litteris, ubi & inſtrumentum ab authore, & author ab inſtrumento nomina mutuantur. Sic ſerpens, cuius aſtu & linguâ modulos ei loquelæ diabolo indente functus eſt ipſe dæmon, ut primos parentes in fallaciæ ſuæ laqueos induceret, diabolus & homicida ab initio appellatus eſt: & diabolus ſerpens, & draco accerſitus. Plura invenies Patrum teſtimonia cap. 3. Geneſ. exponentium. Ambroſius enim ad ea verba: *Sed & ſerpens erat callidior cunctis animantibus terræ*, inquit: *Sed etſi ſapientiorem dicit ſerpentem, intelligis, quem loquebatur, id eſt, illum adverſarium noſtrũ, qui tamen habet ſapientiam mundi, & verus eſt inimicus generis humani.* Et Auguſtinus lib. 11. de Geneſi ad litteram: *Proinde & prudentiſſimus omnium beſtiarum, hoc eſt aſtutiſſimus, ita dictus eſt ſerpens propter aſtutiam diaboli, qui in illo, & de illo agebat dolum, quemadmodum dicitur prudens & aſtuta lingua, quam prudens & aſtutus movet ad aliquid prudenter, aſtutèque ſuadendum. Non enim eſt hæc vis, ſeu virtus membri corporalis, quod vocatur lingua, ſed utique mentis, quæ utitur ea.* Et Theodoretus: *Serpens igitur inſtrumentum erat illius re vera inimici; idq́ue Dominus in Evangelio declaravit, dicens: Vos ex patre diabolo eſtis; ille homicida fuit ab initio: & apud Iſaiam: In illa die adducet Dominus gladium ſuum ſanctum magnum, & fortem ſuper draconem, ſerpentem, &c.* Et Caſsianus collat. 8. cap. 10. *Non eſſe iſtud initium prævaricationis illius ſerpentis, ſeu deiectionis Geneſeos lectio manifeſtat, quæ ante illorum deceptionem ſerpentini nominis eum nota inuſit, ita dicens: Serpens autem erat ſapientior, ſeu, ut Hebraici libri exprimunt, callidior cunctis beſtijs terræ, quas fecit Dominus Deus. Intelligitis ergo, quòd ante illam circumventionem primi hominis de Angelica diſceſſerat ſanctitate, ita ut non ſolùm nominis huius inſigniri mereretur infamia, ſed etiam in nequitiæ tergiverſatione cæteris præferretur beſtijs terræ. Nam hoc cognomen non ſolùm Gabrieli, ſive Michaeli nullo poſſet modo adaptari, ſed ne bono cuique homini conveniret. Apertiſſimè itaque & ſerpentis vocabulum & comparatio beſtiarum non ſonat Angeli dignitatem, ſed prævaricationis infamiam. Denique livoris, ac ſeductionis materia, qua, ut hominem deciperet, inſtigatus eſt, de anterioris ruinæ extitit cauſa, quòd ſcilicet de limo terræ nuperrimè figuratum ad illam eum gloriam cerneret evocandum. Vnde cùm eſſet unus de principibus ſe meminerat corruiſſe: & idcircò priorem eius lapſum, quo ſuperbiendo corruerat, quo etiam ſerpens meruerat nuncupari, ſecunda ruina per invidiam ſubſecuta eſt, per quam inveniens eum aliquid in ſeſe erectum habentem, ita ut etiam cuiuſdam colloquij & conſilij cum homine haberet conſortium, ſententia Domini utiliſſimè eum in ima deiecit, ut non iam ſicut antè ſublime aliquid intuens incederet, ſed ut ſolo cohærens reperet potius, & humiliatus ſuper ventrem terrenis vitiorum eſcis & operibus paſceretur, occultum deinceps publicans inimicum, ac ponens inter ipſum & hominem utiles inimicitias, ſalutaremq́ue diſcordiam, ut, dum cavetur tanquam hoſtis noxius, amicitijs fraudulentis ulteriùs homini nocere non poſſet.* Et ad ea verba eiuſdem capitis: *Serpens decepit me*, Ambroſius: *Et hoc veniabile Deo viſum eſt, eò quòd noſſet, multas ad decipiendum vias eſſe ſerpentis, quia transfiguratur in Angelum lucis.* Item Hugo de Sancto Victore ad verba illa ſubſequentia: *Maledictus eris inter omnia animantia, & beſtias terræ*, ait: *Non enim ſerpens, ſed, qui in ſerpente latebat, diabolus, maledicitur. Vocatur tamen nomine eius, quia eum quaſi tunicam induerat.*

Ambroſius (Gen. 3.)

Auguſtin.

Theodoret.

Caſsianus.

Ambroſ.

Hugo de S. Victor.

163 Illud inſuper admonere operæpretium erit, ex Spiritus ſancti nomine, quod Maria, ex eo quòd in ipſius organum fuerit præparata, & deſtinata, feliciter adepta eſt: pro ipſius intemerata conceptione totius maledictionis experte validum extrui teſtimonium. Nam largior Deus & profuſior eſt in beneficijs elargiendis, quàm pœnis irrogandis, in conferendis gratijs, quàm ſupplicijs infligendis: ſed mali authorem, nequitiæq́ue inventorem, & eius inſtrumẽtum adeò indiſunctè punit Deus, & ſub ea-

dem vindicta colligat, ut non tam diverſum quàm idem ſubiectum putet. Quamobrem in ſerpentem pariter & dæmonem, qui ſub illius occulebatur larva, ſub uno, eodemque verborum tenore ſententiam
Gen. 3. 13. tulit: *Et ait Dominus ad ſerpentem: Quia feciſti hoc, maledictus eris inter omnia animantia & beſtias terræ, ſuper pectus tuum gradieris, & terram comedes cunctis diebus vitæ tuæ; inimicitias ponam inter te & mulierem, &c.* Geneſ. 3. 13. Vbi in ſerpentis punitione dæmonis punitio ſignatur, & quos in unum redegit fraudis malitia, quaſi unicum impoſtorem ſugillat & pœna. Nam doli architecti dæmonis vindictæ ſerpens, quamvis peccati incapax, quia illius fuit organum & inſtrumentum, particeps quoque factus eſt. Dei enim maledictio utrumque quaſi confuſè & indiviſè cõprehendit. Agnovit hoc
Rupert. Rupertus: *Scimus autem, quia ſuper antiquum ſerpentem diabolum ira Dei multa, & interminabilis eſt. Ille verò ſerpens, per quem ille draco locutus eſt, id eſt, terrenum animal, nullam Deo rationem redditurus eſt, quippè qui creatura irrationalis eſt. Igitur benè abſque requiſitione cauſæ, vel facti ſententiam ſuper ſerpentem iudex Deus edicit, quam & in utrumque ſerpentẽ clara & aperta enuntiatione ſpargit ſic: Quia feciſti hoc, maledictus es inter omnia animantia & beſtias terræ. Cùm igitur ad ſerpentem dicit: Maledictus es inter omnia animantia & beſtias terræ, malum eius meritum iudiciaria æquitate tali ſententia denuntiat. Odibile namque illud genus animantis factum eſſe denuntiat ſuper cuncta animantia & beſtias terræ, ex eo, quòd miniſter diabolo extitit ad perditionem eius, qui ita factus eſt, ut præeſſe debeat cunctis animantibus & beſtijs terræ. Non enim idcircò ſerpens malitioſus & venenatus eſt, quia dixit Deus: Maledictus es, ſed quia diabolo polluente omninò odibilis*
Chryſoſt. *factus fuerat, idcircò ſic à Domino Deo pronuntiatum eſt.* Nec abſcedit Chryſoſtomus: *Super pectus, & ſuper ventrem gradieris, & terram comedes cunctis diebus vitæ tuæ, quia & ſtaturæ tuæ formatione abuſus es, & in familiaritatem rationalis animalis à me conditi venire non formidaſti. Sicut igitur diabolus, qui per te operatus, & te inſtrumento uſus eſt, è cœlis deorſum depulſus eſt, quia plus quàm dignitatis ſuæ erat, ſapere volebat: ita ſimiliter impero, ut & tu aliam formationis figuram habeas, & ſuper terram repas, eaque alaris, atque adeò ne liceat tibi poſthàc ſuſpicere, ſed ſemper in hoc maneas ſtatu, & ſolus ex animalibus terra paſcaris.* Aſſentit
Theodore. Theodoretus: *Deus inviſibilem ſerpentem pœna inviſibili inſequitur, organum autem deceptionis manifeſtum manifeſtæ maledictioni ſubiecit, volens argumentum & memoriam hominibus relinquere in ſerpente manifeſto occulti & inviſibilis deceptoris, ut videntes inſurgentem, aut reptantem homines ſerpentem, antiqui doli recordentur.* Age iã, ſi moris Dei eſt, ut author & inſtrumentum, mens & eius organum, princeps & miniſter in unum compaginentur, & ſi actio ſit criminoſa, eâdem punitione mulctentur. Quomodo Mariam, quam ſui organum & inſtrumentum Spiritus ſanctus præelegit, non ſibi adlegabit, & veluti eamdem perſonam coniuet? Quomodo non optabit haud aliter de illa, quàm de ſe ipſo ſentiri? Si primæ maledictionis reus factus eſt ſerpens, quia vox dæmonis tunc fuit, ſi illius peccato quodãmodo obnoxius, quia per eum in primos parentes vafritiæ ſuæ venena inſtillavit; num Maria Spiritus ſancti gratijs, ſanctitatique non erit addicta, quæ vox illius extitit? A prima maledictione num non erit immunis, per cuius linguam veritatis lux antiquæ impoſturæ tenebras fugans ſplendidior diſpenſata eſt? Quis Deum in pœnis laxiorem aſſerat, in favoribus compreſsiorem?

164 Hoc tibi munuſculum, ô Sanctiſsima Deipara, puſillitas ingenij mei dicat: hoc tibi laudum tuarum exiguum & obſcurum compendiolum mei tepidus ardor affectus ſacrat. Fateor me tuis elogijs imparem, & gloriæ puriſsimæ Conceptionis evulgandæ prorſus me profiteor indignum, adeò ut conatum ipſum temeritatis incuſem. Etenim in tanta rei granditate, & arduitate animum peccatis oppreſſum & depreſſum, vel ſolos concepiſſe auſus, furor quidam & inconſiderantia eſt, quæ animadverſionis ſupplicium promeretur. Præſertim cùm ex ſententia Bernardi aſſerat Richardus de Sancto Laurentio lib. 1. de laudibus Beatæ Mariæ: *Beatus Bernardus ait: De gloria Virginis huius nec dignum aliquid ſterilis concipere cogitatio, nec inerudita poteſt locutio parturire. Vnde nec mirum, ſi pauca dicimus, qui cogitatione deficimus, nimirũ quibus guſtare de tanta dulcedine non eſt datum. Non enim datur ſanctum canibus, Matth. 7. Non enim intelligit, qui non guſtat, ſicut dicitur Pſalm. 33. Guſtate, & videte: guſtat affectus, videt intellectus; & oportet, quòd guſtus præcedat ad hoc, ut illuminare valeat intellectũ. Vnde & oculi Ionathæ, id eſt iuſti, non illuminantur, niſi priùs melle guſtato, 1. Reg. 14. Vnde & Iſai. 26. dicitur Domino: Ros lucis ros tuus. Ros lucis, id eſt, lucem afferens, & illuminans intellectum. Qui ergo*
Richar. de S. Laurent.

non

non guſtat, non videt, ac per hoc minus poteſt, qui non viderit, id eſt intellexerit, alijs enarrare. Verè, ô puriſsima Domina, memoriam tuam, laudiſque tuæ eloquium & magiſterium inſtar cuiuſdam ſacramẽti diviniq; myſterij ſtudet Deus, ut ſuſpiciamus, & colamus, cuius celſitudinem non valet mens capere, niſi priùs illud guſtaverit, nec guſtare illud valet niſi ardens voluntas, & purus & devotus affectus; quia nõ datur ſanctum canibus. Vtinam promerear ego nomen catelli, qui edit de micis, quæ cadunt de opipara & auguſta menſa Dominæ meæ. Si autem, ô felix Regina, inſtar catelli ego fruſtula aliqua deguſtavi, quæ de opulento excellentiarum tuarum convivio regio prærogativarum apparatu mihi fuerunt elapſa, avarus ea non abſcondi, nec mihi aſſervavi, ſed univerſos earum participes eſſe ſtudui, ut gloria nobilitatis tuæ in omnium ore verſetur, nullaq; ſit vel etiam infantium lingua, quæ publicis plauſibus ſingulare regiæ tuæ originis præconium non decantet. Nec enim mihi gratus eſt ſtrictus eorum amor, qui laudũ tuarum notitiam alijs diſsimulant impertiri, ut eas ipſi in ſecreto cordis ſui iugiter ruminent, & adliguriant. De quibus Richar. de S. Laurentio ubi ſuprà ait: *At ſi qui fortè ſunt, quibus & guſtare datum ſit & videre, magis percepta ſibi abſcondere volunt, & tanquam eſurientes ampliora conquirere, quàm alijs enuntiare percepta, ſicut dicit Beata Virgo Eccli. 24. Qui edunt me, adhuc eſurient, quia qui eius dulcedinem ſemel guſtaverint, adhuc plus de ea deſiderant experiri. Inde eſt, quòd pauca de ea dicta ſint à Sanctis, & fortaſsè in hoc ei morem gerentibus, ut ſi multa eis revelata eſſent, de ea tamen pauca dicerent, & abſconderent eam, quæ ſemper deſideravit latere, & abſcondi.* Verè eiuſmodi obſequium nõ tam dicerem ego pium erga Mariam amorem, quàm tenax proprij commodi deſiderium, & ſi auderem, appellarem illud pietatis errorem. Humilitatem Mariæ velùt exẽplar ſibi quiſque proponat, ut proprias laudes, egregiaq; facinora ſilentio involvat, non ut inclytorum Heroum illuſtria geſta taciturnitatis tenebris obvelet. Non enim ſub eiuſdem virtutis diſciplina cadit, & propriam occultare gloriam; & aliorum, præcipuè ſi Eccleſiæ Parentes ſint, & quorum excellentias & privilegia Deus revelaverit, nam illud humilitatis eſt, hoc ingratitudinis erit, & frigidæ pietatis; etenim ſi in his morem ſemper Sanctis geramus, qui ſtuduerunt perpetim ſub modio latere, certè omnigenæ virtutis exemplaria humata iacebunt, & eorum irradiatione & magiſterio Eccleſia privabitur. O utinam eas omnes Marianæ gloriæ & gratiæ prærogativas, quarum cognitio cœlitùs in Sanctorum mentes immiſſa eſt, ipſi publicis extuliſſent præconijs, immortalibus prodijſſent ſcriptis; & internæ ſuavitati, qua in earum meditatione perfundebantur, ſe ſuffurantes, profuſiores fuiſſent in ijs communicandis & evulgandis. Profectò ſi tantæ dulcedini delibandæ parcerent, ut Mariæ honori ſcriptis promulgando, & communi Eccleſiæ bono conſulerent, quæſtio, quæ de eius intemerata origine agitatur, iam diu vetuſtate corroſa corruiſſet, & oblivionis ſepulchrum occupaſſet. Meherclè prædictorum Patrum, quorum Richardus meminit, veſtigia deſerens totis cõtendi viribus, ut nil eſſet in ſacrarum Scripturarum ſcrinio, nil in ſanctorum Patrum voluminibus, ad Mariæ puriſsimam originem auctorandam & evincendam idoneum, quod non evolverẽ, & in varia argumenta hoc opere digererem.

365 Cæterùm ſi his tuæ originalis claritudinis comprobandæ, & amplificandæ conatibus, ô Auguſtiſsima Parens, ſi his tuæ laudis æternandæ ſtudijs aliquid ſe immiſcuit pietatis, aliquid filialis affectus, quod tua nõ averſetur præſentia, quod tua nõ detrectet humanitas à nobili ſpe promiſsi illius, à te præmij non cadam: *Qui elucidant me, vitam æternã habebunt*, Eccli. 24. 31. Eccli. 24. 31. Quem locum devotus laudum tuarum concinnator Richardus lib. 10. de munere æternæ felicitatis, quo tuos Scriptores, & Elucidatores afficis, interpretatur: *Maria eſt ſedes, de qua Pater promittit Filio per Prophetam, Pſalm. 88. Ædificabo in generatione præſenti per gratiam, & in generationem futuram per gloriam ſedem tuã, ô Chriſte, id eſt, Beatam Virginem. Adhuc etiam non ceſſat hæc ſedes quodãmodo adificari, quia quaſi quotidie ad honorem eius, & ad oſtendendam ipſius gloriam à Modernis de ea ſacræ Scripturæ multipliciter exponuntur. Et ideò dicit ipſa, Eccli. 24. Qui elucidant me, vitam æternam habebunt.* Et lib. 2. ſcribit: *Maria promittit Eccli. 24. Qui elucidant me, id eſt, vitam meam verbo & prædicatione, vitam æternam habebunt in futuro. Maria enim ſuper faciem ſui Scribæ imponet honorem ſuum.* O utinam eo mentis ardore, eâ animi puritate Mariæ excellentijs ſcribendis & vindicandis ſtuduiſſem, ut hoc indicto præmio non defraudarer. Et nota, reciprocam quandam honoris viciſsitudinem inter Mariam, & eius Scriptorem hoc loco Eccli. 10. 5. contineri: *Super faciem Scribæ imponet honorem ſuum.* Græcè habetur: *Gloriam ſuam:* Eccli. 10. 5.

Richar. de S. Laurente.

Ti-

Tigurina legit: *Perſonæ Scribæ gloriam ſuam attribuit.* Quaſi is ſenſus ex utraque lectione eliciatur: quia Maria gloriam ſuã, id eſt gloriæ ſuæ famam ubique diffuſam,& nobilitatis ſuæ ſplendorem fidelium mentibus ſparſum Scribæ ſuæ adſcribit;ipſa gloriæ ſuæ ſplendoribus Scribæ vultum irradiat. Vnde in hac vita vultus Mariani Scriptoris munus ſuum perfectè & ſincerè obeuntis glorioſo lumine Mariæ ſignatus nobilitatur & felicitatur. Vnde ea verba: *Qui elucidant me,* interpretantur Ianſenius & Lyra: *Qui me quaſi occultam in lucem proferunt.* Quocirca viciſsim & Maria illuſtris à ſuis Scribis,&ipſi ſpectabiles ab ipſa reddũtur. Imò qui quanta ſit laudum tuarum dulcedo,quanta deliciarum ſuavitas excellentias tuas animo concipere, ore effundere,calamo exarare, quantuſque ſit honos, & quàm ſublimis, ad quem tuus advocatur Scriptor,perfectè noverit; fateri non dubitabit, Scriptores tuos non ſolùm vitam æternam habituros, ſed iam in præſenti habere, & voluptatis æternæ torrentem delibare. Etenim vita æterna & laus tua mutua quaſi cohærentia reciprocãtur. Nam in tuis laudibus quædam gloriæ voluptas & dulcedo præſentitur, & in cœlo quædam beatitudo eſt à tuis laudibus non ceſſare; in eo enim Beati quaſi aliquid deſiderarent, ſi tuis iugiter laudibus non inſiſterent. Et in hũc ſenſum interpretor verba eruditi Idiotæ præfatum Eccleſiaſtici locum illuſtrantis, qui libro de contemplatione Virginis, cap. 1. ait: *Impetra Domina,ut te laudem, ut habeam in laudibus tuis vitam æternam, imò in vita æterna laudes tuas. Quia ſcriptum eſt: Qui elucidant me, vitam æternam habebunt. Quod ſi de Filio tuo, qui eſt Dei ſapientia,dictum eſt;de te etiam,quæ es eius ſuperexaltata & benedicta Mater, id negandum non eſt.* Duo innuit: & quòd in tuis laudibus,ô dulciſsima Parens, vita æterna iam guſtatur,iam tenetur: & quòd in vita æterna, ſi abeſt laudum tuarum copia, aliquid videtur deſiderari.

Ianſenius. Lyra. Idiota.

(?)

INDEX SECTIONVM, ET PARRAPHORVM, QVIBVS DISTINGVITVR PRÆSENS VOLVMEN.

OBSERVATIO DECIMAQVINTA.

Ab omni originis labe sanctissimæ MARIÆ Dominæ prorsus expers clara Conceptio. *Pag. 1.*

SECTIO PRIMA.

EA *verba:* LIBER GENERATIONIS IESV CHRISTI, *Mariane Conceptionis immunitatem adserunt.* 2

§. I.
Maria quo pacto Liber generationis appelletur? 2

§. II.
Conceptio Mariæ qua ratione generationi humanæ verbi exæquatur. 10

§. III.
Cur dignum fuerit, ut historia Mariæ quemadmodum & Filij ab illius Conceptione ordiatur? 14

§. IV.
Generatio Mariæ quemadmodum & Filij in mũdi creatione præsignata, & illustratus locus Proverb. 8. 22. *Dominus possedit me.* 19

§. V.
Quænam præcipuè rerum in orbis opificio creatio purissimæ Mariæ Conceptionis insigni præcucurrerit vexillata? 27

§. VI.
In primi hominis creatione Marianæ Conceptionis privilegia splenduerunt. 43

§. VII.
In primæ fœminæ formatione Marianæ Cõceptionis privilegia præstitura. 47

§. VIII.
Aliter ex voce generationis præfixa in propugnationẽ Marianæ purissimæ Conceptionis arma desumpta. 51

SECTIO II.

Ex nomine Iesu in præfato Evangelij titulo emerso puritas Conceptionis Mariæ indicitur. 58

§. I.
Virtus, & efficacia nominis Iesu ad Deiparam ab omni originis contagio præservandam. 58

§. II.
Quidquid labem infectæ originis redolet, dedecet Redemptorem, & Iesu nomen præferentem. 68

§. III.
Maria humani generis redemptioni quomodo incubuerit. 72

§. IV.
Ex his non immeritò evincitur Mariam generis humani instauratricẽ, & conredẽptricem posse nuncupari. 89

§. V.
Qua proprietate, similitudineve Mariæ, Iesuque nomen se mutuò respiciant, & quo pacto Marianum nomen nominis Iesu virtutem, & functiones æmuletur? 99

§. VI.
Ex præhabitis fulcitur splendida Marianæ Conceptionis immunitas. 110

§. VII.
Si Maria, dumtaxat ut instrumentum huma-

manæ inſtaurationis ſpectetur, immunitas Conceptionis illi non inficiãda. 119

SECTIO III.

Ex nomine Chriſti in hac genealogia elato duplex argumentum intemeratã Mariæ Cõceptionem propugnat. 123

§. I.

Dignitas Sacerdotalis nobilem originem Chriſto Domino expoſtulabat. 123

§. II.

Qualiter Maria Chriſti Sacerdotalis dignitatis fuerit particeps, ob quam decuit eam ab omni originis corruptione præſervari. 131

§. III.

Regale faſtigium in Chriſto ab originali nobilitate nomen deſumit, & auſpicia. 137.

§. IV.

Regiæ dignitatis ad culmen Maria Deipara ſublimata. 142

§. V.

Regia dignitas puram Mariam expetit ab omni originis ſervitute per peccatũ contracta. 143

SECTIO IV.

Ex verbis: Filij David, Filij Abraham, *Mariæ originis puritas decerpit.* 162

SECTIO V.

Verba illa : Abraham genuit Iſaac, *immunitatem Mariana Cõceptionis ſtabiliũt.* 171

§. I.

Quomodo Abraham nobilis originis Mariæ teſtis præceſſerit? 171

§. II.

Ex verbo *genuit*, quo uſus eſt Evangeliſta in Chriſti genealogia, argumentum pro Mariana puriſsima Conceptione inducitur. 179.

§. III.

Quantum iuverit Iſaac, ut Marianæ Conceptionis immunitatem credamus? 182

§. IV.

Statuitur puram & ingenitam nobilitatem ab obedientia peti; quapropter Chriſti Domini proavi divinitus ea fuêre præmuniti, præornati, & quodammodò inaugurati ad ſuſcipiendam dignitatem divinæ ſobolis in orbem feminandæ. 189

§. V.

Nobilitas, tum divinæ generationis Æterni Patris Filij, tum humanæ ex obedientia delibatur. 225

§. VI.

In Mariæ parentibus illius Conceptioni ſtudentibus miræ obedientiæ ſpecimen promicuit, unde Maria à ſua Conceptione obedientiã hauxit, quam illibatam, & ſplendidam ſemper ſervavit, ex quo illa nobiliſsima à prima ſui origine evincitur. 244

SECTIO VI.

Verba illa: Iſaac autem genuit Iacob, *ut immunitatem originalem Mariæ fundant, exprimuntur.* 255

SECTIO VII.

Verba: Iacob autem genuit Iudam, & fratres eius, *ducunt ad Marianam ſplendidã Cõceptionem evincendam.* 260.

SECTIO VIII.

Expers originalis labis Mariæ Conceptio deducitur ex verbis illis: Iudas autem genuit Phares, & Zaram de Thamar. 262

SECTIO IX.

Verba illa: Booz autem genuit Obeth ex Ruth; *Marianæ originis immunitati fulcimẽta adornant.* 267

SE-

SECTIO X.

Incorruptam Mariæ conceptionem expediũt verba illa: Ieſſe autẽ genuit David Regem. 274

SECTIO XI.

Privilegijs nobilitatis Mariæ favent ea verba: David autẽ Rex genuit Salomonem ex ea, quæ fuit Vriæ.

§. I.

Quomodo David ex geſtis ſe primordialis nobilitatis Mariæ teſtẽ exhibuerit? 288

§. II.

David indemnem Mariæ conceptionẽ muſica præſagitione, & vaticinali carmine in dæmonem fugandum celebravit. 290

§. III.

Nonnulla Pſalmorũ David inducũtur teſtimonia pro intemerata Mariæ Cõceptione protegenda, & primũ ex Pſal. 23. 292

§. IV.

Deſumitur munimentum ex Pſalm. 86. pro Mariana puriſsima origine. 293

§. V.

Illuſtre inſtrumentum ex Pſal. 131. pro inclytæ Marianæ originis immunitate tutanda. 299

§. VI.

Illuſtratur locus præfati Pſalmi ex cap. 11. Apocal. 19. 12. 1. & adſtruitur ſacramentum arcæ explicari per viſionẽ mulieris Sole amictæ, ex eaque ſtabiliri Marianæ myſterium illibatæ Conceptionis. 315

§. VII.

Explicatur veſtimenti Solis, quo ornatur mulier ſacramentum, ex aſpectu, & ſitu Lunæ, quæ ſub illo viſebatur. 323

§. VIII.

Ea verba: *Et Luna ſub pedibus eius*, in teſtimoniũ intemeratæ Marianæ Conceptionis aperiuntur. 346

§. IX.

Illuſtris Mariæ Conceptio firmum ſortitur argumentum ab ijs verbis: *Et in capite eius corona ſtellarum duodecim.* 366

§. X.

Verba illa: *Ex ea, quæ fuit Vriæ*, puriſsimæ Mariæ Conceptioni munimentum ſuppeditant. 402

SECTIO XII.

Verba illa: Salomõ autem genuit Roboã, *illibatæ Mariæ Cõceptioni teſtimonia ſ ffragantur.*

§. I.

Exuberiori ſapientia Salomoni cœlitus indita, quamvis iuniori parente Davide, & Abrahamo, inſurgit pro Marianæ Cõceptionis immunitate argumentum. 403

§. II.

Nomen Salomonis in hac Chriſti genealogia editum auguſtam Mariæ claritudinẽ conteſtatur originis. 416

§. III.

Præſtantiſsimum excellentiſsimumque inter omnia, Salomonis opus thronus videlicet Regius in auguſtam Mariæ Cõceptionem atteſtandam elaboratum. 423

SECTIO XIII.

Ex verbis illis: Ozias autẽ genuit Ioatham; *validum fulcimentum pro Mariæ ſplẽdida Cõceptione erigitur.* 446

SECTIO XIV.

Verba illa: Ioſias autẽ genuit Iechoniam, & fratres eius in tranſmigratione Babylonis, *Mariam ab omni Adæ peccati debito immunem valido fundamẽto evincũt.* 450

SECTIO XV.

Defectu illius cõiunctionis autẽ *genealogiam percurrẽtis, cũ ad Mariã pervenitur, eius cõceptionis ingenua immunitas roborata conſurgit.* 454

SECTIO XVI.

Ex nomine Mariæ, quod ſanctiſsimæ Deiparæ Evangeliſta in Chriſti genealogia indit, illius intemeratæ Conceptio evincitur.

§. I.
Mariani nominis præſtantia, & dignitas ex collatione cum nomine Ieſu. 456

§. II.
Ex Mariæ nominis cum nomine Ieſu coitione non infirmandum munimentũ pro illius originalis cladis experte Conceptione extruitur. 461

§. III.
Mariani nominis Etymon, & ſub eius folliculo contentum originariæ Mariæ puritatis deglubitur granum. 467

§. IV.
Gemina quæ ſupereſt Mariani nominis etymologia nubila rutilum eius Conceptionis cœlũinfeſtare conantia diſcutit. 486

SECTIO XVII.

Verborum illorũ: De qua natus eſt Ieſus, *myſteriũ ditius armamentarium pro ſplendida Mariæ Cõceptione validiora tela miniſtrans.*

§. I.
Dignitas Deiparæ oſtenditur, & quibus figuris ab orbe cõdito præſtruxerit Deus oportere eam ab omni labe immunẽ generari. 495

§. II.
Gravitas peccati originalis, Auguſta Deiparæ dignitas, honorum prærogativæ quas exigit. Ex intima cognatione, quam cum veritate Maria habet, eius nobilitas originalis evincitur. 538

§. III.
Principij & effectus unicum ius, unica cauſa: Parentis & Filij una ſubſtantia: unde originis ignobilitas, quæ dedecet Filiũ, dedecet & Parentem, inde Mariæ quædã divinitatis gloria exeritur. 552

§. IV.
Præſtans divinæ maternitatis dignitas, velut centrum eſt in vita Mariana, ex quo exoriuntur gloriæ ſplendores initium, & terminum eius illuſtrantes; & ex ſimilitudine, qua in rectæ diſpenſationis ordine initium, medium, & finis mutuò ſibi cohærent, argumentum pro intemerata Mariæ Conceptione depromitur. 579.

§. V.
Adhuc urgemus divinæ maternitatis iure debitam fuiſſe Mariæ illibatam generationem, item & iure maternitatis omniũ fidelium. 605

§. VI.
Frequenter primum facinus ingenitam animo virtutem, & conditionem indicat. Quocircà ex primo Mariæ opere, Dei parentis authoritatem exerente, innata ei ab origine claritudo arguitur. 623

§. VII.
Iniurius videtur exiſtere Filio, qui originalem notam Mariæ impingit: nam matris ſordem non à ſe alienã Filius ducit. 634

§. VIII.
Singulæ ſacræ Triadis Perſonæ ob cognationem divinæ maternitatis Mariæ originem ab omni puram corruptione exigunt. 648

IN-

INDEX LOCORVM SACRAE SCRIPTVRAE,

IN QVO

p. indicat paginam, c. columnam.

EX VETERI TESTAMENTO.

EX GENESI.

Cap. 1. 1. *IN principio creavit Deus cœlum & terram*, pag. 17. col. 2. & p. 29. c. 2. & p. 31. c. 2. & p. 35. c. 2. & p. 37. c. 2. & p. 139. c. 2. & p. 191. c. 2. & p. 455. c. 2. & p. 500. c. 2.

2 *Terra autem erat inanis & vacua, & Spiritus Domini ferebatur super aquas*, pag. 223. col. 2. & p. 239. c. 2. & p. 523. col. 1.

3 *Dixitque Deus: Fiat lux, & facta est lux*, pag. 41. col. 2. & p. 43. c. 1. & pag. 150. c. 1. & p. 191. c. 2. & p. 217. c. 1. & p. 373. c. 2. & p. 375. c. 2.

4 *Et vidit Deus lucẽ, quòd esset bona*, pag. 42. col. 2.

6 *Dixit quoque Deus: Fiat firmamentum in medio aquarum, & dividat aquas ab aquis*, pag. 226. col. 2.

9 *Dixit verò Deus: Congregentur aquæ, quæ sub cœlo sunt, & appareat arida*, pag. 191. col. 2. & p. 469. c. 2.

10 *Congregationesque aquarum appellavit maria*, pag. 37. col. 1.

11 *Germinet terra herbã virentem, & facientẽ semen iuxta genus suũ*, pag. 242. col. 1. & p. 374. c. 2. & p. 412. c. 1.

14 *Dixit autem Deus: Fiant luminaria in firmamento cœli, & dividant diem, ac noctem*, pag. 214. col. 1. & p. 227. c. 1.

16 *Fecitque Deus luminaria magna; luminare maius ut præesset diei, & luminare minus ut præesset nocti, & stellas*, pag. 147. col. 1. & p. 227. col. 1.

20 *Dixitque Deus: Producant aquæ reptile animæ viventis, & volatile super terram sub firmamento cœli*, p. 374. c. 1.

24 *Producat terra animã viventẽ in genere suo, iumẽta, & reptilia, &c.* p. 373. c. 2.

26 *Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram*, pag. 17. col. 2. & p. 137. c. 2. & p. 145. c. 2. & p. 150. c. 2. & p. 193. c. 2. & p. 500. c. 1.

27 *Creavit Deus hominem ad imaginem suã, ad imaginem Dei creavit illũ, masculum, & fœminam creavit eos*, pag. 146. col. 1. & p. 374. c. 2. & p. 554. c. 1. & 2.

31 *Viditque Deus cuncta, quæ fecerat, & erant valdè bona*, pag. 233 col. 2.

Cap. 2. 1. *Igitur perfecti sunt cœli & terra, & omnis ornatus eorum*, pag. 233. col. 2.

2 *Complevitque Deus die septimo opus suũ, quod fecerat, & requievit die septimo ab universo opere, quod patrarat*, pag. 32. col. 2. & p. 353. c. 2. & p. 555. c. 2.

4 *Istæ sunt generationes cœli & terræ, quando creatæ sunt in die, qua fecit Deus cœlum & terrã*, pag. 15. col. 2. & p. 162. c. 2. & p. 523. c. 1. & p. 524. c. 2.

5 *Non enim pluerat Dominus super terrã, & homo non erat, qui operaretur terram*, pag. 521. col. 2. & p. 524. c. 2.

6 *Sed fons ascendebat de terra irrigãs universam superficiẽ terræ*, pag. 521. col. 2. & p. 524. c. 2.

7 *Formavit igitur Dominus Deus hominẽ de limo terræ, & inspiravit in faciem eius spiraculum vitæ, & factus est homo in animam viventem*, pag. 44. c. 1. & p. 139. c. 2. & p. 150. c. 2. & p. 357. c. 2. & p. 387. c. 2. & p. 555. c. 1.

8 *Plantaverat autem Dominus Deus paradisum voluptatis à principio, in quo posuit hominem, quem formaverat*, pag. 412. col. 1. & p. 525. col. 1.

9 *Produxitque Dominus Deus de humo omne lignum pulchrum visu, &c.* pag. 97. col. 2. & p. 525. col. 2.

10 *Et fluvius egrediebatur dẽ loco voluptatis ad irrigandum paradisum*, p. 167. col. 2.

16 *Præcepitque ei dicẽs: Ex omni ligno paradisi comede, de ligno autem scientiæ boni & mali, ne comedas*, pag. 159. col. 1. & p. 545. c. 2. & p. 624. c. 2.

18 *Dixit quoque Deus: Non est bonum hominem esse solum, faciamus ei adiutorium simile sibi*, pag. 47. col. 2. & p. 81. c. 1. & p. 87. c. 2. & p. 113. c. 1.

21 *Immisit ergo Dominus Deus soporem in Adam: cumque obdormisset, tulit unam de costis eius, & replevit carnem pro ea*, pag. 400. col. 2. & p. 625. c. 2.

22 *Et ædificavit Dominus Deus costã, quã tulerat de Adam in mulierẽ*, pag. 555. col. 2. & p. 599. c. 2.

23 *Dixitque Adam Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea, hæc vocabitur Virago, quoniam de viro sumpta est*, pag. 160. col. 2. & p. 506. c. 1.

24 *Quamobrem relinquet homo patrem suũ, & matrem & adhærebit uxori suæ & erunt duo in carne una*, pag. 127. col. 1. & p. 592. col. 2.

Cap. 3. 1. *Sed & serpens erat callidior cunctis animantibus terræ, quæ fecerat Dominus, dixitque ad mulierem, &c.* p. 103. col. 2. & p. 545. c. 2. & p. 624. c. 2.

2 *De fructu lignorũ, quæ sunt in paradiso vescimur, de fructu verò ligni, quod est in medio paradisi præcepit nobis Deus, ne comederemus, & ne tangeremus illud*, pag. 435. col. 2. & p. 438. c. 2. & p. 545. c. 2.

4 *Nequaquam morte moriemini; scit enim Deus, &c.* pag. 545. c. 2. & p. 624. c. 2.

5 *Scit enim Deus, quòd in quocũque die comederitis ex eo, aperiẽtur oculi vestri, & eritis sicut Dij scientes bonum & malum*, pag. 439. col. 2. & p. 441. c. 1. & p. 537. c. 1. & p. 545. c. 2.

6 *Vidit igitur mulier, quòd bonum esset lignum ad vescendum, & pulchrum oculis, aspectuque delectabile, & tulit de fructu illius, & comedit, deditque viro suo*, pag. 436. col. 1. & p. 444. c. 2. & p. 506. c. 2. & p. 573. c. 1. & p. 625. c. 2.

7 *Et aperti sunt oculi amborũ, cùmq; cognovissent se esse nudos, consuerunt folia ficus, & fecerunt sibi perizomata*, pag. 176. col. 2. & p. 245. c. 2. & p. 261. c. 1. & p. 440. c. 1. & p. 573. c. 1.

8 *Cùmque audissent vocẽ Domini Dei deambulantis in paradiso ad auram post meridiẽ, abscondit se Adã, & uxor eius*, pag. 98. col. 2. & p. 352. c. 2. & p. 444. c. 2. & p. 473. c. 2.

9 *Vocavitque Dominus Deus Adam, & dixit ei: Vbi es?* pag. 630. col. 1.

10 *Vocem tuam audivi in medio paradisi, & timui*, pag. 630. col. 1.

14 *Et ait Dominus ad serpentẽ: Quia feceris hoc, maledictus eris inter omnia animantia, & bestias terræ*, pag. 500. col. 2. & p. 660. c. 2.

15 *Inimicitias ponã inter te & mulierẽ, ipsa conteret caput tuũ, & tu insidiaberis calcaneo eius*, p. 118. c. 2. & p. 149. c. 2. & p. 256. c. 2. & p. 312. c. 2. & p. 363. col. 2. & pag. 371. col. 1. & p. 613. c. 1.

16 *Multiplicabo ærumnas tuas, & conceptus tuos, in dolore paries filios*, p. 149. c. 1.

17 *Quia audisti vocẽ uxoris tuæ & comedisti de ligno, ex quo præceperam tibi, ne comederes, maledicta terra in opere tuo; in laboribus comedes ex ea cũctis diebus vitæ tuæ*, p. 122. c. 1. & p. 172. c. 2. & p. 263. c. 2. & p. 289. c. 2. & p. 306. c. 2. & p. 449. c. 2. & p. 623. c. 1. & p. 627. c. 1.

19 *In sudore vultus tui vesceris pane, donec revertaris in terram, de qua sumptus es, quia pulvis es, & in pulverẽ reverteris*, pag. 50. c. 2. & p. 532. c. 1. & p. 555 c. 1. & p. 578. c. 1. & p. 625 c. 1.

21 *Fecit quoque Dominus Adæ tunicas pelliceas & induit eos*, pag. 256. col. 1.

22 *Nunc ergo, ne fortè mittat manum suã, & sumat etiam de ligno vitæ & comedat & vivat in æternum*, pag. 98. col. 2. & p. 498. c. 2.

23 *Et emisit eum Dominus Deus de paradiso voluptatis, ut operaretur terrã*, pag. 141. col. 1. & p. 498. c. 2.

24 *Eiecitque Adã, & collocavit ante paradisum voluptatis Cherubim, & flammeum gladium atque versatilem ad custodiendam viam ligni vitæ*, pag. 413. col. 1. & p. 527. c. 1.

Cap. 4. 1. *Adã verò cognovit uxorem suã Evã, quæ concepit, & peperit Cain, dicens: Possedi hominem per Deum*, p. 141. c. 1.

11 *Nunc igitur maledictus eris super terrã*, pag. 289. col. 2.

Cap. 5. 1. *Hic est liber generationis Adã*, pag. 15. col. 2. & p. 52. c. 1.

Cap. 6. 6. *Et tactus dolore cordis intrinsecus, delebo, inquit, hominẽ, &c.* p. 504. c. 1.

8 *Noe verò invenit gratiam coram Domino*, pag. 142. col. 1.

9 *Noe vir iustus, atque perfectus fuit in generationibus suis, cum Deo ambulavit*, pag. 504. col. 2.

12 *Cùmque vidisset Deus terrã esse corruptam (omnis quippè caro corruperat viã suam) dixit ad Noe*, pag. 504. col. 1.

14 *Fac tibi arcam de lignis levigatis, mansiunculas in arca facies, & vitumine lines intrinsecus, & extrinsecus*, pag. 248. col. 2. & p. 621. c. 1.

Cap. 9. 20. *Cœpitque Noe vir agricola exercere terram, & plantavit vineam, &c.* pag. 23. col. 2. & p. 94. c. 1.

25 *Evigilans autem Noe ex vino, cùm didicisset, quæ fecerat ei filius suus minor, ait: Maledictus Chanaã, servus servorum erit fratribus suis*, pag. 178. col. 1.

Cap. 12. 1. *Dixit autem Dominus ad Abrahã: Egredere de terra tua, & de cognatione tua*, pag. 201. col. 1. & p. 268. c. 2.

3 *In te benedicentur universæ cognationes terræ*, pag. 205. col. 1.

Cap. 14. 22. *Levo manum meam ad Dominum excelsum possessorẽ cœli & terræ*, pag. 21. col. 1.

Cap. 15. 4. *Statimq; sermo Dñi factus est ad eũ dicens: Nõ enim hic hæres tuus erit, sed qui egredietur de utero tuo*, p. 204 c. 1.

5 *Eduxitque eum foras, & ait illi: Suspice cœlum, & numera stellas, si potes, sic erit semen tuum*, pag. 174. col. 1.

13 *Citò prænoscens, quòd peregrinum futurum sit semen in terra nõ sua, & subjicient eos servituti, & affligent quadringentis annis*, pag. 453. col. 1.

Cap. 16. 16. *Octoginta & sex annorum erat Abraham, quando peperit ei Agar Ismaelem*, pag. 174. col. 2.

Cap. 17. 4. *Dixitque ei Deus: Ego sum, & pactũ meum tecum, eritque Pater multarum gentium*, pag. 201. col. 2.

9 *Dixit iterum Deus ad Abraham: Et tu ergo custodies pactum meum, & semen tuũ post te in generationibus suis*, pag. 173. col. 2.

15 *Sarai uxorẽ tuam non vocabis Sarai, sed Saram, & benedicam ei, &c.* pag. 170. col. 1. & pag. 184. c. 2. & p. 245. c. 1. & p. 448. c. 1.

17 *Cecidit Abraham in faciẽ suã, & risit in corde suo dicẽs: Putasnè cẽtenario nascetur filius?* pag. 174. c. 2. & p. 207. c. 1.

19 *Sara uxor tua pariet tibi filiũ, vocabisque nomen eius Isaac*, pag. 183. col. 1. & p. 207. col. 1.

Cap. 18. 8. *Ipse verò stabat iuxta eos sub arbore*, pag. 205. col. 2.

10 *Revertens veniam ad te tẽpore isto vita comite, & habebit filiũ Sara uxor tua. Quo audito Sara risit post ostiũ tabernaculi*, pag. 170. col. 1. & p. 206. c. 1. & pag. 245. col. 1.

12 *Postquàm cõsenui, & dominus meus vetulus est, voluptati operam dabo?* pag. 176. col. 1.

13 *Dixit autẽ Dominus ad Abrahã: Quare risit Sara dicens: Num verè paritura sum anus?* pag. 170. c. 2. & p. 207. c. 2.

14 *Numquid Deo quidquã est difficile? Iuxta condictum revertar ad te hoc eodem tẽpore vita comite, & habebit Sara filium, &c.* pag. 206. col. 1.

15 *Negavit Sara dicens: Non risi; timore perterrita*, pag. 207. col. 2.

27 *Quia semel cœpi, loquar ad Dominũ meũ, cùm sim pulvis & cinis*, pag. 559. c. 1.

Cap. 19. 15. *Cùmque esset mane, cogebant eum Angeli dicentes: Surge, tolle uxorem tuam*, pag. 72. col. 2.

Cap. 22. 15. *Vocavit autẽ Angelus Dñi Abraham secundò de cœlo, &c.* pag. 204. c. 1.

Cap. 24. 1. *Erat autem Abraham senex, diesque multorum, & Dominus in cunctis benedixerat ei*, pag. 177. col. 1.

3 *Pone manum tuam subter fœmur meum, ut adiurem te per Dominũ cœli & terræ*, pag. 131. col. 2. & p. 177. c. 1.

14 *Ipsa est, quam præparasti servo tuo Isaac*, pag. 209. col. 2.

Cap. 25. 21. *Deprecatusque est Isaac pro uxore sua, eò quòd esset sterilis*, pag. 187. col. 2. & p. 209. c. 2.

22 *Sed collidebantur in utero eius parvuli*, pag. 255. col. 2.

24 *Iã tẽpus pariẽdi advenerat, & ecce gemini in utero eius reperti sũt*, p. 255. c. 2.

25 *Qui prior egressus est, rufus erat, & totus in morem pellis hispidus, vocatumque nomen eius Esau. Protinus alter egrediens plantam fratris tenebat manu, & idcircò appellavit eum Iacob*, ibid. & pag. 256. col. 2.

27 *Quibus adultis factus est Esau vir gnarus venandi, & homo agricola; Iacob autem vir simplex habitabat in tabernaculis*, pag. 210. col. 1.

28 *Isaac amabat Esau, eò quòd de venationibus eius vesceretur, & Rebecca diligebat Iacob*, pag. 257. col. 1.

29 *Coxit autem Iacob pulmentum, ad quem, cùm venisset Esau de agro lassus ait, &c.* pag. 256. col. 1.

Cap. 26. 24. *Ego sum Deus Abrahã patris tui: noli timere, quia ego tecũ sũ*, p. 209. c. 2.

Cap. 27. 8. *Nunc ergo fili mi, acquiesce cõsiliis meis, & pergens ad gregem affer mihi duos hœdos optimos*, pag. 210. col. 1.

11 *Nosti, quòd Esau, frater meus, homo pilosus sit, & ego lenis, &c.* ibid. col. 1.

12 *Si attrectaverit me pater meus, & senserit, timeo, ne putet me sibi voluisse illudere, & inducam super me maledictionem pro benedictione*, pag. 210. col. 2.

13 *In me sit ista maledictio, fili mi; tantùm audi vocem meã.* ibid. & pag. 242. c. 1.

21 *Dixitque Isaac: Accede huc, ut tangam te, fili mi, & probem, utrum tu sis filius meus Esau, an non*, pag. 211. col. 1.

27 *Statimque ut sensit vestimentorum illius fragrantiam, benedicens illi ait, &c.* pag. 187. col. 2. & pag. 241. c. 2. & p. 645. c. 2.

43 *Nunc ergo, fili mi, audi vocem meam, & consurgens fuge ad fratrem meum in Haran, habitabisque ibi cum eo, &c.* pag. 210. col. 2.

Cap. 28. 1. *Vocavit itaque Isaac Iacob, & benedixit eum, præcepitque ei dicens: Noli accipere cõiugẽ de genere Chanaã*, ibid.

6 *Videns autem Esau, quòd benedixisset*

pater suus Iacob, & misisset eũ in Mesopotamiam Syriæ ut inde uxorem duceret, & quod post benedictionem præcepisset ei dicens: Non accipies uxorẽ de filiabus Chanaã, &c. pag.213.c.1.

10 *Igitur egressus Iacob de Bersabee pergebat Haran, cùmque venisset ad quendam locum, &c.* pag.213.col.1.

12 *Viditque in somnis scalam stantem, & cacumen illius tangens cœlum; Angelos quoque Dei ascendentes, & descendentes per eam, & Dominum innixũ scalæ dicentem sibi, &c.* pag.559.col.2.

16 *Verè Dominus est in loco isto, & ego nesciebam*, ibidem.

Cap.31.3. *Maximè dicẽte sibi Domino: Revertere in terrã patrum tuorũ, & ad generationẽ tuam, eroque tecũ*, p.213.c.1.

Cap.32.10. *In baculo meo transivi Iordanem istum, & nunc cum duabus turmis regredior*, pag.211.col.2.

24 *Mansit solus; & ecce vir luctabatur cũ eo usque mane*, pag.258.col.1.

26 *Dimitte me, iam enim ascendit aurora*, pag.493.col.1.

Cap.37.1. *Habitavit ergo Iacob in terra Chanaã, in qua pater suus peregrinatus est*, pag.213.col.2.

Cap.38.6. *Dedit autem Iudas uxorem primogenito suo Her, nomine Thamar, &c.* pag.263.col.1.

7 *Fuit quoque Her primogenitus Iudæ nequam in conspectu Domini, & ab eo occisus est*, pag.263.c.1.& p.628.c.1.

27 *Instante autem partu apparuerũt gemini in utero; atque in ipsa effusione infantium unus protulit manũ, in qua obstetrix ligavit coccinũ dicens*, p.264.c.2.

Cap.41.51. *Vocavitque nomen primogeniti, Manasses, dicens: Oblivisci me fecit Deus omnium laborum meorum, & domus patris mei*, pag.224.col.2.

Cap.48.13. *Et posuit Ephraim ad dexterã suã, id est, ad sinistrã Israel; Manassen verò in sinistra sua ad dexteram scilicet patris, applicuitque ambos ad eum*, pag.168.col.2.

17 *Videns autem Ioseph, quòd posuisset pater suus dexteram manum super caput Ephraim, graviter accepit, & apprehẽsam manum patris levare conatus est de capite Ephraim, & transferre super caput Manasse*, ibidem.

Cap.49.9. *Catulus leonis Iudà: ad prædam, fili mi, ascendisti: requiescens accubuisti ut leo, & quasi leæna, quis suscitabit eum?* pag.615.col.1.

11 *Lavabit in vino stolam suam, & in sanguine uvæ pallium suum*, pag.92.col.2.

18 *Salutare tuũ expectabo, Dñe*, p.104.c.2.

22 *Filius accrescens Ioseph, filius accrescẽs, & decorus aspectu: filiæ discurrerunt super murum*, pag.614.col.2.

25 *Deus Patris tui erit adiutor tuus*, pag.90.c.2.

EX EXODO.

Cap.3.2. *Et videbat, quòd rubus arderet, & nõ combureretur*, pag.146.col.1.& pag.597.col.1.

4 *Cernens autem Deus, quòd pergeret ad videndum, vocavit eum de medio rubi, & ait: Moyses, Moyses; qui respondit: Adsum, &c.* pag.550.col.1.

5 *Ne appropies, inquit, huc; solve calceamentum de pedibus tuis, locus enim, in quo stas, terra sancta est*, pag.349.col.1.& p.550.c.1.

Cap.4.6. *Dixitq́, Dominus rursum; Mitte manum tuam in sinum tuum; quam cùm misisset in sinum, protulit leprosam instar nivis*, pag.197.col.2.

10 *Obsecro, Domine, non sum eloquens ab heri, & nudiustertius: & ex quo locutus es ad servum tuum, impeditioris, & tardioris linguæ sum*, pag.549.col.2.& pag.560.col.2.

22 *Diceſque ad eum: Hæc dicit Dominus: Filius meus primogenitus Israel*, pag.463.col.1.& pag.555.col.2.

23 *Dixi tibi: Dimitte filium meum, ut serviat mihi*, ibidem.

24 *Cùmque esset in itinere in diversorio, occurrit ei Dominus, & volebat occidere eum*, pag.132.col.1.

Cap.17.9. *Dixitque Moyses ad Iosue: Elige viros, & egressus pugna contra Amalec*, pag.70.col.1.

Cap.19.10. *Vade ad populũ, & sanctifica eos hodie, & cras, laventque vestimẽta sua, & sint parati in diẽ tertiũ*, p.653.c.2.

17 *Cùmque eduxisset eos Moyses in occursũ Dei de loco castrorum, steterunt ad radices montis*, ibidem.

Cap.24.10. *Viderunt Deũ Israel, & sub pedibus eius, quasi opus lapidis sapphirini, & quasi cœlum, cùm serenum est*, pag.512.col.1.

Cap.25.8. *Facientque mihi sanctuariũ, & habitabo in medio eorũ*, pag.248.col.2.

10 *Arcam de lignis Setim compingite, & deaurabis eam auro purissimo intus, & foris*, pag.250.col.1.& pag.304.c.2.

16 *Ponesque in arca sanctificationem, quam dabo tibi*, pag.308.col.1.& p.309.c.1.

Cap.27.1. *Facies & altare de lignis Setim*, pag.610.col.2.

Cap.30.6. *Ponesque altare contra velum, quod ante arcam pendet testimonij coram Propitiatorio*, pag.611.col.2.

10 *San-*

10 *Sanctum sanctorum erit Domino*, pag. 611.col.1.

34 *Dixitque Dominus ad Moysen: Sume tibi aroma stacten, & onycha, galbanũ boni odoris, & thus lucidissimũ, æqualis ponderis erũt omnia, &c.* pag.612. col.2.

36 *Sanctum sanctorũ erit thymiama*, pag. 613.col.2.

Cap.32.4. *Fecit ex eis vitulum conflatilẽ*, pag. 539.col.2.

7 *Vade, descende: peccavit populus, quem eduxisti de terra Ægypti*, pag.539.c.2.

8 *Recesserunt citò de via, quam ostendisti eis, feceruntque sibi vitulum conflatilem*, pag.539.col.2.

31 *Obsecro, peccavit populus iste peccatum maximum, feceruntque sibi Deos aureos*, ibidem.

Cap.33.20. *Non poteris videre faciem meam, non enim videbit me homo, & vivet*, pag.389.col.2.

23 *Videbis posteriora mea, faciem autẽ meã videre non poteris*, pag.198.col.1.

Cap.38.1. *Fecit & altare holocausti de lignis Setim, operuitque illud laminis æneis*, pag.610.col.2.

EX LEVITICO.

Cap.21.13. *Virginem ducet uxorem; viduam autem, aut repudiatam, & sordidã, atque meretricem non accipiet, sed puellam de populo suo*, pag.124.col.1.

EX NVMERIS.

Cap.2.1. *Loquutusque est Dominus ad Moysẽ, & Aaron dicens, &c.* pag.22.col.1.

2 *Singuli per turmas, signa, atque vexilla, & domos cognationum suarum castrametabuntur filij Israel per gyrum tabernaculi fœderis*, pag.222.col.1.

Cap.7.11. *Dixitq; Dominus ad Moysen: Singuli duces per singulos dies offerãt munera in dedicationẽ altaris*, p.221.c.2

Cap.12.9. *Iratusque contra eos abijt, nubes quoque recessit*, pag.128.col.1.

10 *Ecce Maria apparuit candẽs lepra quasi nix*, ibid.& pag.637.col.2.

11 *Ait ad Moysen: Obsecro, Domine mi, ne imponas nobis hoc peccatum, quod stultè commisimus, ne fiat hæc quasi mortua, & abortivum, quod proijcitur de vulva matris suæ*, pag.637.col.2.

Cap.13.9. *De Tribu Ephraim Osee filium Nũ*, pag.70.col.1.

Cap.17.2. *Loquere ad filios Israel, & accipe ab eis virgas singulas per cognationes suas, &c.* pag.494.col.2.

7 *Quas cùm posuisset Moyses coram Domino in tabernaculo testimonij, sequẽti die regressus invenit germinasse virgam Aaron de domo Levi, &c.* pag. 286.col.2.& p.494.c.2.

EX DEVTERONOMIO.

Cap.25.5. *Quãdo habitaverint fratres simul, & unus ex eis absque liberis mortuus fuerit, uxor defuncti non nubat alteri, sed accipiat eam frater eius, & suscitabit semen fratris sui*, pag.223.col.1.

Cap.33.12. *Et Benjamin ait: Amantissimus Domini habitabit confidẽter in eo quasi in thalamo tota die morabitur, & inter humeros illius requiescet*, p.298.c.2

Cap.34.5. *Mortuusque est ibi Moyses servus Domini in terra Moab iubente Domino*, pag.581.col.2.

EX IOSVE.

Cap.3.7. *Dixitque Dominus ad Moysen: Hodie incipiam exaltare coram omni Israel*, pag.70.col.1.

14 *Igitur egressus est populus de tabernaculis suis, ut transiret Iordanẽ; & Sacerdotes, qui portabant arcam fœderis, pergebant ante eum*, pag.71.col.1.& p.166.c.1.

15 *Iordanis autem ripas alvei sui tempore messis impleverat*, pag.314.col.2.

Cap.8.9. *Regem eius suspendit in patibulo, & proiecit cadaver eius in introitu civitatis*, pag.313.col.1.

Cap.10.13. *Stetit itaque Sol in medio cœli*, pag.226.col.1.

EX IVDICIBVS.

Cap.6.36. *Dixitque Gedeon ad Deum: Si salvum facis per manum meam Israel, sicut locutus es, ponam hoc vellus lanæ in area*, pag.109.col.2.

Cap.11.39. *Ex inde mos increvit in Israël, & cõsuetudo servata est, ut post anni circulum conveniãt in unum filiæ Israel, & plangant filiam Iephte Galaaditæ diebus quatuor*, pag.654.col.2.

EX RVTH.

Cap.3.2. *Booz iste, cuius puellis in agro iuncta es, propinquus noster est, & hac nocte aream hordei ventilat, &c.* pag.222. col.1.

9 *Ego sum Ruth ancilla tua; expande pallium super famulam tuã, quia propinquus es*, pag.223.col.1.

10 *Benedicta, inquit, es à Domino, filia, & priorem misericordiam posteriore superasti, quia non es secuta iuvenes pauperes, sive divites*, pag.269.col.1.

12 *Nec abnuo me propinquum, sed alius est me propinquior*, p.223.col.1.

EX I. LIBRO REGVM.

Cap.1.12. *Factum est autem, cùm illa multiplicaret preces coram Domino, ut Heli observaret os eius*, pag.628.col.2.

13 *Porrò Anna loquebatur in corde suo, tãtùmque labia illius movebãtur, & vox penitus non audiebatur*, ibidem.

14 *Æstimavit ergo eam Heli tumulentam, dixitque ei: Vsquequo ebria eris? digere paulisper vinum, quo mades*, ibidem.

15 *Respondens Anna: Nequaquam, inquit, Domine mi: nam mulier infelix nimis ego sum, vinumque, & omne, quod inebriare potest non bibi, sed effudi animam meam in conspectu Domini*, ibid.

24 *Puer autem erat adhuc infantulus; & immolaverunt vitulum, & obtulerunt puerum Heli, &c.* pag.628.col.1.

Cap.3.1. *Puer Samuel ministrabat Domino coràm Heli, & sermo Domini erat pretiosus in diebus illis, nõ erat visio manifesta*, pag.629.col.1.

15 *Et Samuel timebat indicare visionẽ Heli*, pag.629.col.2.

Cap.5.4. *Invenerunt Dagon iacentem super faciem suam in terra coram arca Domini*, pag.198.col.2.

Cap.10.1. *Inple cornu tuum oleo*, pag.283.c.1.

23 *Stetitque in medio populi, & altior fuit universo populo ab humero, & sursum*, pag.152.col.2.

Cap.13.14. *Quæsivit Dominus sibi virum iuxta cor suum, & præcepit ei Dominus, ut esset Dux super populum suum, eò quòd non servaveris, quæ præcepit Dominus*, pag.214.col.2.

Cap.15.22. *Melior est enim obedientia, quàm victima*, pag.215.col.2.

Cap.16.13. *Tulit ergo Samuel cornu olei, & unxit eum in medio fratrum eius*, pag.283.col.1.

14 *Spiritus autem Domini recessit à Saul, & exagitabat eum spiritus nequam, à Domino, &c.* pag.288.col.1.

23 *Igitur, quando Spiritus Domini malus arripiebat Saul, David tollebat citharam, & percutiebat manu sua, & refocillabatur Saul, & levius habebat, &c.* pag.288.col.1.

Cap.17.17. *Accipe fratribus tuis ephi polẽtæ, & decem panes istos, & curre in castra ad fratres tuos, &c.* pag.216.c.2.

Cap.20.27. *Cùmque illuxisset dies secunda post Kalendas, rursus apparuit vacuus locus David; dixitque Saul ad Ionatham filium suum: Cur non venit filius Isai, nec heri, nec hodie ad vescendum*, pag.275.col.1.

Cap.22.9. *Vidi, inquit, filium Isai in Nobe apud Achimelech filium Achitob Sacerdotem*, pag.275.col.1.

Cap.24.7. *Propitius sit mihi Dominus, ne faciam banc rem Domino meo Christo Domini*, pag.123.col.1.

EX II. LIBRO REGVM.

Cap.6.3. *Et imposuerunt arcã Dei super plaustrum novum, tulerunt que eam de domo Aminadab, qui erat in Gabaa; Oza autem, & Ahio filij Aminadab, minabant plaustrum novum, &c.* pag.313.col.1.

Cap.22.29. *Quia tu lucerna, Domine, & tu, Domine, illuminabis tenebras meas*, pag.475.col.1.

EX III. LIBRO REGVM.

Cap.1.1. *Et Rex David senuerat, habebatque ætatis plurimos dies, cùmque operiretur vestibus, non calefiebat, &c.* pag.565.col.1.

Cap.2.19 *Positusque est thronus matri Regis, quæ sedit ad dexteram eius*, p.577.c.1.

Cap.3.12. *Ecce feci tibi secundùm sermones tuos*, pag.404.col.1.

Cap.5.2. *Misit autem Salomon ad Hiram, dicens: Tu scis voluntatem David patris mei, & quia non potuit ædificare, &c.* pag.416.col.2.

Cap.6.7. *Et malleus, & securis, & omne ferramentum non sunt audita in domo, cùm ædificaretur*, pag.417.col.2.

Cap.7.19. *Capitella autem, quæ erant super capita columnarum, quasi opere lilij fabricata erant in portico quatuor cubitorum*, pag.172.col.1.

23 *Fecit quoque mare fusile decem cubitorũ à labio usque ad labium* p.471.c.2.

Cap.10.18. *Fecit etiam Rex Salomon thronũ de ebore grandem, & vestivit eum auro fulvo nimis, &c.* pag.424.col.1.

Cap.14.21. *Porrò Roboam filius Salomonis regnavit in Iudà: quadraginta & unius anni erat Roboam, cùm regnare cœpisset: decem & septem annos regnavit in Ierusalem civitate, quam elegit Dominus, &c.* pag.635.col.2.

31 *Dormivitque Roboã cum patribus suis, & sepultus est cum eis in civitate David: nomen autem matris eius Naama Ammonitis*, pag.635.col.2.

Cap.18.44. *Ecce nubecula parva quasi vestigium hominis ascendebat de mari*, pag.37.col.2.& p.40.c.2.& p.351.c.2.

EX

EX LIBRO IV. REGVM.

Cap.2.20. *Afferte mihi vas novum, & mittite in illud sal*, pag.471.col.1.

Cap.20.1. *In diebus illis ægrotavit Ezechias usque ad mortem, & venit ad eũ Isaias filius Amos, dixitque ei, &c.* pag.224. col.1.

9 *Vis, ut ascendat umbra decem lineis, aut ut revertatur totidem gradibus?* pag. 243.col.1.

EX ESTHER.

Cap.15.17. *Facies tua plena est gratiarũ*, pag. 339.col.1.

EX IOB.

Cap.3.3. *Pereat dies, in qua natus sum, & nox, in qua dictum est; conceptus est homo*, pag.23.col.1.& p.477.c.2.& p.537. col.1.

10 *Non conclusit ostia ventris, qui portavit me, nec abstulit malum ab oculis meis*, pag.534.col.1.& p.575.c.2.

Cap.4.18. *Ecce qui serviunt ei non sunt stabiles, & in Angelis suis reperit pravitatem*, pag.415.col.2.

Cap.24.14. *Mane primo consurgit homicida interficit egenum, & pauperem: per noctem verò erit, quasi fur, &c.* pag.460. col.1.

15 *Qui reliqui fuerint ex eo, sepelientur in interitu, & viduæ illius non plorabũt*, ibidem.

16 *Si comportaverit quasi terram argentum, & sicut lutum præparaverit vestimenta, &c.* ibidem.

17 *Præparavit quidem, sed iustus vestietur illis: & argentum innocens dividet*, ibidem.

Cap.31.26. *Si vidi Solem, cùm fulgeret, & Lunam incedentem clarè*, p.327.c.1.

Cap.38.12. *Numquid post ortum suum præcepisti diluculo, & ostendisti auroræ locũ suum*, pag.259.col.2.

Cap.40.14. *Ipse est principium viarum Dei*, pag.381.col.1.

19 *In oculis eius, quasi hamo capiet eũ*, pag. 53.col.1.

EX PSALMIS.

Psalm.1.1. *Beatus vir qui non abijt in consilio impiorum*, pag.219.col.1.

Psalm.2.7. *Dominus dixit ad me: Filius meus es tu; ego hodie genui te*, pag.13.col.2. & pag.179.col.2.& pag.586.col.1.

Psal.4.3. *Filij hominũ usquequo pravi corde? ut quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium?* pag.550.col2.

4 *Et scitote, quoniam mirificavit Dominus sanctum suum*, ibidem.

Psal.9.16. *Exultabo in salutari tuo*, pag.104. col.2.

Psal.15.1. *Cõserva me, Domine, quoniam speravi in te*, pag.357.col.1.

Psal.17.9. *Ascendit fumus in ira eius, ignis à facie eius exarsit, carbones succensi sũt ab eo*, pag.514.col.1.

29 *Quoniam tu illuminas lucernam meam, Domine*, pag.474.col.2.

Psal.18.5. *In omnem terram exivit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum*, pag.418 col.1.

6 *In Sole posuit tabernaculum suum*, pag. 208.col.1.& p.222.c.1.& p.316.c.2. & p.597.c.1.

Psal.21.10. *Quoniam tu es, qui extraxisti me de utero matris meæ*, pag.133.col.2.

21 *Erue à framea, Deus, animam meam, & de manu canis unicam meam*, pag.67. col.2.

Psal.22.6. *Et calix meus inebrians quàm præclarus est*, pag.94.col.1.

Psal.23.1. *Domini est terra, & plenitudo eius*, pag.291.col.1.

Psal.39.9. *In capite libri scriptum est de me, ut facerem voluntatem tuam, Domine*, pag.2.col.2.& p.3.c.2.& p.5.c.2.& p.26.c.2.& p.27.c.1.& p.203.c.2.

10 *Annuntiavi iustitiã in Ecclesia magna*, pag.2.col.2.

Psal.44.2. *Eructavit cor meum verbum bonũ*, pag.142.col.1.& p.645.c.1.

3 *Speciosus forma præ filijs hominum*, pag. 236.col.1.& p.340.c.2.

4 *Accingere gladio tuo super fœmur tuum potentissime*, pag.334.col.2.

5 *Specie tua, & pulchritudine tua intende, prosperè procede, & regna*, pag.238. col.1.

11 *Audi filia, & vide, & inclina aurem tuã*, pag.235.col.2.& p.268.c.2.& p.340. col.2.

14 *Omnis gloria filiæ Regis abintus*, pag. 538.col.1.& p.649.c.2.

Psal.45.4. *Sonuerunt, & turbatæ sunt aquæ eorum*, pag.350.col.1.

Psal.47.2. *Magnus Dominus, & laudabilis nimis in civitate Dei nostri, in mõte sancto eius*, pag.501.col.2.

3 *Fũdatur in exultatione universæ terræ mons Sion, latera Aquilonis civitas Regis magni*, ibidem.

4 *Deus in domibus eius cognoscetur, cùm suscipiet eam*, ibidem.

Psal.50.7. *Ecce in iniquitatibus conceptus sũ, & in peccatis concepit me mater mea*,

pag.

pag.23.col.1.& p.413.c.1.& p.539. col.2.
12 *Spiritum rectum innova in viſceribus meis*, pag.514.col.1.
13 *Et Spiritum ſanctum tuum ne auferas à me*, ibidem.
14 *Et ſpiritu principali confirma me*, ibidē.
Pſal.53.1. *In finem, in carminibus intellectus David*, pag.219.col.1.
Pſal.54.7. *Quis dabit mihi pennas ſicut colūba, & volabo, & requieſcā*, pag.577. col.2.
Pſal.63.8. *Accedet homo ad cor altū, & exaltabitur Deus*, pag.337.col.1.
Pſal.71.6. *Deſcendet ſicut pluvia in vellus, & ſicut ſtillicidia ſtillantia ſuper terram*, pag.246.col.2.& p.616.c.2.
Pſal.72.7. *Erit in diebus eius iuſtitia, & abundātia pacis, donec auferatur Luna*, pag. 417.col.2.
Pſal.73.5. *Poſuerunt ſigna ſua, ſigna: & non cognoverunt ſicut in exitu ſuper ſummum*, pag.53.col.2.
Pſal.75.5. *In pace factus eſt locus eius, & habitatio eius in Sion*, pag.521.col.1.
Pſal.77.23. *Mandavit nubibus deſuper*, pag. 251.col.2.
Pſal.84.12. *Veritas de terra orta eſt, & iuſtitia de cœlo proſpexit*, pag.546.col.2.
Pſal.85.13. *Quia miſericordia tua magna eſt ſuper me, & eruiſti animam meam ex inferno inferiori*, pag.63.col.1.
Pſal.86.1. *Fundamenta eius in montibus ſanctis*, pag.293.col.1.
3 *Glorioſa dicta ſunt de te, civitas Dei*, pag.368.col.2.
36 *Semel iuravi in ſancto meo, ſi David mentiar, ſemen eius in æternum manebit*, pag.376.col.1.
Pſal.88.7. *Quoniam quis in nubibus æquabitur Domino*, pag.251.col.2.& pag.439. col.1.
30 *Et ponam thronum eius ſicut dies cœli*, pag.425.col.1.
38 *Et thronus eius ſicut Sol in conſpectu meo*, pag.431.col.1.
Pſal.90.2. *Dominus regnavit, decorem indutus eſt*, pag.316.col.1.
Pſal.95.2. *Annuntiate de die in diem ſalutare eius*, pag.551.col.2.
Pſalm.99.3. *Scitote, quoniam Dominus ipſe eſt Deus*, pag.478.col.2.
Pſal.103.3. *Qui ponis nubem aſcenſum tuum*, pag.251.col.2.
4 *Qui facis Angelos tuos ſpiritus, & miniſtros tuos ignem urentem*, pag. 380. col.2.
Pſal.109.4. *In ſplendoribus ſanctorum, ex utero ante Luciferum genui te*, pag. 312. col.1.
Pſal.110.10. *Sanctum, & terribile nomē eius*, pag.101.col.1.
Pſalm.115.2. *Ego dixi in exceſſu meo: omnis homo mēdax*, pag.463.col.1.& p.545. col.1.
Pſal.118.89. *In æternum, Domine, verbum tuum permanet in cœlo*, pag.217.c.2.
170 *Intret poſtulatio mea in conſpectu tuo, ſecundùm eloquium tuū eripe me*, pag. 148.col.1.
Pſal.122.2. *Sicut oculi ancillæ in manibus dominæ ſuæ, ita oculi noſtri ad Dominum Deum noſtrum*, pag.237.col.1.
Pſal.31.8. *Surge, Domine, in requiem tuā, tu, & arca ſanctificationis tuæ*, pag.247. col.1.& p.300.c.2.
17 *Paravi lucernam Chriſto meo*, pag.474. col.2.
Pſal.134.7. *Educens nubes ab extremo terræ*, pag.251.col.2.
Pſal.138.16. *Imperfectum meum viderūt oculi tui, & in libro tuo omnes ſcribentur: dies formabuntur, & nemo in eis*, pag. 3.col.1.& p.4.c.1.
Pſal.148.5. *Quia ipſe dixit, & facta ſunt; ipſe mandavit, & creata ſunt*, pag.233. col.1.
Pſal.150.6. *Omnis ſpiritus laudet Dominum*, pag.111.col.1.

EX PROVERBIIS.

Cap.8.22. *Dominus poſſedit me in initio viarū ſuarum, antequàm quidquam faceret à principio*, pag.2.col.1.& p.151.c.1.& p.291.c.2.& p.382.c.1.& p.528.c.1.
27 *Quando præparabat cœlos, aderam*, pag. 32.col.2.
30 *Et delectabar per ſingulos dies ludēs coram eo omni tempore*, pag.21.col.2. & p.23.c.2.
Cap.18.10. *Turris fortiſſima nomen Domini; ad ipſum currit iuſtus, & exaltabitur*, pag.100.col.1.
Cap.20.27. *Lucerna Domini ſpiraculum hominis*, pag.167.col.2.
Cap.30.18. *Tria ſunt mihi difficilia, & quartum penitus ignoro*, pag.273.col.1.
Cap.31.10. *Mulierem fortem quis inveniet: procul, & de ultimis finibus pretium eius*, pag.66.col.

EX CANTICIS CANTICORVM.

Cap.1.2. *Oleum effuſum nomen tuum*, pag.59. col.1.& p.100.c.2.& p.461.c.2.
5 *Nigra ſum, ſed formoſa, filiæ Ieruſalem*, pag.270.col.1.& p.640.c.2.
7 *Indica mihi, ubi paſcas, ubi cubes in meridie*, pag.285.col.2.

14 *Ecce tu pulchra es, amica mea, ecce tu pulchra es*, pag. 173. col. 1. & pag. 441. col. 1.

15 *Ecce tu pulcher es, dilecte mi, & decorus*, pag. 541. col. 1. & pag. 578. col. 2.

16 *Lectulus noster floridus; tigna domorum nostrarum cedrina, laquearia nostra cypressina*, pag. 578. col. 2.

Cap. 2. 1. *Ego flos campi, & lilium convallium*, pag. 172. col. 1. & p. 306. c. 2. & p. 619. col. 1.

2 *Sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias*, pag. 306. col. 2. & p. 541. col. 1.

3 *Sicut malus inter ligna silvarum, sic dilectus meus inter filios*, pag. 541. col. 1.

16 *Dilectus meus mihi & ego illi, qui pascitur inter lilia*, pag. 306. col. 2. & pag. 338. col 2.

Cap. 3. 1. *In lectulo meo per noctes quæsivi, quē diligit anima mea*, pag. 536. col. 1.

6 *Quæ est ista, quæ ascendit de deserto, sicut virgula fumi*, pag. 105. col. 1. & p. 458. c. 1. & p. 596. c. 2. & p. 653. c. 2.

7 *En, lectulum Salomonis sexaginta fortes ambiunt ex fortissimis Israel*, pag. 535. col. 1. & p. 651. c. 2. & p. 652. c. 1.

8 *Omnes tenentes gladium, & ad bella doctissimi; uniuscuiusque ensis super fœmur suum propter timores nocturnos*, pag. 535. col. 1.

9 *Ferculum fecit sibi Rex Salomon de lignis Libani, columnas eius fecit argenteas, reclinatorium aureum*, pag. 652. col. 1.

11 *Egredimini, & videte, filiæ Sion, Regem Salomonem in diademate, quo coronavit illum mater sua*, pag. 218. col. 1.

Cap. 4. 3. *Sicut vitta coccinea labia tua, & eloquium tuum dulce*, pag. 548. col. 2.

7 *Tota pulchra es, amica mea, & macula non est in te*, pag. 600. col. 1.

12 *Hortus cōclusus, Soror mea Sponsa, hortus conclusus, fons signatus*, pag. 8. col. 1. & p. 575. c. 1.

16 *Surge Aquilo, & veni Auster, & perfla hortum meum, & fluēt aromata illius*, pag. 524. col. 1.

Cap. 5. 11. *Caput eius aurum optimum; comæ eius sicut elatæ palmarum, nigræ, quasi corvus*, pag. 561. col. 2.

Cap. 6. 4. *Averte oculos tuos à me, quia ipsi me avolare fecerunt*, pag. 337. col. 1.

8 *Viderunt eam filiæ Sion, & beatissimam prædicaverunt*, pag. 53. col. 2.

9 *Quæ est ista, quæ progreditur, quasi aurora consurgens, pulchra ut Luna, electa ut Sol, terribilis ut castrorū acies ordinata?* pag. 53. col. 2. & p. 105. c. 1. & p. 115. c. 2. & p. 155. c. 2. & p. 355. c. 1. & p. 383. c. 1. & p. 418. c. 2. & p. 458. c. 1. & p. 593. c. 2. & p. 595. col. 1.

11 *Anima mea turbavit me propter quadrigas Aminadab*, pag. 221. col. 2. & pag. 261. col. 1.

12 *Revertere, revertere, Sunamitis, ut intueamur te*, pag. 417. col. 1.

Cap. 7. 1. *Quid videbis in Sunamitide, nisi choros castrorū? Quàm pulchri sunt gressus tui in calceamentis, filia Principis*, pag. 348. col. 2. & p. 420. c. 1.

2 *Vmbilicus tuus crater tornatilis, nunquā indigens poculis: venter tuus sicut acervus tritici vallatus liliis*, pag. 618. col. 1. & p. 620. c. 1.

7 *Statura tua assimilita est palmæ*, pag. 155. col. 1.

8 *Ascendam in palmam, & apprehendam fructus eius*, pag. 92. col. 1.

Cap. 8. 5. *Quæ est ista, quæ ascendit de deserto deliciis affluens, innixa super dilectum suum? sub arbore malo suscitavi te: ibi violata est genitrix tua*, pag. 125. col. 1. & p. 458. & p. 505. c. 1.

EX SAPIENTIA.

Cap. 1. 7. *Omnia creata sunt, & producta per Spiritum sanctum*, pag. 292. col. 2.

Cap. 7. 25. *Vapor est enim virtutis Dei, & emanatio quædam claritatis Omnipotentis Dei sincera*, pag. 433. col. 1.

29 *Est enim hæc speciosior Sole, & super omnem dispositionem stellarum, luci comparata, invenitur purior, illi enim succedit nox; sapientiam autem nō vincit malitia*, pag. 479. col. 1.

Cap. 18. 15. *Omnipotens sermo tuus de cœlo, à regalibus sedibus, durus debellator in mediam exterminij terram prosilivit*, pag. 326. col. 2.

EX ECCLESIASTICO.

Cap. 10. 5. *Super faciem Scribæ imponet honorem suum*, pag. 661. col. 2.

Cap. 24. 3. *In conspectu virtutis illius gloriabitur, & in medio populi sui exaltabitur, & in plenitudine sancta admirabitur*, pag. 361. col. 2.

5 *Ex ore Altissimi prodivi, primogenita ante omnem creaturam*, pag. 34. col. 1.

12 *Ab initio, & ante sæcula creata sum*, pag. 411. col. 1.

15 *Et sic in Sion firmata sum, & in civitate sanctificata similiter requievi, &c.* pag. 352. col. 1. & p. 361. c. 2.

16 *Et radicavi in populo honorificato, & in parte Dei mei hæreditas illius, & in plenitudine Sanctorū detentio mea*, pag.

pag. 361. col. 2. & pag. 363. col. 1.
31 *Qui elucidant me, vitam æternam habebunt*, pag. 661. col. 2.
35 *Qui implet quasi Phison sapientiam, & sicut Tigris in diebus novorum*, p. 168. col. 1. & p. 408. c. 1.
42 *Inebriabo prati mei fructum*, pag. 601. col. 1.
Cap. 27. 12. *Homo sanctus in sapientia manet sicut Sol; nam stultus sicut Luna mutatur*, pag. 365. col. 2.
Cap. 36. 24. *Species mulieris exhilarat faciem viri*, pag. 237. col. 2.
25 *Non est vir illius secundùm filios hominum*, pag. 113. col. 1.
Cap. 43. 16. *In magnitudine sua posuit nubes*, pag. 251. col. 2.
Cap. 45. 1. *Dilectus Deo, & hominibus Moyses, cuius memoria in benedictione est*, pag. 581. col. 2.

EX ISAIA.

Cap. 1. 1. *Visio Isaiæ, filij Amos*, pag. 230. c. 1.
Cap. 2. 1. *Verbum, quod vidit Isaias*, pag. 230. col. 1.
Cap. 5. 6. *Nubibus mandabo, ne pluant*, p. 251. col. 2.
Cap. 8. 1. *Sume tibi librum grandem*, pag. 6. c. 1.
Cap. 9. 6. *Factus est principatus super humerũ eius*, pag. 52. col. 2.
Cap. 10. 5. *Væ Assur virga furoris mei, & baculus ipse est: in manu eorũ indignatio mea*, pag. 280. col. 1.
33 *Ecce dominator Dominus exercituũ confringet lagunculam in terrore, & excelsi statura succidentur, & sublimes humiliabuntur*, pag. 281. col. 1.
Cap. 11. 1. *Et egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet, & requiescet super eum Spiritus Domini*, pag. 276. col. 1. & p. 280. c. 1. & p. 281. col. 1.
9 *Et delectabitur infans ab ubere super foramine aspidis, & caverna reguli; qui ablactatus fuerit, manum suam mittet*, pag. 93. col. 2.
Cap. 16. 1. *Emitte agnum, Domine, dominatorem terræ de Petra deserti ad montem filiæ Sion*, pag. 272. col. 1.
4 *Absconde fugientes, & vagos ne prodas: habitabunt apud te profugi mei*, pag. 274. col. 2.
Cap. 19. 1. *Ecce Dominus ascendet super nubẽ levem*, pag. 253. col. 2.
Cap. 26. 8. *Nomen tuum, & memoriale tuum in desiderio animæ meæ*, pag. 101. c. 1.
Cap. 29. 11. *Et erit vobis visio omnium, sicut verba libri signati, quem cùm dederint scienti litteras, dicent: Lege istum; & respondebit: Non possum; signatus est enim*, pag. 8. col. 1. & p. 406. col. 1.
Cap. 30. 27. *Ecce nomen Domini venit de longinquo, ardens furor eius, & gravis ad portandum*, pag. 101. col. 1.
Cap. 52. 7. *Quàm pulchri sunt super montes pedes annuntiantis, & prædicantis pacẽ*, pag. 421. col. 1.
Cap. 53. 7. *Oblatus est, quia ipse voluit, & non aperuit os suum: sicut ovis ad occisionem ducetur, & sicut agnus coram tondente se obmutescet*, pag. 246. col. 2.
8 *Generationem eius quis enarrabit?* pag. 11. col. 1.
Cap. 62. 2. *Et vocabitur tibi nomen novũ, quod os Domini nominabit*, pag. 99. col. 2.
3 *Et eris corona gloriæ in manu Domini, & diadema Regni in manu Dei tui*, ibidem.
4 *Vocaberis voluntas mea*, pag. 235. col. 2.
Cap. 63. 3. *Torcular calcavi solus, & de gentibus non est vir mecum*, pag. 82. col. 2.
Cap. 66. 7. *Antequàm parturiret, peperit, antequàm veniret partus eius, peperit masculum. Quis audivit unquam tale?* pag. 75. col. 1.

EX IEREMIA.

Cap. 1. 1. *Verba Ieremiæ*, pag. 230. col. 1.
2 *Quod factum est verbum Domini ad eũ*, ibidem.
Cap. 22. 24. *Vivo ego, dicit Dominus: quia si fuerit Iechonias filius Ioakim, Regis Iuda, anulus in manu dextera mea, inde evellam eum*, pag. 449. col. 1. & pag. 462. col. 2.
29 *Terra, terra, audi sermonẽ Domini*, pag. 449. col. 1.
30 *Hæc dicit Dominus: Scribe virum istum sterilem, qui in diebus suis non prosperabitur, neque enim erit de semine eius vir, qui sedeat super solium David*, ibidem.
Cap. 36. 32. *Ieremias autem tulit volumen aliud, & dedit illud Baruch, filio Neriæ scribæ, qui scripsit in eo ex ore Ieremiæ omnes sermones libri, quem cõbusserat Ioakim Rex Iudà igni*, pag. 9. col. 2.

EX EZECHIELE.

Cap. 1. 22. *Et similitudo super capita animaliũ firmamenti, quasi aspectus crystalli horribilis, & extenti super capita eorum desuper*, pag. 510. col. 1. & p. 655. col. 2.
23 *Sub firmamento autem pennæ eorum rectæ alterius ad alterum; unumquodque duo-*

duabus alis velabat corpus ſuum, & alterum ſimiliter velabatur, pag.560. col.2.

24 *Et audiebam ſonum alarum, quaſi ſonum aquarum multarum, quaſi ſonum ſublimis Dei; cùm ambularent quaſi ſonus erat multitudinis, ut ſonus caſtrorum*, pag.510.col.2.

26 *Et ſuper firmamentum, quod erat imminens capitibus eorum, quaſi aſpectus lapidis ſapphiri ſimilitudo throni, ſimilitudo, quaſi aſpectus hominis deſuper*, pag.511.col.2.& p.512.c.1.& p. 655.c.2.

27 *Et vidi, quaſi ſpeciem electri velut aſpectum ignis intrinſecus eius per circuitum, à lumbis eius deſuper, & à lumbis eius uſque deorſum, vidi quaſi ſpeciem ignis ſplendentis in circuitu*, pag.511. col.2.& p.512.c.1.& p.513.c.2.

28 *Velut aſpectum arcus, cùm fuerit in nube in die pluviæ, hic erat aſpectus ſplẽdoris per gyrum*, pag.517.col.1.

Cap.2.1. *Hæc viſio ſimilitudinis gloriæ Domini: & vidi, & cecidi in faciem meã, & audivi vocem loquentis, & dixit ad me; Fili hominis, ſta ſuper pedes tuos, & loquar tecum*, pag.515.col.2.

2 *Et ingreſſus eſt in me ſpiritus, poſtquàm locutus eſt mihi, & ſtatuit me ſupra pedes meos*, ibidem.

9 *Et vidi, & ecce manus miſſa ad me, in qua erat involutus liber; & expandit illum corã me, qui erat ſcriptus intus, & foris, & ſcriptæ erant in eo lamentationes, & carmẽ, & væ*, pag.10.c.1.

Cap.16.4. *Quando nata es in terra ortus tui*, pag.53.col.2.

8 *Eras nuda, & confuſionis plena*, ibid.

Cap.28.12. *Tu ſignaculum ſimilitudinis*, pag. 380.col.2.

Cap.41.22. *Altaris lignei trium cubitorũ latitudo*, pag.611.col.2.

23 *Hæc eſt menſa coram Domino*, ibidem.

Cap.44.2. *Porta hæc clauſa erit: nõ aperietur, & vir non tranſibit per eam, quoniam Dominus Deus Iſrael ingreſſus eſt per eam, eritque clauſa Principi*, pag.363. col.1.& p.518.c.1.

3 *Princeps ipſe ſedebit in ea, ut comedat panem coram Domino*, pag.597.col.2.

EX DANIELE.

Cap.7.10. *Thronus eius ſicut flamma ignis; rotæ eius ignis accẽſus; fluvius igneus, rapiduſque egrediebatur à facie eius*, pag.514.col.1.

Cap.12.3. *Quod fulgebunt, quaſi ſtellæ in perpetuas æternitates*, pag.482.col.2.

EX OSEA.

Cap.6.7. *Quaſi diluculum, præparatus eſt egreſſus eius*, pag.255.col.2.

EX IONA.

Cap.1.5. *Et Ionas deſcendit ad interiora navis, & dormiebat ſopore gravi*, pag. 548.col.1.

EX MICHÆA.

Cap.7.3. *Magnus locutus eſt deſiderium animæ ſuæ, & conturbaverunt eum*, pag. 293.col.2.

EX HABACVC.

Cap.1.18. *Ego autem in Domino gaudebo, & exultabo in Domino Ieſu meo*, pag. 104.col.2.

EX ZACHARIA.

Cap.3.9. *Ecce lapis, quem dedi coram Ieſu: ſuper lapidem unum ſeptem oculi ſunt*, pag.343.col.2.

EX LIB. I. MACHABÆORVM.

Cap.6.39. *Et ut refulſit Sol in clypeos aureos, & æreos, reſplenduerunt mõtes ab eis, & reſplenduerunt ſicut lampades ignis*, pag.433.col.2.

EX NOVO TESTAMENTO.

EX MATTHÆO.

Cap.1.1. LIBER generationis Ieſu Chriſti, &c. pag.4.col.2.& p.214.c.2. & p.230. col.1.

3 *Iudas autem genuit Phares & Zaram de Thamar*, pag.230.col.2.

4 *Naaſon autem genuit Salmon, Salmon autem genuit Booz de Rabab*, p.222. col.1.

5 *Booz autem genuit Obed ex Ruth*, ibid.

8 *Ioram autem genuit Oziam*, pag.223. col.2.

10 *Ezechias autem genuit Manaſſem*, pag. 224.col.1.

17 *Omnes itaque generationes ab Abraham uſ-*

usque ad David generationes quatuordecim, & à David usque ad transmigrationẽ Babylonis generationes quatuordecim, & à transmigratione Babylonis usque ad Christum generationes quatuordecim, pag.55.col.1. & p. 164.c.1.

18 *Generatio autem Christi sic erat. Cùm esset desponsata mater eius Maria Ioseph, &c.* pag.180.col.1.

19 *Ioseph autem vir eius.cùm esset iustus, & nollet eam traducere, voluit occultè dimittere eam*, pag.642.col.2.

20 *Quod enim in ea natũ est, de Spiritu sancto est*, pag.240.col.1.

21 *Vocabis nomen eius Iesum*, pag.606.c.2.

25 *Et non cognoscebat eam, donec peperit filium suum primogenitum*, pag. 335. col.1.

Cap.2.9. *Et ecce stella, quam viderant in Oriente, antecedebat eos, usque dum veniens staret suprà, ubi erat puer, & intrantes, &c.* pag.86.col.2.

19 *Defuncto autem Herode, ecce Angelus Domini apparuit in somnijs Ioseph in Ægypto dicens: Surge, & accipe puerum*, pag.539.col.2.

Cap.3.1. *In diebus autem illis venit Ioannes Baptista prædicans in deserto Iudææ, & dicens: Pœnitentiam agite; appropinquavit enim Regnum cœlorum*, pag. 583.col.2.& p.630.c.1.

4 *Ipse autem Ioannes habebat vestimentũ de pilis camelorum, & zonam pelliceã circa lumbos suos, esca autem eius erat locustæ, & mel silvestre*, pag.583.c.1.

5 *Tunc exibat ad eum Ierosolyma, & omnis Iudæa, & omnis Regio circa Iordanem*, pag.583.col.2.& pag.585.c.1.

11 *Ego quidem baptizo vos in aqua in pœnitentiam, qui autem post me venturus est, fortior me est, cuius non sum dignus calceamenta portare*, pag.146.col.2.

14 *Ego à te debeo baptizari, & tu venis ad me*, pag.95.col.2.

16 *Baptizatus autem Iesus confestim ascendit de aqua, & ecce aperti sunt ei cœli, & vidit Spiritum Dei descendentẽ sicut columbam, & venientem super se*, pag.556.col.1.& p.586.c.1.

17 *Et ecce vox de cœlis dicens: Hic est Filius meus dilectus*, pag.556. col. 1. & p.586.c.1.

Cap.5.2. *Et tu Bethlehem Ephrata parvula es in millibus Iudà; ex te mihi egredietur, qui sit dominator in Israel*, pag. 640. col.1.

13 *Vos estis lux mundi*, pag.604.col.2.

Cap.6.6 *Fiat voluntas tua sicut in cœlo & in terra*, pag.208.col.1.

19 *Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra, ubi ærugo, & tinea demolitur, & ubi fures effodiunt, & furãtur*, pag. 28.col.2.

28 *Considerate lilia agri, quomodo crescunt*, pag.172.col.1.

Cap.9.12. *Non est opus valẽtibus medico, sed male habentibus*, pag.58.col.2.

Cap.10.34. *Nolite arbitrari, quia pacem veni mittere in terram; non veni pacẽ mittere, sed gladium, &c.* pag.643.col.1.

Cap.11.2. *Ioannes autem cùm audisset in vinculis opera Christi, mittens duos ex discipulis suis, ait Tu es, qui venturus es, an alium expectamus?* pag.584.col.2.

27 *Nemo novit Filium, nisi Pater, neque Patrem quis novit nisi Filius, & cui voluerit Filius revelare*, pag.407.c.1.

28 *Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos*, pag. 622.col.2.

Cap.12.34. *Progenies viperarũ quomodo potestis bona loqui, cùm sitis mali*, pag. 648.col.1.

40 *Sicut enim fuit Ionas in ventre ceti tribus diebus, & tribus noctibus, sic erit Filius hominis in corde terræ tribus diebus, & tribus noctibus*, pag.615. col.1.

46 *Adhuc eo loquente ad turbas, ecce mater eius, & fratres stabant foris quærẽtes loqui ei*, pag.231.col.2.

47 *Dixit autem quidam: Ecce mater tua, & fratres tui foris stant quærẽtes te*, pag 231.col.2.

48 *At ipse respondens dicenti sibi ait: Quæ est mater mea, & qui sunt fratres mei?* pag.220.col.1.& p.235.c.2.& p.643. col.1.

49 *Et extendens manus in discipulos ait: Ecce mater mea, & fratres mei*, pag. 220.col.1.& p.231.c.2.& p.643.c.2.

50 *Quicunque enim fecerit voluntatem Patris mei, qui in cœlis est, ipse meus frater & soror, & mater est*, pag.220. c. 1.& p.231.c.2.

Cap.13.45. *Simile est Regnum cœlorũ homini negotiatori quærenti bonas margaritas*, pag.67.col.1.

52 *Ideò omnis scriba doctus in Regno cœlorum similis est homini patrifamilias, qui profert de thesauro suo nova, & vetera*, pag.407.col.2.

Cap.15.18. *Quæ autem procedunt de ore, de corde exeunt, & ea coinquinant hominem, &c.* pag.648.col.1.

Cap.17.2. *Et resplenduit facies eius sicut Sol, vestimenta autem eius facta sunt alba sicut nix*, pag.24.col.1.

5 *Adhuc eo loquente, ecce nubes lucida obum-*

umbrauit eos, & ecce vox de nube dicēs: Hic est Filius meus dilectus in quo mihi benè complacui, ipsum audite, pag. 240. col. 2. & p. 556. c. 1.

Cap. 20. 22. *Potestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum?* pag. 94. col. 1.

23 *Sedere autem ad dexteram meam, vel ad sinistram, non est meū dare vobis, &c.* pag. 577. col. 1.

Cap. 26. 39. *Et progressus pusillum procidit in faciem suam.* pag. 481. col. 2.

42 *Iterum abijt, & oravit dicens: Pater mi, si non potest hic calix transire, nisi bibam illum, fiat voluntas tua*, ibidem, & pag. 482. col. 1.

44 *Et relictis illis iterum abijt, & oravit tertiò eundem sermonem, dicens, &c.* ibidem.

64 *Verumtamen dico vobis: Amodo videbitis Filium hominis sedentem à dextris virtutis Dei, & venientem in nubibus cœli*, pag. 514. col. 2.

Cap. 27. 3. *Tunc videns Iudas, qui eum tradidit, quòd damnatus esset, pœnitentia ductus retulit triginta argenteos Principibus Sacerdotum, & senioribus, &c.* pag. 271. col. 2.

11 *Tu es Rex Iudæorum?* pag. 490. col. 1.

27 *Tunc milites Præsidis suscipientes Iesum in Prætorium, congregaverunt ad eum universam cohortem, & exuentes eum chlamydem coccineam circumdederunt ei, &c.* pag. 266. col. 2.

34 *Et dederunt ei vinum bibere cum felle mixtum*, pag. 158. col. 1.

45 *A sexta autem hora facta sunt tenebræ super universam terram usque ad horā nonam*, pag. 46. col. 2.

50 *Iesus autem iterum clamans voce magna emisit spiritum*, pag. 194. col. 1.

52 *Monumenta aperta sunt, & multa corpora sanctorum quì dormierant, surrexerunt*, pag. 578. col. 1.

59 *Et accepto corpore, Ioseph involvit illud in sindone munda, & posuit illud in monumento novo, quod exciderat in petra*, pag. 14. col. 1. & p. 576. c. 1.

Cap. 28. 1. *Vespere autem Sabbati, quæ lucescit in prima Sabbati, venit Maria Magdalene, & altera Maria videre sepulchrum*, pag. 108. col. 2.

2 *Et ecce terræ motus factus est magnus. Angelus enim Domini descendit de cœlo, & accedens revolvit lapidem, & sedebat super eum*, pag. 567. col. 2.

EX MARCO.

Cap. 1. 1. *Initium Evangelij Iesu Christi Filij Dei, sicut scriptum est in Isaia Propheta*, &c. pag. 5. col. 2. & p. 630. c. 1.

2 *Ecce, ego mitto Angelum meum ante faciē tuam, qui præparabit viam ante te*, ibidem.

6 *Et erat Ioannes vestitus pilis camelorum, & zona pellicea circa lumbos suos, & locustas, & mel silvestre edebat*, pag. 568. col. 2.

Cap. 4. 3. *Si Filius Dei es, dic ut lapides isti panes fiant*, pag. 547. col. 2.

Cap. 6. 25. *Volo, ut protinus des mihi in disco caput Ioannis Baptistæ*, pag. 583. c. 1.

Cap. 15. 23. *Et dabant ei bibere myrrhatum vinum, & non accepit*, pag. 158. col. 1.

37 *Iesus autem emissa voce magna expiravit*, pag. 242. col. 2.

39 *Videns autem Centurio, qui ex adverso stabat, quia sic clamans expirasset, ait: Verè hic homo Filius Dei erat*, ibidem.

Cap. 16. 1. *Et cùm transisset Sabbatum, Maria Magdalene, & Maria Iacobi & Salome emerunt aromata, ut venientes ungerent Iesum, &c.* pag. 556. col. 2.

2 *Et valdè mane una Sabbatorum veniunt ad monumentum orto iam Sole*, ibidem.

5 *Et introeuntes in monumentum viderūt iuvenem sedentem in dextris coopertū stola candida*, pag. 567. c. 1.

EX DIVO LVCA.

Cap. 1. 5. *Fuit in diebus Herodis Regis Iudææ Sacerdos quidam, nomine Zacharias*, pag. 104. col. 1.

13 *Ne timeas, Zacharia, quoniam exaudita est deprecatio tua*, pag. 180. col. 2.

14 *Et erit tibi gaudiū, & exultatio, & multi in nativitate eius gaudebunt*, pag. 607. col. 1.

15 *Erit enim magnus coram Domino: & vinum, & siceram non bibet, & Spiritu sancto replebitur adhuc ex utero matris suæ, &c.* pag. 607. col. 1. & p. 622. col. 2.

18 *Et dixit Zacharias ad Angelū: Vnde hoc sciā? ego enim sum senex, & uxor mea processit in diebus suis*, pag. 607. col. 1.

26 *Missus est Angelus Gabriel à Deo in civitatem Galilææ, cui nomen Nazareth, ad virginem desponsatam viro, cui nomen erat Ioseph, & nomen virginis Maria*, pag. 103. col. 1. & pag. 104. col. 1. & p. 638. c. 2.

28 *Et ingressus Angelus ad eam, dixit: Ave, gratia plena, Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus, &c.* pag. 99. col. 2. & p. 292. c. 1. & p. 323. c. 1. & p. 339. c. 2. & p. 345. c. 2. & p. 457. c. 1. & pag. 466. c. 2. & p. 480. c. 2. & p. 492. c. 1.

29 *Quæ*

29 *Quæ cùm audisset, turbata est in sermone eius, & cogitabat, qualis esset ista salutatio*, pag. 509. col. 1. & p. 571. c. 2. & p. 589. c. 1.

30 *Ne timeas Maria, invenisti enim gratiã apud Deum, &c.* pag. 154. col. 2. & p. 180. c. 2. & p. 181. c. 2. & p. 589. c. 2.

31 *Ecce concipies in utero, & paries Filium, & vocabis nomen eius Iesum*, pag. 180. col. 2. & p. 181. c. 2. & p. 414. c. 2. & p. 441. c. 2. & p. 449. c. 1. & p. 457. c. 1. & p. 106. c. 2.

32 *Hic erit magnus, & Filius Altissimi vocabitur, & dabit illi Dominus Deus sedem David patris eius, & Regni eius non erit finis*, pag. 441. col. 2.

34 *Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco?* pag. 607. col. 1. & p. 614. c. 2.

35 *Spiritus sanctus superveniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi; ideòque & quod nascetur ex te Sanctũ, vocabitur Filius Dei*, pag. 18. col. 2. & p. 40. c. 1. & p. 239. c. 2. & p. 508. c. 2. & p. 589. c. 2. & p. 598. c. 2. & p. 614. col. 2.

36 *Et ecce Elisabeth cognata tua, & ipsa concepit filium in senectute sua, & hic mensis est sextus illi, quæ vocatur sterilis, &c.* pag. 571. col. 2.

38 *Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundũ verbum tuũ*, pag. 140. col. 2. & p. 571. col. 2.

40 *Et intravit in domum Zachariæ, & salutavit Elisabeth*, pag. 96. col. 1.

41 *Et factum est ut audivit salutationem Elisabeth, exultavit infans in utero eius, & repleta est Spiritu sancto Elisabeth, & exclamavit voce magna, &c.* ibidem, & pag. 112. col. 1. & p. 584. c. 1. & p. 630. c. 2.

42 *Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus ventris tui, &c.* pag. 95. col. 2. & p. 112. col. 1. & p. 519. c. 2. & p. 584. c. 1. & p. 630. c. 2.

43 *Et unde hoc mihi ut veniat mater Domini meì ad me?* ibidem.

44 *Ecce enim ut facta est vox salutationis in auribus meis, exultavit in gaudio infans in utero meo*, pag. 112. col. 1. & p. 519. c. 2. & p. 584. c. 1. & p. 630. c. 2.

45 *Beata quæ credidisti*, pag. 469. col. 1.

46 *Magnificat anima mea, Dominum, &c.* pag. 237. col. 1. & p. 429. c. 2.

47 *Et exultavit spiritus meus in Deo salutari meo*, ibidem.

48 *Quia respexit humilitatem ancillæ suæ, ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes*, pag. 64. col. 1. & pag. 237. c. 2.

56 *Mansit autem Maria cum illa, quasi mensibus tribus, & reversa est in domũ suam*, pag. 639. col. 2.

57 *Elisabeth autem impletum est tempus pariendi, & peperit filium*, ibidem.

60 *Et respondens mater eius, dixit: Nequaquam, sed vocabitur Ioannes*, pag. 606. col. 2.

Cap. 2. 7. *Et peperit filium suum primogenitũ, & pannis eum involvit, & reclinavit eum in præsepio*, pag. 86. col. 2.

10 *Evangelizo vobis gaudium magnũ, quod erit omni populo, quia natus est vobis hodie Salvator, &c.* pag. 46. col. 2. & p. 140. c. 2.

12 *Et hoc vobis signum, invenietis infantem pannis involutum*, pag. 86. col. 2.

19 *Maria autem conservabat omnia verba hæc conferens in corde suo*, pag. 597. col. 2.

21 *Et postquàm consummati sunt dies octo, ut circumcideretur puer, vocatum est nomen eius Iesus, quod vocatum est ab Angelo, prius quàm in utero concideretur*, pag. 103. col. 2.

25 *Et ecce homo erat in Ierusalem, cui nomen Simeon, & homo iste iustus, & timoratus, expectans consolationem Israel, & Spiritus sanctus erat in eo*, pag. 254. col. 2.

26 *Et responsum acceperat ab Spiritu sancto, non visurum se mortem, nisi prius videret Christum Domini, &c.* ibidem.

27 *Et venit in spiritu in templum*, ibidem.

34 *Et benedixit illis Simeon, & dixit ad Mariam matrem eius: Ecce positus est hic in ruinam, & in resurrectionem multorum in Israel*, pag. 78. c. 1.

35 *Et tuam ipsius animam pertrãsibit gladius*, ibidem.

40 *Puer autem crescebat, & confortabatur, plenus sapientia: & gratia Dei erat cum illo*, pag. 161. col. 1.

41 *Et ibant parentes eius per omnes annos in Ierusalem in die solemni Paschæ*, ibidem.

51 *Et descendit cũ eis, & venit Nazareth, & erat subditus illis, & mater eius cõservabat omnia verba hæc in corde suo*, pag. 88. col. 2. & p. 161. c. 2. & p. 506. c. 2. & p. 602. c. 1.

Cap. 3. 2. *Factum est verbum Domini super Ioannem Zachariæ filium in deserto, &c.* pag. 630. col. 1.

3 *Et venit in omnem regionem Iordanis prædicans baptismum pœnitentiæ, &c.* ibidem.

21 *Factum est autem cùm baptizaretur omnis populus, & Iesu baptizato, & orãte apertum est cœlum, &c.* pag. 72. col. 1. & p. 129. c. 2.

22 *Et descendit Spiritus sanctus corporali specie, sicut columba in ipsum, & vox de cœlo facta est: Tu es Filius meus dilectus, in te complacui mihi, &c.* ibid.

23 *Et ipse Iesus erat incipiens, quasi annorũ triginta, ut putabatur filius Ioseph, &c.* pag. 129. col. 2.

38 *Qui fuit Adam, qui fuit Dei*, ibidem, & pag. 160. col. 2.

Cap. 4. 33. *Et in Synagoga erat homo habens dæmonium immundũ, & exclamavit voce magna dicens, &c.* pag. 102. col. 2. & p. 547. c. 2.

34 *Sine. Quid nobis, & tibi Iesu Nazarene? venisti perdere nos? Scio te, quis sis Sanctus Dei*, ibidem.

35 *Et increpavit illum Iesus, dicens: Obmutesce*, ibidem.

36 *Et factus est pavor in omnibus, & colloquebãtur ad invicem*, pag. 104. col. 1.

Cap. 7. 37. *Et ecce mulier, quæ erat in civitate peccatrix*, pag. 103. c. 1. & p. 466. c. 2.

Cap. 8. 2. *Et mulieres aliquæ, quæ erant curatæ ab spiritibus malignis, & infirmitatibus. Maria, quæ vocatur Magdalene, de qua septem dæmonia exierant, & Ioanna uxor Chusæ procuratoris Herodis, &c.* pag. 466. col. 2.

Cap. 9. 29. *Facta est, dũ oraret, species vultus eius altera, & vestitus eius albus, & refulgẽs*, pag. 240. col. 1. & p. 586. c. 2.

31 *Et ecce duo viri loquebantur cum illo: erant autem Moyses & Elias visi in maiestate, & dicebant excessum eius, quem completurus erat in Ierusalem*, pag. 240. col. 2. & p. 586. c. 2.

33 *Ait Petrus ad Iesum: Præceptor, bonum est nos hìc esse; & faciamus triã Tabernacula, unum tibi, & unum Moysi, & unum Eliæ. Nesciens quid diceret*, ibidem.

34 *Hæc autem illo loquente facta est nubes, & obumbravit eos*, pag. 240. col. 2.

Cap. 10. 4. *Nolite portare sacculum, neque peram, neque calceamenta*, pag. 421. c. 2.

19 *Ecce dedi vobis potestatem calcandi supra serpentes, & scorpiones, & omnẽ virtutem inimici, & nihil vobis nocebit*, ibidem.

42 *Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea*, pag. 80. col. 2.

Cap. 11. 27. *Extollens vocem quædam mulier de turba dixit: Beatus vẽter, qui te portavit, & ubera quæ suxisti*, pag. 234. col. 2.

28 *Quinimò beati qui audiant verbum Dei, & custodiunt illud*, ibidem.

35 *Sint lumbi vestri præcincti, &c.* p. 568. col. 2.

Cap. 15. 22. *Dixit autem pater ad servos suos: Citò proferte stolam primam, & induite illum*, pag. 189. col. 2.

Cap. 22. 39. *Et egressus ibat secundùm consuetudinem*, pag. 530. col. 1.

Cap. 23. 43. *Amen dico tibi: Hodie mecum eris in Paradiso*, pag. 16. col. 2.

46 *Et clamans voce magna Iesus ait: Pater, in manus tuas commendo spiritum meum; & hæc dicens expiravit*, p. 194. col. 1.

53 *Et posuit eum in monumento, in quo nondum quisquam positus fuerat*, pag. 14. col. 1. & p. 576. c. 1.

EX DIVO IOANNE.

Cap. 1. 6. *Fuit homo missus à Deo, cui nomen erat Ioannes*, pag. 630. col. 2.

7 *Hic venit in testimonium, ut testimoniũ perhiberet de lumine, ut omnes crederent per illum*, ibidem.

14 *Et Verbum caro factum est, & habitavit in nobis, & vidimus gloriam eius, gloriam quasi unigeniti à Patre, plenum gratiæ, & veritatis*, pag. 339. col. 1.

18 *Vnigenitus Filius, qui est in sinu Patris, ipse enarravit*, pag. 197. c. 2. & p. 389. col. 2.

29 *Ecce Agnus Dei; ecce, qui tollit peccata mundi*, pag. 630. col. 2.

Cap. 2. 1. *Nuptiæ factæ sunt in Cana Galilææ, & erat mater Iesu ibi, &c.* pag. 632. col. 1.

2 *Vocatus est autem & Iesus, & discipuli eius ad nuptias*, pag. 159. c. 2. & p. 632. col. 1.

3 *Et deficiente vino dicit mater Iesu ad eum: Vinum non habent*, pag. 159. col. 2. & p. 378. c. 1. & p. 602. c. 1. & p. 632. c. 1. & p. 633. c. 1.

4 *Et dicit ei Iesus: Quid mihi & tibi est mulier?* pag. 59. col. 2. & p. 400. c. 2. & p. 602. c. 1.

5 *Dixit mater eius ministris: Quodcũque dixerit vobis, facite*, pag. 602. col. 1.

Cap. 3. 5. *Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu sancto, non potest introire Regnum Dei*, pag. 475. col. 2.

16 *Sic Deus dilexit mundum, ut Filium suũ unigenitum daret*, pag. 80. col. 1.

Cap. 4. 32. *Ego cibum habeo manducare; quem vos nescitis*, pag. 568. col. 2.

34 *Meus cibus est, ut faciam voluntatẽ eius, qui misit me, ut perficiam opus eius*, pag. 239. col. 1. & p. 568. c. 2.

Cap. 5. 22. *Neque enim Pater iudicat quemquã, sed omne iudicium dedit Filio, ut omnes honorificent Filium, sicut honorificãt Patrem*, p. 489. c. 2. & p. 514. c. 2.

25 *Amen, amen dico vobis, quia venit hora, & nunc est, quando mortui audient vo-*

cem Filij Dei, & qui audierint, vivẽt, pag.232.col.2.
30 Nõ poſſum ego à me ipſo facere quidquã: ſicut audio, iudico, & iudicium meũ iuſtum eſt, quia non quæro voluntatem meam, ſed voluntatem eius, qui miſit me, pag.203.col.2.
Cap.6.38. Deſcendi de cœlo, non ut faciam voluntatem meam, ſed voluntatem eius, qui miſit me, pag.203.col.2.
44 Nemo poteſt venire ad me, niſi Pater, qui miſit me, traxerit eũ, p.271.col.1.
Cap.7.38. Si quis ſitit, veniat ad me, & bibat. Qui credit in me, ſicut dicit Scriptura, flumina de ventre eius fluent aquæ vivæ, pag.574.col.2.
39 Hoc autem dixit de ſpiritu, quem acceperant credentes in eum, nondum enim erat ſpiritus datus, quia Ieſus nõdum fuerat glorificatus, ibidem.
Cap.8.33. Semen Abrahæ ſumus, & nemini ſervivimus unquam, pag.200.col.2.
39 Si filij Abrahæ eſtis, opera Abrahæ facite, ibidem.
41 Vnum Patrem habemus Deum, ibidem.
44 Vos ex patre diabolo eſtis, & deſideria eius vultis facere; ille homicida erat ab initio, ibidem, & pag.546.col.1. & p.627.c.1.
47 Qui ex Deo eſt, verba Dei audit, propterea vos non auditis, quia ex Deo non eſtis, pag.200.col.2.
56 Abraham pater veſter, exultavit, ut videret diem meum, vidit, & gauſus eſt, pag.199.col.2.& p.206.c.1.
Cap.10.28. Et non rapiet eas quiſquã de manu mea, pag.10.col.2.
30 Ego & Pater unum ſumus, pag.228.c.1.
Cap.11.20. Martha autem ut audivit, quia Ieſus venit, occurrit illi, pag.106.col.2. & p.108.c.1.& p.443.c.2.
21 Domine, ſi fuiſſes hic, frater meus non fuiſſet mortuus, pag.108.col.1.
23 Reſurget frater tuus, &c. ibidem.
24 Scio, quia reſurget in reſurrectione in noviſsimo die, ibidem.
27 Credis hoc? ait illi: Vtique Domine, ego credidi, quia tu es Chriſtus Filius Dei vivi, qui in hunc mundum veniſti, ibid.
28 Et cùm hæc dixiſſet, abijt, & vocavit Mariam ſororem ſuam ſilentio, dicẽs: Magiſter adeſt, & vocat te, pag.106. col.1. & pag.108.col.1.
34 Vbi poſuiſtis eum, pag.106.col.2.
35 Domine, veni & vide, &c. ibidem.
37 Quidam autem ex ipſis dixerunt: Non poterat hic, qui aperuit oculos cæci nati, facere ut hic non moreretur? p.107. col.1.
Cap.12.23. Venit hora, ut clarificetur Filius hominis, pag.443.col.1.
24 Amen, amen dico vobis: niſi granum frumenti cadens in terra mortuum fuerit, ipſum ſolum manet; ſi autem mortuum fuerit, multũ fructũ affert, p.618.c.1.
32 Et ego, ſi exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me ipſum, pag.105.col.2.
Cap.14.2. In domo Patris mei manſiones multæ ſunt: ſi quò minus dixiſſem vobis: quia vado parare vobis locum, p.617. col.2.
3 Et ſi abiero, & præparavero vobis locum, iterum venio, & accipiam vos ad me ipſum, ibidem.
6 Ego ſum veritas, pag.545.col.1.
10 Non creditis, quia ego in Patre, & Pater in me eſt? verba, quæ ego loquor, à me ipſo non loquor; Pater autem in me manens ipſe facit opera, pag.228.c.1.
11 Non creditis quia ego in Patre, & Pater in me eſt? ibidem.
30 Venit enim Princeps mundi huius, & in me non habet quidquam, pag.362.c.2.
Cap.15.1. Et Pater meus agricola eſt, p.172. col.1.
Cap.16.12. Adhuc habeo multa vobis dicere, ſed non poteſtis portare modò, &c. pag. 405.col.2.& p.544.c.2.
13 Cùm autem venerit ille Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem, ibid.
Cap.17.24. Pater, quos dediſti mihi, volo, ut ubi ſum ego, & illi ſint mecum, p.236. col.2.
Cap.18.1. Hæc cùm dixiſſet Ieſus, egreſſus eſt cum diſcipulis trans Torrẽtem Cedrõ, ubi erat hortus, in quem introivit ipſe, & diſcipuli eius, pag.530.col.1.
2 Sciebat autem Iudas, qui tradebat eum, quia frequenter Ieſus convenerat illuc cum diſcipulis, ibidem.
4 Ieſus itaque ſciens omnia, quæ ventura erant ſuper eum, proceſsit, & dixit eis: Quem quæritis? pag.530.col.2.
5 Reſponderũt ei: Ieſum Nazarenum. Dicit eis Ieſus: Ego ſum, ibidem.
6 Vt ergo dixit eis: Ego ſum, abierunt retrorſum, & ceciderunt in terram, ibid.
Cap.19. Scripſit autem & titulum Pilatus, & poſuit ſuper crucem. Erat autem ſcriptum: Ieſus Nazarenus, Rex Iudæorũ, pag.105.col.2.
25 Stabant autem iuxta crucem Ieſu mater eius, & ſoror matris, &c. pag.618.c. 1.& p.644.c.1.
26 Dicit matri ſuæ: Mulier, ecce filius tuus, pag.73.col.1. & p.143.c.1.& p.609. col.1.& p.618.
30 Conſummatum eſt, pag.4.col.1.& pag. 241.c.2.& p.242.c.2.
41 Erat autẽ in loco, ubi crucifixus eſt, hortus,

tus, & in horto monumentum novum, in quo nondum quisquam positus erat, pag.530.col.1.& p.585.c.2.

42 *Ibi ergo propter Parasceven Iudæorum, quia iuxta erat monumentum, posuerunt Iesum*,pag.530.col.1.

Cap.20.11. *Maria autem ad monumentū foris plorans: Dum ergo fleret, inclinavit se,& prospexit in monumentū*,pag.196.col.1.

12 *Et vidit duos Angelos in albis sedentes, unum ad caput, & unum ad pedes, ubi positum fuerat corpus Iesu*,ibidem, & pag.197.col.1.

13 *Dicunt ei illi: Mulier,quid ploras? dicit eis: Quia tulerunt Dominum meum,& nescio,ubi posuerunt eum*,ibidem.

14 *Hæc cùm dixisset,conversa est retrorsū, & vidit Iesum stantem,& non sciebat, quia Iesus est*,p.109.c.1. & p.597.c.1.

15 *Dicit ei Iesus: Mulier,quid ploras? quem quæris?*pag.109.c.1.& p.596.c.1.&2.

EX ACTIBVS APOSTOLORVM.

Cap.1.9. *Et cùm hæc dixisset, elevatus est, & nubes suscepit ab oculis eorum*, p.540. col.2.

14 *Hi omnes erant perseverātes unanimiter in oratione*,pag.498.col.2.

Cap.7.22. *Et eruditus est Moyses omni sapiētia Ægyptiorum,& erat potēs in verbis,& in operibus suis*,pag.560. col.1.

Cap.9.8. *Ad manus autem illum trahentes,introduxerunt Damascum*,pag.272.c.1.

Cap.13.22. *Suscitavit illis David Regem, cui testimoniū perhibens dixit: Inveni David filiū Iesse,virū secundùm cor meū, qui faciet voluntates meas*,p.214.c.2.

23 *Huius Deus ex semine secundùm promissionem eduxit Israel Salvatorem suū*, pag.215.col.1.

Cap.15.34. *Visum est enim Spiritui sancto, & nobis nihil ultra imponere vobis oneris,quàm hæc necessaria*,pag.658.c.1.

EX EPIST. PAVLI AD ROMANOS.

Cap.1.20. *Invisibilia enim ipsius à creatura mundi, per ea, quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur, sempiterna quoque eius virtus,& divinitas, ut sint inexcusabiles*,pag.337.col.2.

Cap.3.11. *Sicut scriptum est,quia nō est iustus quisquam, non est intelligens, non est requirens Deum*,pag.391.col.1.

12 *Omnes declinaverunt,inutiles facti sunt: non est,qui faciat bonum, non est usque ad unum*,ibidem.

22 *Iustitia autem Dei per fidem Iesu Christi in omnes,& super omnes, qui credunt in eū, non enim est distinctio*, p.60.c.2.

23 *Omnes enim peccaverunt, & egent gloria Dei*,ibid.& pag.162.c.2.& p.545. col.1.

Cap.4.16. *Ideò ex fide, ut secundùm gratiam firma sit promissio omni semini, nō ei, qui ex lege sōlùm, sed et qui ex fide est Abrahæ, qui pater est omnium nostrū*, pag.245.col.1.

17 *Sicut scriptum est: Quia patrem multarū gentium posui te. Ante Deum, cui credidit, qui vivificat mortuos, & vocat ea,quæ nō sunt,tanquam ea, quæ sunt*, ibidem.

18 *Qui contra spem in spem credidit, ut fieret pater multarum gentium, secūdum quod dictum est ei: sic erit semen tuum*, ibidem.

19 *Et non infirmatus est fide,nec consideravit corpus suum emortuum,cùm iā ferè centum esset annorum, & emortuam vulvam Saræ*,pag.598.col.1.

Cap.5.12. *Propterea sicut per unum hominem peccatum in hūc mundum intravit, & per peccatū mors, & ita in omnes homines mors pertransijt, in quo omnes peccaverunt*,pag.391.col.1.

18 *Igitur sicut per unius delictum in omnes homines in condemnationem, sic & per unius iustitiam in omnes homines in iustificationem vitæ*,pag.391.col.1.

Cap.6.3. *An ignoratis, quòd quicunque baptizati sumus in Christo Iesu,in morte ipsius baptizati sumus?* pag.38.col.2.

4 *Consepulti enim sumus cum illo per baptismum in mortem*,ibidem.

6 *Hoc scientes,quia vetus homo noster simul crucifixus est,ut destruatur corpus peccati,& ultrà non serviamus peccato*, pag.393.col.1.

Cap.7.20. *Si autem quod nolo, illud facio,iam non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum*,pag.347.col.2.

25 *Igitur ipse mente servio legi Dei,carne autem legi peccati*,pag.347.col.2.

Cap.10.16. *Sed non omnes obedunt Evangelio: Isaias enim dicit: Domine, quis credidit auditui nostro?*pag.232.col.2.

17 *Ergo fides ex auditu, auditus autem per verbum Christi*, pag.211.c.1.& pag. 232.col.2.& p.446.c.2.

Cap.11.33. *O altitudo divitiarum sapientiæ, & scientiæ Dei! quàm incomprehensibilia sunt iudicia eius, & investigabiles viæ eius!*pag.382.col.1.

EX I. AD CORINTHIOS.

Cap.3.10. *Dei ædificatio estis secundùm gratiam*

tiam Dei, quæ data est mihi: ut sapiens architectus, fundamentum posui, alius superædificat, pag. 30. col. 1. & p. 163. col. 1.

Cap. 10. 1. Nolo enim vos ignorare fratres, quoniam patres nostri omnes sub nube fuerunt, & omnes mare transierũt, & omnes in Moyse baptizati sunt in nube, & in mari, pag. 38. c. 2. & p. 435. col. 1.

Cap. 11. 23. Ego enim accepi à Domino, quod & tradidi vobis: quoniã Dominus Iesus in qua nocte tradebatur, accepit panem, &c. pag. 117. c. 2.

Cap. 12. 3. Et nemo potest dicere Dominus Iesus, nisi in Spiritu sancto, pag. 101. col. 2. & p. 457. c. 1.

4 Divisiones verò gratiarũ sunt, idem autem spiritus, pag. 296. col. 1.

Cap. 13. 14. Charitas nõ inflatur, p. 443. c. 2.

Cap. 15. 21. Quoniam quidẽ per hominẽ mors, & per hominẽ resurrectio mortuorum, pag. 391. col. 1. & p. 393. c. 2.

22 Et sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes vivificabuntur, p. 162. c. 2. & p. 391. c. 1. & p. 393. c. 2.

41 Alia claritas Solis, alia claritas Lunæ, & alia claritas stellarũ, pag. 317. c. 1.

54 Absorta est mors in victoria, p. 452. c. 2.

EX II. AD CORINTHIOS.

Cap. 3. 2. Epistola nostra vos estis scripta in cordibus nostris, quæ scitur, & legitur ab omnibus hominibus; manifestati, quòd epistola estis Christi, pag. 6. col. 2.

Cap. 15. 14. Si unus pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sunt, & pro omnibus mortuus est Christus, pag. 58. c. 2.

Cap. 11. 2. Æmulor enim vos Dei æmulatione: despondi enim vos uni viro, virginẽ castam exhibere Christo, pag. 195. col. 1. & p. 600. c. 2.

EX EPISTOLA AD GALATAS.

Cap. 4. 22. Scriptum est enim: quoniam Abraham duos filios habuit, unum de ancilla, & unum de libera, pag. 174. col. 2.

23 Sed qui de ancilla, secundùm carnem natus est, qui autem de libera, per repromissionem. ibidem.

EX EPISTOLA AD EPHESIOS.

Cap. 1. 13. In quo & vos cùm audissetis verbũ veritatis (Evangelium salutis vestræ) in quo & credentes signati estis spiritu promissionis sancto, qui est pignus hæreditatis, pag. 328. col. 2.

22 Omnia subiecit sub pedibus eius, pag. 62. col. 1.

Cap. 5. 25. Viri, diligite uxores vestras, sicut Christus dilexit Ecclesiam, & se ipsum tradidit pro ea, pag. 125. col. 1. & p. 285. c. 1. & p. 600. c. 1.

26 Christus dilexit Ecclesiam, & c. ut illam sanctificaret, mundans lavacro aquæ in verbo vitæ, ibidem.

27 Vt exhiberet ipse sibi gloriosam Ecclesiã non habentem maculam, aut rugam, aut aliquid huiusmodi, sed ut sit sancta & immaculata, ibidem.

29 Nemo enim unquam carnem suam odio habuit, sed nutrit, & fovet eam sicut & Christus Ecclesiam, pag. 599. c. 2.

31 Propter hoc relinquet homo patrem & matrem suam, & adhærebit uxori suæ, & erunt duo in carne una, ibidem.

32 Sacramentum hoc magnum est, ego autẽ dico in Christo, & in Ecclesia, ibidẽ.

EX EPISTOLA AD PHILIPPENS.

Cap. 2. 4. Hoc enim sentite in vobis, quod & in Christo Iesu, pag. 227. col. 2.

6 Cùm in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo, ibidem, & pag. 193. col. 2. & pag. 237. col. 1.

7 Sed semetipsum exinanivit formam servi accipiens in similitudinem hominũ factus, & habitu inventus ut homo, ibidem, & pag. 193. col. 2. & p. 236. c. 1. & p. 237. c. 1.

8 Humiliavit semetipsum factus obediens usque ad mortem, mortem autẽ crucis, pag. 193. col. 2. & p. 236. c. 1. & p. 237. col. 1.

9 Propter quod & Deus exaltavit illum, & donavit illi nomen, quod est super omne nomen, pag. 110. col. 1. & p. 458. col. 2.

10 Vt in nomine Iesu omne genu flectatur, cœlestium, terrestrium, & infernorũ, ibidem.

Cap. 4. 1. Itaque, fratres mei charissimi, & desideratissimi, gaudium meum, & corona mea, pag. 383. col. 2.

EX EPISTOLA AD COLOSSENS.

Cap. 2. 3. In quo sunt omnes thesauri sapientiæ, & scientiæ abscondit, pag. 34. col. 2.

9 Quia in ipso inhabitat omnis plenitudo divinitatis corporaliter, pag. 152. col. 1.

10 Et estis in illo repleti, qui est caput omnis Principatus, & Potestatis, ibidẽ.

13 *Et vos, cùm mortui essetis in delictis, & præputio carnis vestræ, convivificavit cum illo, donans vobis omnia delicta*, pag.106.col.1.

14 *Delens, quod adversus nos erat chirographum decreti, quod erat contrariũ nobis, & ipsum tulit de medio affigens illud cruci*, pag.83.col.2. & p.106.c.1. & p.203.c.1.

EX EPIST. I. AD THESSALON.

Cap.2.10. *Vos testes estis, & Deus, quàm sanctè & iustè, & sine querela vobis, qui credidistis, fuimus*, pag.619.col.2.

11 *Sicut scitis, qualiter unumquemque vestrum (sicut pater filios suos) deprecãtes vos, & consolantes*, ibidem.

19 *Quæ est nostra spes, aut gaudium, aut corona gloriæ? Nonnè vos ante Dominũ nostrum Iesum Christum estis in advẽtu eius?* pag.383.c.2.& p.619.c.2.

20 *Vos enim estis gloria nostra, & gaudium*, ibidem.

EX I. AD TIMOTHEVM.

Cap.6.15. *Beatus, & solus potens Rex Regũ, & Dominus dominantium*, p.389.c.2.

16 *Qui solus habet immortalitatem, & lucẽ inhabitat inaccessibilem, quem nullus hominum vidit, sed nec videre potest*, ibidem.

EX EPISTOLA AD TITVM.

Cap.2.11. *Apparuit enim gratia Dei Salvatoris nostri omnibus hominibus, erudiẽs nos, &c.* pag.546.col.2.

EX EPISTOLA AD HEBRÆOS.

Cap.1.2. *Quem constituit hæredem universorũ, per quẽ fecit & sæcula*, p.533.c.2.

3 *Qui cùm sit splendor gloriæ, & figura substantiæ eius*, pag.343.col.1. & pag. 380.c.2.

6 *Et cùm iterum introducit primogenitũ in orbem terræ, dicit: Et adorent eum omnes Angeli Dei*, pag.586.col.1.

14 *Nonnè omnes sunt administratorij spiritus in ministerium missi propter eos, qui hæreditatem capiunt salutis*, pag. 195.col.1.

Cap.2.16. *Nusquam enim Angelos apprehendit, sed semen Abrahæ apprehendit*, pag.271.col.2.

Cap.4.12. *Vivus est enim sermo Dei, & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti, & pertingens usque ad divisionẽ animæ, ac spiritus*, pag.430.col.1.

Cap.5.5. *Omnis namque Pontifex ex hominibus assumptus constituitur in ijs, quæ sunt ad Deum, ut offerat dona, & sacrificia pro peccatis*, pag.135.col.1.

7 *Qui in diebus carnis suæ preces, supplicationesque ad illum, qui posit illum salvum facere à morte cum clamore valido, & lachrymis offerẽs exauditus est pro sua reverentia*, pag.644.col.1.

Cap.7.24. *Hic autem eò quòd maneat in æternum, sempiternum habet Sacerdotiũ, unde & salvare in perpetuum potest accedentes per semetipsum ad Deum, semper vivens ad interpellandum pro nobis*, pag.135.col.1.

26 *Talis enim decebat, ut nobis esset Pontifex, sanctus, innocens, impollutus, segregatus à peccatoribus, & excelsior cœlis factus*, pag.127.col.2. & p.134. col.2.& p.135.col.1.

27 *Qui nõ habet necessitatem quotidie, quẽadmodum Sacerdotes prius pro suis delictis hostias offerre, deinde pro populi; hoc enim fecit semel se ipsum offerẽdo*, pag.127.col.2.& p.135.c.1.

Cap.10.5. *Ideò ingrediens mundum, dicit: Hostiam, & oblationem noluisti, corpus autem aptasti mihi*, pag.229.col.1.

6 *Holocaustomata pro peccato nõ tibi placuerunt*, ibidem.

7 *Tunc dixi: Ecce venio. In capite libri scriptum est de me, ut faciam Deus voluntatem tuam*, ibidem.

8 *Superius dicẽs: Quia hostias, & holocaustomata pro peccato noluisti, nec placita sunt tibi, quæ secundùm legem offeruntur*, pag.229.col.2.

9 *Tunc dixi: Ecce venio, ut faciam Deus voluntatem tuam, aufert primum, ut sequens statuat*, ibidem.

Cap.11.17. *Fide obtulit Abraham Isaac cùm tentaretur, & unigenitũ offerebat, qui susceperat repromissiones*, p.445.c.1.

18 *Ad quem dictum est: Quia in Isaac vocabitur tibi semen*, ibidem.

19 *Arbitrans, quia & à mortuis suscitare potens est Deus, unde eum, & in parabolam accepit*, ibidem.

Cap.12.2. *Aspicientes in auctorẽ fidei, & consummatorẽ Iesum, qui proposito sibi gaudio sustinuit crucẽ confusione contẽpta, atque in dextera Dei sedet*, p.514.c.2.

EX PRIMA EPIST. D. PETRI.

Cap.1.18. *Scientes, quòd non corruptibilibus, auro, vel argẽto redempti estis de vana vestra cõversatione paternæ traditionis, sed pretioso sanguine, quasi agni immaculati Christi, &c.* pag.68.c.1.

Cap.2.24. *Qui peccata noſtra ipſe pertulit in corpore ſuo ſuper lignũ*, pag.353.c.2.

EX PRIMA IOANNIS.

Cap.1.5. *Hæc eſt annũtiatio, quam audivimus ab eo, & annuntiamus vobis, quoniã Deus lux eſt, & tenebræ in eo non ſunt ullæ*, pag.604.col.2.

Cap.3.5. *Et ſcitis quia ille apparuit, ut peccata noſtra tolleret, & peccatũ in eo eſt*, pag.68.col.2.

8 *Qui facit peccatum, ex diabolo eſt; quoniam ab initio diabolus peccat*, p.625. col.1.

EX APOCALYPSI.

Cap.1.10. *Et fui in ſpiritu Dominica die*, pag. 516.col.2.

Cap.3.12. *Et ſcribam ſuper eum nomen Dei mei*, pag.227.col.1.

Cap.4.1. *Poſt hæc vidi, & ecce oſtium apertum in cœlo, & vox prima, quam audivi, tanquam tubæ loquentis mecum dicẽs: Aſcende huc, & oſtendam tibi, quæ oportet fieri poſt hæc*, pag.515.col.1.

2 *Et ſtatim fui in ſpiritu; & ecce ſedes poſita erat in cœlo, & ſupra ſedem ſedẽs*, pag.515.col.1.& 517.col.1.

3 *Et qui ſedebat, ſimilis erat aſpectui lapidis iaſpidis, & ſardinis, & iris erat in circuitu ſedis ſimilis viſioni ſmaragdinæ*, ibidem.

5 *Et in conſpectu ſedis tanquam mare vitreum ſimile cryſtallo*, pag.515.c.2.

10 *Procidebãt viginti quatuor ſeniores ante ſedentem in throno, & adorabant viventem in ſacula ſæculorum, & mittebant coronas ſuas ante thronum, &c.* pag.397.col.2.

11 *Dignus eſt Domine Deus noſter accipere gloriam & honorem*, ibidem.

Cap.5.1. *Et vidi in dextera ſedentis ſupra thronum librum ſcriptum intus, & foris ſignatũ ſigillis ſeptẽ*, pag.406.c.1.

Cap.11.19. *Et apertũ eſt templũ Dei in cœlo, & viſa eſt Arca teſtamẽti eius in tẽplo eius, & facta ſunt fulgura, & voces, & terræmotus, & grando magna*, pag. 315.col.2.

Cap.12.1. *Et ſignum magnum apparuit in cœlo, mulier amicta Sole & Luna ſub pedibus eius, & in capite eius carona ſtellarum duodecim*, pag.371. col.1. & p. 575.c.2.

2 *Et in utero habens clamabat parturiẽs: Et viſum eſt aliud ſignum in cœlo; & ecce draco magnus rufus habens capita ſeptem, & cornua decem, & in capitibus eius diademata ſeptem, &c.* pag. 371.col.1.

4 *Et cauda eius trahebat tertiam partem ſtellarum cœli*, ibidẽ, & p.399. pag.2.

Cap.14.14. *Et vidi, & ecce nubem candidam, & ſuper nubem ſedentem ſimilẽ Filio hominis habentem in capite ſuo coronã auream, & in manu ſua falcem acutã*, pag.563.col.2.

IN-

INDEX RERVM,

In quo sect. sectionem, §. paragraphum, p. paginam, c. columnam, n. numerum, indicat sectionis.

A

Aaron.

AARON fororis complici lepræ pœna nõ inflicta, quia erat prima imago Christi Sacerdotij, sect. 3. §. 1. pag. 128. col. 1. & 2. num. 5.

Aaron lepra ob peccatum detractionis nõ infusa, quia utpotè summus Sacerdos de illa iudicabat lege, ibidem.

Aaron pœnam lepræ sorori inflictam propriam reputavit, sect. 17. §. 7. p. 637. c. 1. & 2. num. 140.

Abraham.

Offerens filium, martyrium animo passus, sect. 2. §. 3. pag. 73. col. 2. n. 20.

Cavit, ne Isaac de Chanaan uxorem duceret, ne filij in idololatria matrizarẽt, sect. 3. §. 2. p. 131. c. 2. & p. 132. c. 1. n. 8.

Primus fuit, qui de Verbi incarnatione promissionem auscultavit, sect. 4. p. 170. c. 1. num. 12.

Risus illius de nuntio futuri filij ex lætitia, Saræ verò risus ex dubio, & incredulitate ortus, ibidem col. 2.

Abraham virginis nobilitatis testis præcessit, sect. 5. §. 1. per totum, pag. 171.

In genealogiæ Christi vestibulo positus quasi celsa columna Christianæ originis insignes titulos præferens, sect. 5. §. 1. pag. 171. c. 2. n. 1. & p. 172. c. 1. & 2. & p. 173. c. 1. n. 2.

Adversus peccatum originale instructus, p. 173. c. 2. n. 2. & p. 174. c. 1. n. 2.

Abraham circumcisionis præceptum primus accepit, ut per illius obedientiam peccatum originale per inobedientiam contractum destrueretur, sect. 5. §. 1. pag. 173. col. 2. & p. 174. c. 1. n. 2.

Cùm posteritas ei promittitur, stellas numerare iubetur, ut originis cœlestis felix esset auspicium, ibidem p. 174. c. 1. num. 2.

Abrahæ annorum numerus mysterium continet, sect. 5. §. 1. p. 179. c. 2. & p. 175. c. 1. & 2. num. 4.

Ismaelem. quia secundùm carnem, iuvenis genuit, Isaac, quia secundùm spiritum, penè emortua carne produxit, p. 175. c. 1. & 2. n. 4.

Non cupidine, sed obedientiâ ad generandũ accessit, p. 176. col. 2. n. 5.

Abrahamo rebellio appetitus, cõtracta per peccatum, quasi penitus abrasa, ibidem.

Servi iuramentum in fœmore accepit, ut matrimonium, non ad voluptatem, sed ad prolem significaret contrahendum, sect. 5. §. 1. p. 177. c. 1. & 2. n. 6.

Item pro iuramento manum servo subter fœmur iubet ponere, ubi signum fidei recepit, ibidem.

Item subter fœmur iuramentum accepit, ut illius caro, utpotè Christi, religiosè haberetur, ibidem.

Abraham uxorem de Chanaan filio suo respuit, quia futurus Christi progenitor, p. 178. c. 1. & 2. n. 7.

Item quia noverat ferendam à Deo legem de non ineundis connubijs cum Chanaæis, lege ibidem.

Abrahæ nobilitas, quem ceu primum lapidẽ Christi generationis disposuit Deus, ab obedientia orta est, sect. 5. §. 4. p. 199. c. 2. & p. 200. c. 1. n. 36.

Abrahæ exultatio, ut Christum videret, obedientia fuit, ibidem.

Quia ab Abrahæ obedientia ortum trahebant Iudæi, à Deo se procedere venditabant, p. 200. c. 1. & 2. n. 37.

Illius obedientiæ præmium fuit Christus, p. 200. c. 1. n. 36.

Abrahæ ter Deus pollicitus Christum, sed prius ab eo insigni obedientiæ petito, sect. 5. §. 3. p. 201. c. 1. n. 38. & p. 203. & pag. 204. & p. 205. & p. 206. num. 38. 39. 40. & 41.

Abrahæ Christus promissus, sed quasi pro pignore à propria terra Deus expetivit egressum, p. 201. c. 2. n. 38.

Magna Abrahæ dignitas, ut Dei filij, & illius nominentur, p. 201. c. 2. n. 39.

Abrahæ nomini littera *H*, quæ Dei nominis est, superaddita, Christi à se generandi quasi arrha fuit, ibidem.

Abrahæ secunda vice post circumcisionis obedientiam Christus promittitur, ibid. & p. 202. c. 1. & 2. & p. 203. c. 1. & 2.

Abrahæ præputij circumcisio præcepta, ut illic obedientia luceret, ubi inobedientia primùm pullulavit, p. 203. col. 1. & 2. num. 39.

Cur Abrahamo immolanti filium ut præmiũ, ſolum Chriſti fuit repetita promiſſio, ſect. 5. §. 4. p. 204. c. 1. & 2. & p. 205. col. 1. & 2. num. 40.

Immolanti Abrahamo filium, Deus de ipſo cœlo promiſit, cùm anteà in terra promiſiſſet, ut progenies intelligeretur cœleſtis, p. 204. c. 1. & 2. & p. 205. c. 1. & 2. num. 40.

Immolanti Deus iuramento promiſsionẽ firmavit, cùm aliàs ſine iuramento Deus promiſerit, p. 204. c. 2. n. 40.

Item Abrahamo immolanti clarior, quàm anteà Chriſti fit promiſsio, p. 205. col. 1. num. 40.

Immolãti non ſolùm Chriſtus, ſed & victoria ab inimicis reportanda promittitur, ibidem col. 2.

Abrahamus Deo hoſpiti ſub arbore crucis obedientiam ſignificãte miniſtravit, ſect. 5. §. 4. p. 206. col. 1. num. 42.

Cùm Abrahamus tres Angelos recepit hoſpicio ſub figura Trinitatis, Chriſtum vidit, & gaviſus eſt, ibidem.

Ante promiſsionem Chriſti obediẽtiæ perſonã induit Adami inobedientiæ contrariam, ſect. 5. §. 4. p. 205. c. 2. & p. 206. c. 1. num. 41.

Abrahamus per obedientiam immolans filium, meliùs quàm parcens, ſervavit, pag. 206. col. 2. n. 42.

Abrahami obediẽtiæ partus fuit riſus Chriſtum verum riſum deſignans, p. 207. col. 1. & 2. n. 43.

Abrahamo Chriſtus ut filius ſolùm promittitur, Davidi etiam ut Rex ob præſtãtiorem eius obedientiam, ſect. 5. §. 4. p. 215. col. 2. num. 52.

Abrahamus eâdem actione & fidei meritũ, & obedientiæ præmium eſt aſſequutus, ſect. 11. §. 9. p. 372. col. 2. n. 91.

Omnium pater, plus fide, quàm genere, ſect. 17. §. 4. p. 598. col. 2. n. 99.

Abigail.

Abigail Davidis in Nabal irã mitigãs, Mariæ inter homines & Deum ſe interponẽtis typus, ſect. 2. §. 3. p. 85. col. 2. n. 31.

Adamus.

Adamus de terra incorrupta factus, utpotè Chriſti figurã, ſect. 1. §. 6. p. 46. col. 2. & p. 47. col. 1. n. 36.

Adami corpus ab Angelis efformatum, ſpiritus à Deo infuſus, ſect. 1. §. 7. p. 48. col. 2. & p. 49. c. 1. n. 41.

Adamus factus ex terra à principio originalis peccati umbram trahente, p. 50. c. 1. n. 45.

In Adamo creando, quia peccati præferebat inſigne, Deus Angelorum miniſterio uſus, ibidem.

Adami generationis liber, infamiæ liber, ſect. 1. §. 8. pag. 52. col. 1. num. 47.

Adami filij, ſicut & nominis, ſic & criminis participes, ibidem.

Adamus, ſi ad vitæ arborẽ acceſsiſſet, morte non damnaretur, ſect. 2. §. 4. p. 98. c. 1. num. 43.

Adamus ſub vitæ arbore ſe protexit, quia Mariæ typus, col. 2.

Si Adamus poſt peccatum de vitæ arbore Mariæ umbra deguſtaſſet, mortem amoviſſet, ibidem.

Cùm Adamo mitius actum, quia ſub arbore vitæ Mariæ ſymbolo ſe protexit, ibidem.

Ab Adamo originale contrahentes, illius & diaboli filij, & ab utroque nomen accipiunt, ſect. 2. §. 6. p. 111. c. 2. n. 58.

Quomodo Adamus Chriſti Redemptoris, & Eva Mariæ Corredemptricis gloriam adumbrent, cùm Adamus Evæ conſilio morte, Chriſtus Mariâ adiuvante vitam induxerit, ſect. 2. §. 6. p. 113. c. 1. & 2. n. 60.

Adamus & Eva ob originis excellentiam Chriſti & Mariæ figura, ibidem, & ſect. 3. §. 1. p. 130. c. 2. & p. 131. c. 1. n. 7.

Adamus Dei imaginem obliteravit, ſecũdus Adamus peccati expers illam in nobis reſtituit, ſect. 3. §. 3. p. 138. c. 2. & p. 139. c. 1. n. 15.

Adami coſta in mulierem ædificata, ex Maria Verbum incarnatũ præfiguravit, ſect. 3. §. 4. p. 143. c. 1. num. 20.

In Adamo ratio imaginis in imperio conſiſtebat, quod per peccatum deperdi, ũ ſemel, adhuc poſt pœnitentiam non reſtitutum, ſect. 3. §. 5. p. 144. c. 2. n. 23. & 24.

In Adami creatione, illiuſq; imperio Chriſti, & Eccleſiæ præceſsit myſterium, pag. 145. col. 2. n. 26.

In Adami & Evæ creatione, Chriſti & Mariæ immaculata præfigurabatur conceptio, p. 146. c. 1. num. 26.

Adami & Evæ imperium Chriſti & Mariæ imperium adumbrabat, ibidem.

Adamus præceptum à Deo ſibi impoſitum manifeſtavit Evæ, pag. 159. c. 1. n. 43.

Adamus inobedientem ſibi concupiſcentiæ appetitum expertus, quia ipſe Deo inobediens fuit, ſect. 5. §. 1. p. 176. c. 2. n. 5.

Adami carnis rebellio poſteros originale peccatum, inobedientiæque pruriginem contracturos ſignavit, ibid. & §. 9. p. 201. col. 2. & p. 202. col. 1. n. 39.

Adamo non peccante, etiam ſi Eva peccaret, in poſteros non tranſiret peccatum, p. 203. col. 1. n. 39.

Adamus in ſua formatione, non ſolùm Dei opus erat, ſed & Chriſti pignus, ſect. 11. §. 7. p. 329. c. 2. n. 45.

Ada-

Adamus, quia Christi pater, nunquam sine honore formatus, sect. 17. §. 1. p. 500. c. 2. n. 6. 7. & 8.

Ala.

Alæ Angelorum quid significent, sect. 11. §. 9. p. 380. col. 1. n. 94.

Altare.

Altare holocaustorum sub dio erat, æreisq; laminis vestiebatur, Thymiamatis verò suboperto aureis laminis vestitum, sect. 17. §. 5. p. 611. col. 1. & 2. n. 113.

Ambitio.

Ambitio, quæ desiderat, certa credit, sect. 17. §. 3. p. 571. col. 1. n. 75.

Aminadab.

Eò quòd primus per obedientiã mare Rubrum transierit, eius tribus Iudæ Regnũ est adepta, sect. 5. §. 4. & p. 221. c. 2. n. 58.

Amor.

Amor semper ad labores excitat, qui illius suavitate molliscũt, sect. 2. §. 3. p. 81. c. 1. num. 27.

Quò ferventior, humilior, sect. 12. §. 3. pag. 443. col. 2. n. 36.

Angelus.

Angeli extra cœlum creati, ne peccato illud prævaricantes contaminarent, sect. 1. §. 5. p. 36. col. 2. num. 27.

Angeli extra cœlum creati illud non natura, sed gratia inhabitant, §. 7. p. 48. col. 1. num. 40.

Angeli Adami corpus formarunt, Deus animam indidit, pag. 49. c. 1. num. 41.

Angeli à Christo redempti, sect. 2. §. 1. pag. 62. col. 2. n. 5.

Angeli peccatores quodammadò dicuntur, quia non cecidisse, non sibi, sed Christo debent, ibid.

Angelus non prius virginem Mariæ, id est illuminatricis nomine, quàm gratiæ plenæ nomine est allocutus, sect. 2. §. 5. p. 99. col. 2. & p. 100. col. 1. n. 45.

Angeli sicut Iesu nomen è cœlo terris promulgarunt, sic Mariæ nomen è terra cœlis promulgare ambiunt, sect. 2. §. 5. pag. 105. col. 2. num. 51.

Angelus nuntium Mariæ detulit, ipsam scilicet primam esse, in quam Evæ virus non promanavit, ut digna mundi Redemptoris mater existeret, §. 6. pag. 114. col. 1. & 2. num. 61.

Angelorum superbia, eorum castra rupit, eorum cuneos minoravit, sect. 3. §. 5. pag. 151. col. 2. n. 33.

Angeli, quia creaturam Principes, in supremo cœlo creati, p. 154. col. 1. n. 35.

Cur Angelus Ioannis ortum nũtiavit, Christi verò ortum, & conceptum? sect. 5. §. 2. p. 180. col. 2. num. 11.

Angelus ab *Ave* salutationẽ Mariæ auspicatur, quasi sine dolore & luctu, §. 3. pag. 183. col. 1. n. 15.

Angelus prius gratia plenam, quàm Mariã, virginem appellat, ne quia Maria amaritudinem sonat, levem peccati umbrã homines in ea suspicarẽtur, p. 184. c. 1. n. 16.

Angelus *Gratia plena* nomẽ Angelis familiare Mariæ imponit, ibidem.

Angeli hominibus nobiliores, ideò à Dei verbo conditi, sect. 5. §. 4. p. 192. col. 2. & p. 193. col. 1. n. 26.

Angeli, quò nobiliores sunt, eò clarioris obedientiæ specimen præbent, p. 196. col. 1. num. 29.

Angeli inferiores aliquando propter obedientiam superiorum nomen sortiti, pag. 195. col. 2. n. 29.

Angelorum obediẽtiæ quasi Deus invideat, in eos se dicitur immittere, p. 195. col. 1. & 2. num. 29.

Angeli Christi in nostrum commodum servi, p. 196. col. 1. n. 29.

Angeli, quia obedientes, velut Dei oculi sunt, ibidem.

Angeli quanti faciant ad obediendum procinctum, pag. 196. col. 2. n. 30.

Angelorũ mandata Dei mandata sunt, ibid.

Angeli, etsi præcepta obedientiæ non urgeant, obedientiæ habitũ non deponunt, semper ad obediendum præcincti, sect. 5. §. 4. p. 197. col. 1. num. 31.

Angelorum prærogativæ, firmitas, immutabilitas, & unio, sect. 11. §. 9. p. 373. col. 2. & p. 374. c. 1. n. 87.

Angelorum prima prærogativa quomodo in Maria resplendeat? ibidem.

Angeli non omninò in sua volũtate immobiles, p. 380. col. 2. n. 94.

Angeli, quia Dei imagines, ab omni terrestri cogitatione purgati, p. 381. c. 1. n. 94.

Angeli & homines per Christum & Mariã lucent, sect. 12. §. 3. p. 432. col. 2. n. 27.

Angeli per virginem reparati, sect. 17. §. 1. pag. 105. col. 2. n. 9.

Angeli etiam ex superioribus hominum deputantur custodiæ, p. 535. col. 1. n. 34.

Anna.

Annæ uterus Mariam continẽs divinæ Omnipotentiæ gazophylaciũ, sect. 1. §. 5. pag. 28. col. 1. num. 24.

Anna idẽ est, quod gratia, sect. 16. §. 4. pag. 495. col. 2. num. 44.

Anima.

Quomodo corpus proprium in resurrectione noscat? sect. 11. §. 7. p. 331. c. 1. n. 45.

Anima qua ratione dicatur spiritus? sect. 12. §. 3. p. 429. col. 2. n. 25.

Annulus.

Annulus aureus desponsationis indiciũ est, sect. 17. §. 3. p. 571. col. 1. num. 75.

Antiquitas.

Antiquitas, quæ & quando ſectãda? ſect. 12. §. 1. p. 405. c. 1. n. 2.

Apoſtolus.

Apoſtoli igneis linguis ſupra caput ornati tanquam Apoſtolicæ dignitatis indicibus ab omni mortali peccato præſervati, ſect. 3. §. 5. p. 148. c. 2. n. 28.

Apoſtoli nubes doctrinæ ſunt, ſect. 5. §. 6. p. 251. c. 2. n. 89.

Apoſtoli Chriſti paſsione geniti, ſect. 11. §. 9. p. 399. col. 2. n. 108.

Apoſtoli plus Prophitis ſcierunt, ſect. 12. §. 1. p. 407. c. 2. n. 2.

Apoſtoli cur diſcalceati, & cur calceati antiqui Patres, §. 2. p. 421. c. 2. n. 15.

Aqua.

Aquæ, quibus divinus Spiritus inſidebat, Mariam præfigurabant, ſect. 1. §. 5. p. 37. c. 2. n. 28.

Aquarum congregationes Mariæ nomine inſignitæ illius originalis gratiæ ſtemma promulgabant, ibidem.

Aquæ Spiritu ſancto fotæ baptiſmi gratiam ſignabant, p. 38. c. 2. n. 29.

Aquæ Mariæ uterum gratiarum mare eſſe præfigurant, ibidem.

Aquæ initio creatæ, quaſi modulatrici concentu pro immaculata virginis conceptione Deo plaudebant, ſect. 1. §. 5. p. 39. col. 2. n. 30.

Aquæ divino Spiritu præventæ, quaſi divinitatis baiulæ, p. 40. col. 1. n. 31.

Aqua, quâ Chriſtus lavat Apoſtolorum pedes, ros cœleſtis, & ſuffecta aquæ, quæ ex latere Chriſti tanquam è cœlo in cruce fluxura, ſect. 2. §. 6. p. 118. col. 2. n. 66.

Aqua, quia de illa Adamus non biberat, maledictionem, ſicut terra, non ſubijt, §. 7. p. 122. col. 1. & 2. n. 71.

Aqua, quia baptiſmi figura, maledictionem non ſubijt, ibidem, & ſect. 13. p. 450. col. 1. & 2. n. 5.

Aquilo.

Aquilo peccatorem ſignificat, ſect. 2. §. 3. p. 85. col. 1. n. 32.

Aquilo dæmonem in Scripturis adumbrat, ſect. 17. §. 3. p. 569. col. 2. n. 74.

Originale peccatum ſignificat, ibid. p. 570. col. 1. n. 74.

Arbor.

Arbor vitæ, & arbor ſcientiæ inter ſe oppoſitæ eundem occupabant locum in medio paradiſi, ſect. 2. §. 4. p. 97. col. 2. n. 43.

Arbor ſcientiæ boni & mali ironicè dicta, cùm potius mortis dicenda, ibidem.

Arbor ſcientiæ tanquam palæſtra, arbor vitæ tanquan corona in paradiſo Adamo poſitæ, ſect. 2. §. 4. p. 98. col. 1. n. 43.

Vel ut ex ligno vitæ amorem, ex ſcientiæ arbore timorem addiſceret Adamus, ibid.

Arbor vitæ antidotus contra originale, Mariam præfigurabat, ibidem, & ſect. 17. §. 1. p. 499. col. 1. n. 3.

Arbor vitæ vetita, non cibi naturâ, ſed præcepti tranſgreſsione Adamo intulit mortem, ſect. 12. p. 439. col. 1. n. 33.

Arcus.

Arcus ex Solis repercuſsione in nubibus fit, ſect. 17. §. 1. p. 517. col. 2. n. 19.

Aries.

Aries pro Iſaac immolatus Chriſtum referebat, ſect. 3. §. 5. p. 156. col. 2. & p. 157. col. 1. n. 41.

Arrha.

Arrha & pignus, in quo differant? ſect. 11. §. 7. p. 328. col. 2. n. 44.

Arrha Mariæ tanquam ſponſæ in eius conceptione Spiritus ſanctus fuit, ſect. 17. §. 4. p. 592. col. 2. n. 92.

Aſpis.

Per aſpidem & colubrũ Princeps tenebrarum ſignificatur, ſect. 2. §. 4. p. 93. col. 2. n. 40.

Auctor.

Auctor ab inſtrumento, & inſtrumentum ab auctore nomina mutuatur, ſect. 17. §. 8. p. 659. col. 1. & 2. n. 162.

Ave.

Ave ab Eva per litterarum inverſionem dictum, ſect. 1. §. 7. p. 51. col. 2. n. 46. & ſect. 2. §. 6. p. 119. col. 1. & 2. n. 61.

Dum ab *Ave* Angelica incipit ſalutatio, in Mariam nihil culpæ ab Eva transfuſum annuntiatur, ſect. 2. §. 6. p. 119. col. 1. & 2. num. 61.

Auguſtinus.

Dum de peccato agit, excludit Mariã, ſect. 17. §. 8. p. 653. col. 1. n. 157.

Aurora.

Auroræ nomen Mariæ inditum ab originali liberam prædicat, ſect. 6. p. 258. col. 1. & 2. & p. 259. col. 1. & 2. n. 3. & 4.

Auſter.

Auſter ſponſæ ortum perflans Spiritum divinum in Mariam illapſum indicat, ſect. 2. §. 7. p. 120. col. 2. & p. 121. col. 1. n. 68.

B

Balſamus.

Aromaticum unguentum vulnus valdè penetrãs, & pervadẽs, ſect. 2. §. 1. p. 59. col. 1. num. 1.

Baptiſta.

Plus Chriſtum in matris alvo, quàm in Iordanis alveo miratur, ſect. 2. §. 4. p. 95. c. 2. num. 42.

Plus Mariam ad Eliſabeth feſtinantem, quã Chri-

Chriſtum eius in utero incluſum miratur, p.97.col.1.n.42.
Baptiſta corporis virginitatem ex Mariæ viſitatione recepit, ſect.2.§.4.p.96.col.1.num.42.
Baptiſta & Iſaias in utero matris ab originali purgati, §.6.p.117.col.1.n.64.
Baptiſtæ dignitas ab originali peccato in utero matris liberari eum exigebat, ſect.3.§.5.p.148.c.2.n.28.
Baptiſta noviter natus, noviter nutritus, & occiſus noviter eſt, ſect.17.§.4.p.582.c.2.num.84.
Baptiſta quid in utero hauſerit, primis operibus oſtentat, §.6.p.630.col.1.n.133.

Baptiſmus.

Baptiſmo purgandi, olim verſus occidentalem plagam ora tenebant diabolo renuntiantes, & à Chriſto verſus occidens animam efflante oſtendentes devictum, ſect.2.§.3.p.85.c.2.n.31.
Baptiſmi lavacrum in aqua, qua Chriſtus diſcipulos lavit, adumbratum, ſect.2.§.6.p.118.col.2.n.66.

Baſiliſcus.

Solo occidit aſpectu, ſect.17.§.7.p.333.col.1.n.47.

Bernardus.

Immunitatem Mariæ non denegat, ſed ſe Eccleſiæ iudicio ſubmittit, ſect.2.§.6.p.117.col.1.n.64.
An Baptiſta & Iſaias, non ſolùm in utero iuſtificati, ſed ab omni ſervati culpa, Eccleſiæ iudicio relinquit, ibidem.

Berſabee.

Berſabee Salomonis mater, Mariæ typus, ſect.2.§.3.p.88.col.2.& p.89.c.1.n.35.
Ob adulterium nomine ſpoliata, ſect.11.§.10.p.402.col.2.n.103.

Bona.

Bona omnia Deo tribuenda, ſect.11.§.7.p.334.col.1.num.47.
Bona temporalia, ut nociva, trãſilienda ſunt, ſect.11.§.8.p.359.col.2.n.75.
Lege *Paupertas*, & verbum *Divitiæ*.

Booz.

Booz obedientia ſingularis, ſect.5.§.4.pag.222.col.2.num.61.

Botrus.

Botrus, quem exploratores terræ Promiſſionis extraxerunt, Chriſtum in cruce adumbravit, ſect.2.§.4.p.92.col.2.& p.93.col.1.n.39.

C

Cœlebs.

Cœlebs, quaſi cœli cives, ſect.11.§.8.pag.360.col.1.num.76.

Cain.

Cain prima facinora impia de pravo fonte conceptionis fluxerunt, ſect.17.§.6.pag.627.col.1.n.29.

Calceamentum.

Quid in ſpiritualibus, & materialibus ſignificet? ſect.11.§.8.p.349.col.1.n.6.
Lege verbo *Pes*.

Calix.

Calix paſsionis Chriſtum quaſi inebriavit, ne hominum culpas, & ingratitudinẽ videret, ſect.2.§.4.p.94.col.1.n.4.

Carcer.

Carcer ſcelerum cavea eſt, ſect.17.§.9.pag.585.col.1.n.84.

Caro.

In reſurrectione habitum Angelicũ induet, ſect.11.§.9.p.396.col.1.n.106.
Nubis in ſcriptura appellatur, ſect.12.§.3.p.429.col.1.n.24.

Caſia.

Caſia fructicẽ denotat, cuius cutis, cortexvè abraditur, ſect.2.§.1.p.59.c.1.n.1.

Cauſa.

Cauſæ & effectus idem honor & contumelia eadem, ſect.17.§.3.p.555.col.1.& 2.n.53.& p.556.col.1.& 2.n.55.& 56.
Cauſæ & effectus proprietates, non tam cõmunes dixeris, quàm eaſdem, ibidem.

Character.

Quid ſignificet, & ſit? ſect.11.§.9.pag.380.c.2.num.94.

Charitas.

Charitatis lux peccatorum tenebras ſecum non patitur, ſect.1.§.5.p.42.col.2.n.33.
Charitas anima animæ eſt, ſect.11.§.7.pag.345.col.1.n.61.

Chriſtus.

Conceptio Chriſti, vel generatio.

Chriſti excellentia, & dignitas à conceptione ſumpſit exordium, ſect.1.§.3.p.15.c.2.n.10.& p.16.col.1.n.11.
Chriſtus novam induit generationem Adami priſtinâ excellentiorem, ibidem p.17.col.1.n.13.
Chriſti conceptio in prima hominis generatione ſignata, ſect.1.§.4.p.20.c.2.n.15.
Chriſti generatio temporalis virtutum, & viarum Dei initium, ibidem pag.26.col.1.num.22.
Chriſtus in ſua generatione hominis quaſi veſtigium dicitur, quia hominis generationem non fuit imitatus, ſect.1.§.5.pag.40.col.2.n.32.
Ante generationem Chriſti tenebræ dominabantur, pag.42.col.2.n.34.
Chriſtus ſic Adamo opponitur, ſicut liber generationis eius, Adami generationis libro, ſect.1.§.8.p.52.col.1.n.47.
Chriſtus & Maria à linea generationis Patrũ præciſi, quia originali peccato in cõceptione caruerunt, p.53.c.1.n.49.

Christi & Mariæ generationis linea ad Ioseph deducitur, ut ab omnibus succissa pateret, sect. 1. §. 8. p. 55. c. 2. n. 52.

Christi & Mariæ genealogia singulariter vocatur liber, quia non quid ascendentes ab Adamo, sed quid à Christo receperint, describitur, sect. 1. §. 8. p. 55. col. 1. num. 51.

A Christi generationis linea concionatores divini Verbi expugnantes præciduntur, pag. 56. col. 2. n. 53.

In Christi genealogia inverso ordine David priùs quàm Abraham refertur, quia Christi generatio ordinem naturæ non spectat, sect. 4. p. 162. c. 2. num. 1.

In Christi genealogia David peccator iusto Abrahamo antefertur, quia in illo largiùs divina gratia se ostendit, p. 163. c. 2. n. 3.

A Christi genealogia tres Reges præcidit Matthæus, ut tota genealogia in tres thesseradecades partita plura mysteria signaret, sect. 4. p. 164. col. 1. & 2. & p. 165. col. 1. & 2. n. 5.

Tres Christi generationes, una æterna in Patris sinu, secunda in Mariæ utero, tertia in sepulchro, originum à quibus dimanant, summam indicant puritatem, sect. 5. §. 2. p. 179. col. 2. n. 9.

Ne Christi origo, & generatio naturæ tribueretur, sed gratiæ, tres Christi aviæ steriles contra naturæ leges generarũt, sect. 5. §. 3. p. 186. col. 2. n. 19.

Christi genealogiæ studens Deus nobilitati, in illius proavis obedientiam inseminare curavit, §. 4. p. 199. col. 2. n. 55.

In Christi generationis linea David Abrahæ præfertur, quia in eo obedientia splẽdidiùs scintillavit, p. 214. col. 2. & p. 215. col. 1. & 2. n. 52.

Christi generatio ex obedientia censenda, sect. 5. §. 4. pag. 220. col. 1. & 2. & p. 221. col. 1. num. 57.

A Christi genealogia propter inobedientiã tres Reges expuncti, sect. 5. §. 4. p. 223. col. 2. & p. 224. c. 1. n. 62.

Christi generatio semper intemerata, §. 6. pag. 253. col. 1. n. 89.

Christi nativitas.

Christi nativitate prima Adami nativitas renovata, sect. 1. §. 3. p. 15. col. 1. n. 10.

Christi nativitate nox in diem conversa est, & abundavit gratia, sect. 1. §. 6. p. 48. col. 2. num. 37.

Christus Oriens Aurora, quam Iudæus surgentem videre non potuit, pag. 46. col. 1. num. 37.

Christus à Maria pannis involutus se totum in illius potestate esse indicavit, sect. 2. §. 3. p. 86. col. 2. n. 33.

Christus nondum natus de hostibus spiritualibus, & corporalibus triumphum reportavit, sect. 16. §. 2. p. 464. col. 1. & 2. num. 11.

Nomen Christi.

Christi nomen Sacerdotalem & Regiam indicat potestatem, sect. 3. §. 1. p. 123. c. 1.

Christus Regium nomen non prius sibi assumpsit, quàm nobilem habuerit originẽ, sect. 3. §. 3. p. 139. col. 1. & 2. n. 15. & pag. 140. col. 1. & 2. n. 16.

Christi baptismus & tentatio.

Christus in baptismo dæmonis subiecit potentiam, sect. 1. §. 5. p. 41. col. 2. n. 32.

Post Christi baptisma genealogia eius ad Deum usque deducitur, ut per baptisma intelligatur peccato originali bellũ ciere, & homines ad Deum perducere, sect. 3. §. 1. p. 129. col. 2. & p. 130. c. 1. n. 7.

Christus cur annorum triginta fuerit baptizatus? sect. 11. §. 8. p. 356. col. 2. n. 61.

Christus eisdem ac Adamus tentationibus expetitus, sect. 12. §. 3. p. 439. c. 2. n. 35.

Christus, quia ciborum vicit cupiditatem; tentatione impudicâ non est tentatus, ibidem, p. 440. c. 2. & 2. n. 35.

Merita Christi, & redemptio hominum.

Christus omnia in statum, quem habuerunt ante Adami peccatum, restituit, sect. 1. §. 3. p. 16. col. 2. n. 12.

Propter Christum omnia producta, §. 5. p. 32. col. 1. n. 26.

Christi gratiæ debetur, & peccatorum conversio, & iustorum profectus, sect. 2. §. 1. p. 61. col. 1. n. 4.

Christus medicus venit peccatorum vulnera curaturus, p. 60. c. 2. n. 3.

Christus peccatores venit ad pœnitentiam vocare, iustos ad vitæ perfectioris profectum, sect. 2. §. 1. p. 61. col. 1. n. 4. & p. 62. col. 2. num. 6.

Christus etiam iustos dicitur redemisse, quia in aliquo statu illius gratia mundati, pag. 60. c. 2. & p. 61. c. 1. n. 4.

Christus & peccata purgat, & à peccatis præservat, p. 65. col. 1. num. 8.

Christi sanguis ad omnia purganda scelera virtutem continet, sect. 2. §. 1. p. 68. c. 2. & p. 69. c. 1. n. 15.

Christus meritis de condigno mundum redemit, Maria meritis de congruo redemptionem quasi complevit, sect. 2. §. 3. pag. 82. col. 1. & 2. n. 28.

Christus sanguinis sui effusione quasi lacte nos nutrit, Deoque offert, §. 4. p. 90. col. 2. & p. 91. c. 1. n. 37. & c. 2. n. 38. & p. 92. col. 1.

Christus vulnerum servat cicatrices, ut illarum ostensione Patrẽ mitiget, & ad misericordiam alliciat, sect. 2. §. 4 p. 93. c. 1. & 2. n. 40.

Christus Ecclesiam sub arbore violatâ sub crucis arbore liberavit, illiq́ue virginitatis gloriam restituit, sect. 3. §. 1. p. 125. col. 1. & 2. n. 2.

Christus peccati remedium in sui sanguinis effusione constituit, sect. 2. §. 6. pag. 118. col. 1. n. 66.

Passio, & mors.

Christus & Maria quasi sibi invicem animas mutuabantur, & quilibet duplici patiebatur spiritu, sect. 2. §. 3. p. 79. col. 1. & 2. & p. 80. c. 1. n. 26.

Christus ad occidens conversus occubuit, ut dæmonem illic regnantem vinceret, ibid. pag. 85. col. 2. n. 32.

Christus in cruce per vulnera tanquam per ubera sanguinis lac, Maria per ubera quasi lactis sanguinem effudit, sect. 2. §. 4. p. 92. col. 2. & p. 93. c. 1. n. 39.

Christus sanguine, Maria lacte hostem vicerunt, ibidem.

Christus positis vestibus Apostolos lavans ad crucis nuditatem, & ad aquam sanguine mixtam è latere tribuendam se dedicavit, sect. 2. §. 6. pag. 118. c. 1. n. 66.

Christus morte sua mortem devincens non minus, quàm gloriosa nativitate se Regẽ ostendit, sect. 3. §. 5. p. 156. c. 2. n. 40.

Christus myrrhatum vinum non bibit, ut mortem tantummodò degustasse, non illi subiacuisse confirmaret, sect. 3. §. 5. p. 158. c. 1. n. 42.

Christi obediẽtis in cruce clamor imperiũ fuit Iudæos ad fidem perducens, petras scindens, mortuosq́ue suscitans, sect. 5. §. 4. p. 194. col. 2. num. 28.

Ad Christi crucem Maria lachrymas cohibet, ne de filij spontanea morte aliqua inesset suspicio, sect. 17. §. 7. p. 644. c. 1. & 2. num. 146.

Resurrectio.

Christus cruce exaltatus sibi resurrectionẽ comparavit, omnesq́ue ad fidem allexit, sect. 2. §. 5. p. 105. c. 1. n. 52.

Sanctitas, & gratia.

Christus peccatorum maculas deleturus quoad culpã omninò debuit ab omnibus segregari, quoad naturam uniri, sect. 2. §. 1. p. 68. c. 1. n. 13. & col. 2. n. 14. & pag. 69. col. 1. & 2. n. 15. & 16.

Christus secundùm filios hominum non esse dicitur, quia nullus fuit illi similis in gratia, & à natura primi Parentis sordidata alienus, sect. 2. §. 6. p. 113. c. 2. n. 60.

Christo gratia sine termino, Sanctis ad mẽsuram data, sect. 3. §. 5. p. 133. c. 2. n. 34.

Dignitas.

Christi decebat dignitatem, quia peccata debellaturus, ab origine fœdata labe non oriri, ne diabolo natus diceretur, sect. 2. §. 6. p. 111. col. 1. n. 38. & sect. 3. §. 2. pag. 34. c. 1. & 2. n. 9.

Christi Sacerdotalis dignitas nobilem postulabat originem, sect. 3. §. 1. per totum, pag. 123.

Christum Sacerdotem ita originale dedecebat, ut vel illius refugeret umbrã, pag. 126. col. 1. n. 2. & sect. 3. §. 2. p. 135. c. 2. num. 11.

Christum uti summum Sacerdotem carnem originali turpatam sumere dedecebat, alioquin crimine tinctus diceretur, sect. 3. §. 1. p. 127. c. 1. & 2. n. 4. & 5.

In Christi genealogia à Matthæo fœminæ peccatrices referuntur, subticentur à Luca, quia ille Christum describebat Redemptorẽ, Lucas de dignitate Sacerdotali Christi agebat, p. 128. col. 2. & pag. 129. col. 1. n. 6.

Christi Sacerdotis dignitas, quamvis quãcunque genealogiæ suæ maculam erubescat, specialiter tamẽ à prima origine horret fluentem, sect. 3. §. 1. p. 129. c. 1. & 2. n. 7. & p. 130. c. 1. & 2.

Christi Sacerdotis genealogiam usque ad Deum deduxit Lucas, ut conceptio omninò immaculata, neque Adami scelere tincta crederetur, pag. 129. c. 2. & p. 130. col. 1. num. 7.

Ante Sacerdotis Christi genealogiam non solùm baptismus refertur, sed in Iordane Dei Filius acclamatus, ut summus Sacerdos à primo scelere omninò liber haberetur, ibidem.

Post Christi summi Sacerdotis baptismum deducitur genealogia ad Adamum, quatenus Dei Filium, non quatenus aliorum Patrem, ut Christus de illius crimine nihil participasse credatur, pag. 130. col. 2. & p. 131. col. 1. num. 7.

Christus, uti summus Sacerdos, duo munera obijt, preces fudit, & suum sanguinẽ hostiam obtulit, sect. 3. §. 2. p. 135. c. 1. n. 10.

Christi regale fastigium ab originali nobilitate sumpsit auspicium, sect. 3. §. 3. per totum, p. 137.

Christus illustrior, quàm primus homo, Dei imago, nobiliusq́ue imperium continens, sect. 3. §. 3. p. 139. c. 1. & 2. n. 15.

Christus, utpotè Rex, & dignitatem Regiã homini restituturus, nobili ornari debuit origine, ibidem.

Christus in genealogia à Matthæo, non solùm Iesus, sed & Christus dicitur, ut Regia dignitas nobilem ostentaret originẽ, sect. 3. §. 3. p. 141. c. 2. n. 18.

Christus prius Davidis Regis filius, quàm Abrahæ refertur, ut origo omninò regia, & nobilis appareret, ibidem, & p. 142. col. 1. num. 18.

Christus, quia præ filijs hominũ ſpecioſior, nobili, immuniq́ue à peccato origine natus, Regiamq́ue obtinens dignitatem, ibidem.
Christus, quia creaturarum caput, & Princeps, nobili origine, etiamq́ue corporaliter divinitatis plenitudine ornatur, ſect. 3. §. 5. p. 152. col. 2. n. 34.
Amor Chriſti, & reverentia erga Mariã.
Christus mortuus in Maria patiebatur, ſect. 2. §. 3. p. 79. c. 1. & 2. & p. 80. c. 1. n. 26.
Christus à Maria pannis involutus ſe totũ in illius poteſtate eſſe indicavit, ſect. 2. §. 3. p. 86. c. 2. n. 33.
Christus vitæ initio, & fine ſe in Matris poteſtate eſſe profitetur, ſect. 2. §. 3. p. 86. col. 2. n. 33. & p. 87. c. 1.
Christus apud Patrẽ ut inferior orat, Maria Chriſtum, non tam ut inferior, quàm ſuperior exorat, pag. 88. col. 2. & p. 89. c. 1. n. 35.
Christus Mariæ in nuptijs vinum poſtulanti non torvè loquitur, ſed quaſi cõqueritur, quòd illum non alloquatur ut Filium, ſed ut Dominum deprecetur, ſect. 3. §. 5. pag. 160. col. 1. n. 45.
Christus & Maria ſibi invicem cœleſtis facultatis magiſtri, pag. 161. col. 2. n. 47.
Christus & Maria quaſi mutuis, paribuſq́ue ſe allaudant encomijs, ſect. 5. §. 1. p. 173. col. 1. & 2. n. 1.
Christus ut in ſepulchro nihil fœtoris invenit, ſic in Maria nullum peccati ſuffitum toleravit, ſect. 5. §. 2. p. 180. c. 1. n. 9.
Christus, quaſi lacte à Mariæ obediẽtia nutritus, ſect. 5. §. 5. pag. 238. col. 2. n. 78.
Christus magis pro Maria redimenda, quã pro cæteris adventavit, ſect. 11. §. 9. pag. 382. col. 1. num. 95.
Christus in matris viſceribus, plus quàm Baptiſta detentus, ſect. 17. §. 1. p. 518. col. 2. n. 20.
Christus Mariam debito honore & obediẽtia ſemper præveniebat, ſect. 17. §. 2. pag. 541. c. 2. n. 38.
Christus originalem ſplendorem, tanquam Mariæ proprium, nulli, nec Baptiſtæ cõceſsit, §. 5. pag. 607. col. 2. num. 108.
Christus ita Mariæ eſſe Filium ambit, ut filiationis quaſi ingeminet titulos, p. 614. col. 1. num. 116. & ſeqq.
Christus Mariæ origini notam illatam propriam reputat, ſect. 17. §. 7. p. 636. col. 2. & p. 637. c. 1. n. 139.
Christus Mariam participem privilegiorũ habet, p. 638. c. 1. & 2. n. 141.
Christus grave tulit ſe ad myſterium, vel commentitium defectum in matre adũbrans coarctari, ſect. 17. §. 7. p. 643. c. 1. & 2. n. 146.
Christus cùm Mariam negligere videtur, tunc amplius honoraſſe invenitur, ibid.
Chriſto gratior ſanctitas ei à Maria dimanans, ſect. 17. §. 7. p. 645. c. 2. & p. 646. c. 1. & 2. n. 149. & p. 647. c. 1. n. 150.
Chriſtum Mariæ ſpiritus, eiuſq́ue virtutum odorẽ exhalat, pag. 647. col. 2. & p. 648. c. 1. n. 151.
Amor erga homines.
Christus vitæ, & morum liber, ſect. 1. §. 1. pag. 2. col. 2. n. 1. & p. 3. c. 2. n. 3. & p. 4. c. 2. n. 5.
Christus nobis propitiatorium, quia mundiſsimus, ſect. 11. §. 5. p. 309. c. 2. n. 26.
Christus & Spiritus ſanctus inter Deum & homines pacis pignora, ſect. 11. §. 7. pag. 329. col. 1. n. 44.
Chriſti vultus inimicis terribilis, amicis amabilis videbatur, ſect. 11. §. 7. p. 332. col. 2. n. 47.
Cætera Chriſti.
Christus & Maria poſt tot Patres in genealogia numerati, quaſi hamus Patrũ ſceleribus ineſcatus, ut dæmoni inſidias demoliantur, ſect. 1. §. 8. p. 53. c. 1. n. 49.
Christus & Maria in dæmonis inſidias quaſi hamus ferreus extiterunt, ibidem.
Christus & veram continuit divinitatem ad patranda miracula, & humanitatem ad tolerantiam, ſect. 2. §. 1. p. 69. c. 1. n. 15.
Christus capreæ aſsimilatur, Angelicam videlicet, & humanam naturam lacte divinitatis nutriens, ſect. 2. §. 4. p. 91. col. 2. num. 38.
Christus iuxta ſuæ ætatis menſuram radios explicabat ſapientiæ, ſect. 3. §. 5. p. 161. col. 2. n. 47.
Christus Arca Teſtamenti, ſect. 5. §. 6. pag. 250. col. 1. & 2. n. 88.
Chriſti deſcenſus exaltatio fuit, p. 253. col. 2. num. 90.
Cur Christus transfiguratus? ſect. 11. §. 7. p. 332. col. 1. n. 46.
Chriſti magnitudo per creaturas rimanda, pag. 337. col. 2. n. 52.
Cur Christus lapidi iaſpidi & ſardino comparetur, ſect. 17. §. 1. p. 517. c. 1. n. 19.
Christus ſola voce peccatores proſternit, pag. 530. col. 2. n. 29.
Christus à virgine Patre natus, in Matre virgine ſuſceptus, & virgine ſepultura locatus, ſect. 17. §. 4. p. 585. c. 2. n. 95.
Christum Matrem corpore, Patrem refert virtute, pag. 639. col. 2. n. 140.
Chriſtianus.
Chriſtiani cur adorent verſus Orientẽ? ſect. 11. §. 7. pag. 330. c. 2. n. 44.
Cryſtallus.
Sereno cœlo Soli obiecta, ita eius radios Sole penetrata acuit, ut veluti fulmina, ſub-

ſubiectam materiam inflamment, ſect.2. §.7.pag.120.col.1.& 2.n.67.

Circumciſio.

In titulum obedientiæ erecta, cruciſque figura,ſect.5.§.4.p.203.col.1.n.39.

Solis maſculis circumciſio præcepta, quia originale peccatum à patre promanat: ibidem.Vel ideò viris data, quia Abrahæ in ſignum fidei fuit,ibidem.

Item ideò viris impoſita, quia in illis principium generationis activum,ibidem.

Ideò inſtituta ut circũciſis nobilitas emanaret,& inobedientiæ primi parentis ignobilitatem contractam deleret,ibidem.

Cognatus.

Cognatos relinquere regni auſpicium,ſect. 9.p.268.col.1.n.1.

Color.

Color virginis, illius puram conceptionem teſtatur,ſect.9.§.2.p.270.c.1.n.3.

Conceptio.

In Scripturis nox appellatur, ſect.17.§.1. pag.537.col.2.n.34.

Conceptio Virginis.

Conceptio Mariæ Chriſti generationẽ adumbrat,ſect.1.§.1.p.6.c.2.n.8.

A communi conceptionum labe Mariæ cõceptio veluti ſecta fuit,pag.7.col.1.n.9.

Conceptionem Mariæ puram liber generationis deſignat,ibid.col.2.n.10.

Conceptio Mariæ, Verbi humanæ generationi exæquatur.ſect.1.§.2.per tot.p.11. & §.5.p.36.col.1.n.26.

Conceptio Mariæ immaculata debuit eſſe, ut eſſet immaculata Filij conceptio,§.2. pag.12.col.1.n.6.

Conceptio Mariana, vel hinc maximè immaculata adſtruitur, quòd Deus fuerit eius primarius poſſeſſor,ſect.1.§.4. p.21. col.2.num.17.

Conceptio Mariæ nomen creationis retinet, quia ab alijs conceptionibus extranea,pag.22.col.2.n.18.

In rerum opificio,quæ præcipuè rerũ creatio Conceptionis Marianæ inſigni præcurrerit vexillata,ſect.1.§.5. per totum, pag.27.

Conceptionem Mariæ mirificè commẽdat, & puritatem adumbrat, quidquid in elementis pulchrum creatum, pag.29. c.1. num.25.

In Cõceptione Mariana ſicut in cœli creatione naturæ non ſervantur iura, pag.30. col.1.n.26.

Cõceptio Mariana immaculata eſſe debuit, ut Dei omnipotentia commendaretur, ſect.1.§.5.p.31.col.1.n.26.

Conceptio Mariæ immaculata, quia Dei Regia,& thronus figura,ibidem pag.33. col.2.

Conceptio Mariæ puriſsima, quia primarium Dei opus,pag.34. col.1.& 2. n.26.

Conceptionem Mariæ lucis creatio commendat,pag.42.col.2.n.33.

Conceptio Mariæ Chriſti cõceptionis quaſi veſtigium,pag.40.col.1.n.32.

Conceptio Mariæ utpotè creaturarum Dominæ futuræ,adſtruitur immaculata,§.6. p.43.col.2.n.35.

In conceptione Mariana,ſicut in formatione Adami, Deus quaſi ſolicitum ſe oſtẽdit,ſect.1.§.6.p.44.col.1.n.35.

In conceptione Mariæ lux Adamo peccante tumulata reluxit, pag.46. col.1. & 2. num.37.

In conceptione Mariana tenebrarum per peccatum Adami inductarum interrupta ſucceſsio,pag.46.col.1.& 2.n.37.& p.47.c.1.n.38.

In Evæ formatione privilegia cõceptionis Marianæ præſtituta, ſect.1. §.7.per tot. pag.47.

Conceptio Mariana, ex voce *generationis* propugnatur,§.8.per totum, p.51.

Conceptio Mariæ ex imperio in dæmones adſtruitur, ſect.3.§.5.p.155.col.1.n.37.

Item probatur ex imperio, quo ſibi mortẽ compulit inſervire, p.156.col.1.n.39.

Conceptionis Mariæ puritas ex illis verbis: *Filij David, Filij Abraham*, fulcitur, ſect.4.per totum,pag.162. Probatur ex illis verbis: *Abraham autẽ genuit Iſaac*, ſect.5.per totam,pag.171.

Pro conceptione ex verbo *genuit*, argumẽtum deſumptum, §.2.per tot.pag.179.

Conceptio Mariana divinæ generationis formam inſecuta,pag.180.col.1.n.10.

Conceptiovirginis ſine maledicto fuit,quia Chriſtus à maledictis naſci detrectat, ſectio 7.pag.260.col.1.n.1.

Lege reliqua verb. *Maria.*

Concupiſcentia.

Concupiſcentia, vel ira Deo carnem miniſtrare nequit,ſect.7.pag.271.c.1.n.2.

Concupiſcentia ad peccatum inclinãs culpæ originalis eſt fœtus, ſect.11.§.8.pag. 347.col.1.n.64.

Corona.

Olim ſponſi à Regibus mutuabantur coronas,ſect.5.§.4.p.213.c.1.n.54.

Corona duodecim ſtellarum à Maria devictos dæmones adumbravit, ſect.11.§.9. pag.400.col.1.n.109.

Corpus.

Corpus Adami ab Angelis formatum, ſect. 1.§.7.pag.49.col.1.n.41.

Corpore utendum ut calceamento,ſect.11. §.8.p.349.col.2.n.66.

Corpus tabernaculũ appellatur, pag. 350. col.2.n.67.

Qua-

Qualiter reſurrecturum ? §.9.pag.394.col. 1.n.105.

Correctio.

Nullus correctione uti poteſt, niſi corrigendis defectibus careat, ſect.17.§.1.p. 514.col.1.n.17.

Creatura.

Creaturæ irrationales Dei verbo factæ obedientiam, veluti obſtetricē habuerunt, ſect.3.§.5.pag.150.col.1.& 2.n.31.

Ex creaturis corporalibus, & ſpiritualibus univerſum conſtituitur, ſpirituales, quia nobiliores, corporalibus præſident,ſect. 3.§.5.pag.154.col.1.n.35.

Creaturæ irrationales Deo obediunt facillimè,ſect.5.§.5.p.233.c.2.n.73.

Creaturæ Dei excellentiam prædicāt,ſect. 11.§.7.p.337.col.2.n.52.

Creatura quælibet Dei ſpeculum, ſect.12. §.3.p.433.col.2.n.28.

Crux.

Chriſtum crux crucians illi crudelis, dæmones vincens ſuavis, ſect. 2. §.3. p.83. col.1.& 2.n.29.

Crux ſine Ieſu inanis,cum Ieſu efficax, §.5. p.106.col.2.n.53.

Crux ex prima illa arbore, ſub qua ſe dæmoni primi parentes ſubiecêre, erecta dicitur,ſect.3.§.1.p.125.c.1.& 2.n.2.

Sine crucis auxilio nequit humanum pelagus tranſmeari, ſect.16. §.3. pag. 479. col.1.n.27.

D

Dagon.

Ab arca opprimitur, & proſternitur in ipſius domo, ſect.11. §.5.p.312.c.2.n.32.

David.

Præfiguravit Chriſtum in ſuis factis, ſect.3. §.3.p.142.col.1.n.18.

David, cùm à peccatis poſtulat liberari, Regiam præfert dignitatem, §.5.p.148. col.1.& 2.n.28.

Etſi ut Rex & Propheta non caruerit peccato,ut Rex tamen, feſtina pœnitentia, præveniri poſtulabat,ibidem.

David & Abraham in fronte genealogiæ Chriſti conſpicui, ordinemque invertentes naturæ, ut Mariæ præſagiant cōceptionem,in qua ordo, & lex naturæ invertebatur,ſect.4.p.162.col.1.& 2.n.1.

In Chriſti genealogia David peccator iuſto Abrahamo antefertur, quia in eo largiùs divina gratia ſe oſtendit, pag.163.col.2. num.3.

Item David Abrahamo in Chriſti genealogia antefertur, quia illi expreſsiùs verbi promiſſa incarnatio,p.169.c.1.n.4.

Vel ideò David Abrahamo in genealogia Chriſti antefertur, quia in eo obedientia ſplendidiùs ſcintillavit, ſect.5. §.4. pag. 214.c.2.& p.215.c.1.& 2.n.51.

David Deo charior, quàm Abrahamus, ex beneficijs probatur acceptis,ſect.5.§.4. p.214.col.2.n.52.

David obedientiæ ſacratus, cuius cor ſecūdùm cor Dei ad imprimenda illius præcepta ſe flexibile præbebat,pag.215.col. 1.num.52.

Davidi Chriſtus ut filius promittitur, & ut Rex ob inſignis obedientiæ præſtantiam, cùm Abrahamo ſolùm promittatur ut filius,col.2.ibidem.

David eiecto Saule regnans typus Chriſti, qui Adamo eiecto regnavit,ibidem.

David quarta ſæculi ætate regnat, ut regnum Chriſti ex obedientia adſtruendum oſtendat, ſect.5.§.4.pag.216.col.1.& 2. num.53.

David Chriſti potentiam præfigurans regnum ab obedientia auſpicatus,ibidem.

David obedientiam quaſi frontem, caputq; Regiæ dignitatis effecit, ut docuit Pſal. 1.1.ſect.5.§.4.p.219.col.1.n.55.

David doctrinæ Evāgelicæ Prophetа Chriſti imitatus lenitatem,p.219.c.1.n.56.

In Davidis laboribus Chriſtus Davidis nomen captans præfigurabatur patiēs, pag. 219.col.2.n.56.

David ſibi nomen Chriſti uſurpans Chriſti tormenta ſe ſubiturum deſignat, ibidem.

Davidis & Chriſti Regnum adeò ſe ſtricta ſimilitudine reſpiciunt, ut viciſsim ſibi nomina uſurpent,pag.219. col.1.& 2. & p.220.c.1.n.56.

David triginta annorum in Regem unctus, quomodo Chriſti figura? ſect. 11. §.8.p. 356.col.1.& 2.n.72.

Deus.

Dei amor erga Mariam.

Deus primarius Mariæ poſſeſſor,ſect.1.§.4. pag.21.col.1.n.17.

Deus in cœli creatione quaſi ſe hilarē oſtēdit,quia Mariæ typus, ſect.1. §.5. p. 32. col.2.n.26.& p.33.c.1.n.26.

Deus terram maledictam tanquam inſtrumentum ad peccandum expiandum non aſſumpſit, ne contra Mariæ immunitatē aliquid argueretur, ſect.2.§.7. pag.122. col.2.n.71.

Deus quaſi ſe inopem ſine Maria reputat, ſect.2.§.1.p.67.col.1.n.12.

Deus cùm Adamum nobiliter condidit, nō tam illius, quàm Mariæ carnem aſpiciebat,ſect.3.§.5.p.151.c.1.n.32.

Deus primùm cœlum,deinde terram inverſo naturæ ordine conſtruxit,ut cōceptionis Marianæ puritatem adumbraret,ſect. 4.pag.163.col.1.n.2.

Deus in Abrahamo Marianæ puriſsimæ cõceptionis præiaciebat fundamenta, ſect. 5.§.1.pag.177.col.1.& 2.num.6.
Deus in Virgine altiori modo habitat, quã excogitari poteſt, ſect.12.§.3.pag.432. col.2.num.27.
Dei magnitudo in Virginis præſervatione cognita eſt, ſect.17.§.1.pag.502.c.1.n.9.
Deus paradiſum, quia Mariæ umbra, non ſolùm à peccato, ſed à ſerpentis ſervavit ingreſſu, ſect.17.§.1.p.527.col.1.n.25.
Deus erga Mariã peritiſsimi agricolæ munus exercuit, terramque ab ſpinis liberã ſeminavit, ſect.17.§.1.pag.529.col.2. num.29.
Deus maluit aliquos de Chriſti generatione, quàm de matris pudore dubitare, ſect. 17.§.7.pag.641.col.1.& 2.& pag.642. col.1.& 2.num.144.
Deus præcavit, ne de Maria Ioſephi animũ indecens opinio ſubiret, ſect.17.§.7.pag. 642.col.2.& pag.643.col.1.num.145.
Deus Mariæ plus quàm Chriſto de ſerpente victoriã attribuit, ut illius cõceptio clara haberetur, pag.645.col.1.& 2.n.148.
Deus præ cæteris creaturis in Maria magnus, ſect.17.§.8.p.651.col.1.&2.n.156.

Amor erga homines.

Deus creaturas irrationales imperio protulit, hominem manibus effecit, ut Regẽ eſſe illũ oſtenderet, creaturas ſervas, ſect. 3.§.5.pag.150.col.1.& 2.num.31.
Deus ſe in hominis formatione totum occupatum oſtendit, ibidem.
Deus in benefaciendo homini creaturarum celeritatem tranſgreditur, ſect.11.§.6.p. 323.col.1.num.43.
Deus in Eden, tanquam in honorifico loco, primum hominem collocavit, ſect.17.§. 1.pag.526.col.1.num.25.
Deus in benefaciendo largior, quàm in puniendo, ſect.17.§.8.pag.660.col.1.& 2. num.163.

Dei ſanctitas.

Deus peccati umbræ auctor vocari dedignatur, ſect.1.§.4.pag.23.col.2.num.17.
Dei ſtemma à peccato immunitas, ſect.1.§. 5.pag.36.col.1.num.26.
Deus, quæ perfecta, malique expertia per ſe ſolus perficit, quæ aliquam vel levem peccati umbram præferunt, per alios operatur, ſect.1.§.7.pag.50.col.1.& 2. num.45.
Deus à ſolis illis videtur, qui carnalia, & temporalia tranſcendunt, ſect. 11.§.9. pag.392.col.2.num.104.

Dei gubernatio.

Cur Deus in creatione rerũ Deus nũcupatur, poſt Adami creationem Deus, & Dominus dicitur, ſect.3.§.3.pag.139.col. 2.& pag.140.col.1.num.16.
Deus natu minores fratres maioribus ſæpè prætulit, ſect.4.pag.168.col.2.num.11.
Deus peccatorem, & inſtrumentum peccati eadem vindicta plectit, ſect.17.§.8.pag. 660.col.1.& 2.num.163.

Cætera Dei.

Deus in incarnatione, ſicut in creatione Dominus nuncupatur, ut origini nobili innixum illius imperium probet, ſect.3. §.3.pag.140.col.1.num.16.
Deus, Adamo paradiſo expulſo non Dominus, ſed Deus appellatur, ut conſtet etiam illorum, qui ſunt extra Eccleſiam eſſe Deum, intra Eccleſiam verò etiam eſſe Dominum, ſect.3.§.3.pag.141.col. 1.num.17.
Deus ante expulſionem Adami Dominus, poſt illam Deus appellatur, ut illius dominium ab origine omni labe libera profluens indicaret, pag.141.c.1.& 2.n.17.
Deus diabolum cõdemnavit, ut Filio mortem procurans ab illo vinceretur, ſect.3. §.1.pag.157.col.1.num.41.
Deo facilia, quæ impoſsibilia nobis apparent, ſect.4.pag.168.col.2.num.10.
Dei eſſentiam, dum profundiùs fueris contemplatus, à te diſtantiorẽ invenies, ſect. 11.§.7.pag.337.col.1.num.52.

Diapſalma.

Diapſalma quid ſit? ſect.17.pag.550.col. 2.num.49.& p.551.col.1.num.49.

Dies.

Dies cœli & terræ quales, ſect.12.§.3.pag. 425.col.1.num.20.
Die Dominico cur ſtantes, alijs autem diebus genibus flexi recitemus, ſect.16.§.3. pag.481.col.2.& pag.482.col.1.n.30.

Dignitas.

Dignitas, & auctoritas Regia non conferẽda illi, qui originem nobilem non traxit, ſect.3.§.3.pag.137.col.2.n.14.& pag. 139.col.1.& 2.& pag.141.c.1.&2.num. 17.& num.18.& pag.142.col.1.
Dignitas Regia ſicut nobilem petit originẽ, ſic deturpata origine denigratur, pag. 141.col.1.& 2.num.17.
Dignitas Regia ſingulari gratia, maieſtatiſque decore debet nitere, ſect.3.§.3.pag. 142.col.1.num.18.
Dignitates variæ in Chriſti Eccleſia, pag. 148.col.1.& 2.num.28.
Dignitates graduum in largiendis muneribus reſpicit Deus, ibidem.

Diſcipulus.

Diſcipulus proficiens gloria magiſtri, ſect. 11.§.9.pag.383.col.2.num.96.

Divitiæ.

Divitias Deus fugit, paupertatem ſectatur, ſect.10.pag.176.col.2.num.5.

Dæmon.

In primo vitæ noſtræ inceſſu de nobis triũphat, ſect. 1. §. 8. pag. 53. col. 2. num. 50.

Dæmon Mariæ conceprionem impetens, armatamque experiens, deluſus exceſsit, ibidem.

Dæmon à Davide pellebatur, non citharæ vi, ſed ſpiritus, ſect. 10. pag. 288. c. 2. n. 1.

Dæmon, quos ſævitia non potuit, perdidit fraude, ſect. 11. §. 9. p. 371. col. 1. n. 84.

Dæmon à primis parentibus fidem propellere curavit, ſect. 12. §. 3. pag. 444. col. 1. & pag. 445. col. 1. num. 37.

Dæmon ijs rebus nos tentat, in quas noſtra propẽdit inclinatio, ſect. 17. §. 2. p. 545. col. 1. num. 42.

Dæmon nec in utilibus, & licitis eſt audiendus, pag. 548. col. 1. num. 45.

Doctor.

Doctores recentiores, licèt ſancti non ſint, non minus, quàm antiqui, exponendæ veritatis auctoritatem habent, ſect. 12. §. 1. pag. 404. col. 2. num. 1.

Dominus.

Dominus ille ſolùm, qui nullius indigus, ſect. 11. §. 8. pag. 357. col. 2. num. 72.

E

Ebur.

Ebur candidum, & frigidum virginis materiam ſignavit, ſect. 12. §. 3. pag. 427. c. 1. num. 22.

Eccleſia.

Incarnationis myſterium per Mariam cognovit, ſect. 1. §. 5. pag. 34. col. 1. n. 26.

Dum Evangeliũ generationis Chriſti Mariæ conceptioni deſignat, nõ aliter de ipſius immunitate, ac de filij generatione videtur iudicare, ſect. 1. §. 8. p. 58. col. 2. num. 34.

Eccleſia peccato originali corrupta per Chriſti lavacrum ſanata, virginitateque reſtituta illius facta eſt ſponſa, ſect. 3. §. 1. pag. 125. col. 1. & 2. num. 2. & ſect. 10. p. 285. col. 1. num. 17.

Eccleſia Mariæ ſolius ratione incorrupta dicitur, & immaculata, ſect. 11. §. 8. pag. 355. col. 1. num. 71.

Eccleſia utraque, Triumphans, & Militans auxilia, & ſplendorem per Mariam capit, pag. 359. col. 1. num. 74.

Eden.

Eden cæteris mundi partibus locus altior, ſect. 17. §. 1. pag. 526. col. 1. num. 25.

Elephas.

Elephãtis proprietates, ſect. 12. §. 3. p. 428. col. 1. num. 22.

Elephas ſerpentis inimicus typus Mariæ ſerpentis antiqui acerrimus hoſtis, ibid.

Electrum.

Incarnationis ſymbolum, ſect. 17. §. 1. pag. 512. col. 2. num. 17.

Eliſabeth.

Eliſabeth admiratio Mariâ adventante, nõ tam ab illa, quàm ab infante in utero incluſo orta, ſect. 2. §. 4. pag. 95. col. 2. & p. 96. col. 1. & pag. 97. col. 1. num. 42.

Per Mariæ vocem tanquam per Dei inſtrumentum ſe præcurſorem portare, illius exultationem, & à culpa liberationem cognovit, ſect. 2. §. 6. pag. 112. c. 1. num. 59.

Eliſabeth eodem honore Mariam, & Ieſum in utero incluſum afficit, quia divinitus illos originis puritate pares agnovit, pag. 112. col. 1. & 2. num. 59.

Eliſabeth, ut ſenſit per Mariam Ioannẽ ab originali liberum, eam ut Chriſtũ à culpa originali immunem prædicavit, ibid.

Eliſabeth Angelis par, ſect. 3. §. 3. pag. 140. col. 2. num. 16.

Eliſeus.

Eliſei baculus ſine Propheta puerum ſuſcitare non valens fuit crucis figura ſine Ieſu inefficacis, ſect. 2. §. 5. p. 106. c. 2. n. 53.

Ephrain.

Ephrain etiam minori natu Deus dextram avi, patriſque paravit, quia eius ſoboles Regnum erat adeptura, ſect. 4. pag. 168. col. 2. num. 11.

Ephrain idem, quod fœcunditas fidei, pag. 169. col. 1. num. 11.

Eſau.

Suimet inobedientiâ cognitâ de divini Filij progenie deſperavit, ſect. 5. §. 4. pag. 213. col. 1. num. 49.

Eſau propter Iacob parentibus iratus uxorem duxit alienigenam, ibidem.

Eſſentia.

Eſſentiam divinam in hac vita videri non poſſe Patrum aliquorum opinio, ſect. 11. §. 9. pag. 389. col. 2. num. 103.

Eſſentiam divinam à Paulo & Moyſe in hac vita viſam aliqui ſentiunt, pag. 390. c. 1. num. 103.

Et.

Particula &, in Scriptura vim *quia* habet, ſect. 3. §. 3. pag. 138. col. 1. num. 14.

Eva.

Magis in perniciem, quàm in adiutorium fuit viro, ſect. 1. §. 7. pag. 47. col. 2. n. 39.

Evæ formatio Adami formatione dignior, ibidem.

Evæ dignitas tanta, ut paradiſum, quaſi patriam obtinuerit, cùm fuerit Adamus extra paradiſum creatus, pag. 48. col. 1. num. 40.

Evæ gloria eô pervenit, ut eius formatio à Deo ſolo fuerit, cũ Adamus à Deo, & Ange-

gelis fuerit formatus, sect. 1. §. 7. pag. 48. col. 2. & pag. 49. col. 1. num. 41.
Evæ singularis excellētia, quòd Adami corpus divini spiraculi receptaculum illius materia fuerit, sect. 1. §. 7. p. 49. c. 1. n. 42.
Evæ creatio, quia Mariæ conceptionis typus privilegijs condecorata, ibid. & col. 2. num. 43.
Evæ creatio in paradiso iustitiæ loco Mariæ immaculatam commendat conceptionē, ibidem.
Eva Dei manibus ex Adami costa formata, Dei in Mariæ conceptione solicitudinē indicat, pag. 49. col. 2. num. 44. & pag. 50. col. 2. num. 45.
Eva ex materia nulla peccati umbra fœdata formata Marianę conceptionis figura, pag. 50. col. 1. & 2. num. 45.
Evæ formatio, quia sine peccati umbra, soli Deo tribuitur, ibidem.
Eva ante lapsum nomen obtinet mulieris glorioſam originem exprimens, Mariæque originem adumbrans, post peccatum nomen, & dignitatem amittens antitypus Mariæ, sect. 1. §. 7. pag. 51. c. 1. & 2. n. 46.
Eva in Adami adiutorium facta, Mariā hominum patronam & mediatricem signat, sect. 2. §. 3. p. 87. col. 2. & p. 88. c. 1. n. 34.
Eva incusatur ab omnibus ob culpam, Maria ob illius carentiā ab omnibus collaudatur, sect. 2. §. 6. pag. 114. c. 1. & 2. n. 61.
Eva quasi revixit in Maria, & in honorem pristinū restituta ab omnibus beata prædicatur, ibidem.
Eva adultera ex diaboli verbo concepit, & peperit diabolum fratricida, sect. 3. §. 1. pag. 126. col. 1. num. 3.
Eva æquali dignitate cum Adamo creata, sect. 3. §. 5. pag. 149. col. 1. & 2. num. 29.
Eva post peccatum Regiam dignitatem amittens in servitutem redacta, ibidem.
Eva, quia nescivit imperare, iussa est servire, ibidem.
Eva propter peccatum non meruit, ut de frangendo serpentis capite ad ipsam dirigeretur promissio, quæ ad Mariā peccati expertem est facta, sect. 3. §. 5. p. 149. col. 2. & pag. 150. col. 1. num. 30.
Eva livore tacta, quod illi per Adamum arborem Deus vetuerit, tentationi præbuit aditum, in præceptique factionem propēsa, sect. 3. §. 5. pag. 159. col. 1. num. 43.
Eva facta est Virago, id est supra virū, quia Adamus peccator illi in transgressione obedivit. Maria Virago est facta, quia Adamus novus illi in mūdi reparatione subiectus, pag. 160. col. 2. num. 46.
Eva Luna inconstans mutationi culpæ subiecta, sect. 11. §. 8. p. 365. col. 2. num. 80.
Per Evæ curiositatem, deambulationemq; introductum est peccatum, sect. 12 §. 3. pag. 435. col. 2. num. 31.
Eva in allocutione serpentis Mariæ in Angeli annuntiatione contraria, sect. 12. p. 435. col. 1. & 2. & pag. 436. col. 1. & 2. n. 31. & seqq.
Eva de Dei verbis, ambitiosa superbia voluit diiudicare, pag. 438. col. 1. num. 33.
Eva vesperus fuit, quia mundo væ culpæ & pœnæ intulit, sect. 16. §. 3. pag. 484. c. 2. num. 34.
Eva à prima sui formatione inferior Adamo, sect. 17. §. 1. pag. 506. col. 1. num. 10.
Eva cur ex homine efficta, ibidem.

Eucharistia.

Eucharistiæ sacramento, quasi lacte, nos nutrit Christus, sect. 2. §. 4. p. 91. c. 1. n. 38.
Eucharistia vitæ fons, ex quo homines vitā hauriunt, mortisque monumenta decerpunt, §. 6. pag. 117. col. 1. num. 66.
Eucharistia primi parentis piaculo adversa, ibidem.
Sub cibo & potu instituta, ut mortem, quā Adami cibus intulit, cibus Christi profligaret, ibidem.
Eucharistiæ Sacramenti institutionem usque ad passionis tēpus distulit Christus, ut tam augustū Sacramentum originalis peccati labem iā inveniret abrasam, sect. 2. §. 6. pag. 117. col. 1. num. 66.
Ante Eucharistiæ institutionem Apostolorū pedes, ubi originale adūbrabatur peccatū, lavat Christus, ne ad tanti sacramenti maiestatem vel cum peccati umbra accederēt, pag. 118. c. 2. & p. 119. c. 1. n. 66.

Ezechias.

Cultor obedientiæ eximius, sect. 5. §. 4. pag. 224. col. 1. & 2. num. 63.
Ezechias morte per Prophetam nuntiata, minus illam timet, & plorat, quàm promissionē de Messia Davidis generi promisso non videre, ibidem.
Ezechias, ut à Deo vitam impetret, suam proponit obedientiam, ibidem.

F

Felicitas.

Felicitas magna omnium votis desiderari, sect. 2. §. 5. pag. 104. col. 2. num. 51.

Facilitas.

Facilitas pro aptitudine ab bonum, proclivitas pro inclinatione ad malum desumitur, sect. 1. §. 5. pag. 32. col. 2. n. 26.

Familiaritas.

Familiaritate Dei solus ille gaudet, qui dedignatur humanâ, sect. 17. §. 2. p. 550. col. 1. num. 48.
Familiaritate Dei nitens tactu sanctificat, ibidem.

Fides.

Omnium virtutum fundamentum, ſect. 1. §. 5. pag. 30. col. 1. num. 26.

Regnum fides parat, ſect. 9. p. 268. c. 1. n. 1.

Figura.

Figura orbicularis cæteras perfectione, & dignitate præcedit, ſect. 1. §. 5. pag. 34. col. 2. num. 26.

Figura orbicularis Mariæ perfectionem declarat, ibidem.

Filius.

Dei Filius in Patre, & Pater in Filio dicitur eſſe, quia ſui invicem fuerunt primarij poſſeſſores, ſect. 1. §. 4. p. 21. col. 1. n. 17.

Filius, quia ſtrictius matri, quàm patri adhæret, facilius matrē moribus repræſentat, ſect. 3. §. 2. pag. 131. col. 2. & p. 132. col. 1. num. 8.

Sicut Filij matribus, ſic filiæ patribus tenerius adhærent, ideò filij matrizant & patrizant filiæ, ſect. 3. §. 2. pag. 132. col. 1. & 2. num. 28.

Filij de ſemine matris, de patrū ſemine naſcuntur filiæ, ideò filij à matribus, filiæ à patribus ſtrictiùs amantur, ibidem.

Filius primogenitus filius matris potius, quàm patris dicitur, ibidem, col. 2.

Filiorum præclara inſtitutio à parentū exēplis fluit, ſect. 3. §. 5. p. 161. c. 1. & 2. n. 47.

Filij parentes præ ſe ipſis debent curare, ſect. 17. §. 2. pag. 542. col. 1. num. 39.

Filio iniuriam irrogat, qui notā inurit matri, ſect. 17. §. 7. per totum, pag. 634.

Filij plus de matris ſcelere, quàm de patris ſceleribus participāt, ibidem num. 137.

Fœmina.

Fœmina ad amorem proclivior, quàm vir, ſect. 2. §. 5. pag. 101. col. 1. num. 47.

Fœmina, quibus nō erat impoſita circumciſio, fide parentum, & hoſtijs ab originali purgabantur, ſect. 5. §. 4. p. 202. c. 1. n. 39.

Fomes.

Fomes peccati, peccatū dicitur, peccatiq; effectus eſt, ſect. 11. §. 9. p. 393. c. 1. n. 105.

Fornax.

Fornax Babylonicus puerorum ſolvēs vincula Virginis imago fuit, ſect. 11. §. 6. p. 321. col. 1. num. 42.

Frater.

Ex ſolo fraternæ neceſsitudinis vinculo, fratris ignominia denigrat fratrem, ſect. 17. §. 7. pag. 635. col. 2. num. 140.

Fumus.

Fumus ex odorato pulviſculo carbonibus iniecto exhalatus naturā ſuā in pyramidis conum aſcendit, & quò fit altior, eò tenuior, & acuminatior videtur, ſect. 17. §. 8. pag. 653. col. 2. num. 138.

Fumus in Sina divinitatis arcanum, & auctoritatem oſtentabat, ibidem, & pag. 654. col. 1. numero 158.

Mariam præfigurat, ibidem.

G

Gabriel.

Cuſtos virginis, ſect. 17. §. 1. p. 534. c. 2. n. 4. Vide verbum *Angelus.*

Gedeon.

Gedeon cur primò vellus irroratum, deinde ſiccum in victoriæ pignus poſtulaverit? ſect. 2. §. 5. pag. 109. col. 2. n. 54.

Cur primo ſigno irroratæ velleris nō ſedatus, aliud ècontra petierit? ibidem.

Geminatio.

Geminatio rei in Scriptura & firmitatis, & dignitatis indicium, ſect. 17. §. 3. p. 576. col. 2. num. 78.

Generatio.

Generatio temporalis Chriſti ſicut & æterna inenarrabilis eſt, ſect. 1. §. 2. pag. 11. col. 1. & 2. num. 5.

Generationi Chriſti multum detraheretur, ſi Mariam originale peccatum tinxiſſet, pag. 11. col. 2. num. 5.

Generatio Verbi in Virgine æternam Patris generationem æmulata, ſect. 1. §. 2. p. 12. col. 1. num. 6. & p. 13. col. 1. num. 8.

Generatio Chriſti & Mariæ in mundi creatione præfigurata, ſect. 1. §. 4. per tot. p. 19.

De generatione humana ut de divina gloriatur Chriſtus.

Vide reliqua in verbo *Chriſtus & Maria.*

Gloria.

Gloria Chriſti in transfiguratione ab illius divinitate, illiuſque anima prorupit in corpus, ſect. 11. §. 7. p. 331. col. 2. n. 46.

Gratia.

Gratia clarificat, lex obumbrat, ſect. 4. pag. 167. col. 2. num. 9.

Vide *Chriſtus*, & verbum *Maria.*

H

Hermogenes.

Duplicē terrā in primordio mundi extitiſſe aſſerebat, unam creatam, alterā Deo coæternam, ſect. 1. §. 7. pag. 51. col. 1. n. 46.

Homo.

Homo ad imaginē Trinitatis effectus, ſect. 1. §. 3. pag. 17. col. 2. num. 14.

Hominis creatio incarnationem Verbi adumbrabat, pag. 19. col. 1. num. 14.

In hominis creatione Marianæ conceptionis privilegia ſplenduerunt, ſect. 1. §. 6. per totum, pag. 43.

Homo, quia creaturarum Rex, ſolùm divinis manibus effectus, §. 6. pag. 43. col. 1. num. 35.

Homo, quia ad regnū creabatur, ad Dei imagi-

ginem factus, sect. 3. §. 3. pag. 137. col. 2. & pag. 138. col. 1. num. 14.
In primo homine nobilitas originis, & dignitas Regia copulatæ, ibidem.
Quia homo dignitate Regia ornandus, rerũ creatio, tanquã apparatus præcessit, ibid.
Homo ad Dei imaginem creatus, virtutes & Dei referebat immortalitatem, sect. 3. §. 5. pag. 149. col. 1. num. 29.
Homo maiorem dignitatem de divinarum contactu manuũ, quàm vilitatem de materia contraxit, sect. 3. §. 5. p. 150. col. 2. num. 31.
E terra virgine fuit formatus, sect. 11. §. 8. pag. 351. col. 2. num. 68.
Homo in quo Dei imaginem prætulerit? sect. 11. §. 9. pag. 374. col. 2. num. 88.
Cur homo ferè semper nocturno tempore & nascatur, & moriatur, pag. 375. col. 2. num. 89.
Homo ne divinam essentiam videat in hac vita, plus ab Adami labe, quàm à corporis mole impeditur, p. 391. col. 2. n. 104.
Homo ob peccatum, non ob corpus terrenũ, terrenus appellatur, sect. 11. §. 9. pag. 394. col. 2. num. 105.
Homini locũ nulla voluptate carentẽ Deus ab initio paravit, sect. 17. §. 1. pag. 525. col. 2. num. 24.
Vide reliqua in verbo *Adamus.*

Humilitas.

Humilitas suas expavet laudes, sect. 12. §. 3. pag. 443. col. 1. num. 36.
Humilitas amoris comes, ibidem.

I

Iacob.

Iacob manuũ transmutatione Ephraim benedicens, Christi crucẽ adumbravit, sect. 4. pag. 169. col. 2. num. 11.
Iacob vestimentum stola fuit originalẽ iustitiam præfigurans, sect. 5. §. 3. pag. 189. col. 2. num. 23.
Iacob stola Regalis, & Sacerdotalis erat, ibidem.
In Iacob stola Christi & Mariæ iustitia originalis præfigurata, pag. 189. col. 2. n. 23.
Iacob conceptio potius à virtute divina, quàm ab humana emanavit, p. 210. col. 1. num. 46.
Iacob per obedientiam primogenituram meruit, ibidem, & col. 2. num. 46.
Iacob obediẽtiæ filius inobediẽtiæ munera semper propẽdebat, p. 210. c. 1. & 2. n. 46.
Iacob crescẽs uberioris obedientiæ præsefert signa, sect. 5. §. 4. pag. 210. col. 2. & p. 211. col. 1. & 2. num. 47.
Iacob obediẽtia Christi prosapiæ adscribit, Esau ab ea deturbat inobediẽtia, p. 211. c. 1. n. 47.
Iacob in peregrinatione pro viatico fuit obediẽtia, & pro baculo Christi crux, pag. 211. col. 2. num. 47.
Iacob obediẽtiæ præmium Christi promissio, & visio scalæ fuit, sect. 5. §. 4. p. 212. col. 1. & 2. num. 48.
Iacob obedienti Verbum divinum in peregrinatione se comitem, & auxiliatorem offert, ibidem.
Iacob obediẽtia spem Esau abstulit de progenitura Christi, pag. 213. col. 1. n. 49.
Iacob obedientia Angelos in itinere socios habere meruit, cum illoque quasi cum cœlesti concive agentes, p. 213. c. 2. n. 50.
Iacob illum solum filium reputat suum, qui præ cæteris obedientia floret, sect. 5. §. 4. pag. 213. col. 2. n. 50. & p. 214. c. 1. n. 51.

Idololatria.

Primum dæmonis contra homines telum, sect. 12. §. 13. p. 444. c. 1. n. 37.

Iephte.

Iephte filiam filiæ Ierusalẽ, quia virgo mortua, solemni luctu per quatuor dies quotannis deplorabant, sect. 17. §. 8. pag. 654. col. 2. & p. 655. col. 1. n. 158.

Iesse.

Iessẽ interpretatur incendium, sect. 10. pag. 275. col. 2. num. 3.

Iesus.

Iesus Salvator & Medicus infirmitates sanat, & ab illis præservat, sect. 2. §. 1. pag. 60. col. 1. num. 2. & pag. 62. col. 2. & pag. 63. col. 1. n. 6. & pag. 64. col. 1. & 2. n. 7.
Iesu nomen, cuius prima littera decimum numerum indicat, in decima genealogiæ generatione sanguinis sui efficaciam demonstrat, pag. 65. col. 2. num. 9.
Iesu nominì infert iniuriam, qui illius virtutem in Mariæ præservatione emicuisse negat, sect. 2. §. 1. p. 67. col. 1. & 2. n. 12.
Quidquid labem redolet originalem, dedecet Redemptorem, & Iesu nomen præferentem, sect. 2. §. 2. per tot. pag. 68.
Iesus, quia Redemptor, immunitate à peccato claruit, pag. 69. col. 2. num. 16.
Vbi Iesu nomen invenitur, peccato sordidũ nihil apparet, pag. 70. col. 1. & 2. n. 17.
Iesu nomen ita Deus zelavit, ut solùm sanctitate florentes eo insigniri permiserit, sect. 2. §. 2. pag. 71. col. 1. & 2. n. 17.
Cùm Iesus cognominatur, illius genealogia tacetur, ne cum tanti nominis maiestate quid humanum, aut impurum cõmisceretur, ibidem.
Iesu nomen novum, & anteà incognitũ, sect. 2. §. 5. pag. 99. col. 2. num. 45.
Iesu nomen turris fortissima, & securũ hominibus propugnaculum, sect. 2. §. 5. pag. 100. col. 1. num. 46.
Iesu nomen nemo dignè vocat, nec illius

prædicat gloriã, niſi Spiritus ſancti gratiâ præparatus, pag. 102. col. 1. num. 48.
Ieſus dæmoni illum invocanti ſilentium impoſuit, ne tam auguſtum nomẽ dæmoniaco prolatum ore macularetur, pag. 102. col. 2. & pag. 103. col. 1. num. 49.
Ieſu nomen deſideratiſsimum, pag. 104. col. 1. num. 51.
Ieſu nomen crucis faſtigio affixum, dæmones ſuperavit, ad ſe traxit homines, mundoque glorioſam attulit vitam, ſect. 2. §. 5. pag. 105. col. 1. & 2. & pag. 106. col. 1. & 2. num. 52.
Ieſu nomen crucis animus, & virtus, p. 106. col. 1. & 2. num. 52.
Ieſu nomen latro cruci affixum legens vitã hauſit, ibidem.
Ieſu nomine multi inſigniti, ſed parvo emolumento; Chriſtus ſummo noſtri emolumento vocatus Ieſus, pag. 106. c. 2. n. 52.
Ieſu nomen dæmones & vincit, & abigit, ſect. 2. §. 5. pag. 110. col. 1. num. 55.

Ignis.

Ignis rubum à radice uſque ad verticẽ coronans Mariam demonſtrabat à conceptione puriſsima uſque ad aſſumptionẽ coronatam, ſect. 3. §. 5. p. 147. c. 1. & 2. n. 27.
Ignis iudicij iuſtos, velut Reges, ſplendoribus coronabit, impioſque perdet, ibidẽ.

Ignobilitas.

Ignobilitatem aliorum deleturus, nobilitate debet ornari, ſect. 2. §. 6. pag. 113. c. 1. num. 60.

Incarnatio.

Incarnationis Chriſti rudimenta in parentibus maculam refugiebant, ſect. 11. §. 1. pag. 289. col. 1. num. 3.
Reliqua vide verbo *Chriſtus.*

Imago.

Imago, in quo differat à ſimilitudine, ſect. 5. §. 4. p. 194. col. 1. num. 27.
Imago Dei ex obedientia & ſanctitate cõflatur, ſect. 5. § 4. p. 194. col. 2. num. 27.

Innocentia.

In innocentiæ ſtatu, nec virginitas amitteretur, nec deficeret fœtus, ſect. 12. §. 3. pag. 440. col. 1. num. 35.

Inobedientia.

Inobedientiâ nihil apud Deũ turpius, ſect. 5. §. 4. pag. 198. c. 2. & p. 199. c. 1. n. 34.
Inobedientia originem arguit infamẽ, ſect. 5. §. 4. pag. 198. c. 2. & p. 199. c. 1. n. 34.
Inobedientia Veneri aperuit oſtiũ, ſect. 12. §. 1. pag. 413. col. 2. num. 8.
Vide plura verbo *Obedientia.*

Invidus, invidia.

Invidus, vel aliorũ clara nomina fugit proferre, ſect. 10. pag. 275. col. 1. num. 9.

Ioachim.

Ioachim & Anna antiquis Patribus feliciores, quia nec caruerũt conceptu, nec aliũ præter Mariam habuerunt, ſect. 16. §. 4. pag. 493. col. 2. num. 43.
Ioachim idem eſt, ac Domini præparatio, pag. 495. col. 2. num. 44.

Ioannes.

Ioannes Mariam commendatã ſibi à Chriſto, non tanquam bonum terrenum, cui iam renuntiarat, ſed tanquã cœleſte bonum, admiſit, ſect. 2. §. 7. p. 121. c. 2. n. 69.
Ioannes, quia gratiæ poſſeſſor, Mariam cõmendatam habet, ibidem.
Ioannes, ut Mariam accipiat in matrem, & Euchariſtia, & ſapientia in Chriſti pectore præparatur, ſect. 17. §. 5. pag. 608. col. 2. num. 109.
Ioannes, quaſi unigeniti Patris gloriam in Chriſti ſinu initiatur, ſect. 17. §. 5. p. 608. col. 2. num. 109.
Ioannes, ut Mariam accipiat in matrem, in Chriſtum transformatur, ſect. 17. §. 5. p. 609. col. 1. num. 110.
Ioannes Chriſti verbis Mariæ filius effectus ſacramentaliter, ibid. col. 2.
Ioannes Petro antelatus, dum illi Maria committitur, pag. 610. col. 1. num. 111.
Ioannes Petrum in depoſito illis commiſſo, ut ſummus Põtifex Sacerdotes alios excedere videtur, pag. 114. col. 1. n. 115.
Ea Ioãnes virginitate florebat, ut illi Chriſtus matrem commendaret, ne quis eam temeratæ integritatis nota aſpergeret, ſect. 17. §. 7. pag. 642. col. 2. num. 145.

Iordanis.

Iordanis *iudicij proiectio*, ſect. 3. §. 5. p. 166. col. 1. & 2. num. 7.
Iordanis primus fons ſignificat primum originis humanæ fontem, & latam in illos ſententiam, qui ex illa biberunt, ibidem.
Iordanis, *id eſt, iudicij proiectio*, Mariã indicat peccati, & ſententiæ expertem, ibidem.
Iordanis aquæ ad arcæ introitum ad primã originem regreſſæ, ut oſtenderent naturam à Maria in eius puriſsima conceptione cohibitã, ſect. 3. §. 5. pag. 166. col. 1. & 2. num. 7.
Iordanis Mariæ typus retroceſsit ad arcæ ingreſſum, ut oſtẽderet illam in incarnationem Verbi ab origine fluentis gratiarum præparatam, ibidem.

Ioſeph.

Ioſeph Mariæ prægnãtis vultum ob nimiũ ſplendorem attendere non valebat, ſect. 11. §. 7. pag. 335. col. 1. num. 49.
Ioſeph ſumma nobilitate inſignitus, ſect. 11. §. pag. 370. col. 1. num. 83.
Ioſeph Marianæ pudicitiæ cuſtos, & fideliſsimus teſtis, ſect. 17. §. 7. pag. 639. col. 1. num. 142.

Ioſue.

Cùm Ieſu nomine inſignitur, principatum in populo præ Moyſe tenet, ſect. 2. §. 1. pag. 70. col. 1. & 2. num. 13.

Ioſue, cùm Hebræos Iordanem trãſmittit, ordinatè procedunt, cùm Moyſes mare Rubrum tranſmittit, incedunt confusè, quia ubi nomen Ieſu invenitur, confuſio inveniri nõ valet, ſect. 2. §. 1. pag. 71. col. 1. & 2. num. 17.

Ioſue à Domino iuxta Iordanem exaltatus, & Dux electus Chriſtum in Iordane à Patre exaltatum figuravit, ſect. 2. §. 2. p. 72. col. 1. num. 18.

Iſaac.

Iſaac à morte eripitur, mortique Chriſtus in ariete ſufficitur, ut mors in aliena irruens cõteratur, ſect. 3, §. 5. pag. 156. col. 2. & pag. 157. col. 1. num. 41.

Ad Iſaac conceptionẽ prævie quaſi effœta, & mortua caro, & appetitus obtuſus, ſect. 5. §. 1. p. 176. c. 1. & 2. & p. 177. c. 1. n. 5.

Ex Iſaac pro immuni virginis conceptione argumentum validum, ſect. 5. §. 3. per tot. pag. 182.

Iſaac non tam naturæ, quàm cœleſtis obedientiæ filius, ibid. p. 182. col. 2. num. 14.

Iſaac generatio fuit Adami crearionis imago, ibidem, & pag. 183. col. 1. num. 14.

Ex Iſaac nomine pro Mariæ conceptione tuenda deducitur argumentum, ſect. 5. §. 3. pag. 183. col. 1. & 2. num. 15.

Iſaac nominis reſeratur myſterium, p. 184. col. 2. num. 17.

Ex his, quæ circa conceptionem Iſaac præordinabãtur, quàm ſit Deo infenſum originale, oſtenditur, p. 185. c. 1. & 2. n. 18.

Iſaac & Rebecca ex uno concubitu duos filios ſuſceperunt, ut oſtenderentur caſtitatis ſtudioſi, & non concupiſcentiæ, ſed Prolis amore copulari, ſect. 5. §. 3. pag. 185. col. 1. & 2. num. 18.

Iſaac ex Rebecca duobus filijs ex uno cõcubitu ſuſceptis, ad uxorem amplius nõ acceſsit, ne Chriſtus ex eo oriundus ex concupiſcentia natus videretur, ibidem.

Iſaac veſtium Iacob fragrantia Mariam odoratus a Chriſto in Iacob figurato benedicendũ excitatus eſt, ſect. 5. §. 3. pag. 188. col. 1. & 2. num. 21.

Iſaac in veſtium Iacob odore Chriſti & Mariæ virtutum ſuaveolentiam prævidit, ibidem.

Iſaac etſi ſenſus præ ſenectute amiſerit, obedientiæ tamen ſenſum ſervavit, ſect. 5. §. 4. pag. 211. col. 1. num. 47.

Iſaac æternum Patrem, Iacob ſtolâ indutus Chriſtum, ager odore plenus Mariã adumbrabat, ſect. 17. §. 7. pag. 645. col. 2. & pag. 646. col. 1. & 2. num. 149.

Iudas.

Iudas propter obedientiam Regnum obtinuit, ſect. 5. §. 4. pag. 220. col. 1. & p. 221. col. 1. num. 57.

Iudas à patre laudatur, quia patri in obedientia ſimilis, pag. 220. col. 2. & p. 221. col. 1. num. 57.

Iudas à fratribus prædicitur laudandus ob obedientiam, ibidem.

Iudas idem, quod confeſsio laudis, ibidem.

Iudex.

Iudices Hebræorum tanquã Proreges habebantur, Deumque tanquã Regem temporalem habebant, ſect. 5. §. 4. pag. 199. col. 1. num. 34.

Index corrigendis defectibus omninò carere debet, ſect. 17. §. 1. n. 17. p. 514. c. 1.

Iuſtus.

Iuſti in faciem peccatores retrocedũt, ſecti 17. §. 1. pag. 515. col. 1. num. 18.

Vide verbo *Perfectio.*

L

Laus & laudare.

Ab impio laudari nõ minus turpe, quàm turpia cõmittere, ſect. 2. §. 5. p. 102. c. 2. n. 49

Laudes prudenter examinandæ, ſect. 17. §. 1. pag. 509. col. 2. num. 13.

Laudes Dei ſolùm puri dignè decantant, p. 511. col. 1. num. 16.

Laus in ore peccatoris Deo ingrata, ſect. 17. §. 2. pag. 545. col. 2. num. 42.

Lazarus.

Lazarus quatriduanus miſeri peccatoris typus, ſect. 2. §. 5. pag. 107. col. 1. num. 52.

In Lazari reſurrectione præ alijs miraculis divina miſericordia, & redẽptio claruit, ibidem.

Lazarum quatriduanũ reliquit Chriſtus, ut deſperato humano auxilio divina miſericordia ſplẽderet, ſect. 2. §. 5. p. 107. col. 1. num. 52.

Lazari reſurrectio reſurrectionis noſtræ forma fuit, ibidem.

A Lazari ſepulchro Chriſtus lapidem tolli iubens Iudaicæ perfidiæ ſaxũ à cordibus removeri deſiderabat, ut cum Lazaro reſurgerent, ſect. 2. §. 5. p. 107. col. 1. n. 52.

Lazari reſurrectio reſurrectionis Dominicæ typus fuit, ibid. & pag. 108. c. 1. & 2. n. 53.

Legatus.

Legatus, & mittentis, & illius, ad quẽ mittitur, imitetur habitum, ſect. 17. §. 3. pag. 566. col. 2. n. 71. & p. 567. c. 1. & 2. n. 72.

Legatus nullus præter Angelũ dignè ad Mariã deſignabatur, ſect. 17. §. 3. p. 569. c. 2. n. 73.

Lex.

Lex obũbrat, gratia clarificat, ſect. 4. pag. 167. col. 2. num. 9.

Legem transgredi magnum Principi dedecus, sect. 11. §. 10. p. 402. c. 2. n. 113.

Liber, vide *Scriptura*.

Lilia.

Lilia in capitellis Salomonis Templi sculpta, tanquam nobilitatis stemma, sect. 5. §. 4. p. 172. col. 1. n. 1.

Lilia inter omnes flores, Christum expressiùs adumbrant, ibid. & p. 173. col. 1. n. 1.

Lilium nulla agricolæ cura, sed genitali virtute crescit, ibidem.

Lilia Angeli sunt, qui nullo laboris usu gratiam, & dona cœlestis naturæ servant, sect. 5. §. 4. p. 172. col. 2. n. 1.

Lilium Maria vocatur inter origine defœdatas spinas, ibidem, & pag. 173. col. 1. & 2. num. 1.

Lilium castitatis insigne, ibidem.

Dum candescit in folijs, intus auri species fulget, ibidem.

Littera.

Litteræ apud Græcos pro numeris sumuntur, sect. 2. §. 2. p. 65. col. 1. n. 9.

Lumbus.

Lumbus generationem designat, sect. 17. §. 1. pag. 513. col. 1. n. 17.

Luna.

Luna in plenilunio creata, sect. 11. §. 7. pag. 334. col. 2. n. 44.

Luna luce plena Marianæ cõceptionis imago, ibidem.

Lunæ proprietates quæ; sect. 11. §. 8. p. 356. col. 1. num. 72.

Luna baptismum designat, ibidem.

Ad Lunæ incrementum, vel decrementum maris aquæ crescunt, vel decrescunt, ibidem.

Lux.

Lucis creatio æternam & temporalẽ Christi generationem adumbrat, sect. 1. §. 5. p. 42. col. 2. n. 33.

Lux in Solem per obedientiam cõversa typus aquæ in vinum conversæ, sect. 5. §. 4. p. 217. col. 1. n. 54.

Lux prima ubi creata? sect. 11. §. 9. p. 379. col. 2. num. 93.

Lux prima cœlum appellata est, ibid. pag. 380. col. 1. num. 94.

M

Macula.

Macula, quæ origini inuritur, ad sobolis spectat infamiam, sect. 5. §. 4. p. 199. col. 1. num. 34.

Magdalena.

Ad pedes Christi, quia otiosa, cruciatur, sect. 2. §. 3. pag. 81. col. 1. num. 27.

Quare Magdalena, dum peccatrix, mulier, dum pœnitens Maria vocetur? sect. 2. §. 5. p. 103. col. 1. num. 49.

Magdalena Mariæ nominis gerula ad Lazari resurrectionem à Iesu expetitur, ut Mariæ nomini resurrectio tribuatur, pag. 107. col. 2. num. 52.

Quare Magdalena, dum ad sepulchrum dubitat de Christi resurrectione, nomine Mariæ privatur, sect. 2. §. 5. pag. 109. c. 1. num. 53.

Manasses.

Manasses idem quod oblivio, ideò à Iacob in benedictione Ephraim postponitur, sect. 4. pag. 169. col. 1. num. 11.

Mare.

Regium induit amictum, id est purpureum, quia ab obediẽtia vexillatur, sect. 5. §. 4. pag. 192. col. 1. & 2. num. 25.

Margarita.

Quomodo cœli rore formetur? sect. 16. §. 4. pag. 487. col. 1. num. 36.

Maria.

Mariæ conceptio.

In Mariæ generationis libro Adami lamentum non inscribitur, sect. 1. §. 1. pag. 10. col. 2. num. 14.

Maria virgo non esset, si originali corrupta esset in conceptione, sect. 1. §. 2. pag. 13. col. 1. num. 7.

Mariæ purissimam conceptionem sepultura Christi adumbrat, sect. 1. §. 2. pag. 14. col. 1. num. 9.

Mariæ historia sicut & Filij ab illius cõceptione exorditur, sect. 1. §. 3. per tot. p. 14.

Mariæ generationem sibi divina Sapientia adscribit, sect. 1. §. 3. pag. 18. col. 2. n. 14.

Mariæ conceptio in primæva mundi generatione adumbrata, §. 4. p. 20. c. 2. n. 16.

Maria ab æterno dicitur creata, quòd creata sit speciali privilegio, quo ab hominũ corrupta productionis eximebatur via, pag. 20. col. 2. num. 16.

Mariæ conceptionem Spiritus sanctus est operatus, sect. 1. §. 4. pag. 24. col. 2. n. 20.

Maria ex obedientia magis, quàm ex voluptate concepta, pag. 25. col. 1. n. 20.

In principatu & potestate concepta, pag. 25. col. 2. num. 21.

Maria in potentia & virtute Spiritus sancti concepta, sect. 1. §. 4. p. 25. col. 2. n. 21.

A Mariæ conceptione viæ Dei, id est virtutes, habuerunt initia, pag. 26. col. 1. n. 22.

Cœli creatione Mariana præfigurata conceptio, sect. 1. §. 5. p. 29. col. 2. num. 26.

Maria utpotè Dei Regia, immaculata concepta, pag. 36. col. 2. num. 27.

Maria quasi mulier non esset, serpentis venenum non bibit, sect. 1. §. 5. pag. 41. col. 1. num. 32.

In primo vitæ crepusculo de dæmone victoriam

riam reportavit, pag.41.col.2.num.32.
Mariana conceptio in lucis creatione delineata divinos oculos ad ſe traxit, p.42. col.2.num.34.
Maria ut Solis divini Aurora in conceptione ſua divinitatis rutilat ſplendoribus, ſect.1.§.8.pag.54.col.1.num.50.
Maria in ſua conceptione quaſi acies vexillata contra dæmones inſidias proceſſit, pag.54.col.2.num.50.
In Mariæ conceptione utpotè ordinata acie, nulla rimula apparuit, qua hoſtes tela conijcere valerent, ibidem.
Maria, ſi Chriſtus non veniſſet, ab originali præſervata non fuiſſet, ſect.2.§.1. p.61. col.1.num.4.
Maria redemptionis fructum ſenſit ab originali peccato præſervationis gratia liberata, ſect.2.§.1.pag.64.col.1.&2.n.7. & pag.65.col.1.n.8.& p.66.c.2.n.11.
Maria, quia culpæ antidotus erat prænuntiata, ab originali peccato libera, ſect.2. §.4.pag.98.col.2.num.43.
Maria ſecundùm Chriſtum fuiſſe dicitur, quia ipſius conceptio Chriſti immaculatam referebat conceptionem, ſect.2.§.6. pag.113.col.2.num.59.
Maria ſicut & Chriſtus propter peccatores facta, ut peccata propulſaret, ideò ab omni macula immunis, ſect.2.§.6.pag. 115.col.1.num.62.
Minus Maria erubeſceret non eſſe virginem, quàm eſſe in conceptione originalis ancillam, ſect.2.§.6.pag.115.col.2.& p. 116.col.2.num.63.
Licèt Maria noſtræ inſtaurationis ſolùmodò eſſet inſtrumentum originali carere deberet, ſect.2.§.7.per totum, pag.119.
Maluit Deus homines de ſua omnipotentia, quàm de Mariæ conceptione dubitare, ſect.2.§.7.pag.122.col.2.num.71.
Si Mariæ caro peccato originali tincta eſſet, Chriſtum Sacerdotẽ diceremus pollutum, ſect.3.§.2.pag.134.c.1.&2.n.9.
Maria ancillæ nomine non fœdari, nec originali infici probatur, ſect.3.§.2.p.137. col.1.num.14.
Marianæ conceptionis puritas ex Angelorum in cœlo creatione probatur, ſect.3. §.5.pag.154.col.2.num.35.
Maria non aſcendens Aurora, ſed deſcendens appellaretur, ſi eius conceptio in peccati originalis caveam incidiſſet, ſect. 3.§.5.pag.155.col.2.& p.156.c.1.n.38.
Maria libera nunc non diceretur, ſi aliquando ſub peccati ſervitute in origine fuiſſet, ſect.3.§.5.pag.155.col.2.& p.556. col.1.num.38.
Mariæ conceptio in Iordane præfigurata, in quo contra naturæ leges illuxerũt miracula, ſect.4.pag.165.col.2.& pag.166. col.1.num.6.
Mariæ & Filij generatio quaſi eiuſdem rationis ſub eadem voce præſagita, ſect.5. §.2.pag.180.c.2.n.11.& p.181.c.1.n.11.
Mariæ conceptionem Angelus Ioachimo prævaticinitatus fuit, ſect.5.§.2.pag.181. col.1.num.11.
Mariæ conceptio non à carnis æſtu, ſed ab obedientia exorta, ſect.5.§.6.per totum, pag.244.
Conceptionem Mariæ charitas operata eſt, non carnis voluptas, ſect.5.§.6.p.244. col.2.num.85.
Mariam ſine macula conceptam antiquitus ſententia communis fuit, pag.247.col.1. num.86.
Mariæ ab originali immunitas ex Iacob parente deducitur, ſect.6.pag.255.col.2. num.1.2.& 3.
Mariæ cõceptio ex Rebecca probatur immunis, ſect.6.pag.257.col.2.num.4.
In Mariana conceptione oblita eſt lex naturæ, ſect.7.pag.261.col.1.n.2.& ſect.10. p.277.col.1.n.6.& ſect.11.§.4.p.298. c.1.n.14.& ſect.11.§.5.p.314.c.1.n.33
Mariam ſine peccato conceptam probat ex Iuda traxiſſe originem, ſect.7.pag.262. col.1.num.2.
Mariæ origo, vel umbram peccati originalis nõ ſuſtinet, ſect.8.p.263.c.2.n.2.& 3.
Maria igne divino, non frigore humano cõcepta, ſect.11.pag.275.col.2.num.3.
Mariam à pauperibus parentibus ortam, ſine originali peccato probat conceptam, pag.276.col.1.num.5.& p.277.c.1.n.6.
Maria in conceptione expiatione nõ eguit, pag.277.col.2.num.6.
Verba de origine Mariæ dicta, illius immunitatem confirmant, pag.278.col.1.n.7.
Maria novitate originis abſque culpa originali irradiat, ſect.10.p.278.col.2.n.8.
Mariæ initium diabolo ſemper oppoſitum, ſect.10.pag.280.col.2.num.13.
Mariæ & Chriſti eadem in origine fortuna, pag.282.col.2.num.15.
Maria ſine peccato concepta, quia à Chriſto ut à radice eſt exorta, ſect.10.p.283. col.1.num.15.
Mariæ origo, non tam ab humana carne, quàm à Patrũ emanavit virtutibus, pag. 283.col.2.num.16.
Maria in conceptione, ſicut in aſſumptione triumphat, ſect.10.p.284.col.1.num.17.
Qui conceptioni Marianæ adverſantur, non ſine timore vivant, pag.287.col.2.n.20.
Mariæ conceptio ex illis verbis: *David autem genuit Salomonem*, ſine labe adſtruitur, ſect.11.§.1.per totum, pag.288.
Maria in conceptione Regina, ideò de dæmo-

mone reportavit triumphum, ſect. 11. §. 1. pag. 288. col. 2. num. 2.
Mariæ conceptio non ſolùm culpa libera, ſed virtutibus ſplendēs, ſect. 11. §. 4. pag. 295. col. 1. num. 12.
Mariæ conceptio immaculata adſtruitur ex illis verbis Apocal. 12. *Et Luna ſub pedibus eius, &c.* ſect. 11. §. 8. per tot. p. 348.
Mariæ illibata conceptio adſtruitur ex illis verbis Apocal. 12. *Et in capite eius corona ſtellarum, &c.* ſect. 11. §. 9. per totum, pag. 366.
Mariæ conceptio ſideribus dominata, §. 9. pag. 369. col. 2. num. 81.
Maria hominibus & Angelis in conceptione nobilior, pag. 369. col. 2. num. 82.
In Mariæ conceptione ferè nihil habuit natura, ſect. 11. §. 9. pag. 376. c. 1. & 2. n. 9.
Mariæ exordium Angelorum initio clarius, ſect. 11. §. 9. pag. 385. col. 2. num. 98.
Mariæ conceptio ex illis verbis: *Ex ea, quæ fuit Vriæ*, probatur, ſect. 11. §. 10. per tot. pag. 402.
Mariæ intemeratæ conceptioni ſuffragantur verba illa: *Salomon autem genuit Roboam*, ſect. 12. §. 1. per totum, pag. 403.
Ex Salomone validum pro conceptione argumentum, ſect. 12. §. 1. pag. 403. col. 1. num. 1.
Maria, non ſolùm originale non contraxiſſe, ſed neque illius debitum, eſt dicenda, ſect. 12. §. 2. pag. 415. col. 2. num. 9. & ſect. 17. §. 6. pag. 633. col. 2. num. 135.
Mariæ conceptio ex illis verbis: *Ozias autē genuit Ioatham*, adſtruitur, ſect. 13. per totam, pag. 447.
Maria à peccato originali præſervata, probant verba illa: *Ioſias autem genuit Iechoniam, &c.* ſect. 14. per tot. pag. 450.
Mariæ immunitas ex defectu illius particulæ *autem*, cùm ad illam pervenitur, oſtenditur, ſect. 15. per totam, pag. 454.
In conceptione Mariæ adſtitit Angelorum cuſtodia, ſect. 16. §. 4. pag. 493. col. 2. & pag. 494. col. 1. num. 43.
Claram Mariæ conceptionem probant illa verba: *De qua natus eſt Iesus*, ſect. 17. per totam, pag. 498.
Mariæ cōceptioni Pauli propoſitionis univerſalitas non obſtat, ſect. 17. §. 1. pag. 504. col. 1. num. 9.
Mariam ſine culpa genitam Filij nomen evincit, ſect. 17. §. 1. pag. 523. col. 1. n. 22.
Mariæ conceptione ex intima cum veritate cognatione pura convincitur, ſect. 17. §. 2. per totum, pag. 538.
Mariæ immunitas ab originali ex prævia præparatione Ioannis ad illius depoſitū probatur, ſect. 17. §. 5. p. 609. c. 2. n. 111.
Idem probatur ex eo quòd Maria Ioanni ſervanda tradita, ſect. 17. §. 1. p. 608. col. 2. num. 109.
Mariæ parentes in illius conceptione nulla concupiſcentiæ macula defœdati, ſect. 17. §. 5. pag. 616. col. 2. num. 119.
A Maria fomes peccati præciſſus ingenuè conceptionem puram teſtatur, ſect. 17. §. 5. pag. 620. col. 1. & 2. num. 123.
Mariæ orgini innata claritas ex illius primo opere convincitur, ſect. 17. §. 6. per totum, pag. 623.
Mariæ pura conceptio ex illius erga nos primo opere elucet, ſect. 17. §. 6. p. 632. col. 1. num. 134.
Mariæ originalis iuſtitia ad decus nati ſpectabat, ſect. 17. §. 7. pag. 636. c. 1. n. 138.
Filio vel ſola infectæ matris conceptionis, & originis ſuſpicio vulnus lethale eſt, ſect. 17. §. 7. pag. 636. col. 2. & pag. 637. col. 1. num. 139.
Mariæ conceptionem puram tanquam propria ſolemnia Chriſtus celebravit, ſect. 17. §. 7. pag. 648. col. 2. num. 152.
Mariæ conceptionem puram ſingulæ Triados perſonæ ad cognationem divinæ maternitatis exigunt, ſect. 17. §. 7. pag. 649. col. 1. & 2. num. 153.
Marianæ conceptionis indēnitas ex eo probatur, quòd Trinitatis exiterit domicilium, ſect. 17. §. 8. pag. 650. col. 2. & pag. 651. col. 1. num. 155.
Mariæ immunitas adſtruitur, ex eo quòd Trinitatis gloria ab illa fuerit quodammodò aucta, ſect. 17. §. 8. pag. 651. col. 1. & 2. num. 156.
Item ex eo quòd ſit Trinitatis requies, ſect. 17. §. 8. pag. 651. col. 2. & pag. 652. col. 1. & 2. & pag. 653. col. 1. num. 157.
Ad Mariæ conceptionem prævie parentum corpora ab omni vitioſitate purgavit Deus, ſect. 17. §. 8. pag. 653. col. 1. n. 157.
Mariæ immunitas ex nomine Spiritus ſancti, quod nacta eſt, adſtruitur, ſect. 17. §. 8. pag. 159. col. 2. & pag. 160. col. 1. & 2. num. 165.

Nomen Mariæ.

Nomen immaculatæ ipſius conceptionis dignitatem evulgat, ſect. 2. §. 1. pag. 66. col. 1. num. 10.
Mariæ Redemptricis nomen adverſus originale peccatum in prima mundi origine luxit, §. 4. pag. 97. col. 2. & p. 98. col. 1. & 2. num. 43.
Mariæ nomen nomini Ieſu aſsimilatur, illiuſque æmulatur virtutem, §. 5. per totum, pag. 99.
Mariæ nomen ita Ieſu nomen æmulatur, ut ſalus exiterit mundi, pag. 99. c. 1. n. 44.
Mariæ nomen ſicut & Ieſu nomen, à cœlo evolutum, & ab Angelo prænuntiatum,

ſect.2.§.5.pag.99.col.2.& p.100.col.1. num.45.& ſect.16.§.4. pag.492. col.2. num.42.

Angelus non priùs virginem Mariæ illuminatricis nomine alloquitur, quàm plenæ gratia nomine compellet, ibidem.

Mariæ nomen, ſicut & Ieſu contra dæmones turris fortiſsima, hominumque ſecurum propugnaculum, ſect.2.§.5.pag.100.col.1.num.46.

In Mariæ nomine malorum remediũ, ibid.

Mariani nominis præſentia, velut effuſum oleum Eliſabeth uterum pervaſit, & infantem inungens, originalis peccati delinijt vincula; & ad palæſtrã inunxit, ſect.2.§.5.pag.100.col.2.num.47.

Ad Mariani nominis reverentiam omne genu flectitur, &c. ibidem, & ſect.16.§.4.p.488.col.1.num.37.

Marianum nomen ſicut & Ieſu oleum effuſum, ibidem.

Marianum nomen amoris flammas contorquet, ſect.2.§.5.pag.101. col.1.num.47.

Mariæ nomen, quaſi blãdius, gratiuſque hominibus, quàm nomen Ieſu, pag.101.c.1. & 2.num.47.

Mariæ nomine invocato citius, quàm Ieſu invocato nomine, aliquando adventat ſalus, ibidem.

Marianum nomen, quaſi æquali veneratione ac Ieſu vult Deus ſuſcipi, p.101.col.2.& pag.102.col.1.num.48.

Mariæ nomen nemo dignè invocat, niſi divino inflammatus Spiritu, pag.102.col.1. num.48.

Mariani nominis invocatio divinum advocat Spiritum, & inhabitantem animo indicat, ſect.2.§.5.pag.102.col.1. num.48.

Sicut oleum humida non penetrat, ſic Marianum nomen carnalem refugit animũ, ibidem.

Mariæ nomini ſic providet Deus, ut ubi eſt peccati umbra, nõ patiatur inveniri, pag.103.col.1.num.49.

Marianum nomen à dæmone invocari Deus non permiſit, cùm diabolus primus Dei, & Ieſu nomen protulerit, pag.103.col.1. & 2.& p.104.col.1.num.50.

Maiorem venerationem Mariæ nomini, quã nomini Ieſu Deus providiſſe videtur, ibidem.

Mariæ nomen prolaturus Lucas novo ſtylo utitur, ut auguſti nominis maieſtatem indicet, ibidem.

Mariæ nomen ſicut & Ieſu voluit Deus à cœleſtibus ſpiritibus peroptari, ſect.2.§.5.pag.104.col.2.& pag.105.col.1.n.51

Mariæ dulciſsimum nomen audire, & pronuntiare cœleſtes quaſi ambiunt ſpiritus, imò & ipſe Deus, ibidem.

Sicut nomen Ieſu Angeli è cœlo terris promulgarunt, ſic Mariæ nomen è terra cœlis promulgare ambiunt, ſect.2.§.5.pag.105.col.2.num.51.

Mariæ nomen ſibi in ſuorum facinorum adiutorium adſciſcit Ieſus, ut quidquid ipſe in humanam ſalutem operatur, à Mariæ nomine ſimul naſci videatur, ſect.2.§.5.pag.106.col.2.& pag.107. col.1.& 2. & pag.108. col.1. num.52. & pag.109. col.1.num.53.

Mariæ nomen Sacramentum eſt, ſacrificiũ, & holocauſtum, ad quod accedendũ impolluta poſtulatur conſcientia, pag.108. col.1.num.52.

Sine Mariæ nomine, nec Chriſti reſurrectio, nec hominum vita, ſect.2.§.5.pag.108. col.2.num.53.

Mariæ nomen nec levem defectus umbram admittit, pag.108.col.2.& pag.109.col.1.num.53.

A Mariani nominis oleo lux & vita animarum emanat, pag.109.col.1.num.54.

Marianum nomen Dominam & Reginam indicans ab Angelo parentibus delatum fuit, ut prius quàm conciperetur Regijs titulis ornaretur, ſect.3.§.4.p.142. col.2.num.19.

Mariæ ante conceptionem nomen Regiũ delatum, quia non ipſa dignitatem, ſed ipſam ambiebat dignitas, ibidem.

Maria palmæ, id eſt cruci, aſsimilatur, quia ſicut hæc malignos terret ſpiritus, ſic Mariæ nominis invocatio dura contra diabolum armatura, ſect.3.§.5.pag.155. col.1.num.37.

Maria lucerna Domini, ac Domina interpretatur, ſect.4. pag.167. col.1.& 2.n.9.

Mariæ nomen de divinitatis theſauro proditum, ſect.11.§.9.pag.382.col.2.n.95.

Ex Mariæ nomine cum Ieſu nomine coitione pro illius conceptione non ignobile teſtimonium deſumitur, ſect.16.§.2.per totum, pag.461.

Maria Prophetiſſæ nomen ſortita eſt, ſect.16.§.2.pag.465.col.2.num.11.

Mariæ nominis etymon illam ſine originali probat conceptam, ſect.16.§.3.per totum, pag.467.

Maria Domina, & Stella maris dicitur, ſect.16.§.3.pag.468.col.1.num.14.

Maria annuntiatio, & partus.

Mulier propter peccatum partus anguſtijs ſubiecta, Maria, quia à peccato libera, naſcẽte Chriſto fuit gaudijs delibuta, ſect.2.§.6.pag.114.col.1.& 2.num.61.

Quia Maria nihil ab Eva ſuxit, ideò Dominus ab illa naſciturus annuntiatur, ibid.

Quia per Mariam mundi dolores ablati, in partu ſine dolore eſt, ſect.2.§.6.pag.115. col.

col.2.& pag.116. col.1. num.63.& pag. 117.col.2.num.65.

Per Mariam Sol Chriſtus procedit,& ab illa novus inſurgit,ſect.2. §.7. p.120. col. 1.num.67.

Inter Mariam & Filium ſtrictius vinculum, quàm inter matres alias,& filios,quia de ſolo eius ſemine Chriſtus generatus,ſect. 3.§.2.pag.233.col.1.& 2.num.8.

Maria ab Angelo plena gratia annuntiatur, quia nullam gratiæ vacuitatem,etiam in primo inſtanti habuit, ſect.3.§.5.p.144. col.1.num.34.

Mariam antequàm Reginam, gratia plenã nuncupat Angelus, ut oſtenderet gratiæ plenitudinem ad dignitatem præparatã, ſect.3.§.5.pag.133.col.2.num.34.

Maria verbum eructavit, quia ſine doloribus peperit,ſect.17.§.7. pag.647. col.2. & pag.648.col.1.num.151.

Mariæ dignitas.

Maria humani generis Corredẽptrix, ſect. 2.§.3.per totum, pag.62.& ſect.17. §.2. pag.542.col.2.num.39.

Maria Corredemptrix in Eva peccãte præfigurata,ſicut in Adamo peccatore Chriſtus Redemptor adumbratus,ſect.2.§.3. pag.81.col.1.num.28.

Maria in hominum redemptione adiutrix Chriſti,& propter utriuſque ſimul merita data vita,pag.82.col.1.& 2. num.28.

Mariam humani generis Redemptricem,& Corredemptricem nuncupandam ex Patribus probatur,ſect.2.§.4.per totum.

Mariæ eximia dignitas, ab illa carnem aſſumptam pro mundi redemptione ſuffeciſſe,ſect.2.pag.90.col.1,num.33.

Sicut in incarnatione humanitati divinitatis idiomata communicata, ſic Mariæ idiomatum facta communicatio, ibidem, col.2.

Mariæ ſalutationis verba ad Eliſabeth ſacramentalia fuerunt,& ſimul effectiva,& ſignificativa, illiſque Deus Ioannẽ purgavit à culpa, ſect.2. §.4. pag.96.col.1. & 2.& pag. 97. col.1. num.42.

Ad Mariæ ingreſſum Ioannes culpæ originalis vincula fracta vidit,ibidem.

Ex Mariæ Corredemptricis prærogativa Mariæ immunitas adſcribitur, ſect.2. §. 6.per totum,pag.110.& pag.111.col.1. num.57.

Maria,quia originale,& dæmonis deſtruxit imperium, originale non contraxit,ſect. 2.§.6.pag.111.col.1.num.57.

Si Maria peccatum contraxiſſet, Chriſtus filius diaboli dici poſſet, pag.111. col.2. num.58.

Maria ſine macula concepta debuit eſſe, ut benedictum conciperet mundo, ſect. 2. §.6.pag.112.col.1.& 2. num.59.

Maria quaſi per idiomatum cõmunicationem Euchariſticus cibus vitam generãs; immortalitatemque donãs appellari poteſt,pag.119.col.1.num.66.

Maria ſine culpa originali concepta, quia eius caro cibus Euchariſticus dicitur, p. 118.col.2.& p.119.col.1.num.66.

In Maria totum redemptionis theſaurũ recondidit Chriſtus,ut ab ipſa depromeremus,ſect.2.§.7.pag.122.col.1.num.70.

Indecorum Mariam Chriſti animatum redemptionis ſacramentum culpa fœdari, cùm aqua ſacramentum inanimatũ maledictionem non ſubierit,pag.122.col.2. num.71.

Mariæ & Chriſti eadem caro,inter quos nõ tam naturæ communitas,quàm identitas intercedit, ſect.3. §.2. pag.233.col.1.& 2.num.8.& ſect.17.§.3. per totũ, p.552.

Mariam ſibi Chriſtus Sacerdos in comitem, & Sacerdotij munus adſcivit, & veluti cum illa Sacerdotalis dignitas eſt diviſa, ſect.3.§.2.pag.135.col.2.num.10.

Maria eſt Sacerdos,& altare, in quo mensã apponens cœleſtem panem dat nobis in peccatorum remiſsionẽ, ſect.3.§.2.pag. 135.col.2.num.11.

Maria cum Chriſto unus Sacerdos, una utriuſque voluntas,unum utriuſque ſacrificium,pag.135.col.2.& pag.136. col.1. num.11.

Mariæ caro, quam in cruce Chriſtus obtulit,non ſolùm Mariæ victima dicitur, ſed Mariæ tanquam munus Sacerdotis adimplentis,pag.136.col.1.& 2.num.12.

Maria etſi dignitate Sacerdotali non gauderet, quia tamen impolluti Sacerdotis tabernaculum, ideò ab illa omnis amandanda macula, ſect.3.§.2. pag.137. col. 1.num.14.

Maria ad honorem Regium ſublimata fuit, ſect.3.§.4.per totum,pag.142.

Mariæ Regnum ita nobile, ac filij, qui illã ad dextram collocavit, ſect.3. §.4. pag. 142.col.2.& p.143.col.1.num.20.

Maria in ſua conceptione Regiam obtinuit dignitatem,ut Filio communicaret,ſicut Adamus priùs fuit effectus Rex, quàm Evæ formationi ſubſtantiam miniſtraret, ſect.3.§.4.pag.143.col.1.num.20.

Sicut Deo ratione creationis Regius titulus convenit, ſic Mariæ ratione reparationis dignitas competit regia, ſect.3. §. 4.pag.143.col.1.num.21.& §.5.p.145. col.1.& 2.num.25.

Angelorum Maria, & dæmonum Regina, Angelorum ob dignitatem, dæmonis ob triumphum, ſect.3.§.4.pag.143.col.2. num.21.

Mariæ Regia dignitas illam ab omni originis ſervitute liberam probat, ſect. 3. §. 5. per totum, pag. 143.

Maria eodem ac Chriſtus Regio gaudet honore, ſolioque nitet, & ut ille originis ignominiam ignorat, ſic illa ignominiam neſcit originis, ſect. 3. §. 5. p. 144. col. 1. num. 22.

Adamus nobili origine nobiliterque creatus, quia creaturarum Rex, & Dei imago futurus, Mariæ typus, quæ quia Dei imago, & hominum, Angelorumque Regina, nobili debet florere origine, ſect. 3. §. 5. pag. 144. col. 2. num. 24.

Mariæ dignitatem peccato inſervire indecens, cùm adinſtar filij peccatum venerit expugnatura, pag. 145. col. 1. & 2. n. 25.

Sicut Creatoris puritatem indecens impuritate fœdari, ita indecens Mariam reparatricem impuram, pag. 145. col. 1. & 2. num. 25.

Mariæ puritas æmula puritatis divinæ, nã ſicut mens divina, quia Verbum produxit, puritate candicat, ita Maria, quia Verbum humanat, omni puritate nitet, ibidem.

Mariæ Regnum illæſa à flammis rubus præfigurat, ſect. 3. §. 5. pag. 146. col. 1. & 2. & pag. 147. col. 1. & 2. num. 27.

Maria Lunâ calceata, quia nulli ſervituti ſubiecta, ſect. 3. §. 5. pag. 147. col. 1. n. 27.

Mariæ dignitas omnium Sanctorum dignitates exuperat. pag. 148. col. 2. num. 28. & pag. 151. col. 2. & pag. 152. col. 1. n. 33.

Mariæ dignitas, quâ ſuperexcedit Sanctorum, & Angelorum dignitatem, præ omnibus illam puram exigit, ibidem.

Indignum Mariam Chriſti in Regno comitem à culpa inaugarari Regnũ, pag. 148. col. 2. num. 29.

Primam hominis formationem Deus honore præivit, quia Mariæ & Chriſti pignus, ſect. 3. § 5. pag. 151. col. 1. n. 32.

Maria Angelis ſuperior, quia illi Chriſtum intellectus oculis, Maria etiam corporalibus intuetur, pag. 152. col. 1. num. 33.

Mariam Regia dignitas nulla prærogativa carere exigebat, ne quid in Angelis eſſet, quod in Regina non eluceret, pag. 151. col. 1. num. 32.

Dedeceret Mariam Reginam renuntiari, ſi fœdata fuiſſet origine, etſi alijs appareret ornata privilegijs, ſect. 3. §. 5. p. 154. col. 2. num. 36.

Mariæ in dæmones poteſtas illam ab originali labe immunem teſtatur, ne quod illi in prima ſui creatione habuêre, in Maria deſideraretur, ſect. 3. §. 5. pag. 155. col. 1. num. 37.

Maria, quæ mundi Principem vicit, illiuſq; fregit caput, omnimodam in corpore, & mente ſervavit munditiam, ibidem.

Indecorum erat Angelorum naturæ labe infectam adorare Regiã, ſect. 3. §. 5. pag. 155. col. 2. & pag. 156. col. 1. num. 38.

Mariæ in Chriſtum dominium originis nobilitatem poſtulabat, pag. 158. col. 2. & pag. 159. col. 1. num. 43.

Eò Mariana ſe extulit dignitas, ut Deus homo, non ſolùm in nobilibus, ſed in abiectis operibus ſe illi ſubdiderit, ſect. 3. §. 5. pag. 159. col. 2. num. 44.

Indecorum Chriſti dignitati eſſet Mariam aliquãdo culpæ ſubiacuiſſe, pag. 160. col. 2. num. 46.

Maria fuit Crux, quæ ulnis ſuis Dominum portavit, ſect. 4. pag. 170. col. 1. n. 11.

Maria, utpotè naturæ Regina, in ſui conceptione naturæ leges diſſolvit, ibidem.

Maria non prius ab Angelo Mater Dei appellata, quàm plena gratiâ prædicaretur, ſect. 5. §. 2. pag. 181. col. 1. num. 12.

Maria, ut Dei exiſteret mater, Dei manibus formata, ſect. 11. §. 4. pag. 296. col. 2. num. 14.

Maria ſuper ipſum Chriſtum fundata, ibid.

Maria characterem Sacerdotalem ad peccatorum reconciliationem eminẽter habebat, ſect. 11. §. 7. pag. 338. col. 1. n. 52.

Maria iure maternitatis quaſi naturale dominium in totius mundi creaturas obtinet, ſect. 17. §. 1. pag. 498. col. 1. n. 1.

Maria à primo conceptionis inſtanti gratiâ plena, quia Chriſti mater futura, ſect. 17. §. 1. pag. 508. col. 1. num. 12.

Maria ſine labe concepta, quia Chriſti & omnium futura mater, ſect. 17. §. 5. per tot. pag. 605.

Mariæ conceptionem puram probat Filiũ communem cum Patre æterno habere, ſect. 17. §. 5. pag. 608. col. 1 num. 109.

Maria ſerpentem vicit, quia eius in utero ſapientia corporata, ſect. 17. §. 7. p. 645. col. 1. & 2. num. 148.

Maria Dei Filium portare non poſſet, niſi omni gloriâ & virtute vigeret condecorata, ſect. 17. §. 8. pag. 657. col. 1. & 2. numer. 161.

Mariæ meritum.

Maria de congruo meruit hominum ſalutẽ, quam Chriſtus de condigno, ſect. 2. §. 3. pag. 77. col. 1. & 2. n. 25. & pag. 81. col. 2. & pag. 82. col. 1. & 2. num. 28.

Mariæ ubera, & Chriſti vulnera, quaſi valore, & merito æquiparantur, ſect. 2. §. 3. pag. 84. col. 1. & 2. & pag. 85. col. 1. n. 30.

Mariæ interceſsio apud Filium maioris efficaciæ aliquando apparet, quàm apud Patrem interceſsio Filij, ſect. 2. §. 3. pag. 88. col. 2. & 89. col. 1. num. 35.

Ma-

Mariæ tam eximia merita, ut Corredẽptricis nomen per effusionem lactis, sicut Christus Redemptoris nomen per sanguinis effusionem, sibi comparârit, sect. 2. §. 4. pag. 90. col. 2. & p. 91. c. 1. n. 37.

Sicut Christus Angelos, & homines lacte sui sanguinis nutrit, sic Maria sui lactis sanguine Angelos reparat, homines lavat, sect. 2. §. 4. pag. 92. col. 1. num. 38.

Mariæ ubera, & lac quasi sua reputat Christus, ut quasi idem reputet lac à Mariæ pectoribus effluere, ac sanguinem à suis vulneribus emanare, sect. 2. §. 4. pag. 92. col. 1. num. 38.

Maria ab Angelo & Elisabeth benedicta prædicatur, quia & Ecclesiã triumphantẽ reparavit, & Militantem quasi emortuam suscitavit, sect. 5. §. 6. pag. 112. col. 2. num. 59.

Mulier à viro formata mortem induxit, & Maria Deum utero concipiens vitã meruit afferre, pag. 113. col. 2. num. 59.

Maria Christi retulit speciem, quia instar Christi deperditam rebus speciẽ instauravit, pag. 114. col. 1. num. 60.

Maria præ Angelis meruit, meritòque divinum Verbũ ad se de Patris pectore traxit, sect. 3. §. 5. pag. 151. col. 1. num. 23.

In Maria omnes Sanctorum, & Angelorum virtutes, eius merita illorum merita excedunt, sect. 11. §. 7. pag. 337. col. 1. n. 51.

Quidquid in Eva perditum ob Mariæ merita instauratum, sect. 11. §. 8. pag. 365. c. 2.

Mariæ omnes Sanctorum adscribendæ victoriæ, sect. 11. §. 9. pag. 399. c. 1. n. 108.

Mariæ sanctitas & gratia.

Maria sola inter creaturas omni malo destituta, & omni bono exornata, sect. 1. §. 5. pag. 33. col. 1. num. 26.

Mariæ uterus baptismatis fons, in quo omnes in novam creaturam reformamur, sect. 1. §. 5. pag. 39. col. 1. num. 29.

Maria solum Christum habuit exemplar, reliquorũ exemplar fuit, sect. 1. §. 5. pag. 41. col. 2. num. 32.

Christus, ut porè Medicus, culpam videre nõ abhorret, Mariæ ita invisa culpa, ut Baptistam visitans culpæ originalis aspectum non tulerit, sect. 2. §. 4. pag. 97. col. 1. num. 42.

Si Maria peccatum aliquando contraxisset, Christus filius diaboli dici posset, sect. 2. §. 6. pag. 111. col. 2. num. 58.

Maria, quia benedicta, eâ à peccato immunitate gaudet, quâ Christus ut benedictus, sect. 2. §. 6. pag. 112. col. 1. & 2. n. 59.

Mariam peccati labes non fœdavit, sect. 2. §. 6. pag. 113. col. 2. num. 59.

Maria in triplici vitæ statu adversus peccati insidias munita fuit Angelorum custodiâ, sect. 2. §. 6. p. 115. col. 2. num. 62.

Maria humanam naturam in terra virtutum rexit exemplis, Angelicam in cœlo satiat delicijs, sect. 3. §. 5. pag. 151. col. 2. & pag. 152. col. 1. num. 33.

Talem Maria habuit gratiæ plenitudinem, ut nisi Deus esset, maiorem habere non potuisse videatur, sect. 3. §. 5. pag. 154. col. 1. num. 34.

ariæ vitæ cursus non naturæ alvum, sed gratiæ alveum sequitur, sect. 4. pag. 167. col. 1. & 2. num. 9.

Mariam quasi pro quadam prioritate prius gratia, quàm natura possedit, sect. 5. §. 3. pag. 186. col. 2. num. 19.

Maria ager plenus virtutum actionibus, & Spiritus sancti gratiâ exculta, sect. 5. §. 3. pag. 188. col. 1. & 2. num. 21.

Maria Filio similis similem virtutum odoramentum, ac Christus, emittit, sect. 5. §. 3. pag. 188. col. 1. & 2. num. 21.

Maria etiam in suis progenitoribus à naturæ peccati semita deviavit, sect. 9. pag. 268. col. 1. num. 1. 2. & 3.

Maria nunquam à culpa detenta, ad gratiã semper festina, pag. 270. col. 1. num. 4. 5. & 6.

In Maria non fuit adhuc peccati vestigium, sect. 9. pag. 273. col. 1. num. 7.

Maria peccata refugit, ut esset peccatorum refugium, sect. 9. pag. 274. col. 1. num. 8.

Maria virga Iesse nullis culpæ foliis vestita, sect. 9. pag. 278. col. 2. num. 9.

Maria semper Deum habuit, nunquam quasi distantem quæsivit, sect. 10. pag. 286. col. 1. num. 18.

Maria terra Domini omnis peccati maledictionis expers, benedictionibusq; plena, sect. 11. §. 3. pag. 291. col. 2. num. 6. & §. 4. pag. 294. col. 2. num. 11.

Maria mons omne peccati humile excedens, sect. 11. §. 4. pag. 294. col. 2. n. 11.

Maria gratiæ imbre semper inundata, sect. 11. §. 4. pag. 296. col. 1. num. 13.

In Mariæ carne nulla adversus spiritũ contradictio, pag. 299. col. 2. num. 14.

Maria habitaculum intellectus Patris, sect. 11. §. 7. pag. 325. col. 2. num. 44.

Maria omnem creaturarum perfectionem eminenter continet, sect. 11. §. 7. p. 336. col. 1. num. 50.

Maria ita gratiâ plena, ut quamlibet virtutẽ in tota possederit plenitudine, pag. 339. col. 2. num. 54.

Mariæ virtus ita ad se Deum traxit, ut eius pulchritudine inescatus, alia quasi non curet, pag. 34. col. 1. num. 58.

Maria in carne eadem spiritus libertate, ac in cœlo Angeli prædita erat, sect. 11. §. 7. pag. 342. col. 1. num. 58.

Ma-

Mariæ ſenſus omnem labem ignorarunt, ſect. 11. §. 8. pag. 363. col. 1. num. 77.
Maria adhuc in mundo degens Angelos viſitabat in cœlis, ſect. 11. §. 9. pag. 384. col. 1. num. 97.
Mariæ virtutes Deum oſtentant, & promulgant, ſect. 12. §. 3. pag. 435. col. 1. n. 31.
Maria omnium Angelorum plenitudinem habuit, ſect. 16. §. 3. pag. 469. col. 1. n. 15.
Maria nunquam temporalia, cœleſtia ſemper curavit, ſect. 16. §. 3. pag. 482. col. 2. num. 31.
In Maria nec leve ſervitutis veſtigium apparet, §. 4. pag. 492. col. 1. num. 40.
In Maria ſenſualitas cum ratione concordavit, ſect. 17. §. 1. pag. 503. col. 1. n. 9.
In Maria & Chriſto Deus nihil, quod illi diſpliceret, invenit, pagina 505. col. 1. num. 9.
Mariæ vox contra originale peccatum quaſi ſacramentum, ſect. 17. §. 1. pag. 519. col. 2. num. 20.
Mariæ laus omnẽ puritatem in laudatore requirit, ſect. 17. §. 3. pag. 557. col. 1. n. 57. & §. 8. pag. 660. col. 2. & pag. 661. col. 1. num. 164.
Maria, niſi à puriſsimis, omniq́ue labe carentibus, non patitur inveniri, pag. 565. col. 2. num. 69. & pag. 566. col. 1. & 2. num. 70.
Mariæ per gratiam, quod Chriſto per naturam conceſſum, ſect. 17. §. 4. pag. 603. col. 2. num. 106.
Maria Baptiſtæ partum non expectavit, neque Nazareth, ſed Bethlehem peperit, ut quælibet de ipſa evitaretur ſuſpicio, ſect. 17. §. 7. pag. 639. col. 2. & pag. 640. col. 1. & 2. & pag. 641. col. 1. & 2. n. 143.
Maria omnium virtutum ornamentis decorata, ſect. 17. §. 8. pag. 654. col. 2. num. 158.
Maria hinnulus, utpotè quæ vitiorum ſpinas, & foveas tranſilijt, pag. 654. col. 1. num. 158.

Humilitas, & obedientia.

Maria dũ propter homines humiliter mori deſiderat, ſummè exaltata lucet, ſect. 2. §. 3. pag. 76. col. 1. num. 23.
Maria tripliciter iuſtitiam coluit ſe maioribus ſubmittens, ſe æqualibus non præferens, minoribus ſe ſubdens, ſect. 2. §. 4. pag. 96. col. 2. num. 42.
Sicut Chriſtus in Ioannis baptiſmo omnem humilitatem implevit, ſic Maria in Matris viſitatione omnem implevit iuſtitiã, ibidem.
Mariæ prima ad homines verba obedientiam exhalant, ſect. 11. §. 9. pag. 378. col. 2. num. 92.
Mariæ obedientia illam veſte glorioſa induit, ſect. 17. §. 1. pag. 572. col. 2. num. 76. & pag. 573. col. 1. numero 76.

Mariæ virginitas.

Maria ita virginitatem coluit, ut Angelo nuntiante, priùs virginitati conſulerit, quàm maternitatem acceptârit, ſect. 2. §. 3. pag. 85. col. 1. num. 30.
Mariæ virginitas lapis fuit, quem mors impetens contrita iacuit, ſect. 3. §. 5. p. 157. col. 2. num. 41.
Maria prima fuit, quæ virginitatem dedicavit, opprobriaq́ue contempſit humana, ſect. 11. §. 8. pag. 360. col. 2. n. 76. & ſect. 17. §. 8. pag. 654. col. 2. & pag. 655. col. 1. num. 159.
Quomodo Maria virginitate dicata Ioſepho nupſerit? ſect. 11. §. 9. pag. 377. col. 1. num. 91.
Maria virginitatis magiſtra, ſect. 17. §. 2. p. 543. col. 2. num. 40.
Maria deſertum virginitatis quomodo incoluerit, & quo pacto à maledicti ſuſpicione protecta? ſect. 17. §. 8. pag. 654. col. 2. & pag. 655. col. 1. num. 159.
Mariæ & corporis integritatem ſervavit Deus, & à maledictione liberavit, ibid.

Fides Mariæ.

In Maria fides maximè emicuit, ſect. 4. p. 169. col. 1. num. 11.
Maria fidem, quam Eva per temerariã credulitatem perdiderat, in orbem reſtituit, ibidem.
Mariæ fide poſt Chriſti mortẽ tota Eccleſiæ fides innixa, pag. 169. col. 2. num. 11.
Maria fidei miraculum, & exemplum, ſect. 12. §. 3. pag. 445. col. 2. num. 37.
Mariæ fides Angelo nuntianti exhibita ſine originali peccato conceptam convincit, ſect. 17. §. 5. pag. 607. col. 2. n. 108.

Amor Mariæ erga homines.

Maria nos utero quaſi concepit, ſect. 1. §. 5. pag. 39. col. 1. num. 29.
Maria ardentibus flammata deſiderijs redemptionis, anheliſq́ue ſuſpirijs, quaſi cruci affixa pro hominum reſtauratione fuit, ſect. 2. §. 3. pag. 73. col. 1. num. 19.
Mariæ animum Iudæorum, aliorumq́ue ruina, non minus, quàm Filij mors, cruciabat, pag. 74. col. 1. num. 21. & c. 2. n. 22.
Mariæ pietas eò devenit, ut Filium imitata pro illius tortoribus exorarit, ibidem, & pag. 75. col. 1. num. 22.
Maria ita hominum ſalutem optabat, ut pro illorum, & caſtitatis amore virginitatem voverit, & legis, populiq́ue maledicto ſe obiecerit, ſect. 2. §. 3. pag. 76. col. 1. & 2. num. 24.
Maria, quia in corpore proprio pati nõ poterat, in Filio pro hominum ſalute ſanguinem offerèbat, pag. 77. col. 1. & 2. n. 25.

Maria æterni Patris amorem in Filij oblatione pro hominum ſalute æmulata fuit, pag.80.col.1.& 2.num.26.
Maria de noſtris malis,ſicut Chriſtus,dolorem pertulit,pag.82.col.1.& 2.n.28.
Maria pro hominibus intercedens Chriſto ubera oſtendit, ſicut Chriſtus Patri vulnera, quia in hominum æſtimatione virgineum decus amiſit,ſect.2.§.3.pag.85.col.1.num.30.
Maria ſedula pro hominibus ad Deum mediatrix, ſect.2.§.3.pag.84.col.1.n.30.& pag.85.col.1.& 2.n.31.& pag.86.col.1.& 2.num.32.
Maria inter Chriſti crucem, & Aquilonem peccatoris figura intermedia ponitur, ut oſtenderet neminem adChriſtum niſi per illam,quaſi per viã,poſſe pervenire, pag.85.col.1.num.32.
Maria Stella eſt homines ducens ad Chriſtum,pag.85.col.1.num.32.
Maria Chriſtũ detinet, ne homines puniat, ibidem.
In Maria nihil auſterum, nihil, quod homines arceat,invenitur terribile, pag.88.c.1.num.34.
NeChriſti divinitatis maieſtas terreat,Maria hominumPatrona deſignatur,ut facilior ſit aditus,& acceſſus iucundior,ibid.
Maria non ſolùm mundi ſalutem obtinuit, ſed & mundi ſalus fuit, ſect.2.§.4.p.89.col.2.num.36.
Maria, dum Chriſtum lacte nutrit, totum genus humanum dicitur nutrire, illiuſq; parens nominatur,ſect.2.§.4.pag.90.c.1.num.37.
Mariæ ubera pietatis piſcina, à quâ obvia peccatoribus venia,iuſtis gratia,pag.91.col.2.uum.38.
Chriſti vulnera Patrem,ne homines puniat, mitigat, matris ubera Filium ad fundenda beneficia alliciunt,ſect.2.§.4.pag.94.col.1.n.40.
Maria ubera Chriſtum & lacte nutriunt, & vino inebriant, ut conſopitus hominum peccata non videat,pag.94.col.1.n.41.
Omnia Dei beneficia per Mariam à Deo nobis communicantur,ſect.2.§.5.p.109.col.2.& pag.110.col.1.n.54.& ſect.16.§.3.pag.470.col.1.n.17.
Nec cum Maria hominum vita tenebreſcit, nec ſine Maria lucet,ſect.2.§.5.pag.109.col.1.num.54.
Maria carne ſua in altari nos reficit, ſect.2.§.6.pag.119.col.1.num.66.
Maria Eccleſiæ collum noſtræ redemptionis canalis, per quem in nos gratiarum fluxus deſcendunt, ſect.2.§.7.p.119.col.2.n.67.& pag.122.col.1.num.70.
Mariæ miſericordia hinnulis comparatur, quia per totum mundum currit celeriter, ſect.2.§.7.pag.119.col.2.num.67.
Vel quia ante invocationem accurrit,& miſerorum cauſas anticipat,ibidem.
Item Maria hinnulis comparatur, quia dulcedinem,quam hominibus impendit, deſuper ſugit,ibidem.
Maria duo habet ubera, quia homines miſericordiâ lactat, & ab ipſa miſericordia lactatur,ſect.2.§.7.pag.119.col.2.n.67.
Ex Maria amplior divina miſericordia erupit,& divina largitas cœpit augeri, pag.120.col.1.num.67.
Per Mariam,tanquam per cryſtallum,Chriſtus ſuæ lucis radios emittens vivacius homines illuſtrat,&fortius urit,pag.120.col.1.num.67.
Per Mariam non ſolùm hominibus Deus cõmunicatur, ſed & viſio cœleſtibus augetur,pag.120.col.1.num.67.
Maria cœli feneſtra, per quam Deus homines proſpicit,& ab hominibus proſpicitur,pag.120.col.2.num.68.
Maria Scala cœli,per quam Deus ad homines deſcendit,& ad Deum aſcendunt homines,ibidem.
Mariæ caro in Filij carnem noſtram operãta eſt ſalutem,ſect.3.§.2.pag.163.col.1.& 2.num.12.
Maria, tanquam Rebecca hydria Eliezer, ſanguine Chriſti fideles potat,ſect.5.§.3.pag.185.col.2.num.18.
Maria contra Anti-Chriſtũ præſidium,ſect.10.pag.282.col.1.num.14.
Maria & divitum,& pauperum alimentum: ſect.11.§.7.pag.339.col.1.num.53.
Per Mariam credẽtibus obtigit baptiſma, ſect.11.§.8.pag.359.col.1.n.74.
Maria hominum libidinoſos motus extinguit,ſect.12.§.3.pag.427.col.1.n.22.
Maria noſtræ protectionis clypeus, ſect.12.§.3.pag.432.col.2.num.28.
Hominum ſpiraculum, & vita Maria eſt, ſect.16.§.1.pag.459.col.1.num.5.
Mariæ devotio cœleſtium deſideria gignit,ſect.16.§.3.pag.471.col.2.n.19.
Maria mundi voluptates ſuis devotis amaricat,pag.472.col.2.num.22.
Maria peccatores quaſi lactis dulcedine trahit,pag.472.col.2.num.22.
Maria præ Angelis noſtra mala pellit, & noſtra bona curat,pag.481.col.1.n.39.
Mariæ devotio vel imbecillis dæmones fugat,ſect.16.§.2.pag.483.col.2.num.33.
Maria,adinſtar Filij, hominum aufert peccata,ſect.16.§.2.pag.486.col.1.n.35.
Maria lites inter Angelos & homines componit,ſect.16.§.4.pag.493.col.2.n.43.
Maria peccatoribus ſine impedimento auxilium eſt,ſect.17.§.5.p.618.c.1.n.120.

Ma-

Maria omnium mater crucis dolore eſt effecta, ſect. 17. §. 5. pag. 118. col. 1. n. 121.
Maria erga fideles, non ſolùm matris, ſed & Patris munere fungitur, ſect. 17. §. 5. pag. 620. col. 1. num. 23.
Maria omnes homines æqualiter amplectitur, pag. 620. col. 2. num. 123.
In Mariæ utero omnes ſumus cõcepti, pag. 621. col. 1. num. 124.
In ipſo conceptionis inſtanti noſtram ſalutẽ ardenter deſideravit Maria, pag. 622. col. 2. num. 125.

Amor & reverentia Filij erga Mariam Matrem.

Chriſtus agens animam caput verſus Mariam inclinat, ut reverentiam exhibeat, ſuamque voluntatẽ leget, ut Maria quaſi voluntatis Chriſti Domina intelligatur, ſect. 2. §. 3. pag. 85. col. 1. num. 32.
Chriſtus apud Patrem ut inferior orat, Maria, non tam ut inferior, quàm ut ſuperior exorat Filium, pag. 88. col. 2. & pag. 89. col. 1. num. 35.
Quem Maria damnat, reijcit Filius, p. 89. col. 1. num. 35.
Mariæ ubera lactis vinum effundens Chriſto inter crucis anguſtias patienti eã lætitiam, & ebrietatem propinarunt, ut nobiliter inebriatus dormiret, ſect. 2. §. 4. pag. 92. col. 2. & pag. 93. col. 1. n. 39.
Quod corporale à Maria Chriſtus accepit, ſpiritualibus compenſavit, & per eam in nos fudit, ſect. 2. §. 7. pag. 119. col. 2. & pag. 120. col. 1. num. 67.
Maria à Filio, quidquid petit, impetrat, ſect. 11. §. 8. pag. 359. col. 1. num. 74.
Maria cum Chriſto communem honorem, & gloriam habuit, ſect. 11. §. 8. pag. 362. col. 2. num. 77.
Cùm Maria iudiciariam poteſtatem partitus Chriſtus, ſect. 17. §. 1. pag. 514. col. 1. num. 17. & pag. 515. col. 1. n. 17.
Mariæ laus, vel depreſsio redundat in Chriſtum, pag. 521. col. 1. n. 20.
Mariæ ſic Deus conſulit, ut differat mundi redemptionem, ut illius opinioni conſulat, ſect. 17. §. 2. pag. 542. col. 2. n. 40.
Mariæ Chriſtus miraculorum primum dicavit, ſect. 17. §. 4. pag. 606. col. 1. num. 104.
Mariæ honori conſulere, operũ Chriſti diadema eſt, ſect. 17. §. 4. pag. 606. col. 1. num. 105.
Marię nobilitatem divina curavit ſapiẽtia, ſect. 17. §. 8. pag. 655. c. 2. & p. 656. c. 1. & 2. & p. 657. col. 1. n. 160. & c. 2. n. 161.
Ex Mariæ ſplendoribus decorẽ ſibi Filius accumulat, ita ut in ſua glorioſa forma nõ obijciatur, niſi ex Maria promanẽte pulchritudine tingatur, p. 656. c. 1. n. 160.
Mariam Chriſtus ſua perſona induit, ſect. 17. §. 8. pag. 657. col. 1. & 2. n. 161.

Mariæ paſsio & dolor.

Maria ita paſsionis Filij ſenſit dolores, quaſi Chriſtus illius phyſicum cor eſſet, ſect. 2. §. 3. pag. 73. col. 1. num. 19.
Maria præ dolore, niſi omnipotentia fulciretur, mortem oppetijſſet, pag. 74. col. 1. & 2. num. 22.
Maria quibus in Chriſti partu caruit, in paſſione dolores exolvit, ſect. 2. §. 3. pag. 74. col. 1. num. 20.
Maria animo martyrium ferre non contenta, in corpore etiam Filij tormenta ſuſtinere cupiebat, ſect. 2. §. 3. pag. 74. col. 1. num. 21. & col. 2. num. 22.
Maria ita Chriſti morte dolore ſaucia, ut crudelius morte tormentum pateretur, ibidem.
Maria Chriſtum paſsionis doloribus parturivit, pag. 75. col. 1. & 2. n. 23. & ſect. 17. §. 5. pag. 615. col. 1. num. 17.
Mariæ doloribus, ſicut & Chriſtus, genus humanum quaſi renatũ, p. 75. col. 2. n. 23.
Maria in Chriſti paſsione plus quàm martyr fuit, pag. 75. col. 2. num. 23.
Maria ita mori cum Filio parata, ut crucifixoribus occurreret, ibidem.
Maria cruci adſtitit, mortiq́ue ſe obtulit, ut ſi de ſanguinis Chriſti pretio ab ignaro quodam dubitaretur, ſua morte ſceleribus pretium exæquaret, ſect. 2. §. 3. pag. 75. col. 2. n. 23.
Maria paſsionis gladiũ ſic animo experta, quaſi illius, & Filij idem eſſet ſpiritus, p. 78. col. 1. num. 26.
Mariæ paſsio tota fellea, ibidem col. 2.
Maria ad paſsionis gladium immobilis, & interrita ſtetit, ſect. 2. §. 3. pag. 78. col. 2. num. 26.
Mariæ pectus paſsionis compendium, pag. 84. col. 2. num. 30.
Mariæ ſanguinem non emittere, ſicut Chriſto emittere, dolorem intulit, ſect. 4. §. 4. pag. 92. col. 2. num. 39.
Maria, dum in cruce corporis ſanguinem fundit, cordis ſanguine madet, ſect. 2. §. 4. pag. 92. col. 2. num. 59.
Maria martyrium animo paſſa eſt, dũ Chriſtus corpore, ſect. 11. §. 9. pag. 369. col. 1. num. 82.
Maria in Chriſti paſsione lachrymas compreſsit, ne de Filij voluntaria morte levis aliqua generaretur ſuſpicio, ſect. 17. §. 7. pag. 644. col. 1. & 2. num. 147.

Mariæ mors.

Maria Chriſti ſpiritu vivens eius ſentiebat vulnera, & in nato mortuo ſuperſtes moriebatur, ſect. 2. §. 3. pag. 79. col. 1. & 2. & pag. 80. col. 1. num. 26.

Imperio Mariæ in Angelos nihil eius morte detractum, quandoquidem moriēs Angelorum ſuperat immortalitatem, ſect. 3. §. 5. pag. 156. col. 1. n. 39.

In Mariæ mortalitate plus ſpectant Angeli, quod ambiant, quàm quod, ut inferiùs detrectent, ibidem.

Vſque ad Mariam mors imperium protulit, ſed illam ſibi non ſubiectam appetens ſpoliata imperio remanſit, ſect. 3. §. 5. p. 157. col. 2. num. 41. & ſect. 14. pag. 452. col. 1. & 2. num. 4.

Primus Mariæ ingreſſus, & de vita exitus de gloria inter ſe decertant, & illius vitæ curſus, quaſi duplici omnipotentiæ prodigio concluditur, ibidem.

Mariæ in vitæ exitu victoria de morte reportata victoriā in primo inſtāti de peccato partam, tanquam ſui originem reſpicit, alteraque alteri debebatur, ſect. 3. §. 5. pag. 157. col. 2. n. 41.

Maria morti ſubiacens, mortem non tā accepit quàm guſtavit, & eius mors mortalitatis terminos ſupergreſſa, ſect. 3. §. 5. p. 158. col. 1. & 2. num. 42.

Quia in Maria mors primi peccati veſtigia non invenit, illam ſibi non ſubdidit, ibid.

Cur Maria ſexaginta annis, & non plus evixerit? ſect. 17. §. 1. pag. 536. col. 2. n. 34.

Aſſumptio Mariæ & gloria.

Maria triplicem habuit beatitudinem, in conceptione, in Verbi incarnatione, & in ad cœlos aſſumptione, ſect. 2. §. 1. pag. 6. 6. num. 8. & ſect. 16. §. 4. pag. 489. col. 1. & 2. num. 38.

Cur Maria cum Chriſto in cœlum nō fuerit aſſumpta, ſect. 12. §. 3. p. 425. col. 2. n. 20.

Maria in ſua aſſumptione præ ſe ipſa alijs myſterijs ſuperior, ſect. 16. §. 3. pag. 483. col. 1. num. 32.

Maria in Dei conſpectu lucet, cùm cæteri nimia obſcurentur gloria, ſect. 16. §. 3. pag. 484. col. 2. num. 34.

Maria ſine corruptionis contagio ad cœlos fuit in corpore aſſumpta, ſect. 16. §. 3. p. 485. col. 1. num. 35.

Mariæ ſplendor coram iuſtitiæ Solis iubare nō deficit, ſed quaſi cum illo de æqualitate certat, ſect. 17. §. 3. p. 558. col. 2. n. 59.

Maria in incarnatione glorioſior, in aſſumptione celebrior, pag. 573. col. 1. n. 75.

Maria animæ & corporis gloriam adepta, ſect. 17. §. 7. pag. 638. col. 1. & 2. n. 141.

Multa Mariæ excellentia congeruntur.

Maria Chriſti generationis liber, ſect. 1. §. 1. per totum, pag. 2.

Maria ſapientiæ liber, ſect. 1. §. 1. pag. 6. col. 1. num. 8. & pag. 7. col. 1. num. 10. & pag. 8. col. 1. num. 11. & col. 2. n. 12.

Maria liber, in quo verbi ſcripta legitur generatio, ſect. 1. §. 2. pag. 13. col. 1. & 2. n. 8.

Maria ſolo Deo minor, ſect. 1. §. 2. pag. 11. col. 2. num. 5. & ſect. 2. §. 6. pag. 115. col. 1. num. 62.

Maria Trinitatis complementum, ſect. 1. §. 3. pag. 17. col. 2. n. 14. & ſect. 3. §. 5. pag. 165. col. 1. num. 5.

Maria magnam Chriſti refert ſimilitudinē, ſect. 1. §. 4. pag. 20. col. 2. n. 16.

Maria ab æterno prælecta, ibidem.

Maria ſola Deo fuit paradiſus voluptatis, pag. 22. col. 1. num. 17.

Mariam tota Trinitas ſibi quaſi unicū opus adſcribit, ſect. 1. §. 4. pag. 23. c. 1. n. 19.

Omnium creaturarum prærogativis, & excellentijs fulſit ornata, pag. 26. c. 1. n. 23.

Maria omnipotentiæ theſaurus, divinæ largitatis compendium, §. 5. pag. 28. col. 1. num. 24.

Maria forma Dei, ex qua, quaſi ex prototypo Deus creaturarum pulchritudinē delineavit, pag. 28. col. 2. n. 24.

Maria theſaurus ad ſe Trinitatis cor alliciens, ibidem.

Maria opus Dei primarium, ſect. 1. §. 5. pag. 29. col. 2. num. 26.

Maria cœlum nuncupata omni ornatum pulchritudine, utpotè Dei ſedes futura, pag. 31. col. 2. num. 26.

Propter Mariam mundus factus, pag. 32. col. 1. num. 26. & ſect. 11. §. 9. pag. 382. col. 2. num. 95.

Maria Sanctis omnibus, & Angelis excellētior, ſect. 1. §. 5. pag. 33. col. 2. num. 26.

Maria cœlum, Dei continens arcana, pag. 34. col. 2. num. 26.

Maria, ut verbi dignitatem ſuſtineret, Spiritu ſancto fulcita, pag. 40. col. 1. n. 31.

Tanta Mariæ excellentia, ut ne Annæ uterus eam geſtando deficeret, Spiritu ſancto obumbraretur, ſect. 1. §. 5. pag. 40. c. 2. num. 31.

Maria cùm Chriſtū amplexabatur, illi crux iucunda erat, ſect. 2. §. 3. pag. 84. col. 1. num. 29.

Maria divitiarum cœleſtium theſaurus, quē Verbum ex ea carnem aſſumens non exhauſit, ſed adhuc divitiarum copia remāſit, ſect. §. 3. pag. 90. col. 1. num. 33.

Maria & Eva mutuò ſe reſpiciunt, quia utraque virgo, utraque nobiliter creata, ſed Eva vitam expulit, maledictionem Maria, §. 6. pag. 114. col. 1. & 2. num. 61.

In Maria Evæ maledictio in benedictionē converſa, ſect. 2. §. 6. pag. 115. col. 2. & p. 116. col. 1. num. 63.

Maria Sole divinitatis amicitur; & per eam cœleſtes illuminantur ſpiritus, ſect. 2. §. 7. pag. 120. col. 1. num. 67.

Mariam ſic donis cœleſtibus divinitus ditavit ſpiritus, ut ab ipſa tanquam ab origine, ab ſpiritu verò tanquam inſtrumento videantur oriri, ſect. 2. §. 7. pag. 121. col. 1. n. 68.

Maria Spiritus ſancti inſtrumentum ad humanam perficiendam redemptionē, pag. 121. col. 2. num. 69.

Maria Ioanni, qui interpretatur *Gratia*, traditur, quia niſi gratiæ poſſeſſori Maria nō commendatur, ibidem.

Mariæ gloria eadē ac Filij, ſect. 3. §. 2. pag. 134. col. 2. num. 9.

Maria in origine ut Aurora, in vita ut Luna, in aſſumptione præfulſit ut Sol, ſect. 3. §. 5. pag. 155. col. 2. & pag. 156. col. 1. num. 38.

Maria ita Evę oppoſita, ut ſi hæc ut peccati diſcipulum Adamum habuit, Maria ipſum Deum in hominum opinione virtutum diſcipulum, ſect. 3. §. 5. pag. 161. col. 1. & 2. num. 47.

Maria viſceribus Verbū fovebat, & Verbi verbis, documentiſque fovebatur, pag. 161. col. 2. num. 47.

Per Mariam tota Trinitas glorificatur, ſect. 3. §. 5. pag. 165. col. 1. num. 5.

Pro Maria divinus pugnat ſpiritus, ſect. 4. pag. 169. col. 1. num. 11.

Maria Stella eſt propter excellentiā ſui ſtatus, ſect. 5. §. 3. pag. 182. col. 2. n. 15.

Maria quaſi forma Eccleſiæ in omni ſtatu, ſect. 10. pag. 284. col. 1. num. 17.

Maria ita omnibus clara, ut nomine exprimi non indigeat, ſect. 11. §. 4. pag. 293. col. 2. num. 10.

Maria cœlo, terrâque capacior, ſect. 11. §. 6. pag. 323. col. 1. num. 43.

Maria redemptionis pignus, ſect. 11. §. 7. pag. 328. col. 1. n. 44. & §. 9. pag. 382. col. 2. num. 95.

Maria illius pulchritudinē aſpiciētibus caſtitatem infundebat, pag. 332. col. 1. numer. 47.

Mariæ pulchritudine omnes pulchritudines eminenter continebantur, ſuperabanturque, ſect. 11. §. 7. pag. 333. num. 47.

Mariam ſaltem in ſecundo inſtanti ſuæ cōceptionis fuiſſe beatam, nobilis ſententia fert, ſect. 11. §. 7. pag. 336. col. 1. n. 50.

Mariani corporis conſtructio potius gratiæ, quàm naturæ fuit, pag. 336. col. 2. num. 50.

Maria à nulla creatura poteſt ſatis laudari, pag. 337. col. 2. num. 52.

Maria per negationes noſcenda, pag. 338. col. 2. & pag. 339. col. 1. num. 53.

Maria quaſi mediam inter humanam & divinam ſortita eſt natura, ſect. 11. §. 7. p. 339. col. 1. num. 33.

Maria à nullo fuit viſa in mundo, à quo non fuerit caſtè amata, pag. 341. col. 2. n. 57.

Mariam intueri beati ardenter deſiderant, ibidem.

Marię oculi Chriſti oculis, non tam ſimiles, quàm idem, ſect. 11. §. 7. pag. 343. col. 2. num. 60.

Mariæ omnia membra linguæ ſpirituales ſunt, ſect. 11. §. 7. pag. 344. col. 2. n. 61.

Maria & Sapientia divina unus ſpiritus, & caro una, pag. 346. col. 1. n. 61.

Mariæ congruenter aptantur, quæ de divina Sapientia proferūtur, ibidem, & ſect. 12. §. 1. pag. 409. col. 1. num. 3.

Maria omnes creaturas luce ſupergreſſa, ſect. 11. §. 8. pag. 361. col. 2. n. 77.

Maria claritas Angelorum, & hominū claritatem obſcurat, ſect. 11. §. 9. pag. 373. col. 1. num. 86.

Mariæ privilegia, & gratię a nulla poſſunt creatura explicari, ſect. 12. §. 1. pag. 406. col. 1. & 2. num. 2.

Mariam ſolus Filius, ſicut & Patrem, perfectè novit, pag. 407. col. 1. num. 2.

Mariæ uterus cum Patris pectore comparatur, ſect. 12. §. 1. pag. 411. col. 2. n. 7.

Deus potius aſcendit per virginem, quàm in illam deſcendit, ſect. 12. §. 3. pag. 435. col. 1. num. 31.

Mariæ gratiam, & pulchritudinem Angeli demirantur, ſect. 16. §. 4. pag. 490. col. 2. num. 38.

Mariæ arbitrio Deus ipſe paret, pag. 491. col. 1. num. 39.

Maria Teſtamenti veteris, & novi media, ſect. 17. §. 1. pag. 499. col. 2. n. 3.

Maria Dei gloria, pag. 503. col. 1. num. 9.

Maria fœminarū genus ab ignobili ſubiectione in nobilē libertatem aſſeruit, ſect. 17. §. 1. pag. 507. col. 1. num. 11.

Corpus Mariæ auro mūdius, & clarius, pag. 508. col. 2. num. 13.

Mariam agnoſcere omnimodam puritatem petit in agnoſcente, ſect. 17. §. 1. p. 516. col. 2. num. 18.

Maria contra diabolum Chriſti armamentarium eſt, pag. 520. col. 2. n. 20.

Maria ſola inter creaturas nobilis, p. 532. col. 2. num. 32.

Mariæ Angeli famulabantur in tetra, ſect. 17. §. 1. pag. 535. col. 1. num. 34.

Mariæ uterus ſicut Patris pectus, lectulus fuit Chriſti, ſect. 17. §. 1. pag. 536. col. 1. num. 34.

Mariæ magna gloria; de illa ab initio mūdi & figurata, & dicta multa, & a recentioribus uſque ad finem mundi dicenda, ſect. 17. §. 1. pag. 538. col. 1. num. 35.

Maria veluti Spiritus ſancti os fuit Apoſtolorum magiſtra, à qua poſt Spiritus ſancti

adventum addiſcebant veritates, & ſolvebant quæſtiones, ſect. 17. §. 2. pag. 544. col. 2. num. 41. & §. 8. pag. 658. col. 1. & 2. num. 162.
Maria reliquo Eccleſiæ corpori comparata, quaſi aurum æs excedit, ſect. 17. §. 5. pag. 611. col. 1. num. 112.
Maria ſic Chriſti imago & figura fuit, ut Chriſtus Patris, pag. 616. col. 1. n. 118.
Quomodo Maria Patris Filia, Filij Mater, & Spiritus ſancti Sponſa, & Trinitatis ancilla dicatur, ſect. 17. §. 7. p. 649. col. 2. & pag. 650. col. 1. & 2. num. 154.
Mariæ famulatus quomodo fuerit Deo ius? ibidem.
Deus Maria clariorem quaſi efficere non valuit, ibidem.
Maria omnes creaturas corporali pulchritudine excedebat, ſect. 17. §. 8. pag. 650. col. 2. & pag. 651. col. 1. num. 155.
Mariæ caro non tam decorata, quàm decor ipſe, pag. 651. col. 2. num. 156.
Mariæ creationis nobilitas nullo intellectu creato poteſt concipi, ſect. 17. §. 8. pag. 652. col. 1. num. 157.
Mariæ ſingularia privilegia, pag. 653. col. 1. num. 157.
Cùm de Maria quid vel laudabile, vel humile cogitatur, in Trinitatem redũdat, ſect. 17. §. 8. col. 2. num. 158.
Mariæ originem tanquam proprium munus illuſtrare tota Trinitas ſuſcepit. Pater Mariam quaſi ſui perſona induit, ſect. 17. §. 8. p. 653. col. 2. & p. 654. col. 1. n. 158.
Maria Chriſto ita ſimillima, ut omnes Chriſti excellentiæ, quarum eſt capax mater, ei imperriãtur, ſect. 17. §. 8. pag. 657. col. 1. & 2. num. 161.
Coram Mariæ excellentia quaſi rubore ſuffunduntur Angeli, pag. 655. col. 2. n. 160.
Mariam quaſi ſui perſona induit divinus ſpiritus, ſect. 17. §. 8. p. 658. c. 1. & 2. n. 162.
Qui Mariæ vacat cognitioni, gratiæ accipit augmentum, ſect. 17. §. 8. pag. 656. col. 2. num. 160.

Mariæ epitheta & figuræ.

Maria Aurora eſt iuſtitiæ Solem terris portans, ſect. 1. §. 6. pag. 45. col. 2. num. 37.
Maria Crux, in qua Chriſtus quieſcit, quia in ea, ſicut in cruce drabolum vicit, ſect. 2. §. 3. pag. 83. col. 1. & 2. num. 29.
Maria deliciarum hortus, & ſuaveolentium florum paradiſus, ex qua quaſi à nativa ſede, gratiarum aromata fluunt, ſect. 2. §. 7. pag. 120. col. 2. n. 68. & pag. 121. col. 1. num. 68.
Maria arca per Iordanem tranſmiſſa, cui aquæ ſacramentales obſequia tributarũt, ſect. 4. pag. 165. col. 2. & p. 166. col. 1. n. 6.
Maria velut fluvius gratiarum, totum irrigat mundum, ſect. 4. pag. 167. col. 2. & p. 168. col. 1. num. 10.
Maria per quatuor paradiſi flumina deſignatur, ibidem.
Maria in Iſaac promiſsione præfigurata, ſect. 5. §. 3. pag. 182. col. 1. num. 13.
Maria Stella, id eſt riſus, quia peperit riſum, & gaudium mundo, ſect. 5. §. 3. pag. 182. col. 2. num. 15.
Maria Teſtamenti & Noe Arca, ſect. 5. §. 6. p. 249. c. 1. n. 48. & ſect. 17. §. 1. p. 503. col. 1. num. 9.
Maria Cœlum & Paradiſus eſt, pag. 251. col. 1. n. 88.
Maria frondoſa vitis dulcem proferens fructum, pag. 253. col. 2. num. 89.
Maria virga Aaron, ſect. 10. p. 285. col. 2. n. 18. & ſect. 16. §. 4. pag. 494. c. 2. n. 44.
Virga Moyſis originis Mariæ immunitatẽ adſtruit. pag. 286. col. 2. num. 19.
Maria Chriſti thalamus, nulla indecorus macula, ſect. 11. §. 4. pag. 299. c. 1. n. 14.
Maria Roſa, Eva ſpina, §. 5. pag. 306. col. 1. num. 24.
In Mariæ conceptione Cherubin, quidquid erat Adami, prohibuit. p. 309. c. 2. n. 26.
Mariæ caro adinſtar Lunæ, ſpiritus adinſtar Solis creatus, ſect. 11. §. 7. pag. 326. col. 1. num. 45. & pag. 327. col. 1. num. 45.
Varia Mariæ epitheta illius immunitatem evulgant, pag. 33. col. 2. num. 47.
Maria columna Eccleſiam ſuſtentans, ſect. 11. §. 8. pag. 352. col. 1. num. 69.
Maria Sabbatum, in quo Deus requievit, pag. 353. col. 2. num. 70.
Maria Aurora, & diluculum fuit Eccleſiæ, pag. 355. col. 2. num. 71.
Maria Luna ſemper gratia plena, Eva deficiens, ſect. 11. §. 8. pag. 365. col. 2. n. 80.
Mariæ Corona ſtellarum dæmones victos ſignificat, ſect. 11. §. 9. pag. 369. col. 1. num. 82.
Maria veriſsima imago Solis, ſect. 11. §. 9. pag. 374. col. 1. num. 88.
Maria cœli incenſum mirificè fragrãs, ibid.
Maria Dei thronus, pag. 398. col. 1. n. 108.
Maria arca auro puriſsimo induta, pag. 401. col. 2. num. 111.
Maria ſcientiæ, & ſapientiæ theſaurus, ſect. 12. §. 1. pag. 408. col. 1. num. 2.
Maria gratiæ abyſſus, ibid. & pag. 17. §. 1. p. 520. col. 2. num. 2.
Mariæ uterus paradiſus voluptatis, ſect. 12. §. 1. pag. 411. col. 2. num. 7. & ſect. 17. §. 1. pag. 520. col. 2. num. 1. & pag. 527. col. 2. num. 27.
Maria pacis fons & origo, pag. 418. col. 1. num. 11.
Maria gratiarum mare, ſect. 16. §. 3. p. 468. col. 1. num. 15.

Maria columna ignis & nubis, pag. 471. col. 1. num. 23.
Maria Margarita pretiosa de cœli rore cõcepta, sect. 16. §. 4. pag. 487. col. 1. n. 36.
Maria virga est, quæ inferos domat, magna virtute in dæmones dominatur, sect. 16. §. 4. pag. 488. col. 1. num. 37.
Maria vitiorum regulus, sect. 16. §. 4. pag. 494. col. 1. num. 38.
Maria vitæ lignum, sect. 17. §. 1. pag. 499. col. 2. num. 3.
Maria divini archetypi imago, pag. 507. c. 1. num. 11.
Maria cœlum crystallinum, pag. 510. col. 1. num. 15.
Maria sapphirinus thronus Dei, sect. 17. §. 1. pag. 512. col. 1. num. 17.
Maria gratiæ fons semper ascendens, & fœcundans, pag. 522. col. 2. num. 21. & pag. 528. col. 1. num. 27.
Maria terra prima sola sancti Spiritus operatione producens, p. 522. col. 2. n. 22.
Maria altare thymiamatis, ideò sine peccato concepta, sect. 17. §. 5. pag. 611. col. 1. n. 112. & pag. 611. col. 2. n. 114. & p. 613. col. 1. & 2.
Mariæ odor suavissimus graves culpæ fœtores mitigat, pag. 612. col. 2. num. 114. & pag. 613. col. 1. & 2.
Maria vallis fuit, in qua semper flores pullularunt, sect. 17. §. 5. p. 619. col. 1. n. 122.
Maria ager plenus, qui nullo gratiarum caruit flore, sect. 17. §. 7. pag. 646. col. 1. & 2. num. 149.
Maria ager odorifer, cuius odor peccatis mortuos excitat, dæmones fugat, ibidem.
Maria Ecclesiæ cor, & huius cordis vita Christus, pag. 647. col. 2. & pag. 648. col. 1. num. 151.
Maria nobile triclinium Trinitatis, & Spiritus sancti sacrarium, sect. 17. §. 7. pag. 649. col. 1. & 2. num. 153.
Mariæ animus Salomonis lectulus, in quo Deus ipse requiescit, sect. 17. §. 8. p. 651. col. 2. & p. 652. c. 1. & 2. & p. 653. n. 157.
Mariæ corpus Salomonis ferculus, ex quo Christi caro nobilitatem hausit, & pulchritudinem, ibidem.

Matthæus.

Matthæus verbo *genuit*, in genealogia utitur, quia destinatum ab Historicis sacris conceptioni purissimæ, sect. 5. §. 2. p. 179. col. 2. num. 2.

Mendacium.

Naturalis hominis morbus est, sect. 17. §. 2. pag. 559. col. 1. & 2. n. 42.

Meretrix.

Meretricis quæstus tanquam abominabiles, in sacrarium non inducebantur, sect. 7. §. 1. p. 124. col. 2. n. 1. & p. 126. col. 2. n. 3.

Mons.

Mons, à quo sine manibus abscissus lapis, Mariæ typus, sect. 2. §. 6. pag. 111. col. 2. num. 58.
Quæ montium proprietates? sect. 11. §. 4. p. 294. col. 2. num. 11.

Mors.

Mors à Christo victa Regem, & Dominum ab origine prodit, sect. 3. §. 5. pag. 156. col. 2. num. 4.
Mors regnans suos trãsiliens terminos spoliata fuit, ibidẽ, & sect. 14. pag. 452. col. 1. & 2. num. 4.
Vide plura verbo *Christi & Mariæ mors.*

Moyses.

Calceos deponere iubetur ad præsentiã rubi in servitutis insigne, sect. 3. §. 5. p. 147. col. 1. num. 27.
Moysis obedientia eum à fraterna liberavit invidia, sect. 5. §. 4. p. 196. c. 1. & 2. n. 3.
Moysis Deum allocuti facies ita splendoribus fulgurabat, ut aspicientibus timorem incuteret, sect. 11. §. 7. p. 333. c. 1. n. 47.
Moyses miraculorum epilogus, sect. 17. §. 4. pag. 582. col. 1. n. 83.

Mulier.

Mulier verbis etiam Angelorum facilè non assentiat, sed altè meditetur, sect. 5. §. 6. pag. 247. col. 2. num. 87.
Mulieris nomen proprium Mariæ & nobile, sect. 11. §. 9. pag. 401. col. 1. n. 110.
Mulieris importunitas, quæ velit, à viro extorquebit, sect. 12. §. 3. p. 436. c. 2. n. 32.
Mulieres confabulandi avidissimæ, ideò à serpente deceptæ, pag. 438. col. 2. n. 34.
Mulier nullum secretum, & si Religione sigillatum servabit, ibidem.
Mulieres caput velãt ex pœna peccati, sect. 12. §. 3. pag. 442. col. 2. num. 36.
Mulieris formatio illius subiectionem, & obligationem indicat, sect. 17. §. 1. p. 506. col. 2. num. 10.

N

Naason.

Naason obedientia Regnum obtinuit, sect. 5. §. 4. pag. 221. col. 2. & pag. 222. col. 1. num. 56.
Quia primus in altaris erectionem dona tulit, Regnum sibi acquisivit, ibidem.

Natura.

Naturæ iura sæpiùs à gratiæ iure distracta, sect. 4. pag. 168. col. 2. & pag. 169. col. 1. & 2. num. 11.
Vide verbum *Gratia.*

Nardus.

Nardus ad se allicit, & odoramẽto recreat, sect. 2. §. 1. pag. 59. col. 2. num. 1.

Nobilitas.

Nobilitas ingenita, quę ab obedientia petitur, ſect. 5. §. 4. per totum, pag. 189. & pag. 191. col. 2. num. 24.

Nobilitas eſt non degenerandi, neceſsitudo, ſect. 11. §. 9. pag. 369. col. 2. num. 82.

Quæ vera nobilitas, ibidem, pag. 370. col. 1. & 2. num. 82.

Noe.

Noe vino inebriatus Chriſti typus, qui quaſi proprio inebriatus ſanguine prę amoris magnitudine mente exceſsit, ſect. 2. §. 4. pag. 94. col. 1. n. 41.

Noe cùm inveniſſe gratiam coram Deo dicitur, non tam beneficia accepta ſignificat, quàm illum, quia Princeps, ſingulari decore polluiſſe, ſect. 3. §. 3. pag. 142. col. 1. num. 18.

Noe, quia obediens, ſolus inter homines ad Dei imaginem fuiſſe dicitur, ſect. 5. §. 4. pag. 193. col. 2. num. 27.

Nomen.

Nomen conceptionis in Scriptura originale peccatũ indicat, creationis verò nomẽ denotat immunitatis, ſect. 1. §. 4. pag. 23. col. 2. num. 19.

Nomen in Scriptura explicatur, quando deſervit myſterio, ſect. 11. p. 270. col. 2. n. 4.

Nomen Dei.

Nomen Dei etiam univerſalius ſumptum cum captivitatis ſervitute miſceri nõ ſuſtinet, ſect. 16. § 2. pag. 463. col. 1. n. 10.

Quomodo in antiquioribus progenitoribus Chriſti effulſerit, pag. 463. col. 2. num. 11.

Nomen Chriſtus.

Ex nomine Chriſtus duplex argumentũ pro Mariæ conceptione deſumitur, ſect. 3. per totam, pag. 123.

Nomine Chriſti & Reges, & Sacerdotes fungebantur antiquitus, ſect. 3. §. 3. pag. 123. col. 1. n. 14.

Vide plura verbo *Chriſti nomen.*

Nomen Ieſus.

Nomen Ieſu unguentum morbum expellẽs, ab illoque animam præſervans illæſam, ſect. 2. §. 1. pag. 59. col. 2. num. 1.

Nomen Ieſu ita Deus celavit, ut ſolùm eos eo appellari permiſerit, qui vitæ ſanctitate florerent, pag. 71. col. 1. & 2. n. 17.

Nomen Ieſu etſi dulce, propter iniunctam divinitarem dulcedinem terrore miſcet, ſect. 2. §. 5. pag. 101. col. 1. & 2. n. 47.

Nomini Ieſu indecorum indigno ore proferri, pag. 102. col. 2. num. 49.

Nomen Ieſu vel una littera piaculũ exhorret, ſect. 16. §. 2. pag. 462. col. 2. n. 9.

Nomẽ Ieſu certa ſalus, illo carere perditio, ibidem.

Vide plura verbo *Ieſus.*

Nomina Mariæ.

Parentum obſcura nomina dedignatur, ſect. 10. pag. 275. col. 1. num. 2.

Nomen Mariæ cõgruit actionibus, ſect. 16. §. 1. pag. 459. col. 2. num. 5.

Nomen Maria quaſi præambulam gratiam requirit, pag. 467. col. 1. num. 13.

Nomen matris Chriſti omnem creatã excellentiã excedit, ſect. 17. §. 1. pag. 498. col. 1. & 2. num. 1. & 2.

Vide plura verbo *Mariæ nomen.*

Novitas.

Quando, & quæ ſectanda? ſect. 12. §. 1. pag. 405. col. 1. num. 2.

Numerus.

Numerus ſenarius perfectionem, denarius Regiam indicat, & Angelicam dignitatẽ, ſect. 17. §. 1. pag. 535. col. 1. n. 34.

Numerus perfectus quid ſit? ſect. 17. §. 1. pag. 536. col. 1. num. 34.

Numerus ſenarius & ſexagenarius perfecti ſunt, ibid.

O

Obedientia.

Obedientiã ſuperioris ſubſtituto præſtare durum & acerbum videtur, ſect. 3. §. 5. pag. 159. col. 1. n. 43.

Obedientia Regni baſis, ſect. 5. §. 4. p. 193. col. 2. & pag. 194. col. 1. n. 27. & pag. 221. col. 2. num. 58. & pag. 228. col. 2. n. 66. & pag. 231. col. 2. & pag. 232. col. 1. n. 75.

Obedientia eſt forma, qua homo fit ſimilis Deo, ſect. 5. §. 4. p. 193. col. 2. & p. 194. col. 1. num. 27.

Ipſa obedientiæ vox Regiam præfert dignitatem, ſect. 5. §. 4. pag. 194. col. 2. n. 28.

Obedientia non eſt, quam neceſsitas extorquet, ſed quam ultronea exhibet voluntas, ibidem.

Obedientia tunc ad maius evehitur, quando in abiectioribus oſtẽditur, ſect. 5. §. 4. pag. 195. col. 1. & 2. num. 29.

Obediẽtiæ verba divino ori dulciſsima, pag. 196. col. 2. num. 30.

Obedientia inſigne filiorum Dei, pag. 198. col. 1. num. 32.

Obediens verbum in Patris ſinu requieſcẽtem referr, ibidem.

Obedientia de invidia ſemper agit triumphos, ſect. 5. §. 4. pag. 198. col. 1. & 2. n. 3.

Obedientia huius vitæ beatitudo omni perturbatione liberãs, ſect. 5. §. 4. p. 198. c. 1. & 2. n. 3. & p. 208. c. 1. & 2. & p. 209. c. 1.

Obediẽtiæ pulchritudo Deũ è cœlis traxit, pag. 199. col. 2. n. 36. & ſect. 5. §. 5. pag. 236. col. 1. num. 76.

Sicut obedientiam divinam progeniẽ fundat, ſic inobedientia in diabolicam demigrat, ſect. 5. §. 4. pag. 200. col. 2. n. 37.

Ex

Ex obedientia originis nobilitas ſemper hauritur, pag. 203. col. 1. num. 39. & ſect. 5. §. 5. per totum, pag. 225.
Obedientia divinarum proprietatū origo, & poſſeſsio eſt, ſect. 5. §. 4. pag. 207. col. 1. & 2. num. 43.
Obedientia paterna, quaſi divinitatē in Filium derivat, ibidem.
Obedientia requies, & non labor eſt, ſect. 5. §. 4. pag. 209. col. 1. num. 43. & pag. 221. col. 2. num. 47.
Obedientia ita defectum neſcit, ut profectū ſemper agnoſcat, ibidem.
Obedientia perfecta in Deum eſt ita tenerum, & flexibilem animum offerre, ut abſque obſiſtētia in eo forma divini cordis, & voluntatis imprimatur, ſect. 5. §. 4. pag. 215. col. 2. num. 52.
Obedire eū, quī fulget imperio, miraculum eſt obedientiæ, ſect. 5. §. 4. pag. 215. col. 2. num. 52.
Obedientia inter æquales impropriè dicitur obedientia, ſect. 5. §. 5. pag. 226. col. 2. num. 64.
Perfecta obedientia ſuperiorem prævenit, nutum ſequitur, pag. 229. col. 2. num. 68. & pag. 230. col. 2. num. 69.
Obedientia Chriſtum generavit, pag. 232. col. 2. num. 72. & pag. 235. col. 1. num. 74. & 75.
Obedientia præ cæteris dignitatibus felicem reddit, pag. 234. col. 2. num. 74.
Obediens Chriſti ſponſa eſt, ſect. 5. §. 5. pag. 236. col. 2. num. 76.
Obedientia divinos affectus allicit, & ſuper Angelorum choros obedientem evehit, pag. 237. col. 1. num. 76. & pag. 238. col. 1. num. 77.
Præ cæteris virtutibus in obedientia ſpiritus oſtentatur divinus, ſect. 5. §. 5. p. 239. col. 2. num. 79.
Obedientia mundo ſplendorem parturivit, ſect. 11. §. 9. p. 379. col. 1. num. 93.
Obedientia benè vivere tribuit, ſect. 16. §. 4. pag. 491. col. 2. num. 40.
Obedientia gloriæ veſtimentū eſt, ſect. 17. §. 3. pag. 574. col. 2. n. 76.
Obedientia Chriſti & Mariæ cibus, ſect. 17. §. 4. pag. 597. col. 2. num. 98.

Occidens.

Occidens dæmonis figura, ſect. 2. §. 3. pag. 85. col. 2. num. 34.

Oculi.

Oculi mali rationis arbitri ſunt, ſect. 12. §. 3. pag. 437. col. 2. n. 33.
Oculi Adami & Evæ poſt peccatum ad cōcupiſcentiam aperti, ſect. 12. §. 3. p. 440. col. 1. num. 35.

Omnis.

Omnis particula quomodo in Scriptura accipiatur? ſect. 17. §. 1. pag. 505. col. 1. n. 9.

Opus.

Opus auctore nobilitatur, ſect. 1. §. 7. p. 49. col. 2. num. 44.
Opera prima inſitam animo qualitatem indicant, ſect. 17. §. 6. per totum, p. 625.

Oratio.

Flexis genibus faciēda, ſect. 16. §. 3. p. 482. col. 1. num. 30.
Oratio cur die Dominica, & à Paſchate uſque ad Pentecoſtem flexis genibus non fiat, ibidem.

Oriens.

Oriens quid demonſtret in Scriptura? ſect. 11. §. 7. pag. 330. num. 44.

Origo.

Originis nobilitas, & Regius honos adeò inter ſe copulantur, ut unus ab altero ſplendorem mutuetur, ſect. 3. §. 3. pag. 138. col. 1. num. 14.
Originis infamia maximè purpuram dedecet, §. 5. pag. 149. col. 1. & 2. n. 29.
Sicut ignobilis origo etiam poſt abſterſam maculam, nonnihil ignominiæ affert, ſic vel immundiſsimo ſpiritui nonnihil gloriæ nobiliter ortum origine, ſect. 3. §. 5. pag. 155. col. 1. num. 37.

P

Palma.

Palma celebre Imperatorum ovantium inſigne, ſect. 3. §. 5. pag. 155. col. 1. num. 37.
Palma Mariæ triumphi typus, cuius imperium nemo ſubterfugit, ibidem.
Palma victoriæ crucis figura, ſect. 4. §. 4. pag. 92. col. 2. & pag. 93. col. 1. num. 39.

Paradiſus.

Cur à maledictione libera? ſect. 15. §. 3. pag. 183. col. 1. num. 22.
Paradiſum ante cœlum, & terram creatum aliquorum opinio, ſect. 17. §. 1. pag. 225. col. 1. num. 23.
Ad Paradiſum diluvium non pervenit, ſect. 17. §. 1. pag. 526. col. 2. num. 25.

Parens.

Primi parentes in Paradiſo ſplendoribus gloriæ ab anima erumpentibus tegebantur in corpore, ſect. 17. §. 3. pag. 573. col. 2. num. 76.
Parentum maculæ in filijs relucēt, ſect. 13. pag. 448. col. 2. num. 3.
Parētes virginis cur ſuppreſsi? ſect. 15. pag. 454. col. 2. num. 1.

Paſsio.

Paſsio Chriſti elementa ſanctificavit, ſect. 8. pag. 266. col. 2. num. 6.
Vide verbum *Chriſtus.*

Paſsio martyrum calix eſt inebrians, qui illos non ſolùm lætificat, ſed quaſi à ſe ipſis extrahit, ne dolores ſentiãt, ſect. 2. §. 4. p. 94. col. 1. num. 4.

Pater.

Patris honori ob filij ſanctitatem Deus non rarò cõſulit, ſect. 16. §. 3. p. 475. c. 2. n. 23.

Pater, qui malum operatur, & malum habet filium, duplici mali genere execrabilis, ſect. 5. §. 4. pag. 635. col. 2. num. 136.

Pauper.

Qui pauper & nudus vivit, glorioſius degit, ſect. 16. §. 3. pag. 483. col. 1. num. 3.

Vide verbum *Divitiæ.*

Pax.

Pax veritatis, & doctrinæ ianua, ſect. 12. §. 2. pag. 418. col. 1. num. 11.

Vera & prima pax eſt, quæ habetur cũ Deo, pag. 419. col. 1. & 2. num. 12.

Peccatum, & peccator.

Peccatum calamitoſa nuditas, ſect. 1. §. 9. pag. 53. col. 2. num. 50.

Peccata ſibi quiſque dimiſſa putet, quę Chriſti auxilio non patravit, ſect. 2. §. 1. p. 61. col. 2. & p. 62. col. 1. n. 5.

Ab inferno ſe quiſque liberatum putet, cui vel dimiſſum peccatum, vel data gratia, ne caderet, pag. 64. col. 1. num. 7.

Peccato carêre Redemptoris ſtemma, ſect. 2. §. 1. pag. 69. col. 2. num. 16.

Peccatum ſenium eſt morbis, doloribuſque redundans, ſect. 2. §. 5. p. 101. c. 2. n. 53.

Præcipuus peccati originalis effectus concupiſcentiæ indomitus appetitus, ſect. 5. §. 3. pag. 187. col. 1. num. 20.

Summum peccati dedecus, turpiſsimaque fœditas, quæ in progenitoribus arguit infamiam, ſect. 5. §. 4. pag. 199. c. 1. n. 34. & p. 217. col. 1. & 2. & p. 218. c. 1. & 2. n. 54.

Peccatum, ne Deus ad nos veniat, impedit, noſque ad Deum tendamus, retardat, ſect. 9. pag. 271. col. 1. num. 5.

Peccator ad delicta ſemper feſtinus, ſect. 9. pag. 271. col. 2. num. 5.

Peccatorem trahi neceſſum eſt, ut ad Deum perveniat, ſect. 9. pag. 272. col. 1. n. 5.

Peccato inſtrumenta ſunt, & alæ, ſect. 11. §. 5. pag. 312. col. 2. num. 32.

Peccatum eo Deum dolore afficit, ut refrigerium quærat dolori, ſect. 11. §. 8. pag. 352. col. 1. num. 69.

Peccator ſemper inconſtans, ſect. 11. §. 8. pag. 353. col. 1. num. 69.

Peccatum originale mortis aculeus, §. 9. pag. 395. col. 2. n. 105.

Peccata famam denigrant, tumulantque, ſect. 13. pag. 447. col. 2. n. 2.

Peccatoris aſpectus maculat, ſect. 17. §. 1. pag. 527. col. 1. num. 25.

Peccati originalis quanta gravitas? ſect. 17. §. 2. per totum, pagina 539.

Peccatum capitale, quaſi pluriũ nomen ſortitur in Scriptura, ſect. 17. §. 2. pag. 539. col. 2. num. 36.

Peccati deſiderium mentem hebetat, intellectũ captivat, §. 3. pag. 571. col. 1. n. 75.

Perfecti.

Perfecti in virtute dies appellantur, ſect. 1. §. 1. pag. 3. col. 1. num. 3.

Perfecti ſenium neſciunt, ſed ſemper virtutũ flore vernãt, ſect. 2. §. 5. p. 101. c. 1. n. 47.

Perfidia.

Parentes Chriſti non computantur, quibus ob perfidiam divini Verbi lux non irradiavit, ſect. 1. §. 8. pag. 56. col. 2. num. 53.

Pes.

Pedibus incedere nudis inſigne ſervitutis, pedes verò contegere principatus ſtẽma, ſect. 3. §. 5. p. 146. c. 2. & p. 147. c. 1. n. 27.

Pedibus incedere nudis Moyſes, & Ioſue iubẽtur, utpotè peccati ſervituti addicti: pedes contegit Chriſtus, quia à peccato immunis, ibidem.

Pes prima pars, quæ in hominis conceptione formatur, ſect. 11. §. 9. p. 348. c. 1. n. 64.

Pharao.

Pharao diaboli imago, ſect. 16. §. 3. p. 475. col. 2. num. 23.

Phœnix.

Quomodo moriatur, & reſurgat? ſect. 17. §. 4. pag. 596. col. 1. num. 97.

Pœna.

Pœnæ ſubiacere non minoris dedecoris eſt, quàm ſubijſſe, ſect. 14. pag. 453. col. 1. & 2. num. 5. & 6.

Pontifex.

In Pontifice apud Hebræos tanta requirebatur puritas, ut ei meretricem, viduam, aut deſponſatam ducere non liceret, ſect. 3. §. 1. p. 124. c. 2. n. 1. & p. 126. c. 2. n. 3.

Pontifex ab alio aliquando ductam fœminã non ducebat, ne Sacerdotalis progenies alijs familijs miſceretur, ſect. 3. §. 1. pag. 124. col. 1. num. 1. & 2.

Vel quia quæ alium experta fuit virum, non ita ad mores accommodata, ibidem.

Quare Deus in Pontificis matrimonio, & non virginitate voluerit Chriſti candorẽ adumbrari? ibidem.

Quare Pontifici vetabatur carnali pollutã maculâ ducere, & nõ furẽ, homicidã, ibid.

Pontifex virginem iubetur ducere, quia defectus virginitatis originale peccatũ deſignat, virginitas verò immunitatem ab illo, ſect. 3. §. 1. pag. 125. col. 1. n. 2.

Pontifex impollutam fœminã nõ ducebat, ne in Sacerdotium propter commercium infamiæ redundaret, p. 127. col. 1. n. 4.

Poſſeſſor.

Poſſeſſoris iure nomen obtinet, qui primus ad

ad rem poſsidendam ingreditur, ſect.1. §.4.pag.21.col.2.num.17.

Præceptum.

Præceptum de procreandis filijs Adamo & Evæ impoſuit Deus, ut generationem obedientia nobilitaret, ſect.5. §.4. p.193. col.1.num.26.

Præceptis Mariæ Michael,& Angeli parēt, ſect.16.§.4.pag.488.col.1.n.37.

Prædicator.

Prædicatoribus infeſti divinis ſpoliātur honoribus, ſect.13.pag.447.col.1.n.1.

Qui prædicat,ut alios reducat, nullas peccato penſiones ſolvat, ſect.17. §.5. pag. 623.col.1.num.26.

Prædicatores veritatis ab humana converſatione degant ſemoti, ſect.17. §.1.pag. 548.col.2.num.26.

Princeps.

Subditos ſi excellentijs antecellere debet, ut illorum nulla in illo deſideretur, ſect. 3.§.5.p.152.col.2.& p.153.c.1.n.34.

Dedecet Principes dignitatem non ſolùm maculam habere, ſed & habuiſſe, ſect.3. §.5.pag.154.col.2.n.36.

Principes (natura ea phiſonomia exornātur,ut timorē,reverentiamque conciliēt, ſect.11.§7.pag.333.col.1.n.47.

Principium.

Principium pro Principatu uſurpatur aliquando,ſect.1.§.4.pag.25.col.1.n.21.

Principia & fines in rebus ſæpèſæpiùs conformant,ſect.17.§.3.p.577. col.2.n.80.

Prudentia.

Prudentia certa explorat veritatem, ſect. 17.§.3.pag.571.col.2.num.75.

Pſalmi.

Acutiſsima indæmonis tela,ſect.11.§.2.p. 290.col.1.num.5.

Pulchritudo.

Gladius eſt pulchritudo omnes ſubiugans dulciter,ſect.11.§.7. pag.334.c.2.n.48.

R

Rahab.

Per Chriſti ſanguinem filo coccineo adumbratum ab excidio urbis ſervata, quia Marianæ conceptionis imago, ſect.2. §. 1.pag.85.col.2.& pag.86.col.1.n.9.

Rahab,quæ interpretatur *latitudo*,vel *dilatata*,poſtquàm nupſit Salmoni, Racham dicta,quod eſt aſcenſio, ſect.5.§.4. pag. 222.col.2.num.60.

Rebecca.

Rebecca ad fontem aquæ in ſponſam Iſaac electa Eccleſiā indicat, quæ ad baptiſmi aquas Chriſto erat ſocianda, ſect.5. §.3. pag.185.col.1.& 2.num.18.

Rebecca ſterilis non tam ex concupiſcētia, quàm ex divina virtute filios generat, ſect.5.§.3.pag.187.col.1.num.20.

Rebecca per obedientiam præparabatur,ut Iacob obedientia præditum generaret, ſect.5.§.4.pag.210.col.1.& 2.n.46.

Rebecca per revelationem cognovit Iacob non maledicendum à Patre, ſed primogenituram adepturum,p.210.c.2.n.46.

Regnum.

Regni dedecus eſt Principem habere aliquando ſervitutem profeſſum,ſect.3.§.5. pag.144.col.1.num.22.& col.2.n.23.

Regulus.

Viſu & flatu interimit,ſect.16. §.4. p.490. col.1.num.38.

Religioſi.

Religioſi Chriſti corona, fideles veſtimēta ſunt,ſect.11.§.9.pag.398.col.1.n.108.

Rubus.

Rubus flammis coronatus,& illæſus Mariæ conceptionis typus, ſect.3.§.5.pag.146. col.1.num.27.

Rubi ſpinæ non exprimunt Mariæ peccatū, ſed illam peccatoris ſolùm induiſſe formam,ſect.3.§.5.pag.147.col.2.n.27.

Ruth.

Ruth idem, quod inſpiratio, vel feſtinans, ſect.5.§.4.pag.222.col.2.& p.223.col.1. n.61.& ſect.9.pag.270.col.2.n.4.& 5.

Ruth obedientia ſingularis expēditur, ibid.

Ruth virginis conceptionem ſine macula probat,ſect.9.per totam,pag.267.

Ruth exprimitur in Chriſti genealogia propter promiſsionem àDeo factam,ſect.9. pag.272.col.1.num.7.

S

Saba.

Regina Saba, quidquid petijt à Salomone, impetravit,in quo fuit typus Mariæ àFilio quidquid petit,obtinentis,ſect.2.§.3. p.88.col.2.& p.89.col.1.n.35.

Sacerdos.

Sacerdotis dignitas incorruptam poſtulat vitam, nec peccati umbra ſordidatam, ſect.3.§.1.pag.124.col.1.n.1.

Sacerdotum nomine omnes electi inſigniūtur,ſect.16.§.3.pag.471.col.2.n.20.

Vide verbum *Chriſtus*,& *Pontifex*.

Salmon.

Salmon obediētia ad coronam vocavit,ſect. 5.§.4.pag.222.col.1.& 2. num.60.

Salmon idem,quod accipe vas; nomenque præcepti importat,ibidem.

Salomon.

Salomonis nomen Mariam adſtruit ſine labe conceptā,ſect.12.§.2. per tot.p.416.

Salomon cur dictus Pacificus? ibidē col.2. num.11.

Sanctus, & Sancti.

Sancti aliquando ſententiâ diſcordes, animo fratres, ſect. 11. §. 5. pag. 302. col. 1. n. 18.

Sanctus mundum, vel ſancitum ſignificat, ſect. 11. §. 7. pag. 344. col. 2. num. 61.

Sanctus idem, quod *Agios*, id eſt, ſine terra, aut terrenitate, ibidem.

Sanctus idem eſt, quod Deo dicatus, ibid.

Sanctorum pietas, qui à divino Spiritu de Maria accepta alijs nõ communicant, aliquo modo defœdata, ſect. 17. §. 8. p. 661. col. 1. & 2. num. 164.

Sanguis.

Sanguis Chriſti Mariã in matris utero tinxit, ut à peccato præſervaretur, ſect. 8. pag. 265. col. 2. num. 4. 5. & 6.

Sanguinis Chriſti umbra de dæmonibus triumphat, ſect. 8. pag. 267. col. 1. num. 7.

Vide plura verbo *Chriſti paſsio.*

Sapientia.

Sapientia increata omnipotentiæ ad orbis extructionem exemplar, ſect. 1. §. 4. pag. 26. col. 2. num. 23.

Sapientia Chriſti non tam mortis prodigijs, quàm erga Matrem ſolicitudine, ne levi ſuſpicione denigraretur, enituit, ſect. 17. §. 7. pag. 642. col. 2. num. 145.

Saul.

Quia populo corpore procerior, bonitateque excellentior, Rex electus, ſect. 3. §. 5. pag. 152. col. 2. & pag. 153. col. 1. n. 34.

Saul à Samuele unctus Chriſti indicavit imperium, ibidem.

Scriptor, & Scriptura.

Scriptoris munus Concionatoris munere excellentius, ſect. 1. §. 1. pag. 2. col. 2. n. 2. & 3.

Plus gloriatur Chriſtus de titulo libri ſcripti, quàm ſermonis, quia diutius permanẽt ſcripta, ſecùs ſermo, ſect. 1. §. 1. pag. 2. col. 2. num. 2.

Chriſti librum ſcriptum legi nihil aliud, quã ipſum imitari, pag. 3. col. 2. num. 4.

Omnis Scripturæ intelligẽtia non antiquis referata, recentioribus revelantur & multa, ſect. 12. §. 1. pag. 404. col. 1. num. 1.

Scripturæ eadem verba multis modis, ijſque ab Spiritu ſancto intentis poſſunt intelligi, ſect. 12. pag. 410. col. 1. num. 4.

Scriptoris Mariæ gloriam augentis glorioſum præmium, ſect. 17. §. 1. pag. 61.

Scriptorem Mariæ quanta deceat puritas? ſect. 17. §. 8. pag. 661. col. 1. n. 164.

Scriptoribus Mariæ vita æterna eſt propoſitum præmium, pag. 661. col. 2. & p. 662. col. 1. & 2. num. 165.

Scriptoribus ſuis Maria gloriam ſuam adſcribit, & ipſi ſplendent Mariæ gloria irradiati, pag. 661. col. 2. & pag. 662. col. 1. & 2. num. 165.

In Mariæ laudũ Scriptura vitã æternã poſita, & in vita æterna beatitudo laus eſt Mariæ, pag. 662. col. 1. & 2. n. 165.

Semen.

Dum per ſemen mulieris bellum Deus ſerpenti indicit, ſexum virilẽ intelligit, ſect. 3. §. 2. pag. 132. col. 1. & 2. num. 6.

Senſus.

Sẽſus externi veritatis peſsimi iudices, ſect. 12. §. 3. pag. 388. col. 1. num. 33.

Sephora.

Filium, quem circumcidit, ſuum vocat, quia primogenitus, alios non tam ſuos, quàm Moyſis, ſect. 3. §. 2. pag. 132. col. 1. & 2. num. 8.

Filij vulnera tanquam ſua dolet, ibidem.

Sepulchrum.

Sepulchrum Chriſti novum Mariæ conceptionem puriſsimam adumbrabat, ſect. 1. §. 2. pag. 13. col. 1. num. 9.

Sepulchrum Chriſti uterus eſt, ex quo quaſi renatus, ſect. 2. §. 5. pag. 108. col. 2. & pag. 109. col. 1. num. 53.

Servus.

Dei ſervum eſſe, Regno ſublimius eſt, ſect. 16. §. 4. pag. 488. col. 1. num. 37.

Sol.

Solis Regnum ab obedientia ortum, ſect. 5. §. 4. pag. 216. col. 1. num. 3.

Sol inter cœleſtia corpora Dei declarat omnipotentiam, pag. 218. col. 1. n. 54.

Sol quaſi radijs coronatus nomen Dei ſibi uſurpat, ibidem, & ſect. 11. §. 7. pag. 325. col. 2. num. 44.

Sol quaſi Giganteo robore ſe ad obediendũ accingit, typuſque fuit Verbi ad carnis aſſumptionem currentis, ſect. 5. §. 4. pag. 218. col. 2. n. 54. & ſect. 11. §. 7. pag. 325. col. 2. num. 44.

Sol luminare maius vocatur, quia propria, & non aliena luce reſplendet, ſect. 5. §. 4. pag. 217. col. 1. num. 54.

Sol dicitur quaſi ſolus lucens, ſect. 11. §. 8. pag. 361. col. 2. num. 77.

Spiritus.

Spiritus ſanctus temporalem Verbi generationem ſibi adſcribit, ſect. 1. §. 3. pag. 18. col. 2. num. 25.

Spiritus ſanctus in cœli creatione ſe pro Mariana conceptione ſedulum oſtendit, ſect. 1. §. 5. pag. 36. col. 1. num. 26.

Spiritus aquis inſidens ventus erat illas fœcundãs, ſect. 1. §. 5. pag. 40. col. 1. n. 31.

Spiritus timore pulſo volutantes in terra levat, ſect. 17. §. 1. pag. 516. col. 1. n. 18.

Sponſa.

Cur ſponſæ apud Hebræos à die deſponſationis uſque ad nuptias ſponſis tradebantur? ſect. 17. §. 7. pag. 639. col. 1. n. 142.

Sponſas à die deſponſationis domi parentũ ma-

manere, aliquotũ opinio, ſect.17.§.7. p. 639.col.2.num.143.

Stellæ.

Vapores ad ſe trahunt, ſect.16.§.3.p.481. col.1.num.29.

Per ſtellam matutinam gloria corporis adumbratur,pag.484.col.1.num.33.

Sterilitas.

Sterilitas apud Hebræos infamis, & maledicta,ſect.2.§.3.pag.76.col.1.& 2.n.34.

Superbia.

Omnis tentationis,& ruinæ ianua & origo, ſect.12.§.3.pag.442.col.2.n.36.

Suſpicio.

Suſpicio aliqua contra proximum, iniuſtitiam ſuſpicientis arguit,ſect.17.§.7.pag. 643.col.1.num.45.

Synagoga.

Synagoga quouſque Ieſum agnoſcat, ſemper tenebris involuta iacebit, ſect.2.§.5. pag.106.col.2.num.53.

T

Temeritas.

Temeritas dicitur actio ratione non regulata,ſect.11.§.5.pag.313.col.2.n.33.

Templum.

Templum Dei thalamus eſt, ſect. 11.§.4. pag.298.col.2.num.14.

Tempus.

Tempus opportunum, vel ipſe Deus ſeminandæ veritati ſpectat, ſect.12.§.1.pag. 405.col.2.n.2.

Tenebræ.

Tenebræ in Chriſti morte univerſum replentes figura peccati originalis præextiterunt genus humanum uſque ad Mariam denigrantis,ſect.1.§.6. pag.46.col. 2.& pag.47.col.1.num.38.

Terra.

Terra in principio tenebris circumſcripta humanam naturam culpis involutam indicavit,ſect.1.§.5.pag.33.col.1.n.23.

Terra virgo, ex qua Adamus virgo factus, imago Virginis, ex qua ſecundus factus Adamus,pag.44.col.1.n.36.

Terra peccante Adamo maledictione plectitur,quia protulit fructum, ex quo peccati venenum hauſit Adamus, ſect.2.§.7. pag.122.col.1.num.71.

Cur terra maledicta propter Adami peccatum germinandis ſentibus condemnata; at aqua maledictionem nõ ſubijt? ſect.2. §.7.pag.122.col.1.& 2.num.71.

Terram humectatam Chriſtus in miraculũ adhibuit,ut ex cõtrarijs magis Dei reluceret potẽtia,ſect.2.§.7.p.122.c.2.n.71

Terra ignobiliter creata,non item lux, quia hæc ex obedientia,illa verò facta ex obedientia non fuit,ſect.5.§.4.pag.191.col. 2.num.24.

Terra antea ignobilis per obedientiam nobilitatur,ibidem,&pag.192.col.1.n.24.

Terra verbo Dei parturiens Mariæ typus fuit,ſect.17.§.1.pag.499.col.1.n.4.

Quare Deus non terram, ſed aquam ad originale expiandum voluit aſſumere,ibidem.

Teſtamentum.

Teſtamentum vetus à prima hominis generatione,novum à ſecundi generatione incipit,ſect.1.§.3.pag.16.col.2.n.11.

Teſtamentum novum multò nobilius antiquo,ſect.17.§.1.pag.499.col.2.n.3.

Teſtimonium.

Teſtimonium ab adverſarijs optimum,quia ſine calumnia, ſect.17.§.2. pag.548.col. 1.num.45.

Thamar.

In ſoceri fraude excuſabilis fuit, ſect.11.§. 10.pag.402.col.2. num.113.

Thomas.

Palpans Chriſti vulnera factus eſt conſtantiſsimus reſurrectionis Dominicæ teſtis, ſect.17.§.7.pag.639.col.1.num.143.

Plus profuit Thomas dubitando,quàm Petrus credendo,ibidem.

Tormentum.

Tormentum animi gravius,quàm corporis, ſect.2.§.3.pag.73.col.2.num.20. & pag. 74.col.1.& 2.num.22.

Trinitas.

Trinitas Perſonarum in hominis creatione primò ſe oſtendit, ſect.1.§.3. pag.17. col.2.num.14.

Primæ Trinitatis Perſonæ virtus maximè enituit in prima hominis formatione, p. 18.col.2.num.14.

Tripudium.

Tripudium mulieris ſerpentis fallaciæ ianua fuit,ſect.11.§.8.pag.365.col.2.n.80.

V

Vellus.

Vellus Gedeonis cur prius rore,quàm reliqua area, maduit? ſect.2.§.5.pag.109. col.2.n.54.& pag.110.col.1.n.54.

Verbum divinum.

Verbum ex prævisione Mariæ in matrem eligendæ ſimile,ac ex Patris pectore gaudium hauriebat,ſect.1.§.4.pag.21.col.2. num.17.

Verbum,cœli creationi, in qua Maria præfigurabatur,ſpecialiter ſe exhibuit exemplar,ſect.1.§.5.pag.32.col.1.n.26.

Verbum ita Maria pulchritudine allectum,

ut

ut pro illa poſsidenda ſe totum quaſi exhauſerit, ſect. 2. §. 1. p. 67. col. 1. & 2 n. 12.
Verbum carnem aſſumpſiſſe non ab imbecillitate, ſed à ſumma potentia fuit, ſect. 12. §. 3. pag. 43. col. 2. num. 25.
Sicut verbum à Patre in Mariæ uterũ eructatum Patris redolebat divinitatem, ſic à Maria in orbem eructatum matris nobilitatem redolebat, ſect. 17. §. 7. p. 647. col. 1. num. 150.

Veritas.

Impios refugit animos, ſect. 17. §. 2. pag. 547. col. 2. num. 44.
Veritas per impurum os annuntiata dedecoratur, pag. 548. col. 1. num. 45.

Via.

Via dæmonis à conceptione hominis ſumit initium, ſect. 1. §. 4. pag. 26. col. 1. n. 22.

Vigilantius.

Vigilantius erravit aſſerens montẽ, de quo lapis ſine manibus fuit abſciſſus, fuiſſe diabolum, Chriſtum verò lapidem ex eo natum, ſect. 2. §. 6. pag. 111. col. 1. num. 58.
Vt Chriſtum à diabolo ſepararet, à diabolo aſſerebat natum, ibidem.

Virginitas.

Virginitas eſt corporis integritas, caſtitas verò mentis integritas dicitur, ſect. 3. §. 1. pag. 125. col. 2. num. 2.
Virginitas animæ corporis virginitate perfectior, ſect. 11. §. 7. p. 345. col. 2. n. 61.
Virginitas lege gratiæ benedicta, lege antiqua fœcũditas, ſect. 11. §. 8. pag. 360. col. 1. num. 76. & ſect. 17. §. 8. pag. 654. col. 2. & pag. 655. col. 1. num. 154.
Virginitas paradiſi incola, ſect. 12. §. 1. pag. 413. col. 2. num. 8.
Virginitas Dei thronus, ſect. 12. §. 3. p. 428. col. 1. num. 23.
A virginitatis candore ob peccatum primi parentes deciderunt, pag. 440. c. 2. n. 33.
Virginitati Marianæ maternitas inſervire videtur, pag. 441. col. 2. num. 35.
Virginitas mortem conterit, & illidit, ſect. 14. pag. 443. col. 1. num. 4.
Virginitas anteà quaſi deſertum, ſect. 17. §. 8. pag. 654. col. 2 & pag. 655. col. 1. num. 159.
Virginitatis nullus anteà incola, & ſi aliqui ſe virginati devovêre, prius illis impoſitũ præceptum, ibidem.

Vnctio.

Vnctio Regibus, & Sacerdotibus antiquitus exhibebatur, tanquàm Chriſti imaginibus, ſect. 3. pag. 123.

Vnio.

Vniti charitate diabolo formidabiles, ſect. 12. pag. 419. col. 1. num. 12. & pag. 420. col. 1. & 2. num. 13.

Voluptas.

Voluptas filijs caret, caſtitas eis ditatur, ſect. 7. pag. 260. col. 2. num. 1.

Vultus.

Vultus virtutes animi prodit, & vitia, ſect. 11. §. 7. pag. 333. col. 1. num. 47.

INDEX
ADCONCIONES
A PRIMA DOMINICA ADVENTVS VSQVE AD FERIAM QVINTAM MAIORIS HEBDOMADÆ, Et ad Festivitates B. Mariæ.

DOMINICA I. ADVENTVS.

Luca 21. *ERVNT signa in Sole & Luna, &c.* Sol mundi Princeps splendoribus redimitus, vesteque Regia exornatus, quasi antiqua exauctoratus dignitate, luget, tenebras induit, & hoc totum, quia peccatoribus lucens, auxiliumque præbens, quasi peccatum cõtraxit: eaque peccati natura est, ut regalẽ obtenebret splendorem, Regioque denudet ornatu, sect. 3. §. 5. pag. 144. n. 23. & 24. & sect. 13. pag. 447. col. 1. num. 1.

Et stellæ cadent de cœlo, &c. Cadunt de cœlo stellæ, eandẽque cum hominibus fortunam astra subeunt, & in terram prolapsa, quasi moriuntur; nec mirum, cum suis influxibus, & aspectibus foverint creaturas, quæ lenocinio fucato materiam præstiterint scelleribus. Hinc eadem ac hominis pœna plectuntur; sæpè enim Deus, & causas, & peccata, & peccatores simili supplicio punit, sect. 2. §. 7. pag. 122. col. 1. & 2. num. 71.

Arescentibus hominibus præ timore, &c. Non solùm peccatores timent, sed iusti, quia divino omnes sistendi iudicio, ubi stricto examine actiones pensantur, & ad Dei præsentiam sanctitas evanescit, & sordescit mundities, sect. 17. §. 3. pag. 559. col. 1. & 2. num. 60. & pag. 560. col. 1. & 2. num. 61. 62. & 63.

Tunc videbunt Filium hominis venientẽ in nube cum potestate magna, & maiestate, &c. Iudicaturus hoc appellatur nomine, quasi Dei naturam oblitus, solum mores hominum, legesque imitetur humanas, & amicis benignus, inimicis terribilis appareat, sect. 11. §. 7. pag. 332. col. 2. num. 47. & sect. 17. §. 1. pag. 517. col. 1. num. 19.

Filium hominis, &c. Id est, Filium Virginis, id est sine macula conceptus, sine crimine natus, & sine culpa inter homines degens: iudicis obiturus munus suam ostentat sanctitatem, quasi aliter peccatores nequiret iudicare, ut qui culpas corrigere, vel scelera punire satagit, & culpis, & scelleribus careat, sect. 17. §. 1. pag. 514. col. 1. num. 17.

Cum potestate magna, & maiestate, &c. Ea potestate apparebit armatus, ut voce sola & inimicos prosternat, & supplicia infligat, sect. 17. §. 2. pag. 541. col. 2. num. 38.

DOMINICA II. ADVENTVS.

Cùm audisset Ioannes in vinculis, &c. *Matth. cap. 11.* Ioannes vinculis constrictus legitur, sed à quo, non auditur; licèt enim Herodes crudelis, ut adulter in vincula coniecerit, quia tamen adulter, spoliatur nomine; ea enim adulterij est infamia, ut nominis honore privet, hominemque indignũ, qui nominetur, efficiat, sect. 11. §. 10. pag. 402. col. 2. num. 113.

Cùm audisset, &c. Alligatus infaustum non sibi, sed Herodi omen portẽdebat; Herodes enim in verbi vocem, eximiumque veritatis Prædicatorem invectus se Regno, dignitateque spoliabat. In veritatis enim Prædicatores insurgens dignitate Regia mulctatur, sect. 13. pag. 447. col. 1. num. 1.

In vinculis iacet Ioannes, plus opinioni notam inurere, quàm labore corpus vexare anhelabat Herodes; ideò carceri tradidit; carcer enim scelestum domicilium, & cavea est, sect. 17. §. 4. pag. 585. col. 1. n. 84.

Mittens duos de discipulis suis, &c. Persæpè monuerat discipulos Christum verum esse Messiam, quod illi, vel Ioannis humilitati tribuebant, vel zelo invidiæ audire recusabant: nunc in vinculis ad Christũ eos dimittit, & veritatem suadet, quasi facilius labores tolerans, quàm verbis docens homines ad Christum traxerit, sect. 2. §. 6. pag. 111. col. 2. num. 38.

Cæci vident, claudi ambulant, leprosi mũdantur, &c. Beneficia, non supplicia ostendit, tunc enim supplicia ostendere non posset, cùm ingentia potuit ostendere beneficia;

cia; talis est enim Deus, ut in infligẽdis supplicijs tardus, & parcus sit, & in beneficijs exhibendis & celer, & largus, sect. 17. §. 8. pag. 660. col. 1. & 2. num. 163.

Ecce ego mitto Angelum meũ. Angelum vocat Ioannem constrictum vinculis, morti proximum; & quomodo Angelicis lucet proprietatibu, scùm Angeli mortis leges ignorent, carceres nesciant pati? Virgo erat Ioannes, ideò Angelis comparatur, utpotè in ipsa morte immortalis. Virginitas enim sub ipso mortis imperio mortem conterit, & evacuat, sect. 14. pag. 443. col. 1. num. 4.

Angelum meum. Iure optimo Ioãnes vocatur Angelus, quia virginitatis cultor, virginitatem enim colentes mundo peregrini, cives in cœlorum patria, sect. 12. §. 1. col. 2. num. 8.

DOMINICA TERTIA Adventus.

Ioannis cap. 1. *Miserunt, &c. Tu quis es?* Ioannes virginitatem colebat, aspernabatur humana, sicque omnibus suspiciendus, ut maior homine crederetur, ideò Ierosolymitana civitas, ut maiorem, quàm homini honorem exhiberet, an maior esset homine, interrogavit. Nec immeritò, virgo enim homine est maior, sect. 12. §. 3. pag. 440. col. 2. n. 33.

Ego vox clamantis in deserto. Nõ dixit: *Vox clamans*, sed *vox clamantis*, ne sibi, vel vocis gloriam arrogare videretur, quid esset, agnovit, non ad superbiæ fomitem, sed ad gratitudinis fomentum; omnia enim bona, & humiliter agnoscenda, & Deo gratanter tribuẽda sunt, sect. 11. §. 7. pag. 334. col. 1. num. 47.

Ego vox clamantis in deserto. A dæmone superbiendi occasione petitus Ioannes ita se deiecit, ut vocem facilè evanescentẽ appellaverit, quia apprimè noverat dæmones humilitate exarmari; præ alijs enim virtutibus hoc humilitati videtur innatum, ut dæmonis parefaciat insidias, enervet conatus, sect. 1. §. 5. pag. 41. col. 2. num. 32.

DOMINICA QVARTA Adventus.

Luc. 3. *Factum est verbum Domini super Ioannem Zachariæ filium in deserto, &c.* Summa Baptistæ laus Zachariæ filium esse, & sine mora Domini verbis obtemperasse; Zacharias ad fidem tardus, celer Ioannes, in quo omnes naturæ leges supergressus; leges sequutus est gratiæ; ea enim inter patris, & filij mores similitudo intercedit, ut proprietates, non tã similes dixeris, quàm easdem, sect. 1. §. 3. pag. 50. col. 1. num. 45. & sect. 3. §. 7. pag. 131. col. 2. & pag. 132. col. 1. num. 8.

Anno quintodecimo, &c. Iudæorũ Respublica Regio splendore carebat; eique alienigenæ dominabantur, nec potuit Regia florere dignitate, quæ divinis verbis renuit obtemperare. Obedientia enim Regij splẽdoris fons est, & origo nobilitatis, sect. 5. §. 4. pag. 193. col. 2. & pag. 194. col. 1. num. 27. & sect. 5. §. 4. pag. 221. col. 2. num. 58. & pag. 228. col. 2. num. 66. & pag. 231. col. 2. & pag. 232. col. 1. n. 75. & sect. 11. §. 9. p. 379. col. 1. num. 93.

Et venit in omnem regionẽ Iordanis, &c. Quo frueretur spiritu Baptista, obedientiæ celeritas declaravit: illius prædicatio felix ab obedientia divini verbi sumpsit auspiciũ, quia præ alijs virtutibus in obedientia divinus Spiritus ostentatur, sect. 5. §. 5. p. 239. col. 2. num. 79.

Et venit, &c. Nullo ornatu, nullâ pompâ adventavit, sed luridus facie, veste tritâ, & amictu pauper; sed quo pauperior gloriosior; quia qui nudus degit, glorioſiùs vivit, sect. 16. §. 3. pag. 483. col. 1. num. 3.

Pœnitentiæ legatus habitum indujt pœnitentiæ, quia parum verba pœnitẽtiæ proficerent, nisi & habitus confirmaret. Induit ergo Ioannes pœnitentiam ipsam, ut munere fungeretur pœnitentiæ legati, legatus namque & mittentis, & illius, ad quem mittitur, quasi tenetur habitum imitari, sect. 17. §. 3. pag. 566. col. 2. num. 71. & p. 567. col. 1. & 2. num. 72.

Et venit, &c. A deserto venit carpturus peccata, ut eo amictu, vitaque luceret, in qua levis umbra non deprehenderetur peccati. A complici malè reprehendũtur vitia; ille solùm corrigit, qui vitijs nõ denigratur, sect. 3. §. 3. pag. 148. col. 1. num. 64.

DOMINICA INFRA OCTAVAM Nativitatis Domini.

Erant Ioseph & Maria mirantes, &c. *Luca 2.* Talia à Simeone dicebantur de puero, ut in admirationem parentes raperent; non enim qui vitæ fine fuit celebris, initio potuit non esse mirabilis; fines etenim, & principia sibi respondent, magnamque cognationem habent, sect. 17. §. 3. pag. 577. col. 2. n. 80.

In ruinam, & in resurrectionem multorum. Cuius ruinæ futurus sit, non dicitur, quia notissimum erat Christum Dominum in dæmonis, mortisque adventasse ruinam, sicut in resurrectionem novæ vitæ, antiquæque felicitatis, sect. 1. §. 3. pag. 15. col. 1. n. 10. & pag. 16. col. 2. num. 12.

Et tuam ipsius animam pertransibit gladius, &c. Verè anima Mariæ Christi dolo-

res

res ſubivit, paſsionemque experta eſt, imò ſic ſacrificium illud perfectum, ut Chriſtus corpus, Maria animam miniſtraverit, ſect. 2. §. 3. pag. 78. col. 1. & 2. num. 26.

Tuam ipſius animam, &c. Filium parturiens caruit virgo doloribus, ſed in illius morte uſura perſolvit, ſect. 2. §. 3. pag. 74. col. 1. num. 20.

Tuam ipſius animam. Mariæ paſsio Chriſti paſsionem divinitate ſuperavit; Chriſti namque paſsio cum vita finita fuit; at Mariæ paſsio, utpotè ſpiritus, nec cum Filij morte ſpiravit, imò de morte Filij acerbiſſimos ſubibat cruciatus, & moriebatur vivens, & vivebat moriens; morte vivebat, & vitâ moriebatur, ſect. 2. §. 3. pag. 79. col. 1. & 2. & pag. 80. col. 1. num. 26.

Tuam ipſius animam, &c. Maria cum Chriſto ſimul eſt paſſa, quia ſimul hominũ Corredemptrix, quorum ſalutẽ ut Chriſtus de condigno, de congruo emerita fuit, ſect. 2. §. 3. pag. 77. col. 1. & 2. num. 25. & p. 81. col. 2. & pag. 82. col. 1. & 2. num. 28.

Tuam ipſius animam, &c. Mariæ animus duplici gladio transfixus fuit, & Filij morte, & Iudæorum ruinâ; ſic enim hominum ardebat ſalutem, ut non minus illorum cruciaretur exitio, quàm Chriſti doloribus torqueretur, ſect. 2. §. 3. pag. 74. col. 1. num. 21. & col. 2. num. 22.

DOMINICA INFRA OCTAVAM Epiphaniæ.

Luc. c. 2. *Cùm factus, &c. remanſit puer Ieſus in Ieruſalem, &c.* Vt ſuæ divinitatis radios aliquo modo explicaret Chriſtus, ſe à Ioſephi, Matriſque conſortio abdicat, & Ieroſolymis remanet, quaſi cum illis utpotè parentibus degens, ſe Dei Filium nequiret oſtentare. Solus enim ille, qui cognationis leges tranſit, Rex & Dei Filius inauguratur, ſect. 5. §. 4. pag. 201. col. 1. n. 38. & ſect. 9. pag. 268. col. 1. num. 1.

Requirebant tum inter cognatos, & notos, &c. Matrem amiſſum Filium exigebat, dolenterque quærebat, ſed Patri obediens Filius Matri non peribat, ſed melius ſervabatur; quia obedientia divinæ voluntatis Filios parẽtibus ſervat, & à malis arcet, ſect. 5. §. 4. pag. 206. col. 2. num. 42.

In medio Doctorum audientem illos, & interrogantem eos. Chriſtus legis Doctores non ſolùm ut antiqua proferrent, ſed quid quiſque ſentiret, interrogavit, ut quaſi diſcens doceret, Doctoribus recentioribus, licèt ſanctitate præexcellentes non ſint, non minus, quàm antiquis exponendæ Scripturæ in eſſe auctoritatem, ſect. 12. §. 1. p. 404. col. 2. num. 1.

Deſcenditque cum illis. Cum Maria deſcendit Chriſtus, ſed in ipſa deſcenſione non minus, quàm inter Doctores, glorioſus; quia ad Mariam, & cum Maria deſcenſus Chriſto Domino fuit exaltatio, ſect. 5. §. 6. pag. 253. col. 2. num. 90.

Et erat ſubditus illis. Ita Chriſtus matrẽ diligebat, ut non ſolùm ei, ſed & Ioſepho obediret ob matrem, nec in claris ſolũ operibus, ſed in humilibus, & abiectis, ſect. 3. §. 5. pag. 158. col. 2. & pag. 159. col. 1. n. 43. & pag. 159. col. 2. num. 44.

Proficiebat ſapientia & ætate, &c. Chriſtus Patris ſapientia erat, & licèt temporis elapſu ſcientiam, ſapientiamvè non acquireret, temporis tamen, & ætatis opportunitatem expectabat, ut ſapientiæ radios explicaret, quaſi ſuſpecta fuiſſet ſapientia propera, & ſolùm matura tempore digna laude, ſect. 3. §. 5. pag. 161. col. 2. n. 47.

DOMINICA SECVNDA POST Epiphaniam.

Nuptiæ factæ ſunt, &c. Felices nuptiæ, quibus Chriſtus adeſſe non recuſavit, utpotè quibus non voluptas, ſed virtus intendebatur, & ubi ſponſus talem requirebat ſpõſam, quæ non vitijs, ſed virtute filios generaret; hoc enim maximopere viro curandũ eſt; quia filij ſæpèſæpius mores redolent matris, ſect. 3. §. 2. pag. 131. col. 1. & 2. & p. 132. col. 2. num. 8. *Ioan. c. 2.*

Sine dubio nuptiæ ſunt fortunatæ, divinaque præſentia dignæ, dum coniuges matrimonij legibus ſerviunt, non voluptatibus parent, tuncque filij generantur ad parentum lætitiam, quando parentes obedientia coniungit, quãdo intemperantia ignorãtur, quando appetitus exulat, & filiorum regnat amor, ſect. 5. §. 1. pag. 176. col. 2. num. 5. & pag. 177. col. 1. & 2. n. 6.

Fili, vinum non habent, &c. Vini inopiã Filio indicat pia Mater, ſerviſque quidquid Chriſtus dixerit, opere complere ſuadet; & cum Filij non expectat beneplacitum? Cur voluntatem non explorat? neque an bigit de miraculo? ut in hoc Mariæ imperiũ hominibus eluceret. Si expectaſſet, rogans, non imperans videretur, & Maria Filio accedit, non tam exorans, quam imperans, ſect. 2. §. 3. pag. 88. col. 2. & pag. 89. col. 1. num. 35.

Quid mihi & tibi, &c. Voluntatem matris adimplevit Chriſtus, quaſi repellere nequiret interceſsionem adeò ſedulam, & efficacẽ. Quid à Filio non obtineret Mater, cuius interceſsio ſic apud eum valet, ut aliquo modo maioris appareat efficaciæ, quàm interceſsio Filij apud Patrem? ſect. 2. §. 3. pag. 88. col. 2. & pag. 89. col. 1. num.

35.& ſect.11.§.8.pag.359.col.1.num.74.

Quid mihi & tibi eſt, mulier? Nomen mulieris primo aſpectu videbatur ingratũ; ſed ſi penita contemplatione aſpicias, Filium matri nomen nõ indecorum, ſed gloriâ plenum tribuiſſe reperies; nomen enim mulieris & nobiliſsimum, & Mariæ propriũ, ſect. 11.§.9.pag.401.col.1.num.110.

Quid mihi & tibi eſt, mulier? Exaſperata videtur reſponſio; aſt non ab ira orta, ſed ab amore parta. Obedire Chriſtus Mariæ ambiebat, hîc Maria non iubere videtur, ſed rogare, ideò Chriſtus, quaſi ſupercilio reſpondet, & dominium renuit, matriq́ue obedire ambit, ſect.3.§.5.pag.159.col.2. & p. 160.col.1.num.45.

Quid mihi & tibi eſt, mulier? His verbis neceſsitati ſubvenire ad Mariam, Chriſtũq́ue non pertinere videtur indicaſſe; ſed revera, dum nuptijs adſtiterunt, illaſq́ue ſuâ præſentia honorarunt, multum ad illos nuptiarum inopiæ ſubvenire expectabat. Talis eſt enim Deus, ut faciendi, pignus ſit beneficium factum in Chriſti genealogiæ fronte Davidem invenies Abrahamo antelatum; & ſi rationem inquiras, reſpondent Patres, quia illi expreſsiùs promiſsio de Chriſto facta. Ecce primum beneficiũ, ſcilicet expreſsior promiſsio alterius beneficij, ſcilicet præcedentiæ fuit pignus, ſect.4.§.4.p.169. col.1.num.4.

Nondum venit hora mea. Hoc dixit Chriſtus, ut matris ſedulam curam homines expectarent; ſic enim Maria noſtris urgetur malis, ut remedia præveniat, antevertat neceſsitates, & anticipet cauſas, ſect. 2.§.7. pag.119.col.2.n.67.

Nondum venit, &c. Primum Chriſti miraculum Mariâ petente eſt patratum, quia ut miracula plauſum apud homines invenirent, calumniaſq́ue deſpicerent, primũ matri Chriſtus dedicavit, ſect.17.§.4.p.606. col.1.num.104.

DOMINICA TERTIA POST Epiphaniam.

Matth. cap.8. *Ecce leproſus veniens adorabat eum.* Lepram Chriſtus leviſsimè tetigit, ut ſanaret; imò potius leproſum arcêre, ne approximaret, quàm tangere, ut lepra fugeret, videbatur. Et licèt contagioſo morbo infici nõ valeret, ſuo exemplo alios inſtruxit, ut ab infirmitatibus infirmitates curaturi diſtarẽt; malè enim lepræ infectus lepræ medicatur, ſect.3.§.1.pag.128.col.1. & 2.num.5. & ſect.17.§.1.pag.514.col.1.num.17.

Acceſsit Centurio, &c. Pro ſervo rogat dominus, nec preces fundere dedignatur. Amabat ſervum, illiuſq́ue infirmitatem, non tam ſervi, quàm ſuam exiſtimabat; charitas namq́ue in alijs, & cum alijs patitur, alienaſq́ue ſemper ſuas reputat infirmitates, ſect. 2.§.3.pag.73.col.2.num.20.& ſect.17.§.7. pag.637.col.1.& 2.num.140.

Ego veniam, & curabo eum. Ad Archiſynagogi filiam ſuſcitandam non adeò celerem ſe exhibet, ut ad Centurionis ſervum curandum; quia altera Principis filia fauſto vivens, ſplendens maieſtate, alter humilis, abiectæq́ue conditionis; Deus enim perſæpè humiles antetulit magnis, ſect.4.p.168. col.2.num.11.

Ego veniam. Deus iturum ſe promittit, Centurio alium mittere, vel verbo infirmitatẽ abigere exoptat. Ab humilitate exorta quidem; aſt aliquo modo petitio ignorantiam ſapit. Si ſervum citò ſanitati reſtitui deſiderat, Chriſtum nõ impediat, nec remediũ creaturis intervenientibus ambiat, quia ad benefaciendum Chriſtus creaturarũ vincit celeritatem, ſect.11.§.6.pag.323.col.1. num.43.

Domine, non ſum dignus. Chriſtum agnovit melius, quàm antea, & illius magnitudinis agnitione ſe à maieſtate tanta invenit diſtantem, quia dum Deum profundiùs agnoveris, à te diſtantiorem invenies, ſect.11. §.7.pag.337.col.1.num.52.

Domine, non ſum dignus. Servi infirmitati medicamina procurabat, & luci proximus ſuę invenit medicamina cæcitati, Chriſtum agnovit, & tenebras infidelitatis fugavit: nec aliter evenire poterat, qui alterius charitate urgebatur; charitas namq́ue ſecũ Dei ignorantiæ tenebras malè patitur, ſect. 1.§.5.pag.42.col.2.num.33.

Non inveni tantam fidem, &c. Dum alterius commodis invigilat, Centurionis fides laudatur, & alterius ſaluti incumbens tenebras excutit, ſuaſq́ue invenit laudes: ſemper enim, qui aliorum ſaluti invigilat, commodiſq́ue ſpiritualibus incũbit, & honore fruitur, & dedecore caret, ſect.2.§.7. pag.122.col.1.& 2.n.71.& ſect.13.p.450. col.1.& 2.num.5.

DOMINICA QVARTA POST Epiphaniam.

Aſcendente, &c. motus magnus factus eſt in mari. Chriſto dormiente mare ſuperbit, inflantur undæ, & altercantibus ventis puppis, quà Apoſtoli navigabant, peſſundabatur, nec tempeſtas adeò in illorum vitam, ut in fidem deſæviebat; diabolus enim tempeſtatem civit, illamq́ue, quaſi telum cõtorſit, ut Apoſtolorum fidem vulneraret. Diaboli namq́ue homines à Chriſti fide propellere cura maior, ſect. 12.§.3. pag.444. *Matth. cap.8.*

col.

col.1.& 2.& pag.445.col.1.num.37.

Modicæ fidei, &c. Fide vacillabant Apoſtoli, quod exprobravit Chriſtus; ideò ventis impetentibus naufragabãtur, ut tẽpeſtatem arcerent, propellerentque periculum, ſi firma fide radiarent; Fidei namque ſemper debetur imperium, illiique creaturæ, vel contra leges naturæ parent, ſect.4.pag. 168.col.2.num.11. & pag.169.col.1.numer.11.

Tunc ſurgẽs imperavit ventis, &c. Apoſtoli ventis luctabantur, & aquarum vorticibus acti totam ſalutis ſpem amiſerant, & anxijs, geminatiſque clamoribus Chriſtum dormientem compellant, Magiſtrum advocant; & cur Chriſtus tempeſtate vinci, viribus deſtitui, remedioque carere permiſerat? Sanè fecerat, ut omni ſpe humani remedij ablatâ divina magis miſericordia fulgeret. Nec rarò Deus, ut miſericors opituletur, ſpem humanã evacuat, ſect.2.§.5. pag.107. col.1.num.52.

Tunc ſurgens imperavit ventis & mari, &c. Non ſine divino conſilio factum eſt, ut ſuperbæ undę, tumenſque mare Chriſto colla ſubmitterent, illiuſque revererentur imperium, cuius olim Iordanis agnovit humilitatem; ut ibi Chriſtus inveniret gloriam, ubi videbatur abiectione dedecoratus. Ioſue ad Iordanis ripam electus Chriſtum in Iordane baptizatũ adumbravit, & qui iuxta Iordanem humilitatis fuit typus, & gloriæ typus fuit in Iordane, quia ad eius ingreſſum venerabundæ fugerunt aquæ, ſect. 2.§.7.pag.72.col.1.num.18.

Qualis eſt hic? Obediens ſanè eſt, qui ut obediret, ad procelloſum noſtrum deſcendit mare, ideò & venti obtemperant illi, & ſubijcitur mare, quia obedientia imperium ſemper parturivit, purpuraque exornavit, ſect.5.§.4. pag.221.col.2. & pag.222.col. 1.num.56.

DOMINICA QVINTA POST Epiphaniam.

Matth. 13. *Simile factum eſt Regnum cœlorum hõmini.* Chriſtus & dæmon in hoc Evangelio ſeminant, ſed Chriſtus veritatis ſemina iacit, falſitatis dæmon; & licèt fraudulenter, latenterque zizania ſeminaverit, ipſa zizania auctorem indicarunt, ſicut & ſemina bona Chriſtum; Chriſtus veritatis auctor, ideò vera ſemina terræ mandat, dæmon falſitatis Pater, ideò ſemina falſa committit; ea namque eſt inter effectum, & cauſam ſimilitudo, ut ex cauſis effectus agnoſcas, & effectibus cauſas, ſect.17.§.3.pag.555. col. 1.& 2.num.53.& pag.556.col.1.& 2.n.55. & 56.

Dum autem dormirent homines, &c. Cuſtodes ſegetum bonus ſeminator appoſuit, ſed illi in utroque pigri ſe ſomno, & inimico præbuerunt aditum, cùm terram excolere, & ſibi ipſis debuiſſent attendere; hoc enim operarij munus eſt, alios virtutibus imbuere, & ſui ipſius non obliviſci, ſect.17.§. 8.pag.656.col.2.num.160.

Nonnè bonum ſemen ſeminaſti, &c. Zizania vident diſcipuli, & ita iudicium cohibent, & ſuſpendunt, ut viſo effectu de cauſa ambigant, & à Chriſto ſciſcitentur, quis ſeminaverit zizania. Cur Apoſtoli nõ conijciunt? Cur auctorem non ſuſpicantur, cùm ex effectu adinvenire ſit facile? Sanctitate erant imbuti, iuſtitiâ clari, ideò adhuc effectibus viſis non ſuſpicantur cauſam. Suſpicio namque contra proximum ferè ſemper in ſuſpicanti iniuſtitiam arguit, ſect.17.§.7. pag.643.col.1.num.145.

Sinite utraque creſcere, &c. Si zizania tritici ſuccum ebibunt, virtutem fugunt. Cur non evellit? cur patienter ſuffert ſupplicia differens, & procraſtinans? Satis punivit, dum ſupplicio ſubiacere declaravit; pœnæ enim ſubiacere æqualis dedecoris eſt, ac ſubire, ſect.14. pag.453. col.1.& 2. num.5.& 6.

DOMINICA SEXTA POST Epiphaniam.

Simile eſt Regnum cœlorum grano ſinapis, &c. Semen minimum adeò excrevit, ut olera ſuperaverit, exæquaverit arbores, certumque augmentum ſibi humilitas comparavit. Si ſuperbijſſet, non de minimo ſemine in magnam arborem, ſed de magna arbore in ſemen minimum granum fuiſſet redactum; omnis namque ruinæ origo eſt ſuperbia, & ianua, ſect.12.§.3.pag.442.col.2. num.36. *Matth. 13.*

Ita ut volucres cœli veniant, &c. Arbor humilis aves recipit, requiem tribuit, & iniurias temporum arcet. Et cur aves ad altiorem arborem ad cedros Libani non confugiunt, ſed ad humilem ſe recipiũt? Noverant humilem, ideò confugiunt ad illã; quaſi ex humilitate flammas conciperint charitatis; ſemper enim humilitas charitatis eſt comes, ſect.12.§.3.pag.443.col.1.n.36.

Et habitent in ramis eius, &c. Vtrumq; præſtat Evangelica arbor, & creſcit, & ad ſe refovet adventantes, quia unum ſine altero parum ſibi creſcere, & alijs non conſulere avaritiæ genus eſt; alijs creſcere, & ſibi non conſulere, damnũ. Hæc ergo duo operatius coniungere tenetur, non ſolùm ſibi attendere, ſed & alijs; non ſolùm alijs conſulere, ſed & ſibi, ſect.17.§.8.pag.656. col.2.n.160.

Et ſine parabolis nõ loquebatur, &c. Ita veritatem docebat Iudæos Chriſtus, ut quaſi involucris, paraboliſque celaret, quod non tam magiſtro difficili, quàm infidelibus diſcipulis tribuendum. Chriſtum agnoſcere nolebant, ideò ab illorum oculis veritas exulabat; qui enim Chriſtum non agnoſcit, ſemper tenebras patitur, ſect. 2. §. 5. p. 106. col. 2. num. 53.

DOMINICA SEPTVAGESIMÆ.

Matt. 20. *Simile eſt Regnum cœlorum homini Patrifamilias, qui exijt primo mane, &c.* Paterfamilias ſubſtantiâ dives, ſervis copioſus Solem prævenit, & operarios vocaturus delicias domus relinquit. Et cur ſervum nõ mittit, qui operarios conducat, & ad vineã excolendam mittat? Homines ſuis dictis obedire deſiderabat, ideò per ſe, non per ſui vicarium, aut ſubſtitutum vocavit; ſciebat enim difficulter, laboriosèque obedientiam ſubſtituto præſtari, ſect. 3. §. 5. pag. 159. col. 1. num. 43.

Conventione autẽ facta ex denario diurno, &c. Adeò pauperes, miſeroſque invenit homines, ut denario conducti æſtus tulerint, & laboribus inſudarint; inſerviebant anteà peccato, & adeò miſerum eſt illius ſubiugari imperio, ut peccator ſemper ſub calamitate vivat, & nuditate, ſect. 1. §. 9. pag. 53. col. 2. num. 50.

Miſit eos in vineam ſuam, &c. Ad ruſtica opera mittit, nec recuſant ire operarij, tuncque plus illorum obedientia viget, dum in abiectioribus parent, dum in magnis obedis, non ita te obedientem probas, ac dum in parvis; obedientia namque abiectis in operibus magis claret, ſect. 5. §. 4. pag. 195. col. 1. & 2. num. 29.

Incipiẽs à noviſſimis uſq; ad primos, &c. Primi in mundi exiſtimatione ultimis poſtponuntur, & ultimi denarium accipiunt antelati; hoc enim divinæ gubernationi eſt innatum, ut ultimos primis, & magnis præferat parvulos, ſect. 17. §. 6. pag. 628. col. 1. num. 130.

Accipientes murmurabãt adverſus Patremfamilias, &c. Sibi irrogatam iniuriam primi ſuſpicabantur, Patriſque familias de iniuſtitia incuſabant, ſed ipſa ſuſpicio illorũ iniuſtitiam prodebat; qui enim abſque fundamento malum de proximo ſuſpicatur, ſe ipſum iniuſtum declarat, ſect. 17. §. 7. pag. 643. col. 1. num. 145.

DOMINICA SEXAGESIMÆ.

Luc. 8. *Exijt qui ſeminat ſeminare ſemen ſuum.* Terræ ſemina commiſſurus egreditur ſeminator, nec alteri opus committit, ſed per ſe ipſum facit: nec mirum, ſi mãdata terræ reſpondiſſent. Crevit ſanè amor, & ingrata ſemina, duramque terram per ſe excolit Chriſtus, cùm anteà perſe grata, ingrata per alios tractarit, ſect. 1. §. 7. p. 50. col. 1. & 2. n. 45.

Aliud cecidit, &c. Super petram, &c. Semina veritatis tellus amplectitur; admiſſum verò ſemen non fovit, ſed perdidit; ea enim veritatis indoles eſt, ut ingratos deſerat, impioſq; refugiat animos, ſect. 17. §. 2. pag. 547. col. 2. num. 44.

Aliud cecidit inter ſpinas, &c. Tellus ſpinis, tribuliſque abundans doctrinæ ſemina, licèt aliquantulum nutriverit, demum ſuffocavit; ſpinæ namque tribulique ipſo Chriſto interprete divitias adumbrarunt, quas ſemina divina fugiunt, ut ſe conferãt ad paupertatem, ſect. 10. pag. 176. col. 2. n. 5. & ſect. 11. §. 8. pag. 359. col. 2. num. 75.

Aliud cecidit ſecus viam. De credentium corde dæmonis fallacia veritatem ſublatam teſtatur Chriſtus, lenocinio fallit, falſitate lenocinatur, eaque arte veritatẽ oppugnat, ut ſi ſævitia nõ poſſit, expugnet fraude, ſect. 11. §. 9. pag. 371. col. 1. num. 84.

DOMINICA QVINQVAGESIMÆ.

Ecce aſcendimus, &c. Duram paſsionem, ignobilia opprobria, dedecoroſas illuſiones ſubiturus, Ieroſolymã tendit Chriſtus, & aſcenſum vocat extremam abiectionẽ, ſummã humilitatem; ſic enim hominum amore flagrabat, ut propter illos deſcendere, extolli reputaverit, ſect. 5. §. 6. pag. 253. col. 2. n. 9. Luc. cap. 18.

Ecce aſcẽdimus, &c. Alacriter tẽdit Chriſtus, nec ab eo tormẽta adeò ſeva lachrymas extorſere; quia ſi in lachrymas effuſus adiret, mentem non ſpontaneam, ſed violentam quamplures conjectarent, ſicque de ſpõtanea morte gloriatur, ut ad tormentorũ præſentiam, ne levis manſit ſuſpicio, cohibeat lachrymas, ſect. 17. §. 7. pag. 644. c. 1. & 2. num. 147.

De Filio hominis tradetur, &c. Paſsionis circũſtantias promulgat, quaſi glorioſa trophœa de inimico fuiſſent aſportata. Et quidem referre non erubeſcit, ſed de illis gloriatur non minus, quàm de nativitatis plauſibus. Si enim mundo exoriens vitã comparavit, cruce ſuſpenſus mortem diabolo intulit, ſect. 3. §. 5. pag. 556. col. 2. num. 49.

De Filio hominis, &c. Filius hominis nũcupatur, cùm ſe Deum, Patriſque Filium iactare poſſet; & licèt prima facie humanam induiſſe carnem imbecillitatem redoleat, omnipotentiam arguit; ideò ergo cùm ſe victurum diſcipulis denuntiat, ſe hominis filium prodit, ut ex omnipotentia in huma-

ni-

nitate relucente passionis tormenta, dæmonemque vincendum arguat; humanitas namque Christi non ex imbecillitate, sed ex omnipotentia parta, sect. 12. §. 3. pag. 430. col. 2. num. 25.

Tertia die resurget, &c. Passionis ignominiam gloria resurrectionis abstulit; nec resurrectio potuit deficere, ubi abundaverat passio; labores namque resurrectionis sunt semina, quæ suo tempore depositio horrore vestiuntur decora venustate, sect. 2. §. 5. pag. 105. col. 1. num. 52.

FERIA IV. CINERVM.

Matth. cap. 6. *Cùm ieiunatis, &c. Memento homo.* Non incongruè hominem è pulvere fictum, in pulveremque resolvendum, in memoriam vocatur hoc tempore, quo pœnitentiæ grandescunt dies, quibus excoquuntur vitia, virtutesque maturantur, vult Ecclesia, ut ex terra, quomodo corpus tractandum sit, discas; si enim terra & aratro scinditur, & pedibus conculcatur, te esse terram memento, ut nec pœnitentiam horreas, nec fugias humilitatem; corpus enim, ut tellus, velut calceamentum tractandum, sect. 11. §. 8. pag. 349. col. 2. numer. 66.

Memento homo, &c. Fortasis aliquis se à ieiunij obedientia eximeret detrimenta fingens, infirmitatemve suspicatus, ideò terra ante oculos proponitur, quæ divino obediens verbo floribus, & fructibus fuit exornata; idem ergo erit, si homo divino obedieris verbo, salute frueris, bonisque temporalibus, & spiritualibus abundabis, sect. 5. §. 4. pag. 191. col. 2. num. 24. & pag. 192. col. 1. num. 24.

Vnge caput tuum, &c. Quomodo confectus inedia, luridus ieiunijs, pœnitentia vexatus hilarem ostenderet faciem, & lætitiâ corde conceptam vultu indicavit? Fateor durum esse tormentum, dum sustinetur, sed dulcissimus triumphus, dum inimicus debellatur. Pœnitentia ergo ipso rigore generat gaudium: quia licèt carnem macerans sit dura, inimicum conterens est suavis, sect. 2. §. 3. pag. 83. col. 1. & 2. n. 29.

Sicut hypocritæ faciunt, &c. Humanas laudes quæritantes se hypocritas mentiuntur malè, imò se superbos benè produnt; quia vera humilitas laudes non quærit, sed suos refugit plausus, sect. 12. §. 3. pag. 443. col. 1. num. 36.

Nolite thesaurizare, &c. Divitias quærunt homines anxij, quas non quærere docet Christus, dum sibi consulere homines instruit; quasi ab humanis bonis omnia exoriantur mala. Thesauros ergo cœlo, non terrâ condendos docet; imò terræ sperhendos thesauros; quia bona, quæ arbitramur proficua, nociva sunt, sect. 11. §. 8. pag. 359. col. 2. num. 75.

FERIA VI. POST CINERES.

Audistis, &c. Odium antiquitate vigebat, & rationi consuetudine armatus adversabatur; sed Christus, omnia primi status sua vita, morte que attulit, & renovavit, ut virtus vitium vinceret antiquitate, sect. 1. §. 3. pag. 16. col. 2. num. 12. *Matt. 5.*

Diliges proximum tuum, & odio habebis inimicum tuum. Odio inimicus habetur, ut inimicus de medio tollatur, sicque ab illius insidijs, & malevolentiâ vivas securus; sed dum hominem inimicum à te repellas, Deũ tibi suscitas inimicum, & ut inter homines pace fruaris, numini bellum indicis, quo cũ & amicitia ineunda, & prima pax est habenda; sect. 12. §. 2. pag. 419. col. 2. numer. 12.

Ego autem dico vobis, &c. Non solùm dixit verbo, sed firmavit exemplo, tantumque inimico parcere incrementi, quantum decrementi vindictam afferre monstravit. Quærunt Patres, cur David in genealogiæ Christi capite splendeat Abrahamo antelatus? Et inter alios respondent Hugo, hoc factum esse, ut Christus ex misericordia natus ostendatur. Ecce pepercit inimico, misericordiaque remisit peccatum, & qui se ulciscens Deus remansisset, parcens humanitatem sibi lucratur, ut ratum fuerit à vindicta nullum provenire augmentum, & augmentum maximum ab inimici amore manare, sect. 4. pag. 163. col. 2. n. 3.

Vt sitis filij patris vestri, &c. Non aliter Dei filij esse possumus, quàm si inimicis pepercerimus illis charitate coniuncti; ubi enim discordia, Dei exulat filiatio; ubi unio, splendet divina prosapia. Angeli Dei filij nominantur, eosque filios constituit unio, quæ Angelos efficit, sicut discordia dæmones facit, sect. 11. §. 9. pag. 373. col. 2. & pag. 374. col. 1. n. 87.

Vt sitis filij, &c. Ortos nobili origine memorat, nomina que excelsa indit, ut mores exuant humanos, Patrem cœlestem imitantes, & quasi originis iure ad inimicis benefaciendum compellit; filij namque ab ipsa natura patris sequuntur mores, geniumq; imitantur, sect. 3. §. 2. pag. 131. col. 2. & pag. 132. col. 1. num. 18.

DOMINICA PRIMA QVADRAGESIMÆ.

Ductus est Iesus, &c. Tã perfrictæ frõtis, pro- *Matt. 4.*

proiectæque audaciæ est dæmon, ut Christi baptismo victus, & expoliatus à pugna nõ destiterit, sed Deum ipsum præsumpserit tentare, & quem armis debellare non poterat, cibi adortus est fraude; sæpè enim dæmon, quos sæviciâ non potuit, fraude superavit, §. 9. pag. 371. col. 1. num. 84.

Dic ut lapides isti, &c. Esurienti Christo oblatis cibis tentat dæmon, non aurum offert, non divitias, sed panem; sic enim versutus est, ut nostros affectus exploret, animum meditetur, eisque rebus nos alliciat, in quas nostra propẽdit inclinatio, sect. 17. §. 2. pag. 545. col. 1. n. 42.

Dic ut lapides, &c. Dæmon Christo illicita non suadebat, licitum enim illi erat pro suo nutu lapides convertere in panem, at noluit Christus dæmonis consilia sequi, ut nos doceret dæmonem, nec in licitis, & utilibus fore audiendum, sect. 17. §. 2. pag. 548. col. 1. num. 45.

Dic ut lapides, &c. Christus à dæmone tentari voluit eisdem tentationibus ac Adamus, ut humilitatis se exhiberet exemplum, ostenderetque hominum fallacijs dæmonis non succumbere, sed triumphare, sect. 12. §. 439. col. 2. n. 35.

Mitte te deorsum, &c. Christum alijs tentationibus dæmon adoriens, ab impudica tentatione se abstinuit. Et cur qui gula, qui vanagloria, qui cupiditate, libidine nõ tentat? Videbat fame tabidum, ieiunijs luridum, & pœnitentia pœnè confectum, ideò libidinis tela non iecit, quasi ante congressum de victoria desperaret; libidinis enim iacula à pœnitente, ieiunoque enervantur, sect. 12. §. 3. pag. 440. col. 1. num. 35.

Mitte te deorsum, &c. In pinnaculo, non in templi ambitu tentat, quasi templum reveritus fuerit ipse dæmon. Cognoverat sanè ægrè Christum laturum tentari in templo, utpotè in eius thalamo, sect. 11. §. 4. pag. 298. col. 2. num. 14.

Si cadens adoraveris me. Omnia promittit, ut adorationem suadeat; primus enim dæmonis conatus fuit, primumque contra homines telum conflare idololatriam, sect. 12. §. 13. pag. 444. col. 1. numer. 37.

FERIA IV. POST DOMINICAM primam Quadragesimæ.

Matth. cap. 12. *Generatio mala, & adultera, &c.* Adultera generatio vocatur, quæ à parente Abrahamo exorta illius mores, virtutesque ignorabat; Abrahamus namque Christum nondum præsentem, sed futurum adhuc summè venerabatur, sect. 5. §. 1. pag. 177. col. 1. & 2. numero 6.

Generatio adultera, &c. Dum signa petunt, fœtus se adulterinos produnt, qui non fide, sed evidentijs Christum volunt agnoscere, cuius Abraham fuit non tam genere, quàm fide pater, sect. 17. §. 4. pag. 598. col. 2. num. 99.

Volumus à te, &c. Deo non obediebant, imò illius voluntati refragabantur, & imperioso verbo, ut illis morem gereret Christus, postulabant; ideò denegatum est illis signum; nec aliter Deus se nostræ voluntati accommodat, quàm si illius voluntati, & obedientiæ subdamur, sect. 5. §. 4. p. 201. col. 1. num. 38. & pag. 203. & pag. 204. & pag. 205. & pag. 206. num. 38. & 39. & 40. & 41.

Volumus à te signum videre, &c. Ut Christum agnoscant, non benè signa petunt, virtutes attendere certius signum, melius enim virturibus, quàm prodigijs ostentatur divinitas, sect. 5. §. 5. pag. 241. col. 2. num. 82.

Volumus, &c. Inflati petunt, superbaque obsecratione imperant, ideò miraculum ad utilitatem non obtinent, & signum obtinent ad ruinam; semper namque superbia exitium peperit, sect. 12. §. 3. pag. 442. col. 2. num. 36.

FERIA VI. POST DOMINICAM primam.

Est autem Ierosolymis probatica piscina, &c. Angelorum operâ in piscina homines adipiscebantur salutem, & ut ipsi sanitatem consequerentur, Angeli descendere nõ detrectabant; imò descensum ambiebant, agitabantur charitate, & humillima opera non refugiebant; quia humilitas comes est charitatis, sect. 12. §. 3. pag. 443. col. 2. num. 36. *Ioan. 5.*

Angelus autem Domini descendebat, &c. Quis Angelus descenderit, sacer Textus non indicat, sed communis Patrum consensus ex superioribus fuisse testatur, nec nobilitas obedire divinæ voluntati impediebat Angelum; imò fortassis, ut citiùs ad hominum salutem descenderet. Deus ex nobilioribus Angelum designavit. Quò enim Angeli maiori nobilitate fulgent, eò exactiori obedientia nitent, sect. 5. §. 4. pag. 196. col. 1. num. 29.

Qui prior descendisset, &c. Alijs citiùs descendens adipiscebatur salutem; qui enim in virtutibus opere primus elucet, primus beneficijs gaudet, sect. 5. §. 4. pag. 221. col. 2. & pag. 222. col. 1. num. 56.

Hominẽ non habeo. Humani auxilij inopiam conqueritur, illiusque defectu tot tempo-

poris in infirmitate posuisse agrotus arbitratur; sed si habuisset hominem, infirmitatem protelasset; bona enim humana minus absentia, quàm præsentia nocent; ideò desideranti salutem ut nociva transilienda sunt, sect. 11. §. 8. pag. 359. col. 2. num. 75.

Tolle grabbatum tuum, &c. Citò à Christo consequutus est salutem, qui tardè consequeretur per Angelum: Deus enim in benefaciendo creaturarum transgreditur celeritatem, sect. 12. §. 6. pag. 323. col. 1. num. 43.

DOMINICA II. QVADRAG.

Matth. 17. *Assumpsit Iesus Petrum, &c.* Discipulos ducit in montem suæ gloriæ splendorem ostensurus, quasi necessarium fuerit omnia humana relinquere, omnibusque nudari, ut Christi gloriam perciperent, sect. 5. §. 4. pag. 201. col. 1. num. 38. & sect. 11. §. 9. p. 392. col. 2. num. 104.

Resplenduit facies eius sicut Sol, &c. Animæ gloria erumpebat in faciē, & quibus Christi anima potiretur, vultus indicabat; ferè semper enim virtutis, aut vitij animo insidentis optimus index est facies, sect. 11. §. 7. pag. 333. col. 1. n. 47.

Transfiguratus est ante eos. Superato montis cacumine discipulos nobilis splendor irradiat, & labores anxios nobilis recreat voluptas, ut intelligant virtutem, laboresque pro Christo semper parturire gaudium, sect. 5. pag. 207. col. 1. & 2. num. 43.

Resplenduit facies eius sicut Sol. Resurrectionis gloriam discipulos agnoscere desiderabat, aliquo modoque illam prælibare, ideò Solem induit, & candicantibus vestimentis splēduit resurrectionis formam, corporisque cœlestem ostentans habitum, sect. 11. §. 9. pag. 396. col. 1. numer. 106.

Hic est Filius meus dilectus, &c. Patris testimonium in Taboris gloria videbatur superfluum, in ignominia crucis necessariū, & in passione deficit, & in Tabore percipitur: & cur Christum Filium proclamat Pater, dum splendoribus delibutus, & luce fulgurans, discipulorum præstringit oculos? Et cur inter opprobria, passionisque ignominias tacet? Quia plus splendoribus coruscans testimonio indigebat, quàm passione obscuratus: minus namque illum montis fulgores, quàm crucis virtutes Filium declarabant, sect. 5. §. 5. pag. 241. col. 2. num. 82.

Transfiguratus est ante eos, &c. Passio instabat, discipulorum animos concussura, ne ergo scandalū paterentur de cruce, montis gloria prævenit, sect. 11. §. 7. pag. 332. col. 1. num. 46.

Transfiguratus est ante eos, &c. Discipulos, qualis corporis gloria expetenda foret, docebat, ante illorum oculos transfiguratus; non enim ex corporis gloria gloriam animæ promanabat, sed è contra ex animæ gloria in corpus radij erumpebant, sect. 11. §. 7. pag. 331. col. 2. n. 46.

FERIA IV. POST DOMINICAM secundam.

Accessit ad eum mater filiorum, &c. Ambitione inflati Zebedæi filij eminentiora subsellia appetunt, & pro nutu Christi credunt tribuenda; hoc enim ambitioni est genium, ut, quæ desiderat, certa putet, sect. 17. §. 3. pag. 571. col. 1. n. 75. *Matth. 20.*

Nescitis, quid petatis. Si mater, filijque delinquunt, cur solis exprobrat filijs? si stultitia filios denigrat, etiam denigravit, & matrem? Omnes ergo stultos vocet, aut neminem. Omnes quidem vocat, ignominia enim filiorum matrem dedecoravit; causæ namque, & effectus idem honor, & contumelia eadem, sect. 17. §. 3. pag. 555. col. 1. & 2. num. 53. & pag. 556. col. 1. & 2. num. 55. & 56.

Nescitis, quid petatis? Hic discipulorum error Christo similes, proximosvè esse appetere, & ambitione tentare. Medium frustrabatur finem, & finis à medijs discordabat: Deo namque coniugi, alioque præcellere virtute acquiritur, vitio perdicitur, sect. 3. §. 3. pag. 138. col. 1. num. 14.

Potestis bibere, &c. Non divertit ab intento suos discipulos Christus, sed edocet media, quibus consequendus est finis; consulit in laboribus alios antecellere; ut antecedant & dignitate; in divina enim œconomia, qui ad labores primi se accingunt, & primis honoribus exornantur, sect. 5. §. 4. pag. 221. col. 2. num. 58.

Possumus, &c. Cæteris anteferri desiderabant, & licèt laborum, tormentorumque tempestatē illis Christus Dominus opposuerit, obvijs amplectuntur manibus; ea enim amoris conditio est, ut pro re amata ad labores excitet, durissimosque suavitate leniat, & lenitate suavi faciat, sect. 2. §. 3. pag. 81. col. 1. num. 27.

FERIA VI. POST DOMINICAM secundam.

Homo quidā, &c. Et sepem circūdedit ei. In hac vinea Iudæorum plebem, & Regnum agnoscunt Patres, semperque Angelorū custodiam intelligūt; licèt enim nobilitate fulgeant,

geant, hominesque malos præcipuè longè superent, nihilominus in illorum commodũ famulantur, & humilitas nobiliter subijcit, quos nobilitas extulit feliciter, sect. 3. §. 4. pag. 196. col. 1. num. 29.

Sepem circumdedit ei. Vineam plantasse, torcular extruxisse, sepe vallasse, circumfodisse vites, excoluisse terram, omnique studio suas operas impendisse, retulit Christus, ut quo amore vineam prosequeretur, agnoscerent. Beneficia namque amoris sunt indices, & largiora dona ardentiores indicant flammas, sect. 5. §. 4. pag. 214. col. 2. n. 52.

Cùm autem tempus fructuum, &c. Non censum repetit immaturè, non anticipat solutionem, sed opportuno tempore fructus exposcit; semper namque Deus ad opera temporis expectavit suffragium, sect. 12. §. 1. pag. 405. col. 2. num. 2.

Alium cæciderunt, alium occiderunt. Fructus denegant, servosque occidunt, ut tanquam propria fruãtur vinea; sed ipsa obscurati cupiditate quam maximè errarunt, possiderent enim vineam, si à Deo fructus reddidissent petitos; qui enim Deo debitos fructus reddit, sibi Regnum acquirit, sect. 5. §. 4. pag. 221. col. 2. & pag. 222. c. 1. n. 58.

Hic est hæres, &c. Livore, invidiaque turgebant, ideò hæredis nomen celabant, proferreque refugiebant, nomineque proprio anteà spoliant, ut vitâ posteà spoliarent; hoc enim invidiæ innatum, ut glorioſa aliorum nomina refugiat pronuntiare, sect. 10. pag. 275. col. 1. num. 9.

Venite, occidamus eum. Servire refugiunt, dominari ambiunt, sed servitutis honorem domini ignobilitate maculant. Nobiliores essent servi, quàm domini; quia inservire Christo, omni Regno sublimius est, sect. 16. §. 4. pag. 488. col. 1. n. 35.

Malos malè perdet. Non solùm pater, sed hæredes sanguis effusus attrivit agricolas; mortem intulerunt, ut vincerent, sed ab effuso sanguine corruere superati, sanguis namque Christi inimicos conterit, & allidit, sect. 8. pag. 267. col. 1. num. 7.

DOMINICA III. QVADRAG.

Luc. cap. 11. *Erat Iesus eijciens dæmonium, &c.* Non vocatus precibus, non adductus votis dæmonem oppugnat, quasi per otium; sed ab ipso nomine IESV ad expellendum dæmonem cogebatur. Iesus etenim Medicus, & Salvator infirmitates nostras sanaturus advenit; dæmonem igitur quasi tenebatur expellere, ut suo muneri satisfaceret, sect. 2. §. 1. pag. 60. col. 1. num. 2. & pag. 62. col. 2. & pag. 63. col. 1. num. 6. & pag. 64. col. 2. numer. 7.

Erat Iesus. Non solùm dæmonem abigere, prædaque spoliare cupiebat Christus, sed ipsum hominem ad se allicere libertate donatum; ideò Evangelista nomẽ Iesu protulit, ut votis responderet utrumque; Iesu namque nomen & dæmones vincit, & homines ad se trahit, sect. 2. §. 5. pag. 105. col. 1. & pag. 106. col. 1. & 2. num. 52.

Et illud erat mutum. Dæmonium mutum vocatur, cùm mutus, non dæmon, sed homo existeret; sed hoc inter dæmonem, & peccatorem commercium est, ut dæmõ hominis proprietates, & peccator dæmonis nomen sortiantur, sect. 2. §. 6. pag. 111. col. 2. num. 58.

Et illud erat mutum. Apprimè agnoscit diabolus hominem sua delicta fateri quàm maximè fugere, semperque tegere curare, ideò lingua privat, mutumque peccatorem reddit, ut hominem hominis appetitu captivet, inclinationeque detineat, sect. 17. §. 2. pag. 545. col. 1. num. 42.

Et illud erat mutum. Peccatoris nomen non audies; adhuc non vocatur mutus: nec mirum; dæmoni enim subiectus, & nomen, & honorem amiserat, sect. 1. §. 7. pag. 51. col. 1. & 2. num. 46.

FERIA IV. POST DOMINIC. tertiam Quadrag.

Quare discipuli tui, &c. Christi discipulos supercilioſi Scribæ & Pharisæi non sine stomacho de traditionum violatione arguunt, & primo aspectu levis apparet culpa; nec crimen magnum est illotis manibus manducare panem; sed si Apostolorum dignitatem, munusque attenderis (si defectus esset) levem non dixeris; eâ enim Sacerdotes, Christique discipuli puritate nitere debent, ut purissimam, nec peccati umbra sordidatam duxerint vitam, sect. 3. §. 1. p. 124. col. 1. num. 1. *Matth. 15.*

Quare discipuli tui, &c. Non solùm discipulos, sed Magistrum carpebant, quasi ab illius doctrina traditionum contemptus emanasset; neque enim in effectibus defectum agnosces, qui illorum nõ denigraverit causam, sect. 17. §. 3. pag. 555. col. 1. & 2. num. 53. & pag. 556. col. 1. & 2. num. 55. & 56.

Quare & vos transgredimini, &c. Ne contra Apostolos Scribæ latrarent, illorum defectus prodidit, quasi traditionum violationem reprehendere non valerent, qui mãdatorum iura violabant; qui enim alium reprehendit, necesse est illius defectibus careat, sect. 16. §. 3. pag. 474. col. 1. n. 23. & sect. 17. §. 1. pag. 514. col. 1. num. 17.

Honora patrem tuum, &c. Cõtra naturæ iura, contra divinas leges, ut indecorum lucrum

crum caperent, Phariſæi filios priùs templo, quàm patribus dona offerre ſuadebant, cùm Deus ita filios patribus conſulere deſideret, ut præ ſe ipſis curam parentum gerant, ſect. 17. §. 2. pag. 542. col. 1. num. 39.

FERIA VI. POST DOMINIC. 3.

Ioan. c. 4. *Fatigatus ex itinere. Sedebat, &c.* Longo itinere, ut ad mulierem peccatricem veniret Chriſtus fatigatur, fatigatuſque ſupra fontem ſedet, & mulieris prolixas moras expectat. Et cur, qui tam magna intervalla peragraverat, modò detinetur, & remoratur? Animos reſumat, & peccatricē quæſiturus iterum viam carpat. Vellet ipſe, neque laſsitudine remoraretur, ſed detinebatur peccato; peccatum namque ne Chriſtus nobis approximet, impedit, & ne Chriſto approximemus retardat, ſect. 9. pag. 271. col. 1. num. 5.

Venit mulier de Samaria, &c. Mulieris nomen non profert Evangeliſta, nec ſine myſterio tacet; adulterijs, voluptatibuſque vacabat, ideò ſine nomine fertur, quia voluptas nomine, & honore caret, ſect. 11. §. 10. pag. 402. col. 2. num. 113.

Venit mulier de Samaria, &c. Expectavit Chriſtus mulierem adventantem, plus quàm fatigatione utilitate, myſterioque detentus. Notitiam veritatis mulieri indere, ſeque prodere deſiderabat, ideò ad mulierē non adit, ſed adventantem expectat; ſi enim in Samaria remanſiſſet, Chriſtum vel noſcere, vel audire renuiſſet. Samaria egreſſa illum agnovit, & adoravit; nam Deus à ſolis illis videtur, qui carnalia, & temporalia tranſcendunt, ſect. 11. §. 9. pag. 392. col. 2. num. 104.

Venit mulier haurire aquam, &c. Ardenti Sole, humerumque premente hydriam venit mulier portatura aquam; fortaſsis, neque habebat ancillulā, quam mitteret, nec tam levi mercaturæ nummulus ſuppetebat; numquid pudicitiam nō venumdaverat, tot virorum cupiditatibus ignobiliter inſervierat? Quomodo ergo ea premebatur inopia, ut ad hauriendam aquam venire cogeretur? Peccatrix erat, ideò paupertāte oppreſſa; neſcio enim quid divitiæ peccatis acquiſitæ habent; ferè ſemper enim dominos fugiunt, & ipſis neſcientibus dilabuntur; & peccatū miſera, nudaque paupertas comitatur, ſect. 1. §. 9. pag. 53. col. 2. n. 50.

Da mihi aquam. Aquam ſitiebat Chriſtus, non ut propriam ſitim reſtingueret, ſed ut mulieris libidinoſæ æſtum placaret. Aquā in vitam æternam ſalientem præbēre deſiderabat, & terrenam aquam petivit. Commercium cum Deo hominibus ſemper utile. Terrena petit, ut cœleſtia largiatur, & quæ accipit temporalia, ſpiritualibus compenſat, ſect. 2. §. 7. pag. 119. col. 2. & pag. 120. col. 1. num. 67.

Quinque enim viros, &c. Semel voluptati tradita habenas mulier remiſit voluptati, & quia ſemel deliquit, ad iterum delinquendum ſe condemnavit, & peccatū, quaſi chirographo, obligat ad peccatum, ſect. 2. §. 5. pag. 106. col. 2. num. 53.

DOMINICA IV. QVADRAG.

Abijt Ieſus, &c. Ad deſerta loca, ad inacceſſas rupes ſe confert Chriſtus, & nihilominus homines urbium obliti, deliciarumque contemptores illum ſequuntur. Et quomodo nec cibi inopia, nec itineris aſperitas retardabat? Amabant Chriſtum, & eius conditionis eſt amor, ut ad labores excitet, illoſque emolliat ſuavitate, ſect. 2. §. 3. pag. 81. col. 1. num. 27. Ioan. c. 6.

Et ſequebatur eum, &c. Imprudenter videbatur Chriſtum multitudo ſecuta, cuius ſic miraculis rapiebatur, ut humanæ vitæ neceſſaria, nec quæreret, nec curaret; ſed in ipſa oblivione felix, & in ipſa parva ſui cura ſapiens; ſciebat namque Chriſtum inſequētes temporalia bona ſemper comitari. Præcedebat columna Iſraelitas Ægypto egreſſos, undas retraxit mare, ut aditum cōcederet liberum, Aminadab columnam ſecutus medios vortices ingreſſus eſt, quo felici auſu ſibi temporalia bona, imò & tēporale Regnum comparavit; ut ex tunc conſtaret Dei aſſeclis nunquam deficere temporalia, ſect. 5. §. 4. pag. 221. col. 2. n. 58.

Et ſequebatur eum, &c. Omnes admittebat, alimenta omnibus præbiturus, non ſolū ſanctitate conſpicuis, ſed & ſceleribus maculatus, utroſque enim vocare venerat, peccatores ad pœnitentiam, iuſtos ad vitæ perfectioris profectum, ſect. 2. §. 1. pag. 61. col. 1. num. 4.

Vnde ememus panes? Hominum remediū conſulit Chriſtus, & Philippus difficultates objcit, & penè impoſsibile iudicat tot homines in eremo alere; ſed Chriſtus eos diſcumbere imperat, abundanterque alit, ut conſtet Deo facillima eſſe, quæ nos impoſsibilia arbitramur, ſect. 4. pag. 168. col. 2. num. 10.

Vnde ememus panes? Si à creaturis remedium mutuaretur, illarumq; ſuppetias Chriſtus expectaret, tardè neceſsitati cōſuleret, quam per ſe ipſum citò levavit, nobis enim à creaturis tardè remedia proveniūt, Deus in benefaciendo vincit celeritatē, ſect. 11. §. 6. pag. 323. col. 1. num. 43.

Colligite, quæ ſuperaverunt, &c. Panis

fruſtra eo numero ſuperſunt, ut Apoſtolorũ humeros terant, cùm nunquam ſupplicia à Deo inflicta exceſſerint cauſas. Si nunquam in puniendo ita nimius eſt, ut excedat, cur in benefaciendo neceſsitatem excedit largus? ut conſtet procliviorem ad benefaciẽdum, quàm ad puniendum eſſe, in beneficijſque, quàm in ſupplicijs, largiorem, ſect. 17. §. 8. pag. 660. col. 1. & 2. num. 163.

FERIA IV. POST DOMINICAM quartam Quadrag.

Ioã. c. 9. *Præteriens Ieſus vidit hominem, &c.* Hominem luce à nativitate carentem aſpexit Chriſtus, ita enim peccatum noſtram prævenit vitam, ut anteà dæmoni inciperemus ſervire, quàm vivere, ſect. 1. §. 8. pag. 53. col. 2. num. 50.

Cæcum à nativitate, &c. Non accidentariam, ſed quaſi naturalem cæcitatem miſerrimus homo patiebatur; originem namque trahebat à terra prima ſui nativitate peccatorum tenebris defœdatam, ſect. 1. §. 5. pag. 33. col. 1. num. 23.

Quis peccavit, hic, aut parentes eius? An filij cæcitas patris, matriſvè redoleret cæcitatem, Apoſtoli ſciſcitantur, & parentum tenebras ex filij conijciunt cæcitate: vita enim arctè parentum, filijque mores uniũtur, ut in filio videas, qualis extiterit pater, ſect. 3. §. 2. pag. 131. col. 2. & pag. 132. col. 1. num. 28. & ſect. 17. §. 3. pag. 555. col. 1. & 2. num. 53. & pag. 556. col. 1. & 2. n. 55. & 56.

Linivit lutum ſuper oculos eius, &c. Terra non lucem oculis, ſed tenebras videbatur allatura; ſed in Chriſti manu oculos non obturat, ſed reparat, illâque Chriſtus utitur, ut calumnias removeat à miraculo, ſect. 2. §. 7. pag. 122. col. 2. num. 71.

Vade, lava in natatoria Siloe, &c. Vſque ad Siloe fontem cæcus mittitur, ut illius lotus aquis viſum recipiat, ut ſic hominibus pateret tenebras culpę uſque ad baptiſmatis aquas tantummodò pervenire, ab eiſque gratiæ ſplendorem manare, ſect. 16. §. 3. pag. 475. col. 2. num. 23.

Vade, lava, &c. Poterat Chriſtus ſtatim oculis infundere lucem abſque Siloe fontis aquis, ſed ad fontem ire iuſsit, ut obediens oculorum lucem acquireret; ſicque ſanctũ maneret obedientiam parere felicitatem, & lucem, ſect. 5. §. 5. pag. 234. col. 2. num. 74. & ſect. 11. §. 9. pag. 379. col. 1. n. 93.

Vade, lava. In Siloe fonte, ut non paucis Patribus placet Maria adumbrabatur, ideò Chriſtus linito luto ad fontem cæcum mittit, ut à Chriſto & Maria hominis ſalus manaret; Maria namque Corredemptrix humani generis, humanæque ſalutis adiutrix fuit, ſect. 2. §. 3. pag. 81. col. 1. n. 28.

FERIA VI. POST DOMINICAM quartam Quadrag.

Erat quidam languens Lazarus, &c. Lazarus infirmitate oppreſſus morte legitur defœdatus; erat enim peccatoris typus, & ſemper ſub miſeriarum, mortiſque imperio iacet peccator, ſect. 2. §. 5. pag. 107. col. 1. num. 52. Ioã. c. 11.

Ecce, quem amas, &c. Amicitiæ iure urgetur Chriſtus, ſed plus Mariæ urgetur interceſsione, quæ ita efficax apud Chriſtum eſt, ut aliquo modo, non tam efficax interceſsio Filij ad Patrem, quàm Mariæ interceſsio ad Chriſtum appareat, ſect. 2. §. 3. p. 88. col. 2. & pag. 89. col. 1. n. 35.

Manſit autem in eodem loco, &c. Auditâ infirmitate remoratur Chriſtus, locumq; morti cõcedit, ut ab humanis cordibus tota ſpes aufugiat humana; tunc enim divina miſericordia lucet, cùm auxilium deſperatur humanum, ſect. 2. §. 5. pag. 107. col. 1. num. 52.

Magiſter adeſt, & vocat te, &c. Lazarum ſuſcitaturus Mariam advocat Chriſtus, quaſi ſine Maria nec mortem fugare poſſet, nec vitam reparare. Vocat Mariam ad Lazari reſurrectionem, ut Mariano nomini reſurrectio tribuatur, ſect. 5. §. 5. pag. 107. col. 2. num. 52.

Tollite lapidem, &c. Lapis ſepulchro impoſitus parum ad patrandum miraculum obſtabat, nam qui mortis poteſtatem vincebat, obſiſtentiam vinceret lapidis; ſed perfidiæ ſaxum à Iudæorum cordibus imperat removeri, quia ſimul cum Lazaro omnes reſurgere deſiderabat, ſect. 2. §. 5. pag. 117. col. 1. num. 59.

Infremuit ſpiritu, &c. Obediens ſepulchrum, mortem iuſsis obtemperantem ſpectans Chriſtus, & Iudæos ita obſtinatos videns clamoribus mortis clamori ſimillimis urgetur, ſimillimumque de illorum ruina, ac de propria morte dolorem patitur, ſect. 2. §. 3. pag. 74. col. 1. num. 21. & col. 2. n. 22.

Ligatus pedes & manus, &c. Exiens ſepulchro Lazarus mortis veſtimenta exuit, & vincula rumpit, mortis, infernique triumphator hominum, Chriſtique reſurrectionis formam repræſentat, ſect. 2. §. 5. pag. 107. col. 1. num. 52. & pag. 108. col. 2. n. 53.

DOMINICA IN PASSIONE.

Quis ex vobis arguet me de peccato? Licèt Chriſtus Dominus eximia, infinitaque non ſplenderet ſanctitate, inimicos provocans, Ioã. c. 8.

cans, audaciæ non poſſet notâ denigrari. Eos homines provocabat, qui vitijs, ſceleribuſque ſcatebant: quamvis ergo anhelis conatibus procurarent, levia argumenta cõficerent, ſolus enim ille, qui defectibus caret, poteſt acriter invehi in peccatum, ſect. 16. §. 3. pag. 474. col. 1. num. 23. & ſect. 17. §. 1. pag. 514. col. 1. num. 17.

Quis ex vobis, &c. Vitia carpebat Chriſtus, ad hominesque reducendos ſæpè prædicatoris munere fungebatur, utque ſuum conſequeretur intentum, ſe omninò a culpis liberum oſtentavit; prædicator namque, ſi alios reducere exoptat, nullas penſiones ſolvat peccato, ſect. 17. §. 5. pag. 623. col. 1. num. 126.

Si veritatem dico vobis, &c. Depravatis moribus erant Phariſæi, vitijſque traditi, ideò veritati refragabantur. Nec mirum, veritati non præberent aſſenſum, cùm veritas ad illorum non perveniret animos. Dicebat veritatem Chriſtus, ſed veritas, antequàm ad illorum aures perveniret, iã avolaverat; quia hoc veritati innatum, ut impios refugiat animos, ſect. 17. §. 2. pag. 547. col. 2. num. 44.

Qui ex Deo eſt, &c. In hoc cognoſcitur, quis divinam naturam referat, ex Deoque ſit natus, nam licèt aliæ virtutes magna nobis commoda afferant, hoc divinis verbis obedire habet proprium, ut homines Deo aſsimilet, illiuſque filios faciat, ſect. 5. §. 4. pag. 193. col. 2. & pag. 194. col. 1. num. 27.

FERIA IV. POST DOMIN. in Paſsione.

Ioã. c. 10. *Facta ſunt Encænia, &c. circumdederũt ergo, &c.* Chriſtum circumdant Phariſæi, non ut ſalutis verba audiant, veritatemque amplectantur, ſed potius ut illam oppugnent; & licèt frigore celebrarentur Encænia, ardore invidiæ æſtuabat. Phariſæi, utpotè peccatores advirtutis opera tardi, ad ſcelera veloces ſunt, ſect. 9 pag. 271. col. 2. n. 5. & pag. 272. col. 1. n. 5.

Quouſque animam noſtram tollis? &c. Clariſsimis verbis, & operibus divinitatẽ ſuam promulgaverat Chriſtus; at iſti, quaſi nec verba, nec opera eluxiſſent, penduli manent, & iudicio ancipites anxiè veritatem mentiuntur deſiderare. Sed hic peccatoribus quaſi naturalis eſt morbus, veritatem dediſcere, loquique mendacium, ſect. 17. §. 2. pag. 554. col. 1. & 2. num. 42.

Quouſque animam noſtram tollis? Chriſti facinora pueri ipſi agnoſcebant, & plauſibus celebrabant, & legis Doctores ſapiẽtia, iudicioque pollentes de operibus ambigunt, & quaſi veritatis cupidi inquirunt veritatem. Quomodo ergo opera non attendunt, nec miracula? Invidiæ livore turgebant, infligendæque mortis deſiderio tenebantur, ideò nec verba attendunt, nec intelligunt miracula; quia peccatũ, illiuſque deſiderium intellectum captivat, mentem hebetat, corrumpit veritatem, ſect. 17. §. 3. p. 571. col. 1. num. 75.

Opera, quæ ego facio, &c. A verbis abſtinet, operaque in teſtimonium adducit; quia licèt verba fallere poſsint, opera ſemper indicant inſitam animo qualitatem, ſect. 17. §. 6. per totum, pag. 625.

Oves meæ vocem meam audiunt. Vt illis apertè, an ſit Meſsias, dicat, Chriſtum Phariſæi adeunt, ſed veritatem omnibus obviã illos non audire aſſerit; non quia ipſe non dixerit, ſed quia illi ab illius ovium numero ſegregati; ſolus enim, qui Filij Dei dignitate inſignitur, verba percipit, & obedit mandatis. Omnes vocem audiunt, ſed ſolus Dei filius verbis obtemperat, & obedit, obediẽtiaque, quaſi inſigni, in filiorum Dei numerũ lucet relatus, ſect. 5. §. 4. pag. 198. col. 1. num. 32.

FERIA VI. POST DOMIN. in Paſsione.

Collegerunt, &c. Quid facimus, quia hic homo, &c. Populi Principes, Sacerdoteſque livor, & invidia congregat, in Chriſtũque armat, tuncque nominare coguntur nõ Chriſti, aut Ieſu nomen proferunt, ſed *hic homo* dicunt, ut communi nomine ſplendorem obtenebrent ſingularem; invidi enim, vel aliorum clara nomina refugiunt pronũtiare, ſect. 10. pag. 275. col. 1. num. 9. Ioã. c. 11.

Venient Romani, &c. Temporalibus inhiabant, ideò Chriſtum verum Meſsiam, illorumque ſalutem non intelligebant; ſic enim divinitas defœcatos poſtulabat oculos, mũdoſque terreſtris affectibus animos, ut ab illis ſolùm noſci permittat, qui carnalia ignorant, & ſpernunt temporalia, ſect. 11. §. 9. pag. 392. col. 2. num. 104.

Venient Romani, &c. Ne Regno, genteque fraudentur, Chriſti mortem anhelant, & Chriſti morte Regno, gente, vitaque ſpoliantur; & ita ſpoliantur, ut nunquam redierit Regnum. Virtute fulcitur imperiũ, culpis dilabitur, ſicque à peccatore diſcedit, ut nec poſt pœnitentiam redeat, ſect. 1. §. 7. p. 51. col. 1. & 2. num. 46. & ſect. 3. §. 5. p. 144. col. 2. num. 23. & 24.

Expedit vobis, &c. Pontifex, licèt animo contrario, intentioneque adverſa, veritatẽ protulit; ſic enim Chriſti mors expediebat, ut ea non ſolùm homines, ſed & ipſa fuerint

ſan-

ſanctificata elementa, ſect.8. pag.266.col. 2.num.6.

Expedit vobis, &c. Ne Romani populum premerent, graviuſque onus hominibus imponerent, Chriſti expedire mortem Pontifex aſſerebat, ſed fallebatur. Ad Regnum à Romanis armis ſervandum, cuſtodiendumque non expediebat; expediebat tamen ad debellandum dæmonem, eiuſque imperium ſubiugandũ, ſect.2.§.3.pag.85. col.2. num. 32. Et vide verbo *Chriſtus*, *Chriſti Paſſio.*

Expedit, &c. Mors Chriſti expedivit, ut mors ipſa vinceretur, Chriſtum namque adorta in alienos terminos tranſilivit, & dum alienum Regnum invaſit, Regnum propriũ amiſit, ſect.3.§.5.pag.156. col.2. & p.157. col.1.num.41.

DOMINICA IN PALMIS.

Cùm appropinquaſſet, &c. Solvite, & adducite, &c. Iumentum humile tanto triũphatori deligitur, & cur non phaleratus equus, aut ovantium currus? Humiliter inter ruda animantia natus in humillimis animalibus triumphat, ut finis concordet origini, terminuſque reſpondeat principio, ſect.17. §.3.pag.577.col.2.n.80.

Ecce Rex tuus venit tibi, &c. Miſſus venit, ideò celebri pompa, populique plauſu excipitur, & invidentibus Phariſæis triumphat. Semper namque obediens de invidia agit triumphum, ſect.5.§.4.pag.198. col. 1.& 2.num.32.

Ecce Rex tuus venit tibi, &c. Vt crucem aſcendat, ſatis humilis adventat Chriſtus, & Regis honore, nomineque inſignitur: *Ecce Rex tuus venit tibi.* Nec potuit Regni ſplẽdor ab obedientia ſeiũgi, quæ præ alijs virtutibus regalis ſplendoris eſt mater, & nobilitatis origo, ſect.5.§.4.pag.193.col.2.& pag.194.col.1.num.27. & pag.221. col.2. num.58. & pag.228.col.2.num.66.& pag. 231.col.2.& pag.232.col.1.n.75.

Alij autem cædebant ramos de arboribus, &c. Ramos palmarum Chriſto triumphanti cædebant, & quaſi crucis imaginibus illi plaudebant. Sic enim ardebat crucem, ut vel à teneris annis illum mater crucis ſimilitudine recrearet, ſect.2.§.3.pag.83. col.1. & 2.num.29.

Alij cædebant ramos, &c. Palma crucis ſemper extitit typus (ut habes ſect.4.§.4. pag.92.col.2.& pag.93.col.1.num.39.) ideò palmarum ramis agitur triumphus, ut agnoſcant homines ſe ſine cruce vincendos, cum cruce triumphaturos, ſect.16.§.3.pag. 479.col.1.num.27.

Hoſanna Filio David, &c. Hebræorum pueri innocentia candidi Chriſtum Davidis filium proclamabant Phariſæis, Scribiſque tacentibus. Nec illos à divinis laudibus ſolum invidia, ſed & voluntas divina arcebat, quia ſicut ab innocentibus, candidiſque laudari glorioſum erat, à peccatoribus, impijſque extolli, dedecoroſum, & inhoneſtũ eſſet, ſect.2.§.5. pag.102. col.2. num.29. & ſect.17.§.1.p.511.col.2. n.16. & §.2. pag. 545.col.2.num.42.

FERIA V. IN COENA DOMINI.

Sciens Ieſus, &c. In finem dilexit eos. Ioan.13. Hæc Chriſti myſteria ſibi arrogavit amor, ſed & ſibi humilitas arrogavit; ita enim utrumque enituit, ut neſcias, an amori humilitas, an humilitati obſequatur amor. Sed Evangeliſta teſtante ab amore humilitas eſt exorta, qui, dum ferventior, humilior exiſtit, ſect.12.§.3.pag.443. col.2.n.36.

Surgit à cœna, &c. Ita premebatur amore, ut temperandis aquã quæreret flammis. Surgit à cœna, & ad opus ſe præparat, & præcingit, quaſi plus otioſus torqueretur, quàm Apoſtolorum pedes abluẽs, & humillima opera exercens laboraret, ſect. 2. §.3. pag.81.col.1.num.27.

Surgit à cœna, &c. Laborioſum ſatis opus Apoſtolorum omnium pedes lavare, ſed amor Chriſti pectora poſsidens, nec requieſcere ſinebat, neq; opera laborioſa putabat. Amor namque ſemper ad labores excitat, & ſemper ſuaves facit, ſect.2.§.3. pag. 81.num.27.

Deponit veſtimenta ſua, &c. Veſtimentis exuitur, aquam mittit in pelvim, ut ſe ad crucis præparet nuditatem, & opere oppignoratur ad opus: & lavans pedes aquâ, ad è latere aquam fundendam cõſecratur, ſect. 2.§.6.pag.118.col.1.n.66.

Cœpit lavare, &c. Sacerdotes conſecraturus Apoſtolos, vel minimas pedum maculas lavat; & licèt anteà pedum maculæ Apoſtolorum puritatem, munditiemque nõ fœdarent, cùm tamen ad Sacerdotium promoventur, vel minima culpæ umbra fœdãtur, ſect.3.§.1.pag.124.col.1.n.1.

Cœpit lavare, &c. Illos pane Euchariſtico refecturus ab omni purgat macula, ne ad tanti ſacramenti maieſtatem, vel minimis culpis accederent denigrati, ſect.2.§.6.pag. 118.col.2.& pag.119.col.1.n.66.

Euchariſtiam inſtituit, Apoſtolos adhuc teneros, quaſi lacte nũtriens; licèt enim Euchariſtia ſit panis, lactis vicem gerit, ut nutriat parvulos, ſect.2.§.4. pag.91.col.1. num.38.

Cibo, potuque ſecundus Adamus inſtituit Euchariſtiam, ut mortem, quam Adami cibus intulit, propulſaret, ſect.2.

§.6.

§. 6. pag. 117. col. 1. numero 66.

Obiturus inſtituit Sacramentum; ut in illo, quod nec in vita, nec in morte Chriſti inveniret, iungeretur. In vita mortis monumenta non apparebant, nec in morte vitæ. Vt ergo vitæ, mortiſque Chriſti exempla ante oculos haberent, ſe ſub panis & vini ſpeciebus reliquit. Euchariſtia namque, & vitæ, & mortis imago eſt, ex qua homines vitæ, mortiſque documenta decerpunt, ſect. 2. §. 6. pag. 117. col. 1. num. 66.

Vſque ad mortis tempus Euchariſtiæ Sacramentum diſtulit Chriſtus, ut originalis maculam iam inveniret abraſam, & peccati ſolutum reatum. Quamvis enim Chriſtus ab omni culpa, illiuſque reatu infinitè diſtaret, quia tamen noſtra peccata venerat ſoluturus, aliquo modo peccatorum reatibus tenebatur. Solutis ergo iã culpis Euchariſtiam è latere dedit, ut nec culpa impediret, nec reatus obſtaret, ſect. & loco ubi ſuprà.

PRO FESTIVITATIBVS VIRGINIS DEIPARÆ.

PRO CONCEPTIONE VIRGINIS.

Lege verbum *Conceptio*, & verbum *Maria*.

PRO NATIVITATE VIRGINIS.

Matt. 1. *De qua natus eſt Ieſus, qui vocatur Chriſtus.* De Eva omnibus nata eſt mors; de Maria omnibus exorta eſt vita: nec celeriùs Eva perdidit, quàm Maria reparavit humana: ipſo nativitatis die morti ianuam aperuit Eva, & Ieſum, id eſt vitam ipſo nativitatis die mundo Maria attulit; imò plus quàm per Evam deperditum, per Mariam fuit inſtauratum, ſect. 1. §. 1. pag. 8. col. 2. num. 13.

De qua natus eſt Ieſus, &c. Nata Virgine, Ieſus namque refertur natus, quaſi Virginis nativitas incarnationis pignus extiterit, vel quaſi conceſſa Maria omnia beneficia Deus hominibus contulerit; Maria nãque & compendium, & beneficiorũ eſt pignus, ſect. 1. §. 5. pag. 28. col. 1. num. 24.

De qua natus, &c. A prælatis progenitoribus Evangeliſta Mariæ generationem præſcindit, quaſi vel in ipſa nativitate Deus alterius Virginem dici zelaverit; ideò Evangeliſta ab alijs diſiungit, Ieſuque annectit, ut Ieſu unicum, & primarium opus intelligatur, ſect. 1. §. 5. pag. 29. col. 2. n. 26.

De qua natus, &c. Nata eſt Maria ea corporis venuſtate, oris pulchritudine, ut creaturas omnes evinceret, eiuſque corporis conſtructio, non tam naturæ opus fuit, quàm gratiæ ſtudium, ſect. 11. §. 7. pag. 336. col. 2. num. 50.

De qua natus, &c. A linea generationis hæc nativitas ſeiungitur, ne Maria ob parentes intelligeretur nata, cùm è contra ob Mariam illius progenitores fuerint nati; imò ob illam totus fuerit conditus mundus, ſect. 1. §. 5. pag. 32. col. 1. numero 26.

De qua natus, &c. Incredibile videbatur Annæ uterum tot gratiarum pelagus concluſiſſe, tot chariſmatum pondus portaſſe; ideò in eius nativitate Ieſus auditur, ut intelligatur Anna divinitus protecta, ne tantæ molli ſuccumberet, ſect. 1. §. 5. pag. 40. col. 2. num. 31.

De qua natus eſt, &c. Naſcitur, & vocatur Mater, non filia; filij namque eſſe ſolẽt imagines à progenitoribus traſſumptæ, illoſque adamuſsim repræſentãtes; ſed Maria à communi lege nobiliter degeneravit. Ieſum ſolum habuit exemplar, reliquorum exemplar fuit, ſect. 1. §. 5. pag. 41. col. 2. num. 32.

De qua natus, &c. Mariæ & Chriſti à reliquis præciditur generatio; non enim naſcitur parvula, ut filia, ſed ita magna, ut ſolo Deo ſit minor, Chriſtique Mater, ſect. 1. §. 2. pag. 11. col. 2. n. 5.

De qua natus, &c. Mariæ ortu Chriſtus auditur, quia illa exoriente tenebræ diſparuerunt, & Dei candicare cœperunt dies; unde Mariæ ortus infelicitatum exilium, lætitiæ origo fuit, ſect. 16. §. 3. pag. 483. col. 2. num. 33. & ſect. 17. §. 1. pag. 502. col. 1. & 2. num. 9.

De qua natus, &c. Ieſus à reliquarũ generationum tramite ſecernitur, & inter reliquorum, ipſiuſque generationem mediat Maria, quaſi à vitæ exordio homines, & Deũ inter ſe ſtabili pace conciliet, ſect. 12. §. 2. pag. 417. col. 2. num. 11.

De qua natus eſt Ieſus. Iam noſtra ſalus; & redemptio auditur, quia in Mariæ natali omnes renati ſumus, ſect. 12. §. 3. pag. 427. col. 2. num. 22.

De qua natus, &c. Maria nõ dicitur genita, ſicut alij, quia quod genitum eſt, aliquid debet naturæ, at Maria, quidquid eſt, debet gratiæ, ſect. 1. §. 4. pag. 20. col. 2. n. 16.

De

De qua natus, &c. Patres Mariæ non audiunt ir, quia Maria non ſubiugati hominis, ſed regnantis Dei filia, ſect. 1. §. 4. pag. 25. col. 2. num. 21.

De qua natus, &c. Naſcenti virgini Ieſus adhæret, ab aliiſque quaſi ſeiũgitur, quia reliqui, illi ſpinoſa terra, Maria voluptatis paradiſus fuit, ſect. 1. §. 4. pag. 22. col. 1. num. 17.

DE NOMINE MARIÆ.

Luc. c. 1. *Miſſus eſt, &c. Et nomen virginis Mariæ.* Optimè nomen MARIA virginitati, puritatiq́ue adiungitur; ita enim ſanctũ eſt, ut omnem peccati maculam neſciat, omnẽq́ue virtutis petat munditiem, ſect. 2. §. 1. p. 65. col. 1. num. 10.

Et nomen virginis Maria. Nomen Maria idem eſt, ac Stella refulgens, ne ergo nomen Ieſu divinitate ardens quis perhorreſceret, hoc nomen de cœlo allatum eſt; quaſi non minus efficax, & aliquo modo gratius ſonans blandiuſq́ue alliciens, ſect. 2. §. 5. p. 101. col. 1. & 2. num. 47.

Et nomen virginis Maria. Virgo vocatur Maria, & interpretatur Stella, quaſi ad ſolandas hominum tenebras ſit electa, & ut per eam ad verum Solem facilior ſit aditus, & acceſſus iucundior, ſect. 2. §. 3. pag. 88. col. 1. num. 34.

Et nomen virginis, &c. Cùm de extirpãdo peccato agitur, Mariæ nomen auditur, quod adverſus peccatum, dæmonemq́ue à prima mundi luxit origine, ſect. 2. §. 4. p. 97. col. 2. num. 42.

Et nomen virginis, &c. Maria nomen Ieſu nomini ſimile, illiuſque æmulum eſt virtutis; ab hominibus non inventũ, ſed de cœleſti theſauro allatum, ſect. 2. §. 5. per totũ, pag. 99. & pag. 100. col. 1. n. 45.

Et nomen virginis, &c. Mariæ nomen ut oleum effuſum, ſanctificavit Baptiſtam, & ad virtutem inunxit, ſect. 2. §. 5. pag. 100. col. 1. num. 45.

Et nomen virginis Maria. Mariæ nomẽ dæmonis proferre labijs nunquã Deus permiſit, licèt Dei nomen, Ieſuq́ue ab impuriſſimis ſpiritibus proferri non vetuerit; ob quam fortaſsis rationem, dum Angelus Mariam illius ſalutatione, præſentiaq́ue turbatam aſpicit, de nuntioq́ue quaſi dubiã, nomen Mariæ profert: *Ne timeas Maria*; quaſi proferre illud omnem ſuſpicionẽ abigeret; boniq́ue nuntij ſecuritatem afferret: ſect. 2. §. 5. pag. 103. col. 1. & 2. num. 49. & pag. 104. col. 1. n. 50.

Ne timeas Maria. Cur non dixit: Ne timeas à Deo electa, à Triade benedicta; ſed nomen Maria protulit? quia nomen Maria audire, & proferre cœleſtibus ſpiritibus, imò & ipſi Deo eſt ambitio, ſect. 2. §. 5. pag. 104. col. 2. & pag. 105. col. 1. num. 51.

Vide plura verbo *Maria*, & verbo *Nomen*.

PRO PRÆSENTATIONE *Mariæ in Templo.*

Luc. c. 11. *Beatus venter qui te portavit, & ubera quæ ſuxiſti, &c.* Pergratum munus Deo à Ioachimo, & Anna offertur in templo, Maria ſcilicet, in qua omnes gratiarum abyſsi inundant, & cuius pulchritudo cor Trinitatis ſuavi violentia ad ſe alliciens, ſect. 1. §. 5. pag. 28. col. 1. num. 24. & pag. 42. col. 2. num. 34.

Beatus venter, &c. Tanto Principe nullum munus præter Mariam dignum erat; cætera namq́ue munera aliqua parte invenuſta ſunt, divinoſq́ue oculos offendentia; at Maria ita à primis vitæ exordijs beata, ut fuerit exornata omni bono, & Angelis excellentior, omniq́ue malo deſtituta, ſect. 1. §. 5. pag. 33. col. 1. & 2. n. 26.

Beatus venter, &c. Maria templo debebatur, quia Dei arca erat, imò cœlum continens profunda divinitatis arcanã, ubi ſup. pag. 34. col. 2. num. 26.

Templo dicatur, & ab humana teneris annis converſatione ſeiungitur, quia Maria ſolum Deum exemplar habitura, futuraq́ue reliquorum exemplar, ſect. 1. §. 5. pag. 41. col. 2. num. 32.

Beatus venter, qui te portavit, &c. Dum Chriſtum lactant Mariæ ubera, Filio pro hominum redemptione ſanguinẽ infundunt, Matriq́ue Corredemptricis nomen acquirunt, ſect. 2. §. 4. pag. 90. col. 2. & pag. 91. col. 1. num. 37.

Et ubera, quæ ſuxiſti, &c. Iure optimo ubera extolluntur laudibus, à quibus, quaſi à pietatis piſcina, & Chriſto vita, & peccatoribus venia, gratiaq́, iuſtis profluxit, ſect. 2. §. 4. pag. 91. col. 2. num. 38.

Et ubera, quæ ſuxiſti. Minus, quàm par erat, pia laudavit mulier virginis ubera, quæ non ſolùm, ſicut Chriſtus, ſui ſanguinis lacte nos nutrit, ſed & Angelos reparat à culpis homines purgat, ſect. 2. §. 4. pag. 92. col. 1. num. 38.

Et ubera, quæ ſuxiſti. Non ſolùm tenero Chriſto Mariæ ubera dulciſsimum lac, nectarq́ue ſuaviſsimum fundunt, ſed & crucẽ patienti dulcem ebrietatem propinant, ut inebriatus nobiliter quieſcat, hominumq́ue peccata non videat, ſect. 2. §. 4. pag. 92. col. 2. & pag. 93. col. 1. num. 93.

Et ubera, quæ ſuxiſti. Sic Deo pretioſa

ubera

ubera extitêre Mariæ, ut ad benefaciendum hominibus eandem quasi efficaciam habuerint, cùm lac fundunt, ac Filij emanâtia sanguine vulnerâ, sect. 2. §. 4. pag. 92. col. 1. num. 38.

Quinimò beati qui audiunt, &c. Non solùm fœcunditatem, sed & virginitatẽ Matris voluit laudari Christus, in cuius candore sacrando voci obedivit Numinis, legis, & hominum opprobria despiciens, sect. 2. §. 3. pag. 76. col. 1. & 2. num. 24.

Quinimò, &c. Deus melius, quàm carnis cognatione, possidetur virtute, ideò matrem non solùm de maternitate voluit laudari, sed de virtute, sect. 17. §. 4. pag. 598. col. 2. num. 99.

Quinimò, &c. Matris obedientiam Filius profert, ut nobilitatem evulget; quia sine obedientia nullus splendor, & obedientia semper regalis dignitas, sect. 5. §. 4. pag. 193. col. 2. & pag. 194. col. 1. num. 27.

PRO ANNVNTIATIONE Virginis.

Luc. cap. *Missus est Angelus Gabriel, &c.* De legatione Angelus sibi plaudit, cuius nomen quasi illi blandiens protulit Evãgelista; erat enim omnium Angelorum conatus huic legationi inservire. Gabriel ergo cæteris in Maria invisenda palmam præripuit. Adeò enim felix & nuntium deferre, & Mariã intueri, ut Angelorum fuerit ambitio, sect. 11. §. 7. pag. 341. col. 2. num. 57.

Missus est Angelus, &c. Mittendus sanè Angelus erat ad Mariam, qui illius puritatem aliquo modo imitaretur, nec alius præter Angelum dignè mitteretur, sect. 17. §. 3. pag. 569. col. 2. num. 73.

Ave, gratia plena. Eâ salutatione alloquitur Mariam Angelus, quæ nullam infelicitatem, felicitatemque omnem testaretur inesse virgini. *Ave* namque idem est, ac sine *va*: quia in Maria semper lætitia fuit, nunquam peccati lamentum, sect. 5. §. 3. p. 183. col. 1. num. 15.

Dominus tecum. Ita cum Maria erat Dominus, ut si infinitus non fuisset, in alijs non esset, sic enim eius pulchritudine rapiebatur, ut etiam infinitus veluti non curaverit alia, sect. 11. §. 7. pag. 342. col. 1. n. 58.

Dominus tecum. Non timet verbum de Patris pectore in uterum matris illabi; ea enim est virginis celsitudo, ut Verbum non tam descenderit, quàm ascenderit per Mariam, sect. 12. §. 3. pag. 435. col. 1. n. 31.

Quæ cùm audisset, turbata est, &c. Sic virginitatem colebat, ut etiam quasi infinitam matris dignitatem, nisi illæso candore, detrectaverit, priusque virginitati consuluerit, quàm matris acceptaverit dignitatem, sect. 2. §. 3. pag. 85. col. 1. n. 30.

Et cogitabat, qualis esset ista salutatio. Eva citò serpenti credidit, illamque falsa fide verâ dignitate privavit; at Maria prudẽtiâ prædita Angeli verba discutit, ne virginitatem perdat, dum maternitatem ambit, sect. 5. §. 6. pag. 247. col. 2. n. 87.

Ecce concipies in utero, &c. Deus est cõcipiendus, cuius immensitas replet universum, & ultrà. Cur ergo, dum sibi fidem facere Gabriel exoptat, hæc non tacet? Difficile videtur, uterum brevem & angustũ Verbum infinitum capere; at noscebat Angelus Mariæ uterum cœlo, terrâque capaciorem, ornatioremque esse; ideò non timet, sed his verbis veritatem confirmat, sect. 11. §. 6. p. 323. col. 1. num. 43.

Quomodo fiet istud, &c. Mirabili sanè modo respondet Augustinus; quia conceptio hæc non homine, sed Dei verbo mediante patratur. Verbum namque Dei maritus fuit, & virginis auricola uxor, sect. 5. §. 5. p. 232. col. 2. num. 72.

Concipies in utero, &c. Non horret uterum Christus, imò satagit illo includi, non enim ita grata paradisus Adamo, sicut uterus Mariæ Christo, sect. 12. §. 1. pag. 411. col. 2. num. 7.

Spiritus sanctus superveniet, &c. Nobis superveniet; ita enim gratiâ plena Maria erat, ut nisi Deus esset, maiorem habere non posse videretur, sect. 3. §. 5. pag. 153. col. 1. num. 4.

Spiritus sanctus, &c. Ita plenam Spiritus sanctus invenit, ut non solùm plenitudinem virtutum, sed in qualibet virtute totã plenitudinem obtinuerit, sect. 11. §. 7. pag. 339. col. 2. num. 54.

Spiritus sanctus, &c. Vt per Virginẽ ad nos decurreret, Spiritus supervenit; sic enim Mariam extulit, ut illius gratiæ thesaurum Spiritus sanctus effecerit, nihilque ad nos effluere voluerit, quod per manus Mariæ non transierit, sect. 16. §. 3. pag. 469. col. 1. num. 15.

Ecce ancilla Domini, &c. Ancilla vocatur, sed Domini, cùm peccati aliæ mulieres extiterint ancillæ; sed quod alias fœdat, Mariam nomen exaltat, sect. 3. §. 2. pag. 137. col. 1. num. 14.

Vide alia verbo *Mariæ annuntiatio.*

PRO VISITATIONE MARIÆ.

Exurgens Maria cum festinatione, &c. *Lucæ 1.* Cum festinatione exurgit Maria, gratiam Baptistæ laturа, Deusque celerior per Mariam ad illum pervenit; licèt enim Deus per se misericors, per Mariam ad misericordiã fe-

festinus, sect. 2. §. 7 pag. 119. col. 2. n. 67.

Exurgens, &c. Ita festinanter gratiã infudit, ut vox gressus non expectarit, & ad Mariæ vocem à culpa liberatus fuerit Baptista, sect. 2. §. 4. pag. 96. col. 1. & 2. & p. 97. col. 1. num. 42.

Exurgens cum festinatione. Vt hominum oculos, aspectusque vitaret, celeritate contendit, non ob periculum, ob decentiam ramen; in virginis namque vultu sic mixta castitate venustas, & venustate castitas elucebat, ut illius pulchritudinem aspicientibus virginitatem consuleret, infunderet castitatem, sect. 11. §. 7. pag. 332. col. 1. n. 47.

Exurgens, &c. Exire refugit, quãvis periculũ longè distaret; ea enim gratia in Mariæ ore lucebat, ut ab omnibus illam intuẽtibus diligeretur, sed castè, sect. 11. §. 7. pag. 341. col. 2. num. 57.

Exultavit infans in utero eius. Citò Deus agnoscitur ab Elisabetha & Ioanne. Nec mirum; quia per Mariam eius transibant radij divinitatis, qui per Mariam ut per crystallum transeuntes ita intenduntur, ut fortius urant, & illustrent vivacius, sect. 2. §. 7. pag. 120. col. 1. n. 67.

Exultavit infans in utero eius. Maiori admiratione Christum veneratur Ioannes in Mariæ alvo, quàm in Iordanis alveo fuit veneratus, quia mirabilior apparebat in matre, sect. 2. §. 4. pag. 97. col. 1. n. 42.

Exultavit, &c. Exultavit Baptista ab originalis vinculis liberatus; verba namque Mariæ quasi sacramentalia fuerunt, Ioannẽque à culpa purgarunt, sect. 2. §. 4. pag. 96. col. 1. & 2. & pag. 97. col. 1. n. 42.

Beata, quæ credidisti, &c. Beata ab Elisabeth, benedictaque prædicatur, quia non solùm militantem Maria suscitavit Ecclesiam, sed & reparavit triumphantem, sect. 5. §. 6. pag. 112. col. 2. n. 59.

Mansit autem quasi mensibus tribus. Lõgo mansit tempore, ut Baptistam suo informaret exemplo, aspectuque exhilararet; Mariæ enim præsentia talis est, ut homines exemplo regat, & aspectu lætificet Angelos, sect. 3. §. 5. pag. 151. col. 2. & pag. 152. col. 1. num. 33.

PRO EXPECTATIONE PARTVS Mariæ.

Vide de Annuntiatione.

PRO PVRIFICATIONE VIRGINIS.

Luc. 2. *Postquàm impleti sunt dies purgationis Mariæ, &c.* Nonnullas difficultates in tẽplo purificari secum afferebat; erat enim contra virginitatem, quasi evidens testimonium; at Maria, sicut, ut virginitatem voveret, legis opprobria despexit, sic virginitatis, ut legi obediret, gloriam. Nec mirum: obedientia concepta fuit, ideò ad obedientiæ opera, licèt primo aspectu difficilia, inclinatione proclivis, sect. 1. §. 5. pag. 25. col. 1. num. 20.

Dies purgationis, &c. Maria purgatione non eguit, cuius uterus mundissimum peperit Solem, & à quo, quasi baptismatis fons, quo omnes in novam creaturam mũdarentur, manavit, sect. 1. §. 5. pag. 39. col. 1. num. 29.

Tulerunt puerum Iesum. Christum tenerum virgo mater portat in manibus, adinstar auroræ Solem mundi tenebras fugaturum portantis, sect. 2. §. 6. pag. 45. col. 2. num. 37.

Tulerunt puerum, &c. Æterni Patris amorem hac actione Maria est æmulata; sicut enim Pater Filiũ tradidit, ut illius sanguine homines redimerentur, sic Maria tẽplo obtulit, ut eius pretio omnia scelera solverentur, sect. 2. §. 3. pag. 80. col. 1. & 2. numer. 27.

Tulerunt puerum, &c. Obediẽtis matris manibus portabatur Christus, eaque fruebatur voluptate, qua in Patris sinu requiescens; quia obedientia legis à Christo Domino, quasi sinus existimatur paternus, sect. 5. §. 4. pag. 198. col. 1. n. 32. *Luc. cap.*

Et ecce homo erat in Ierusalẽ, &c. Vocatur homo, quia nominis significationem implevit; solus enim, qui divina præcepta servat, hominis fulget dignitate, sect. 5. §. 6. p. 254. col. 2. num. 91.

Et venit in spiritu in templum, &c. In tẽplo invenitur Deus, sed non ab ijs, qui suo proposito, aut humana voluntate frequentãt templa, sed ab illis, qui divino Spiritu, rectaque intentione illa adeunt, ut Dei visio, & contemplatio & Deo excitante incipiat, & obedientia perficiatur, sect. 5. §. 6. pag. 254. col. 2. n. 91.

Nunc dimittis, &c. Hucusque mortis aculeos cordatè Simeon timebat, vitamque protrahi desiderabat; at inspectis Christo, & Maria mortem potius lacessit, quàm timet; cognovit enim per Christum & Mariam devictam, sect. 2. §. 5. pag. 157. col. 2. num. 42. & sect. 14. pag. 452. col. 1. & 2. num. 4.

PRO SERMONE SANCTÆ Mariæ ad Nives.

Beatus venter, &c. Mariæ ubera laudantur, quia sicut nobis à Christi vulneribus vita profluit, sic à Mariæ uberibus felicitas emanavit, quia passionis extitere compen- *Luc. cap. 11.*

dium, ſect. 2. §. 3. pag. 84. col. 1. & 2. & pag. 85. col. 1. num. 30.

Beatus venter, &c. Viſis miraculis pia mulier allaudat matrem, ſed minus, quàm par eſſet, ubera enim Mariæ non ſolum Deũ ad beneficia fundenda excitant, ſed à ſupplicijs retrahunt, ſect. 2. §. 3. pag. 85. col. 1. n. 32. & §. 4. pag. 94. col. 1. n. 40.

Et ubera, quæ ſuxiſti, &c. A quibus lactis, & dulcedinis rivuli diffluebant, ubera extolluntur; quaſi in Maria totum nectareum, & auſterum fuerit nihil, ſect. 2. §. 3. p. 88. col. 1. num. 34.

Quinimò beati, &c. Matrem extolli voluit Filius, non ſolùm naturæ encomijs, ſed obedientiæ & virtutis, quaſi humano lacte hominem nõ ſolũ nutrierit, ſed obedientiæ virtutiſque nectare verbũ ſaginaverit, ſect. 5. §. 5. pag. 232. col. 2. n. 72. & pag. 233. col. 1. n. 73. & 74.

Quinimò, &c. Obedientiam laudari voluit Chriſtus, ut matrem ad divinas proprietates indicaret evectam, quia lac infuſum Filio hominis poſſeſsionem tribuebat matri, ſed obedientia divinarum proprietatum erat poſſeſsio, & origo, ſect. 5. §. 5. per totũ, pag. 225.

Vide reliqua in *Præſentatione.*

PRO ASSVMPTIONE VIRGINIS.

Luc. cap. 10. *Intravit Ieſus in quoddam caſtellũ, &c.* Splendoribus amicta coruſcam diffundens lucẽ Maria extollitur, & ſuper omne, quod Deus non eſt, à Filio evehitur, & ſublimatur. Et cur incarnationis hac celebritate fit mentio? Vt ex fine principia Virginis conijcias, & ex principijs fines intelligas; quia ita fines & principia ſibi reſpondent, ut principium finis ſit index, & finis index principij. Si enim in incarnatione ita plena fuit gratiâ Maria, ut omnes excederet creaturas, conjectu eſt facile, & in Aſſumptione omnes in gloria fuerit ſupergreſſuram, ſect. 17. §. 3. pag. 577. col. 2. num. 80.

Intravit Ieſus, &c. Hoſpitij Chriſti in Evangelio fit mẽtio, ut eodem modo & ſuſcepiſſe Verbum, & à Verbo intelligatur ſuſcepta. Et ſicut ſine corporis corruptione Verbo habitaculũ præparavit, ita ſine corporis corruptione, cinerationéque in habitaculum à Verbo præparatum fuit evecta, ſect. 16. §. 3. pag. 485. col. 1. n. 35.

Intravit Ieſus, &c. Alieno Evangelio ad hoc myſterium utitur Eccleſia; ſic enim cæteras Virginis feſtivitates excellit, ut quaſi alienum, extraneũque fuerit præ nimio lucis fulgore, gloriæque excellentia, ſect. 16. §. 3. pag. 482. col. 1. n. 32.

Intravit Ieſus. Chriſtus ſine Maria cœlos aſcendens amori notam inurere videbatur. Fortaſsis ideò ſine Patre à Maria hoſpitio dicitur receptus, ut ſicut in Virginis pectus Verbum illapſum erga Patrem non minuit amorem, ſic ſine matre cœlos aſcendens erga matrem amorem non defœdavit; imò auxit amorem; reliquit enim, ut Regia dignitate Filio abſente fulgeret, & à Regni gloria in cœli gloriam transferretur, ſect. 16. §. 4. pag. 489. col. 1. n. 38.

Intravit Ieſus, &c. Cum Incarnatione comparatur Aſſumptio, ut ex collatione maiori ſplendore irradiet; vel quia ſicut incarnatio fuit Verbi, ita & Marię Aſſumptio Verbi gloria fuit, & feſtivitas, ſect. 17. §. 2. pag. 546. col. 2. num. 43.

Intravit Ieſus, &c. Se Filium Deus Virginis profitetur, dum eam ſuper æthera exaltat, ut ex Filij obligationibus illuſtriori throno, celebrioríque, quàm excogitari poſsit, recepta credatur applauſu; alioquin Filius & nomini, & præcepto à ſe impoſito derogaret, ſect. 17. §. 3. pag. 576. col. 2. num. 78.

Quæ etiam ſedens, &c. Ad Chriſti pedes, quaſi illius thronus, aſsidebat Maria, quo ita Chriſti gloria indiget, ut abſque eo divinus ſplendor, & majeſtas aliquo modo inornata appareant, ſect. 17. §. 4. pag. 590. col. 2. num. 92.

Quæ etiam ſedens, &c. Licèt gratiâ, privilegijſque Maria irradiaret in mundo, ad Filij pedes, adinſtar throni iacebat; hodie tamen ita coruſca oculos præſtringit luce, ita ſuper ſidera evecta, ut Chriſtus illius ſit thronus, talioneḿque referat, ſect. 17. §. 4. pagina 594. col. 2. num. 95.

Verè, Maria occubuit, ſed ut Phœnix, quæ ita moritur, ut de ſuo exitu felix exordium accipiat, ſect. 17. §. 4. pag. 595. col. 2. numero 97. & pag. 599. col. 1. num. 100.

Intravit Ieſus, &c. Mortis leges experta eſt Maria: fortaſsis ob hanc cauſam Chriſtus exceptus refertur, ubi & mors Lazari aliquando recepta; ſed mors Mariæ gloriæ nihil detraxit, quæ etiam ſub morte degens Angelorum ſuperat ſplendorem, vincit́que immortalitatem, ſect. 3. §. 5. pag. 156. col. 1. num. 39.

Intravit Ieſus, &c. Eo caſtello Maria Verbum recepit, quod ſub mortis ditione erat, cuiuſque tributum Lazarus ſolvit, at ſic feliciter Maria occubuit, ut in illius morte plus, quod ambiant Angeli, quàm, quod detrectent, inveniant, ſect. 3. §. 5. pag. 156. col. 1. num. 39.

Intravit Ieſus, &c. Mariæ obitus non tacetur in Evangelio, potius inſinuatur, dum ibi

ibi Verbum recipit, ubi mortẽ Lazarus eſt expertus; ſed hæc Mariæ ſumma commendatio fuit: mortem ſubit, non ut tributum ſolveret, ſed ut mortem ſpoliaret imperio, ſect. 3. §. 5. pag. 157. col. 2. num. 41. & ſect. 14. pag. 452. col. 1. & 2. num. 4.

Intravit Ieſus. Primus Verbi ad Mariã ingreſſus, & Mariæ exitus inter ſe de gloria certãt, & vitæ curſus duplici cõcluditur omnipotẽtię prodigio, ſec. 3. §. 5. p. 157. c. 2. n. 41.

PROVINCIALA SORIA

MADRIDII,

Ex Officina Franciſci Martinez.

ANNO CIↃ IↃC XL.

Signt.ª Top.ª
Est. 20
Tab. 2ª
Núm. 2

GVEBARA IN Mathevm .I. Pars 2

561
970